isti dnē.
xiii.
Ecce iam in su
blime a gor et omnes
principes tu os se cu lo alti or
tyrannue de spici o

Materia constat 6 R. cf. Solgeri Catal. Bibliothecae suae p. 22.

Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
Research Library, The Getty Research Institute

http://www.archive.org/details/benedicticarpzov00carp

BENEDICTI CARPZOVII
J. U. D.

DEFINITIONES
ECCLESIASTICÆ
SEU
CONSISTORIALES.

BENEDICTI CARPZOV. I.C.
OPUS
DEFINITIONUM
ECCLESIASTICARUM
SEU
CONSISTORIALIUM.
CUM GRATIA ET PRIVILEGIO
SAC. CÆS. MAJ.
LIPSIÆ
SUMPTIBUS
IOH. CHRISTIANI STARCKII.
ANNO MDCCVIII

BENEDICTI CARPZOVII, JC.
& Conſiliarii Electoris Saxonici

JURISPRUDENTIA ECCLESIASTICA
SEU
CONSISTORIALIS

Rerum & Quæſtionum in Sereniſſ. ac Potentiſſimi
PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIÆ
Senatu Eccleſiaſtico & Conſiſtorio Supremo probè ventilatarum, maturo conſilio deliberatarum, & accurato judicio deciſarum

DEFINITIONES SUCCINCTAS, JURE DIVINO, CANONICO, CIVILI, CONSTITUTIONIBUS ET ORDINATIONIBUS ECCLESIASTICIS PROBATAS, RESCRIPTIS, DECRETIS ET RESPONSIS ELECTORALIBUS CORROBORATAS EXHIBENS

LIBR. III.

Quorum

I. Materiæ de juribus Epiſcopalibus: Miniſtris Eccleſiæ; eorumque vocatione ac confirmatione: Salariis, proventibus, accidentiis, ſucceſſione & diviſione legitima.
II. Cauſis matrimonialibus: Ritibus, Ceremoniis: Bonis, aliisque rebus eccleſiaſticis: Jure Sepulturæ & Academiarum.
III. Judicio & foro eccleſiaſtico, pœnis ac coërcitione Clericorum &c. pertractatæ viſuntur.

His ob materiæ convenientiam acceſſit
Uſus Arboris Conſangvinitatis & Affinitatis in foro Saxon. practicus circa Nuptias Succeſſionem, Tutelas, Proceſſum judiciarium & irrigationem pœnarum.

Gemino indice, unô Definitionum, alterô Rerum & Verborum locupletiſſimo.

EDITIO NOVISSIMA
Reviſa & mendis, quibus priores ſcatebant, ſtudio purgata.

CUM PRIVILEGIO SACR. CÆS. MAJEST. AC POTENTISS. REG. ET ELECT. SAX. SPECIAL.

LIPSIÆ,
Sumptibus JOH. CHRISTIANI STARCKII.
Proſtat apud JOHANNEM LUDOVICUM GLEDITSCHIUM, ET MAUR. GEORG. WEIDMANNUM,
ANNO M DCC VIII.

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

DN. JOHANNI-GEORGIO,
Duci Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, Bergæ, Sacri Romani Imperii Archi-Marſchallo & Electori, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, ſuperioris ac inferioris Luſatiæ, Burggravio Magdeburgico, &c. Comiti de Marcâ & Ravensburg, Dynaſtæ in Ravenſtein, &c.

Domino Suo Clementissimo.

ANnus jam agitur quartus, SERENISSIME PRINCEPS, Domine Clementiſſime, cùm Vestra Serenitas ad conſilia aulica mihi accerſito in ipſo ſplendidiſſimi hujus muneris limine ex ſingulari clementia veniam ad priſtinos Lares redeundi conceſſit, ac inſimul officium Ordinariatûs cum annexis expeditionibus Athenæo demandavit: ex quo ſubinde mecum deliberare cœpi, quanam veneratione beneficium hoc inſigne demereri, & quod debitum efflagitabat, devotio jubebat, grato eam ſplendore irradiare quirem. Cùm verò juris canonici profeſſionem fidei meæ concreditam percepiſſem, animum illicò ſubiit lubidò ſpartam hanc ea fide ac induſtria exornare, ut multum inde commodi in Rempublicam literariam redundaret, plurimumque laudis ad VESTR. SERENIT. rediret, atque hinc de promtitudine mea & devotione ſubmiſſa conſtaret. Nimirum licèt Canonum pontificiorum autoritas nobis haut ſit extimeſcenda, ac juri canonico (iis, quæ ad judiciarium proceſſum ſpectant, exceptis) parùm autoritatis attribuendum; nec enim, quæ in cauſis ſpiritualibus & conſcientiam concernentibus Romanenſes ex inveterato errore evomunt, nobis de pura fide & orthodoxa Religione edoctis frenum injicere queunt, ſi non ſordidè penitus ac impiè fidem & libertatem Chriſtianam jugo immundiciei pontificiæ ſubjici patiamur, veluti B. Luth. ſpurcitiem juris canonici haut diſſimulavit: Das Geiſtliche oder Päbſtliche Recht / *inquiens*, iſt / wie alle Juriſten ſagen / ein Buch voller Unflaths / das nach Geld in Sympoſiac. tit. 66. von Juriſten p. 405.

ſtinctet. Attamen in quantum Canones cum æquitate conveniunt, jurisque naturalis & divini veſtigia imitantur, deciſum præbent ſufficientiſſimum etiam Auguſtanæ Confeſſioni addictis in cauſis matrimonialibus & eccleſiaſticis concernentibus, ſcilicet decentem formam Miniſterium obeundi & exequendi moresque Clericorum: tantum abeſt, ut plane ab Academiis jus canonicum exulare deberet. De cujus vero ac proprio uſu in controverſiis ac cauſis ſpiritualibus decidendis ne quisquam dubius relinqueretur, & quid commodi ac firmamenti in foro eccleſiaſtico ſeu Conſiſtoriis ex jure canonico expectandum, omnibus innoteſceret, peculiarem hac de re Jurisprudentiam & Opus Definitionum eccleſiaſticarum conſcribere, mecum conſtitui, ita tamen, ut ſingula quæque deciſa autoritate VESTR. SERENIT. Electorali & Conſiſtorii Supremi Reſcriptis & Decretis confirmarem, quam & auditoribus meis ex cathedrâ publicè prælegi, licèt hunc laborem deſideriũ inſerviendi bono publico longè prævenerit, cui diutius invidendum non duxi, quod forſan ſtudioſa juventus vix decem annis in publicis prælectionibus à me excepiſſet, certa ſpe confiſus, omnium & Theologorum & JCtorum commodo hoc futurum, diligentiæ ac ſtudii in profeſſione mea documentum inde poſitum, & quod intentionis meæ primum ac præcipuum fuit, ſtatuam & columnam in memoriam ſempiternam VESTR. SERENITAT. erectum iri. Ultimum ſi obtinuero, ſuſcepti laboris nunquam me pœnitebit, licèt forſan in reliquis ſpes feſellerit; Obtinuiſſe autem me hoc nullus ambigo, cum nemo, qui meridiano in ſole haut cœcutire malit, ex tot Reſcriptis, Mandatis, Reſponſis & Decretis Electoralibus, quæ primo obtentu opus hoc exhibet, curam & ſtudium indefeſſum VESTR. SERENIT. in ſinceriori fide conſervandâ, purâ Religione propagandâ, rebusque eccleſiaſticis probè & piè adminiſtrandis, ſatis ſuperque colligere non poſſit. Gratiſſimi ſcilicet monumenti loco id haberi exopto, ut ne quidquam benefactorum in fidem & religionem ignoretur aut ſubtrahatur poſteritati, cui veritas cordi eſt, ſed quod ſoli VESTR. SERENIT. debetur encomium, ab iniquâ aliorum arrogatione vendicetur. Quemadmodum enim Magnates ultimum æviternæ laudis punctum in cura fidei & religionis fixum tenent; ita nunquam non de palma gregatim concertant: Jure ſibi hanc competere contendit *Hiſpanus*, & eapropter Rex Catholicus audire cupit, quod ſtudeat fidem & Eccleſiam catholicam defendere ac propagare; quo primùm gloriatus beneficio *Pontificis Johannis IIX. Alphonſus*, quem tuetur *Baronius*, haut parùm præſidii petens ex jure ſucceſſionis *Alphonſo* delatæ poſt obitum *Recevardi*,

Choppin. de doman. gall. tit. 30. n. 3. Caſp. Scioppius Reg. Hiſp. Stipendiar. in conſilio Regio pag. 31.

vardi, cui totius Concilii Toletani tertii Anno 589. acclamatio eum honorem detuliſſe perhibetur. Huic ne latum ungvem cedat *Rex Angliæ*, defenſor fidei ſalutatus præeminentiam in curia Religionis ſibi pollicetur, quod cognomentum *Henrico VIII.* ſcriptiunculis ſuis doctrinæ *B. Lutheri* obicem ponere annixo, ab ipſo Pontifice indultum ſucceſſores poſtea in ſenſum meliorem interpretati fuêre, non absque offenſione pontificiorum, quam prodit ſcriptum *Bulengeri* hiſce verbis Caſaubonum notantis: Vellem, inquit, perſvaſionis ſuæ defenſorum appellâſſet. Nec enim ea fides eſſe poteſt, quæ ab Eccleſiæ catholicæ fide, ſacrarum literarum verbis & mente, ac unanimi Veterum conſenſu diſcedit. Non minùs ſuperbit *Rex Galliæ* elogio Chriſtianiſſimi, quod ad magnam rerum eccleſiaſticarum curam jure quaſi hereditario ſibi appropriatum jactat, inque eo ſupra modum delectatus *Ludovicus Pius* adeò devotum ſe præſtitiſſe fertur, ut quadraginta dies ante obitum ſuum nullo alio cibo, quàm ſanctæ Cœnæ veſci voluerit; licèt alii cauſam hujus tituli ex ſacro derivent oleo, quo Reges Francorum in coronatione ungi conſveverunt.

Pierre Matth. tom. 2. liv. 6. narrat. 2. pag. 41ɔ. Diatrib. 1. pag. 1.

Paradin. de antiq. ſtat. Burgund. c.3. pag. 12. Joach. Erneſt. Dux Holſat. ap. Lanſ. in or. pro Gall. Nic. Bellus in theſ. pol. lib. 1. diſc. 121

Hiſce nimirum encomiis Magnates ſibi blandiuntur, magnam Eccleſiæ curam & ingentem fidei ſollicitudinem aliis perſvadentes, quibus gentis ſuæ ſcriptores non parùm applaudunt, & ſempiternæ virtutis tribuunt adoream, ſed adulatoriè magis quàm verè, ſi ſcriptis ſuis ſpiritum favoris ſubtraherent, & ſiniſtram Heroum fidem ac religionem in conſcientia convicti haut diſſimulare vellent, ex quô quàm multum veneni ſollicitudine ſuâ aliis inſtillent, oves Chriſti ſeducant, & veram conturbent Eccleſiam, nemini non obviam, tantum abeſt, ut quidquam de hisce participent elogiis. Abſtineant ergò & titulorum poſſeſſione, quam ſolo titulo pro poſſeſſore ſibi arrogavere, VESTR. SERENIT. cedant, quam ſolam jure veneramur cognomento *Catholici*, quippe ſub cujus clypeo per Dei gratiam ſincerâ fruimur Religione catholicâ, ab Anteceſſoribus Electoratûs Saxonici nunquam ſatis laudatis ex ſcriptis Prophetarum & Apoſtolorum, ope *B. Lutheri* & coadjuvantium *Theologorum* à fecibus & ſordibus Papiſticis feliciſſimè reſtauratâ, *Defenſorem fidei* quem alium agnoſceremus, niſi VESTR. SERENIT. quæ zelo maximè pio ſemina diſſenſionum præcidit, errores in Religione pullulantes viriliter ſupprimit, tela Papiſtarum, Calvinianorum, aliorumq; heterodoxorum veram Eccleſiam affligentium dextrè labefactat, & veritatem Evangelicam maſculè propugnat. *Chriſtianiſſimum* porrò Principem qui VESTR. SERENITAT. decantant, nequaquam à vero aberrant, certo adjuti præſidio factorum Chri-

ſtianiſſimorum, quæ ubertim in ritibus & ceremoniis eccleſiaſticis piè fovendis, ſeminariis doctrinæ cœleſtis, artiumque bonarum & lingvarum, Scholis & Academiis conſervandis conſpicere licet, mirari fas eſt. Extollant jam alii cognomen Belliceſi, dictum *Friderico I.* VESTR. SERENIT. tritavo: Placidi, *Friderico II.* atavo: Animoſi, *Alberto* abavo: Pii, *Henrico* proavo: Juſti, *Auguſto* avo: Sapientis, *Chriſtiano I.* patri: Liberalis, *Chriſtiano II.* fratri. Neutrum non horum V. SERENIT. veriſſimè conclamatum fatebitur quisquis, in eâ tanquam medio in centro omnes illorum virtutes ubertim confluentes haut diſſimulans, quam ea propter longe ſplendidiori elogio Principis *Catholici, Defenſoris fidei ac Chriſtianiſſimi* mactamus, oſculoque ſubjectiſſimo adorimur. Quod dum profero, nec gratiæ nec auribus à me quicquam dictum Eccleſiaſticæ hæ Definitiones ex Ordinatis, Edictis, Reſcriptis, Deciſis & Reſponſis Electoralibus petitæ, iisque rurſus firmatæ teſtatum abundè faciunt, omnemque removent adulationis ſuſpicionem, ac tandem, unde venerunt, jure rurſus redeunt.

VESTRÆ ideoque SERENITATI, POTENTISSIME PRINCEPS, opus hoc ſiſtere, ac ſacrum vovere lubens meritoque volui, debui, non quidem ut munus Majeſtate Electorali ſatis dignum; aut pro beneficiis immortalibus à VESTR. SERENIT. in me derivatis ſufficiens, ſed ut monumentum publicum, ex quo quantæ curæ V. SEREN. ſit fides catholica, Religio orthodoxa & vita Chriſtiana, toti conſtare queat Mundo; ac tandem, ut ſacrum cultum optimo Principi poſt Deum hoc modo ſolvendum, quo ipſo mentem V. SEREN. æternùm devotam conſervarem. Spes autem me fovet pulcherrima, VESTR. SERENITAT. levidenſe hoc donarium clementiſſimo affectu ſuſcepturam, non certè minori quàm quo anteriora mea ſcripta, in ſinum Electoralem deponere, gratioſisſimè conceſsit. Quod ſi obtinuero, ſat habebo, qui & aliud in votis non habeo, quam ut cuncta V. SERENIT. ad votum eant,

SERENISSIME PRINCEPS,

Sereniſſimæ Celſitudinis
Veſtræ

Subjectisſimus
obedientiſſimus

BENEDICTUS CARPZOV, D.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

SUnt oppidò multi, Lector benevole, qui ampliſſimum JCtorum munus juris privati cancellis anguſtiſſimis includunt, iiſque non niſi tertiam politicæ partem, quæ cauſas concernit forenſes, & minutiores de ſtillicidiorum ac parietum jure, de aquâ pluviâ arcendâ, de finibus regundis, de calce fodienda, de cloacis & ejusmodi reliquis, quæ non ita magni ad Rempubl. ſunt momenti, relinquunt; Legislatoriam verò & conſultoriam ſolis Politicis attribuunt. Ita ſcilicet Politicos à JCtis diſcriminant, illisque curam & adminiſtrationem Reipubl. jurisque publici tractationem plenâ manu largiuntur; hoſce autem ad avaritiam usque tenaces, in privatis litigiis ſubſiſtere jubent, ut parùm abſit, quin JCtis publica tractantibus πολυπραγμοσύνην imputent & adſcribant. Satis iniquè in nobiliſſimam Jurisprudentiam, ſi quid res eſt, & ſaniori judiciô alii ſenſerint, fateri lubeat. Sive enim publici, ſive privati juris rationem ſpectes in Republica adminiſtranda, utroque ſunt implicati juſtitiæ Sacerdotes, annuente qui Princeps fuit regiminis politici, Juſtinianô Imp. ſaltem quò publicam intendant ſalutem, ac finem Jurisprudentiæ felicem nempe Reipubl. gubernationem, in qua ratio formalis Politici conſiſtit, aſſequantur. Verè hinc Jurisprudentia vera non ſimulata nuncupatur Philoſophia, hoc eſt, practica, in ipſo uſu poſita, quæ in publicis ſimul & privatis officiis excellit, civitates & Rempublicam conſtanter, fortiter & peritè adminiſtrat, quæ omnium virtutum diſciplina eſt, non quidem easdem verbis tantùm, ſententiis, variisque Diſputationibus docendo & inculcando, ſed autoritate legum Imperiali præcipiendo, bonoſque, ut excitentur alii, præmiis atque honoribus exornando, ex adverſo autem vitia & delicta hominum non tantùm præceptis prohibendo, vetando, ſed etiam variis pœnis damnando, coercendo, vindicando. Elegans Philoſophiæ practicæ, ſeu Jurisprudentiæ potiùs deſcriptio, in qua nil, quod officium Politici, omiſſum, quod JCti, neglectum. Ut ſcitè non nemo Politicorum, nec horum minimus, Principes veros dixerit Philoſophos experientia doctos, hoc eſt, Politicos & JCtos, utrosque in eodem prædicamento & quidem convertibili exiſtentes: nimirum JCti Politicorum honore ſplendent: Politici arte & ſcientia JCtorum clareſcunt, in centro autem, quod eſt ſalus publica, conveniunt, in eodemq; ſubjecto concurrunt: Nec enim aliis, præterquam JCtis Reipublicæ Romanæ tùm veteris, tùm hodiernæ gubernationem non minùs in ſtatu monarchico, quàm ariſtocratio vel mixto, haut ſine dignitatis prærogativâ concreditam videmus, ut qui boni & æqui notitiam profitentur, clavumque regiminis tenent, juſtitiam colant, juſtoque moderamine Rempublicam tueantur. Veteres ideoque JCtos in juris utriusque publici & privati ſtudio egregiè verſatos & excercitatos producit hiſtria Romana, Titum videlicet Ariſtonem, qui Trajano

§. ult. proœm. Inſtit.

Beſold. in templo juſt.

Frid. Hortled in præf. de bello german.

Imp.

Imp. à conſiliis fuit: Neratium Priſcum, *eidem Trajano adeò charum, ut illi Rempublicam commendaret, ſi quid ſibi fatale contingeret:* Quintum Tuberonem *Conſulem Romanum juris publici & privati doctiſſimum:* Domitium Ulpianum, *Imp. Alexandri Severi Conſiliarium, & Scrinii Magiſtrum, Sexcentosque alios, qui tàm civibus, quàm Reipublicæ conſilia dedêre, judiciis ſimul & Regimini præfuêre: Nec alios hodie optamus noſtros, ſi titulo Legulejorum contemtum ſibi attrahere, vel judice* Trajano Boccalini *ſodalitium aſinorum intrare nolint. Inficias equidem haut imus, pulcherrimam hanc Jurisprudentiæ partem à plurimis olim fuiſſe neglectam, & contingere etiam hodie, ut privati quidem juris quam plurimi Doctores peritiſſimi habeantur, utpote in quo aurea cauſidicinæ meſſis ſit eſt, quando ut* Baldus *gloriatur, aliquot millia aureorum per unam legem quandoque comparare poſſint; inſignis verò contra juris publici ignorantia in illis deprehendatur, cujus nec unquam eos pœnitet, nec defectum ſupplere ſtudent, quin potiùs magna audacia jus publicum ignorantiæ juris civilis mantellum appellitare haut erubeſcunt. At mores ita ferunt, non quidem JCtorum, ſed Cauſidicorum & Legulejorum, qui tantùm Imperii Receſſuum, vel quam ſtabilimentum Reipublicæ dicunt, Aureæ Bullæ, nedum aliorum Imperii jurium nunquam obliti ſunt, ſed nec unquam ea didicerunt. Quæ & Veterum inſcitia & negligentia fuiſſe videtur, qui Imperium Romano-Germanorum ferè paſſi fuerant Pontificis beneficium fieri, quemadmodum Friderici Lætate in conventu Norico eâ de re graviſſima contentio legitur excitata, cum* Reinholdus Imperialis Cancellarius *diligentiùs inciperet jura Imperii contra literas Pontificias interpretari & tueri: ac verendum ne hiſce accidat, quod Gallos ſuos multoties conqueſtos eſſe ſcripſit* Bodinus, *cùm dicerent, ſe ab Hiſpanis publicis in conventionibus & fœderibus nunquam non eſſe deluſos & circumventos, magnô argumentô, publici juris minus illos, quàm hos fuiſſe gnaros. Longè alius eorum eſt genius, qui oblectamento & titulo inani ſe non venditant JCtos, ſed tales verè exiſtunt, oracula pro ſalute Reipublicæ ſtatuque Imperii depromentes, nunquam fallacem domus ſuæ, quam olim totius civitatis Oraculum vocavit* Lucius Craſſus, *poſſeſſionem ſimulantes, ipſoq; facto teſtatum facientes, ut, in quibus quaſi palladium quoddam Reipublicæ collocatum eſſe oporteat, in iisdem Pallas cum omnibus ſcientiæ ac jurisprudentiæ donis habitet. Unico ut complectamur verbo; veri JCti ſemper Politicos ſe oſtendunt, ſi quæ juris publici ſunt, probè noſcunt, ſi quæ ad belli & pacis tempora pertinent, non vulgariter tenent; ſi quæ Regnorum & Majeſtatis jura, callent; ſi quæ electionis in Principatibus, quæ ſucceſſionis, & quæ ad univerſum Reipubl. ſtatum attinent, in promtu habent. Veſtigia horum premant, qui Jurisprudentiæ dediti ſunt, nomenq; ac titulum JCti demereri ſtudent, ne unquam jus publicum ceu ſpeciem Jurisprudentiæ*

l. 2. §. 46. de orig. jur.

in relat. ex Parn-ſſo cent. 1. relat. 31. pag. 113.

in l. 1. C. pro ſoc.

Radev. lib. 3. de geſt. Frider. cap. 20.

Kirchn. in Morviller. lib. 1. c. 13.

Cicer. lib. 3. de orat.

nobi-

nobiliorem ſilentio involviſſe eos pœniteat. At nec illud negligant, quod æquè, alio quantumvis ſenſu, juri tribuitur publico, dictamen ſcilicet pœnarum ac ſuppliciorum, in quo ſi impar ratio quoad regimen ſtatûs publici, par attamen in utroque ferè periculum, certè non minor hujus difficultas: Magno enim Jurisperitorum conſenſu, magni non ſolummodò ponderis, ſed etiam periculi pleniſſima res eſt, in cauſis criminalibus conſulere ac reſpondere, pœnamque mortis definire, quippe quâ de nulla nimis ſera eſt cunctatio, ne Theodoſii *quidem* Imp. 30. *dies, ſcilicet quia ſangvis & vita haut recipit æſtimationem, nec ſemel amiſſa reſtitui poteſt. Ex quo nunquam leviori brachio aut ſuperficialiter cauſæ criminales tractandæ; ſed maturo ſemper judicio ac deliberatione diſcreta ventilandæ, perſpecta omnium circumſtantiarum ratione, ut quæ etiam leviuſculæ prudentiſſimorum JCtorum judicium exercere poſſunt: iisque ſepoſitis, vel ſaltem perfunctoriè & obiter ponderatis, non poteſt non judex cauſarum criminalium in ejusmodi incidere errorem, qui poteſta conſcientiam graviter ſauciet, ut hinc non abs re* Angelus*, Paulus Caſtrenſis* & Ludovicus Bologninus* *JCti ſagaciſſimi & excellentiſſimi pœnam ſangvinis definire renuerint. Ac veriſſimè ſibi benè dicitur conſulere, qui aliis in cauſis criminalibus non conſulit, modò ratione officii abſtinere queat. Nequeunt autem JCti, quorum functio & munus exigit, ut pro ſalute Reipublicæ præmiis bonos inſtigando, malos pœnis coërcendo vigilent, inque jure publico & criminali ſint ſolertiſſimi. At nec in eo ſubſiſtendum, ſed & cauſæ eccleſiaſticæ diſcretioni, prudentiæ & cognitioni ipſorum committendæ. Poſtquam enim per transactionem Paſſavienſem & ſubſecutam Religionis pacificationem jurisdictio eccleſiaſtica Pontificiorum, in terris & ditionibus Statuum Imperii Auguſtanæ Confeſſioni addictorum planè fuit ſuſpenſa, ipſorumque exercitio reſtituta, res eò devenit, ut Principes Evangelici utrumque regimen, tam ſeculare quàm eccleſiaſticum in provinciis ſuis vigore Superioritatis teneant, diverſo quantumvis titulo ac reſpectu: Illud equidem, ut Magiſtratus politici & ſeculares: Hoc verò, ut Epiſcopi, ſatis decenter ac modo convenienti, non ut prædicationi publicæ verbi divini & Sacramentorum adminiſtrationi ſeipſos intromittant, ſed jure poteſtatis externæ provideant, quò miniſtri Eccleſiæ ſecundùm norman Evangelicam ſuum faciant officium, ea ſolummodò, quæ jurisdictionis ſunt eccleſiaſticæ & legis diœceſanæ, ſibi reſervantes. Ne autem diſtinctæ jurisdictionis negotia uſu promiſcuo in Senatu politico confundantur, tractari placuit cauſas haſce Eccleſiaſticas, hoc eſt, ſpirituales & mixtas in peculiari foro, quod eſt Conſiſtorium Eccleſiaſticum, cui non modò Theologi, ſed & Politici ac JCti aſſident, prudenter omninò, ne de jure clericorum quisquam remittatur, nec clericis cauſis ſecularibus ſe implicare permittatur.*

* *conſil.* 199. *n.* 1.

* *conſil.* 205. *n.* 3.

* *conſil.* 8. *in pr.*

Ita ſcilicet JCti non modò cauſis civilibus, criminalibus ac publicis ſunt implicati, ſed & negotia eccleſiaſtica tractant; ex quo quam variis Jurisprudentiæ articulis detineantur, ſatis perſpicuum, ut nunquam ſat eruditionis colligi, nunquam ſat informationis præberi queat. Ego ſanè pro modulo judicii & tenuitate ſupellectilis deeſſe nolui, quominùs ſuppetias ferrem. Quantum enim occupationes variæ, & labores ferè indeſinentes mihi conceſſerunt, jamdudum non modò cauſarum civilium deciſa & reſponſa methodo ſuccincta cumulavi; ſed etiam rerum criminalium judicata magno ſudore collecta publici juris feci, & bona fide bonis communicavi. Quin & tandem pauxillum pro enucleando jure publico addidi, non perfectam rerum publicarum notionem, quam qui à me efflagitaverit, petito ſuo fruſtrabitur, ſed legem duntaxat fundamentalem, Capitulationem nempe Cæſaream, cui moles Imperii noſtri innititur, declaratam exhibendo. Reſtare videbatur, ut & de cauſis eccleſiaſticis operis quidquam à me quis deſideraret, cui nî ſatisfacerem, piaculum duxiſſem. Inter medios itaque labores novum aggreſſus laborem, quod alii & quidem pauciſſimi de rebus & negotiis Conſiſtorialibus, de perſonis nempe, bonis ac dotalitiis eccleſiaſticis, nominatione, vocatione, præſentatione, ordinatione & inveſtitura Paſtorum ac miniſtrorum Eccleſiæ, horum ſalariis & reditibus, de cauſis matrimonialibus, gradibus conjugii prohibitis & permiſſis, diſpenſatione Magiſtratûs, nuptiis, divortiis, ritibus & ceremoniis ſacris, bonis eccleſiaſticis, jure ſepulturæ, Academiarum, de jurisdictione, foro, proceſſu & pœnis eccleſiaſticis, ſparſim & obiter ſaltem interlinearunt, haut ſine labore diligentius excuſſi, quæque apud optimi commatis autores ſcitu uſuque circa hanc materiam digna hinc inde ſe reperta darent, in unum quaſi penu contraxi, inque certum opus, quod heîc vides, congeſſi, idque nomine ac titulo Jurisprudentiæ Eccleſiaſticæ & Definitionum Conſiſtorialium inſignitum volui. In quo ſi quid, ut vereor, levioris notæ & diſcuſſionis minus perfectæ ac deſideratæ occurrat, vel etiam rudiori Minerva & ſtylo ſcriptum ſit, autoritate publica facilè compenſabitur; Nec enim quæ opere hoc continentur, deciſa ex meo vel alterius privati prodierunt ingenio & judicio, ſed ex Sereniſſimi Saxoniæ Electoris *Senatu ſacratiſſimo, & Conſiſtorio Eccleſiaſtico Supremo, cujus quoque Reſcriptis, Mandatis, Decretis & Sententiis ſunt firmata, corroborata, adeoque cenſura Electorali probata. Etenim ne quid diſſimulem, quæ quondam* JCtus eximius DN. Cornelius Crollius piæ memoriæ, Profeſſor Academiæ Wittenbergenſis, antea functus officio Secretarii in Proto-Synedrio Dresdenſi *tùm temporis, ſibi ſoli conſignaverat, amica heredum manu mihi tradita fuêre, cumque ea ad rationes & fundamenta juris revocaverim, & quantum fieri potuit, penſiculatiùs concinna-*

na-

naverim, aliorum in uſum jam elaborata luce publica frui ſci, & omnibus fructuoſa fieri placuit.

Non autem ſi, ut hederam aliquam aut mangonia circumpoſita expectes, & inſtituti difficultas & rei utilitas per ſe obviam, nec ulteriorem deſideret commendationem. Quod ſi tamen aliquis vehementiùs Præconis vocem expeteret, provocare licebit ad eos, qui Sereniſſimo Saxoniæ Electori *à Conſiliis ſunt Eccleſiaſticis & Conſiſtorialibus, in cauſis ejusmodi verſatiſſimi, exercitatiſſimi, veri horum Deciſorum autores, quà* Theologi, *inter orthodoxos Principes & anteſignani; quà* Politici, *nunquam nun JCti primarii & excellentisſimi, de quorum præcellentia, laude, fide incorrupta & integritate, ſi non modeſtia prohiberet, multa mihi ſuppeterent verba, at non ſufficientia, ſi dicendum foret, quod res eſt. Et quo tandem literarum ductu, quoque elogio ſatis à me extolleretur* Collegii hujus Sacratiſſimi & Conſiſtorii Supremi Præſes, Sacræ Cæſar. Majeſtati à Conſiliis & Ærarii Imperialis Præfectus, nec non Sereniſſimi Saxoniæ Electoris Conſiliarius Intimus, Fideliſſimus: Vir Generoſus, Strenuus & Magnificus Dn. Fridericus à Metzſch, Hereditarius in Reichenbach & Friſen, *variarum lingvarum ſcientiſſimus, facundiâ excellentisſimus, juris publici & privati peritisſimus, omni virtutum genere nobilisſimus & rerum Imperialium experientiâ præclarisſimus, Domûs Saxonicæ Electoralis decus ſingulare, Aulæ Dresdenſis ornamentum inſigne, & Nobilitatis Miſnicæ ſplendor lucidiſſimus, cujus prudentiam in ſuffragiis ferendis incomparabilem, ſucceſſus in rebus gerendis nunquam non feliciſſimos, judicium in cauſis decidendis perfectiſſimum fidemque in juſtitiâ adminiſtrandâ integerrimam dexterrimam omnes in Imperiò Romanô venerantur, exteri admirantur. Cujus ſolertiæ, quicquid boni gratiâ divinâ ex ſanis conſiliis vel civibus ac ſubditis Electoratûs Saxonici vel Academicis Profeſſoribus, Studioſis, Eccleſiæ & Scholarum Miniſtris unquam contigit, acceptum lubenter ferunt. Quem propterea cum* Lipſio, *cunctæ civilis prudentiæ Enchiridi-* *not. ad 1. pol. 9. in Morvill.* *um, & cum* Kirchnero, *Pretioſiſſimum orbis Chriſtiani theſaurum meritò reveremur.* *lib. 1. cap. 5.* *Nil favori, nil auribus à me dictum fatebitur quisquis graviſſimarum Viri hujus laudatiſſimi functionem haut ignarus. Ex quo enim jam ante tricennium inter Conſiliarios aulicos* *Anno 1619. Anno 1620.* *adſcitus, & mox ob ſingulares ingenii & judicii dotes in Senatum Appellationum receptus, rerum forenſium notitiam haut vulgarem, ſibi comparaverat, quam non integrum poſtea vicennium Præ-* *Anno 1628.* *ſidis munere in Senatu Eccleſiaſtico ac Conſiſtorio Supremo laudabiliter functum, & decennium in Senatu Sereniſſimi Electoris ſecretiore occupatiſſimum, cauſarum eccleſiaſticarum rerumque Imperiali-* *Anno 1638.*

um

um cognitionem & experientiam ſibi acquiſiviſſe exiſtimes? Exactiſſimam ſanè & perfectiſſimam; Cui ne quidquam deeſſet, tot acceſſerunt Legationes ſplendidiſſimæ, non alterius præterquam ipſius fidei demandatæ, tot Comitia Imperii, univerſalia pariter ac particularia, quibus non modò laudabiliter nunquam non interfuit, ſed etiam quandoque magnificâ autoritate præfuit. Quàm verò graviter ille, quàm prudenter, quàm peritè & feliciter ſuperata omnium hominum expectatione, negotia ſibi commiſſa expediverit, nondum memoria excidit eorum, quibus innotuit atteſtatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis & Sereniſſimi Saxoniæ Electoris *ſanctiſſimum, quod non ſemel, nec ſine invidia reportavit. Indies hinc meritis inclaruit egregiis, ut ad ſummum tandem dignitatis culmen evectus, Ratisbonæ Comitiis pro novo Rege Romanorum eligendo indictis Electoralibus, medius inter Electores in conclavi Electorali graviſſimum Saxonis* *Anno* 1656. 7. *Sept.* *graviſſimè dixerit votum. Et, quod ſilentio non ſepeliendum, iisdem in comitiis* Sacræ Cæſareæ Majeſtati *ex juſſu ſingulari evaginatum prætulerit enſem Imperialem; honos certè omnium maximus, qui forſan nulli antea contigit Legato; Sed optimo jure* Metzſchio Nobiliſſimo, *de quo, quod de duobus Saxoniæ Conſiliariis ad ſe miſsis* *Kirch. de legat. libr.* 2. *cap.* 9. Stephanum Regem Poloniæ *uſurpaſſe ferunt, cum diceret, ſe non dubitare totius terrarum orbis gubernationem ſuſcipere, ſi duos iſtos Neſtores ſuorum conſiliorum ſocios haberet, veriſſimè prædicari poteſt*; *libr.* 1. *epiſt.* 22. *Cujus tandem encomio addere mihi licet, quod de* Titio Ariſtone *ſcripſit* Plinius: *Illo nihil gravius, ſanctius & doctius fuiſſe, ut ſibi non unus homo, ſed literæ ipſæ, omnesque bonæ artes in uno homine ſummum periculum adire viderentur. Quam peritus, inquit, ille & privati & publici juris? quantum rerum? quantum exemplorum? quantum antiquitatis tenet? Nihil eſt quod diſcere velis, quod ille docere non poſſit: Mihi certè quoties aliquid abditum quæro, theſaurus eſt.*

Præſidis hujus & aſſeſſorum nunquam ſat laudatorum de rebus eccleſiaſticis prudenter cogitata, maturo conſilio ventilata, acutiſſimoque ingenio ac judicio concluſa & judicata quis non dixerit Electoratûs Saxonici Oracula! Quibus, Lector amiciſſime, ſive ſtudio theologico, ſive juridico operam naves, multùm debebis, ſi qua ex his meis lucubrationibus ad te utilitas redibit, de quo nullus dubito, idque ut fiat, Deum animitùs precor, à te verò nil quidquam aliud, quàm ut operariorum errata condones, ac ea ipſemet haut gravatim & micè corrigas, Vale.

De cætero, cùm Definitiones hasce Conſiſtoriales jam ante quadriennium auditoribus meis publicè in Collegio JCtorum Petrino prælegere ac profiteri cœperim, programma invitatorium hisce præverti meritò viſum fuit.

IN NOMINE JESU CHRISTI.

BENEDICTUS CARPZOV, J. U. D.

Conſiliarius Electoralis Saxon. & Facultatis Juridicæ in Academiâ Lipſienſi

ORDINARIUS

Lectori Salutem.

Lilia illa gallica, quæ in ſcutis Regum, ſi Diis placet, chriſtianiſſimorum, mutatis trium Bufonum vel lunarum creſcentium inſignibus, à Clodovæo unà cum religione primùm aſſumta, poſtea à Carolo VI. elegantioris aſpectus causâ ad numerum ternarium redacta, etiamnum hodie ſpectantur, jam olim Noachi ætate in uſu Francis fuiſſe, & illa quidem cœlo delapſa, propterea quòd non quævis lilia ſed cœleſtia eſſent, nec alii quàm ſibi divinitus data, gloriatur Francorum populus; vel quod cœlitus Eremita quidam admonitus Clodovæo lilia attulerit, vel quod ipſemet Clodovæus Eremitam ſubſtituerit. Hoc ſi non hieroglyphicè intellectum, interprete Philippo Valeſio, qui Eduardo Angliæ Regi ſceptra gallica affectanti reſiſtebat ex illo Salvatoris: *Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt, non laborant, nec nent.* Scilicet lilium gallicum non cadit in colum & fuſum, vel ut apertius dicam, ex lege Salica in Franco-Gallorum Imperio fœminæ à ſucceſſione repelluntur; procul dubio fabuloſè dictum eſt à Gallis, quorum ingenia inquieta eousque ſunt progreſſa, ut in galli gallinacei capite Regis ſui inſignia obſervaverint notata, indeque Regiæ potentiæ maximum duxerint argumentum, ſi non potiùs ſolutioris cachinni. Quoniam enim in capite galli gallinacei in cerebro integre ſine fracturâ exoſſato, reperitur unâ facie Buſo, quo in dorſum verſo, altera facie exprimitur lilium, inde ſymbolum autumant deſumendum, Monarchicum Imperium in Regem Galliarum tandem devolutum iri. Parili oblectatur ſubtilitate ſuperbia Hiſpanorum, qui Regibus catholicis crucem Chriſti, ejusque vexillum ſtemma omnium precioſiſſimum aſſignant, idque majoris ſublimitatis gratia è cœlo demiſſum nugantur; Idem ferè figmentum, quo Dani ſuo blandiuntur Regi, cujus emblema perſpicuum exhibet typum crucis vivificæ, quam temporibus Waldamari II. cùm Dani armatâ manu Livoniam ſuæ poteſtati ſubigerent, & ad Chriſtianam Religionem converterent, de cœlo lapſam ferunt: Non aliter quam Scotiæ Reges victis & debellatis Pictis, S. Andreæ crucem, quæ jam ante ſuper eorum caſtra in cœlo apparuerat, pro inſigni acceperunt. Nimirum quando curioſè nimis & arroganter Principes ac reges de titulis & ſtemmatibus contendunt, vix ſibi queunt temperare, quin ad ejusmodi vanitatis lapidem impingant, anilemque in ſuperſtitionem proruant.

Non ita S.S. Cæſarea Majeſtas, quam in Aquilâ Imperiali veneramur, eamque non ſuperſtitioſè, ſed verè divinitus è cœlo quaſi delapſam in Monarchicum emblema aſſumtam remur, ex vaticinio Ezechielis Prophetæ: *Aquilam grandem magnarum alarum, longo membrorum ductu plenam plumis & varietate veniſſe ad Libanum, & medullam Cedri tuliſſe*; per quam Nabuchodonoſorem Orientis Monarcham indigitatum, non minimi inter Theologos & Politicos opinantur; Nec parùm hunc juvat intellectum illud Hoſeæ: *Aquila ſuper domum Domini.* Aſſyriacæ ergò quod tunc emblema fuit Monarchiæ, id meritò poſtea à Romanis uſurpatum, ultima ad quos pervenit Monarchia etiamnum in Imperio, quale apud Germanos hodie eſt, continuata, licet antiquitus alias extitiſſe cauſas Romanis, quòd formidabilem alitum Reginam inſignibus ſuis inſeruerint, ac quaſi propriam ſibi habendam fuerint adducti, ex hiſtoricis ſit perſpectiſſimum. Semper itaque

que fuit & eſt in hunc usque diem Aquila coronata Imperatorum & imperii Romani armis inviolatum, perpetuâ quaſi conſecratione magnificum inſigne, quod commendatam nobis reddit *Nobilitatem Imperatoriam*, ipsa notante voculâ germanicâ Adlers/ unde Nobiles Adlers/ Adel vel Edelleute vulgò nominati creduntur & ipſemet Imperator in jure Nobiliſſimus, ſeu culmen Nobilitatis, ex quo omnis Nobilitas fluit, & in eundem refluit, tanquam flumina de mari & in mare; *Præeminentiam*, quam habet in mundo præ aliis Cæſarea ſublimitas, perinde ſicut Aquila avis regia non ſolùm avium univerſarum tenet Regnum, ac præ ſe fert Majeſtatem Regiam, ſed & Buteonem, Sanqualin, Immuſculum ac Vulturium longè antecedit; reliquarum volucrum oſtenta, quæcunque tandem offerantur; interventu ſuo abolet, neq; per omnes aëros tractus ulli quàm fulmini cedit; proverbio hinc antiquitus apud JCtos recepto: Aquila Leovè ubi figit pedem, reliqua animalia quieſcunt. Et tandem *Victoriam*, poſtquam Romanæ Aquilæ victrices quieſcere vix potuerunt, quin armorum horrore univerſam totius Orbis ditionem, quæ aſcendentem vidit, aut deſcendentem Solem, & quæ ex utroque latere, meridie ſcilicet & ſeptentrione percellerent, nactaque ſemel populorum dominatione, brevi tempore Orbis terrarum partes, quotquot hactenus in notitiam hominum venerant, & pro quarum Imperio ſibi & patriæ quærendo decertârant, tandem devincerent, ſuique juris facerent; non aliter quàm Aquila roſtro & ungvibus, reliquo avium generi (prout fabula habet) quondam monſtratis, virtutem & potentiam ſuam ſatis commendatam & formidabilem reddiderit, imperiumque ſola veluti Rex (pro quo vulgò habetur) obtinuerit. Hæcce eſt nobilis illa, potens & formidabilis Imperi Aquila, at nimis hodie deplumata, cujus bina conſpiciuntur capita, non quod inſignia duas repræſentent Aquilas concorporatas & in unum ſic mixtas, expanſis ad invicem alis dorſa ſibi jungentes; forſan ne monſtroſum ominentur unum corpus duobus capitibus exornari; Sed quia biceps eſt aquila una, unanimi Procerum placito in Receſſibus Imperii ſic depicta, unſer und Reichs Adler mit zweyen Köpffen/ ſciſſura ſi non naturæ, quæ unius corporis unum duntaxat conſtituit caput, attamen corpori myſtico, quod ſæpius naturæ egreditur terminos, conveniens, in quam argutè ſatis Bloſius, Palladius Romanus hoc luſit diſticho:

Picta biceps Aquila hinc occaſum, hinc dum aſpicit ortum,
Alter ait noſtri eſt Cæſaris, alter erit.

Inter memorabilia enim, quæ ſub Conſtantini Imperio acciderunt, illud maximè prædicatur illuſtre, quòd Conſtantinopolin extruxerit, eamque alteram Imperii Romani ſedem conſtituerit, aquilamque Romanam bicipitem fecerit. Nam cùm ultima Monarchia ſub Auguſto Cæſare cœpta dudum Romæ perſtitiſſet; tandem per Conſtantinum Magnum, cum eam Conſtantinopolin transferet, indeque novam appellaret Romam, diviſum eſt Imperium in Orientale & Occidentale, quod bicipiti Aquila videtur adumbratum. Dogma hoc eſt aliquot ſeculorum, ſed ad rigidum ſi vocetur examen, vix oraculum. Sicuti nec illud, quod fiſſa Aquilæ imago à Carolo Magno Germanorum, & Nicephoro Græcorum Imperatorum conventione ortum duxerit, Conjecturæ ſcilicet ſunt hieroglyphicæ, quæ imaginario tantùm ſuſtinentur fulcro; Mihi ſi penitiores cogitationum receſſus ſint explicandi, dixerim, inſignia Aquilæ duplex deſignare Regimen, ſeculare & eccleſiaſticum Imperatori divinitus demandatum; Unicum enim Aquilæ corpus quemadmodum binis exornatur capitibus, ita Imperator unus duplex ſuſtinet Regimen, duplex Imperium; Unum caput eccleſiaſticum jus Majeſtatis, alterum ſeculare deſignat. Unum, Eccleſiæ caput Epiſcopum & Pontificem, alterum Imperii caput, Regem & Cæſarem repræſentat. Ita nempe Imperator qui eſt, idem quoque ſupremus Eccleſiæ Præfectus, Advocatus, Pontifex & Nutricius, cui Religionis cura incumbit, ad exemplum *Davidis*, qui arcam fœderis in civitatem reduxit, & ut juxta altare ſtarent Cantores, dulciaque ejus cantica ſacra decantarent, conſtituit: *Joſuæ*, qui cultum Dei reſtituit purum, & exploſâ idololatriâ congregatis omnibus & ſenioribus Judæ & populo à parvo usque ad magnum, omnia verba libri fœderis cunctis audientibus legit fœdusque cum Domino percuſſit, ut cuſtodirentur præcepta ejus; *Ezechiæ*, qui reformationem templi & cultûs inſtituit, ac Phaſe celebravit. Aquila ergò avis Regia in ſtemmate ut regiam innuit poteſtatem, ita biceps Aquila binûm Eccleſiæ & imperii Regimen infert, utrumque Regiæ poteſtatis jure; quod toties Imperatores faſſi ſunt, quoties ratione poteſtatis Cæſareæ, Krafft ihres obliegenden Käyſerlichen Amts/ curam Eccleſiæ in Receſſibus Imperii ſibi ſolis vindicârunt. Nec enim decet Imperatorem quicquam aliis communicare de eo, quod inſigne eſt Majeſtatis ſupremæ & de Imperii Reſervatis; Inſignia hinc Aquilæ Imperialis ſacra cenſentur & inviolabilia, in tantum, ut non facilè

lè quisquam tantâ audaciâ verecundiæ limites fuerit ſupergreſſus, qui Imperialis Aquilæ participationem expetierit, nec ullus Imperator extiterit, qui eam alii voluerit communicatam, niſi (quod perraræ & ſingularis gratiæ decus) præclara & ſingularia præclarorum Virorum demerita hanc tenacitatem ſuperaverint, & communicationem Aquilæ bicipitis extorſerint, quod virtutes Martini Cromeri in Polonia, familiam Teſſaurorum in Pedemontio, Piſtoriorum de Nidda, & Appianorum in Germaniâ in ſuis inſignibus reportaſſe novimus. Quod quidem de privatis dictum velim. Electores verò, Principes ac Status in Imperio qui ſunt, licet nec ipſis Inſignia bicipitis Aquilæ fuerint communicata, Majeſtatis tamen Imperatoriæ ſummævè poteſtatis ex lege Regiâ, ſive capitulatione Cæſareâ participes facti, ipſum obtinuerunt inſignitum. Rectè omninò: Cum enim in territoriis ſuis Proceres ac Status Imperii ipſum Imperatorem repræſentent, Privilegio ac Reſervatis Imperatoriis utantur, præeminentiis Imperatori indultis coruſcent, inque ditionibus ſuis quilibet ipſorum pro Imperatore habeatur, juxta illud vulgi: Ein ieder Herr iſt Käyſer in ſeinem Lande/ſciſsò quaſi Imperiò, juribusque Imperialibus tàm quoad ſecularem quàm eccleſiaſticam poteſtatem & curam Religionis, quodammodò diviſis, Aquila biceps tam arctè conſtringi nequit, quin ſaltem plumis ſui ſplendoris eos exornaret, prædamque ſuam inter ipſos diſtribueret. Scilicet cùm per transactionem Paſſavienſem & ſubſecutam Religionis pacificationem jurisdictio Eccleſiaſtica Pontificiorum in terris & ditionibus Auguſtanæ Confeſſioni addictorum, planè fuerit ſuſpenſa, hisce jurisdictio ſeu regimen tàm Eccleſiaſticum quàm ſeculare in terris ac provinciis ſuis vigore territorialis ſuperioritatis, krafft habender Landes-Fürſtlicher Obrigkeit/datum, vel potiùs teſtitutum eſt. Nam ſicut Archi-Epiſcopi & multi ex Prælatis utrumque tribunal Principum benignitate nacti, jam dudum exercuerunt, ita multò æquius viſum fuit, ut & ſeculares Imperii Status ex cauſis graviſſimis utramque jurisdictionem decenter & convenienter uſurpent tàm in his, quæ ordinis, quàm quæ jurisdictionis ſunt Epiſcopalis ac legis diœceſanæ, non quidem ut Principes & Status Auguſtanæ Confeſſionis ſeculares prædicationi publicæ verbi divini, adminiſtrationi Sacramentorum & poteſtati ſeipſos intromittant, ſed ſaltem curam gerant, ac jure poteſtatis externæ provideant, ut per Superintendentes & miniſtros Eccleſiæ, ſecundum ordinem divinitus inſtitutum ad normam Evangelicam, decenter perficiantur; ea verò quæ ſunt jurisdictionis Eccleſiaſticæ & legis diœceſanæ per Conſiſtoriales expediant. Noluerunt ſiquidem Status Evangelici utriusque tàm ſecularis, quam Eccleſiaſticæ poteſtatis genera promiſcuo uſu confundi, ſed diverſo Senatu tractari; quò altera alteram non turbaret, ſed potiùs mutuis adminiculis juvaret, & quidem ita ut ad deciſionem cauſarum ſpiritualium, vel mixtarum, unà cum Politicis perſonæ adhiberentur eccleſiaſticæ, ne de jure Clericorum quicquam remittatur, neque Clericis ſecularibus ſe implicare permittatur: quod non modò ab Helvetiis, in Chor-oder Ehegericht/ & Anglis in Chriſtianitatis Curiâ plurimis abhinc annis obſervatum eſt; ſed etiam totius Germaniæ conſvetudine generali receptum, ut Principes & Status Auguſtanæ Confeſſionis ſua propria habeant Conſiſtoria, in quibus à tot Theologis quot Juriſconſultis, conjunctim aſſidentibus cauſæ ejusmodi tractentur & definiantur. Sunt hinc Conſiſtoria judicia Eccleſiaſtica, in quibus omnes indifferenter cauſæ, pertinentes ad Eccleſiæ perſonas, res ac dotalitia, patronatùs, atque matrimoniales caſus, & id genus aliæ, nomine ſupremi Magiſtratûs, ceu Epiſcopi ventilantur ac deciduntur. Invident equidem Catholici ac noviſſimè JCti Dillingenſes hoc Principibus Evangelicis, cauſas matrimoniales, aliasque ratione ſaltem conſequentiæ ſpirituales vel mixtas, à ſuſpensâ Epiſcoporum Pontificiorum jurisdictione impudenter eximentes; ſed contra tenorem Sanctionis Religioſæ, longiſſimamque temporis immemorialis obſervantiam, quâ Status Evangelici firmiſſimè ſunt muniti, ut ſine ullâ victoriæ ſpe inanem deſuper controverſiam Conſiſtoriis denuo movere cenſeatur, quicunque id facere præſumat. Rectiùs verò faciet, quisquis operamque impendet longè utiliorem, & dignitatis palmam laudumque primatum merebitur, ſi ad ipſam materiarum & quæſtionum Eccleſiaſticarum disqviſitionem ſe accingat: Eas nempe, quæ in Conſiſtoriis tractari & ventilari ſolent, examinet, ad rationes & fundamenta juris divini, civilis & canonici revocet, decidat, aut à peritioribus in Conſiſtoriis deciſas aliis communicet, jurisque publici faciat. Dolendum ſanè & vehementer dolendum, quòd inter tot multos JCtos longè præclariſſimos, quos ſuperior, vel etiam noſtra ætas tulit, quique innumera ferè ſcripta & tot librorum millia divulgârunt, pauciſſimi duntaxat de materiarum ac quæſtionum Conſiſtorialium ſupellectile, obviis, quod ajunt, manibus & primoribus labris aliqua ſaltem fragmenta obiter & ſparſim interlineârint, & digito tantùm tetigerint, nullus verò ex profeſſo quicquam publicârit, & intacta hactenus præclaro conatu

natu

natu diligentius excuſſerit, licèt hoc plurimi tam ſtudio theologico quàm juridico addicti maximoperè expetierint & optârint, quorum deſiderio ego pro meâ tenuitate diutius deeſſe nequeo, quin nec debeo.

Ecce enim, poſtquam *Sereniſſimus & Potentisſimus Princeps ac Dominus, Dn. JOHANNES GEORGIUS, Dux Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, Sacri Romani Imperii Archi-Marſchallus & Elector, Landgravius Thuringiæ, Marchio Miſniæ, nec non ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Burggravius Magdeburgenſis, Comes Marchiæ & Ravenſpergæ, Dominus in Ravenſtein, Dominus meus clementisſimus* Officium Ordinariatûs in hac Academiâ Lipſienſi, & unà Profeſſionem juris canonici ſuperioribus diebus clementiſſimè mihi, licet indigno obtulerit, fideique meæ crediderit, provinciam hanc ſubmiſsâ reverentiâ aggredi, & pro modulo ingenii ac tenuitate virium jus Canonicum profiteri, mearum partium exiſtimavi. Hoc autem quatenus in terris Proteſtantium uſu receptum, duplicem nobis exhibet rerum materiem, ſpiritualium nempe ſeu Eccleſiaſticarum, & forenſium; illa quæſtiones concernit Conſiſtoriales, hæc juris proceſſum: neutra negligenda, utraque tractanda. Sed cùm de poſteriori jam plurima Doctorum ſcripta in manibus Studioſorum verſentur, hujus explanationem in aliud differam tempus, quo ſi Deus gratiam, vitam & valetudinem conceſſerit, proceſſum juris in noſtro foro, inprimis verò in Curiis Electoralibus & ſupremo Appellationum judicio Dreſdenſi introductum & obſervantiâ comprobatum, annexis ſemper modis ac formulis petendi & ſententionandi, breviter & ſuccinctè ſtudioſæ juventuti in calamum dictabo & communicabo. Nunc autem, Deo adjuvante quæſtiones illas Conſiſtoriales ſive Eccleſiaſticas diu deſideratas, de perſonis nempe, bonis ac dotalitiis eccleſiaſticis, vocatione, præſentatione & ordinatione Paſtorum ac miniſtrorum Eccleſiæ, horum ſalariis & reditibus, ceremoniis ac ritibus ſacris, cauſis matrimonialibus, gradibus permiſſis & prohibitis, diſpenſatione Magiſtratûs, divortiis, jure ſepulturæ, jurisdictione & pœnis eccleſiaſticis, aliisque plurimis in Conſiſtoriis quotidiè occurrentibus, proponam. Hoc verò breviter & ſuccinctè faciam, ita ut quæſtionis cujusque deciſio fundamento aliquo & textu juris divini, civilis vel canonici, Ordinationis harum terrarum eccleſiaſticæ, Decreti Synodalis, vel Articulorum generalium probetur, veritasque ſine tædio verborum multisque ambagibus demonſtretur, ac tandem ex ſingulari permiſſu Protoſynedrii Dresdenſis ſingulum quodque deciſum uno atque altero ejusdem præjudicio ſpeciali; expreſſo ſemper illius tenore confirmetur, methodo haut diſſimili, quâ Definitiones meæ forenſes jam ante ſexennium in publicum prodierunt, ex quo tandem opus hoc Jurisprudentia Conſiſtorialis ſeu Eccleſiaſtica inſigniri queat. Aggedior equidem rem utique impeditam, negotiumque curæ & laboris planiſſimum, ſed vincunt omnem difficultatem fructus inde ſperandi, quos non modò utriusque juris, ſed etiam ſacroſanctæ Theologiæ Studioſis, ſi quandoque Paſtores, Epiſcopi & Superintendentes evadant, maximè utiles & proficuos fore, confido, & certiſſimè polliceor. Quæ cum ita ſint, utrique tàm Juris quàm Theologiæ Studioſi prælectiones meas audire & excipere, continuaque frequentia ſtudium & laborem meum excitare velint, rogo vehementer, forſan ne horula præteribit, quâ ſi non integrum deciſum, ſcitu tamen quid dignum percipient.

Horum laborum auſpiciis, more ſic recepto, præmittam ad diem Martis proximum poſt preces ſtatim matutinas, in Auditorio Petrino, velut augurium aliquod, Orationem, in quâ vinculum pacis Religioſæ firmiſſimum, & jurisdictionem Statuum Evangelicorum Eccleſiaſticam in cauſis matrimonialibus, aliisque mixtis, & ſpiritualibus ex Sanctione Paſſavienſi; ab injuriis Autoris autonomiæ ſiniſtroque JCtorum Dilligenſium intellectu, & iniquâ reſtrictione vindicabo. Huic ut ſuſpenſis cæteris, quibus detinentur negotiis, haut gravatim velint adeſſe magnificus Academiæ Rector, trium Facultatum Decani, Magiſtri & Doctores, Virique omnium ordinum ac dignitatum in hac Academiâ & Civitate Ampliſſimi, Conſultiſſimi, Excellentiſſimi, Clarisſimi, Præſtantisſimi, Gravisſimi, oro reverenter, officiosè, & amicè. Vosque ſequimini Studioſi Nobiliſſimi, Eruditiſſimi, Doctiſſimi, Favete novo Ordinario, Favete novo Profeſſori. Viciſſim ille vobis ex animo favet, veſtraque Studia omnibus modis promovere indeſinenter laborat. Perſcrib. Lipſ. 1. Maji, Anno reparatæ Salutis

M DC XLV.

INDEX

Index Generalis
DEFINITIONUM ECCLESIASTICARUM SEU CONSISTORIALIUM, QUÆ IN TRIBUS HISCE LIBRIS CONTINENTUR,
Libri I.
De
JURE PERSONARUM ECCLESIASTICARUM SIVE CLERICORUM EORUMQUE VOCATIONE, OFFICIIS, REDITIBUS ET SALARIIS.

Tit. I.

De

Juribus Epiſcopalibus, quæ in Conſiſtoriis Principum ac Statuum Imperii Evangelicorum tractantur.

Definit.

1. *Religiones, rerumq; ſacrarum cura ad Principem & Magiſtratum ſpectat politicum.*
2. *Vigore pacificationis religioſæ jura epiſcopalia Principibus & Statibus Imperii Evangelicis competunt: ex quo duplicem repræſentant perſonam, duplicemquè exercent poteſtatem: eccleſiaſticam & politicam.*
3. *Jurium Epiſcopalium participes non ſunt Nobiles mediatè Imperio ſubjecti, qui ſunt Electorum ac Principum Landſaſſii.*
4. *Jura Epiſcopalia quænam ſint: & in quibus conſiſtant?*
5. *Indictio & convocatio Synodorum ad eum ſpectat, cui competunt jura epiſcopalia.*
6. *Refertur quoq; ad jura epiſcopalia gubernatio & adminiſtratio bonorum ac rerum eccleſiaſticarum.*
7. *Vigore Pacificationis religioſæ juriumq; epiſcopalium inde ſibi competentium, Principes & Status Auguſtanæ Confeſſionis de cauſis matrimonialibus cognoſcunt ac judicant.*
8. *Adminiſtratio & cura Academiarum refertur ad jura epiſcopalia.*
9. *Nec non cura Scholarum trivialium & oppidanarum.*
10. *Jus etiam ſepulturæ accenſetur juribus epiſcopalibus.*
11. *Cauſæ ac negotia jurium epiſcopalium à Statibus Evangelicis in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis tractantur & peraguntur.*
12. *Tria habentur Conſiſtoria in Electoratu Saxoniæ, Lipſienſe, Wittebergenſe & Dresdenſe, quod ultimum nuncupatur Supremum, cui incorporatus eſt Senatus Eccleſiaſticus,* der Kirchen-Rath/ *quæq; inter hunc & Conſiſtorium differentia?*

Tit. II.

De

Jure Patronatûs.

Defin.

13. *Differt à juribus epiſcopalibus jus Patronatûs, quod ſpirituale non eſt: eo tamen neglecto, vocatio miniſtrorum nulla.*
14. *Exercetur quoque jus Patronatûs in vocatione ac præſentatione Præceptorum & Miniſtrorum Scholæ.*
15. *Quando Patronus negligens eſt in exercitio juris patronatûs, Epiſcopus ex officio inſtituere valet miniſtros Eccleſiæ.*
16. *Nondum vacante Miniſteriô ſeu Paſtoratû, jure patronatûs nequit alius præſentari niſi in caſu neceſſitatis, ſi verbi Miniſter vel decrepitæ ſit ætatis, vel continuo morbo laboret.*
17. *Ne quidem juſtâ ex causâ Paſtor vel miniſter verbi ipſemet ſibi alium adjungere valet: ſed à Patrono Eccleſiæ Subſtitutus eſt præſentandus.*
18. *Subſtituto Paſtori adjungendo, vel certa ſpes ſucceſſionis in paſtoratu, vel proviſio de futurâ alimentatione à Patrono eſt facienda.*

19. *A Patrono Eccleſiæ non præſentatur Superintendens, ſed munus hoc à Principe habente jura epiſcopalia immediatè defertur.*

20. *Non valet Patronus ſibi obligare Paſtorem vel miniſtrum Eccleſiæ per actionem Reverſûs.*

21. *Quando lis vertitur ſuper jure patronatûs, præfertur is, qui in poſſeſſione vel quaſi bonâ fide eſt conſtitutus.*

Tit. III.

De

Nominatione & Vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ.

Definit.

22. *Quo ordine electio facienda in vocandis Paſtoribus & Miniſtris Eccleſiæ? quæque differentia inter nominationem, vocationem, præſentationem, ordinationem & inſtitutionem eorundem?*

23. *Legitimæ vocationis requiſita in electione quoque Subſtituti præcisè ſunt obſervanda.*

24. *Libera competit Patrono nominatio & vocatio novi Paſtoris, ſine determinatione familiæ ac generis perſonarum.*

25. *Niſi ex conventione ac lege provinciali ad indigenas & Stipendiarios nominatio ſit reſtricta.*

26. *Pie agit Patronus, ex paribus nominans eum, cui parva eſt res familiaris curtavè ſuppellex.*

27. *Conſenſu totius Eccleſiæ omniumque diœceſi ſubjectorum ſeu Parochianorum, nempe Cleri, Magiſtratûs ac plebis, vocandi ſunt Paſtores & miniſtri Eccleſiæ.*

28. *Nec Subſtituti ſive Adjuncti ſine totius Eccleſiæ conſenſu ad functionem Paſtoratûs admittuntur.*

29. *Non repræſentat ordinem politicum & ſecularem in vocatione miniſtrorum Eccleſiæ Senatus oppidanus, qui Schrifftſaſſius non eſt, ſed Amtſaſſius.*

30. *Conſenſus quoque populi & parœcianorum,* der Eingepfarrten/ *ad vocationem Miniſtrorum Eccleſiæ requiritur: nec iis invitis novus obtruditur Paſtor.*

31. *Conſenſus & judicium populi de novo Paſtore non committendum promiſcuæ plebis arbitrio: quoque mediô ac modô id explorandum?*

32. *Populi conſenſus non præjudicat juri Patronatûs: nec poteſt hujus diſſenſus vocationem novi Paſtoris à Patrono electi ſine juſtâ ac ſufficiente causâ impedire vel remorari.*

33. *Non vocandus nec præſentandus eſt novus Paſtor, priusquam ad Concionem δοκιμαστικὴν fuerit admiſſus.*

34. *Omitti nequit Concio, quam vulgò δοκιμαστικὴν appellitant: ſed neglectâ eâ vocatio novi Paſtoris eſt nulla.*

35. *Sine præſcitu & permiſſione Superintendentis ad concionem δοκιμαστικὴν nemo admittendus.*

36. *Si tamen de Eccleſiæ conſenſu & judicio conſtet, præſentatus quandoque confirmatur, idoneus ſi fuerit repertus.*

37. *Votô & conſenſu Paſtoris vel Superintendentis irrequiſitô, vocandi non ſunt Diaconi, aliivè Eccleſiæ miniſtri.*

38. *Quo caſu tamen ſecundùm conſuetudinem & obſervantiam cujusque loci procedendum.*

39. *Ad functionem Paſtoratûs vel Miniſterii ſine vocatione legitimâ nemo admittendus.*

40. *Ad miniſterium eligendi, fraudibus, pecuniis, aliisvè malis artibus ſe non ingerere, nec legitimam vocationem prævenire debent.*

41. *Vocationem miniſtri Eccleſiæ Patronus nec ad certum tempus reſtringere, nec ſemel vocatum vi juris patronatûs ab officio rurſus removere poteſt.*

42. *Licet accidentalis illa vocationis conditio, ut miniſter Eccleſiæ Anteceſſoris viduam vel filiam in uxorem ducat, modò limitatò ſubſiſtat; cavendum tamen, ne hinc lex introducatur, & officia eccleſiaſtica fiant hereditaria.*

Tit. IV.

De

Præſentatione, ordinatione & inveſtiturâ novi Paſtoris.

Definit.

43. *Præſentatio præcedere neceſſariò debet ordinationem & inveſtituram, quæ nec ſine illâ ſubſiſtit.*

44. *Patronus multò quantumvis ære alienò obrutus habet jus præſentandi, nec ab eo à creditoribus eſt excludendus.*

45. *Quomodo occurrendum contentioni de duobus ſimul præſentatis inter plures Compatronos, ubi tutiſſimum eſt remedium, ut alternis vicibus præſentent.*

46. *Patronus novum Paſtorem vel Eccleſiæ miniſtrum unà cum Superintendente Diœceſeos præſentare debet, non etiam Superintendens excluſò Patronò.*

47. *A ſolo tamen Patrono præſentatio novi Paſtoris abſque Superintendente facta quandoque admittitur.*

48. *Præſentandus coram Epiſcopo vel in Conſiſtorio præſens eſſe debet, nec confirmatur abſens per literas præſentatus.*

49. *Niſi cauſa juſta & ſufficiens præſentiam perſonæ præſentatæ impediat, de cujus eruditione & qualitatibus jam tùm Epiſcopo vel Conſiſtorio conſtet.*

50. *Quo tamen caſu ceſſante impedimentô, Paſtor confirmatus in Conſiſtorio ad ſubſcriptionem nem*

nem Formulæ Concordiæ & præſtationem juramenti Religionis ſiſtere ſe debet.

51. *Paſtor ſeu Miniſter Eccleſiæ præſentatus maximè ſi idoneus reperiatur, ordinari & confirmari debet.*

52. *Literæ confirmationis in originali in manus confirmati Paſtoris ſunt tradendæ, ac penes eum reponendæ & cuſtodiendæ.*

53. *Sumtus ordinationis ac confirmationis à fiſco Eccleſiæ & parochianis præſtantur.*

54. *Inveſtitura novi Paſtoris etſi de ſubſtantiâ miniſterii non eſt, nequaquam tamen omitti debet.*

55. *Quamvis inveſtitura novi Paſtoris ad jus Epiſcopale ſpectet, præſcitu tamen Patroni, eoque & parochianis præſentibus peragi debet.*

56. *Sumtus ad celebrandum inveſtituræ actum ex Fiſco ſeu ærario eccleſiaſtico ſuppeditantur.*

57. *Ærarium eccleſiaſticum ſi non habeat, unde ſumtus inveſtituræ ſolvantur, parochiani ad contributionem ſunt obſtricti.*

58. *Paſtor novus ſive Parochus ut cum familiâ & ſuppellectile advehatur, parochiani curare & ſumtus ſubminiſtrare debent.*

TIT. V.

De

Qualitatibus & officio Miniſtrorum Eccleſiæ.

Definit.

59. *Eruditus eſſe debet Eccleſiæ miniſter, gnarus controverſiarum theologicarum, articulorum fidei, Auguſtanæ Confeſſionis, & Formulæ Concordiæ.*

60. *Lectioni Bibliorum indefeſſo ſtudio incumbat miniſter Eccleſiæ.*

61. *Quoad gravitatem morum, vitamque ac converſationem honeſtam & exemplarem inculpabiles eſſe decet miniſtros Eccleſiæ.*

62. *Non admittendus ad functionem eccleſiaſticam, quin potius removendus, qui ratione eruditionis, vel morum ac vitæ ſe reddit indignum.*

63. *Miniſtri Eccleſiæ ſe non immiſceant rebus politicis & ad magiſtratus officium pertinentibus.*

64. *Procuratorio more literas ſupplices ne ſcribant miniſtri Eccleſiæ in cauſis litigantium.*

65. *Miniſtris Eccleſiæ tabernam vinariam vel cereviſiariam erigere non licet.*

66. *In officio elenchtico miniſtri Eccleſiæ modeſtiâ utantur, nec quenquam pro concione ex privatis affectibus perſtringant, vel injurias contra eum evoment.*

67. *Magiſtratum peccantem miniſtri Eccleſiæ modeſtè arguant, ne ſubditi ad ſeditionem excitentur, vel reverentia & obſequium deminuatur.*

68. *Extra diœceſin ſuam Paſtores non debent exercere actus miniſteriales.*

69. *Patronus ſive Collator ſacris ſe immiſcere & cultum divinum pro lubitu diſponere haut debet.*

70. *Non poteſt Patronus Paſtori ſeu miniſtro Eccleſiæ interdicere ſuggeſtum.*

71. *Uti gradus, ita etiam ordo & præcedentia inter miniſtros Eccleſiæ obſervanda, & præcedunt Miniſtri oppidani Miniſtros paganos.*

72. *Miniſtro Eccleſiæ non licet fugere tempore peſtis, niſi id fiat absque ſcandalo & jacturâ muneris eccleſiaſtici.*

TIT. VI.

De

Ludimoderatoribus, Cuſtodibus aliisque Clericis, eorum vocatione & officio.

Definit.

73. *Ludimoderatores & Præceptores in Scholis idonei à Magiſtratu cujusque loci conſtituantur, cæteroquin Principis officio incumbit huic rei proſpicere.*

74. *Præceptrices quoque informandis puellis præficiantur tales, quæ functioni huic utiliter præeſſe queunt.*

75. *Nomine miniſtrorum Eccleſiæ & Scholæ,* Kirchen- und Schuldiener / *quinam veniant? etiam Cuſtodes & Organici,* Küſter und Organiſten.

76. *Ludimagiſtri & Præceptores non præficiantur Scholis ſine præſcitu & conſenſu Superintendentis vel Paſtoris.*

77. *Nec Cuſtos ſine præſcitu & conſenſu Paſtoris vocari debet.*

78. *Si inter Magiſtratum & Paſtorem de vocando novo Ludimoderatore vel Cuſtode non convenit, res deciſo Conſiſtorii committenda eſt.*

79. *Ludimoderatores pariter & Cuſtodes ad examen Conſiſtorio præſentari, ab eoque confirmari debent.*

80. *Organici quoque præviô examine à Conſiſtoriis confirmantur.*

81. *Ad confirmationem tamen Organici neceſſe haut eſt, ut literæ vocationis peculiares in Conſiſtorio exhibeantur.*

82. *Ludimagiſter vel Cuſtos non à Paſtore, ſed Superintendente Conſiſtorio præſentari debet.*

83. *Perſona novi Ludimoderatoris vel Cuſtodis in Conſiſtorio ſiſtenda eſt ad confirmationem, nec confirmandus abſens.*

84. *Propter ſenium tamen abſens quandoque à Conſiſtorio confirmatur.*
85. *Pro obtinendâ in Conſiſtorio Æditui vel Ludimoderatoris confirmatione ſumtus de reditibus Eccleſiæ ſunt ſuppeditandi.*
86. *Curare debent parochiani & ſumtus ſubminiſtrare, quò Cuſtos ſeu Æditaus, Ludimoderator & Organicus cum familiâ & ſuppellectile advehantur.*
87. *Opifices ſi ſiant Æditui, unà opificium exercere haut prohibentur.*
88. *Actuarii vices unà gerere poteſt Æditaus in Judicio pagano.*
89. *Ab advocando tamen & patrocinando in foro abſtinere debent Ludimoderatores, Cuſtodes ſeu Æditui.*
90. *Scholarum moderatores quando ſunt Notarii exercitio Notariatûs prohibendi non ſunt.*
91. *Ab Æditais ſive Cuſtodibus, ſi de horum fide & dexteritate haut notoriè conſtet, ratione ornatûs eccleſiaſtici cautio benè exigi poteſt.*
92. *Patroni quoque Hoſpitalium ad præſtationem cautionis ſunt obſtricti.*
93. *Permutatio officiorum inter Cuſtodes Eccleſiæque miniſtros conſenſu & approbatione Conſiſtorii facta ſubſiſtit.*
94. *Modò Patronorum vel Collatorum & parœcianorum conſenſus acceſſerit.*
95. *Non prohibendi ſunt pueri ſcholares celebrare feſtum Gregorianum.*

TIT. VII.

De

Stipendiis ſive ſalariis ac reditibus Paſtorum & miniſtrorum Eccleſiæ, eorumque immunitatibus.

Definit.

96. *Certa ſunt Paſtoribus & miniſtris Eccleſiæ conſtituenda & exſolvenda ſtipendia atq; ſalaria.*
97. *Conſignanda ſunt à Magiſtratu ſalaria Miniſtrorum Eccleſiæ, atque matriculæ inſerenda.*
98. *Cavendum eſt, ne ſalaria & reditus miniſtrorum Eccleſiæ deminuantur.*
99. *Auctis parochianorum prædiis, augeri quoque debent ſalaria & ſtipendia miniſtrorum Eccleſiæ.*
100. *Nova ſi erigantur ac ædificentur molendina, augmentum ſtipendiis miniſtrorum Eccleſiæ addi debet.*
101. *Uſusfructus ſylvæ cæduæ parochianæ ceu pars ſalarii cedit Paſtoribus: & qualisnam ſit?*
102. *Panes Paſtoribus debiti pondere & qualitate correſpondere debent panibus parochianorum pro cujusque familiâ piſtis.*
103. *Idemque habendum de panibus Æditais ſive Cuſtodibus annuatim præſtandis.*
104. *Quandoque pro panibus pretium & æſtimatio exſolvitur Paſtoribus atque Æditais: & quanta hæc eſſe debeat?*
105. *Miſſales,* Opfferpfennige/ *quinam ſint, à quo, & per quem exigantur?*
106. *Incolæ pagorum, qui agros haut poſſident,* Häußler/ Gärtner und Haußgenoſſen/ *ultra miſſales, octodecim nummos Paſtori, & ſex Æditao,* zum Häuſelgroſchen/ *annuatim exſolvere obſtricti ſunt.*
107. *Nummos pro incolatu,* den Häuſelgroſchen/ *haut ſeparatim exſolvunt liberi & parentes, qui convictu communi fruuntur.*
108. *Quilibet manſarius,* Hüfner/ *annuatim pro ſingulo manſo unum groſſum Paſtori ſolvere tenetur, ſi non præſtet decimas.*
109. *Præſtationes annuæ miniſtris Eccleſiæ debitæ parochianis pauperibus potius remittendæ, quàm rigorosè nimis ab iis ſunt exigendæ.*
110. *Paſtoribus & Miniſtris Eccleſiæ accidentalia conſueta haut invidenda, nec deneganda ſunt.*
111. *Accidentale ſeu honorarium proclamationis & copulationis qualenam miniſtris Eccleſiæ debeatur?*
112. *Pro deductione funeris meritò exſolvitur honorarium Eccleſiæ miniſtris.*
113. *Quidnam honorarii pro concione funebri Paſtoribus præſtandum?*
114. *Si de panno & linteo funebri inter Paſtorem & Cuſtodem diſceptetur, cuinam cedere debeat, conſuetudo imprimis loci eſt attendenda.*
115. *Ex jure quoque poſſeſſionis controverſia ſuper panno & linteo funebri inter miniſtros Eccleſiæ eſt decidenda.*
116. *Quando autem de conſuetudine & poſſeſſione juſtâ non conſtat, pannus funebris ater Paſtori, linteum verò album Æditao cedit.*
117. *Optio tamen relinquenda eſt Paſtori, num linteum eligere velit, ſi majori id pretio & valore conſtet.*
118. *Haut prohiberi debet miniſter Eccleſiæ, à confitente donarium ſeu nummum confeſſionarium,* den Beichtpfennig/ *ſponte oblatum accipere.*
119. *Exigere autem à confitente, vel pro adminiſtratione Baptiſmi donarium, miniſtro Eccleſiæ haut licet.*
120. *Æditui æquè ac Paſtores in villis & pagis ad cœnam poſt Baptiſmum paratam invitari debent.*
121. *Si non invitetur Æditaus ad cœnam poſt Baptiſmum apparatam, honorarium pro eâ ipſi exolvi debet: & qualenam?*
122. *Præſtanda ſunt Eccleſiæ miniſtris ſtipendia & accidentalia, etiamſi aliunde habeant, unde vivant.*
123. *Immunes ſunt miniſtri Eccleſiæ à præſtatione metatorum,* der Einquartierung.

124. Haut gravandi ſunt Miniſtri Eccleſiæ paſtione pecorum; paſtori tamen communi ad paſcendum conducto mercedem pro ratâ exſolvere tenentur.

TIT. VIII.

De

Decimis.

Definit.

125. Etiamnum hodie miniſtris Eccleſiæ debentur decimæ; at non ſemper in decimâ parte, ſed quantitate piâ cujusque loci conſuetudine recepta.

126. Præſtandæ ſunt decimæ frumenti in eo frumento, quod in cujusque agro ex culturâ ſuâ procreatur, ſo gut es ihm gewachſen.

127. Parochiani num decimas frumenti modio cumulato vel hoſtorio æquato, mit gehäufftem oder abgeſtrichenem Scheffel/ *miniſtris Eccleſiæ admetiri teneantur?*

128. Decimæ non ſolutæ à novo prædii poſſeſſore jure tacitæ hypothecæ præſtari debent.

129. Unà cum decimis ſolvuntur etiam nummi pro incolatu, der Häuſelgroſchen/ *à poſſeſſoribus agrorum, qui caſam vel tugurium onere illo nummario gravatum acquirunt.*

130. Requirendi ſunt ad decimationem miniſtri Eccleſiæ, ſi ipſis mergites vel manipuli, Garben/ *in agris offerantur.*

131. Debentur decimæ miniſtris Eccleſiæ ex omni frumento, ſive ſit ſecale, ſive hordeum, triticum aut avena.

132. De cannabe etiam ac lino præſtantur decimæ miniſtris Eccléſiæ.

133. Solvendæ quoque ſunt decimæ de rapis, cepis, braſſicis & oleribus, ervis ſylveſtribus, piſis, fagopyro, milio, aliisque ejusmodi fructibus agrariis.

134. De pomis, pyris aliisque arborum fructibus haut ſolvuntur decimæ, niſi aliud conſuetudine loci receptum probetur.

135. Pro ſolutione decimarum parochiani ad ædes Eccleſiæ miniſtrorum annuatim ire, easque ſponte offerre debent.

136. In præſentia Sculteti & Scabinorum parochiani decimas admetiri debent miniſtris Eccleſiæ.

137. Jure retorſionis Catholicis denegari poſſunt decimæ, quæ ipſis ex locis & diſtrictibus Evangelicorum debentur.

138. Cauſæ decimarum in Conſiſtorio Eccleſiaſtico ſunt tractandæ ac decidendæ.

TIT. IX.

De

Potu miniſtrorum Eccleſiæ à collectis libero.

Definit.

139. In oppidis pariter ac villis privilegiati & donati ſunt Paſtores & Diaconi potu à collectis libero, mit dem freyen Tiſchtrunck.

140. Subſtitutus Paſtoris æquè libero à collectis potu fruitur.

141. Eodemque gaudent privilegio miniſtri Scholarum.

142. Nec non Æditui ſeu Cuſtodes.

143. Nec Ludimagiſtris, nec Ædituis uſus datur liberi potûs, antequam de eorum confirmatione à Conſiſtoriis factâ conſtet.

144. Privilegium potûs à collectis liberi Eccleſiæ & Scholarum miniſtris conceſſum in aliquot ſaltem doliis ſubſiſtit.

145. Numerus doliorum conſuetus pro ratione perſonarum & circumſtantiarum à Conſiſtorio quandoque augetur.

146. Miniſtri Eccleſiæ quò privilegio liberi potûs fruantur, cereviſiam pro ſe & familiâ ſuâ coquere haut prohibentur.

147. Aliunde licet miniſtri Eccleſiæ emant cereviſiam, privilegio tamen potûs liberi fruuntur.

148. Ne miniſtri Eccleſiæ, qui cereviſiam coquunt, privilegio liberi potûs abutantur, nimiùm id extendant, vel tabernam cereviſiariam erigant, maximoperè providendum.

149. Schedula, quâ numerus doliorum à collectis exemtorum ærario ſignificatur, der Freyzettel/ *haut acceptari debet, priusquam Superintendens vel Inſpector diœceſeos ei ſubſcripſerit.*

150. Quicunque Eccleſiæ vel Scholæ miniſter falſam exhibendo ſchedulam fraudem committit, ultra privilegii de potu libero amiſſionem, vel remotione, vel aliâ pœnâ arbitrariâ mulctatur.

151. Unus Paſtor ſi bino præeſt paſtoratui, pro ratione duplicis functionis duplicari quoque ei debet numerus doliorum à collectâ cereviſiariâ exemtorum.

TIT. X.

De

Statu Eccleſiæ, ſi Paſtor ob ſenium & adverſam valetudinem ei præeſſe nequeat; vel è vita diſcedat.

Definit.

152. Parochus quando eſt decrepitus & ad eccleſiaſticam functionem adminiſtrandam minus idoneus, Subſtitutus ei adjungi debet.

153. Parochus emeritus, cui adjungitur Subſtitutus, ſi non habeat in propriis, unde ſe alat, proviſio certa ei eſt facienda; & unde hæc?

154. *Æduuis quoque decrepitæ ætatis & emeritis certa proviſio ad vitam eſt facienda.*

155. *Defunctô Paſtore, ſi Eccleſiæ conducat alteri eam incorporari, unio hæc conſenſu Epiſcopi in Supremo Conſiſtorio eſt facienda.*

156. *Nunquam abſque juſtâ & legitimâ causâ facienda eſt unio Eccleſiarum.*

157. *Conſervari debet in parochiis inventarium eccleſiaſticum; & quænam hoc nomine comprehendantur?*

158. *Defuncti Paſtoris heredes tenentur ad reſtitutionem inventarii eccleſiaſtici, ſi res in eo conſignatæ factô & culpâ ipſius fuerint deperditæ vel deterioratæ.*

159. *Aliter res ſe habet, quando in inventario eccleſiaſtico conſignata vi hoſtili ablata fuerunt, vel caſu fortuito perierunt.*

160. *Rebus ad inventarium eccleſiaſticum pertinentibus vi hoſtili aliovè fortuito caſu ablatis & deperditis, reſtitutio earundem fiſco Eccleſiæ & parochianis incumbit.*

161. *Novo Paſtori competit jus protimiſeos in frumento, ſterquilinio, fœno, ſtramento & pabulo pecuario, poſt factam inventarii reſtitutionem venali.*

162. *Vacante paſtoratu cura eccleſiaſtica vicinis incumbit Paſtoribus.*

163. *Quo tamen caſu æquum eſt, ut labor vicinorum Paſtorum præmio aliquo ſive honorario recompenſetur.*

164. *Defunctô Parochô ſine liberis & vidua, vel effluxo dimidio gratiæ anno, & vacante etiamnum miniſterio: reditus non immeritò aſſignantur iis, qui curam interim gerunt eccleſiaſticam.*

165. *Vacante miniſteriô in pagis ac locis peſte infectis, vicini Paſtores ad curam Eccleſiæ gerendam obſtricti haut ſunt.*

166. *Sed maturâ novi Paſtoris ſurrogatione providendum eſt hoc caſu parochianis in periculo & infectione conſtitutis.*

167. *Poteſt etiam vacante in pagis & locis peſte infectis miniſterio cura animarum Subſtituto vel miniſtro extraordinario ad tempus committi.*

168. *Defunctô Superintendente, uſque dum novus conſtituatur, functio ejus à Principe jura epiſcopalia habente certo defertur Subſtituto.*

169. *Subſtitutus in locum defuncti Superintendentis inſpectioni diœceſeos præeſt, ac vices inſpectoris in omnibus ſuſtinet, & ſchedulis potiùs à collectis liberi ſubſcribit.*

Tit. XI.

De

Succeſſione viduæ ac heredum defuncti Paſtoris in reſiduo ſalarii.

Definit.

170. *Defunctô Eccleſiæ miniſtrô reſiduum ſalarii ejus heredibus cedit, ſalvo gratiæ anno.*

171. *Reſiduum ſalarii debetur ſaltem pro ratâ temporis, quo miniſter Eccleſiæ functioni præfuit.*

172. *Computatio ac diviſio decimarum, cenſuum & redituum quomodo hoc caſu facienda?*

173. *Quomodo inſtituenda diviſio in fructibus meſſium, fœno, cordo, oleribus & braſſicis?*

174. *Terminus promeriti ſalarii pro completo habetur, ſi modicum temporis à die obitûs reſtet.*

175. *In facienda diviſione multum valet amicabilis compoſitio.*

176. *Fructibus diviſis onus impenſarum in culturam agrorum factarum parti utrique pro ratâ temporis incumbit.*

177. *Reſiduum ſalarii inter defuncti Paſtoris viduam & heredes, ſecundum ſtatuta localia vel Conſtitutionem Electoralem dividi debet.*

178. *Nihil lucratur vidua defuncti Paſtoris de reſiduo ſalarii, quando repetit bona illata.*

179. *Æs alienum defuncti Eccleſiæ miniſtri etiam de reſiduo ſalarii exſolvi debet.*

180. *Non relinquunt Clerici res expeditorias, niſi conſuetudine locali aliud ſit introductum.*

181. *De reſiduo ſalarii inventarium quoque eccleſiaſticum ſuppleri debet.*

182. *Factâ diviſione redituum parochialium inter antiqui Paſtoris heredes & novum Parochum, cuinam cedant ſtramenta & pabulum pecuarium,* das Geſtröde und Fütterey?

Tit. XII.

De

Dimidio gratiæ anno, ſive ſalario ſemeſtri.

Definit.

183. *Ultra ſalarium, quod defunctus Eccleſiæ miniſter promeruit, ex ſingulari beneficio viduæ ac liberis ejus etiam dimidius gratiæ annus hisce in provinciis aſſignatur,* das halbe Gnaden-Jahr.

184. *Beneficium ſalarii ſemeſtris in gratiam viduæ & heredum, invitô novô Parochô ulterius extendi non poteſt.*

185. *Ex beneficio ſalarii ſemeſtris omnium indifferenter redituum ac proventuum annuorum medietatem capiunt heredes.*

186. *De reditibus quoque à Filialiſtis Parocho ſolvendis,*

vendis, medietas jure ſalarii ſemeſtris defuncti heredibus cedit.

187. *Habitationem quoq; in domo parochiali tribuit heredibus defuncti Paſtoris ſalarium ſemeſtre.*

188. *Licet proprias habeant ædes, in quibus commorari poſſunt.*

189. *Durante dimidio gratiæ anno, nummi confeſſionarii,* die Beichtpfennige/ *defuncti viduæ ac liberis cedunt.*

190. *Honoraria quoque pro deductione funerum, aliaque accidentalia jure ſalarii ſemeſtris lucrantur defuncti Paſtoris vidua & heredes.*

191. *Quænam juſta accidentalium diviſio inter defuncti Paſtoris viduam liberosvè & novum Parochum?*

192. *Pecunia laudemialis,* das Lehngeld/ *quando referatur inter reditus ſalarii ſemeſtris, & quomodo inter defuncti Paſtoris viduam, liberosq; & novum Parochum dividenda?*

193. *De proviſione quoque emeriti Paſtoris, vidua & liberi ejus participant ſalarium ſemeſtre.*

194. *Currere incipit ſalarium ſemeſtre ab ipſo momento & termino, quo Paſtor è vivis diſceſſit.*

195. *Beneficium ſemeſtre, ſeu dimidius gratiæ annus in ſalario pecuniario quomodo computandus?*

196. *Computatio ac diviſio decimarum, cenſuum, fructuum, aliorumque redituum quomodo facienda in ſalario ſemeſtri?*

197. *Termini ſolvendorum redituum, qui cedunt tempore Martini, Nativitatis Chriſti, vel Quadrageſimali, ad diem Michaëlis retrotrahuntur, eique includuntur in computatione ſalarii ſemeſtris.*

198. *Idemque obſervandum in exolutione ſalarii, quod Paſtor defunctus ante obitum promeruit.*

199. *Defuncto Paſtore circiter feſtum S. Michaëlis, totius inſequentis anni reditus ab hoc termino computandi inter viduam liberosque, & novum Parochum pro obtinendo ſalario ſemeſtri in duas æquales portiones dividuntur.*

200. *Circiter diem Bartholomæi ſi moriatur Parochus, eadem fit computatio ſalarii ſemeſtris, ac ſi ipſo Michaëlis die è vivis deceſſiſſet.*

201. *Si circa diem Luciæ vel Nativitatis Chriſti Paſtor ultimum obeat diem, quotnam partes annuorum redituum jure ſalarii ſemeſtris viduæ & liberis cedant?*

202. *Circiter feſtum Paſchatos quando moritur Paſtor, vidua & liberi ejus totius anni fructus atque reditus termino ſequenti Michaëlis exſolvendos ac percipiendos lucrantur.*

203. *Quomodo facienda computatio ſalarii ſemeſtris, ſi circiter feſtum Pentecoſtes, Johannis Baptiſtæ, vel Petri Pauli Paſtor mortem obeat?*

204. *Quid juris, ſi circiter medium termini Paſtor moriatur?*

205. *Impenſæ in culturam agrorum factæ de reditibus ſalarii ſemeſtris pro rata detrahuntur.*

206. *Supplendum quoque eſt de reditibus ſalarii ſemeſtris inventarium eccleſiaſticum.*

207. *Sumtus neceſſarios durante dimidio gratiæ anno in ædes parochiales factos, vidua liberiq; defuncti Paſtoris repetere valent; & unde hi refundendi?*

208. *Salarium ſemeſtre non ſoli viduæ defuncti Paſtoris, ſed etiam ejusdem liberis eſt conceſſum, ſive cum viduâ concurrant, ſive ſoli exiſtant.*

209. *Si Parochus moriatur, relictis ex primo, ſecundo ac etiam tertio matrimonio liberis, omnes ſimul cum viduâ in ſalario ſemeſtri ſuccedunt.*

210. *Nepotibus quoque defuncti Paſtoris cedit Salarium ſemeſtre.*

211. *Gaudent etiam beneficio ſalarii ſemeſtris liberi elocati & per inſtitutionem propriæ œconomiæ reique familiaris à patre ſeparati.*

212. *Salarium ſemeſtre perinde ut hereditas defuncti Paſtoris ſecundum ſtatuta loci, vel Conſtitutionem Electoralem, inter viduam atque liberos dividitur & diſtribuitur.*

213. *Regulariter ex Conſtitutione Electorali, viduæ quarta pars ſalarii ſemeſtris debetur: Tertia autem, quando ſtatutum locale ex bonis defuncti trientem ei defert.*

214. *Debetur viduæ ſalarium ſemeſtre, etiamſi dotem ac bona illata repetat.*

215. *Unà cum portione ſtatutaria ex bonis defuncti Paſtoris vidua ejus ſalarium quoque ſemeſtre capit, nec id in portionem ſtatutariam conferre tenetur.*

216. *Si vidua vel liberi Paſtoris poſt obitum ejus moriantur, ſalarium ſemeſtre ad heredes ſuos transmittunt.*

217. *Si Paſtor absque liberis moriatur, nec aſcendentes, nec collaterales quidquam de ſalario ſemeſtri participant.*

218. *Nec heredes defuncti Paſtoris teſtamentarii ad ſalarium ſemeſtre ſunt admittendi.*

219. *Non excludit Subſtitutus Paſtoris emeriti liberos à ſalario ſemeſtri: quin nec ipſe quicquam de hoc participat.*

220. *Vacante ob defectum viduæ & liberorum ſalariô ſemeſtri, reditus in ſortem certam*

ſunt redigendi, eaq́; ſub annuâ penſione ad meliorem futuri Paſtoris ſuſtentationem elocanda.
221. *Niſi Princeps vel Epiſcopus ad alios uſus pios reditus ſalarii ſemeſtris conferendos decernat.*
222. *Haut rarò ſalarium ſemeſtre in caſu deficientium liberorum ac viduæ novo aſſignatur Parocho.*
223. *De ſalario ſemeſtri æs alienum defuncti haut eſt exſolvendum.*
224. *Areſtari nequit ſalarium ſemeſtre pro ære alieno defuncti Paſtoris.*
225. *Liberis defuncti Paſtoris cedit ſalarium ſemeſtre, quantumvis paternam hereditatem repudiaverint.*
226. *Non gaudent beneficio ſalarii ſemeſtris viduæ ac liberi Cuſtodis ſive Æditui.*
227. *Nec vidua ac liberi Organici ſalarium ſemeſtre lucrantur.*
228. *Viduæ quoque ac liberi miniſtrorum Scholæ à beneficio ſalarii ſemeſtris excluduntur: niſi ex commiſeratione eos quandoq́; admitti Conſiſtorium ſpecialiter decernat.*
229. *Ex ſpeciali ſeu locali conſuetudine ſi viduæ & liberi Cuſtodis, Organici vel miniſtrorum Scholæ ad ſalarium ſemeſtre admittantur, invidendum hoc ipſis non eſt.*
230. *Non habenda eſt ratio ſalarii ſemeſtris, quando Paſtor relictâ parochiâ ad alium promovetur paſtoratum, ſeu functionem eccleſiaſticam.*

LIBRI II.

DE REBUS AC BONIS ECCLESIASTICIS, CAUSISQUE SPIRITUALIBUS ET MIXTIS.

TIT. I.

De Matrimonio & nuptiis in genere.

Definit.

1. *Cauſa matrimonialis Eccleſiaſtica pariter eſt & ſecularis; adeoque mixta.*
2. *Præſtat matrimonium cælibatui; ideoque non impediendum.*
3. *Matrimonium non niſi inter duas conſiſtit perſonas; Eſtq́; digamia ceu polygamia prohibita.*
4. *Eccleſiæ miniſtris non minùs ac laicis conjugium inire licet.*
5. *Non tamen cogendi ſunt miniſtri Eccleſiæ ad ineundum matrimonium, ſi in cælibatu vivere malint.*
6. *Quando & quibus conditionibus à diverſæ Religionis, Pontificiæ & Lutheranæ, hominibus contrahi poſſit matrimonium?*
7. *Sponſalia à diverſæ Religionis hominibus contracta nequaquam ſunt diſſolvenda.*
8. *Nec tùm ſponſalia ob Religionis diverſitatem ſunt diſſolvenda, ſi Magiſtratus ex receptâ conſuetudine in ea non conſenſerit.*
9. *Benè faciunt Nobiles à matrimonio cum plebejis abſtinentes, ac Conjuges nobilitate pares ſibi eligentes.*
10. *Contrahere tamen matrimonium cum plebejis perſonis Nobiles haut prohibentur, ſed jure illud inter eos ſubſiſtit.*
11. *Mulier plebeja ſi nubat Viro Nobili, & ipſa fit nobilis, & liberi ex hoc matrimonio procreati verè habentur Nobiles.*
12. *Quo ætatis anno permiſſum ſit inire conjugium & nuptias contrahere?*
13. *Viro ſexagenario nuptias, præſertim cum juvencula, contrahere diſſuadendum: haut tamen ejusmodi conjugium omninò prohibendum, multò minùs contractum jam diſſolvendum eſt.*
14. *Adulter in uxorem ducere poteſt eam, quam conſtante matrimonio per adulterium polluit.*
15. *Modò adulter vel adultera vitæ prioris Conjugis haut fuerint inſidiati: nec conjuge vivente ſibi invicem matrimonii fidem dederint.*
16. *Non permittendum eſt Hermaphroditis matrimonium contrahere, priusquam ex inſpectione de ſexu potiori conſtet.*

TIT. II.

De Sponſalibus.

Definit.

17. *Per publica ſponſalia de præſenti ipſum contrahitur matrimonium.*
18. *Tractatus de matrimonio non faciunt ſponſalia de præſenti.*
19. *Non ſubſiſtunt nec ligant ſponſalia jocosè contracta.*
20. *Sponſalia conditionata pendente conditione firma non ſunt, nec obligant, eâque deficiente exſpirant.*
21. *Pendente conditione alia contrahere ſponſalia de præſenti haut licet, ſed expectari debet conditionis eventus.*

22. Sub-

22. Subſiſtunt ſponſalia ſub conditione alicujus lucri velpecuniæ inferendæ: eâque deficiente, rata non ſunt.

23. Conditio turpis, quæ tamen non eſt contra ſubſtantiam matrimonii, ſponſalibus appoſita, haut annihilat ea, ſed pro non adjectâ habetur.

24. Renunciare poteſt conditioni, qui eam ſponſalibus appoſuit, invitò etiam alterò contrahente.

25. Sponſalia ſub conditione contracta pro purè contractis habentur, ſi copula carnalis fuerit ſubſecuta.

26. Non obligantur liberi ex ſponſalibus à parentibus ipſorum nomine contractis, ſi abſentes non conſenſerint.

27. Sponſalia vi metuvè contracta non obligant contrahentes ad promiſſionem coactos.

28. Non ſubſiſtunt ſponſalia vi metuvè contracta, licet juramentum intervenerit.

29. Convaleſcunt tamen ſponſalia vi metuvè contracta, ſi levis fuerit timor, vel ſponſalia ex poſt facto à contrahentibus ratificata.

30. Non cogendi ſunt liberi à parentibus ad connubia eorum, à quibus abhorrent: nec jure ſubſiſtunt ſponſalia ejusmodi ab invitis contracta.

31. Sponſalia ab ebrio contracta, rata & valida non ſunt.

Tit. III.

De Sponſalibus clandeſtinis.

Definit.

32. Prohibita ſunt ſponſalia clandeſtina; & ex quibus cauſis?

33. Nec jure ſubſiſtunt vel obligant ſponſalia clandeſtina abſque teſtibus contracta.

34. Duo ad minimum requiruntur teſtes ad hoc, ut publica ſint ſponſalia: quæ coram unico ſaltem teſte contracta pro clandeſtinis habentur.

35. Ex ſolâ contrahentium confeſſione non convaleſcunt ſponſalia clandeſtina, priusquam in præſentia teſtium vel Conſiſtorio fuerint denuo contracta.

36. Clandeſtina ſponſalia abſque teſtibus contracta rata & firma habentur, ſi copula acceſſerit carnalis.

37. Spes ſaltem facta & tractatus de contrahendis ſponſalibus, ſubſecutâ copulâ carnali, ad conſummationem matrimonii obligant.

38. Clandeſtina quoque ſunt ſponſalia, ſine conſenſu parentum contracta.

39. Non ſolum de honeſtate, ſed etiam de neceſſitate juris naturalis, civilis & divini, conſenſus parentum ad nuptias liberorum requiritur.

40. Non ergò ſubſiſtunt ſponſalia abſque parentum conſenſu contracta, ſed pro nullis & invalidis declarari debent.

41. Sponſalia ſine parentum conſenſu contracta, per ſubſequentem eorum ratihabitionem non niſi ex tempore ratihabitionis convaleſcunt.

42. Sufficit conſenſus parentum tacitus in nuptiis liberorum contrahendis, modo ſit certus, non ex verbis ambiguis præſumtivè collectus.

43. Negligi haut debet in nuptiis liberorum patris conſenſus, licet ſit impius & crudelis.

44. Matris conſenſus æquè ac patris ad nuptias liberorum requiritur: ſine quo ſponſalia ab iis contracta pariter ſunt clandeſtina & invalida.

45. Avi quoque aviæque conſenſus in nuptiis nepotum neptumque eſt neceſſarius, parentibus defunctis.

46. Tutorum & agnatorum conſenſus in contrahendis ſponſalibus præcisè neceſſarius haut eſt: ſed valida ſunt ſponſalia publica, illis invitis inita.

47. Conſenſum tamen tutorum & proximorum ad nuptias exquirere & impetrare, pietas pariter atque honeſtas ſuadet.

48. Non conveniente tutore cum matre in elocatione pupillæ ac filiæ, arbitrio Conſiſtorii deciſio eſt committenda.

49. Liberi quantumvis majorennes & patriâ poteſtate ſoluti nuptias ſine parentum conſenſu validè haut contrahunt.

50. Diſſolutis ob defectum conſensûs paterni ſponſalibus liberorum clandeſtinis, ipſi præterea pœnâ carceris arbitrariâ mulctantur.

51. Ex causâ clandeſtinitatis ſponſalibus diſſolutis, reſtituendæ ſunt invicem arrhæ.

52. Haut cogi poſſunt parentes, ut in nuptias liberorum conſentiant, ſi juſtam diſſenſus ſui cauſam allegant, cujus diſquiſitio Conſiſtoriis committenda.

53. Ex permiſſu & decreto Conſiſtorii, liberi nuptias contrahere valent, invitis etiam parentibus, ſi cauſam diſſensûs nullam, vel non juſtam prætendere queant.

54. Quo tamen caſu in provinciis Electoratûs Saxonici parentibus permiſſum eſt, liberos vel ad dimidiam usque partem legitimæ, vel pro ratione circumſtantiarum totaliter exhæredare, qui & porrò carcere mulctari poſſunt.

55. Paupertas ſponſi ſponſævè juſtam à nuptiis liberorum diſſentiendi cauſam non præbet parentibus.

56. Nec

56. *Nec juſtam diſſentiendi cauſam fovent Nobiles parentes ex eo, quod filius uxorem plebejam ducere velit.*

57. *Solus contemtus paterni conſenſus in ſponſalibus à liberis jam contractis, ſufficientem parentibus diſſentiendi cauſam præbet.*

58. *Non firmat juramentum ſponſalia liberorum clandeſtina, quo minùs ea ex ſolo parentum diſſenſu ſint nulla & invalida.*

59. *Conſenſus parentum ad nuptias liberorum ſemel datus, ab iis rurſus revocari haut poteſt.*

60. *Sponſalia clandeſtina inſciis ſive invitis & reluctantibus parentibus contracta, ſi copula carnalis acceſſerit, annihilari & reſcindi non debent.*

61. *Quo tamen caſu liberi, novi conjuges, ex provinciis Electoratûs Saxonici migrare & domicilium alibi conſtituere neceſſum habent; quin & carcere puniri, & à parentibus totaliter exheredari poſſunt.*

62. *In diſquiſitione pariter cauſarum diſſensûs paterni & diſſolvendi ſponſalibus liberorum clandeſtinis, multum arbitrio judicis ex circumſtantiis informando committi debet.*

Tit. IV.

De

Binis ſponſalibus.

Definit.

63. *Binis publicè contractis ſponſalibus, priora per benedictionem ſacerdotalem conſummari debent, annullatis ac diſſolutis poſterioribus.*

64. *Contractis binis ſponſalibus, ſi poſteriora rurſus diſſolvantur, pars nocens innocenti expenſas reſtituere tenetur & arrham perdit.*

65. *Gemina ſi fuerint contracta publicè ſponſalia, firma & rata habentur priora, licet copula carnalis ad poſteriora acceſſerit.*

66. *Præferuntur tamen prioribus ſponſalibus poſteriora, ſi per nuptias & benedictionem ſacerdotalem fuerint conſummata.*

67. *Sponſalia publica licet poſteriora præferuntur anterioribus clandeſtinis.*

68. *Sponſalia ſine parentum conſenſu à liberis contracta, licèt priora, cedunt poſterioribus, in quæ conſenſerunt parentes.*

69. *Præferuntur tamen ſponſalibus publicis poſterioribus priora clandeſtina, concubitu ſeu copulâ carnali firmata.*

70 *Sponſalia purè contracta, licèt ſint poſteriora, præferuntur ſponſalibus conditionatis anterioribus.*

Tit. V.

De

Propinquitate Conſanguinitatis matrimonio adversâ.

Definit.

71. *Nefariæ & inceſtæ nuptiæ ne contrahantur, omni ſtudio cavendum eſt, ac propterea à Paſtoribus ante proclamationem in propinquitatem inquirendum.*

72. *Nuptiæ illicitæ, ac ratione proximitatis prohibitæ ut populo innoteſcant & evitentur, ſanctio matrimonialis certo anni tempore à miniſtro Eccleſiæ publicè ex ſuggeſtu eſt prælegenda, eique adhortatio ſevera annectenda.*

73. *In lineâ rectâ inter adſcendentes & deſcendentes omni jure prohibitum eſt matrimonium.*

74. *Nuptiæ inter ſuſceptorem ex Baptiſmo ſeu patrinum & alumnam vel baptiſatam contractæ pro illicitis non habentur.*

75. *In cauſis matrimonialibus circa propinquitatem conjugio adverſam non civilis, ſed canonica graduum computatio obſervari debet: & quænam hæc?*

76. *Quos inter gradus conſanguinitatis connubium ſit vetitum, ex nomotheſia pariter divinâ & legibus ac ſtatutis municipalibus cujusque provinciæ decidendum.*

77. *In Eccleſiis atque provinciis Electoratus & Ducatuum Saxonicorum prohibitio matrimonii ad tertium usque gradum collateralis lineæ inæqualis incluſivè, easque perſonas, quæ ſunt ſibi invicem loco parentum & filiorum, ſe extendit.*

78. *Licitæ non contrahuntur nuptiæ in provinciis Electoratus & Ducatuum Saxonicorum à duorum fratrum ſororumvè duarum, vel fratris & ſororis liberis.*

79. *Nuptias quoque illicitas contrahunt in hiſce provinciis conſanguinei collaterales, qui gradu tertio lineæ inæqualis ab invicem diſtant.*

80. *Interdictum porrò eſt matrimonium cum proavi proaviæque fratribus & ſororibus, aut cum fratrum & ſororum pronepotibus proneptibusque in quarto gradu inæqualis lineæ conſtitutis.*

81. *Propinquitas ſanguinis ſive ex utroque ſive alterutro tantùm parente originem trahat, in gradibus prohibitis impedimento eſt nuptiis.*

82. *Etiam proximitas ex fornicatione impedimento eſt nuptiis in gradibus prohibitis.*

83. *Sponſalibus in gradibus prohibitis jam publicè contractis, licet etiam copula carnalis acceſſerit, non tamen per benedictionem ſacerdotalem matrimonium hiſce in provinciis conſummari debet: quin nec novis conjugibus in Electoratu domicilium & habitatio permittitur.*

84. *In Electoratu & provinciis Saxonicis nuptiæ haut prohibentur in gradu tertio lineæ æqualis.*

85. Mul-

85. *Multò minùs in quarto æqualis & inæqualis lineæ, ulterioribusq; & remotioribus gradibus.*

86. *Extra Saxoniæ Electoratum in locis, ubi nec jus pontificium eſt receptum, nec alia provincialis obſtat prohibitio, conſobrinis nuptias contrahere interdictum haut eſt.*

87. *Commixtio carnalis in gradibus jure divino prohibitis propriè dicitur inceſtus,* Blutſchande/*impropriè verò in gradibus ſolâ provinciali lege vetitis.*

Tit. VI.
De
Propinquitate affinitatis matrimonio adverſa.

Definit.

88. *Graduum in affinitate eadem eſt computatio, eademq; prohibitio, quæ in conſanguinitate.*

89. *Non ſubſiſtunt nuptiæ inter vitricum & privignam.*

90. *Nec inter vitricum & proprivignam, vel conjugis defunctæ neptem.*

91. *Prohibitæ ſunt nuptiæ in primo gradu affinitatis lineæ æqualis, ex quo nec defunctæ uxoris ſororem, nec fratris viduam in uxorem quis ducere poteſt.*

92. *Nuptiæ haut contrahi poſſunt cum defunctæ uxoris ſororis ſive gloris filiâ, aut ſimili in gradu ſecundo lineæ inæqualis affine.*

93. *Nec licitæ contrahuntur nuptiæ in provinciis Electoratûs Saxonici in ſecundo gradu affinitatis lineæ æqualis cum patruelium vel conſobrinorum viduo viduaque.*

94. *Subſiſtunt tamen nuptiæ in ſecundo affinitatis gradu lineæ æqualis extra Saxoniæ Electoratum.*

95. *Prohibitum porrò eſt in Electoratu Saxoniæ connubium in gradu affinitatis tertio lineæ inæqualis.*

96. *Quare nec cum avi aviæque fratrum ſororumque viduis, & vice verſa, nuptias contrahere licet.*

97. *Affinitas quoque ex fornicatione orta impedit nuptias in gradibus prohibitis.*

98. *Nec non affinitas ex uno ſaltem latere vel parente contracta.*

99. *Connubium in gradibus affinitatis pariter & conſanguinitatis etiam jure divino prohibitis contractum & per benedictionem ſacerdotalem conſummatum rurſus diſſolvi non debet, pœna tamen hoc caſu arbitraria delinquentibus eſt injungenda.*

100. *Sponſalia tamen, licet publica, in gradibus jure divino prohibitis contracta ſunt reſcindenda.*

101. *Prohibitum eſt matrimonium in ſecundo genere affinitatis in lineâ rectâ; quare nec privignus vitrici ſui viduam, nec vitricus viduam defuncti ſui privigni in uxorem ducere poteſt.*

102. *Nec in lineâ collaterali in ſecundo genere affinitatis licitæ contrahuntur nuptiæ cum conjugis denatæ fratris viduâ.*

103. *In tertio genere affinitatis nulla hodie prohibitio eſt impedimento nuptiis.*

104. *Inter conſanguineos utriuſ conjugis prohibitum haut eſt matrimonium; quare ſororis privignam aliamvè conſanguinei affinem perſonam in uxorem ducere licet.*

105. *Privignus quoque & privigna matrimonio jungi poſſunt.*

106. *Nec pater & filius matrem & filiam, vel duas ſorores: nec duo fratres perſonas illas ducere uxores prohibentur.*

107. *Abſtinendum eſt à matrimonio cum ſponsâ fratris defuncti & ſponſæ defunctæ ſorore.*

108. *Nec matrem ſponſæ defunctæ in uxorem ducere licet.*

Tit. VII.
De
Diſpenſatione matrimonii in gradibus prohibitis.

Definit.

109. *Diſpenſare non poteſt Magiſtratus, nec veniam nubendi dare in gradibus lege divinâ prohibitis.*

110. *At bene in gradibus prohibitis de jure municipali, quo nec ipſe Princeps & Magiſtratus tenentur.*

111. *Non ergo diſpenſare valet Princeps ac Magiſtratus in gradu ſecundo lineæ inæqualis, ut quis fratris aut ſororis filiam ducat, & vice verſâ.*

112. *Nec in affinitate locum habet diſpenſatio Principis aut Magiſtratûs ſecundo in gradu lineæ inæqualis, ſi quis nempe uxoris prædefunctæ ſororis filiam parilivè modo ſibi junctam affinem ducere velit.*

113. *Ex diſpenſatione Magiſtratûs in provinciis quoque Electoratus & Ducatuum Saxonicorum duorum fratrum ac ſororum liberi, conſobrini ac patrueles matrimonio jungi poſſunt.*

114. *Idemque obtinet in affinitatis gradu ſecundo lineæ æqualis, quoad matrimonium cum patruelium vel conſobrinorum viduo viduaque contrahendum.*

115. *Admittitur quoque diſpenſatio in gradu tertio conſanguinitatis lineæ inæqualis: modò non interveniat reſpectus paternus.*

116. *Neque in affinitatis gradu tertio lineæ inæqualis de diſpenſatione dubitandum.*

117. *Circa diſpenſationem matrimonii in gradibus*

dibus prohibitis nihil refert, an perſonæ nupturientes ab utroque vel uno ſaltem latere ſint conjunctæ.
118. *Non minus in conſanguinitate & affinitate ex fornicatione, quàm legitimo matrimonio ortâ, contrahentes in gradibus prohibitis nuptias, diſpenſatione opus habent.*
119. *Ex diſpenſatione Magiſtratûs in ſecundo affinitatis genere privignus vitrici ſui viduam, & vitricus viduam defuncti privigni in uxorem ducere poteſt.*
120. *Diſpenſatione quoque locus eſt in nuptiis cum conjugis denatæ fratris viduâ contrahendis.*
121. *Sponſam fratris defuncti, & ſponſæ denatæ ſororem, ut quis ducat, Magiſtratus diſpenſare poteſt.*
122. *Ex diſpenſatione Principis ſponſæ quoque defunctæ matrem: ejusvè filiam in uxorem ducere licet, & quâ conditione?*
123. *Quo tamen caſu, quantum fieri poteſt, diſpenſatio declinanda.*
124. *Nunquam facilis ſit Princeps ac Magiſtratus ad diſpenſandum in gradibus prohibitis.*
125. *In ſupremo duntaxat Conſiſtorio diſpenſatio in gradibus prohibitis petenda: non autem abſque certâ pecuniâ vel multâ decernenda.*
126. *Ante impetratam diſpenſationem in gradibus prohibitis ſponſalia contrahentes ultra pecuniam diſpenſationis carcere puniuntur.*
127. *Arbitrio tamen Magiſtratus relinquendum, an ſponſalibus in gradu prohibito jam contractis, diſpenſare velit, nec ne.*
128. *Diſpenſationem nuptiarum in gradibus prohibitis petentes, ſi jam carnaliter ſe commiſcuerint, multam diſpenſationis pariter ſolvunt & pœnam ſtupri luunt, nec una alteram conſumit.*
129. *Perſonæ in gradibus prohibitis deſponſatæ, ſi multam diſpenſationis ob paupertatem ſolvere nequeant, carcere diuturniore puniuntur.*

Tit. VIII.

De

Matrimonii Conſummatione per nuptias, earumque ritibus ſolennibus.

Definit.

130. *Sponſalia ipſum matrimonium non ſunt, ſed per nuptias demum hoc conſummatur.*
131. *Permittenda haut eſt deſponſatis cohabitatio ante matrimonium per benedictionem ſacerdotalem conſummatum.*
132. *Compelli debent deſponſatæ perſonæ, ut per benedictionem ſacerdotalem ſeu nuptias matrimonium perficiant & conſument.*
133. *Conjugium promiſſum conſummare nolentes incarceratione vel multâ pecuniariâ ad hoc ſunt adigendi.*
134. *Quandoq; relegatione puniuntur conjugium conſummare nolentes.*
135. *Copulantur quandoq; inviti à Paſtore vel miniſtro Eccleſiæ conjugium promiſſum conſummare detrectantes.*
136. *Sponſa pro conſequendis alimentis unà cum fœtu in bona ſponſi, conſummationem conjugii detrectantis, immitti poteſt.*
137. *Proclamatio novorum ſponſorum trina in ſolenni Chriſtianorum cœtu nuptiis præmitti debet.*
138. *Non proclamandi novi conjuges, ſi de impedimento aliquo nuptiarum appareat: quin potius ut obſtaculum, ſi quod lateat, exquiratur & removeatur, denunciatio publicè facienda.*
139. *Ex ſpeciali Principis vel Conſiſtorii diſpenſatione omitti poteſt proclamatio novorum conjugum.*
140. *Contrahi quoq; & anticipari poteſt proclamatio novorum conjugum, ita ut unica vice, unaque Dominicâ, bina ac trina fiat denunciatio.*
141. *In caſu extremæ neceſſitatis, abſque ſpeciali quoque Magiſtratûs ſuperioris diſpenſatione, omiſsâ proclamatione, novi conjuges copulari poſſunt.*
142. *Copula & benedictio ſacerdotalis neceſſariò requiritur ad conſummationem conjugii, nec omitti poteſt.*
143. *Copulatio novorum conjugum nequaquam in ædibus privatis aut ſub dio, ſed in templo coram facie Eccleſiæ eſt peragenda.*
144. *Ex ſpeciali tamen diſpenſatione peragitur quandoque in ædibus privatis copulatio novorum conjugum.*
145. *In caſu neceſſitatis abſque ſpeciali Principis diſpenſatione copulari poſſunt novi conjuges in ædibus privatis, ex permiſſu Superintendentis.*
146. *Copulatio ſacerdotalis quandoq; in Conſiſtorio peragitur, ſi nempe periculum eſt in morâ.*
147. *Quin & in prætorio ac foro politico novi conjuges quandoq; à miniſtro Eccleſiæ copulantur.*
148. *Fieri poteſt copulatio ex diſpenſatione Conſiſtorii à Parocho alterius diœceſeos, ſi Paſtori ejus loci debitum exſolvatur honorarium.*
149. *A feſtivitate & convivio nuptiali omnis abſit faſtus atque luxus.*
150. *Pro evitando ſcandalo ex crimine ſponſorum vel nuptiis illicitis, abſtinendum quandoque ab omni pompâ & ritu conſueto in conſummatione matrimonii.*
151. *Tempore Quadrageſimæ & adventûs Domini nuptiæ haut ſunt celebrandæ.*

152. Niſi ex ſpeciali Principis ac Magiſtratus Eccleſiaſtici diſpenſatione.

153. Non facilè tamen diſpenſandum: & quò propius inſtat feſtum Paſchatos vel Natalitiorum Chriſti, tantò difficilius venia nuptiarum celebrandarum eſt concedenda.

154. Inſtituendæ non ſunt nuptiæ die Dominico aut feſto.

155. Qua conditione ſaltem ex diſpenſatione ſpeciali; vel obſervantiâ loci receptâ nuptiæ in die ſabbati vel feſto celebrandæ.

156. In ſeptimanâ poſt Vocem Jucunditatis nuptiæ ita ſunt inſtituendæ, ne tertia dies nuptialis incidat in feſtum Aſcenſionis Chriſti.

157. Choreæ decentes & honeſtæ licet prohibitæ non ſint, attamen tempore publici luctûs ab iis eſt abſtinendum.

Tit. IX.
De
Secundis Nuptiis.
Definit.

158. Diſſolutô per mortem naturalem matrimonio, integrum eſt ſuperſtiti conjugi ad ſecundas nuptias convolare.

159. Intra annum luctûs tamen viduæ ad vota ſecunda tranſire prohibentur.

160. Vidui quoque à morte prioris uxoris tempore luctûs ſemeſtris à novo matrimonio abſtinere debent.

161. Subſiſtunt quidem ſponſalia tempore luctûs contracta, ſed conſummatio matrimonii per nuptias ſuſpendi debet.

162. Ex diſpenſatione ſpeciali nuptiæ intra tempus luctûs celebrantur: Quæ diſpenſatio à ſolo Electore vel Conſiſtorio Supremo impetranda.

163. Non facilè, nec ſine cauſâ diſpenſandum circa prohibitionem nuptiarum tempore luctûs: ſi præſertim paucæ effluxerint ſeptimanæ ab ultimo conjugis defuncti die.

164. Sufficiens ac juſta diſpenſationis habetur cauſa ad matrimonium ſecundum tempore luctûs conſummandum, ſi prior maritus ante obitum lecto decumbens longè ægrotaverit, vel debitum conjugale non præſtiterit.

165. Diſſolutô per divortium matrimonio luctûs quidem tempus haut obſervari debet; ad vota tamen ſecunda nimis properandum non eſt.

166. Non permittendæ ſunt nuptiæ ſecundæ priusquam de obitu ſeu morte prioris conjugis conſtet, eaq; duobus ad minimum teſtibus probetur.

167. Mors tamen ejus, qui in mari, acie, vel morbo aliquo contagioſo obiit, unius etiam teſtis depoſitione probari poteſt.

168. Probatur etiam mors conjugis atteſtatione judiciali Magiſtratûs ejus loci, quo conjunx obiiſſe dicitur.

169. Admittitur quandoque viduus viduave, ſi mortem conjugis defuncti juramento ſuo probare velit.

170. Mors conjugis abſentis ſi nullo modo probari queat, ſuperſtes ad vota ſecunda haut admittitur, antequam præviâ citatione edictali ac proceſſu deſertionis finitô matrimonium prius per ſententiam fuerit diſſolutum.

171. Ob diviſionem bonorum paternorum cum liberis primi matrimonii haut factam prohiberi non debet vidua ſecundas contrahere nuptias.

172. Ex promiſſione priori marito factâ de non nubendo alteri poſt obitum ejus, haut obligatur vidua, quò minus ad vota ſecunda accedere queat.

Tit. X.
De
Sponſaliorum diſſolutione, ſive repudio.
Definit.

173. Mutuo contrahentium diſſenſu ſponſalia publica haut diſſolvuntur.

174. Aliter res ſe habet in ſponſalibus de futuro, à quibus pro lubitu, invitâ etiam alterâ parte, rurſus recedere licet.

175. Reſcinduntur quandoque ſponſalia publica: ſed ſaltem ex cauſa, quam Conſiſtoria juſtam ac ſufficientem judicaverint & declaraverint.

176. Inimicitiæ ſponſorum capitales ſufficientem præbent cauſam repudio.

177. Propter homicidium à ſponſo dolosè commiſſum audienda eſt ſponſa petens repudium.

178. Ob furtum à ſponſa commiſſum, quod extraordinariam duntaxat meretur pœnam, haut diſſolvenda ſunt ſponſalia.

179. Annuendum tamen quandoque diſſolutionem ſponſaliorum petentibus, ſi ſponſus ex culpa ſuâ aliò migrare, & peregrinum quærere domicilium neceſſe habeat.

180. Diſſolvi poſſunt ſponſalia propter epilepſiam, paralyſin, aliumve morbum contagioſum alterutrius partis ſupervenientem.

181. Nec non ob vitium corporis, mutilationem & clauditatem membri poſt ſponſalia ſupervenientem.

182. Cauſam repudii ſponſaliorumque diſſolvendorum ſufficientem præbet furor vehemens, uſumque rationes exterminans.

183. Differenda tamen eſt diſſolutio ſponſaliorum, usque dum appareat de curâ furoris deſperatâ, niſi ægrotus ante ſponſalia morbo hoc percitus, illum celaverit.

184. Propter fornicationem ſeu adulterium ſponſæ poſt ſponſalia commiſſum repudio locus eſt.

185. Etiamſi fornicatio præſumtivè ſaltem fuerit probata.

186. Sponſa quoque repudiare poteſt ſponſum poſt ſponſalia fœdis libidinibus ſe contaminantem.

187. Repudiare licet ſponſam ante ſponſalia ab alio vitiatam.

188. Concedi poteſt repudium ob fornicationem & ſtuprum à ſponſo ante contracta ſponſalia commiſſum.

TIT. XI.
De
Divortio.
Definit.

189. *Veram divortii cauſam præbet adulterium alterutrius conjugis.*

190. *Diſſolutô ex causâ adulterii conjugiô, innocenti nuptias cum aliâ perſonâ contrahere licet.*

191. *Parti etiam nocenti ſeu adulteræ certis conditionibus novæ concedi poſſunt nuptiæ.*

192. *Propter deſertionem quoquè malitioſam ita diſſolvitur matrimonium, ut liceat parti innocenti novum inire matrimonium.*

193. *Parili modo diſſolvi poteſt matrimonium, ſi uxor, quam maritus virginem eſſe credidit, ab alio corrupta & gravida reperiatur.*

194. *Quo caſu ſtupratæ etiam quandoque alteri, præſertim ſtupratori, nubere permittitur.*

195. *Opus pium ac Chriſtianum facit maritus, uxorem ab alio ante nuptias ſtupratam vel gravidam repertam in matrimoniō retinens, de quo admonendus, & reconciliatio in Conſiſtoriis tentanda.*

196. *Uxorem ab alio ſtupratam ſi maritus in matrimonio retineat, ſtuprator infantem alimentare obſtrictus eſt: ſi verò hoc aliovè medio infanti de alimentis proſpici nequeat, onus id Magiſtratui accreſcit.*

197. *Non audiendus eſt maritus divortium petens, ſi uxori ab alio ante nuptias ſtupratæ, gnarus ſtupri, debitum præſtiterit conjugale.*

198. *Ignorantiam ſtupri ante nuptias uxori illati ſi maritus prætendat, juramento ſuo eam obtinere debet.*

199. *Diſſolutô, ob ſtuprum ante nuptias uxori illatum matrimoniô, omnia bona illata, unà cum dimidietate donorum nuptialium ei reſtitui debent.*

200. *Propter impotentiam mariti matrimonium diſſolvi poteſt, datâ uxori licentiâ novarum nuptiarum.*

201. *Idemque obtinet, ſi maritus cum uxore ob corporis aliquod vitium coire nequeat.*

202. *Haut diſſolvendum eſt conjugium propter impotentiam aliudvè corporis vitium poſt nuptias ſuperveniens.*

203. *Non permittenda eſt ſeparatio conjugum ſive divortium propter furtum ab alterutro commiſſum.*

204. *Non concedendum eſt divortium ob paupertatem conjugis, aut ſi multô ære alieno ſit gravatus.*

205. *Nec annuendum marito divortium petenti ob dotem promiſſam ſibi non exſolutam.*

206. *Diverſitas religionis non diſſolvit matrimonium, niſi acceſſerit malitioſa deſertio.*

TIT. XII.
De
Separatione conjugum quoad thorum ac menſam ex causâ diſcordiæ atque ſævitiæ.
Definit.

207. *Conjuges ſibi invicem cohabitare debent, ad quod etiam inviti à Magiſtratu ſunt adigendi.*

208. *Cohabitationem detrectantes à Magiſtratu politico, carcere quandoque aliavè pœna arbitraria ad eam compelluntur.*

209. *Uxor ſi diu à marito abfuerit, priusquam ſuſpicionem adulterii purgaverit, vitæque honeſtæ ſpeciem demonſtraverit, maritus ad cohabitationem compelli haut debet.*

210. *Separatio conjugum quoad thorum & menſam verum divortium non eſt; & quomodo ab eo differat?*

211. *Sola Magiſtratûs eccleſiaſtici authoritate & præviâ cauſæ cognitione, facienda eſt ſeparatio conjugum quoad thorum & menſam.*

212. *Impedit ſævitia ſponſi, quò minùs cum eo ſponſa matrimonium per nuptias conſummare cogatur.*

213. *Factâ licet ſeparatione inter conjuges quoad thorum & menſam: maritus tamen alimenta uxori præſtare obſtrictus eſt.*

214. *A præſtatione tamen alimentorum liberatur maritus, quando uxori reſtituit bona illata, eaque ad alimentationem ſufficiunt.*

215. *Separatio quoad thorum & menſam non tollit inter conjuges jus ſucceſſionis in portione ſtatutaria, quantumvis pars nocens ſuperſtes ſit conjugi defuncto innocenti.*

216. *Factâ poſt ſeparationem reconciliatione, conjuges ad cohabitationem rurſus compelluntur.*

217. *Uxori rixoſæ pœnitenti maritus cohabitare tenetur.*

218. *Cautio quandoque de non offendendo ulterius uxorem præſtanda à marito, ut eò faciliùs obtineatur reconciliatio à parte uxoris ſævitiam mariti metuentis.*

219. *Quæ cautio regulariter præſtatur pignoribus vel fidejuſſoribus: quandoque tamen juramento, ſi uxor huic fidat.*

220. *Præſtitâ cautione à marito de non offendendo uxorem, ſeparatio quoad thorum & menſam rurſus aboletur, & conjuges ad cohabitationem adiguntur.*

221. *Factâ reconciliatione conjugum, præſtitaque cautione, pœna ſævitiæ exercitæ marito facilè remittitur.*

222. *Pendente ſeparationis proceſſu, marito, ut interim ſeparatim degat, benè injungi poteſt.*

TIT. XIII.
De
Partu legitimo: & quisnam talis habeatur?
Definit.

223. *Cognitio de partu legitimo cauſa habetur eccleſiaſtica; adeoque Conſiſtoriis committenda.*

224. *Partus ſeptimeſtris habetur legitimus quocunque etiam die ſeptimi menſis fuerit editus.*

225. *Legitimus quoq; eſt partus nono menſe natus.*

226. *Nec pro illegitimo haberi debet partus octavo menſe editus.*

227. *Non rigoroſe nimis inqvirendum in tempus conceptionis, ſi partus in dubio pro legitimo haberi poteſt.*

TIT. XIV.

De
Stupro, Fornicatione & Alimentatione Spuriorum.

Definit.

228. *Stuprata licet conjugium ſibi promiſſum haut probet, ſtuprator nihilominus ad ſatisfactionem & præſtationem intereſſe eſt obſtrictus.*

229. *Satisfactio & intereſſe puellæ ac viduæ ſtupratæ in eo conſiſtit, ut ſtuprator illam vel ducat, vel dotet.*

230. *Stuprata qvo ſatisfactionem obtineat, in bona ſtupratoris abſentis ac fugitivi immitti poteſt.*

231. *Tractata qvantumvis & deciſa cauſa ſtupri in Conſiſtoriis qvoad intereſſe ſtupratæ, pœna tamen delinqventibus imponenda reſervatur Magiſtratui politico.*

232. *Stuprum confeſſus pro patre infantis a ſtuprata procreati habetur, donec aliud probet.*

233. *Licita eſt transactio in cauſis matrimonialibus, ut pro redimenda vexa reus pecuniæ ſummam exſolvat, qvando promiſſio matrimonii adhuc eſt dubia, ejusq; probatio difficilis.*

234. *Sponſa de ſtupro & fornicatione diffamata pro virgine habetur, usq; dum diffamans contrarium probet, propterea nec ſponſus nuptias remorari poteſt.*

235. *Tolerari haut debet in Eccleſia Concubinatus.*

236. *Legitimatus per ſubſeqvens matrimonium, qvia ex thoro legitimo & parentibus honeſtis cenſetur natus, in Collegium opificum recipi debet.*

237. *Virgo vi ſtuprata num caput peplo tegere cogatur, vel ei permittendum, ut ſerto coronata incedat?*

238. *Non credendum nudæ aſſertioni mulieris ſtupratæ, qvæ vi ſe compreſſam dicit, ſed in veritatem ſtupri violenti à Magiſtratu eſt inqvirendum.*

239. *Qvando ſtuprata de fornicatione cum aliis eſt ſuſpecta, ſtupratori alimentatio infantis injungenda haut eſt, priusqvam juramento ſuo ſtuprata ſe à ſuſpicione purgaverit.*

240. *Transactione licet ſuper defloratione inter ſtupratorem & ſtupratam inita, infanti tamen alimenta ſunt præſtanda, qvantumvis de hiſce in transactione nil dictum fuerit.*

241. *Stuprator non poſſeſſionatus in carcere eſt detinendus, usq; dum caveat de judicio ſiſti & judicatum ſolvi, idq; vel pignoribus aut fidejuſſoribus vel ſaltem jurato.*

242. *Stuprator qvando eſt abſens & fugitivus, ex bonis ejus alimenta infanti ſpurio ſunt ſuppeditanda.*

243. *Si ſtuprator fugitivus non habeat bona, unde ſpurius ali poſſit, pater ejus, ſeu avus paternus alimenta ſuppeditare tenetur.*

244. *Infans in foribus templi expoſitus non ex reditibus Eccleſiæ, ſed ab eo, qvi merum habet imperium, eſt alimentandus.*

TIT. XV.

De
Ritibus & Ceremoniis eccleſiaſticis.

Definit.

245. *Uniformes, qvantum fieri poteſt, obſerventur in Eccleſiâ ritus & ceremoniæ eccleſiaſticæ.*

246. *Non facilè ritus ac ceremoniæ in Eccleſiâ ſunt mutandæ, niſi juſta cauſa ſubſit, ac neceſſitas ſtatus eccleſiaſtici id expoſcat.*

247. *Non conſultis in Synodo verbi divini Miniſtris, nec convocatis Eccleſiæ ordinibus ſuſcipienda haut eſt à Principe & Magiſtratu mutatio vel abrogatio rituum Eccleſiaſticorum.*

248. *Non poteſt Eccleſiæ miniſter pro arbitrio mutare ceremonias ſuæ Eccleſiæ: qvod ſi fecerit, pœnam incurrit.*

249. *Obſervantia rituum & ceremoniarum, nec non Ordinatio Eccleſiaſtica, milites æqve ac alios obligat.*

TIT. XVI.

De
Sanctificatione Sabbati & Concionibus publicis.

Definit.

250. *Prohibitæ ſunt in Sabbato & feſtis diebus operæ manuales opificum: mercaturæ & negotiationes aliæ, qvæ diebus operariis tractari ſolent.*

251. *Ex cauſâ tamen neceſſitatis etiam in Sabbato operæ & labores manuales, finito tamen cultu demum divino permittuntur.*

252. *Transgreſſores Sabbati pro ratione operarum ſervilium, qvas in Sabbato fecerunt, certâ puniendi ſunt mulctâ.*

253. *Non profanatur Sabbatum exercitio artis ſagittariæ, palæſtræ, pilæ & comœdiarum, modo non fiat cum neglectu cultus ſacri.*

254. *In civitatibus, oppidis & villis populoſioribus Concio veſpertina in Sabbato ac feſtis neqvaqvam eſt intermittenda.*

255. *Non extendatur Concio ultra horam in Sabbato feſtisq; diebus, nec ultra dimidium vel tertium horæ qvadrantem in diebus profeſtis ac operariis.*

256. *Admittendi ſunt Studioſi Theologiæ, præſertim Alumni, ad exercitia concionatoria.*

257. *Modò ſint ad hoc ſatis qvalificati, tantosq; in ſtudio Theologico profectus acqviſiverint, fidemqve Superintendenti fecerint, ut auditores utiliter informare qveant.*

258. *Caveant tamen Parochi Eccleſiævè miniſtri, ne ſæpius Studioſis Theologiæ exercitium concionatorium permittendo ipſimet deſidiæ notam incurrant: qvin & ad Conciones funebres & ſolennes ſubſtituere Studioſos haut debent.*

259. *Precibus publicis poſt concionem in templo recitandis nominatim perſona Collatoris ac Magiſtratus Diœceſeos unà cum familia ſua inſeri, proqve ea orari debet.*

260. *Principes vero, Nobiles, aliive, qvi nec Domini Diœceſeos juriſdictionales, nec Patroni ſunt, precibus publicis nominatim ac in ſpecie haut exprimuntur.*

Tit. XVII.
De
Ritibus Eccleſiaſticis circa pœnitentiam & Baptiſmum.
Definit.

261. *Piè facit Magiſtratus, pro ratione ſtatus ac temporis inſtituendo conciones pœnitentiales, qvæ intermittendæ ac negligendæ haut ſunt.*

262. *Tempore luctus publici & calamitatis abſtinendum eſt à Muſicâ inſtrumentali, ſub pœna arbitraria.*

263. *Intermitti qvoq; ſolet tempore luctus publici in templis cantio figuralis & muſica inſtrumentalis atq; organica, cujus uſus alias in cultu divino & ſacris peragendis haut minimus.*

264. *Severè prohibendum, ne in republica Chriſtiana celebrentur Bacchanalia.*

265. *Bona conſcientia in judicio litigare poſſunt Chriſtiani, modo abſit vindicta & rancor animi.*

266. *Expellendi ſunt Calviniani, qvi nulla admonitione ſe commoveri patiuntur, ut ad orthodoxam accedant Religionem, ſed in errore ſuo malitioſè perſeverant.*

267. *Calviniani & Pontificii, aliive ſectarii rectius informati & ad orthodoxam Religionem Lutheranam converſi, prævia gratiarum actione & precibus publicis, abſq; alia ſolennitate ad Communionem S. Cœnæ admittuntur.*

268. *In adminiſtratione Baptiſmi non niſi tres Patrini vel Suſceptores admittuntur.*

269. *Plures qvàm tres qvi adhibent Patrinos vel Suſceptores in Baptiſmo, mulcta puniuntur arbitraria.*

270. *Nobilis generis parentibus numerum Patrinorum in Baptiſmo liberorum augere permiſſum eſt: non etiam patri plebejo, licet mater ſit nobilis perſona.*

271. *Pater ſi ad Baptiſmum liberorum ſuorum Patrinos invitare nolit, matri aliisq; proximioribus cognatis hoc injungi debet.*

272. *Munera à Patrinis in adminiſtratione Baptiſmi oblata non parentibus, ſed ipſis baptizatis cenſentur donata, ad eosqve ſpectant.*

273. *Cogenda haut eſt Puerpera, ut finito puerperio unà cum infante ſeu partu in templo ſe ſiſtat & a miniſtro Eccleſiæ benedictionem accepte.*

Tit. XIIX.
De
Adminiſtratione & uſu Cœnæ Dominicæ.
Definit.

274. *Summa devotione ac decenter abſq; omni veſtitus levitate ad ſacram Cœnam accedendum.*

275. *Sanctam communionem & uſum ſacræ Cœnæ ſemper præcedat Confeſſio privata, vulgo auricularis, nec intermitti ea debet.*

276. *Si tamen acceſſurus ad ſacram Cœnam juſtâ ex causâ intermiſerit Confeſſionem, arceri propterea non debet à ſacra Communione.*

277. *Mulctam arbitrariam haut effugiet, qvi poſt Confeſſionem privatam die Sabbati factam, ſeqventi die Dominicâ ad ſacram Cœnam non accedit: niſi juſtâ causâ præpeditus id fecerit, qvô caſu alterâ Dominicâ ſeqventi abſq; ulteriori confeſſione privata ad Communionem admittendus.*

278. *A peregrinis, qvi lingvam germanicam non callent, benè confeſſio per interpretem proferri, & abſolutio obtineri poteſt.*

279. *Reſipiſcentibus ac pœnitentibus nunqvam deneganda eſt ſacra Communio.*

280. *Impœnitentes verò & cum proximo non reconciliati ad uſum ſacræ Cœnæ neqvaqvam ſunt admittendi.*

281. *Homo facinoroſus, ut homicida, blaſphemus, adulter &c. qvantumvis pœnitentiam agat, ad ſacram Cœnam tamen admitti non debet, antequam per deprecationem publicam cum Eccleſia fuerit reconciliatus.*

282. *Facta licet homicidæ aliive facinoroſo remiſſione pœnæ a Magiſtratu, ad* ſacram *tamen* Communionem *ante publicam deprecationem admitti is haut debet.*

283 *In cauſa tamen neceſſitatis mortisq; ſubito inſtantis, facinoroſi pœnitentes etiam abſq; publica deprecatione ad uſum ſacræ Cœnæ admittuntur.*

284. *Non deneganda eſt ſacra* Cœna, *nec deprecatio publica injungenda iis, qvi vulgo facinoroſi habiti, tales revera non ſunt.*

285. *Multo minus arcendi ſunt a ſacra Communione, vel deprecatione publica gravandi, qvi criminis inculpati de eo neq; confeſſi neq; convicti ſunt.*

286. *Indiciis tamen urgentibus ſi gravati ſint de crimine aliqvo inculpati, abſq; deprecatione publica ad ſacram Communionem admitti haut debent: Sola autem fuga ex metu carceris pro urgente indicio non habetur.*

287. *Pendente proceſſu vel inqviſitione ſuper crimine, reus admitti debet ad uſum ſacræ Cœnæ abſqve deprecatione publica: prævia tamen qvandoqve admonitione, ne ſcandalum inde capiant parochiani.*

288. *In foro qvi litigant, a ſacra Communione arceri haut debent.*

289. *Diligenter proſpiciendum de vino in pagis, ne deficiat in adminiſtratione ſacræ Cœnæ.*

290 *Nemo auditorum relicto ſuo ordinario Paſtore, ab alterius Eccleſiæ & diœceſeos miniſtro ad ſacram Communionem admitti debet.*

291. *Aliter tamen res ſeſe habet in caſu neceſſitatis & periculo peſtis, qva cœtus ordinarius & diœceſis eſt infecta.*

292. *Extra caſum neceſſitatis aut morbi in ædibus privatis vel ſacrario templi ſacra Cœna uti non licet.*

293. *Plures qvando ſunt in miniſterio Collegæ, u-*

nus

nus alteri porrigit ſacram Cœnam: ad quod aliàs vicinus vicino Paſtori eſt obſtrictus.

294. *Qui rariſſimè aut nunquam ad ſacram Cœnam accedunt, à Paſtore, ne diutius abſtineant, admoneri: & ſi non pareant, Superintendenti ac Conſiſtorio res deferri debet.*

295. *Diutius à Cœnâ ſacrâ abſtinentes ad uſum ejus comminatione carceris, alteriusvè pœnæ adigi debent.*

296. *Expellendi ſunt, qui ſæpius admoniti in abſtinentia à Communione ſacrâ malitioſè perſeverant: ipſisq; injungendum, ut bona vendant & aliò migrent.*

297. *Deneganda eſt ſepultura honeſta contemtoribus Sacramentorum, qui nullâ operâ ad uſum ſacræ Cœnæ adigi potuerunt.*

TIT. XIX.
De
Bonis Eccleſiaſticis, eorumque adminiſtratione.
Definit.

298. *Bona Eccleſiæ augenda potiùs ſunt, quàm minuenda.*

299. *Cura bonorum eccleſiaſticorum, eorumque adminiſtratio Principibus & Statibus Imperii jure Epiſcopali incumbit.*

300. *Sine decreto & conſenſu Magiſtratus eccleſiaſtici ſive Conſiſtorii haut alienari debent bona Eccleſiæ.*

301. *Nunquam ſine causâ juſtâ, rationabili & ſufficiente alienatio & diſtractio bonorum eccleſiaſticorum permittenda.*

302. *Cauſæ cognitio diſtractionem bonorum Eccleſiaſticorum & Magiſtratûs conſenſus præcedat, neceſſe eſt.*

303. *Ipſo jure nulla eſt bonorum eccleſiaſticorum alienatio ſine cauſa ſufficiente, ejusq; cognitione & conſenſu Magiſtratus eccleſiaſtici ſeu Conſiſtorii ſuſcepta.*

304. *Locatio bonorum eccleſiaſticorum ut ſubſiſtat, cauſæ pariter cognitio & decretum Magiſtratus eccleſiaſtici præcedat, neceſſe eſt.*

305. *Bona Eccleſiæ locanda ſunt ei, qui majorem offert penſionem.*

306. *Pro impediendâ bonorum Eccleſiæ locatorum præſcriptione, penſio ſeu merces nonnunquam & ad ſummum ſingulis decem annis augeri, vel conductoris perſona mutari debet.*

307. *Emtores prædiorum & bonorum eccleſiaſticorum ſiunt dotales Eccleſiæ, ac proinde patrocinio Conſiſtorii fruuntur.*

308. *De bonis & reditibus Eccleſiæ neque vectigalia & tributa exiguntur, neq; alia onera iis imponuntur.*

309. *Exceptô ſummæ neceſſitatis caſu, ne quidem collectis extraordinariis Clerici & bona Eccleſiæ gravari debent.*

310. *Nec conductores prædiorum ac bonorum eccleſiaſticorum collectas & tributa horum nomine præſtare obſtricti ſunt.*

311. *Patrimonialia ſeu hereditaria bona ſi Clerici poſſideant, horum intuitu tributis & collectis ſe eximere nequeunt.*

312. *Canonicatum certâ pecuniæ ſummâ redimere & acquirere non licet: nec ſubſiſtit jure hic actus, aut quemquam obligat.*

TIT. XX.
De
Reditibus & Ærario Eccleſiæ.
Definit.

313. *Præfectis ſeu Curatoribus Eccleſiæ* den Kirchenvätern / *adminiſtratio redituum & ærarii eccleſiaſtici committenda; reſervatâ tamen Parocho inſpectione.*

314. *Libri rationum à Curatoribus Eccleſiæ conſici, inquè iis omnes ac ſinguli reditus & accepta conſignari debent.*

315. *Matricula pariter & libri rationum ac redituum eccleſiaſticorum non in Curiâ vel Prætorio, ſed apud Eccleſiam cuſtodiri debent.*

316. *Quotannis à Curatoribus Eccleſiæ ſeu Præfectis ærarii eccleſiaſtici rationum redditio eſt exigenda, cui non ſolus Curator ſive Patronus, ſed etiam Paſtor ac Superintendens cujusq; diœceſeos interſit, neceſſe eſt.*

317. *Super rationibus à Præfectis ærarii vel Curatoribus Eccleſiæ redditis parochiani etiam ſunt audiendi, priusquam ſubſcriptione & quittatione Superintendentis adminiſtratores liberentur.*

318. *Providi ſint Curatores ſeu Præfecti ærarii in exigendis Eccleſiæ nominibus, ejusq; pecuniâ elocandâ, nec ſine conſenſu Patroni & Paſtoris novum contrahant nomen.*

319. *Elocari debet pecunia ærarii eccleſiaſtici ſub uſuris: moderatis tamen & licitis, non modum permiſſum excedentibus.*

320. *Annuorum redituum nomine Eccleſia ultra quincunces à venditore exigere nil valet.*

321. *Vel fidejuſſione ſufficiente, vel hypothecâ expreſſâ in bonis debitorum conſtitutâ, Eccleſia ratione pecuniæ mutuò datæ aſſecurari debet*

322. *Blanditiis inducere licet moribundum, ut legatum relinquat & aſſignet Eccleſiæ in teſtamento.*

323. *De legato relicto* den Altarleuten / *hoc eſt, iis, qui altari inſerviunt, non participant Curatores Eccleſiæ vel Præfecti ærarii eccleſiaſtici,* die Kirchväter.

TIT. XXI.
De
Mendicis & ſuſtentatione miſerabilium perſonarum.
Definit.

324 *Non ferendi ſunt in Republicâ ignavi & va-*

lidi mendicantes, ſed eorum importunitas cohibenda.

325. Mendicantibus non concedatur, ſine permiſſu Conſiſtorii oſtiatim ſtipem colligere.

326. Licentia quantumvis datâ mendicis eleemoſynas oſtiatim colligendi, ſine præſcitu tamen Magiſtratûs cujusque loci collectio inſtitui non debet.

327. Eleemoſynæ pro univerſitate incendium paſſâ collectæ ita diſtribui debent, ut major earum pars cedat ad reparationem Eccleſiæ aliarum domuum ſacrarum & publicarum; reliqua verò ſingulis pro ratione damni cujusque aſſignentur.

328. Sine præſcitu & conſenſu Superintendentis ſtipendia, ſive publica ſint, ſive privata, Studioſis & Scholaribus conferri haut debent.

329. Piè faciunt miniſtri Eccleſiæ, fiſcum fraternitatis ſeu ærarium in ſavorem viduarum ac orphanorum ſuorum erigentes, & conſenſum Principis petentes, qui nec iis denegari, nec reditus fiſci alios in uſus converti debent.

330. Prædium Hoſpitali ſive pauperibus legatum, ut ex annuis reditibus ſuſtententur, contra voluntatem teſtatoris diſtrahi haut debet.

331. Niſi juſta, probabilis & ſufficiens diſtractionis cauſa adſit.

332. Legatum ad certam piam cauſam, eâ deficiente in aliam & ſimilem cauſam æquè piam converti poteſt.

333. Stipendium ad ſuſtentationem proximioribus conſangvineis relictum den nächſten Freunden / *ad utriusq; ſexus conſangvineos ſpectat.*

TIT. XXII.

De

Ædificatione & reparatione Eccleſiarum domuumquè parochialium: nec non operis ad agriculturam in parochiâ præſtandis.

Definit.

334 Conſenſu & authoritate Epiſcopi ſeu Conſiſtorii ædificatio & reſtauratio Eccleſiarum eſt ſuſcipienda.

335. Quod & de domo parochiali aliisque ædificiis eccleſiaſticis eſt aſſeverandum.

336. Non properandum ad ædificationem & reſtaurationem Eccleſiæ domuumq; parochialium, irrequiſitis Patronis & parœcianis.

337. Non minùs Æditùo ſive Cuſtodi, quàm ipſi Parocho de habitatione idoneâ ac domo eſt proſpiciendum.

338. Extra caſum certæ conſvetudinis ſumtus ad ædificationem ac reparationem Eccleſiæ domuumque parochialium ex ærario deſumuntur eccleſiaſtico.

339. Facultates ac reditus Eccleſiæ ſi non ſufficiant ad fabricam, parœciani contribuere & ſumtus ſuppeditare tenentur.

340. Operas inſuper non ſolummodò equis, ſed & manibus ad fabricam Eccleſiæ & domuum parochialium præſtare, obſtricti ſunt parochiani in villis ac pagis.

341. Indifferenter contribuunt ad fabricam Eccleſiæ & domuum parochialium parœciani, ſive ſint manſarii, inquilini vel hortulani, Hüffner/Häußler und Gärtner.

342. Quomodo collectæ inter parœcianos paganos, manſarios nempe, inquilinos & hortulanos diſtribuendæ?

343. Parœciani quoque Eccleſiæ filialis, vulgò Filialiſtæ, ad reparationem ædificiorum Eccleſiæ matri ſunt obſtricti.

344 Æqualis fiat hoc caſu diſtributio collectarum inter Filialiſtas & reliquos parochianos, ſecus atque in ſumtibus viſitationum: niſi conſvetudine loci aliud ſit introductum.

345. Non contribuunt ad fabricam Eccleſiæ matris Filialiſtæ, qui peculiarem in pago ſuo habent ædem ſacram, templum vel fanum.

346. Nobiles parochiani à collectis ad fabricam Eccleſiæ & domuum eccleſiaſticarum immunes haut ſunt.

347. Ratione tamen bonorum feudalium ad contribuendum haut adigi poſſunt.

348 Non audiendi ſunt parochiani, contributiones ad fabricam Eccleſiæ propterea detrectantes, quod alio in territorio & ſub alio Magiſtratu degant, ſuumque habeant domicilium.

349. Aliud ſtatuendum de forenſibus, qui in parochia, cujus Eccleſia refectione eget, fundos & prædia poſſident: Non niſi enim pro ratione neceſſitatis, conſvetudinis & aliarum circumſtantiarum ad contribuendum hi adigi poſſunt.

350. Sumtus ex ærario eccleſiaſtico vel à parochianis præſtandi ſunt, non modò ad conſtructionem, ſed & ad reparationem ædificiorum eccleſiaſticorum & parochialium partialem: ut ſi Baptiſterium, Campana, Organum pnevmaticum, aut in ædibus parochialibus muſeum Paſtoris, balineum, vel aqua ſaliens &c. ſit reficienda.

351. Sacrâ æde devaſtatâ, vel domo parochiali peſte infectâ, usq; dum fiat reparatio & purgatio, de alio commodiore loco cultui divino & habitationi Paſtoris eſt proſpiciendum.

352. Incumbit miniſtris Eccleſiæ propriis ſumtibus ædes parochiales ſartas tectas & in bono ſtatu conſervare, in Dach und Fach erhalten.

353. Habitationem in ædibus parochialibus Miniſtri Eccleſiæ aliis locare non debent.

354. Sine præſcitu & conſenſu Conſiſtorii haut inſtituendæ ac celebrandæ ſunt nuptiæ in ædibus parochialibus.

355. Agrorum parochialium culturâ & operis ſubtrahere ſe nequeunt parochiani.

356. Omnes

356. *Omnes indifferenter operas agriculturæ præſtant parochiani: nec non vecturas fimi in agros, & frumenti in horrea.*

357. *Haut tamen gratis operas agriculturæ præſtant parochiani, qui dotales non ſunt, ſed certa mercede conducti: & qualis hæc eſſe debeat?*

358. *Parochiani operas ſuas ad culturam agrorum aliis elocare nequeunt, priusquam agri Miniſtrorum Eccleſiæ parochiales ab ipſis conſiti fuerint.*

TIT. XXIII.

De

Subſelliis templorum eorumque jure.

Definit.

359. *Cura & adminiſtratio ſubſelliorum templi Superintendenti unà cum Ædilibus vel Præfectis Eccleſiæ incumbit.*

360. *Pro qualinam pretio ſubſellia in templis vendenda & redimenda?*

361. *Tutus quilibet ſubſellium ſemel emtum poſſidet, nec rurſus eo eſt deſtituendus.*

362. *Poſſeſſores ſubſelliorum in templis pro lubitu ea rurſus vendere, & in alios transferre non poſſunt.*

363. *Nulla valet diſpoſitio teſtamentaria, de ſellis templorum.*

364. *Obitu poſſeſſoris pariter & ejusdem migratione ex parochia, domiciliivè mutatione extingvitur uſus ſubſelliorum, eaque rurſus templo cedunt.*

365. *In redemtione ſubſelliorum templi poſſeſſoris heredes gaudent jure protimiſeos & prælationis.*

366. *Præcedunt in redemtione ſubſelliorum inter plures heredes, qui ſunt aliis proximiores.*

367. *Non habita ratione agnationis vel cognationis, ſolà graduum proximitas in redemtione ſubſelliorum templi attenditur.*

368. *Jus protimiſeos ſeu prioritatis in redemtione ſubſelliorum templi, non niſi intra menſtruum ſpatium exerceri poteſt, quô elapsô exſtingvitur.*

369. *Non invidendum Nobilibus parochianis, ſi de commodioribus ſubſelliis in templo iis proſpiciatur, vel etiam in horum aſſignatione aliis ei præferantur.*

370. *Subſellia Officialium publica in templis nulli ſubjecta ſunt redemtioni poſt ipſorum obitum.*

371. *Quorumnam ſumtibus ſubſellia Officialium publica in templo conſtruenda & ædificanda?*

372. *Uſus ſubſelliorum publicorum haut concedatur aliis, qui ipſi Officiales non ſunt.*

TIT. XXIV.

De

Jure Sepulturæ.

Definit.

373. *Corpora defunctorum terræ ſunt inferenda & ſepelienda: quæque ſepulchrorum profunditas eſſe debeat?*

374. *Sepultura honeſta nemini ob paupertatem eſt deneganda.*

375. *Sepelienda quoq; & terræ inferenda ſunt cadavera occiſorum in viis publicis reperta.*

376. *Digni haut ſunt honeſtà ſepulturâ αὐτόχειρες, qui ſemetipſos interficiunt.*

377. *Non verò privandi ſunt honeſtâ ſepulturâ, qui ex melancholiâ, furore, aliâvè animi impotentiâ mortem ſibi inferunt: ceremoniis tamen moderatioribus ſepeliendi.*

378. *Moderatio ceremoniarum in funere eorum, qui dementes vel ex animi impotentiâ mortem ſibi intulerunt, cognitioni & arbitrio Magiſtratûs eccleſiaſtici ſeu Conſiſtorii eſt committenda.*

379. *Cadavera reorum delinquentium in reatu mortuorum, à carnifice in loco famoſo terræ inferuntur.*

380. *Caninâ ſepulturâ afficiendi haut ſunt rei de crimine nondum confeſſi vel convicti.*

381. *Ex caſu fortuitô ac improvisô minùs felici morte abrepti, ſepulturâ honeſta haut carent.*

382. *Absq; omnibus ceremoniis in loco ſeparato ſepeliendi ſunt impii, contemtores verbi divini & Sacramentorum.*

383. *Catholici, Calviniani vel alii ſectæ addicti in provinciis ſtatuum Evangelicorum honeſtè ſepeliri debent, omiſſis licet vel temperatis ſaltem pro ratione circumſtantiarum ceremoniis conſvetis.*

384. *Denegari haut debet ſepultura ceremoniis conſvetis adornata iis, qui de falſa Religione tantummodò ſunt ſuſpecti.*

385. *Mundi ſint cœmiteria ab omni illuvie, mœnibusque & ſepimento cincta.*

386. *Ex frequentia funerum ſi cumulentur ſepulchra, contagioni inde metuendæ omnibus modis occurrendum, & cœmiterium vel dilatandum, vel aliud novum eſt conſtruendum.*

387. *Sumtus ad fabricam & conſtructionem cœmiterii ex ærario Eccleſiæ deſumendi: aut ſi facultates hujus non ſufficiant, à parochianis ſunt ſuppeditandi.*

388. *Urgente neceſſitate ad cœmiterium extruendum vel dilatandum, ut poſſeſſor fundum vel agrum ſuum pro juſto pretio vendat, invitus compelli poteſt.*

389. *Non improbanda eſt conſvetudo, ut honoratiores defuncti in Eccleſiâ ſeu templo ſepeliantur.*

390. *Sine præſcitu & conſenſu Patroni ſeu Collatoris nemo in Eccleſia ſepeliri debet.*

391. *Non invidendum Eccleſiæ lucellum ſeu honorarium pro loco ſepulturæ, in cujus aſſignatione maximoperè providendum, ne ſellis templi officiatur, vel cuiquam ſit impedimento.*

392. *Annuendum eſt illuſtribus, nobilibus & honoratioribus perſonis, in memoriam & honorem ſuorum defunctorum Cenotaphia in Eccleſiis erigi, vexilla affigi, aliaq; monumenta poni & funus ornari curantibus.*

393. *Deferendum petito heredum, ut in cœmiterio conjux juxta tumulum prædefuncti conjugis ſepeliatur.*

394. *Præcavendum, ne inſepulta maneant corpora peſte defunctorum: quæ tamen in loco peculiari ac remoto humari debent.*

395. *Non admittenda eſt appellatio in cauſâ ſepulturæ, ſi moram haut patiatur.*

TIT. XXV.

De

Rebus & Juribus Academicis.

Definit.

396. *Academias in emporiis ſeu civitatibus Mercurialibus commodè erigi, noſtra fidem facit Lipſiaca, apud Status Imperii Evangelicos primum tenens locum.*

397. *In Collegiis Facultatum Academicarum, quarum primum tenet locum Theologica, ſecundum Juridica, tertium Medica, quartum Philoſophica, ad Profeſſionem non facilè admittendi ſunt, qui gradum Doctoris in tribus ſuperioribus, in Philoſophicâ verò Facultate Magiſtri titulum haut ſunt aſſecuti.*

398. *Officium & dignitas Rectoralis benè per electionem defertur Principibus & Illuſtribus perſonis in Academiâ literis operam navantibus, aliisq; Profeſſoribus membris Univerſitatis absq; ulla Superioris & Patroni confirmatione: modò cauſa prægans interventionem & cenſuram ejus haut exigat.*

399 *Præviâ demum nominatione certarum perſonarum à totâ Univerſitate factâ, una ex iis ad Profeſſionem vacantem à Patrono Academiæ confirmatur.*

400. *Cuilibet tamen Facultati in Academ. Lipſ. competit jus nominandi novum Profeſſorem: ſed præviâ communicatione cum reliquarum Facultatum Profeſſoribus.*

401. *A Sereniſſ. Sax. Elect. Ordinarius, qui & Facultatis Juridicæ perpetuus eſt Decanus, in Academiâ Lipſienſi immediatè, haut præcedente aliquâ nominatione conſtituitur.*

402. *Singulæ Facultates in Univerſitate Lipſienſi pro Schriffſaſſiis habentur: quorum jure totius ſolummodo Academiæ Wittebergenſis Collegium gaudet.*

403. *Solet quandoquè Sereniſſimus Elector haut expectatâ Univerſitatis nominatione novos conſtituere Profeſſores.*

404. *In nominatione ac electione novorum Profeſſorum eò ſemper eſt reſpiciendum, ut inter pares præferantur aliis indigenæ, ſtipendiarii, quiq; in Collegio Profeſſorum nullo conſanguinitatis vel neceſſitudinis vinculo aliis ſunt conjuncti.*

405. *Seduli & fideles ſint Profeſſores in profitendo ac diſputando, nec propterea extraordinariis commisſionibus & occupationibus, quibus remora injici poteſt, gravandi.*

406. *Benè valet diſpenſare Princeps Academiæ Patronus, ut Profeſſor legat per Subſtitutum.*

407. *Nequaquam prohibendi ſunt Profeſſores juris in Academiis profitendo ac diſputando jus publicum tractare.*

408. *Gradus ac tituli Academici non niſi doctis & honore dignis ſunt conferendi.*

409. *Stipendia non niſi piis, probis, ſtudiorum avidis & eruditis conferri debent.*

410. *De reditibus Facultatis abſens quoq; Collega participat, ſi occupationibus publicis à Principe vel Magiſtratu ſibi impoſitis præpeditus, expeditionibus Collegii intereſſe haut poterit.*

411. *Cadavera punitorum licet Medicis rectè concedantur ad Anatomiam, exercitium tamen anatomicum extra Academiam nemini eſt permittendum.*

412. *Non facilè inter Profeſſores Academicos proceſſus injuriarum admittantur, ſed contentio ac diſcordiæ quibuscunq; modis componantur.*

413. *Absq; cenſurâ & ſubſcriptione Inſpectoris vel Decani in Facultat. Academ. nil quicquam literarum typis excudere & publicare Typographis fas eſt.*

414. *Jure conceduntur privilegia Bibliopolis ſuper certis autoribus ac libris ſumptibus ipſorum impresſis, ne alius quisquam eosdem excudere faciat, & exponat venales, idictâ confiſcatione mulctaq; pecuniariâ in transgreſſores.*

415. *Cavendum maximè, ne irrevocabile Bibliopolis detur privilegium; & quando id revocari queat?*

416. *In cauſis privilegiorum, qui ea concesſit, legitimus eſt Judex & interpres.*

417. *In Collegiis ac Dicaſteriis non facile recedendum eſt à receptâ titulorum obſervantiâ.*

LIBRI

LIBRI III.

DE
JUDICIO ET PROCESSU ECCLESIASTICO
POENISQVE IN HOC FORO DICTANDIS.

TIT. I.
De
Foro eccleſiaſtico, ejusqve competentia & jure.
Definit.

1. *Negotia & res eccleſiaſticæ non in foro ſeculari ſed judicio eccleſiaſtico ventilari ac tractari debent.*

2. *Non ſunt tractanda in Conſiſtoriis ea, qvæ internam poteſtatem eccleſiaſticam concernunt: nec qvæ ad totam pertinent Eccleſiam, vel ſoli Principi ſunt reſervata, ſed cauſæ propriè Conſiſtoriales: & qvænam illæ?*

3. *Paſtores & perſonæ Eccleſiaſticæ exemptæ non ſunt à poteſtate ſeculari, Magiſtratum tamen & judicem politicum in perſonalibus haut agnoſcunt competentem, ſed conveniri debent in Conſiſtoriis.*

4. *Priusqvam in Conſiſtoriis proceſſus admittatur contra perſonas Eccleſiaſticas, tentanda eſt amicabilis compoſitio a Superintendente inter partes litigantes.*

5. *Jurisdictio Conſiſtorii ſe non extendit ad cauſas criminales, qvæ pœnam merentur capitalem vel corporis afflictivam.*

6. *Cuſtodes qvoq; & Ludimoderatores, aliiqve Eccleſiæ miniſtri hoc fori privilegio gaudent, ut in perſonalibus tantummodo coram Conſiſtoriis conveniantur.*

7. *Non gaudent foro Conſiſtorii privilegiato Miniſtri Eccleſiæ in actionibus realibus, ſed coram Judice ſeculari, ſub qvo res ſitæ ſunt, conveniuntur.*

8. *Defuncto Eccleſiæ miniſtro mobilia ejus ſecundum ſtatuta Laicorum ſeu fori, ubi commoratus eſt, dividi debent.*

9. *Paſtore vel miniſtro Eccleſiæ absq; heredibus defuncto, bona ejus mobilia cedunt Fiſco Principis, qvi jura habet Epiſcopalia, eaq; per Conſiſtorium exercet.*

10. *Clerici & Miniſtri Eccleſiæ uxori prædefunctæ in Gerada non ſuccedunt.*

11. *Cauſæ ſeculares in Conſiſtoriis tractandæ haut ſunt, ſed ad forum ſeculare remittendæ.*

12. *In Curiis Provincialibus forum haut ſortiuntur Academiæ Electorales Saxonicæ, vel Magiſtratus Univerſitatum, nec ibidem jure conveniri poſſunt, niſi aliud conſvetudine introductum.*

13. *Decretum vel mandatum Conſiſtorii Judex ſecularis reqviſitus ſub pœna centum florenorum executioni mandare obſtrictus eſt.*

14. *Contra mandata Electoralia inhibitiones ac præcepta decernere haut valent Conſiſtoria.*

15. *Decretis Synodalibus ab omnibus præciſe eſt parendum.*

16. *Prudenter in Electoratu Saxoniæ eſt conſtitutum, ut Eccleſiaſtici pariter ac Politici, qvi publicis funguntur muneribus, juramenti Religionis vinculo obſtringantur.*

TIT. II.
De
Proceſſu fori Eccleſiaſtici in genere.
Definit.

17. *In Conſiſtoriis conſtituendi haut ſunt certi Notarii.*

18. *Viduis Paſtorum litigantibus curatores in Conſiſtoriis dantur & conſtituuntur.*

19. *In cauſis Eccleſiaſticis laici per Judicem ſuum ac Magiſtratum ſecularem ad Conſiſtoria citari debent, licet hujus ſubſidium non ſit implorandum.*

20. *Vidua defuncti Paſtoris contumax ſub commminatione privationis ſalarii ſemeſtris ad Conſiſtorium citari poteſt.*

21. *Incarceratus ſi in cauſa eccleſiaſtica conveniatur, per lictores in Conſiſtorio ſiſti debet.*

22. *Clerici & miniſtri Eccleſiæ perinde ac laici mediante juramento ad teſtificandum compelluntur.*

23. *Niſi ex conventione partium litigantium miniſtris Eccleſiæ, ad teſtimonium perhibendum productis, juramentum remittatur.*

24. *Clerici Eccleſiæve miniſtri ad teſtimonium perhibendum producti, non niſi coram Magiſtratu eccleſiaſtico vel ſeculari, cui ſpeciatim is dedit licentiam, examinari debent.*

25. *Sacerdos ad teſtificandum reqviſitus non debet revelare confeſſionem ſibi factam.*

26. *Non adigendi ſunt teſtes ad teſtificationem & juramenti præſtationem, ſi effectu ea deſtituatur.*

TIT. III.
De
Proceſſu in cauſis Matrimonii & Stupri.
Definit.

27. *In cauſis matrimonialibus ſummariè procedendum, nec ſingula qvæq; ordinarii proceſſus ſtrictè obſervanda.*

28. *Non omittenda tamen ſunt in cauſis matrimonialibus ſubſtantialia proceſſus jure naturali inducta, veluti citatio, rei reſponſio, probationes & interrogatoria, &c.*

29. *Coram Superintendente & Magiſtratu loci cauſæ matrimoniales eatenus tractari poſſunt, qvatenus agitur pro matrimonio conſummando,*

30. Con-

30. *Contra matrimonium vero nihil valide agitur coram Superintendente & Magiſtratu loci, nec abſolutio a matrimonio ab iis decerni poteſt.*

31. *Non valent litigantes in Conſiſtoriis cauſas matrimoniales per mandatarios & defenſores tractare, ſed in propria perſona comparere ipſos neceſſe eſt: qvod & in fœminis obtinet.*

32. *Actione de promiſſo matrimonio intentata, Reus ne lite pendente cum alia perſona contrahat nuptias, cautione ab ipſo præſtanda adigi poteſt.*

33. *Actioni de promiſſo matrimonio intentatæ, etiam poſt litis conteſtationem actor renunciare, & à lite prorſus diſcedere poteſt.*

34. *Impoſita qvantumvis poſt litis conteſtationem probatione, vel etiam ſuſcepta jam ea, Actor tamen pœnitere, rurſus illam deſerere, & à lite diſcedere valet.*

35. *Etiam poſt publicata teſtium atteſtata, qvin & poſt latam ſententiam, nondum tamen publicatam, vel ante rem judicatam Actor ab actione de promiſſo matrimonio intentata reſilire valet.*

36. *Deſiſtente Actore ab actione de matrimonio promiſſo inſtituta, Reus abſolvitur, & utriq; parti cum alia perſona conjugium inire permittitur.*

37. *Qvocunq; verò litis tempore Actor in cauſa matrimoniali ab actione inſtituta diſcedit, Reo expenſas refundere obſtrictus eſt.*

38. *Sæpiſſime tamen hoc caſu Actori a lite diſcedenti Reus expenſas fundere tenetur, qvandoq; etiam, ſi actore ſuccumbente victoriam reportaverit & abſolutus fuerit.*

39. *Contra matrimonium nulla ſubſiſtit transactio privata ſeu extrajudicialis.*

40. *At valida eſt transactio judicialis coram Magiſtratu Eccleſiaſtico ſeu Conſiſtorio, etiam contra matrimonium inita.*

41. *Per transactionem qvi obtinuit abſolutionem ab actione de matrimonio inſtituta, priusqvam ſatisfecerit promiſſis, ad conſummationem alterius matrimonii non admittendus*

42. *In cauſis etiam matrimonialibus actori incumbit probatio, qvæ non uno, ſed duobus adminimum teſtibus perficitur.*

43. *Fratres, affines, proxenetæ & domeſtici admittuntur qvidem ad teſtificandum in cauſis matrimonialibus: attamen teſtes omni exceptione majores haut ſunt.*

Tit. IV.

De

Juramentis præſertim in cauſis matrimonialibus præſtandis.

Definit.

44. *Deferre licet jusjurandum in cauſa matrimoniali duntaxat affirmativum pro matrimonio contrahendo: non etiam negativum ad illud diſſolvendum.*

45. *Juramentum purgationis tamen, etiam ad matrimonium diſſolvendum, Reo a judice deferri poteſt.*

46. *Jurisjurandum qvoq; in ſupplementum a Judice in cauſis matrimonialibus poteſt deferri.*

47. *Sola confeſſio ſtupri ſufficiens indicium haut facit ad juramentum purgationis de non facta matrimonii promiſſione Reo injungendum.*

48. *Secus res ſe habet, ſi una cum ſtupri confesſione contra Reum alia adhuc concurrant indicia.*

49. *Super ſtupro pariter & promisſione matrimonii Reo conjunctim deferri poteſt juramentum purgationis, ſi utriusq; ratione indiciis fuerit gravatus.*

50. *Urgentiſſimæ ac indubitatà ſi contra Reum militent præſumtiones de promiſſo matrimonio, conſummatio ejus ipſi potius injungenda, qvam juramento res committenda erit.*

51. *Præſtito juramento, ſi Reus a promisſione matrimonii ſe liberaverit, in totum abſolvitur, conceſſa ſimul facultate nuptias cum alia perſona contrahendi.*

52. *Reus jurare nolens pro confeſſo habendus & conſummatio matrimonii ei eſt injungenda.*

53. *In cauſa matrimoniali jurare juſſus, facere id debet in propria perſona, nec admittendus nomine ejus procurator.*

54. *In cauſis matrimonialibus non obſervatur terminus jurandi peremptorius.*

55. *Juramentum ſuper matrimonii promisſione vi extortum ipſo jure nullum eſt, & qvomodo hoc caſu procedendum?*

Tit. V.

De

Proceſſu Deſertionis.

Definit.

56. *Deſertio juſta ac ſufficiens eſt cauſa divortii.*

57. *In Sponſalibus qvoq; obtinet divortium ſive repudium ex cauſa deſertionis.*

58. *Ad proceſſum deſertionis haut deveniendum eſt, priusqvam Magiſtratui eccleſiaſtico ſive Conſiſtorio de malitioſa deſertione, ejusqve circumſtantiis conſtet.*

59. *Injungi poteſt deſerto juramentum purgationis, ſi probabilem conjugis abſentiam, vel locum, in qvo reperiendus, diſſimulet.*

60. *Tempus abſentiæ in deſertione malitioſa judicis arbitrio committendum.*

61. *Triplex reqviritur citatio in proceſſu deſertionis: & qvænam illa?*

62. *Citatio in proceſſu deſertionis ſit edictalis publica, in trium diverſorum Dominorum territoriis,* in dreyer unterſchiedener Herren Landen/*intimata.*

63. *Edictalis citatio in proceſſu deſertionis vel ex ſuggeſtu notificanda: vel publico in loco eſt affigenda.*

64. *Non procedendum ulterius in cauſa deſertionis, priusqvam de citatione legitime facta conſtet.*

65. *Admittenda eſt mulier deſertrix, ſi ipſamet*

in

in Conſiſtorio comparere, & ad actionem ſuper deſertione inſtitutam reſpondere velit.

66. *Reo in contumacia perſeverante, nec à crimine deſertionis ſe purgante, quomodo definitivè adverſus eum ſit pronunciandum?*

67. *Nunquam conjunx deſertus impunè contrahit cum alia perſona matrimonium, ante ſententiam definitivam judicialiter ſuper deſertione latam.*

68. *Ante finitum deſertionis proceſſum ſponſalia cum alio contracta, licet pro bigamia verè non habeantur, rurſus tamen diſſolvuntur.*

69. *Si de adulterio vel bigamia deſertoris ſeu deſertricis certò conſtat, abſque ulteriori deſertionis proceſſu diſſolvitur matrimonium.*

70. *Deſertorem ſuſpectum de adulterio redeuntem conjunx in matrimonium recipere non tenetur, priusquam juramento ſe purgaverit à ſuſpicione commiſſi adulterii.*

71. *Abſque ſpeciali diſpenſatione ex causâ rationabili factâ deſertori ac deſertrici haut novum inire licet matrimonium.*

Tit. VI.
De
Pœna ſtupri.

Definit.

72. *Stupri ac fornicationis pœna à Magiſtratu politico, non eccleſiaſtico vel Conſiſtoriis eſt decernenda.*

73. *Stupri crimen pœnam carceris, quandoque etiam relegationis, meretur.*

74. *Stupri ac fornicationis rei pecuniâ mulctanai haut ſunt.*

75. *Pœnam carceris vel relegationis ſtupri reis dictatam Magiſtratus convertere nequit in mulctam pecuniariam.*

76. *Parili modo deſponſatæ perſonæ ante nuptias concumbentes, vel poſt commiſſum ſtuprum matrimonium contrahentes, carceris pœnâ, non mulctâ pecuniariâ ſunt coërcendi.*

77. *Coërcitio ſponſorum ante nuptias concumbentium æque ad Magiſtratum politicum ſpectat.*

78. *Quandoque tamen per modum diſpenſationis à Sereniſſimo Saxoniæ Electore & Conſiſtorio Supremo reis indicitur mulcta pecuniaria.*

79. *Haut concedendum eſt Magiſtratui politico inferiori, ut reos ſtupri ac coitûs illiciti ſiſtat ad numellas.*

80. *In favorem matrimonii contrahendi pœna ſtupri in Conſiſtoriis quandoquè remittitur.*

81. *Alimenta pro infante jure non petit imprægnata, ſi cum pluribus concubuerit.*

Tit. VII.
De
Pœnitentiâ eccleſiaſticâ, ſeu publicâ deprecatione.

Definit.

82. *Nequaquam improbanda eſt pœnitentia eccleſiaſtica, ſeu deprecatio publica.*

83. *Variant ritus & ſolennia in actu deprecationis publicæ,* der Kirchenbuſſe.

84. *Non injungenda eſt reis pœnitentibus deprecatio publica ſine præſcitu & conſenſu Conſiſtorii Supremi iis in locis, ubi uſu introducta haut eſt.*

85. *Deprecatio publica, quantumvis in civitate vel pago aliquo jam antea in uſu fuerit, ſine præſcitu tamen & auctoritate Conſiſtoriorum à Paſtoribus & Superintendentibus nemini poteſt imponi.*

86. *Publica deprecatio juſtâ ac probabili ex causâ in mulctam pecuniariam commutari poteſt.*

87 *Solis Conſiſtoriis competit facultas diſpenſandi, & deprecationem publicam in mulctam pecuniariam convertendi: non etiam Superintendenti vel miniſtris Eccleſiæ.*

88. *In favorem matrimonii jam contracti vel etiamnum contrahendi, ſæpius planè remittitur deprecatio publica, quandoque etiam in mulctam pecuniariam commutatur.*

89. *In delictis tantummodò publicis & univerſo cœtui ſcandaloſis, locum habet deprecatio publica: non etiam in crimine privato & occulto.*

90. *Puellæ vi ſtupratæ injungi non debet deprecatio publica.*

91. *Deprecatione publicâ gravari haut debet reus propter crimen alibi commiſſum.*

92. *Factâ ab aliquo deprecatione publicâ uno in loco, alibi ea repetenda & duplicanda non eſt.*

93. *Perſonæ nobiles à deprecatione publicâ exemtæ haut ſunt.*

94. *Factâ quantumvis deprecatione publicâ, reus tamen per id non liberatus eſt à pœnâ politicâ in foro ſeculari: nec una aliam abſorbet.*

Tit. VIII.
Turbatores ſacrorum quomodo puniendi?

Definit.

95. *Mulctâ arbitrariâ puniendi ſunt, qui verbis importunis & injurioſis Eccleſiæ miniſtris ſacra tractantibus ſeſe opponunt, iisque contradicunt.*

96. *Arbitraria quoque eſt mulcta rixantium in Eccleſiâ durantibus ſacris.*

97. *Aggravari debet pœna arbitraria contra rixantes, ſi verbis verbera & plagæ accedant.*

Tit. IX.
Quomodo procedendum adverſus miniſtros Eccleſiæ rixoſos & conviciatores?

Definit.

98. *Propter exceſſus & convitia in concionibus evomi-*

evomita, miniſtri Eccleſiæ in Conſiſtoriis actione injuriarum conveniri poſſunt.

99. *Tentanda eſt reconciliatio & compoſitio amicabilis, priusquam adverſus miniſtros Eccleſiæ proceſſus decernatur.*

100. *Immunis à pœnâ non eſt, qui malitioſè adverſus Eccleſiæ miniſtros famoſam intentat actionem injuriarum.*

101. *Miniſtri Eccleſiæ injuriarum conventi ſpontaneâ declaratione palinodiam facilè declinare poſſunt.*

102. *Præcavere incumbit Magiſtratui Eccleſiaſtico, ne ex ſeditioſis miniſtrorum Eccleſiæ concionibus motus excitetur adverſus Magiſtratum.*

103. *Quem in finem adigendi quandoque ſunt miniſtri Eccleſiæ, ut exceſſum publicè agnoſcant, & mentem ſuam præviâ adhortatione de præſtandâ Magiſtratui obedientiâ, pro concione declarent.*

104. *Officii ſui erga Miniſterium auditores ſunt admonendi è ſuggeſtu, ſi miniſtri Eccleſiæ poſt ſcandalum datum reconciliati ad functionem eccleſiaſticam rurſus admittantur.*

105. *Propter inimicitiam & diſcordiam cum Paſtore nemini permittendum eſt exercitium Religionis, ſive cultûs divini in cœtu alieno.*

106. *Collatori tamen ſeu Magiſtratui in pluribus parochiis habenti jus patronatûs, quocunq; in cœtu velit, cultum divinum exercere fas eſt.*

107. *Non indulgendum miniſtris Eccleſiæ, ut ex odio & affectu privato cuiquam denegent abſolutionem & uſum ſacræ Cœnæ.*

108. *Rixæ & litigioſæ contentioni inter Magiſtratum ſeu Collatorem & Parochum exortæ per ſpontaneam ejus translocationem bene obviari poteſt.*

TIT. X.

De

Depoſitione ſeu remotione Miniſtrorum Eccleſiæ ab officio, eorumque pœnis.

Definit.

109. *Removere num liceat miniſtros Eccleſiæ ab officio: & quomodo remotio ſeu depoſitio differat à degradatione?*

110. *Removeri non poſſunt Miniſtri Eccleſiæ ab officio à Patrono vel Magiſtratu politico: ſed pertinet jus hoc remotionis ſeu depoſitionis ad ſola Conſiſtoria Eccleſiaſtica.*

111. *Accurata cauſæ cognitio remotionem Paſtoris ab officio præcedat, neceſſe eſt.*

112. *Extra caſum criminis atrocioris Miniſtri Eccleſiæ, non niſi gradibus admonitionum præmiſſis, ab officio removeri debent.*

113. *Carcere nihilominus puniuntur Miniſtri Eccleſiæ,* mit Prieſterlichem Gehorſam/ *ſi vel remotionem totalem nævis levioribus non meruerint, vel de emendatione nondum admoniti fuerint.*

114. *Quandoque etiam Miniſtri Eccleſiæ pro qualitate criminis ad certum tempus ab officio ſuſpenduntur.*

115. *Suſpenduntur quoque ab officio Miniſtri Eccleſiæ criminis atrocioris inculpati, usq; dum præviâ legitimâ inquiſitione confeſſi aut convicti fuerint, vel innocentiam obtinuerint.*

116. *Miniſtris Eccleſiæ ab officio ſuſpenſis, cura animarum vicinis Paſtoribus interim eſt committenda.*

117. *Miniſtri Eccleſiæ ab officio ſuſpenſi quandoq; prævia deprecatione & admonitione publica reſtituuntur.*

118. *Puniuntur etiam miniſtri Eccleſiæ translocatione de parochiâ unâ ad aliam: & quandoque de ſuperiore ad inferiorem: vel etiam de optimo ad ſterilem Paſtoratum.*

119. *Cuſtodes quoque ſive Æditui propter crimen commiſſum ab officio jure removentur.*

120. *Quod idem habendum de Cantoribus, aliisque Scholæ Collaboratoribus atque miniſtris.*

121. *Remotio tamen Cuſtodis ac miniſtrorum Scholæ non niſi gradibus admonitionum præmiſſis decerni debet.*

122. *Non ſemper, nec propter omne indifferenter delictum Cuſtos ab officio removeri debet: Et quid in causâ ſtupri, ſi ſtupratam duxerit in uxorem?*

123. *Propter homicidium caſuale haut removendus eſt Cuſtos ab officio.*

124. *Decernitur quandoque etiam in Cuſtodes delinquentes translatio, quæ pœna ipſis non minima eſt, ſi relicto opimiori beneficio ad ſterilius transferantur.*

125. *Permiſſum eſt miniſtris Eccleſiæ, juſtâ ex causâ reſignare functiones ſuas, & in iisdem vel aliis Eccleſiis munia ambire altiora, invitis etiam Patronis & Collatoribus.*

IN NOMINE JESU CHRISTI.

LIBER I.

De

JURE PERSONARUM ECCLESIASTICARUM,

ſive Clericorum, eorumque Vocatione, Officiis, Reditibus & Salariis.

TIT. I.

De

Juribus Epiſcopalibus, quæ in Conſiſtoriis Principum ac Statuum Imperii Evangelicorum tractantur.

Definit. I.

Religionis Rerumque Sacrarum cura ad Principem & Magiſtratum ſpectat Politicum.

SUMMARIA.

1. *Cura Religionis officio Magiſtratûs Politici incumbit. n. 8.*
2. *Jus rerum ſacrarum ad ſummum refertur imperium.*
3. *Antiquitus Principes Sacerdotii & Regni munera conjunctim habuerunt.*
4. *Impp. Romani quondam Pontificis titulo honorati.*
5. *In Jure utroque renunciantur hodie Doctores.*
6. *Sublatâ Religione, publica corruit honeſtas.*
7. *Omnis felicitas á Religione dependet.*
9. *Tituli Magiſtratus honorifici. n. 10.*
11. *Reges Iſraëlitarum curam geſſerunt Religionis.*
12. *Magiſtratus tabulæ utriusque cuſtos.*
13. *Imperatores ſunt Eccleſiæ Advocati & defenſores.*
14. *Probatur hoc exemplo & facto B. Lutheri.*
15. *Impp. ad curam Religionis in Capitulatione obligati.*
16. *Defenſio Eccleſiæ in quonam conſiſtat?*
17. *Adducitur teſtimonium Electoris Trevirenſis.*
18. *Nec non Moguntini.*
19. *Allegantur remiſſivè autores hâc de re.*
20. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 21.*

1 NEquaquam errant, qui curam Religionis & defenſionem Eccleſiæ, non minus ac juſtitiæ adminiſtrationem, officio Magiſtratûs Politici aſſignant, Balth. Meiſner. *part. 3. Phil. Sobr. Sect. 2. cap. 2. q. 1.* Petr. Syring. *de pac. Relig. concl. 12. l. B.* Dan. *in polit. Chriſt. lib. 5. cap. 3.* David Paræus *in Epiſt. Divi Pauli ad Roman. cap. 13. dub. 5.* Johan. Gerh. *tom. 6. loc. de Magiſtr. Polit. §. 165. & ſeqq.* Aut. *diſſ. de jur. principat. concl. 12. in pr.* Henr. Höpfn. *in Saxon. Evang. pag. 145. & ſeqq.* Melch. Goldaſt. Haim. *tom. 3. Conſt. Imper. pag. 34.* Henn. Arniſ. *lib. 2. de jur. Majeſt. c. 6.* Chriſt. Beſold. *lib. 1. polit. cap. 4. in pr.* jusque rerum Sacrarum † ad 2
ſummum Imperium rectè refert Arnold. Clapmar. *lib. 1. de arcan. Rerumpubl. cap. 15.* quod jus Majeſtatis Eccleſiaſticum, ſeu poteſtatem circa eccleſiaſtica Regiam atque politicam vulgò appellitant, Dav. Paræus *in tract. de poteſt. Reg. contra Pap. fol. 74.* Id-

3 que Principis † ita proprium veteres ſtatue-
runt, ut plerique habuerint Sacerdotii &
Regni munera conjunctim, Petr. Gregor.
Tholoſan. *lib. 8. de Republ. cap. 2. num. 6.*
Chriſt. Beſold. *de Majeſt. ſect. 2. c. 1. §. 3.*
Henn. Arniſ. *de exemt. Clericor. cap. 1. n 4.*
4 Quo intuitu etiam † Imperatores Romani
quondam Pontificis titulo honorati fue-
runt, teſte Iſidoro *in cap. 1. diſtinct. 21. verſ.*
Unde & Romani Imperatores Pontifices di-
cebantur, eleganter & prolixè Melch. Gol-
daſt. *in præfat. tom. 3. Conſt. Imperial.* re-
rumque divinarum notitia jurisprudentiæ
adſcribitur, *l. 10. §. ult.* ubi Dion. Gotho-
5 fr. *ff. de juſt. & jur.* † & in utroque ſimul
jure renunciantur adhuc hodie Doctores,
Beſold. *dict. lib. 1. polit. cap. 1. de majeſt.*
dict. cap. 1. §. 3. Nimirum cultus Religionis
curaque rerum ſacrarum non modo Rem-
publicam inſtar vinculi adamantini con-
6 ſtringit & conſervat, † quippe ſublatâ Reli-
gione juſtitia, publica honeſtas & diſciplina
corruit, *Receſſ. Imper. de An. 1532. Rubr.*
Concilium betreffend. *in fin. pr. ibi:* Dar-
neben erfolgen würde/daß alle Zucht/Ehr/
Gehorſam/ und andere gute Tugend in
Geiſtlichen uñ Weltlichen gäntzlich fallen
würde/ ꝛc. ſed etiam, qui ſcopus Religionis
proprius ac principalis habetur, animarum
7 ſalutem promovet, † ut hinc æterna pariter
& temporalis felicitas à Religione depen-
dere dicatur, *Receſſ. Imper. de Anno 1566. §.*
Wiewol wir nun auf ſolches/ ꝛc. *ibi:* Dar-
an alle zeitlich und ewige Wohlfahrt han-
get/ ꝛc. Theod. Reink. *de regim. ſecul. &*
Eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. c. 1. n. 7. † Quidni
8 ergò Princeps ac Magiſtratus, cui ſoli ad-
miniſtratio Reipublicæ incumbit, curam
Religionis rerumque ſacrarum ſibi vendi-
caret? Idque (1.) autoritate juris divini,
9 quo Magiſtratus dicitur † nutritius Eccle-
ſiæ, *Eſa. 49.* conſtitutus ad muros ejus ædi-
ficandos, *Eſa. 60.* & ad reſtaurandas templi
ruinas, *2. Reg. 12. verſ. 5. & ſeqq.* nec non
Paſtor populi, *Eſa. 44. v. 28. Jer. 49. v. 19.*
Advertat hinc Magiſtratus poteſtatem po-
liticam ſibi non ſolùm ad mundi regi-
10 men, ſed maximè † ad Eccleſiæ præſidium
eſſe latam, ut ſcribit Leo *I. ad Imper.*
c. ult. diſt. 90. cap. principes. cap. admini-
ſtratores. 26. quæſt. 5. Hug. Grot. *in pietat.*
Ord. Holland Arniſ. *dict. cap. 6. num. 9.* Be-
ſold. *dict. ſect. 2. de majeſt. cap. 3. §. 3.* (2.)
11 † Exemplo Regum Veteris Teſtamenti, *Nu-*
mer. cap. 27. verſ. 18. 19. Joſuæ, *Joſ. 3. verſ. 5.*
Davidis, *2. Sam. 6. v. 20. & 21. Pſal. 2. v. 10.*
11. qui non ſolùm arcam fœderis in Civi-
tatem reduxit, *2. Samuel. 6. v. 12. 1. Chron. 16.*
v. 12. ſed & conſtituit, ut juxta altare ſta-
rent Cantores, & dulcia ejus cantica ſacra
decantarent, *Eccleſ. c. 47. v. 11.* Salomonis,
2. Paralip. 17. & ſeq. Ezechiæ, qui refor-
mationem templi & cultûs inſtituit, *2. Chron.*
29. & 30. (3.) Et hoc ipſum eſt, † quod 12
Magiſtratus dicitur cuſtos utriusque tabu-
læ, *cap. Princeps. cap. ſi apud. 23. quæſt. 5.* un-
de omnem curam omnemque ſollicitudi-
nem in eo collocare debet, ut Religionis
imprimis ſumma habeatur ratio, Joh. Bo-
din. *lib. 6. de Reb. cap. 1. pag. 986.* quod lau-
dabiliter feciſſe perhibentur ex Romanis
Impp. Conſtantinus Magnus, Theodoſius,
Marcianus & alii. Hieron. Treutler. *conſil.*
110. n. 103. nec non Imperator Juſtinianus,
qui ſe nihilo minorem Eccleſiæ quàm vitæ
curam habere, teſtatur *in Novell. 3. in fin.* † 13
(4) Quin & Impp. officii ſui ac curæ Reli-
gionis admonentur hoc ipſo, quo ſunt & di-
cuntur Advocati & defenſores Eccleſiæ, der
Chriſtlichen Kirchen Advocaten/Schutz-
und Schirmherren/Obriſten Voigte der
Chriſtenheit/ *Receſſ. Imper. de Anno 1518. §.*
Erſtlich. *de Anno 1541. §.* Aber Churfürſten.
de Anno 1530. §. Auf ſolch. *& §.* Nach
dem aber. Quare † ad Carolum V. Imp. 14
Lutherus ſcripſit, ſe confugere ad ſupre-
mum Magiſtratum, tanquam ad aram
præſidiumque, orans, ut doctrinæ Chriſtia-
næ tutelam ſuſcipiat, idque ſe facere
exemplo Athanaſii, Johan Sleidan. *libr.*
2. comm. Et poſteà ad Fridericum Saxo-
niæ Ducem refert, vehementer ſibi gratum
eſſe, quod Cæſar hujus cauſæ, quæ pu-
blica ſit, cognitionem recipiat, Sleidan.
dict. lib. 2. pag. 55. (5.) Tandemque † 15
obligantur ad hoc Impp. in Capitulatio-
ne Cæſareâ, (daß ſie die Chriſtliche
Kirche/ als derſelben Advocat/in gutem
traulichen Schutz und Schirm halten
wollen. ꝛc.) præſtito juramento confirma-
tâ, ut pluribus dixi *in tract. de Lege Regiâ*
cap. 2. Defenſio verò Eccleſiæ non ſaltem
in eo conſiſtit, ut vis, fraudes, turbæ, mala-
que externa ab eâ arceantur, prout con-
tendit Bellarm. *lib. 3. de membr. Eccleſ. mi-*
lit. cap. 18. ſed etiam † ut purus ſit Religio- 16
nis cultus, ac tutus Eccleſiæ ſtatus ab ini-
micis internis, quibus ſi obviam ire negle-
xerit, parum officio ſuo ſatisfeciſſe pu-
tandus eſt Princeps, Arniſ. *dict. cap. 6. num.*
9. Quo reſpexit Elector Trevirinus † in E- 17
lectione Caroli Regis Hiſpaniarum *Anno*
Chriſti 1519. hiſce verbis inter alia vo-
tum ſuum proferens: Talem Reſpublica
deſiderat, qui præter alia conſtituat &
emendet Eccleſiæ ſtatum. Quod † idem 18
Mogontinus Elector prudenter admo-
nuit, Georg. Sabin. *in hiſtor. de elect.*
& co-

& coron. Caroli V. Caſpar Ens *in libell. de elect. & in augur. Reg. Roman. cap. 5.* Slei-
19 dan. *libr. 1. Comment. fol. 28.* † Plura qui hac de re velit, adeat Gerhard. *dict. tom. 6. de Magiſtr. polit.* §. *165. & multis ſeqq.* ubi Pontificiorum argumenta, quibus ab omni Religionis cura Magiſtratum excludunt, prolixè refellit.

Ita † *Supremum Conſiſtorium Dresdenſe Superintendentibus Circuli Miſnici, die 15. Novembr.* 20
Anno 1624. (Verba Reſcripti: Als iſt höchſt-gedachter unſer gnädigſter Herr nicht ungeneiget/in dero Churfürſtenthum eine Uniformität und Gleichheit in den vornehmſten erbaulichen Kirchen-Ceremonien/zumaln bey den Copulationen / Begräbniſſen und dergleichen/anzurichten / ſo viel nur immer möglich ſeyn/ und ſich thun laſſen wolte; Ihre Churfl. Durchl. aber vorher nothwendig eigentliche Nachrichtung haben wollen/wie es an einem ieglichen Ort itzo gehalten werde; Begehren derowegen/ ihr wollet bey euren untergebenen *Paſtorn*, *Diacon*en und Kirchen-Dienern auf inliegende *Puncta* fleißige Erkundigung einziehen / derſelben deutlichen/ klaren/ gründlichen und ausführlichen Bericht zum längſten in ſechs Wochen/von der Zeit an/da dieſes Patent zukömt/überſchicken / auch was euch ſelbſten von euern Kirchen und *Inſpection* dißfalls wiſſend/ nicht verſchweigen/und ſo bald ihr ſolche *Relationes* beyſammen habt/ anhero in das Churfürſtl. Ober-*Conſiſtorium* überſenden/und fernerer *Reſolution* gewarten / daran geſchicht Ihr. Churfl. Durchl. gnädigſte Meynung/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti ac Præfecto* zum Hayn/ *die 3. Martii An. 1626. (Verba Reſcripti:* 21
Wir haben euern des Superintendenten eingeſchickten Bericht/ betreffende der Leute im *Filial* Wulckenitz beharrliche Verweigerung in der Haupt-Kirche Peritz zu beichten/verleſen hören/wenn wir aber unſere Kirchen-Ordnung keines weges hinterziehen zu laſſen gemeynet; Als befehlen wir hiermit/ ꝛc. Ihr wollet ſie nochmals ernenntem unſerm *Decret* Folge zu leiſten anhalten / damit es in Verbleibung deſſen anderer Anordnung nicht bedürffe/ ꝛc.)

DEFINIT. II.

Vigore pacificationis Religioſæ jura Epiſcopalia Principibus & Statibus Imperii Evangelicis competunt; ex quo duplicem repræſentant perſonam, duplicemque exercent poteſtatem, Eccleſiaſticam & politicam.

SUMMARIA.

1. *Cura Religionis ad Magiſtratum politicum ſpectat.*
2. *Idque jure poteſtatis à Deo ipſi conceſſæ.*
3. *Probatur certo argumento.*
4. *Et propriâ Imperatoris Confeſſione.*
5. *Principes jura Epiſcopalia Papæ non referunt accepta.*
6. *Quod manifeſtum redditur ex Pacificatione religioſâ.*
7. *Principes num ſint Epiſcopi & duplicem repræſentent perſonam?*
8. *Deciſio affirmativa. n. 10.*
9. *Auguſtana Confeſſio non invidet Papæ politicam poteſtatem. n. 11.*
12. *Movetur objectio ex jure divino.*
13. *Rurſus ea refellitur certâ diſtinctione.*
14. *Interna & externa Eccleſiæ poteſtas quomodo ab invicem differant.*
15. *Principes ſunt Epiſcopi extra Eccleſiam.*
16. *Qualenam officium Principis Epiſcopale? n. 17.*
18. *Principes titulotenus dicuntur Epiſcopi. n. 19.*
20. *Reſcriptum Electorale.*
21. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 Competit ergò Magiſtratui politico Religionis rerumque Sacrarum cura, *Defin. præced.* & quidem non ex privilegio Papæ, ut vult Gloſſ. *in cap. in ſynodo in fine diſt. 63.* ſed jure Magiſtratûs ac poteſtatis † à DEO ipſi conceſſæ: 2
quippe quod ſine hâc cura & adminiſtratione Religionis, quæ eſt tanquam fulcrum & fundamentum Reipublicæ Chriſtianæ, *Receſſ. Imper. Auguſt. de*

Anno 1566. §. Wiewol wir /ꝛc. Lanctant. *lib. 5. inſtit. divin.* Althuſ. *in polit. cap.* 328. *n.* 10. & 11. ad finem poteſtatis illius à Deo ordinatum perveniri decenter non poſſit; At
3 † cui poteſtas & autoritas data à Deo, ea quoque data cenſenda, ſine quibus ad finem à Deo conſtitutum perveniri commodè nequit, *arg. l. 2. ff. de jurisdict.* Ann. Robert.
4 *rer. judic. libr. 3. c. 1.* Ipſemet † hinc Imperator jure officii regiæque poteſtatis à Deo conceſſæ ad curam Religionis ſe obſtrictum fatetur *in Receſſ. Imperii Spirenſ. de An.* 1544. §. Erſtlichen der ſtreitigen Religion/ *ibi*: Inmaſſen dann wir in Krafft unſers obliegenden Käyſerlichen Amts zu befördern ſchuldig. *Et in Receſſ. Auguſt. de Anno* 1548. §. Nachdem auch in berührtem Rathſchlag. *ibi*: Das werden wir unſerm tragenden Amt nach/ꝛc. Theod. Reink. *de regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 1. n. 14.* Henn. Arniſ. *de jur. majeſt. lib. 2. cap. 6. n.*
5 *10.* Minimè verò accepta fuerunt † Papæ jura Epiſcopalia Principes & Status Imperii, qui Auguſtanæ Confeſſioni ſunt addicti. Ex conſtitutione ſiquidem Pacis Religionis, vel Autonomiæ tranſactione Cadamicà *Anno* 1534. cœptà, *Paſſavii* 1552. repetità, *Auguſtæ* 1555. obfirmatà ac poſterioribus
6 Comitiis ſanctè innovatà & ſtabilità, † jura Epiſcopalia in provinciis Statuum Evangelicorum non amplius jure papali Epiſcopis eorumque officialibus, ſed Principibus jure pacti conventionisque propriæ competunt, Joh. Gerh. *in loc. de Magiſtr. polit.* §. 174. Laur. Ohm. *de jur. Epiſc. concluſ. 20. lit. 6.* Theod. Reink. *dict. lib. 3. claſſ. 1. c. 10. n. 1.*
7 Annum † ergo hoſce Epiſcopos, duplicemque ab iis poteſtatem, Eccleſiaſticam & politicam exerceri dicemus? Ita
8 ſanè: † quod nec in Pontificiis improbarunt Proteſtantes in Reſponſione Cæſareæ Majeſtati exhibità von verglichenen und unverglichenen Articuln/ bey Vergleichung der Religion/ *ibi*: Und ſeyn dawider nicht/ daß die Biſchöffe/ die Güter und Herrſchafften beſitzen/ die ihnen von Käyſern und andern Fürſten zugegeben ſind/ apud Frider. Hortleder. *de bello german. lib. 1.*
9 *cap. 35. pag. 263.* Quin nec † Auguſtana Confeſſio Pontifici ſeu ſummo Epiſcopo politicam & temporalem in patrimonio S. Petri denegat poteſtatem, modò ea cum poteſtate Eccleſiaſtica haut confundatur, *art. ult. §. pen. & ult. Aug. Conf. & in art.*
10 *Schmalcald. in ſubſcript. Philipp.* † quæ & ipſiſſima mens fuit Philippi Melanchthonis, Mart. Buceri, Caſpar. Hedionis, Martini Frechti, aliorumq; Theologorum Proteſtantium in Reſponſis de concordia Eccleſiæ ineundâ, ad Franciſcum I. Galliæ Regem *Anno* 1534. perſcriptis *in libro ſent. de pac. Eccleſ. ad Guilielm. Bellajum Langæum,* apud Goldaſt. *in polit. imp. part. 28.* Utramque ergò poteſtatem, politicam & eccleſiaſticam ſi largiamur pontificiis Principibus, † quidni eandem concederemus Sta- 11
tibus Evangelicis, eosque Principes ac Epiſcopos ſimul agnoſceremus? Niſi concurrentiam hanc poteſtatis Eccleſiaſticæ & politicæ, ſive duplicis gladii, ſpiritualis & temporalis in uno eodemque ſubjecto,
† juri divino adverſari quisquam exiſtima- 12
verit, *Matth. 20. verſ. 25. Marc. 10. verſ. 42. Luc. 22. v. 25. Joh. 18. verſ. 36. Luc. 12. v. 14. Matth. 17. v. 27.* Neque enim ex Apoſtolis aliquis fuit, qui imperium politicum attingeret. Non monſtrabunt, *inquit Bernhard.* ubi quisquam Apoſtolorum aliquando ſederit judex hominum, aut diviſor terminorum, aut diſtributor terrarum: Stantes quidem judicatos legimus Apoſtolos, ſedentes autem judicaſſe non legimus, Henric. Eckard. *de ordin. eccleſ. & politic. part. 1. cap. 6. quæſt. 1.* R. † Sed nimirum pro- 13
bè diſtingvendum eſt inter poteſtatem Eccleſiaſticam internam & externam: illa, quæ nempe conſiſtit in prædicatione verbi, adminiſtratione Sacramentorum, & poteſtate clavium, ipſumque reſpicit miniſterium, Eccleſiæ miniſtris relinquitur, nec poſſunt Principes & Status politici ſe huic intromittere: Hæc autem, externa ſcilicet poteſtas Eccleſiaſtica, † quæ propagationem Religionis, 14
jurisdictionem Eccleſiaſticam, curam ac defenſionem Eccleſiæ reſpicit, nequaquam Magiſtratui politico eſt deneganda. Quod benè agnovit Imper. Conſtantinus, hiſce verbis ad Epiſcopos ſcribens:
† Vos Epiſcopi in Eccleſià, ego extra Ec- 15
cleſiam ſeu templum Epiſcopus à Deo ſum conſtitutus, apud Euſeb. *libr. 4. de vità Conſtant. cap. 24.* Nimirum miniſter Eccleſiæ † prædicat verbum, utitur gla- 16
dio Spiritûs, & ore pugnat adverſus hoſtes & impios: Magiſtratus verò cuſtodit verbi præcones & confeſſores, vibrat gladium contra hoſtes Chriſtianæ Reipublicæ, manuque armatà eosdem oppugnat: † Porrò & Magiſtratus pius ac Chri- 17
ſtianus cum conſenſu Eccleſiæ, ea, quæ ad cultûs divini exercitium & veræ Religionis propagationem faciunt, diſponit, ſed adminiſtratio eorundem, & œconomia divinorum myſteriorum Eccleſiæ miniſtris relinquitur, Johann. Gerhard. *dict. loc. de Magiſtr. polit. §. 177. pag. 831.* atque ita miniſterii Eccleſiaſtici & Ma-

Magiſtratûs politici officia diſtincta manent, & nihilominus Principes gerunt poteſtatem Eccleſiaſticam, externam nimi-
18 rum, † cujus intuitu dicuntur Epiſcopi, vel titulotenus ſaltem ex pacto Religionis, quô jura exercent Epiſcopalia, Leonh. Hutter. *in act. in Jacob. Gretſer. de Imp. in ſed. Ro-*
19 *man. munif. cap. 2.* † Eoque reſpexerunt Proteſtantes im Bedencken von der *Reformation* der Kirchen / quando inquiunt: Teutſche *Nation* hat viel/die den Biſchöfflichen Namen und Titul tragen/ aber keinen Biſchoff haben wir / der das Amt ausrichtet/apud Frider. Hortleder. *de bello german. lib. 1. cap. 37. pag. 272.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Conſiſtorio Wittebergenſi die 30. Januar. Anno 1632.* 20
(*Verba Reſcripti:* Ob nun wol auf der Städte und Superintendenten *queruliren*/gebührliche Anordnung zu machen/bey uns ſtehet/und uns dißfalls Ziel und Maß vorzuſchreiben euch nicht geziemet/zumaln nachdem wir am 30. Dec. verwichenes/und 4. dieſes Monats und Jahres euch des *Cantoris Remotion*, und daneben den Superintendenten und Rath zu Torgau zu beſcheiden befohlen haben/ daß euch ſie unverlänget eine andere *qualificirte* Perſon zum *Examen* und *Confirmation præſentir*en ſollen/wodurch unſern *juribus Epiſcopalibus*, ſo wenig als euer und des Superintendenten zu Torgau *Autorit*ät Abbruch geſchehen/ſondern dieſelbe vielmehr *conſervir*et und *ſtabilir*et werden/ ꝛc.)
Et † *Conſiſtorio Lipſienſi die 13. Jun. Anno 1634.* (*Verba Reſcripti:* Welches alles unſerer Landesfürſtlichen Hoheit und habenden *juribus Epiſcopalibus* zuwider läufft; So begehren wir und befehlen ernſtlich/ihr wollet mit Fleiß darob ſeyn/daß derer Dinge keines mehr erfolgen/ ſondern unſere habende *jura Epiſcopalia* in gute Obacht genommen und denſelben zuwider nichts verſtattet worde/daran verbringet ihr unſere gefällige Meynung/ ꝛc.) 21

DEFINIT. III.

Jurium Epiſcopalium participes non ſunt Nobiles mediatè Imperio ſubjecti; qui ſunt Electorum ac Principum Landſaſſii.

SUMMARIA.

1. *Ex pacificatione Religionis jurisdictio Eccleſiaſtica ad Principes Imperii ſpectat.*
2. *Jura Epiſcopalia competunt vigore ſuperioritatis territorialis. n. 8.*
3. *Reformatio Religionis ſequela eſt ſuperioritatis.*
4. *Cujus eſt Regio, ejus quoque eſt Religio.*
5. *Quo axiomate nititur Edictum Ferdinandi II. de recuperandis bonis eccleſiaſticis.*
6. *Nobiles Principum Landſaſſii non ſunt participes jurium Epiſcopalium.*
7. *Jura Epiſcopalia cum mero & mixto imperio nil habent commune.*
9. *Sanctio Religioſa ſpectat ſaltem ad Status immediatos.*
10. *Non ad ſubditos Statuum Imperii.*
11. *Reſcriptum Electorale.*

1 SUſpensâ jurisdictione eccleſiaſticâ per Pacificationem Religioſam, eâque ad Principes & Statûs Imperii jure ſuperioritatis devolutâ, Andr. Knichen *de ſublim. territ. jur. cap. 3. n. 232.* Joh. Zan-
2 ger. *de except. part. 1. cap. 1. num. 425.* † jura quoq; Epiſcopalia vigore ſuperioritatis territorialis, Krafft habender Landes-Fürſtlicher Obrigkeit/competere ac exerceri, dixeris rectiſſimè cum Theod. Reink. *de regim. Secul. & Eccleſiaſt. libr. 1. claſſ. 5. c. 4. n. 228. & lib. 3. claſſ. 1. cap. 10. n. 2.* Thom. Michael *de jurisd. concluſ. 49.* Roſacorb. *pract. forenſ. c. 30. n. 23.* Unde reformatio † Religionis ſequela ſuperioritatis indubitatô cenſetur, 3
Caſp. Ziegler. *ad prax. Calvoli. §. Landſaſſii. num. 182.* Andr. Knich. *cap. 3. n. 233. & ſeqq.* Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 1. n. 14. & 15.* † & profluit hinc axioma illud 4
tralatitium inter Camerales & Doctores catholicos vulgatiſſimum: Quod cujus ſit Regio, ejusdem ſit etiam Religio, ſeu de Religione diſpoſitio, Joach. Steph. *lib. 1. Inſtit. jur. Canon. cap. 7. n. 52.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 473. & ſeqq.* quo axiomate † etiam nititur Cæſarea Majeſtas D. 5
Fer-

Ferdinandus II. *in Edicto* von Einziehung der geiſtlichen Güter / *in quaſt. ult.* §. Als haben wir. Ex quo manifeſtum, Nobiles Electori Saxon. aliisque Principibus ac Statibus Imperii ſubditos, qui Imperatori immediatè ſubjecti haut ſunt, ſed Land-
6 ſaſſii dicuntur, † nequaquam participes eſſe jurium Epiſcopalium, quippe in quos non cadit ſuperioritas ac poteſtas territorialis, Theod. Reink. *dict. lib. 1. claſſ. 5. c. 2. n. 49. & c. 5. n. 10. & 11.* ut maxime iis competat jurisdictio omnimoda: Nec enim cum mero &
7 mixto imperio † jura Epiſcopalia quidquam cummune habent, nec vigore jurisdictionis
8 alicujus competunt, † ſed ratione jurium territorialium & quatenus quis habetur Status Imperii, *Receſſ. Auguſt. de Anno 1555.* §. Und damit ſolcher Friede / *& ſeqq.* Gylm. *Symph. ſupplicat. fol. 258.* Petr. Syring. *de Pac. Relig. Concluſ. 44. lit. a.* Hocque ipſum
eſt † quod ſanctionem pacificationis Reli- 9
gioſæ, ex quâ jura Epiſcopalia Evangelicis competere diximus, non niſi ad Magiſtratus immediatos, ſeu Status Imperii pertinere vulgò exiſtimatur: & convenit hoc ſanctioni pacis in §. und damit ſolcher Friede. §. Dagegen ſollen. §. Damit auch obberührte. † nec perſvaderi potuit Rex Ferdi- 10
nandus, ut pacem Religioſam ad ſubditos extendi permitteret, indefeſsâ Statuum Evangelicorum petitione hæc verba extorquente: Daß Ihre Majeſt. die *Extenſion* des Religion-Friedens auf die Unterthanen keinesweges könten oder wolten eingehen / ſie wolten ehe alle Handlung zerſchlagen. *Aut. Autonom. part. 1. tit.* von dem fünfften *art. p. 129.*

Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Conſiſtorio Wittebergenſi die 17. Maii An. 1620. (*Verba* 11
Reſcripti: Uns iſt euer eingeſchickter unterthänigſter Bericht / betreffende etliche von Adel / welche ihre Kirchen- und Schuldiener euch zum *Examen* und *Confirmation* zu *præſenti*ren ſich verweigern / vorgetragen worden: Wann wir dann die *jura Epiſcopalia*, darzu die *Confirmationes* der Kirchen- und Schuldiener gehörig / unſern Unterthanen nicht einräumen können / ſolches auch der Kirchen- und Policey-Ordnung / ſo wol den *Viſitation*-Articuln zuwider iſt: Als begehren wir hiermit gnädigſt / ihr wollet ihnen ſolche *Præſentation* bey einer anſehnlichen Strafe binnen gewiſſer Zeit zu Wercke zu richten auferlegen; Hernach wann ſie nicht *pari*ren / die Strafe ein- oder zweymal *dupli*ren / und ſo dann uns / wie ſie ſich darauf bezeiget / zu fernerer Verordnung unterthänigſt berichten / daran geſchicht unſer ernſter Will und Meynung / ꝛc.)

DEFINIT. IV.

Jura Epiſcopalia quænam ſint, & in quibus conſiſtant?

SUMMARIA.

1. *Jus Epiſcopale quomodo definiatur?*
2. *Capita juris Epiſcopalis quænam?*
3. *Jura quædam Epiſcopalia ſunt Ordinis, & quænam illa? n. 4.*
5. *Alia ſpectant ad Legem diœceſanam, & in quibus hæc conſiſtat? n. 6. 7.*
8. *Ad jurisdictionem pertinet Epiſcopalis audientia.*
9. *Ut & pœnarum dictamen.*
10. *Nec non abſolutio à juramento illicitè extorto.*
11. *Tituli ac privilegia referuntur ad ſtatum & dignitatem Epiſcopalem.*
12. *Nec non præcedentia Clericorum.*
13. *Reſcriptum Electorale.*

1 DEfinitur jus Epiſcopale ex jure Canonico, quod ſit poteſtas Epiſcopo legitimè & canonicè electo, poſtulato, confirmato, inveſtito, conſecrato atque ordinato competens. Cujus varia à Canoniſtis con-
2 ſtituuntur capita, † quæ nervosè contrahit Laur. Ohm, ita ut vel ordinem, legem diœceſanam, jurisdictionem, vel ſtatum & dignitatem ipſam concernant, *in tract. de jure Epiſcop. §. 15.* quem ſequitur Dn. Johan. Gerhard. *in loco de miniſt. Eccleſiaſtico. ſect. 5. p. 108.* Ad ordinem † refer- 3
tur poteſtas publicè docendi & prædicandi verbum Dei, *cap. inter cætera.* Ubi Gloſſ. *in verb. prædicationis. extr. de offic. ordin.* adminiſtrandi Sacramenta, *cap. Sicut non alii. de conſecrat. diſtinct. 1.* poteſtas clavium ſeu ligandi & abſolvendi, *cap. pervenit. 16. quæſt. 1.* ordinandi. *c. perlectis. §. ad Epiſcop. diſt. 25.* † inveſtiendi. *c. præterea; cum ſeqq. extr. de jur. patronat:* Loca ſacra & Re- 4
ligio-

ligioſa erigendi & ædificandi, *cap. Eccleſ. 16. quæſt. 7. tot. tit. extr. & in 6to. de dom. religioſ.* & quæ ſunt alia, de quibus videatur
5 Laur. Ohm. & Gerhard. *locis allegatis.* †
Lex autem diœceſana conſiſtit in ſubjectione & reverentia, quam omnes de diœceſi Epiſcopo præſtare tenentur, *c. conquerente, extr. de offic. Ordin.* Adminiſtratione & gubernatione rerum atque bonorum Eccleſiæ mobilium atque immobilium, *cap. ſic quidam, cum ſeqq. 16. q. 1.* Domuum Religio-
6 ſarum, † quoad diſciplinam pariter & adminiſtrationem, inſpectione atque proviſione, *tot. tit. extr. de Relig. domib.* Decimarum perceptione & diſtributione, *c. de-*
7 *cimas. 16. quæſt. 7.* † Viſitatione, *cap. relata: cum ſeqq. 10. quæſt. 1.* Sumtuumque ad hanc collectione, *c. cum Apoſtolus & §. prohibemus. extr. de cenſib. & in ſimilibus.* Ad
8 † juriſdictionem verò pertinet Epiſcopalis audientia, vigore cujus Epiſcopus in tota ſuâ diœceſi cauſas Clericorum omnes, Laicorum autem ſpirituales ſaltem audiat, ac per ſententiam decidat, *l. cum Clericis. 25. C. de Epiſt. & Cleric. c. jurgantium. extr. de ſentent.* † pœnarum tam Canonicarum,
quam ſecularium dictamen, *c. presbyteri.* 9
extr. de pœn. Suſpenſio Clericorum ab officio & dignitate, *c. tuarum. extr. de privil. & exceſſ.* Eorundem depoſitio & reſtitutio. *extr. de priv. & exceſſ.* † Abſolutio
a juramento illicitè extorto, *c. ſi verò, c. cum quidam. extr. de jurejur.* 10
Diſpenſatio de gradibus, non quidem jure divino, ſed duntaxat canonico prohibitis, *c. quia. extr. de conſangvin. & affin.* & ejusmodi alia. † Ac
tandem ad ſtatum & dignitatem Epiſcopalem referuntur tituli, privilegia, immunitates & ſecuritates Epiſcopales, *tot. tit. C. de Epiſcop. & Cleric.* prærogativa gradûs, *c. nullus primas. 9. quæſt. 1.* & præcedentia, quâ Clerici † Statibus laicis antecedunt, *c.* 11
duo ſunt. diſt. 96. c. ſolitæ. extr. de major. & obedient. Plura hiſce addit Laur. Ohm. 12
dict. tract. de jur. Epiſcop. § 16. 17. 18. & 19. quæ itidem tangit Dn. Gerhard. *dict. loc. de miniſterio Eccleſiaſt. §. 108. 109. 110. & 111.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector. Cancellario & Conſiliariis Epiſcopatus Miſnenſis in* 13
Wurtzen die 23. Januar. An. 1632. (*Verba Reſcripti:* Wir haben aus euerm den 9. Novemb. des nächſtverwichenen Jahrs eingeſchickten unterthänigſten Bericht/ in Sachen euch und *H. P.* zu *T.* belangende/ was maſſen unter dem Schein der weltl. Gerichte/ und erlangeten Pfarrlehen/ gedachter *P.* ſich unterſtehen ſolle: 1. Ohne Vorwiſſen und Verordnung des *Conſiſtorii* oder Superintendenten/ Ehe- und Schwängerungs-Sachen zu verhören/ zu verabſchieden/ und die Partheyen zu ſtrafen. 2. Uber die Pfarr- und Diaconats-Gerechtigkeiten/ an Gräſerey und Hütung ihres Gefallens zu *paciſci*ren. 3. Mit den *delinquent*en wegen der gewöhnlichen Kirchenbuſſe zu *diſpenſi*ren. 4. Die Geſtellung der Zeugen ohne *ſubſidiari*ſche *Citation* abzuſchlagen. 5. Unerſucht des Superintendentens oder *Conſiſtorii*, die Cantzel zu eröffnen. 6. *Cantores* und Organiſten ohne *Præſentation* anzunehmen. 7. *In Perſonalibus* und *levioribus delictis* vor ſich zu ziehen. 8. Und ohne des *Conſiſtorii* Erkäntniß wiederum abzuſetzen/ nach der Länge vernommen. Wann dann ſolches alles *ad jura Epiſcopalia* gehörig/ unſer *publicirt*en Kirchen-Ordnung/ und derſelben einverleibten *general*ien/ ſo wol *publicirt*en *Edictis*, und jüngſten Policey-Ordnung zuwider iſt; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet gedachten *P.* und ſeinen Pfarrherrn/ neben dem *Diacono* aufs eheſte vor euch erfordern/ ihnen ſolche verbotene Händel verweiſen/ dabey unſer Mißfallen andeuten/ hinführo dergleichen unbefugten Vornehmens ſich gäntzlichen zu enthalten/ auch angeregter unſer Kirchen- und Policey-Ordnung/ *general*ien und Ausſchreiben in vorerzählten und allen andern geiſtlichen Sachen ſich gemäß zu bezeigen/ daran geſchicht unſer ernſter Will und Meynung/ und wir ſeyn euch mit Gnaden gewogen/ ꝛc.)

Definit. V.

Indictio & Convocatio Synodorum ad eum ſpectat, cui competunt jura Epiſcopalia.

SUMMARIA.

1. *Conciliorum generalium indictio non penes Papam, ſed Imperatorem.*
2. *Synodos Eccleſiaſticas indicunt Principes & Status politici.*

3. Ad quos ſpectet cura Eccleſiæ?
4. Probatur hoc ex Receſſibus Imperii.
5. Jus indicendi Synodos Eccleſiaſticas refertur inter jura Epiſcopalia.
6. Status Imperii Auguſtanæ Confeſſionis jus hoc exercent.
7. Finis & utilitas hujus exercitii.
8. Exempla adducuntur ex ſacris.
9. Et Imperatoris Juſtiniani factum.
10. Abſque conſilio Theologorum in ſacris nil ſtatuatur. n. 11.
12. Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 13.

1 QUemadmodum Conciliorum ge-
neralium non Papa, ut autumat
Bellarmin, *lib. 1. de concil. cap. 19.*
& 20. & libr. 1. de Eccleſ. cap. 12. ſed
Imperator Præſes eſt legitimus, *cap. ſancta.*
diſtinct. 15. l. nemo. 4. C. de ſumm. Trinit.
Daniel. Chamier. *de œcumen. pontif. lib. 5.*
fol. 607. & ſeqq. Andr. Oſiand. *in tract. Pa-*
pa non Papa, loc. 12. fol. 264. Hugo Grotius
in pietate Ordin. Holland. David Paræus *in*
tract. de Jur. princip. contra papam fol. 108.
Lehman. *5. cap. 67.* Chriſtoph. Beſold. *de*
2 *majeſtat. Sect. 2. cap. 5. in pr.* ita † concilia
particularia ſive Synodos eccleſiaſticas
Principes ac Status politici in provinciis
ſuis indicere debent, ad quorum nempe
3 curam pertinet providere, † ne errores per-
nicioſi & ſchismata in Eccleſiam inducan-
tur, inducta foveantur ac diſſenſionibus &
inanibus contentionibus purus Dei cultus
impediatur, & candida ſponſæ ſtola defœde-
tur, ſed ut iis per Synodos & concilia omnis
præcidatur via & occaſio, † *Receſſ. Imper.*
4 *Auguſt. de Anno 1525.* §. Und nachdem *ibi*:
So ſol eine iede Obrigkeit / ſie ſey geiſt-
liches oder weltliches Standes / ein fleiſ-
ſiges Aufmercken und ernſtliches Einſehen
haben / daß in ihren Fürſtenthumen / Lan-
den und Gebieten das heilige Evangelion
und Gottes Wort nach rechtem / wahrem
Verſtande / ohne Aergerniß zu Erhaltung
Gottes Lob / Frieden und Einigkeit gepre-
diget werde. Theod. Reink. *in tract. de Re-*
gim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 4.
5 *n. 1. & 2.* Quare jus indicendi & convocan-
di Synodos eccleſiaſticas haut immeritò in-
ter jura Epiſcopalia ad Legem diœceſanam
refertur, Laur. Ohm. *in tract. de jur. Epi-*
ſcop. §. *17. lit. e.* Dn. Gerhard. *in loc. de*
miniſterio Eccleſiaſt. Sect. 5. §. *109.* Hinc
† Status imperii Auguſtanæ Confeſſionis, 6
vigore Pacificationis Paſſavienſis, ex qua
jura ipſis competunt Epiſcopalia, ejusmodi
Synodos, convocato ſuæ ditionis Clero,
celebrare poſſunt ac debent, tàm † pro 7
conſervandâ doctrinæ Evangelicæ puritate
& concordiâ, quàm pro retinendâ diſci-
plinâ eccleſiaſticâ, & evitandis ſcandalis;
nec non ritibus eccleſiaſticis probè obſer-
vandis, Theodor. Reink. *dict. cap. 4. n. 17.*
Præeunte hâc in re † Davide, qui Sacerdo- 8
tes ad reducendam arcam convocavit.
1. Chron. 13 v. 12. nec non Synodum indixit
ad ordinandos Sacerdotes & Levitas,
1. Chron. 23. v. 1. Quod & fecit Rex Ezechias,
2. Paralip. 29. v. 4. & Salomon in dedica-
tione templi, *1. Reg. 8.* † Quo jure etiam 9
uſus eſt Imperator Juſtinianus, quando ait:
Jubemus unumquemque Archiepiſcopum
ſingulis annis Synodos celebrare, & Epiſco-
pos ad ſe convocare. Novell. 123. cap. 10. Ca-
veant tamen Status ac Principes, ne in Syn-
odis quicquam pro lubitu ſtatuant, aut Le-
ges pro libidine ferant, † ſed conſilium 10
Theologorum adhibeant, & autoritatem
Scripturæ in Religionis negotio ante ocu-
los ſibi ponant, juxta effatum illud divi-
num: Rex leget in libro Legis omnibus
diebus vitæ ſuæ, & non deflectet ab ea,
Deut. 17. ſed faciet ſecundum omne, quod
ſcriptum eſt in eo, *Joſ. 1. v. 8. Pſal. 2.* Paræ.
de jur. Reg. pag. 73. † Quo & facit *l. 1. C.* 11
de ſumm. Trinit. & Receſſ. Imp. de An. 1555.
§. So haben ſich die Churfürſten / *&c. cir-*
ca fin. ibi: Darzu auch ein ieder mit ſeinen
Gelehrten und *Theologis* ſich mittlerwei-
le dermaſſen gefaſt machen / ꝛc. Reink. *dict.*
cap. 4. num. 23.

Ita † Conſiſtorium Supremum Electorale Superintendenti Chemnicenſi, die 17. April. An. 12
1616. (Verba Reſcripti: Wir haben euern Bericht wegen Abſchaffung der Wachs-Kertzen in der Kirche zu Khorn / und daß das darzu *deputirte* Geld zu jährlicher Beſoldung eines Organiſten angewendet werden möchte / verleſen hören. Wann nun nicht allein der *Collator*, ſondern auch der Pfarrherr / und alle Eingepfarrten um Abſchaffung der Wachs-Kertzen Anſuchung thun werden / ſo ſol gegen vorſtehendem *Synodo* ſolches erwogen / und ihr darauf mit Beſcheide verſehen werden / wolten wir euch nicht bergen / ꝛc.)

Et † Superintendenti ac Præfecto zum Hayn *die 3. Martii Anno 1626. (Verba Reſcripti:* 13
Wann aber unſer erfolgtes *Synodal-decret* auf die Churfürſtl. Sächſiſche Kirchen-Ordnung gegründet iſt / ꝛc.*)*

DEFI-

Definit. VI.

Refertur quoque ad jura Epiſcopalia gubernatio & adminiſtratio bonorum ac rerum Eccleſiaſticarum.

SUMMARIA.

1. *Soliciti ſemper ſunt Principes Chriſtiani de adminiſtrandis bonis Eccleſiaſticis.*
2. *Quæ cura ipſis maximè incumbit.*
3. *Gubernatio bonorum Eccleſiaſticorum pertinet ad legem diœceſanam.*
4. *Nec non vindicatio bonorum injuſtè alienatorum.*
5. *Bona Eccleſiæ non niſi certâ formâ ac modo alienari poſſunt.*
6. *Certisque de cauſis à jure expreſſis.*
7. *Magna requiritur ſapientia ad diſpenſandum bona Eccleſiaſtica.*
8. *Bona ad impium uſum deſtinata, in uſum pium ſunt convertenda.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NUnquam non ſoliciti fuerunt Im-
peratores ac Principes Chriſtiani
de admiſtrandis rebus ac bonis
Eccleſiaſticis, prout videre eſt *in*
l. 22. C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. jubemus. 14.
cum Auth. ſeqq. C. eod. tit. Burſat. *conſil. 42.*
n. 1. Erneſt. Cothman. *Reſp. Academ. 27.*
Hieronym. Treutler. *conſil. 85. n. 20.* Hon-
ded. *2. conſil. 31. n. 14. & ſeqq.* Hieronym.
2 Schurff. *cent. 1 conſil. 48.* † curæ ſuæ exiſti-
mantes incumbere, totis viribus providere,
ne cum damno Eccleſiæ diſtrahantur, vel
ad uſus profanos transferantur, ideoque
3 † adminiſtrationem, diſpoſitionem ac gu-
bernationem rerum & bonorum Eccleſiæ,
tàm mobilium ac ſeſe moventium, quàm
immobilium ad Legem diœceſanam in-
ter Regalia referri, dixeris rectiſſimè *per*
text. in cap. ſic quidam. cap. decretum. cap.
quæcunque noverint. cap. de his. 10. quæſt. 1.
cap. Epiſcopus. cap. præcipimus. 12. quæſt. 1.
Laur. Ohm. *in tract. de jure Epiſcop. §. 17.*
lit. D. Dn. Johann. Gerhard. *in loco de mi-*
4 *niſterio Eccleſiaſtico. ſect. 5. §. 109.* † Idem-
que habendum de vindicatione bonorum,
quæ contra præſcripta Canonum alienata
fuerunt, Laurent. Ohm. *dict. §. 17. lit. e.*
nimirum bona Eccleſiæ † non niſi certâ 5
formâ ac modo, *cap. ad aures. extr. de*
reb. Eccleſ. non alien. c. ſi Epiſcopus. c. Abba-
tibus. 12. quæſt. 2. dict. l. jubemus. §. ſi quan-
do. C. d. SS. Eccleſiis † certisque de cau- 6
ſis à jure expreſſis alienari ac diſtrahi poſ-
ſunt. *cap. 1. extr. de pignor. cap. ſacrorum.*
cap. aurum. cap. ſine exceptione. 12. quæſt. 2.
l. ſancimus. cum Auth. ſeqq. Auth. hoc jus
porrectum. C. de ſacros. Eccleſ. de quibus
infra *part. 2. tit. 19.* Ex quo perſpicuum,
† magnam requiri ſapientiam ad diſpen- 7
ſandum bona & reditus Eccleſiaſticos, ſi
nolumus peccare, prout dicit Origin. *ad*
Matth. allegatus a Chriſt. Beſold. *de Ma-*
jeſtat. Sect. 2. cap. 7. circa fin. præſertim ſi
uſus, ad quem bona ſunt deſtinata, im-
pius vel ſuperſtitioſus deprehendatur, quò
caſu † ſuperſtitione reſectâ in alium uſum 8
pium ut à Principibus convertantur, exigit
ſanctio pacis Religioſæ *de Anno 1555.* §. Als
auch. *21.* Wilh. Zepper. *de polit. eccleſiaſt.*
libr. 2. cap. 26. & de legib. Moſaic. lib. 4.
cap. 10. Frid. Hortleder. *tom. 1. de bello ger-*
man. lib. 5. & 7. per. tot. Beſold. *dict. cap. 7.*

Ita † *Supremum Conſiſtorium Ottoni Henrico* Pflugen in Strehlen / *die 19. April. An.* 9
1611. (*Verba Reſcripti:* Welcher maſſen gegen uns / über euch der Pfarrherr zu Strehlen Johannes Seyfried wegen einer Pfarrwieſen / die ihr Jacob Roſten / dem aufgerichteten Pacht-Briefe zuwider / entzogen / und vorigen Beſitzers Blaſien Duhners Wittwen wiederum eingeräumet haben ſollet / klagende ſich beſchweret / das habt ihr inliegende zu befinden. Wann dann in dieſer Sachen / ſo Kirchen-Guth betrifft / uns als dem geiſtlichen Gerichte zu *decidir*en gebühret; Als iſt an ſtatt höchſt-gedachtes unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren / ihr wollet euch hinführo dergleichen Vornehmen enthalten / und *Supplicanten* klaglos machen / oder da es hierum anders bewandt / uns ſolches mit Wiederſendung des Inſchluſſes förderlichſt berichten / ꝛc.)

Defi-

DEFINIT. VII.

Vigore pacificationis Religioſæ, juriumque Epiſcopalium inde ſibi competentium, Principes & Status Auguſtanæ Confeſſionis de cauſis matrimonialibus cognoſcunt ac judicant.

SUMMARIA.

1. *Cauſæ matrimoniales ſunt eccleſiaſticæ.*
2. *Ideoque in judicio eccleſiaſtico tractandæ.*
3. *Num harum judicium ſpectet ad Status Auguſtanæ Confeſſionis?*
4. *Negant hoc Pontificii & JCti Dillingenſes.*
5. *Quibus ex cauſis & fundamentis? n. 6. 7.*
8. *Refelluntur ea, & ponitur deciſio affirmativa.*
9. *Rationes decidendi quænam? numer. 13.*
10. *In ordinationibus & ritibus eccleſiaſticis Status Evangelici non turbandi.*
11. *Cauſæ matrimoniales religionem & conſcientiam tangunt.*
12. *JurisdictioCatholicorum in cauſis fidem & religionem concernentibus ſuſpenſa.*
14. *Cauſæ Evangelicorum ad Pontificem non ſunt devolvendæ.*
15. *Pro fundamento deciſi adducitur inveterata Imperii conſvetudo.*
16. *Quæ vim veritatis habet.*
17. *Eſtque privilegio validior.*
18. *Conſvetudo hæc præjudiciis Cameralibus eſt firmata.*
19. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. numer. 20.*

1 CAuſæ matrimoniales quin æquè
habeantur Eccleſiaſticæ, ac cauſæ
juramentorum, uſurarum, deci-
marum, juris patronatûs & ſimili-
um, dubium vix eſſe poteſt perpendenti
tot. tit. extr. & in 6to de Sponſal. & matri-
mon. cap. multorum in fin. 35. quæſt. 6. acci-
dentibus, extr. de exceſſ. Cleric. l. ſi legibus.
16. l pen. C. de Epiſcop. audient. Lau. Ohm.
in tract. de jur. Epiſcop. §. 18. lit. d. Theo-
dor. Reinking. *de regim. ſecul. & Eccleſiaſt.*
2 *lib. 3. claſſ. 1. cap. 10. n. 20.* † ut proinde in ju-
dicio eccleſiaſtico ſeu coram Epiſcopo ju-
dice competente eas tractari debere, non
facilè quisquam negaverit in terris Eccle-
3 ſiæ. Sed † jurisdictione Epiſcoporum pon-
tificiorum eccleſiaſticâ per Pacificationem
Religioſam ſuſpensâ, & ad Principes ac
Status Imperii Auguſtanæ Confeſſionis de-
volutâ, num hi de cauſis matrimoniali-
bus aliisque ſimilibus eccleſiaſticis cogno-
ſcere ac dijudicare queant? non videtur
4 expeditum Pontificiis, † ac negant idipſum
JCti Dillingenſes *in Compoſit. pacis. cap. 6.*
quæſt. 42. & in præfat. verſ. hactenus de au-
tonomiâ, reſtringentes ſanctionem pacis ad
cauſas fidei & Religionis, ita ut judicium
cauſarum matrimonialium aliarumque ad
fidem & Religionis exercitium immediatè
5 haut pertinentium, † etiam in terris Statuum
Evangelicorum, Epiſcopis Catholicis cen-
ſeatur relictum. Eamque reſtrictionem pro-
bant ex ipſis verbis *Pacificationis Religioſæ*
in § Damit auch. *verſ.* † Aber in andern 6
Sachen und Fällen der Augſpurgiſchen
Confeßion/ Religion/Glauben/ Kirchen-
Gebräuchen / Ordnungen/ Ceremonien/
und Beſtellung der Miniſterien nicht an-
langend/ſol und mag die geiſtliche *Juris-*
diction durch die Ertz-Biſchöffe/Biſchöffe/
und andere Prälaten/ wie deren *Exercitī-*
um an einem ieden Ort hergebracht / und
ſie in dero Ubung/Gebrauch und *Poſſeſſion*
ſeynd/hinführo wie bisher / unverhindert/
*exercir*et/geübet/und gebrauchet werden/
2c. † Nimirum quia cauſæ matrimoniales, di- 7
vortii, uſurarum, decimarum & ſimiles me-
rè ſpirituales non ſunt, ſed mixtæ habentur,
judicium de hisce, ex verbis prædictis, ne-
quaquam ſuſpenſum, ſed Epiſcopis catholi-
cis relictum, ajunt Dilligenſes. Veruntamen
nugæ ſunt Pontificiorum, quibus Statibus
Auguſtanæ Confeſſionis judicium Eccleſia-
ſticum hiſce in cauſis detractum cupiunt,
quos † tamen à tempore pacis Religioſæ huc- 8
usq; in Conſiſtoriis ſuis de iis cognoviſſe ac
judicaſſe novimus, Petr. Syring. *de pac. Reli-*
gion. theſ. 29 lit. D. Theodor. Reinking. *de*
Regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap.
10. num. 20. Rectiſſimè omninò: (1.) † Ecquis 9
enim neſcit, Status Auguſtanæ Confeſſio-
nis ſuas ſpeciales habere Conſtitutiones ec-
cleſi-

cleſiaſticas, vulgò Kirchen-Ordnungen/ quibus annexæ ſunt Ordinationes matrimoniales, Eheordnungen/ in quibus de matrimoniis, gradibus conſangvinitatis, diſpenſatione, aliisque juribus Eccleſiaſticis
10 proviſum eſt. † Atqui in ejusmodi Ordinationibus, Kirchen-Ordnungen und Gebräuchen/ Status Evangelici turbandi non ſunt, veluti pateſcit ex tenore Sanctionis Religioſæ, *dict.* §. Damit auch ꝛc. tantum abeſt, ut ex mente Dillingenſium, cauſæ matrimoniales & ſimiles à ſuſpenſione jurisdictionis eccleſiaſticæ excipiantur. (2.)
11 † Et nonnè cauſæ matrimoniales conſcientiam, ipſamque fidem & Religionem tangunt, ſi attendantur controverſiæ, quas in doctrinâ de matrimonio Lutherani cum Pontificiis exercent, præſertim quando matrimonium à Romano-Catholicis Sacramentum habetur: ut vel propterea ſaltem judicium cauſarum matrimonialium ad
12 Status Evangelicos ſpectet, † poſtquam jurisdictio Catholicorum eccleſiaſtica in cauſis fidem ac Religionem concernentibus, in Religion- und Glaubens-Sachen/ quoad Proteſtantes per Sanctionem Paſſavienſem eſt ſuſpenſa, *dict.* §. Damit auch. *verſ.* daß
13 die geiſtliche *jurisdiction &c.* (3.) † Quin & ſi in cauſis matrimonialibus aliisque mixtis, coram Epiſcopo catholico Lutherani contendere deberent, fieri inde poſſet, ut alterâ parte appellante, Appellatio, quam Camera Imperialis in cauſis Spiritualibus non ſuſcipit, ad Archiepiſcopum, imò frequenter ad Papam Romanum, Evangelicis minus faventem, devolveretur, multisque ambagibus cauſa Romam usque non rarò
14 pertraheretur, † quod tamen ſcopo Pacificationis diſertè repugnat; quin & ſanctioni Maximiliani I. Imperatoris, ne quisquam extra Imperium apud Pontificem conveniatur, Petr. Syr. *de pac. Relig. dict. concluſ. 29. lit. d.* (4.) Accedit inveterata Imperii conſvetudo, † poſtquam ultra an- 15
nos nonaginta & quod ſuperat, Status Evangelici in quietâ jurisdictionis eccleſiaſticæ univerſalis, & de cauſis matrimonialibus judicandi poſſeſſione absque omni Catholicorum perturbatione hucusq; permanſerunt, & etiamnum reperiuntur, quâ optimè contra virulentos Dillingenſium morſus ſe tueri poſſunt. Siquidem † 16
conſvetudo obtinet vim veritatis, *l. 1.* ubi Gloſſ. Bald. & Sichard. *C. de ſervit.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 58. n. 7.* æquiparatur Regiæ auctoritati, Alber. Riminald. *conſ. 135. verſ. ita quod licet. vol. 2.* Imperiali jusſioni, Hieron. Schurff. *centur. 1. conſil. 72. n. 29.* † & ſi hominum memoriam excedit, 17
privilegio eſt validior. *l. 1. §. ult. ff. de aqua pluv. arcend. l. hoc jure §. ductus. ff. de aquâ quotid. & æſtiv.* (5.) Eſtque conſvetudo hæc tanto fortior, quanto pluribus præjudiciis & mandatis Cameralibus † 18
fuit firmata, teſte Andr. Gylmanno *in ſymphoremate ſupplicat. tit. de Religione, fol. 185.* ubi votum ſubdit tale: Cum jurisdictio eccleſiaſtica quoad Religionem, conſcientiam & ceremonias perſonarum in Auguſtana Confeſſione ſuſpenſa ſit, ſequitur utique, & in cauſis matrimonialibus, reſpectu Proteſtantium, ſuſpenſam eſſe, ſiquidem ubi nulla diœceſis, ibi nulla amplius jurisdictio ſpiritualis, Petr. Syring. *dict. loco.* Henr. Bruning. *de var. univerſ. ſpecieb. concluſ. 20.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Electorale Eccleſiaſticum Superintendenti Oſſitienſi, die 19
24. Martii Ann. 1617. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern anderweit eingeſchickten Bericht in Ehe- und Schwängerungs-Sachen *C. G.* Klägerin an einem/ *C. S.* Beklagten am andern/ und *M. W.* dritten Theils betreffende/ verleſen hören; Wann dann Klägerin Inhalts euers vorigen Berichts auf eine Ehe geklaget/ dahero Beklagter ohne unſer rechtliches Erkäntniß davon nicht *abſolv*iret und entbunden werden kan/ ꝛc.)

Et † Præfecto zu Stolpen *die 17. Auguſti An. 1628.* (*Verba Reſcripti:* Ob nun wol ge- 20
dachter *K.* auf angeſetzten Verhörs-Tag gehorſamlich erſchienen/ ſo hat doch bemeldte *C.* ſolches hindan geſetzt/ und durch ihren Vater/ ob dieſe Sache in eurem anbefohlenen Amt allbereit anhängig/ einwenden laſſen. Wann dann Ehe- und dergleichen Sachen von uns/ als dem geiſtlichen Gerichte/ und nicht von der weltlichen Obrigkeit zu entſcheiden; So begehren an Seiner Churfl. Durchl. ſtatt wir hiermit/ ihr wollet mehr berührter *C.* Krafft dieſes bey Strafe 3. Neu Schock/ *K.* aber ſonſten auferlegen/ daß ſie beyderſeits Freytags nach Mariä Geburt/ den *9. Sept.* nächſtkünfftig vor uns nochmals in der Perſon unausbleibend erſcheinen/ und wegen ihrer Irrungen Verhör/ Handlung/ und nach Befindung gebührliches Beſcheids gewarten ſollen/ daran ꝛc.)

DE-

Definit. IIX.

Adminiſtratio & cura Academiarum refertur ad jura Epiſcopalia.

SUMMARIA.

1. *Academiæ num ſint Collegia profana vel eccleſiaſtica?*
2. *Diverſæ de hoc ſunt opiniones.n.3.*
4. *Jus erigendi Academias ad majora pertinet Regalia.*
5. *Cura Academiarum refertur inter jura Epiſcopalia.*
6. *Quibus ex rationibus & fundamentis?*
7. *In Electoratu Saxon. hâc de re minus dubium.*
8. *Profeſſores & Studioſi appellitantur Clerici.*
9. *Ratio hujus nominis.*
10. *Quondam ſcholæ erant in Monaſteriis.*
11. *Reſcriptum Electorale.*
12. *Conſilium Conſiſtorii Supremi.*

NOlumus heîc diſputare, num Aca-
1 demiæ ſint Collegia profana vel
eccleſiaſtica, quod certè dubio non
caret; Prius ſanè placuit Curiæ ſu-
premæ Pariſienſi ita judicanti *5. Sept. Anno*
1573. Chopp. *de Doman. Franc. tit. 27. n.*
2 *12.*† cum quâ convenit Bartol. *in l.1.§.ſed re-*
ligionis. ff. de Colleg. & corpor. Bald. *in*
Auth. habita. C. ne filius pro patre. & in l.
id quod pauperibus. C. de Epiſc. & Cleric.
Poſterius autem, quod ſint Collegia eccle-
3 ſiaſtica, † defendit Abbas *in cap. ex lite-*
ris. extr. de conſt. cap. ab eccleſiarum. extr.
de offic. ordinar. cap. 1. de locat. cujus deciſi
rationes profert & examinat Joh. Limn.
de jur. publ. lib. 8. cap. 1. n. 44. & 45. Ne-
que negotium nobis eſt de confirmatione
4 Academiarum, † an illa ſpectet ad jura E-
piſcopalia, cum expeditum ferè ſit jus con-
fimandi ac privilegiandi Academias, tan-
quam unum ex Regalibus majoribus com-
petere Imperatori, *Ord. Camer. part. 1. tit. 3.*
§. Deßgleichen ſollen die Beyſitzer. *v.* In
*Univerſi*täten/ welche zum wenigſten von
unſern Vorfahren/ Röm. Käyſern und
Königen/ die itzige Käyſerl. Majeſtät o-
der uns *confirmi*ret. Henn. Arniſ. *de juribus*
Majeſt. lib. 2. cap. 6. n. 14. Joh. Limn. *dict.*
cap. 1. n. 31. Regn. Sixtin. *de Regalib. cap. 2.*
n. 21. Henr. Bocer. *de Regalib. cap. 2. n. 121. &*
5 *de jurisdictione cap. 1. n. 43.* Sed † de ſolâ ad-
miniſtratione atque curâ Academiarum
agimus, eamque juribus Epiſcopalibus ac-
cenſendam, nulli dubitamus cum Laurent.
Ohm. *de jur. Epiſcop. §. 18. in fin.* Dn. Joh.
Gerh. *in loco de miniſterio Eccleſiaſtico. ſect.*
5. §. 109. in fin. Idque (1.) † per *text. in Auth.* 6
Habita. C. ne filius pro patre. Ex quâ Conſti-
tutione Epiſcopus cum Rectore vel Magi-
ſtro Scholarium concurrentem habet juris-
dictionem, ac optioni & præventioni locus
eſt, ut hinc de jurisdictione Epiſcopi vel Ec-
cleſiaſticâ dubitandum non ſit. (2) † Eoque 7
minus in provinciis Electoratûs Saxonici,
ubi diſpoſitionem de gubernandis & admi-
niſtrandis Academiis Ordinationi Eccleſi-
aſticæ der Churfürſtl. Sächſiſch. Kirchen-
Ordnung/ videmus annexam, quo ipſò Se-
reniſſimus Saxo cauſam Academiarum ec-
cleſiaſticam eſſe luculenter indigitavit,
præſertim cum eas Conſiſtorio Eccleſiaſti-
co Supremo commendaverit. (3.) † At- 8
que hinc Profeſſores & Studioſi appelli-
tantur Clerici, Rittershuſ. *in explicat. No-*
vell. part. 9. cap. 8. n. 8. Limn. *dict. lib. 8.*
cap. 6. n. 5. Quoniam ſcilicet cujusque ſci-
entiæ & diſciplinæ Studioſi dicuntur † Ec- 9
cleſiæ inſervire, Fulgoſ. *in l. qui ſub prætex-*
tu. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Cumque olim
Scholæ † erant in Monaſteriis, profluxit in- 10
de, ut qui literis erant addicti appellaren-
tur Clerici, & literarum cognitio, Clerica-
tura. Limn. *dicto cap. 6. n. 8.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector. Academiæ Wittebergenſi die 12. April. An. 1630. (Verba Re-* 11
ſcripti: Wann wir dann nunmehr euch an denen von unſern hochlöblichſten Vor-
fahren zur Ehre/ Nutz und Wohlfahrt der *Univerſi*tät ertheileten/ auch von uns
gnädigſt beſtätigten *Statut*en und *Privilegi*en/ keine Hinderung noch Abbruch zu-
fügen zu laſſen gemeynet; Als ſeynd wir gnädigſt zu frieden/ daß ihr euch wegen
des *Rectoris Election* denſelben gemäß halten möget; Ihr werdet euch aber gleich-
wol hierbey iederzeit alſo erweiſen / wie es an ſich ſelbſt recht und billich / und
ihr es allerſeits gegen GOtt und Uns / euren Pflichten nach/ zu verantworten
habt/ daran geſchicht unſere Meynung/ und ſeyn euch mit Gnaden gewogen/ ꝛc.)

Et

Et † *Conſiſtorium Supremum ad Sereniſſimum Saxon. Electorem, die 6. April. An. 1630* 12
(*VerbaConſilii:* Wann dann hieraus allenthalben verhoffentlich gnugſam erſchei-net/daß (wie unlängſt mit Beſtellung des Ordinariats/ſo wol bey der *Univerſität* Leipzig *Rectorats*-Wahl) allein Ew. Churfürſtl. Durchl. habendes Landes-fürſtliches Recht wir unterthänigſt erſtritten/und dasjenige angeordnet/was an ſich ſelbſt billich iſt/daß nemlich ein ieder Beſchwerter gehöret/und die *Univerſität* ihre *jura* nicht zu weit *extendi*ren oder zu unſchuldiger *Profeſſorn* Vertruckung mißbrauchen mögen; Als ruhet bey Ew. Churfürſtl. Durchl. ob ſie es dabey gnä-digſt bewenden laſſen/oder gedachter *Univerſität* ein mehrers/ denn unſere gege-bene *Reſolution* vermag/in einem oder dem andern einräumen wolle/ ꝛc.)

DEFINIT. IX.

Nec non cura Scholarum trivialium & oppidanarum.

SUMMARIA.

1. *Cura Scholarum incumbit Principibus & Magiſtratibus.*
2. *Ex Scholis prodeunt, qui Eccleſiæ & Reipublicæ inſervire poſſunt.*
3. *Neglectus Scholarum publicam invebit calamitatem.*
4. *Scholarum trivialium uſus & utilitas.*
5. *Cura Scholarum refertur inter jura Epiſcopalia.*
6. *In hiſce propagatio veræ Religionis conſiſtit.*
7. *De hâc re minus dubium in Electoratu Saxon.*
8. *Reſcriptum Electorale.*

1 QVæ de curâ Eccleſiæ & Academiarum diximus, eadem qvoqve in proviſione Scholarum trivialium obtinent. Nam & illæ ad Principum & Magiſtratuum ordinariorum curam ſpectant, per tradita Erneſti Cothm. 2. *conſil.* 64. *n.* 28. *& ſeqq.* Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib.* 3. *claſſ.* 1. *c.* 1. *n.* 20.
2 Ex † Schola ſiqvidem, tanqvam officinâ qvâdam ſive ſeminario neceſſe eſt, ut prodeant, qvicunqve Eccleſiæ & Reipublicæ inſerviant: quibus benè ſe habentibus & inſtitutis, cuncta in Republicâ florent vigentqve: E converſo † Scholarum neglectus
3 publicam hanc cladem invehit, ut Chriſtianiſmus paulatim in Paganiſmum ſive Ethniciſmum dilabatur, Herm. Lather. *de cenſu lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 79. ut merito oraculum hoc ſit: *Vivant ſcholæ, vivant Athenæ, artes ac ſcientiæ, quæ ſunt radii divinæ ſapientiæ, ad gloriam beatæ Triadis in ſempiternum vivant:* † *Pius eſt qui aſſentitur, im-* 4
probus, qui Amen non acclamat, prout non minus verè quam pie Joh. Boter. *libr.* 2. *de orig. Urbium cap.* 4. *in fin.* diſſerit. Competit autem cura hæc Scholarum Magiſtratui † jure Epiſcopali: quare etiam inter 5
ejuſmodi jura numeratur. Nimirum quia propagatio veræ Religionis & defenſio Eccleſiæ in eo conſiſtit, † ut ſeminaria 6
doctrinæ cœleſtis, lingvarum & artium bonarum, ſeu Scholæ Eccleſiis adjunctæ ſint atque vigeant, Erneſt. Cothmann. *Reſp.* 23. *n.* 10. Lather. *dict. cap.* 19. *n.* 89. Non poteſt non ergò & ipſa Scholarum cura juribus Epiſcopalibus accenſeri. † Idque 7
hiſce in provinciis inde porrò pateſcit, quod Sereniſſimus Saxo Ordinatione Eccleſiaſticâ etiam Scholarum curam ac conſervationem comprehenſam voluerit, *ſub. Rubr.* von den Schulen/und Schul-Ordnung.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wittebergenſi die* 30. *Januar. Anno* 1632 8
(*Verba Reſcripti:* Wann dann daraus nochmals offenbar/ daß obgedachter *Cantor* die *Remotion* wol verdienet/und er an dieſem Ort nichts bauet/ſondern vielmehr die Schule zu Grunde richtet/ indeme die Bürgerſchafft ihre Kinder ihme zu unter-geben/ auch fremde Knaben anzunehmen/ und bey ſich/ oder auf der Schule zu unterhalten/ſolchergeſtalt in Vorweigerung ſtehen; So iſt uns nicht unbillich be-dencklichen / ſolche *Ruin* zu verſtatten/ und nach ſo langem Verzug / und andern dabey ſich ereigneten Umſtänden dieſe Sache an euch zu fernerer *Cognition* zu *remitti*ren/damit nicht hierzwiſchen die Schule mehr verwüſtet/ die Jugend ver-ſäumet und der Superintendens mit dem Rath und gemeiner Bürgerſchafft in Uneinigkeit geſetzet werde/ꝛc. *Et poſtea:* Begehren derowegen hiermit gnädigſt/Ihr

woliet

wollet beyde Theile zugleich beſcheiden/ daß kein Theil dem andern zu Unwillen und Mißverſtand Urſach geben/ſondern in Fried und Einigkeit beyſammen leben/ auch was in Kirchen und Schulen erbaulich/beſtes Fleiſſes befördern ſollen/2c.)

DEFINIT. X.

Jus etiam ſepulturæ accenſetur juribus Epiſcopalibus.

SUMMARIA.

1. *Ex venundatione ſepulchrorum quæritur lucrum.*
2. *Etiam in Eccleſiis Reformatorum.*
3. *Locus ſepulturæ quandoque centum emitur Joachimicis.*
4. *Jus Canonicum venditionem ſepulturæ prohibet.*
5. *Sepulturæ jus pro epiſcopali habetur.*
6. *Quibus ex cauſis & rationibus?*
7. *Jus ſepulturæ ab Eccleſia impetrandum.*
8. *Cura ſepulturæ in Ordinat. eccleſ. Elect. comprehenſa.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NUllum quæſtuoſius eſſe aucupium, quàm quod ex venundatione ſepulchrorum colligitur, putat Hoſpinianus *lib. 3. de cœmiter.* ſed vereor, ne à defuncto tributum auferatur, quando ſepulchra mortuorum carè venduntur, Herm. Lather. *de cenſu libr. 3. cap.*
2 *22. n. 35.* † Nihilominus mos hic venundationis ita communis, ut etiam in Eccleſias reformatas irrepſerit, ſiquidem teſte Waremundo ab Erenberg, Civitates in Saxonià
3 reperiuntur, ubi vix locum ſepulchri † pro centum Joachimicis emere queas, *in tract. de fœder. lib. 2. cap. 1. n. 112.* ut hinc noſtri Chriſtiani videantur iniquiores Hebrone Barbaro, offerente agrum Abrahamo pro uxoris corpore ſepeliendo gratuitò, *Geneſ.*
4 *23. v. 10. & ſeqq.* † Quare jus Canonicum prohibet, ne terra cœmiteriata pro ſepulturâ fodiendâ vendatur, *c. abolendæ, 13. de ſepultur.* Et ne hâc in re contra Chriſtianiſſimum peccetur, † quin potiùs ſepulturæ ritè 5
peragantur, pius providere debet Magiſtratus, idque jure Epiſcopali; (1.) † Siquidem 6
jus ſepeliendi ſimpliciter & immediatè ad ipſam ſpectat Eccleſiam, ab eâque eſt impetrandum, *c. non æſtimemus. 19. ibi: ad mortuos, pro quibus curam gerimus. 31. quæſt. 2. c. ubicunq; 6. c. placuit. 7. c. præcipiendum. 15. dict. cauſ. 13. quæſt. 2. cap. cum in Eccleſiâ. 9. extr. de Simon.* (2.) † nec ratio de- 7
ficit, poſtquam cœmiteria non niſi Eccleſia ejusque Presbyteri ſibi vendicant, *c. eccleſias. 13. quæſt. 1.* conſequens ergò eſt, jus ſepulturæ ab his impetrandum eſſe, curamque ejus iis incumbere. (3.) † De quo in provinciis 8
Electoratûs Saxonici minùs dubitandum, quia de curâ ſepulturæ in articulis generalibus Ordinationis eccleſiaſticæ proviſum, *art. 15.* von Todten und Begräbniſſen.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Electorale Eccleſiaſticum Superintendenti Oſſitienſi, & Ottoni Henrico Pflugen* zu Strelen / *die 6. Novembr. Anno 1609.* (*Verba Reſcripti:* 9
Nun giebt des Churfürſten zu Sachſen und Burggrafens zu Magdeburg 2c. unſers gnädigſten Herrns Kirchenordnung klar/daß Kirchen-und Kirchen-Diener-Sachen/ſo wol was die Todten und ihre Begräbniſſe betrifft/bey den *Conſiſtoriis* angebracht/und allda erörtert werden ſollen/derwegen ihr *P.* nicht Urſach gehabt/ euch dißfalls über der Verſtorbenen Erben und Freunde/weil ſie ihre Klage bey der geiſtlichen Obrigkeit angebracht/ zu beſchweren / und einiger Botmäßigkeit hierüber anzumaſſen/wäre auch viel beſſer/daß die Todten begraben/dann durch unnöthigen Zanck verhindert und in ihrer Ruhe verunglimpffet würden/ 2c.)

DEFINIT. XI.

Cauſæ ac negotia jurium Epiſcopalium à Statibus Evangelicis in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis tractantur & peraguntur.

SUM-

SUMMARIA.

1. Jura Epiſcopalia ſic unde dicantur?
2. Origo nominis ex Papatu.
3. Epiſcopalia jura quomodo à Statibus Evangelicis adminiſtrentur? n. 8.
4. Quædam ſolis Eccleſiæ miniſtris conceduntur.
5. Magiſtratus politicus ab interna eccleſiaſtica poteſtate abſtinere debet.
6. Rurſus quædam per Conſiſtoria expediuntur.
7. Quædam denique Status eccleſiaſtici ſibi ſolis reſervarunt.
9. Cauſæ eccleſiaſticæ à perſonis eccleſiaſticis & politicis ſimul tractandæ.
10. Conſiſtoriis præfecti ſunt tàm politici quàm Eccleſiaſtici.
11. Et cur hoc? n. 12.
13. Conſiſtorium vocatur in Angliâ Curia Chriſtianitatis.
14. Diverſo reſpectu ac jure tractantur ſecularia & eccleſiaſtica.
15. Magiſtratus politicus ſuſtinet etiam perſonam Pontificis.
16. Jurisdictiones diverſæ non ſunt confundendæ.
17. Reſcriptum Electorale.

1 JUra hactenus à nobis recenſita, quæq; ſunt hiſce ſimilia, vulgò nuncupantur Epiſcopalia; non quod jure divino ad Epiſcopos ſolos propriè ſic dictos, excluſo Magiſtratu Chriſtiano & populo, pertineant, (nequaquam enim hæc toti Eccleſiæ, cujus eſt Princeps præcipuum membrum, adimi debent, Chriſt. Beſold. *de Majeſt. ſect. 2. cap. 8. §. 3.*) ſed quod Epi-
2 ſcopi Pontificii † tempore Papatûs, excluſo Magiſtratu Chriſtiano, ſibi ſolis ea vendicarint, quæ per Paſſavienſem pacificationem ipſis, velut injuſtis poſſeſſoribus erepta, & Chriſtiano ac pio Magiſtratui ſunt reſtituta, Dn. Joh. Gerh. *in loc. de miniſterio Eccleſiaſtico. ſect. 5. §. 112. in fin. & in loc. de*
3 *Magiſtr. polit. ſect. 5. membr. 1. §. 179.* † Horum autem exercitium Principes ac Status Evangelici ita temperant, ut quædam capita ipſimet non attingant, ſed Eccleſiæ
4 miniſtris relinquant; † utpote prædicationem verbi & ſacramentorum adminiſtrationem, poteſtatem clavium, examen eligendorum, eorundem ordinationem &c. Gerhard. *dict. loc. de miniſt. eccleſiaſt. §. 112. in pr.* Hæcce enim ad internam poteſtatem eccleſiaſticam pertinere, diximus
5 ſupra *deſin. 2. n. 13.* † cui magiſtratus politicus nequaquam intromittere ſe debet, memor iſtius Conſtantini, quod ſit Epiſcopus non in Eccleſiâ, ſed extra Eccleſiam ſeu templum, Euſeb. *l. 4. de vitâ Conſtant. c. 24.*
6 Rurſus quædam † per Conſiſtoriales peragunt, nempe cauſas eccleſiaſticas, quarum plures hactenus recenſuimus, quædam denique ſibi ſolis Status Evangelici reſer-
7 vant, † veluti Conſtitutionum eccleſiaſticarum promulgationem, Synodorum convocationem &c. quò & referri poteſt electio & vocatio miniſtrorum, à quâ tamen conſenſus Eccleſiæ neutiquam excludendus, Gerh. *dict. §. 112.* ut ſic ſumma-
8 tim dicendo, † externa poteſtas eccleſiaſtica Magiſtratui politico circa jura Epiſcopalia competens, vel per Conſiſtoria, vel immediate ab ipſo peragatur. Etenim quando circa perſonas, cauſas & bona eccleſiaſtica controverſiæ emergunt, laudabiliter à Statibus Evangelicis conſtitutum eſt, ne in Cancellariis & judiciis ſecularibus, ubi ſecularia tractantur negotia, cauſæ illæ ſpirituales ſive eccleſiaſticæ cognoſcantur & definiantur, † ſed ut per certos 9
Conſiliarios & perſonas eccleſiaſticas in Conſiſtoriis terminentur, Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. n. 16.* Hinc Conſiſtoria eccleſiaſtica originem traxerunt, quibus præfecti ſunt Theologi pariter atque politici, † quos Conſiſtoriales vo- 10
camus, Matth. Steph. *de jurisdict. dict. lib. 3. part. 1. c. 15. n. 4. & 11.* Dom. Arum. *de jur. publ. tom. 1. diſc. 13. quæſt. 22.* Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 10. n. 7.* Caſp. Ziegl. *ad prax. Nicol. Calvol. §. Landſasſii n. 180.* Chriſt. Beſold. *in theſaur. pract. verb.* Biſchoff. Finckelth. *de jur. patronat. cap. 4. n. 14.* Erneſt. Cothm. *2. conſil. 64. n. 63. & ſeq.* Prudenter ſanè, ne † 11
de jure Paſtoris aliquid remittatur, nec Paſtori ſecularibus ſe implicare permittatur, Frider. Bald. *de caſ. conſcient. lib. 4. c. 4. caſ. 2. p. 975.* Quare non ſolummodò in provinciis Electoratûs Saxonici, ſed apud omnes ferè Principes & Status Auguſtanæ Confeſſionis † Conſiſtoria ejusmodi eccleſiaſtica 12
conſtituta novimus ex Referente apud Gylmann. *in ſymphorem. ſupplicat. tom. 1. part. 1. tit. 3. n. 8. v. movet me f. 187.* idemq; de Anglia, ubi judicium illud Eccleſiaſticum appellitatur † Curia Chriſtianitatis, refert 13
Thom. Smith. *de Republ. Anglor. lib. 11. cap. 11.* & de Helvetiorum Chor-oder Ehegericht/ Joh. Simler. *in Republ. Helvet. libr. 3.* Dixeris equidem, utramque jurisdictionem, eccleſiaſticam & ſecularem unius eſſe Domini, quidni ergò in uno eodemq; judicio

14 exerceri poſſet? Sed benè † advertendum, diverſo jure duplicem illam poteſtatem uni Domino competere: Nam ſecularem & politicam poteſtatem Magiſtratus tenet jure hæreditario, ut princeps politicus; at poteſtatem Eccleſiaſticam ex transactione Paſſavienſi, usque dum amicabiliter negotium Religionis univerſale fuerit compoſi-
15 tum, † ut Pontifex & Epiſcopus exercet; nequaquam ergò diverſæ hæ jurisdictiones miſceri, ſed diverſis in judiciis tractari debent. Quia diverſa ſunt † Crucifixus & ſumma poteſtas: Miles & Sacerdos: Imperator & Paſtor: Regnum & patibulum: Corporalia & ſpiritualia: Arma & Sacra: Bellum atq; Pax: Cæſar & nuncius: Princeps & miniſter: Dominus & ſervus, uti ſcripſit Ludovicus Imperator contra Johannem XXII. Aventin. *lib.3. Annal.* Hincmar. Archiepiſc. Rhemenſ. *de poteſt. Reg. & Pontif. cap. 1.* 16

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Cancellario & Conſiliariis Præſulatûs Miſnenſis die 23. Januar. An. 1622.* (*Verba Reſcripti:* Wann dann ſolches alles geiſtliche Sachen/ ſo in die *Conſiſtoria* gehörig/ und darinnen zu entſcheiden; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ꝛc. 17

DEFINIT. XII.

Tria habentur Conſiſtoria in Electoratu Saxoniæ, Lipſienſe, Wittebergenſe & Dresdenſe, quod ultimum nuncupatur Supremum, cui incorporatus eſt Senatus Eccleſiaſticus, der Kirchen-Rath/ quæque inter hunc & Conſiſtorium differentiæ?

SUMMARIA.

1. *Externa poteſtas eccleſiaſtica quomodo adminiſtretur à Statibus Auguſtanæ Confesſionis?*
2. *Conſenſus populi ab hâc adminiſtratione non excludendus.*
3. *Quem tamen Magiſtratus repræſentat.*
4. *Negotia quædam eccleſiaſtica tractantur in Senatu Electorali Eccleſiaſtico.*
5. *Quotnam in Electoratu Saxoniæ Conſiſtoria?*
6. *Supremum eſt Conſiſtorium Dresdenſe.*
7. *Cur ita dictum?*
8. *Conſiſtorium Miſnenſe quondam in locum Conſiſtorii Dresdenſis ſurrogatum.*
9. *Sed abrogatum poſtea à Dn. Electore Chriſtiano II.*
10. *Tria hodie ſunt Conſiſtoria: & quibus in locis eorum jurisdictio?*
11. *Conſiſtorio ſupremo coadunatus eſt Senatus Eccleſiaſticus.*
12. *Quænam differentia inter Conſiſtorium ſupremum & Senatum eccleſiaſticum? n. 13.*
14. *Diverſi utriusq; Collegii ſunt actuarii.*
15. *A decretis Conſiſtorii poteſt appellari ad Sereniſſimum Electorem.*
16. *Non etiam à Reſcriptis Senatûs Eccleſiaſtici.*
17. *Cauſæ utriusque Collegii diverſæ.*
18. *Senatus Eccleſiaſticus avocat cauſas ab inferioribus Conſiſtoriis.*
19. *Num à Conſiſtoriis inferioribus appelletur ad Supremum Conſiſtorium?*
20. *Negativè reſpondetur ex obſervantiâ & Ordin. eccleſiaſticâ.*
21. *Reſcriptum Electorale.*

1 DIxi *Defin. præced. num. 8.* externam poteſtatem eccleſiaſticam Statibus imperii Evangelicis ita exerceri, ut quædam negotia Eccleſiaſtica, ſeu jura Epiſcopalia in Conſiſtoriis peragantur, quædam verò ipſis Statibus immediatè reſerventur, quod ita intellectum
2 velim, † ut conſenſus populi ab omni indifferenter exercitio non planè excluſus, ſed hujus ſimul nomine, Magiſtratus poteſtatem eccleſiaſticam exercere cenſeatur. Conſtitutâ namque Religione & Eccleſia, adminiſtratio rerum quarundam ad Eccleſiam ſpectantium † Imperantibus (nomen populi complectente Magiſtratu) ſapienti conſilio, ac ut turbæ evitentur, committi poteſt, ut bene notat Chriſt. Beſold. *in diſſert. jurid. politica de majeſt. ſect. 2. cap. 8. in fin.* Nec aliter res ſe habet in Electoratu Saxoniæ, † ubi jura quædam Epiſcopalia, negotiaque eccleſiaſtica, ſpecialiter ac immediatè Sereniſſimo Electori ſunt reſer- 3 4

vata,

vata, quæ in Senatu Eccleſiaſticô, vulgò im
Kirchenrath/ tractari & adminiſtrari vide-
mus: reliqua verò in Conſiſtoriis, à perſo-
nis Eccleſiaſticis pariter & politicis pera-
5 guntur. Horum † Conſiſtoriorum qua-
tuor quondam numerabantur, Witteber-
genſe, Lipſienſe, Miſnenſe, & Zvvickovi-
enſe, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part.
1. cap. 15. num. 11.* Caſp. Leipold, *de concurr.
jurisd.* apud Arum. *tom. 1. jur. publ. diſc. 13.*
6 *quæſt. 22. pag. 319.* † Sed tempore D. Au-
guſti Electoris, feliciſſimæ memoriæ, ab-
rogatis duobus poſterioribus, Dresdenſe
Conſiſtorium fuit adjectum Wittebergenſi
ac Lipſienſi, idque Supremum nominatum,
7 propterea, quod ei annexus eſſet † Sena-
tus Eccleſiaſticus, der Kirchen-Rath/ in quo
de reſervatis & exceptis ſpecialibus juribus
eccleſiaſticis tractaretur & decerneretur,
prout pateſcit *ex Ordin. Eccleſiaſt. Elector.
ſub tit.* von beyden *Conſiſtoriis.* it. vom O-
ber-*Conſiſtorio*, quo intuitu etiam ſupremo
Conſiſtorio inſpectio competit ſuper reli-
qua Conſiſtoria inferiora. Etſi verò poſt-
ea ſub regimine Dn. Chriſtiani I. Electo-
8 ris, piæ memoriæ, † rurſus Conſiſtorium
Miſnenſe erigebatur, ſolo Senatu Eccleſi-
aſtico Dresdæ ſeparatim remanente, cui
Nobiles duo Conſiliarii & Concionator
9 aulicus præficiebantur; † attamen res tan-
dem ad priſtinum ſtatum pervenit. Si-
quidem *Anno 1606.* habitis Comitiis pro-
vincialibus Illuſtriſſimus Saxoniæ Elector
Dn. Chriſtianus II. glorioſiſſimæ memo-
riæ, ad Inſtantiam Ordinum Provinciali-
um prædictam ſanctionem eccleſiaſticam
ad obſervantiam revocavit, & abrogato
Conſiſtorio Miſnenſi, id viciſſim Senatui
10 Eccleſiaſtico Dresdenſi coadunavit. Hinc
tria etiamnum vigent † Conſiſtoria, Li-
pſienſe in Circulo Lipſienſi, Thuringico &
Voigtlandico: Wittebergenſe in Circulo
Electorali & Saxonico: & Supremum
Dresdenſe in Circulo Miſnico & Friburgi-
co, Ertzgebürgiſchem Creyß. Quod poſteri-
11 us, ſupremum nempe Conſiſtorium, † id
prærogativæ habet præ reliquis, ut Sena-
tus Eccleſiaſticus, der Kirchen-Rath/ ei fue-
rit coadunatus: ex quo duplex ferè re-
præſentat Collegium, nempe Conſiſto-
rium & Senatum Eccleſiaſticum, quantum-
vis conjunctim ab iisdem utrumque admi-
niſtretur; Neque obſcura eſt diverſitas du-
12 plicis Collegii, ſi attendamus † (1.) Au-
toritatem, quâ Senatus Eccleſiaſticus præ-
pollet, † quippe decreta ejus ſub nomine
Sereniſſimi Electoris à Dn. Præſide, vel
Conſiliario politico ſubſcripta emanant,
quin & non pauca ab ipſomet Electore pro-
priâ manu ſubſcribuntur: in Conſiſtorio
verò ut Conſiſtorio, Domini Conſiſtoria-
les cauſas determinant. (2.) Deinde &
† titulus Dominorum Conſiſtorialium, 13
qui nomine Præſidis, Conſiliariorum & Aſ-
ſeſſorum Conſiſtorii ſupremi honorantur,
differentiam haut obſcurè innuit, indigi-
tante ſcilicet titulo Conſiliariorum Sena-
tum Eccleſiaſticum, den Kirchen-Rath/ Aſ-
ſeſſorum verò titulo, Conſiſtorium demon-
ſtrante, licet indifferenter ferè titulo Præ-
ſidis & Aſſeſſorum vel Conſiliariorum
Conſiſtorii ſupremi ſalutentur. (3.) † Ex 14
quo etiam diverſi utriusque Collegii exi-
ſtunt actuarii, nam in Senatu Eccleſiaſtico
Secretarius, in Conſiſtorio verò Protono-
tarius operam præſtat miniſterialem. (4.)
† Porrò quin à decretis Conſiſtorii ad Sere- 15
niſſimum Electorem appellari queat, du-
bium non eſt, perinde ut appellationibus
defertur in reliquis Conſiſtoriis inferiori-
bus, Lipſienſi & Wittebergenſi, prout li-
queſcit ex *Ordin. Eccleſ. ſub tit.* vom Ober-
Conſiſtorio. §. Es ſol aber doch. † A reſcri- 16
ptis verò Sereniſſimi Electoris ex Conſiſto-
rio ceu Senatu Eccleſiaſtico emanatis ap-
pellare nefas eſſet: nec datur ab eodem ad
eundem appellatio, *l. 1. ff. de appellat.* (5.)
Cauſæ quoq; atque materiæ utriusq; Collegii
notabilem conſtituunt † differentiam, poſt- 17
quam cauſas ſpirituales & Conſiſtoriales,
quæ vulgò ſic appellantur & communes
ſunt reliquis duobus Conſiſtoriis, quate-
nus in circulo occurrunt Miſnico & Fri-
burgico, in Conſiſtorio Dresdenſi ſupre-
mo tractari videmus; ſpecialia verò jura
Epiſcopalia, quæ cauſas conſcientiæ, con-
vocationem Synodorum, Academias,
Scholas, diſpenſationes, & vocationes Su-
perintendentum concernunt, ſoli Senatui
Eccleſiaſtico, dem Kirchen-Rath/ reſervata
novimus. (6.) † Tandem Senatus Eccle- 18
ſiaſticus in Conſiſtorio Supremo cauſas ab
inferioribus Conſiſtoriis avocare, illis
mandare, eorumque acta & decreta cor-
rigere valet, prout manifeſtum ex *Or-
din. Elector. eccleſiaſt. ſub tit.* vom Ober-
Conſiſtorio, à quo tamen Conſiſtorium, quà
tale, abſtinere debet. Scio equidem, † quod 19
Matthias Stephani, appellationibus ab in-
ferioribus ad ſupremum Conſiſtorium ſu-
ſceptis deferendum exiſtimet, *in tract. de
jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 1. num. 33. & 34.*
ſed procul dubio lapſus eſt, † docente con- 20
trarium obſervantiâ pariter & ipsâ Ordina-
tione Eccleſiaſticâ *ſub dict. Rubr.* vom Ober-
Conſiſtorio §. Es ſoll aber/ ꝛc.

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Dn. Chriſtianus II. Conſiſtorio Lipſienſi die 8. Januar. Anno 1608.* (*Verba Reſcripti:* Welcher Geſtalt wir auf unterthänigſtes Anſuchen und Bitten unſer getreuen Landſchafft ein Ober-*Conſiſtorium* an unſerm Hofe angeordnet/daſſelbe mit wohl *qualificirten* Perſonen beſetzet/zugleich auch dahin das Meißniſche *Conſiſtorium transferi*ret/das iſt euch mehr denn gnugſam wiſſend. Nun hätten wir uns wol verſehen/ihr ſoltet ſolch unſer Ober-*Conſiſtorium* und die darinn verordnete *Præſident* und *Aſſeſſores*, weil ſie unſere Stelle *repræſenti*ren/gebührlichen *reſpecti*ret/denen in unſerm Namen ausgegangenen / vom *Præſidenten* aber oder nächſten *Politico* auf unſere Anordnung unterſchriebenen Befehlichen gehorſamet/und euch alles Ehrerbietens gegen demſelben erzeiget haben: Dieweil wir aber berichtet/daß ſolches alles von euch nicht erfolget/unſerm Ober-*Conſiſtorio* auch nicht den gewöhnlichen und ihme gehörigen und gebührenden Titul gebet und reichet/ſondern allein für ein Meißniſch *Conſiſtorium* haltet und achtet; Als haben wir ſolches alles nicht mit wenig Befremdung vernommen / tragen auch darob ein ungnädigſtes Mißfallen. Nachdeme wir aber nicht gemeynet/unſere angeordnete Gerichte und wohlverfaſſete Ordnungen von iemandes/wer der auch ſey/*eludi*ren zu laſſen/ſondern darob veſtiglich zu halten/und iedermänniglichen zu ſchützen und handzuhaben; So befehlen wir für uns/und den Hochgebohrnen Fürſten/Herrn Johann Georgen/und denn in Vormundſchafft des auch Hochgebohrnen Fürſten/Herrn Auguſten/beyde Hertzogen zu Sachſen/ꝛc. unſere freundliche liebe Brüdere/hiemit / ihr wollet forthin unſer Ober-*Conſiſtorium* gebührlichen *reſpecti*ren/denen in unſerm Namen gegebenen und vom *Præſidenten* oder nächſten *Politico* unterſchriebenen Befehlichen gehorſamen / den gebührenden und ihnen gehörigen Titul/(als *Præſidenten* und *Aſſeſſorn* des Churfürſtl. Sächſ. Ober-*Conſiſtorii*) reichen/und nicht Urſach geben / daß einige Beſchwer über euch einkommen möge. Und weil aus vielen und erheblichen Urſachen für gut angeſehen worden/ daß man ſich nicht mehr *in genere* in den Berichten *ſubſcribi*re/ ſondern *in ſpecie* ein ieder mit ſeinem Tauff- und Zunamen; Als befehlen wir euch gleichergeſtalt hiermit gnädigſt/wann forthin ihr Berichte an uns oder unſer Ober-*Conſiſtorium* abgehen laſſen wollet/ſolche nicht wie zuvor *in genere*, ſondern *in ſpecie* ein ieder mit ſeinem Tauff- und Zunamen unterſchreibet/ und ſolches bey Vermeidung unſerer Ungnade nicht anders haltet/hieran vollbringet ihr unſere ernſtliche und endliche Meynung/ꝛc.)

TIT. II.

De

JURE PATRONATUS.

Definit. XIII.

Differt à Juribus Epiſcopalibus jus patronatûs, quod ſpirituale non eſt: eo tamen neglecto, vocatio miniſtrorum nulla.

SUMMARIA.

1. *Variant Interpp. in definiendo jure patronatûs.*
2. *Jus patronatûs in quonam conſiſtat?*
3. *Differt jus patronatûs à juribus Epiſcopalibus.*
4. *Præſentatio jus Epiſcopale non eſt.*
5. *Patronatûs jus per ſe ſpirituale non eſt.*
6. *Attamen ſpiritualitati annexum.*
7. *Præſentatio miniſtrorum Eccleſiæ cur Laicis permiſſa?*
8. *Quomodo jus patronatûs acquiratur? n. 9.*
10. *Jus patronatûs à Pontifice & Impp. Laicis indultum.*
11. *Et in Ord. eccleſ. Electorali fundatum.*
12. *Absq; præſentatione inſtitutio miniſtrorum Eccleſiæ irrita habetur.*
13. *Non præjudicandum Patronis in jure ſuo.*
14. *Sententia informatoria Conſiſtorii Supremi.*

Mul-

1 MUltùm equidem variant Interpp.
in deſcribendo ac definiendo ju-
re patronatûs, prout videre eſt
apud Matth. Stephan. *de juris-
dict. libr. 3. part. 1. cap. 17. numer. 4.* Speck-
han. *cent. 3. claſſ. 1. quæſt. 36. §. 2. in pr.* Petr.
Gregor. *in ſyntagm. jur. libr. 17. cap. 4. n. 1.*
Rochum de Curte. *in prolegom. numer. 2.
& ſeqq.* Sigism. Finckelthuſ. *de jure patro-
nat. cap. 2. n. 1. & ſeqq.* conveniunt tamen
2 in eo, † quòd potiſſimum conſiſtat hoc
jus in præſentatione miniſtri Eccleſiæ ad
id, ut ab Epiſcopo inſtituatur ad munus
Eccleſiæ vacans, Hoſtienſ. *in tit. de jur. pa-
tron. verſ. quid ſit.* Theodor. Reinking. *de
regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 9.*
3 *n. 3.* † ex quo ultrò perſpicuum eſt, multùm
differre jus patronatûs à jure Epiſcopali,
quod à ſolo exercetur Epiſcopo vel Prin-
cipe, aut Statu imperii Evangelico, ad
quem per transactionem Paſſavienſem jura
Epiſcopi ſunt devoluta, per confirmatio-
nem, ordinationem ac inſtitutionem ejus,
qui à Patrono fuit præſentatus; ideoque
4 præſentatio † à Patrono facta per ſe jus
Epiſcopale non eſt, ſed ordinatio ac inſti-
tutio per Epiſcopum ſubſecuta, Matth.
Weſenbec. *part. 1. conſil. 48. numer. 23. in
fin.* Chriſt. Beſold. *in diſſertat. de patrocin.
& client. num. 63.* Matth. Stephan. *ad No-
5 vell. 57. numer. 12. & ſeqq.* Quin nec † jus
patronatûs per ſe Spirituale & Eccleſia-
ſticum habetur, competens nempe Lai-
cis, à quibus id poſſideri & præſcribi poteſt,
6 ut maxime † annexum ſit Spiritualitati.
c. de jure extr. de jur. patron. Weſenb. *dict.
conſil. 48. num. 11.* Andr. Gail. *1. obſervat. 38.
num. 6.* Theodor. Reink. *dict. c. 9. num. 20.*
Cauſam hujus rei, & quare Laicis præſen-
tatio miniſtrorum eccleſiæ permittatur, ſi
7 quæſiveris, † expedita eſt Reſponſio apud
Interpp. fieri nempe id in recompenſatio-
nem meriti, quo Eccleſia per fundatio-
nem, conſtructionem & dotationem Pa-
tronis obligatur, *Novell. 57. cap. 2. Novell.
67. cap. 2. Novell. 123. cap. 18. in pr.* unde &
jus patronatûs † ex dotatione, fundatio- 8
ne & ædificatione Eccleſiæ acquiritur, *c.
nobis. extr. de jur. patron. c. abbatem. 18. q.
2. c. filius. 16. q. 7.* Reink. *dict. cap. 9. num. 4.*
quod ſanè ad opes Eccleſiæ augendas ap-
primè conducit, † jure namque præſenta- 9
tionis homines allecti propenſi redduntur
ad obſtringendas ſibi ſimilibus beneficiis
eccleſias, *arg. l. ſemper. 5. §. negociatores. 3.
ff. de jur. immun.* Finckelth. *dict. cap. 2. n. 7.*
Reink. *dict. c. 9. n. 50.* ex quo non ſaltem de
jure Canonico jus patronatûs tolerantiâ
quâdam Laicis † per Concilium Toleta- 10
num indultum, *cap. decernimus. 16. quæſt. 7.
cap. quoniam. 3. extr. de jur. patronat.* ſed
etiam Conſtitutionibus Imperatoriis ap-
probatum eſt, *dict. Novell. 57. cap. 2. & dict.
Novell. 123. cap. 18.* † quod & fundatum in 11
Ordinatione Eccleſiaſticâ Electorali *ſub
Rubr.* vom Beruff und Annehmung der
Kirchen-Diener/&c. Cui conſequens, in-
ſcio Patrono, & abſque prævia ejus præſen-
tatione, Epiſcopo jus non eſſe † miniſtrum 12
Eccleſiæ inſtituere, in tantum, ut ejusmo-
di inſtitutio pro irrita & nulla habeatur,
*cap. illud extr. de jur. patronat. c. decerni-
mus. 16. quæſt. 17.* Lambertin. *de jure patron.
lib. 2. part. 3. quæſt. 2. art. 2.* Azor. *inſtit. mo-
ral. lib. 6. cap. 22. quæſt. 4.* Reinking. *dict.
cap. 9. n. 20.* Quò haut obſcurè † videtur 13
reſpexiſſe D. Auguſtus Elector Saxoniæ in
Ordin. Eccleſ. dict. Rubr. vom Beruff und
Annehmung der Kirchen-Diener. §. So
dann. *in verb.* doch denen/ ſo das *jus patro-
natûs* haben/ in alle Wege ihrer habenden
Gerechtigkeit unabbrüchig. Noluit ſcilicet
Saxo Sereniſſimus Patronis ullatenus præ-
judicari in jure ſuo præſentationis, quod
tamen fieret, ſi abſque eâ miniſtri Eccleſiæ
inſtituerentur.

Ita † *Conſiſtoriam Supremum ad requiſitionem M. Martini Rami*, des Marggraf- 14
thum Nieder-Lauſitz *Officialn*, und Superintendenten zu Lüben/ *die 8. Martii An-
no 1636.* (*Verba Sentent. informatoriæ:* Demnach erkennen wir darauf vor recht:
Hat *M. P. R. Diaconus* daſelbſten *An. 1636. tempore peſtis*, aus Mangel der *Alimen-
tation*, die Kirchen-Pflege dem *Diacono Vandalicæ lingvæ committi*ret/ und ſich zu
den Seinigen begeben/welches eines Theils vom Rath für eine *Deſertion* gehal-
ten/und in euerm Abweſen ohne vorhergehendes ordentliches Erkäntniß der Sa-
chen/ihn ſeines Amts entſetzet/und hingegen *C. C.* ohne euer Vorwiſſen/da euch doch
ratione officii das *jus patronatûs de A. 1617.* zuſtehet/*voci*ret/denſelben auch *de facto in-
troduci*ret/dabey es euers Widerfechtens und *proteſti*rens ungeachtet bishero ver-
blieben/hierüber gedachter *C.* mit dem *Teſtimonio integritatis* ein *falſum committi*ret/
ſich bald von Oberklein/bald von Meinungen/bald von Minden und itzo von Ge-
munda genennet/euch keinen *Reſpect* noch *Audientiam* erwieſen/ ſondern vielmehr
verleumdet/dadurch das *Official*-Amt *deſpectir*lich gemacht/und die Chriſtl. Kirche

geärgert/nach mehrerm Inhalt euers Schreibens/ꝛc. So mag *C. C. Vocation* und *Introductionpro legitimâ* nicht geachtet/ noch er im *Official*-Amt *pro Aſſeſſore* geduldet/ſondern vielmehr davon/und ſeinem *Diaconat*-Dienſt gar wohl *removiret*/ in dem übrigen aber an die weltliche Obrigkeit zu verdienter Strafe gewieſen werden/ ꝛc.)

Definit. XIV.

Exercetur quoque jus patronatûs in vocatione ac præſentatione Præceptorum & Miniſtrorum ſcholæ.

SUMMARIA.

1. *In quonam conſiſtat jus patronatûs?*
2. *A Patronis miniſtri ſcholæ præſentantur.*
3. *Fundamenta hujus rei quænam?*
4. *Licet argumentari à præſentatione miniſtrorum Eccleſiæ ad præſentationem miniſtrorum ſcholæ.*
5. *Ex ſcholis commodum haut modicum Eccleſiæ accedit.*
6. *Cura ſcholarum trivialium juribus accenſetur Epiſcopalibus.*
7. *Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Electoralis.*
8. *Reſcripta Electoralia. n. 9.*

1 Conſiſtit ergò jus patronatûs in præſentatione miniſtrorum Eccleſiæ, ad hoc ut ab Epiſcopo ordinentur ac inſtituantur, *Defin. præced.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 9. num. 3.* At † num etiam
2 in præſentatione Præceptoris vel miniſtri ſcholæ ad confirmandum & inſtituendum ab Epiſcopo vel Conſiſtorio? Utique: nam & hi vigore juris patronatûs vocari debent.
3 (1.) † Propter identitatem rationis, ex qua miniſtros Eccleſiæ a Patronis vocari ac præſentari diximus *Defin præced. num. 9.* quæ in vocatione Præceptorum ac miniſtrorum
4 ſcholæ æquè obtinet, nimirum † ut alliciantur Patroni ad conſtruendas & dotandas ſcholas, ſi jure vocandi ac præſentandi liberalitatem ſuam recompenſari videant; facit autem identitas rationis idem jus eandemque diſpoſitionem, *arg. l. 12. ff. ad Leg. Aquil.* (2.) † Ex quo per conſequentiam 5
etiam commodum Eccleſiæ non modicum accedit, quippe cujus haut parum intereſt, Seminaria doctrinæ cœleſtis, linguarum & artium bonarum, ſcholas nempe vigere, ut educentur ac informentur, qui officiis eccleſiaſticis cum fructu præeſſe queant, Herman. Lather. *de cenſu lib. 3. cap. 19. n. 89.*
† ex quo etiam curam ſcholarum trivialium juribus Epiſcopalibus accenſeri, demonſtravimus ſuprà *Definit. 9.* (3.) Eſtque ma- 6
nifeſte hoc ſancitum † *in Ordin. Elector. eccleſiaſt. ſub. Rubr.* Schul-Ordnung. *pag. 193. §.* Demnach ſo offt und viel ein Schulmeiſter oder *Collaborator* von dem Stadt/ Erb- und Gerichts-Herrn iedes Orts/ihrem Herkommen nach/dem *Conſiſtorio nominiret* und *præſentiret*/ ꝛc.) 7

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Conſiſtorio Lipſienſi die 26. Martii Anno 1632.* (*Verba Reſcripti:* Wañ wir nun einen ieden in unſern Landen bey ſeinem wohlhergebrachten *jure patronatûs*,welches in *vocatione & præſentatione* der Kirchen- und Schul-Diener beſtehet/gnädigſt zu ſchützen gemeynet/ꝛc.) 8

Et † *Conſiſtorio Wittebergenſi die 14. Jan. An. 1629.* (*Verba Reſcripti:* Was an uns der Rath und gemeine Bürgerſchafft zu Warenbruck wegen Abraham Rothens/ geweſenen *Alumni* in unſer Schul-Pforte/und *Studioſi* bey euch/damit derſelbe zu ihrem Schulmeiſter und Organiſten *confirmiret* werden möchte/ unterthänigſt gelangen laſſen/das habt ihr inliegend zu befinden. Wann dann gleich andern Städten der Pfarrherr und Rath dieſes Orts die Schulen zu beſtellen/vermöge der uns vorgelegten *Viſitations-Regiſtratur* von *Ann. 1529.* und hernach erfolgten *General*-Articuln berechtiget/inmaſſen ſie bisher in deſſen *quaſi-poſſeſſione* verblieben/auch allerſeits neben dem Superintendenten zu Liebenwerda mit gedachtes Rothens Perſon zu frieden; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet auf vorhergehendes *Examen* ihm die *Confirmation* zu angeregten Schul- und Organiſtendienſten widerfahren laſſen/ ꝛc.) 9

Definit. XV.

Quando Patronus negligens eſt in exercitio juris patronatûs, Epiſcopus ex officio inſtituere valet miniſtros Eccleſiæ.

SUMMARIA.

1. *Cautè procedendum in præſentatione miniſtrorum Eccleſiæ.*
2. *Haut præſtantius Dei donum, quàm fidelis & pius Eccleſiæ miniſter.*
3. *Negligens non ſit Patronus in jure præſentandi.*
4. *Præſentatio ad certum temporis ſpatium adſtricta. n. 5.*
6. *A quo tempore incurrere hoc incipiat?*
7. *Tempus id hodie non attenditur.*
8. *Non tamen differenda eſt præſentatio.*
9. *Alioquin ex officio Epiſcopus miniſtrum Eccleſiæ inſtituere poteſt.*
10. *Fundamenta hujus aſſerti. n. 12.*
11. *Adducitur Ordin. Eccleſiaſtica Electoralis Saxonica.*
13. *Propter ſcandalum evitandum à jure poteſt recedi.*
14. *Negligentia Patroni devolvit jus præſentandi ad Epiſcopum.*
15. *Reſcripta Electoralia, n. 16.*

1 NOn exiſtiment Patroni, pro lubitu animi jus patronatûs exercere ſibi permiſſum eſſe, ſed providè, prudenter ac piè agant in præſentandis Eccleſiæ miniſtris: Nec enim ullum præſtantius & ſalutarius DEI
2 donum habetur, † quam fidelis, idoneus ac ſincerus verbi miniſter, ut non immeritò curam ſuam intendat in hunc Patronus, nam quo auguſtius eſt aliquod negotium, eò majori curâ & prudentiâ id tractari debet, Dn. Johan. Gerhard. *in loc. de miniſter. Eccleſiaſt. ſect. 6. §. 125. in pr.* Ca-
3 veat ergò inter alia, † ne exiſtat negligens in exercitio juris patronatûs, ne pro defectu Paſtoris, ut loquitur Papa Innocentius III. gregem dominicum lupus rapax invadat, aut facultatibus ſuis Eccleſia viduata grave patiatur diſpendium, *cap. ne pro defectu. 41. extr. de elect.* Quare ad præ-
4 ſentationem † certum temporis ſpatium legimus præfinitum, quatuor ſcilicet menſium, quando Patronus eſt laicus, *cap. quoniam. 3. in fin. cap. cum propter. 27. extr. de jur. patron. cap. un. §. verum. extr. eod. tit.*
5 *in 6to.* † ſex autem menſium, ſi eſt Clericus, *Novell. 123. cap. 1. §. damus. verſ. ſi verò qui debent. dict. cap. un. §. verum. cap. eam te. 22. extr. de jur. patron.* quia perſonæ Eccleſiaſticæ debent accuratiùs cognoſcere præſentandos, & eligere ex deliberatione maturiore ac intelligentiâ firmiore, Johann. Aloyſ. Riccius *deciſ. Neapolit. 54. num. 3. & 4. part. 3.* Petr. Gregor. Tholoſ. *in ſyntagm. jur. lib. 17. cap. 4. num. 11.*
6 quod temporis ſpatium † non à die vacationis Sacerdotii, ſed à die notitiæ currere incipit, quo ſcilicet Patrono innotuit, munus Eccleſiaſticum vacare, aliumque ad illud præſentandum eſſe, *cap. quia diverſitatem. 5. in fin. verſ. ſemeſtre autem extr. de conceſſ. præbend. cap. licet magiſter. 3. extr. de ſuppl. negligent. prælator.* Sigismund. Finckelthuſ. *de jur. patronat. cap. 6. numer. 85.* † Etſi verò hodie in Eccleſiis 7
Electoratûs Saxonici tempus hoc ad præſentandum jure Canonico definitum haut attenditur, poſtquam ex Ordinatione Eccleſiaſticâ D. Auguſti viduæ & liberis defuncti Paſtoris in ſolatium dimidius gratiæ annus eſt aſſignatus, *ſub Rubr.* von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener §. und zu ferner Gnade / 2c. † ni- 8
hilominus tamen totis viribus laborare debet Patronus, quò effluxo hoc ſpatio alius functionem eccleſiaſticam ſubeat; † ne- 9
gligens enim ſi in præſentatione exiſtat, jus eſt Epiſcopo, ex officio Paſtorem inſtituere, & defectum ſupplere (1.) *per text.* 10
† *in cap. 1. §. ult. extr. eod. tit. in 6to.* (*cap. quoniam. 3. cap. ſi verò 12. cap. cum propter. 27. extr. de jur. patron.*) Petr. Gregor. Tholoſ. *de benef. cap. 10. numer. 16.* Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 9. numer. 20. & 36.* Nicol. Boër. *deciſ. 312. numer. 7.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 1. defin. 3.* ubi Senatum Sabaudiæ ita pronunciaſſe teſtatur.
(2.) † Cum quo convenit *Ordin. Eccleſiaſt.* 11
Elect. Saxon. ſub Rubr. Vom Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener / §. Wenn aber der Lehnherr. *verſ.* So ſollen unſere *Conſiſtorialen* und Verordnete des *Synodi* mit Beſtellung derſelbigen Pfarren / *Prædica-*

*dicatur*n/ *Diaconaten*/ und *Subdiaconaten*/ als ob laut/verfahren / damit ſolche Kirchen-Dienſte nicht *vaciren*/ ſondern die Pfarꝛkinder mit der Predigt göttl. Worts/ und rechtem Gebrauch der heiligen Sacramenten verſehen/und keines weges ver-
12 ſäumet werden/ꝛc. (3.) † Neque Patronorum cauſâ vel culpâ beneficia Eccleſiaſtica diutius debent eſſe vacantia, ne in ſpiritualibus & temporalibus patiantur detrimentum, *cap. ne pro defectu. 41. extr. de elect.*
Paul. de Citadin. *part. 6. art. 3. n. 10.* (4.) † 13
Quin & propter evitandum ſcandalum, quod hâc negligentiâ præbetur, à jure ſolet recedi, *arg. cap. cum ex injuncto 2. extr. de novi oper. nunciat.* (5.) † Et meretur tan- 14
dem hanc pœnam Patronus negligens, qui permiſsâ ſibi abutitur poteſtate, *c. privilegium. 11. quæſt. 3.* adeoque negligentia Patroni devolvit jus ipſius ad Epiſcopum, Anton. Fab. *dict. defin. 3.* Reinking. *dict. cap. 9. n. 36. in fin.*

Ita † *Sereniſsimus Saxon. Elector Johanni à Ponickauen in Pomſen die 8. Januar. Ann.* 15
1634. (*Verba Reſcripti:* Demnach nach Abſterben des Pfarrherrn zu Weißig/von euch als dem *Collatore* daſelbſt bey währendem halben Gnaden-Jahr / berührte Pfarre noch nicht erſetzet; Nunmehr aber dieſelbe Zeit verfloſſen/ und die benachbarten *Paſtores* die Seelſorge ferner zu verrichten nicht ſchuldig; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet zum berührten Pfarr-Amt eine *qualificirt*e Perſon zum längſten von *dato* binnen 14. Tagen in unſer Ober-*Conſiſtorium* zum *Examen* und *Confirmation præſenti*ren/ mit der ausdrücklichen Verwarnung/daß in deſſen Verbleibung ernannte Pfarre Weißig *ex officio* vor dißmal/ und ſonſten euch an eurem *jure patronatûs* unbeſchadet/erſetzet werden ſolle/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti Torgenſi die 6. Martii Anno 1635.* (*Verba Reſcripti :* Wollet ihn 16
demnach/weil das halbe Gnaden-Jahr eurem Bericht nach allbereit verfloſſen/ beſcheiden/daß er zu gedachter Pfarre noch vor Oſtern eine *qualificirt*e Perſon/ auf vorgehende Prob-Predigt/in unſer *Conſiſtorium* zu Wittenberg *præſenti*re/in fernerer Verbleibung wollen wir auf euer Anſuchen ſelbige Pfarr *ex officio* vor dißmal erſetzen laſſen/darnach ihr euch zu achten/und geſchicht hieran unſer zuverläßiger Will und Meynung/ ꝛc.)

DEFINIT. XVI.

Nondum vacante miniſterio ſeu paſtoratu, jure patronatûs nequit alius præſentari, niſi in caſu neceſſitatis, ſi verbi miniſter vel decrepitæ ſit ætatis, vel continuo morbo laboret.

SUMMARIA.

1. *Bullæ expectativæ ſæpius in papatu conceduntur.*
2. *Apud Pontificios juſtitia eſt venalis.*
3. *Beneficii nondum vacantis aſſignatio bonis moribus eſt contraria.*
4. *Et à Pontifice jamdudum prohibita. num. 5.*
6. *Novus Paſtor haut eſt ſubſtituendus miniſterio nondum vacante.*
7. *Adeoque nec exercendum jus patronatûs vivente Paſtore.*
8. *Secus res ſe habet in caſu neceſſitatis.*
9. *Minus hâc de re dubium in Electoratu Saxoniæ.*
10. *Reſcripta Electoralia, n. 11.*

1 NOvum ſanè non eſt apud Pontificios, quin potius Curiæ Romanæ ſtylus quotidianus, ut duodecim quandoque diplomata ſeu bullæ, quas Gratias expectativas appellitant, nomine unius beneficii nondum vacantis concedantur, Duaren. *de beneficiis. lib. 5. cap. 8. & lib. 6. cap. 1.* Johan. Gerhard. *in loc. de miniſt. eccleſiaſtico. ſect.*
7. §. 117. pag. 197. forſan † quia Curia Ro- 2
mana habet pecuniam æquo & bono cariorem, eſtque ibidem juſtitia venalis, ſecundum Cyn. *ad l. nullus. 3. C. ad Leg. Jul. de ambitu.* Sed † contraria eſt bonis moribus 3
beneficii nondum vacantis aſſignatio, & non minimam peccandi occaſionem in Eccleſiâ præbet, votum ſcilicet cauſatur captandæ mortis, quo expectatio ſucceſ-

ſionis

ſionis futuræ ſortiatur effectum, Rol. à Val-
4 le *vol. 1. conſil. 47. num. 53. & ſeqq.* † Ideo-
que jamdudum prohibita reperitur à Ponti-
fice *in cap. nulla. ibi: Nulla Eccleſiaſtica mi-
niſteria, ſeu etiam beneficia vel Eccleſiæ, tri-
buantur alicui ſeu promittantur, antequam
vacent:* ne deſiderare quis mortem proxi-
mi videatur, in cujus locum & beneficium
5 ſe credidit ſucceſſurum; † Cum enim in
ipſis etiam legibus gentilium inveniatur
inhibitum, turpe eſt & divini plenum ani-
madverſione judicii, ſi locum in Eccleſiâ
Dei futuræ ſucceſſionis expectatio habeat,
quam ipſi etiam gentiles condemnare cu-
rarunt, *extr. de conceſſ. præbend. canon. non
furem. 7. quæſt. 1.* Mareſcott. *lib. 2. variar.
reſolut. cap. 33. numer. 1. & ſeqq.* Anton. de
Amatis *deciſ. 4. num. 18. & 19.* Joh. Aloyſ.
Riccius *part. 4. collect. deciſ. 1278.* Matth.
Stephan. *de juriſdict. lib. 3. part. 1. cap. 18.*
6 *numer. 1. & ſeqq.* † Tantò minus certè
novus eſt ſubſtituendus Paſtor miniſterio
nondum vacante, quia hic de præſenti, vi-
vente etiamnum primo, inſtitueretur, quod
planè eſſet deteſtabile, *cap. qui in vivorum.
ibi: Qui in vivorum ſacerdotum loco po-
nuntur, hoc ipſo ſunt ab eccleſiaſticâ commu-
nione pellendi, quo ſe paſſi ſunt vivis Sacerdo-
tibus ſucceſſores adhiberi, extr. de conceſſ.
præbend.* † ut ſic nondum vacante mini- 7
ſterio nequaquam alius ſit præſentandus,
nec jus patronatûs exercendum, Johan.
Gerhard. *dict. ſect. 7. §. 117. p. 117.* Sigiſ-
mund. Finckelthuſ. *de jur. Patron cap 6.
numer. 127.* † Quod tamen limitandum in 8
caſu neceſſitatis: Etenim ſi parochus ſit
decrepitus & emeritus, vel continuo labo-
ret morbo, ita ut ad munus eccleſiaſticum
adminiſtrandum minùs idoneus & ſuffici-
ens reperiatur, ſubſtitutus ei adjungi poteſt,
qui ipſum aliquâ laborum parte ſublevet,
Johan. Gerhard, *dict. loc.* Duar. *de benef.
lib. 8. cap. 2.* Chriſt. Weber. *de jur. Patron.
poſit. 120.* Quod † & in provinciis Electora- 9
tûs Saxonici uſu infrequens non eſt, prout
manifeſtum *ex Ordin. polit. Elect. Saxon.
de Anno 1612. Rubr.* von *Conſiſtorial*-Sa-
chen/ *num. 3.* Sigiſm. Finckelth. *de jur. Pa-
tron. cap. 6. num. 128.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wittebergenſi die 27. Novembr. Anno 1626. (Verba Reſcripti: Wir haben aus euerm unterthänigſten Bericht / daß der Pfarrherr zu Glebitz *M. S.S.* eines *Subſtitut*en wegen ſeines hohen Alters bedürff-tig/vernommen; Wann wir dann gnädigſt zu frieden/ Daß ihme Johann Stie-ber zu einem *Subſtitut*en/iedoch *absq; ſucceſſione*, zugeordnet werde/ꝛc.)

Nec non † Superintendenti in Geſſen/ *& Præfecto Annæburgico die 3. Octobr. Anno 1628. (Verba Reſcripti:* Welcher maſſen uns der Pfarrherr zu Annaburg *M. Andreas* Meiboldt angelanget/ ihme ſeinen Eidam Theophilum Eckarten/ Pfarrherrn zu Pirſchen in der Nieder-Laußitz/welchen er ohne das angezogener Urſachen halber *alimenti*ren thäte/ zum *Subſtitut*en zu *adjungi*ren/ſolches habt ihr aus der Einlage zu befinden: Wann wir dann ſeinem Suchen ſtatt gegeben: Als iſt unſer gnädig-ſter Will und Befehl/du der Schöſſer wolleſt ihme die *Vocation* zu beſagten *Sub-ſtitut*en-Dienſt auf *Supplicant*ens Leben/oder bis der *Subſtitut* in andere Wege befördert wird/aushändigen/ꝛc.)

DEFINIT. XVII.

Ne quidem juſtâ ex cauſâ Paſtor vel miniſter verbi ipſemet ſibi alium adjungere valet: ſed à Patrono Eccleſiæ ſubſtitutus eſt præſentandus.

SUMMARIA.

1. *In caſu neceſſitatis admittitur ſubſtitutus vivente Paſtore.*
2. *Non tamen pro lubitu ejus.*
3. *Sed præſentari debet ſubſtitutus Epiſcopo, & ab eo confirmari.*
4. *Ne Eccleſiæ adimatur libertas in electione miniſtri.*
5. *Ne Patrono invertatur jus præſentandi.*
6. *Adducitur ſanctio juris Canonici.*
7. *Cavendum, ne indignus admittatur ſubſtitutus.*
8. *Patronus ad certos canones in exercitio juris patronatûs eſt adſtrictus.*
9. *Hæreditaria non debet eſſe ſucceſſio in functione Eccleſiaſtica.*
10. *Reſcripta Electoralia. n. 11. 12.*

Solem-

1 SOlummodò ergò in caſu neceſſitatis,
ſi Paſtor vel decrepitæ ſit ætatis, vel
continuo morbo laboret, ita ut offi-
cio eccleſiaſtico præeſſe nequeat, ſub-
ſtitutus ei adjungitur, *Definit. præced.*
n. 8 At num ipſemet Paſtor pro lubitu adjun-
ctum vel ſubſtitutum aſſumere poterit?
2 † Neutiquam ſanè, ſed ad Patronum ſpe-
ctat, ſubſtitutum modo ordinario vocare,
3 † & Epiſcopo ad confirmandum præſen-
tare, Joh. Gerhard. *in loc. de miniſt. eccleſiaſt.*
ſect. 7. pag. 198. verſ. diſtingvenda etiam.
Non absque ratione & fundamento. (1.)
4 † Ecquis enim non animadvertit, per ejus-
modi privatam ſubſtitutionem Eccleſiæ
adimi libertatem in electione miniſtri, di-
vino jure ipſi competentem, quin & non
parùm præjudicari Patrono in præſenta-
5 tione & jure patronatûs: † ex quô nec
beneficium vel paſtoratum ſuum inſti-
tutus miniſter invito Patronô alteri reſi-
gnare vel permutare poteſt cum aliô, quia
ex tali reſignatione vel permutatione Pa-
troni maximum paterentur præjudicium,
& rarò eſſet locus præſentationibus, Inno-
cent. *in cap. ult. in fin. extr. de renunciat.*
Didac. Covarr. *controv. pract. cap. 36.*
numer. 9. Aym. Cravett. *conſil. 135. numer.*
10. Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. &*
eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 9. numer. 40.
(2.) † Quò & reſpexit Gratianus *in can.* 6
apoſtolica. 8. quæſt. 1. ubi ait: Aliud eſt de
ſui ſucceſſoris electione cum fratribus de-
liberare, aliud eſt ex teſtamentò tanquam
ſuæ dignitatis hæredem ſibi quærere, Ger-
hard. *dict. loc.* (3.) † Ac metuendum, 7
ne per liberam diſpoſitionem Paſtoris in
aſſumendo ſubſtituto promoveantur for-
ſan indigni, gratiaque prævaleat doctrinæ
aut pietati, non ſine ingenti Eccleſiæ da-
mno atque jacturâ, † quæ tamen præſum- 8
tio ceſſat in Patrono ad certos canones in
exercitio juris patronatûs adſtricto, ſe-
cundum tradita Gerh. *in loc. de miniſt. ec-*
cleſiaſt. ſect. 6. §. 115. (4.) Quin † &
fieri vix poteſt, ut non hæreditaria quæ-
dam in ſacro ordine introduceretur ſuc-
ceſſio, ſi miniſtris eccleſiæ alios ſibi eli-
gere ſubſtitutos & ſucceſſores fas eſſet,
contra pietatem pariter & rationem ju-
ris divini, Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 6.*
num. 57.

Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti & Præfecto Oſſitienſibus die 5. Julii 10
An. 1619. (*Verba Reſcripti:* Welcher maſſen unſerm Ober-*Conſiſtorio* allhier *M. L.*
Pfarrherr zu Lauſſe/daß er eines *Subſtitut*en bedürfftig/und deßwegen mit *D. M.*
*Peſtilential*en zu Pirn ſich dahin verglichen/zu erkennen geben/ habt ihr aus der
Inlage zu vernehmen. Ob nun wol beſagtem *Paſtori* ſolches ohne unſerm als des
Collatoris Vorwiſſen zu thun nicht gebühret hätte: Dieweil aber doch gedachter
M. in examine hierzu *qualificir*et befunden; Als laſſen wir es vor dißmal dabey be-
wenden/ und begehren hiermit/ꝛc.)

Nec † non Superintendenti Annæbergenſi & Præfecto in Lauterſtein die 1. Julii Anno 1629. 11
(*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer des Superintendenten unterthänigſter Bericht
C. N. Pfarrherrn zu Zöblitz Zuſtand betreffend/ gebührlich vorgetragen worden;
Wann dann daraus zu erſehen / daß er wegen eines abgenommenen Schenckels
ſeinem Amt nicht mehr vorſtehen kan/und deßwegen eines *Subſtitut*en bedürfftig/
darzu wir *W. S.* zu gebrauchen entſchloſſen; Als begehren wir hiermit gnädigſt/
Ihr der Superintendens wollet ernenntem *S.* die Cantzel daſelbſt zu Verrichtung
der Probpredigt eröffnen/und wofern die Eingepfarrten wider ſeine Lehr und Per-
ſon nichts Erhebliches einzuwenden(du der Schöſſer ihm die *Vocation* zu beſagtem
*Subſtitut*en-Amt und künfftiger *Succeſſion* aushändigen/ und ihr der Superin-
tendens ihn wegen des *examinis, ordination, confirmation* und *Inveſtitur* an unſer
Ober-*Conſiſtorium* anhero *remittir*en und weiſen/Ihr beyde zugleich aber ſie vor-
hero des Unterhalts halber bis auf unſere *Ratification* vergleichen/ ꝛc.)

Et † Superintendenti Hertzbergenſi & Præfecto Annaburgenſi die 4. Novembr. Anno 12
1629.

DEFINIT. XVIII.

Subſtituto Paſtori adjungendo vel certa ſpes ſucceſſionis in paſtoratu, vel proviſio de futurâ alimentatione à Patrono eſt facienda.

SUM-

SUMMARIA.

1. Subſtituto facienda ſpes ſucceſſionis, vel proviſio de alimentatione.
2. Probatur id ex Ordin. Polit. in Electoratu Saxoniæ.
3. Fundamenta & rationes hujus aſſerti. num. 4.
5. Miniſtrorum mutatio eccleſiæ eſt perniciosa.
6. Subſtitutus in electione novi Paſtoris non eſt poſtponendus.
7. Præſentatio novi Paſtoris ſumtus requirit.
8. Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 9.

1 SPecialiter ſancitum eſt à Sereniſſimo Saxoniæ Electore, ne Paſtori decrepitæ ætatis vel emerito adjungatur ſubſtitutus, priusquam ei ſpes facta fuerit futuræ ſucceſſionis in paſtoratu, vel proviſio
2 de alimentatione, † *in Ord. polit. de An. 1612. Rubr.* Von *Conſiſtorial*-Sachen/ *n. 3.* §. Auf daß auch *ibi:* Sol hinführo keinem verlebten Kirchen-Diener ein *Subſtitut* zugeordnet werden/ es ſey ihme denn zuvor von dem *Patrono* die *Succeſſion* bewilliget/ oder ihme/ da er dem Verſtorbenen nicht *ſuccedire*n ſolte/ gnugſamer Unterhalt verſchrieben worden. Nimi-
3 rum (1.) † quia hoc modo non ſolùm Conſiſtoria, ſed & Patronus poſt obitum ſenioris Paſtoris à variis ſubſtituti interpellationibus & ſollicitationis moleſtiis li-
4 berantur, quam rationem † ipſa indigitat Ordinatio Politiæ *dict. loc.* Daß unſere *Conſiſtoria* des vielfältigen bißhero nach der alten Pfarrern Todesfall von den *Subſtitute*n geſchehenen Anlauffens geübriget ſeyn mögen/ ꝛc. (2.) Eſtque † mu- 5
tatio & variatio miniſtrorum frequens Eccleſiæ valdè periculoſa, quia majori cum fructu docet, cujus officiis ac modo dicendi populus jam eſt aſſuetus, Sigiſm. Finckelth. *de jur. patron. c. 6. n. 129. p. 285. in pr.* (3.) Quin & iniquum ac inhumanum eſſet, † 6
poſtponere in novâ electione ac præſentatione eum, cujus merita, labor & vigilantia promotione recompenſanda, ut hinc ad minimum promiſſione futuræ alimentationis ſubſtituto ſuccurrere voluerit Sereniſſimus Saxo *dict.* §. Auf daß auch. *in fin.* (4.) † Ut 7
& taceamus ſumtus, quos Eccleſia vel ſubjecti diœceſi in vocatione & præſentatione novi Paſtoris impendere neceſſe haberent.

Ita † Conſiſtorium Supremum Georgio Rudolpho à Köckeritz & Superintendenti in Hayn die 28. Jan. An. 1618. (*Verba Reſcripti:* Wann dann die jüngſte Policey-Ordnung/ *tit.* von *Conſiſtorial*-Sachen *pag. 7.* beſaget/ daß hinführo keinem verlebten Kirchen-Diener ein *Subſtitut* zugeordnet werden ſolle/ es ſey ihme dann zuvor von dem *Patrono* die *Succeſſion* bewilliget/ oder ihme/ da er dem Verſtorbenen nicht *ſuccedire*n ſolte/ gnugſamer Unterhalt verſchrieben/ ſolches aber von euch / deme von Köckeritz in des *præſentirte*n *Subſtitute*n *vocation* nicht in acht genommen worden; Als begehren an ſtatt ꝛc. Ihr wollet euch ſolcher Policey-Ordnung mit Ertheilung der *vocation* auf die *ſubſtitution* und künfftige *ſucceſſion* gedachten *M. W.* anhero an uns verweiſen/ wollen wir uns alsdenn nach Befindung der *ordination* und *confirmation* halber zu bezeigen wiſſen/ ꝛc.) 8

Nec non † Superintendenti Dreſdenſi & Joh. Dippolten à Grenſing in Böhlen die 20. Dec. Anno 1613. (*Verba Reſcripti:* Wann dann nicht allein in angeregter Vergleichung allerhand ungewöhnliche *clauſe*ln zu befinden/ ſondern auch euch beyderſeits der Inhalt jüngſt *publicirte*r Policey-Ordnung/ *ſub. tit.* von *Conſiſtorial*-Sachen/ *p. 7.* wohl bewuſt iſt/ daß nemlich hinführo keinem verlebten Kirchen-Diener ein *Subſtitut* zugeordnet werden ſolle/ es ſey ihme dann zuvor von dem *Patrono* die *Succeſſion* bewilliget/ oder ihme/ da er dem Verſtorbenen nicht *ſuccedire*n ſolle / gnugſamer Unterhalt verſchrieben worden; Als werdet ihr ſolche Vergleichung angedeuter Ordnung dieſes Kirchengebrauchs gemäß zu verfaſſen/ und alsdenn uns dieſelbe hinwieder zu überſenden wiſſen/ darauf wollen wir uns der Gebühr bezeigen/ ꝛc. 9

DEFINIT. XIX.

A Patrono Eccleſiæ non præſentatur Superintendens, ſed munus hoc à Principe habente jura Epiſcopalia immediatè defertur.

SUMMARIA.

1. Eccleſiæ Evangelicæ loco Epiſcoporum habent Superintendentes.
2. Superintendenti competit inſpectio in totâ diœceſi.
3. Nec non jus viſitationis.
4. Et ordinatio Clericorum.
5. Superintendens non præſentatur à Patrono Eccleſiæ. n. 10.
6. In terris Electoratûs Saxon. à ſolo Electore munus defertur Superintendentis.
7. Epiſcopus unde ſic dictus?
8. Vocatio Superintendentis Epiſcopo reſervata.

9. Superintendens ipſemet dicitur Epiſcopus.
11. Jus patronatûs ad certam reſtringitur Eccleſiam.
12. Reſcripta Electoralia. n. 13. 14. 15.

1 IN Evangelicis Eccleſiis loco Epiſcopo-
rum conſtituuntur Superintendentes;
quorum officium verſatur tum circa ea,
quæ ſunt ordinis, tùm etiam circa plera-
que, quæ ſunt legis diœceſianæ, Theodor.
Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3.*
claſſ. 2. c. 3. n. 16. Matth. Steph. *de jurisdict.*
lib. 3. part. 1. c. 16. n. 1. Sigiſm. Finckelthuſ.
2 *de jur. patronat. cap. 4. n. 24.* † ita namque
Superintendentes inſpectionem habent ſu-
per alios Paſtores & populum ſuæ diœceſi
ſubjectum, *can. cleros. 1. §. epiſcopatus. di-*
3 *ſtinct. 21.* † viſitationes Eccleſiarum expedi-
unt loco Epiſcoporum in eorum territoriis
& diœceſibus, *cap. conquerente. 16. extr. de*
offic. judic. ordin. cap. ad hæc nos. 7. extr. de
officio Archidiac. can. viſitandi. 28. cauſ. 18.
quæſt. 2. Cumque ordinis præcipua pars eſt
4 Clericorum ordinatio; † utique loco Epi-
ſcopi Superintendens Clericos miniſterio
peragendo, prævia morum & doctrinæ
donorumque inquiſitione, per manuum im-
poſitionem conſecrat. Matth. Stephani. *dict.*
cap. 16. n. 1. Facilè hinc colligere eſt, officium
Superintendentis juri patronatûs ſubje-
5 ctum haut eſſe, † nec à Patrono Eccleſiæ
hunc præſentari, ſed ſi contingat, Paſto-
rem, qui & Superintendens eſſe ſolet, a Pa-
trono vocari, tùm ei munus Superinten-
dentis ab Epiſcopo, ſeu Principe jura epi-
ſcopalia habente, abſque præſentatione
ulla immediatè conferatur, quod hiſce in
6 terris † à Sereniſſimo Dn. Electore per Se-
natum Eccleſiaſticum, durch den Kirchen-
Rath/ in ſupremo Conſiſtorio Dreſdenſi
prævia concione in templo arcis coram Se-
reniſſimo habitâ; & præmiſſo colloquio ad
indagandum ejus qualitates, eruditionem
& dexteritatem, fieri conſuevit. Ut ſic vo-
cationem Superintendentis ad jus patrona-
tûs neutiquam trahere liceat. (1.) † Poſt- 7
quam enim Superintendenti diligens cura
& inſpectio miniſterii incumbit, indigitan-
te ipſo nomine ac vocula ἐπισκοπεῖν, quod
eſt inſpicere, intendere, unde Epiſcopus,
Superintendens & inſpector eandem rem
ſignificant, Ritterſh. *ad Novell. part. 1. cap.*
7. n. 10. Steph. *dict. cap. 16.* Reink. *dict. cap.*
3. n. 17. res admodum periculoſa eſſet, ele-
ctionem ac vocationem Superintendentis
Patrono, qui laicus ſæpiſſimè eſt, commit-
tere, † quare non immeritò hæc reſervatur 8
Epiſcopo, ad quem cura Eccleſiæ ac mi-
niſterii potiſſimum ſpectat, quo tali offi-
cium Superintendentis conferat, cujus ſpe-
ctata ſit doctrina, eruditio, & vitæ inte-
gritas ex multis rerum argumentis perce-
pta. (2.) Eſtque hinc Superintendens loco
Epiſcopi in Eccleſia, † quin & Epiſcopi 9
nomen habet, *can. qui epiſcopatum. 11. ibi:*
Epiſcopos ſi velimus, latinè Superintenden-
tes poſſimus dicere. cauſ. 8. quæſt. 1. canon.
legimus. diſt. 93. Ludov. Schrader. *de feud.*
part. 9. cap. 3. n. 29. Erneſt. Cothman. *2 con-*
ſil. 64. n. 65. Johan. Azor. *lib. 3. inſtit. mo-*
ral. cap. 27. quæſt. 2. part. 3. Reinking. *dict.*
cap. 3. n. 6. Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 3.*
part. 1. cap. 17. in pr. Abſonum autem fo-
ret, † à Patrono vocari Epiſcopum, cui ipſi 10
vigore juris patronatûs miniſtri Eccleſiæ ad
ordinationem & inſtitutionem præſentari
debent. (3.) † Quin & jus patronatûs ad 11
certam reſtringitur eccleſiam, cui Paſtor &
verbi miniſter eſt præficiendus, Superinten-
dens verò tali præeſt diœceſi, & ſuper alios
quoque Paſtores & Eccleſias inſpectionem
habet, quomodo ergò à certæ Eccleſiæ Pa-
trono vocari ac præſentari poſſet?

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Senatui Torgenſi die 31. Octobr. Anno 1627. (Verba Re-* 12
ſcripti: Euch iſt unverborgen/was maſſen nach Herrn *D.* Wilhelm Leiſers Ab-
zuge die *Superintendenz* und Pfarr-Amt bey euch ſich unlängſten verlediget.
Wann euch dann das *Jus patronatûs* über das Pfarr-Amt zuſtehet: Als begeh-
ren wir hiermit gnädigſt/Ihr wollet uns eine oder mehr tüchtige und *qualificirte*
Perſonen zu ſolchem Pfarr-Amt förderlichſt *nominir*en und benennen/mit der *Vo-*
cation aber ſo lange zurücke halten/ bis von unſerm Ober-*Conſiſtorio* Sie derer
*Qualit*äten befunden/daß ihnen hernach von uns mit Nutz und Frommen die *Su-*
perintendenz und *Inſpection* gleichfals aufgetragen und anvertrauet werden kön-
ne/ ꝛc.)

Eidem † *die 8. Julii Anno 1629. (Verba Reſcripti.* Uns iſt euer unterthänigſter Be- 13
richt/was maſſen ihr *Licentiat* Sebaſtian Starcken/Pfarrherrn zu Laußig in ei-
ner Predigt gehöret/ und da Wir mit ſeiner Perſon zufrieden/ denſelben an des
verſtorbenen *D. Johan.* Winters ſtatt zu euerm Pfarrherrn zu *vocir*en entſchloſſen/
gebührlich vorgetragen worden; Und begehren darauf hiermit gnädigſt / Ihr
wollet erwehnten *L.* Starcken den 27. dieſes Monats anhero abfertigen / damit
bey unſerm Ober-*Conſiſtorio* er ſich früher Tagzeit anmelden/und nach verrichter
Predigt in unſer Schloß-Capell/auch erfolgtes *Colloquium*, gebührliche Anord-
nung gewarten ſol/ ꝛc.)

Eidem † *die 10. Auguſti Anno 1629.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euer Schreiben/dar- 14
innen uns ihr *L. Sebaſtianum Starckium* Pfarrherrn zu Laußig an ſtatt eures ver-
ſtorbenen Pfarrers *D. Johannis Winteri* unterthänigſt *præſenti*ret/verleſen hören.
Wann dann gemeldter *L.* Starck in unſerm Ober-*Conſiſtorio* für tüchtig und *qua-
lifici*ret gnugſam zu dergleichen Dienſte erachtet worden; Als ſeyn wir gnädigſt
zufrieden/daß ihr laut beygefügter *notul* die *vocation* ihme unverzüglichen ausfer-
tiget/ſolche *in originali* nebenſt Copien der Beſtallung/ die ihr pfleget auszuant-
worten/uns zuſchicket/wollen wir alſodenn mit gnädigſter *Reſolution* wegen der
Confirmation, Verrichtung des Superintendentz-Amts/ Anordnung der *Inveſti-
tur*, und ſonſten uns zu bezeigen wiſſen/ und ihr vollbringet hieran unſere gefällige
Meynung/ ꝛc.)

Et † *Senatui Annæbergenſi die 16. Novemb. Anno 1625.* (*Verba Reſcripti:* Liebe Getreue/ 15
demnach der von euch *nominir*te Berg-Prediger *M. Johannes* Krebs zum Pfarr-
Amt bey euch in der verrichteten Predigt und deme darauf erfolgten *Colloquio*
von unſerm Ober-*Conſiſtorio qualifici*ret befunden worden; Als begehren wir
hiermit gnädigſt/ Ihr wollet ihme nach inliegender *Notul* die *Vocation* nunmehr
zuſtellen/und mit Überſendung des *Origin*als/um die *Confirmation* zu angeregtem
Pfarr-Amt förderlichſt anhalten/ſeynd wir ſo denn nebenſt Auftragung des Su-
perintendenten-Amts ſolche ertheilen zu laſſen gnädigſt geſinnet/ ꝛc.)

DEFINIT. XX.

Non valet Patronus ſibi obligare Paſtorem vel miniſtrum Eccleſiæ per exactionem reverſûs.

SUMMARIA.

1. Malè confunditur jus patronatûs cum jurisdictione eccleſiaſticâ.
2. Quando & quare hoc fiat? n. 3.
4. Exigunt quandoque reverſum Patroni ab Eccleſiæ miniſtris.
5. Quod tamen haut permittendum: & quare non? n. 8.
6. Patronatûs jus in ſolâ conſiſtit præſentatione.
7. Eâq; factâ nil quicquam juris Patrono ulterius competit.
9. Reformatio miniſtrorum Eccleſiæ pertinet ad Epiſcopum.
10. Adduntur verba B. Lutheri.
11. Nullibi quicquam habetur de ejusmodi reverſu.
12. Sine autoritate legis nil temerè eſt aſſeverandum.
13. Allegatur conſilium Facultatis Theologicæ Roſtochienſis.
14. Reſcriptum Electorale.

1 NImis quandoque extenditur jus
patronatûs, quin & cum jurisdi-
ctione Eccleſiaſticâ juribusque
Epiſcopalibus non raro confun-
ditur, vel quod Patroni nobiles jus ac po-
2 teſtatem in Paſtores ſibi arrogent, vel †
quod miniſtri Eccleſiæ in ſeipſos & ordi-
nem ſuum injurii Patronum pro judice a-
gnoſcant, & coram Nobilibus cauſam
ſuam agere malint, quàm coram Inſpecto-
re vel Conſiſtorio, non tàm ex inſcitiâ,
3 † quàm adulatoria malitiâ, dum Nobili-
bus hoc modo palpum faciunt, ne offa ipſis
pereat, quia ventrem magis curant, quàm
conſcientiam, ut loquitur Frider. Balduin.
*in tractat. de inſtit. miniſtr. verbi, cap. 19.
pag 204.* Quin & eò audaciæ Patroni quan-
doque progrediuntur, ut miniſtros Eccle-
ſiæ à ſe præſentatos † ſpeciali promiſſione 4
ac reverſu, quem ab ipſis exigunt, ſibi ob-
ligare non erubeſcant, quod iis neutiquam
indulgendum. (1.) Conſiſtit enim jus pa-
tronatûs † in ſolâ vocatione ac præſenta- 5
tione miniſtri vel Paſtoris ad ordinandum
& inſtituendum ab Epiſcopo, *Ordinat.
Eccleſiaſt. Elector. Saxon. ſub tit.* Vom
Beruff und Annehmung der Kirchen-
Diener. *§.* Zum vierdten. *fol. 88.* in quâ
Patronus ſubſiſtere debet, † nec ipſemet 6
jus inſtituendi ac deſtituendi præſentatum
habet, *cap. præterea. 4. cap. quod autem. §.
ultim. cap. quærimoniam. 9. cap. conſuluit.
5. & cap. ſuggeſtum. 29. extr. de jur. pa-
tronat.* quippe quod non pendet ex jure

 patro-

patronatûs, ſed ex lege jurisdictionis, Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 17. n. 32.* Sigiſm. Finckelthuſ. *de jur. patro-*
7 *nat. cap. 2. n. 10.* † Factâ ergò præſentatione nullum præterea jus ac poteſtatem in præſentatum & ab Epiſcopo confirmatum Patronus ſibi arrogare, vel ipſum exactione reverſûs obligare valet. (2.) Quemque in finem ejusmodi reverſus exigeretur, animadvertere haut poſſum, ſi non id fieret ad obligandum Paſtorem, quo pie, decenter ac honeſtè viveret, prout miniſtrum verbi
8 decet. At † cura hæc non ad jus patronatûs, ſed jurisdictionem eccleſiaſticam ſpectat: Quemadmodum enim Patronus ſemel præſentatum & ab Epiſcopo inſtitutum deſtituere vel removere nequit. Franc. Duar. *de benefic. eccleſiaſt. libr. 5. c. 4.* Garſ. Maſtr. *deciſ. 31. n. 12.* ita nec reformandi aut corri-
9 gendi jus habet, † quia hoc ad Epiſcopum pertinet, *cap. nullus. 16. quæſt. 7.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 9. n. 38.* Erneſt. Cothm. *Reſponſ. Academ. 29. n. 141. & Reſponſ. 30. n. 14.* veluti quoque apparet *ex ſcripto quodam Lutheri, quod extat tom. 8. Jen. german. fol.*
10 *107. 108. ubi hæc reperiuntur verba:* † Vos (nempe Patroni) non eſtis Domini Paſtorum aut miniſterii, neque fundatores ejus eſtis, quod ſolius eſt filii Dei, & minus juris ad illud habetis, quam diabolus ad regnum cœlorum: ideò veſtrum non eſt reformare Eccleſiæ miniſtros aut docere, multò minus reprehenſionem vitiorum eis prohibere &c. (3.) † Neque de poteſtate exigendi 11
reverſum Patronis competente quicquam habetur in Ordinat. Eccleſiaſticâ, ſi non potius contrarium appareat *ex Rubr.* von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener. *circa fin. in verb.* dieſelben an ihren befohlenen *Offici*en unverhindert zu laſſen/ und ſich gegen ihnen ſchiedlich und friedlich zu erweiſen. † Atqui ſine legis au- 12
toritate nihil temerè aſſeverandum eſt, *l. diſſentientis. 5. C. de repud. l. 19. C. de collat. Novell. 18. cap. 5.* Hartm. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 13. numer. 36.* (4.) † Accedit tandem *ju-* 13
dicium & conſilium Facultatis Theologicæ Roſtochienſis ſub dato 6. Octobr. 1638. in §. Was aber des Ehrwürdigen *Miniſterii* Bedencken/ welches aus dem neuen ungebräuchlichen Beſtallungs-Brieffe / ſo *N. N.* gegeben/ und er ſich hinwiederum *reverſi*ren müſſen/erſtlichen entſtanden/belanget/ꝛc. Dieweil bald wider einen Prediger/ wenn er auch ſein Amt treulich verrichtet/ Urſach geſucht und genommen wird/ihn zu beſchuldigen/auch wol für das weltliche Gerichte in geiſtlichen und Amts-Sachen zu ziehen / iſt rathſamer/ daß ſolcher Punct des *reverſus* gäntzlich ausgelaſſen werde/ ꝛc. apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. part. 3. lib. 1. membr. 1. ſect. 3. n. 1. fol. 432.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Lipſienſi die 15. Julii Anno 1631. (Verba Re- 14
ſcripti: Wann wir dann nicht geſchehen laſſen können/daß der Pfarrer des *Collatoris* Beliebung nach ſich gegen ihm verbinde/befehlen wir hiermit gnädigſt/daß ihr ſolche Worte *in continenti caſſi*ret/ ꝛc.)

DEFINIT. XXI.

Quando lis vertitur ſuper jure patronatûs, præfertur is, qui in poſſeſſione vel quaſi, bona fide eſt conſtitutus.

SUMMARIA.

1. *Eccleſia ſemper præſumitur libera.*
2. *Antiquitas temporis probationem ſæpe excludit.*
3. *Conjecturis & præſumtionibus quando probetur jus patronatûs?*
4. *Præſcriptione acquiritur jus patronatûs.*
5. *Jura præſcriptione acquiruntur.*
6. *Poſſeſſio juris patronatûs maximopere attendidur.*
7. *Poſſeſſor in exercitio juris patronatûs relinquendus: & quamdiu?*
8. *Lite pendente nemo privandus ſuâ poſſeſſione.*
9. *Quisnam ſit bonæ fidei poſſeſſor juris patronatûs?*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

Quum

1 QUum Eccleſia ſemper præſumatur li-
bera, fieri vix poteſt, ut non difficilli-
mum ſit probare jus patronatûs, præ-
ſertim antiquum, Joſeph. Maſcard. *de pro-*
2 *bat. vol. 1. concl. 177. n. 6. & ſeqq.* quia † an-
tiquitas temporis probationem ſæpè exclu-
dit, nec hominum memoria ſemper eam ſug-
gerit, *arg. l. ſi arbiter. 28. ff. de probat. l. per-*
egrè. 44. ff. de acquir. poſſeſſ. quocirca re-
ceptum, ut indicia, conjecturæ & præſum-
3 tiones † in probando jure patronatus veteri
ſufficiant, *arg. l. indicia certa. 19. C. de rei*
vendicat. Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 2.*
concl 958. n. 1. & 2. eſtque probatio certa, quæ
deſumitur ex longæva poſſeſſione, Maſcard.
4 *dict. loc. n. 3.* unde præſcriptio inducitur, †
quin enim jus patronatûs præſcriptione ac-
quiratur, dubitandum haut eſt, propter tex-
tum clariſſimum *in cap. generali. 13. ibi: fun-*
datione, vel longâ conſuetudine. extr. de elect.
in 6to. cap. cura. 11. ibi: niſi legitimâ fuerit
præſcriptione munitus. extr. de jur. patron.
Paul. de Citadin. *de jur. patron. part. 3. cauſ.*
5. num. 3. & ſeqq. Felin. *in cap. cauſam. 7. n. 8.*
extr. de præſcript. Petr. Gilken. *de præſcript.*
part. 3. cap. 9. n. 3. & ſeqq. Matth. Coler. *ad*
5 *cap. de quartâ. n. 47. extr. de præſcript.* † Nec
enim à reliquis juribus, quæ ſive realia ſint, ſi-
ve perſonalia, vel etiam particularia, vel uni-
verſalia, præſcriptioni dicuntur obnoxia, *l. ſi-*
cut 3. C. de præſc. 30. vel 40. annor. c. de quar-
ta. extr. de præſcript. ullibi exceptum legitur
jus patronatûs, quidni ergò præſcriberetur?

† Apparet hinc poſſeſſionem vel quaſi in ju- 6
re patronatûs maximopere attendi, ſi non a-
liunde conſtet de Domino & Patrono, Pa-
normit. *ad cap. ex literis. 7. n. 5. extr. de jur.*
patron. Rochus de Curte *Rubr. jus patronat.*
quibus compet. n. 32. Paul. de Citadin. *part.*
6. art. 3. n. 64. Franc. Marc. *deciſ. 119. n. 1.*
Verall. *deciſ. Rotæ Roman. 69. part. 1.* Spino
à Carceres *in Specul. teſtam. gloſſ. 4. princip.*
n. 25. † Quare & poſſeſſor in exercitio juris 7
patronatûs & præſentatione tamdiu defen-
dendus, donec vel de illegitimo ac vitioſo
genere poſſeſſionis, vel in petitorio contra-
rium fuerit probatum, *cap. querelam. 24.*
extr. de elect. Lancell. *de attentat. part. 2.*
cap. 4 in præfat. n. 640. & ſeqq. & n. 691.
Johann. Aloyſ. Riccius *part. 2. deciſ. Neapo-*
lit. 238. n. 1. & ſeqq. Spino à Carcer. *dict. loc.*
Erneſt. Cothm. *vol. 4. Reſponſ. 33. n. 58.* † 8
ne ſcilicet lite pendente privetur quis ſuâ poſ-
ſeſſione, *cap. 1. extr. de cauſ. poſſeſſ. & pro-*
priet. Quin & quando agitur de jure pa-
tronatûs, noviſſimus attenditur ſtatus, cu-
jus probatio inducitur per noviſſimos actus,
Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 1. defin 5. n. 3.*
Dicitur autem † in poſſeſſione vel quaſi ju- 9
ris patronatûs conſtitutus, qui ſemel bonâ
fide Paſtorem novum præſentavit, Joſeph.
Maſcard. *de probat. dict. concluſ. 958. num 6.*
Roch. de Curte *Rubr. jus patron. quibus com-*
pet. n. 34. & ſeqq. Lambertin. *lib. 2. art.*
11. quæſt. 3. princ. part. 1. fol. 19.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti, Præfecto & Senatui Chemnicenſi die 12. Febr.* 10
Anno 1613. (*Verba Reſcripti:* Ob nun wol in denen Ober-*Conſiſtorial-matriculn* kei-
ne Nachrichtung vorhanden/ daß euch dem Rath das *jus patronatûs* über die Kir-
che zu S. Johannis zuſtändig. Dieweil ihr aber *in quaſi poſſeſſione juris vocandi*
befunden; Als thun wir euch *M.* Richters *Vocation* nebenſt der *Confirmation* zurü-
cke ſenden/an ſtatt des Churf. zu Sachſen und Burggrafens zu Magdeburg/ ꝛc.
unſers gnädigſten Herrns/ begehrende/ Ihr der Superintendens wollet ſeine *In-*
veſtitur dem Herkommen nach verrichten/ und weil zwey eingepfarrte Dörffer
des Amts Botmäßigkeit unterworffen/ Ihr der Superintendens und der Rath
hinführo den Schöſſer zu den jährlichen Kirch-Rechnungen zu euch ziehen/ ꝛc.)

TIT. III.

De

Nominatione & vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ.

DEFINIT. XXII.

Quo ordine electio facienda in vocandis Paſtoribus & miniſtris Eccleſiæ: quæque differentia inter nominationem, vocationem, præſentationem, ordinationem & inſtitutionem eorundem?

SUMMARIA.

1. *Omnia decenter ac ordine in Eccleſiâ peragi debent.*
2. *Modus inſtituendi miniſtros Eccleſiæ quisnam apud Evangelicos?*
3. *Præcedit nimirum nominatio certæ perſonæ.*
4. *Sequitur hanc vocatio.*
5. *Cui ſuccedit præſentatio.*
6. *Deinde fit ordinatio.*
7. *Et tandem ſequitur inveſtitura ultimus electionis actus.*
8. *Adducitur hanc ad rem Ordin. Eccleſiaſtica Electoralis Saxonica.*
9. *Nec non conſilium Miniſterii Gryphiswaldenſis.*
10. *Reſcripta Electoralia. n. 11.*

1 CUm omnia decenter ac ordine in Eccleſiâ peragi debeant, incumbit pio Magiſtratui, in vocandis etiam Eccleſiæ miniſtris modum atque ordinem legitimum obſervare, qui equi-
2 dem † in Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis in nominatione Paſtorum, vocatione eorum, præſentatione, ordinatione & inſtitutione conſiſtit & abſolvitur; quæ tamen ab invicem probè diſtingui oportet.
3 Præcedit † enim (1.) Nominatio certæ perſonæ, quam Patronus Eccleſiæ ſive populo, qui pars Eccleſiæ eſt, in ſuggeſtu ad videndum & audiendum ſiſtit. Sequitur
4 (2.) hanc vocatio, † dum Eccleſiæ Patronus nominato & approbato literas vocationis transmittit, ut futurus ſit illius loci Pa-
5 ſtor. Hinc (3.) ſuccedit præſentatio, † quando Patronus nominatum & vocatum cum literis vocationis ad Epiſcopum vel Conſiſtorium ad examen & explorationem eruditionis atque morum ablegat. Quâ præ-
6 miſsâ (4.) † fit ordinatio pro more Eccleſiæ, adhibitis precibus ſolennibus manuumque impoſitione. Et tùm (5.) Paſtor novus ab Epiſcopo ſeu Superintendente inſtituitur &
7 inveſtitur: Eſtque hæc † inveſtitura actus ultimus, quo electio novi Paſtoris & miniſtri Eccleſiæ perficitur, isque in poſſeſſionem actualem officii ſui mittitur ac confirmatur. Et hi ſunt quinque illi actus diſtincti, quibus legitima Paſtorum electio atq; vocatio in Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis
8 peragitur, † veluti apparet *ex Ordin. Eccleſiaſt. Elector. Saxon. ſub tit.* Vom Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. *fol. 88.* §. Zum vierdten/ *ubi hæc leguntur verba:* So iemand das *jus patronatûs* oder *collatur* zu einiger oder mehr Pfarren/ *Prædicatur*en/ *Diaconat*, oder *ſubdiaconat* hätte/ ſol ihnen hiermit unbenommen ſeyn/ wann ſolche Kirchendienſte ſich entlediget/ daß ſie nach tüchtigen Perſonen trachten/ und dieſelbigen zu *nominir*en haben/ doch alſo/ daß ſolche Perſonen/ ſo dermaſſen *nominir*et/ zuvor unſerm *Conſiſtorio*, dahin die Pfarr gehörig/ zur Prob und *Examen præſentir*et und geſtellet/ und da dieſelbige/ wie die Ordnung ausweiſet/ *qualificir*et und tüchtig befunden/ daß ſie in der Lehre rein/ auch mit nothwendigen Gaben zu lehren von Gott begnadet/ eines ehrbaren Chriſtlichen Lebens und Wandels / darzu mit gnugſamer Urkund und *Teſtimoniis* erfunden/ auch wie andere unſere Kirchendiener/ gebührliche nachfolgende *promiſſion* erſtattet/ ſo ſollen ſie von unſern *Conſiſtorialen* mit Bericht / wie ſie in der Lehre geſchicket und rein befunden/ an unſern *Synodum* zur *Confirmation* verſchrieben werden.
† Cum quâ plane convenit judicium atque 9
conſilium Miniſterii Gryphisvvaldenſis *ſub tit. quo ordine electio ſit facienda in vocandis Paſtoribus & miniſtris, ubi inter alia hæc ponuntur verba:* Factâ electione perſonæ pius Eccleſiæ Patronus perſonam ritè electam præſentat Epiſcopo Eccleſiæ, id eſt, vocat eam & mittit ad Superintendentem cum literis præſentationis, ut eum Presbyterio ſuo eum examinet & judicet, an idoneus ſit ad eam Eccleſiam ſeu ad Miniſterium, ad quod vocatur. In Eccleſiis enim ritè conſtitutis Superintendenti & Presbyterio ejus, communi Eccleſiæ nomine jus examinandi, ordinandi & conſtituendi Presbyteros, commendatum eſt &c. apud Georg. Dedekennum *vol. 1. deciſ. eccleſiaſt. pag 378. numer. 4. §. facta electione, &c.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wittenbergenſi die 24. Octobr. Anno 1623.* 10
(*Verba Reſcripti:* Ob wir wol am 26. Septembr. nächſthin/ auf eure *Interceſſion* Severin Regenſtein zum *Subſtituten* nach klein Röſa zu verordnen anbefohlen: Dieweil aber doch hierzwiſchen der alte Pfarrherr verſtorben; So begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet Ausgangs der vier Wochen den Pfarrherrn zu Döbrich/ Johann Krügern zu Verrichtung einer Probpredigt die Cantzel zu klein Röſa/ und hernach Severin Regenſtein die zu Döbrig durch den ordentlichen Superintendenten eröffnen/ und wann beyderſeits Eingepfarrte mit ihnen

ihnen zufrieden/ denſelben durch unſere Beamten die *Vocationes* aushändigen/ und auf vorhergehendes *Examen* ihnen *reſpectivè* die *Ordination* und *Confirmation* widerfahren laſſen/ auch ihrer *Inveſtitur* halber gebührliche Anordnung thun/ daran geſchicht unſere Meynung/ ꝛc.)

Nec † *non Superintendenti & Præfecto Bitterfeldenſi die 23. Maji Anno 1627.* (*Verba* 11 *Reſcripti*: Wann dann daraus zu befinden/ daß von uns der vorige und itzige Pfarrer zu Reuden dahin gebührlich verordnet/ auf vorher gehaltene Probpredigt *vocir*et/ und von unſerm *Conſiſtorio* zu Wittenberg *examinir*et/ *ordinir*et/ *confirmir*et/ und von euch dem *Superintendent*en *inveſtir*et/ als laſſen wir es dabey billich verbleiben/ ꝛc.)

DEFINIT. XXIII.

Legitimæ vocationis requiſita in electione quoque ſubſtituti præcisè ſunt obſervanda.

SUMMARIA.

1. *Subſtitutus æquè ac ipſemet Paſtor à Patrono præſentari debet.*
2. *Patronus pro lubitu vocare nequit ſubſtitutum.*
3. *Sed requiſita electionis ſunt obſervanda.*
4. *Quibus ex rationibus & fundamentis? n. 6.*
5. *Paſtore defuncto ſubſtitutus ad paſtoratum admittendus.*
7. *Subſtitutus induit jus ejus, in cujus locum ſurrogatur.*
8. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 DIximus *ſupra Defin. 17.* ſubſtitutum æquè ac ipſum Paſtorem à Patrono præſentandum, nec miniſtro Eccleſiæ alium ſibi pro lubitu adjungere fas eſſe, ne ſcilicet juri patronatûs ullum inferatur præjudicium, Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 9. n. 40.* Sciat verò Patronus, † nec ſi-
2 bi jus eſſe ſubſtitutum pro animi ſententia & placito vocare, ſed juſtæ & legitimæ vocationis requiſita in ſubſtituti electione ob-
3 ſervare neceſſum habet, nempe † ut nominatus & vocatus Epiſcopo ad examen præſentetur, ordinetur ac confirmetur, *ſecundum tradita Defin. præced.* (1.) Ha-
4 bet ſiquidem † ſubſtitutus communiter ſpem ſucceſſionis indubitatam in paſtoratu, *Ordinat. Polit. Elector. Saxon. de Anno 1612. Rubr.* von *Conſiſtorial*-Sachen/ *n. 3.* §. auf daß auch. de quo *ſuprà defin. 18.* Quidni ergò eodem pariter modo, iisdemque ritibus adjunctus æquè ac ipſemet Pa-
5 ſtor conſtitueretur? (2.) † Præſertim quia Paſtore defuncto ſubſtitutus, cui ſpes ſucceſſionis facta eſt, ſtatim ad paſtoratum admittitur, ne ergò tum Eccleſia vel Parochiani novos impendere ſumptus neceſſe habeant, per legitimam ſubſtituti vocationem videtur huic incommodo occurrendum. (3.) † Et quis non animadvertit, per 6 ſubſtitutionem miniſtri parile periculum Eccleſiæ imminere, ſi nempe eligatur, qui ad docendum vel ratione morum ac vitæ, vel eruditionis idoneus haut ſit: quod ut avertatur, legitimæ vocationis requiſita obſervari neceſſitas efflagitat. (4.) † Quin & 7 aliàs qui in alterius ſubſtituitur locum, naturam quoque & jus ejus, cui ſuccedit, induere cenſetur, *argum. l. eo. §. qui injuriarum. 2. ff. ſi quis cautionibus. l. filiæ. 28. §. Titia. ff. de condit. & demonſtrat.* Panormit. *in cap. Eccleſia. 3. extr. ut lit. pendent.* Jaſon. *in dict. l. 10. §. 2. n. 2. ff. Si quis cantion.* Alexand. *lib. 4. conſil. 55. n. 12.* Jacob. Schult. *in addit. ad Modeſtin. Piſtor. part. 3. quæſt. 122. n. 40.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Johanni Joachimo à Bieſenbrau, Superintendenti in* 8 *Hayn & Præfecto* in Moritzburg/ *die 13. Auguſti Anno 1636.* (*Verba Reſcripti*: Hierauf iſt an ſtatt des Durchlauchtigſten Churfürſten zu Sachſen/ und Burggrafens zu Magdeburg/ ꝛc. unſers gnädigſten Herrns/ unſer Begehren: Wofern der Pfarrer bevorſtehende Michaelis die Pfarre übergeben wil/ Ihr wollet Inhalts der Policey-Ordnung der *Proviſion* halber/ mit dem alten Pfarrer und

deſſen *Succeſſorn*, doch nicht über den halben Theil des Pfarrlichen Einkommens/ ſonſten aber wegen des *Subſtituti* Unterhaltung billiche Vergleichung treffen/und uns dieſelbe zur *Ratification* einſchicken / darneben ihr der Superintendens dem *Subſtituten* die Cantzel zu einer Prob-Predigt eröffnen/ und wann die Eingepfarrten wider ſeine Perſon und Lehre nichts erhebliches einzuwenden/Ihr der *Collator* ihme die *Vocation* zu berührtem Pfarr-und *Subſtituten*-Amt / nebenſt künfftiger *Succeſſion* zuſtellen/ und ihr der Superintendens ihn zum *Examen, Ordination* und *Confirmation* anhero *præſentiren*/ ꝛc.

DEFINIT. XXIV.

Libera competit Patrono nominatio & vocatio novi Paſtoris ſine determinatione familiæ ac generis perſonarum.

SUMMARIA.

1. *Differt præſentatio à nominatione.*
2. *Requiſita vocationis ſæpius confunduntur.*
3. *Nominatio in quo conſiſtat?*
4. *Libera debet eſſe nominatio, nec ad certam familiam reſtricta.*
5. *Fundamenta & rationes hujus aſſerti.*
6. *Nec de jure divino res aliter ſe habet.*
7. *Probatio ex Ordinatione Eccleſiaſticâ deſumta.*
8. *Adducitur quoque Ordin. Politiæ in Electoratu Saxonico.*
9. *Sententia informatoria Conſiſtorii Supremi.*

1 QUam Pontificii præſentationem appellitant, eam Imperator Juſtinianus vocat nominationem, *in Novell. 123. cap. 18.* quæ tamen ab invicem multum diſtant, ut demonſtravimus *ſuprà Defin. 22.*
2 Sed nimirum ſæpè † vocationis legitimæ ad paſtoratum requiſita ita confunduntur, ut unum pro alio accipiatur, veluti quoque nominationem & vocationem promiſcuo loquendi uſu vulgò proferri videmus, cum tamen nominatio vocationem neceſſariò præ-
3 cedere debeat, *ſuprà dict. defin. 22. num. 3.* † Reſpicit nempe nominatio perſonam a Patrono ſeu Magiſtratu, cui jus patronatus plerumque competit, electam, quam ille Eccleſiæ ſive populo, qui pars Eccleſiæ eſt, in ſuggeſtu ad videndum & audiendum ſiſtit, Rittershuſ. *ad Novell. part. 1. cap. 7. n. 36. & 37.* Finckelthuſ. *de jur. patron. cap. 2. n. 13.*
4 † Et hæc nominatio ſeu vocatio, ſi cum vulgò loquaris, debet eſſe libera, & ad certas perſonas haut quaquam reſtricta. (1.) Etſi enim in Veteri Teſtamento penes Levitas tantùm erat miniſterii ſacri dignitas, *Nu-*
5 *mer. 3. verſ. 10.* † quia illa tribus erat typus Chriſti, ut Epiſtola ad Hebræos docet, *cap. 8.* attamen in novo Teſtamento res aliter ſe habet, nec miniſterium ad ullam certam familiam eſt alligatum, quia typus ille deſiit,
quare nec in † deſcriptione miniſtrorum 6
apud Paul. *1. ad Timoth. cap. 3. & ad Tit. 1.* ulla fit mentio familiæ, ex quâ eſſe debeant, ſed libera datur electio, Frider. Balduin. *in tract. de inſtit. miniſtr. cap. 6. in princip.*
(2.) † Atque hinc etiam libera datur ele- 7
ctio vel nominatio miniſtrorum abſque ullâ determinatione *in Ordin. Eccleſ. Elector. Saxon. ſub tit.* Vom Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. *§.* Zum vierdten. *in verb.* Sol ihnen hiermit unbenommen ſeyn / wann ſolcher Kirchen-Dienſt ſich erlediget/ daß ſie nach tüchtigen Perſonen trachten/und dieſelbigen zu
nominiren haben/ꝛc. (3.) † Clarius verò id 8
exprimitur *in Ordin. Politiæ provinc. de Anno 1612. tit.* Von *Conſiſtorial*-Sachen/ *n. 1. verſ.* ihren vielen Einhalt an ihrem *jure patronatus* geſchehe/mit Aufdringung ſolcher Perſonen/ꝛc. *junct. verſ.* Nun befinden wir. *in verb.* und keinem *Patrono* oder *Collatori* an ſeinen Rechten/ itzo angezogener oder anderer maſſen hinderlich zu ſeyn/ ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem* Meinhard und Sigiſmund von Etz- 9
dorff/ Gebrüdern zu Groß-und Klein-Agau/ *die 2. Januar. Anno 1618.* (*Verba Sent.* Seyd ihr und eure *Anteceſſores* mit dem Pfarr-Lehen des Orts / Krafft

der

der Lehen-Brieffe *expreſsè* und klar ohne einige *reſtriction* und *limitation* auf gewiſſe Herrſchafften oder einheimiſche Perſonen beliehen/ habt es auch alſo iederzeit für euch allein mit *voci*ren und *præſenti*ren *exerci*ret/ ꝛc. So erſcheinet daraus ſo viel/ daß ihr bey ſolcher Gerechtigkeit zu laſſen/ ꝛc.)

Definit. XXV.

Niſi ex conventione ac lege provinciali ad indigenas & ſtipendiarios nominatio ſit reſtricta.

SUMMARIA.

1. *Quibusdam in locis ſpeciali lege præferuntur aliis indigenæ & ſtipendiarii.*
2. *Conſuetudo & conventio jus facit.*
3. *Leges & ſtatuta juris vim obtinent.*
4. *Conveniuntque juri civili & canonico.*
5. *Ordin. Eccleſiaſtica ſtipendiarios promoveri jubet.*
6. *Indigenæ magis patriæ favent, quàm extranei.*
7. *Ideoque etiam in officiis politicis ſunt præferendi.*
8. *Sententia Conſiſtorii Supremi informatoria.*

1 SEd hoc ita, niſi conſuetudine, conventione aut lege provinciali nominatio novi Paſtoris ad filios indigenarum & ſtipendiarios fuerit reſtricta,
2 à quâ tùm neutiquam recedendum: † ſiquidem conſuetudo pariter & conventio jus facit, *l. 32. ff. de lib. l. jurisgentium. 7. §. 1. de pact. l. 2. C. de pact. int. emt. & vendit.* Ern-
3 eſt. Cothm. *1. conſil. 16. n. 4.* † obtinentque vim juris leges & ſtatuta municipalia, *l. omnes.* ibique Bartol. *ff. de juſt. & jur.* Joh. Azor. *inſtit. moral. lib. 5. cap. 25. quæſt. 1. part. 1.* Joh. Schneidvv. *ad §. 1. inſt. de jur. nat. gent. & civil.* Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 2. claſſ. 2. cap. 10. n 1.*
4 idque eò magis, † quia ejusmodi conventio & ſtatutum convenit juri communi, civili pariter & canonico, quo oriundus ex diœceſi, in quâ beneficium vacat, ſi idoneus eſt, aliis præfertur extraneis, *l. in Eccleſiis. 11. C. de epiſcop. & cler. l. tres tantummodò. 2. C. de offic. prætor. l. aſſumtio. 6. ff. ad municipal. cap. ne pro defectu. 41. extr. de elect. cap. bonæ memoriæ. 4. ex de poſtul. prælat. cap. te nobis. 4. extr. de cleric. peregrin.* Spino à Carcer. *in ſpec. teſtament. gloſſ. 3. princip. n. 32. & ſeqq.* Garcia *de benefic. part. 7. cap. 9.* Franc. Marci *lib. 1. decif. 633. n. 3.* Rochus de Curte *Rubr. de inſtitut. Epiſcop. numer. 47.* † Hinc & *Ordinatio Eccleſiaſtica Electoralis* 5
Stipendiarios ac indigenarum filios præ extraneis ad munus Eccleſiaſticum promoveri jubet *in articulo generali 1.* Von der *Ordination* §. Wollen wir hiermit *fol. 292. & Synodale decretum. pag. 4.* §. Gleich wie wir. *ibi:* Auch unſere *Stipendiat*en und Land-Kinder vor andern gleich uns in acht nehmen wollen/ ꝛc. Scilicet † quia in- 6
digenæ ratione naturæ & curæ magis patriæ favent, & majore fide ac charitate eidem obſtricti tenentur, *arg. l. 101. ff. de legat. 3. l. 17. §. 4. ff. ad municip.* Menoch. *lib. 5. præſ. 12.* quare † & in officiis politicis indigenæ idonei extraneis merito præferuntur; Arnold. Clapmar. *de arcan. rerumpubl. lib. 2. c. 23.* Chriſt. Beſold. *lib. 2. polit. cap. 3. §. 11. n. 6.* 7

Ita † *Conſiſtorium Supremum Dreſdenſe in eâdem causâ eodemque Reſcripto. (VerbaSent:* 8
Es hätte denn der Herr Reuſſe mit der Herrſchafft Einwilligung ſich einer gewiſſen Ordnung verglichen/ Inhalts der die eingebohrnen Land-Kinder und Seiner Gnaden *Stipendiat*en vor andern zu der *vacir*enden Pfarre und Schul-Dienſten beruffen werden ſolten/ auf ſolchen Fall wäret ich euch gleichfalls demſelben gemäß zu verhalten ſchuldig/ ꝛc.)

Defi-

DEFINIT. XXVI.

Piè agit Patronus, ex paribus nominans eum, cui parva eſt res familiaris, curtavè ſupellex.

SUMMARIA.

1. *Nominatio libera ad idoneum ſubjectum reſtricta.*
2. *Probatur hoc ex Ordinat. eccleſiaſtica.*
3. *Et articulis generalibus in Electoratu Saxoniæ.*
4. *Quisnam dicatur idoneus? n. 5.*
6. *Sincera requiritur Religio in novô Paſtore.*
7. *Inter plures præferri poteſt, cui numeroſa eſt ſoboles aut curta ſupellex.*
8. *Modò adſit eruditio & dexteritas.*
9. *In jure datur quandoque locus gratificationi.*
10. *Reſcriptum Electorale.*

Libera quantumvis eſt nominatio novi Paſtoris & miniſtri Eccleſiæ quoad electionem perſonæ, legitima ta-
1 men & reſtricta eſſe debet † ad idoneum ſubjectum. Nempe curet Patronus, ut idoneum nominet, tam quoad gravitatem morum, integram exiſtimationem & converſationem ac vitam exemplarem, *Novell. 6. cap. 1. Novell. 123. cap. 1. & cap. 12. can. qui Epiſcopus. 2. diſtinct. 23. cap. cum in cunctis. 7. extr. de elect. cap. grave. 29. extr.*
2 *de præbend.* † *Ordin. Elector. Eccleſiaſt. ſub Rubr.* Vom Beruff der Kirchen-Diener. *fol. 88.* §. Zum vierdten. *verb.* Eines erbarn Chriſtlichen Lebens und Wandels/ mit gnugſamer Urkund und *Teſtimoniis* erfun-
3 den/ ꝛc. *& gen. art. 16.* † Vom Leben und Wandel der Pfarrer. *fol. 337. in verb.* Sondern auch in ihrem Leben und Wandel ſich in Worten/ Wercken/ Geberden/ Kleidungen/ und allen andern erbarlich/ gegen männiglichen freundlich/ züchtig/ beſcheiden und demüthig verhalten. Garſ. *de benefic. part. 7. cap. 8.* Joh. Aloyſius Riccius *deciſ.*
4 *Neapolit. 133. n 1.* † quam quoad eruditionem, linguarum & SS. Theologiæ cognitionem, *dict. Novell. 123. cap. 1 & 12. dict. cap. grave. 20. extr. de præbend. cap. quamvis 15. extr. de ætat. & qualitat. cap. ad au-*
5 *dientiam. 11. extr. de Reſcript.* † *Ordin. Eccleſiaſt. Elector. Saxon. Rubr.* vom *examine* aller Kirchen-Diener. *fol. 89.* §. Zum andern. *ibi:* Sollen auch mit allem Fleiß ſeine Geſchickligkeit erkundigen/ was er in Heil. Schrifft zuförderſt/ und denn auch ſonſten *ſtudi*ret/ ob er nicht allein der Lateiniſchen/ ſondern auch der Griechiſchen und Hebreiſchen Sprache erfahren. imprimis verò † 6
quoad ſinceram Religionem, quam profiteri debet, *dict. Novell. 123. cap. 12. Ibi: & rectam fidem. dict. Ord. Eccleſ. Rubr.* Vom Beruff der Kirchen-Diener. *fol. 88.* §. Zum vierdten. *verſ.* Doch alſo. Plane ſi plures † 7
æquè idonei ambiant paſtoratum, rationem haberi poſſe ejus, cui vel numeroſa eſt ſoboles, vel curta ſupellex & modica res familiaris, nemo negaverit, quin potius piè facit Patronus promovens talem, quem uti eruditio & dexteritas commendat, ita paupertas econtra affligit, ut propterea ipſi ſuccurrere religio ſit. Nec † enim quicquam 8
impedimento eſſe poteſt, ſi eruditio, mores, modeſtia & dexteritas in ipſò ſit conſpicua, unde ſatis idoneus judicatur ad ſubeundam Paſtoris functionem. *ſæpe allegata Novell. 123. cap. 1. & 12. can. Epiſcopus. diſtinct 23.* præſertim † cum in jure quan- 9
doque locus detur gratificationi, *l. ſi plura 46. ff. de relig. & ſumt. funer. l. ſi quis. 3. §. 4. ff. ad SCtum Syllan. l ſi quis 8. §. ſi inter duos. 3 ff. de legat. 2.* Aſin. *ad dict. l. 46. n. 1. & ſeqq ff. de relig. & ſumt. funer.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti* zu Beltzig *die 8. Maji Anno 1633. (Ver-* 10
ba Reſcripti: Demnach *M. Johann Georg* Seldt die Pfarre zu Lindau auf anderweit erlangte Beförderung unterthänigſt *reſigni*ret/ und wir darum von Johann Sachſen in Unterthänigkeit angelanget worden; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet uns ein paar *qualificirte* Pfarrer in eurer Pflege/ die bishero auf unſerm Leben und geringern Einkommen ſich wohl verhalten/ und viel Kinder haben/ oder bey vorgegangener Unruhe mercklichen Scha-

Schaden gelitten/unverzüglich benennen/und darauf unſerer fernerer *Reſolution* gewarten/daran geſchicht unſer Will und Meynung/und wir ſeyn euch mit Gnaden gewogen/ ꝛc.)

DEFINIT. XXVII.

Conſenſu totius Eccleſiæ omniumque diœceſi ſubjectorum ſeu parochianorum, nempe Cleri, Magiſtratûs ac plebis vocandi ſunt Paſtores & miniſtri Eccleſiæ.

SUMMARIA.

1. *Eccleſia non monarchicè nec democraticè, ſed ariſtocraticè gubernanda.*
2. *Cura Eccleſiæ ad poteſtatem politicam ſpectat.*
3. *Eccleſia ex triplici ſtatu conſtat.*
4. *Conſenſu Cleri & parochianorum novi Paſtores vocandi.*
5. *Rationes & fundamenta hujus aſſerti.*
6. *Vocati Paſtores non Principis, nec populi, ſed Eccleſiæ dicuntur miniſtri.*
7. *Allegantur ſanctiones Pontificum hâc de re.*
8. *Et decreta Conciliorum. n. 9.*
10. *Adducitur fundamentum ex jure divino.*
11. *Nec non ex Ordin. Eccleſ. & Polit. in Electoratu Saxoniæ. n. 12.*
13. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 14. 15. 16.*

1 NOn democraticè, nec etiam monarchicè, ut vult Bellarmin. *libr. 1. de pontific. cap. 5. 9. ac ſeqq.* ſed ariſtocraticè gubernari debet Eccleſia, Balthaſ. Meiſner. *de regim. eccleſiaſt.* Beza *ad cap. Matth. 18. verſ. 17.* Parcker *in tract. de polit. eccleſiaſt. lib. 3. cap. 13. & ſeqq.* Chriſt. Beſold. *de appellat. cap. 4. ſect. 10 & de majeſt. ſect. 2. cap. 3* §. 2. Balth. Menzer. *in exeg. Auguſt. Confeſſ. art. 16.* Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3.*
2 *claſſ. 1. c. 6. n. 14.* † Quantumvis ergò cura vocationis ad ſolum Patronum & poteſtatem politicam ſpectet, ipſa tamen vocatio totius Eccleſiæ munus eſt, quæ ex triplici
3 ſtatu conſtat, † eccleſiaſtico nempe, politico & populari: quare non modò ſecularis Magiſtratûs, ſed etiam Cleri ac populi, omniumque Parœcianorum, der Eingepfarr-
4 ten/ conſenſus ad vocationem † accedat neceſſe eſt, Joh. Gerh. *in loco de miniſter. eccleſiaſt. ſect. 7. in pr.* Frider. Bald. *de inſtitut. miniſt. cap. 6. p. 49.* Henr. Eckard. *de ordinat. eccleſiaſt. fol. 90.* Joh. Förſter. *in diſput. ad Decalog. decad. 1. probl. 10.* Hugo Grotius *de pietate Ordinum Holland. fol. 50.* Hadrian Sevariam *in tract. de gradib. miniſt. cap. 23. n. 27.* Chriſt. Beſold. *de majeſt. dict. ſect. 2. cap. 4. in pr.* Reink. *dict. cap. 6. n. 2. & 3.* Collim. *conſil. Academ. 2. à princ.*
5 (1.) † Cui namque datæ ſunt claves Regni cœlorum, illi etiam conceſſa eſt poteſtas vocandi idoneos Eccleſiæ miniſtros: quis verò inficias ibit, toti Eccleſiæ competere claves Regni cœlorum, *Matth. 18. verſ. 17.* Winckelmann. *de jure vocandi miniſtr. in diſput. 1. tom. 3. Gieſſenſ. th. 37.* Frider. Bald. *de caſib. conſcient. lib. 4. c. 5. caſ. 3.* Conrad. Dieter. *in inſtit. catechet. in explicat. Symb. Apoſtol. loc. de vocat. miniſtr. p. 511. & ſeqq.*
† unde legitimè vocati neque Principis ne- 6
que populi, ſed Eccleſiæ miniſtri propriè dicuntur, Johan. Himmel. *in diſput. de natur. eccleſiaſt th. 149.* (2.) Quòd & convenit menti † Leonis Papæ *in c. nulla. diſt. 62. c. metro-* 7
politano. c. vota civium. diſt. 63. c. de perſonâ. diſtinct. 65. Cæleſtini Pontificis, *c. cleris. diſt. 63.* nec non Gelaſii, Nicolai, Bonifacii, Pelagii, & imprimis Gregorii Magni, Leonis IV. Hadrian. III. Paſchalis II. & Eugenii III. *in c. quia, c. quanto. c. plebs. c. epiſcopos. c. literas. diſtinct. 63.*
(3.) † Nec abnuunt decreta Conciliorum, 8
veluti patet ex Concilio Antiocheno in *can. 23.* qui extat *in can. epiſcopo. 8. quæſt. 1.* Conſtantinopolitano I. *ex epiſtolâ, de quâ in tripartitâ hiſtor. lib. 9. cap. 14.* Concilio Carthaginenſi III. *c. 22. c. nullus diſtinct. 24.* Carthaginenſi IV. *c. 1. & 22.* Aurelianenſi
III. *cap. 2.* † Aurelianenſi V. *c. 3.* Toletano 9
IV. *c. 18. c. qui in aliquo. diſtinct. 51.* Lugdunenſi ſub Paſchali II. habito, teſte Avent.

lib.

lib. 6. annal. Hilar. Epiſcopus Pictavienſis *in epiſt. ad Conſtantin. Auguſt.* Nazianz. *in orat. funebr. poſt obitum patris.* Baſilius *ad Melat. epiſt. 58.* Euſeb. *libr. 3. hiſtor. c. 11.* Ambroſ. *epiſt. 82.* Chryſoſt. *de ſacerdot. libr. 4.*
10 (4.) Sed quid multis opus autoritatibus, † cum idem ex ſacro Codice diſcere liceat, Apoſtolum ſiquidem Matthiam, Diaconos ſeptem, & Presbyteros Eccleſiæ ſuffragiis Chriſtianorum & conſenſu univerſi cœtus ad Miniſterium fuiſſe vocatos, legimus *in Actis Apoſtol. cap. 1. 6. 13. & cap. 14. 15.* Balduin. *dict. loc.* (5.) Quò & tandem reſpici-
11 unt † verba *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. ſub tit.* Vom *examine* aller Kirchen-Diener/ *circa fin. fol. 95. §.* Alſo iſt auch *ibi:* daß keiner Kirchen wider ihren Willen ein Kirchendiener aufgedrungen werde. *Ac poſtea:* † Dergeſtalt auch die Kirchen ihre or- 12
dentliche *Vocation* haben und behalten/ ꝛc. *It. ſub. tit.* Wie ein Kirchendiener von den *Conſiſtorial*en ſeines Amts halber zu erinnern/ ꝛc. *in pr. fol. 96. ibi:* und durch die Kirche ordentlich *vocir*et und beruffen iſt/ ꝛc. *Et in Ordin. Polit. de an. 1612. tit.* Von *Conſiſtorial*-Sachen/ *n. 1. ibi:* Und ſonſten die Eingepfarrten ſeiner Lehr/ Lebens und Wandels halber nichts erhebliches anzuziehen/ ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum* an Ober-Hauptmann zu Freyberg *die 1. Sept. Anno 1615.* 13
(*Verba Reſcripti:* Ob wir ihme nun wol die gebetene *Ordination* gerne hätten widerfahren laſſen: So haben wir nicht allein aus ſeinem eigenen Bericht vernommen/ daß er dieſes Orts noch keine Prob-Predigt gethan/ noch darbey der Eingepfarrten *conſens*, als ein *ſubſtantiale requiſitum legitimæ vocationis*, erlanget/ ꝛc.)

It. † *Superintendenti Pirnenſi die 4. Maji Anno 1635.* (*Verba Reſcripti:* Ihr wollet er- 14
meldtem *G. W.* die Cantzel zu Verrichtung einer Prob-Predigt zu Lauenſtein/ wo müglich/ aufietzigen bevorſtehenden Himmelfahrtstag eröffnen/ und wann die Eingepfarrten wider ſeine Perſon/ Lehr/ Leben und Wandel nichts erhebliches einzuwenden/ alsdann erſt den von Bünau ihme die *Vocation* aushändigen/ und den *conſenſum Eccleſiæ* hinein ſetzen laſſen/ wolten wir uns dann auf anderweite *Præſentation* ferner zu bezeigen wiſſen/ hieran geſchicht höchſtgedachter Ihr. Churfl. Durchl. Will und Meynung/ ꝛc.)

It. † *L. Paulo Sperlingen* zu Stolpen *die 23. Junii Anno 1635.* (*Verba Reſcripti.* So iſt 15
hierauf an ſtatt Ihr. Churfl. Durchl. unſer Begehren: Ihr wollet euch hinführo bey Annehmung eines neuen Pfarrers darnach achten/ damit wir wegen der Eingepfarrten *Conſens* und Einwilligung gewiſſe Nachrichtung haben können/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti Freibergenſi die 31. Maji Anno 1633.* (*Verba Reſcripti:* Würdiger 16
und wohlgelahrter guter Freund/ Wir können euch nicht bergen/ daß uns *Auguſtus* von Schönberg zum Porſchenſtein kurtz verruckter Zeit zween *Paſtores* nacher Pfaffroden und Sayda *præſentir*et. Wann dann in den *Præſentation*-Schreiben von ihme nicht gemeldet/ welcher geſtalt ſie ihre Prob-Predigten verrichtet/ auch ob die Eingepfarrten mit ihrer Perſon zufrieden geweſen; Als iſt hiermit an ſtatt Churfl. Durchl. ꝛc. unſer Begehren/ Ihr wollet uns/ ob gedachter *Collator* bey euch um Eröffnung der Cantzel angeſuchet/ auch wie es allenthalben damit beſchaffen/ ehiſt Bericht einſchicken/ ꝛc.)

DEFINIT. XXIIX.

Nec ſubſtituti ſive adjuncti ſine totius Eccleſiæ conſenſu ad functionem paſtoratûs admittuntur.

SUMMARIA.

1. *Jus vocandi miniſtros non ſoli competit Magiſtratui aut Patrono.*
2. *Nec ſoli populo vel Clero, ſed toti Eccleſiæ.*
3. *Idque etiam de jure civili.*
4. *Quondam tota Eccleſia eligebat Pontificem.*
5. *Nec ſubſtitutus ſine totius Eccleſiæ conſenſu admittendus.*
6. *Quibus ex rationibus & fundamentis? num. 9.*
7. *Spes ut plurimùm fieri ſolet ſubſtituto de futurâ ſucceſſione.*
8. *Indifferenter Ordinatio Eccleſiaſtica requirit conſenſum Eccleſiæ ad vocationem miniſtrorum.*
10. *Reſcripta Electoralia. n. 11.*

Appa-

1 Apparet ergò ex prædictis, jus vocan-
di miniſtros non ſoli competere Pa-
trono aut Magiſtratui, ut hodiè po-
litici contendunt, quod & jam olim
voluit hæreſis Henriciana, & Baronio Leh-
man. *3. cap. 24. fol. 240. col. 2.* † neque popu-
2 lo ſoli, ut docent Anabaptiſtæ; neque Epiſco-
pis ſolis, ut Catholici prætendunt; ſed Ec-
cleſiæ toti Quod & antiquioribus Pontifi-
cum ſanctionibus convenit, ut demonſtravi-
mus *Definit. proced.* in quam ſententiam re-
ſcripſit etiam Imp. Anaſtaſius *in l. jubemus.*
3 *19. in fin. ibi:* † *ita enim eos præcipimus ordi-*
nari, ut reverendiſſimorum Epiſcoporum, nec
non Clericorum & honoratorum ac poſſeſſo-
rum & Curialium decreto conſtituantur. C. de
Epiſcop. audient. Quin & in electione Sacer-
4 dotum ac Pontificis ſummi † non tantùm
Cleri, ſed & populi, ac ita totius Eccleſiæ par-
tes olim fuiſſe, fatetur Vincent. Cabotius *1.*
diſput. 4. Quid verò juris, ſi Paſtori vel mi-
5 niſtro Eccleſiæ ſubſtitutus adjungatur? †
Neque hunc ſine totius Eccleſiæ ſcitu & con-
ſenſu ad functionem Eccleſiaſticam admit-
tendum, dixeris rectiſſimè: (1.) non ſolum-
6 modo † quia ſubſtituti locum ejus, cui ſub-
ſtituuntur, intrant, ut ſic jus parile induere
cenſeantur, *arg. l. filiæ. 28. §. Titia. ff. de condit.*
& demonſtrat. Jaſon. *in l. 10. §. qui injuria-*
rum. 2. ff. ſi quis caution. Alexand. *lib. 4. con-*
ſil. 55. num. 12. 13. (2.) † ſed etiam quod ſpes 7
ſucceſſionis in paſtoratu ut plurimùm ipſis
fiat, ſi Paſtorem ultimum claudere diem
contingat, prout manifeſtum redditur ex
Ordinat. Polit. Elector. Saxon. de Anno 1612.
ſub tit. von *Conſiſtorial-*Sachen. *n. 3.* §.
Auf daß auch ꝛc. *ſupr. Defin. 18.* (3.) † At- 8
que hinc Ordinatio Eccleſiaſtica ad voca-
tionem miniſtrorum totius Eccleſiæ conſen-
ſum requirens, non de Paſtoribus, ſed indif-
ferenter de miniſtris Eccleſiæ loquitur, *ſub*
tit. vom *Examine* aller Kirchen-Diener.
circa fin. fol. 95. §. Alſo iſt auch. *in verb.* daß
keiner Kirchen wider ihren Willen ein Kir-
chen-Diener aufgedrungen werde. Quis
verò ſubſtitutum inter miniſtros Eccleſiæ
referri negare auſit? (4.) † Et clariùs hoc 9
exprimit *Ordin. Polit. de Anno 1612. tit.* von
*Conſiſtorial-*Sachen. *n. 1.* ubi Eccleſiæ con-
ſenſum requirit ad vocationem miniſtro-
rum, quos præſentari ac confirmari neceſ-
ſum eſt, *in verſ.* Wann die *præſentir*te Per-
ſon *in Examine* tüchtig befunden/ ꝛc. Atqui
ſubſtitutos ſive adjunctos æquè ac ipſos Pa-
ſtores præſentari & confirmari diximus *ſupr.*
Defin. 23.

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti Chemnicenſi & Præfecto in* Stolberg/ 10
die 19. Januar. Anno 1620. (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer unterthänigſter Bericht
Eſaiam Pufendörffern betreffend/ welchen der Pfarr zu Dorff Chemnitz Chri-
ſtoph Vieweger zum *Subſtituten* begehret / gebührlichen vorgetragen worden:
Wann aber die Eingepfarrten in ihrem an euch gethanen Schreiben wider er-
wähnten Pufendörffern *in ſpecie* nichts eingewendet: Als begehren wir hiermit
gnädigſt/ Ihr der Superintendens wollet ihme noch einmal in euer/ oder euers
Adjuncten Gegenwart eine Predigt verrichten/ auch die Eingepfarrten *in ſpecie,*
was ſie an ſeiner Perſon und Lehre zu tadeln/anzeigen laſſen/ und uns ſolches ne-
benſt eurem Bedencken in Unterthänigkeit berichten/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti Annæbergenſi & Præfecto* in Lauterſtein/ *die 15. Julii An. 1629.* (*Ver-* 11
ba Reſcripti: Und wofern die Eingepfarrten wider ſeine Lehr und Perſon nichts
erhebliches einzuwenden/du der Schöſſer ihme die *Vocation* zu beſagter *Subſtitu-*
tion und künfftiger *Succeſſion* aushändigen/ ꝛc.)

Definit. XXIX.

Non repræſentat Ordinem politicum & ſecularem in vocatione miniſtrorum Eccleſiæ Senatus oppidanus, qui Schrifftſaſſius non eſt, ſed Amtſaſſius.

SUMMARIA.

1. *Religio & pietas directò non ſunt curæ adminiſtrationi politicæ.*
2. *Magiſtratus ut membrum Eccleſiæ Religionem ſinceram promovere tenetur. num. 5.*
3. *Eccleſia ariſtocraticè adminiſtrari debet.*

4. Magiſtratus politicus eſt præcipuum Eccleſiæ membrum.
6. Non ergò arcendus à vocatione miniſtrorum Eccleſiæ.
7. Reges ac Principes ſunt Eccleſiæ oves.
8. Sed & ejus nutritii.
9. Exempla adducuntur Regum Iſraëlitarum.
10. Cura vocationis Paſtorum ad inferiores etiam ſpectat Magiſtratus.
11. Non tamen ad Amtſaſſium, qui propriè Magiſtratus non eſt.
12. Præfectus ſuſtinet Magiſtratum in oppido, quod ejus præfecturæ ſubeſt.
13. Reſcriptum Electorale.

1 ETſi Religio & pietas, etiam ex mente
Proteſtantium ſaniorum, directò non
curæ ſunt politicæ adminiſtrationi,
quippe quæ externam tantummodò
incolumem ſervat honeſtatem, Chriſtophor.
2 Beſold. *de majeſt. ſect. 2. cap. 3. in pr.* † Ma-
giſtratus tamen politicus vel ſaltem ut mem-
brum Eccleſiæ Religionem ſinceram promo-
vere, cultum divinum fovere, ordinemque
debitum inſtituere debet. Georg. Caſſand.
*in conſultat. de articul. inter Cathol. & Pro-
teſtant. controv. artic. 16.* Nicol. Cuſan. *l. 3.*
3 *de concord. cathol. cap. 7. & 11.* † Scilicet
quia Eccleſia non monarchicè ſed ariſtocrati-
cè adminiſtrari debet, ut diximus *ſuprà Defi-
nit. 27. in pr.* Magiſtratus politicus, † qui
4 præcipuum Eccleſiæ membrum eſt, ab ad-
miniſtratione nequaquam excludi poteſt,
Beſold. *dict. cap. 3. §. 2.* Hugo Grotius *in*
5 *pietate Ordinat. Holland.* Eamque † ob cau-
ſam Jehova Regi Iſraëlitarum Deuteronomii
librum tradit, quem legat omnibus diebus
vitæ ſuæ, ut diſcat timere Dominum Deum
ſuum, & cuſtodire verba ac ceremonias ejus,
Deuteron. 17. verſ. 18. & c. Joſ. 1. verſ. 8. cui
conſequens, nec à vocatione Miniſtrorum
6 Eccleſiæ † arcendum eſſe Magiſtratum po-
liticum, ſed curam hanc non minus ad
ipſum, quam ad Clerum & populum ſpecta-
re, Frider. Balduin. *de inſtitut. miniſtr. cap. 6.
pag. 49.* Henr. Eckard. *de Ordin. Eccleſ. fol.
90.* Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & ec-
cleſiaſt. l. 3. claſſ. 1. cap. 6. n. 16.* niſi hoc ob-
ſtare exiſtimaveris, † quod Reges & Princi-
pes ſint in numero ovium, qui ſe totos Paſto- 7
ribus committere, adeòque non de iis vocan-
dis ſolliciti eſſe debent. Aſt divinis in literis
Reges non oves modò, † ſed nutritii etiam
Eccleſiæ appellitantur, qui licet ipſi nec oves 8
paſcere, nec de pabulo judicare debent, atta-
men ovibus de idoneis Paſtoribus proſpice-
re, & ut illis idoneum pabulum ſuppetat pro-
videre tenentur, Georg. Caſſand. *dict. art. 16.
in fin.* idque exemplo piorum Regum, † Da-
vidis, Joſaphati, Joſiæ, Conſtantini Magni, 9
Theodoſii, & aliorum, *c. reatina. c. Hadria-
nus. c. in ſynod. diſt. 63.* Reink. *dict. cap. 6. n.
16.* Nec de ſupremo Principe id ſolummodo
accipi velim, † verùm etiam inferioribus Ma-
giſtratibus cura vocationis miniſtrorum in- 10
cumbit, ut ſcilicet unà cum Clero & populo
eligant Paſtorem, modò ſint Schrifftſaſſii &
jus patronatûs habeant, exerceantque juris-
dictionem: † Amtſaſſius enim in oppido
Senatus vix propriè dicitur Magiſtratus; 11
quare licet ut plebis membrum in vocatione
miniſtrorum Eccleſiæ conſideretur, Ordi-
nem tamen politicum vel ſtatum ſecularis
Magiſtratûs haut repræſentat, † quippe hunc
ſuſtinet Præfectus ſeu Quæſtor, cui Senatus 12
oppidanus ſubeſt, Caſpar. Ziegler. *ad pract.
Nicol. Calvol. §. Schrifftſaſſii & Amtſaſſii.*

*Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Conſiſtorio Wittebergenſi, die 11. Dec. Anno 1626. (Verba
Reſcripti:* Wir haben aus euerm unterthänigſten Bericht vernommen: Ob wol 13
die andern Eingepfarrten zu Niemeck mit des neuen dahin verordneten *Diaconi
N. N.* Lehre und Perſon gar wohl zufrieden geweſt/ daß doch der Rath daſelbſten
wider ihn eine *Proteſtation* eingewendet. Wann dann gedachter Rath nur Amt-
ſaſſen/und deſſen/was denen auf Cantzley-Schrifft geſeſſenen Städten verſtattet/
ſich nicht anzumaſſen/ erwähnter *N. N.* auch ihr Stadt-Kind iſt und ſeines Ver-
haltens gutes Zeugniß erlanget; Als laſſen wir es des Raths unerheblichen Ein-
wendens ungeachtet bey unſerer am 23. Octobr. dieſes Jahres gethaner Verord-
nung verbleiben; Und begehren hierauf gnädigſt/wofern mehr-gedachter *N. N.
in Examine* darzu tüchtig befunden/ihr wollet derſelben unverlänget nachkommen/
und den Rath darauf beſcheiden/ꝛc.)

DEFI-

Definit. XXX.

Conſenſus quoque populi & parœcianorum, der Eingepfarrten/ ad vocationem Miniſtrorum Eccleſiæ requiritur: nec iis invitis novus obtruditur Paſtor.

SUMMARIA.

1. Poteſtati nomotheticæ rerum ſpiritualium cura haut competit.
2. Quod multis demonſtratur rationibus à Chemnitio & Beſoldo.
3. Labor reformationis ad totam Eccleſiam ſpectat.
4. Licet directionem gerat Magiſtratus & quare hoc?
5. Idem habendum de reformatione Ceremoniarum.
6. Quarum cura etiam toti incumbit Eccleſiæ.
7. Eccleſia quot ſtatibus conſtet?
8. Magiſtratus politicus in vocatione miniſtrorum Eccleſiæ reliquos ſtatus excludere haut debet.
9. Parochianorum diſſenſus in vocatione novi Paſtoris juſta niti debet cauſâ & ratione.
10. Invitis parochianis novus non eſt obtrudendus Paſtor.
11. Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 12.

1 ERrant profectò, qui poteſtati nomotheticæ ſpiritualium rerum curam propriè attribuunt, & Principem Imperio ac jure regio cultum divinum reformare poſſe, ſubditosque reformationi locum dare debere cenſent, quod equidem pluribus probare connititur David Paræus *in tract. de jur. reg. contra Papam. quæſt. 10.* Zepper. *2. de legib. Moſaicis. cap. 2.* Jacob. Armin. *in articulis junctis. Epiſt. ad Hippolit. de Collibus tit. de magiſt.* Parker. *de polit. ec-*
2 *cleſiaſt. 1. cap. 34.* † ſed multis id refellit rationibus & argumentis Martin. Chemn. *in loc. theolog tit. de eccleſ. cap. 4. fol. 324.* & poſt eum Chriſt. Beſold. *de majeſt. ſect. 2. c. 3.*
3 *§. 5.* Incumbit namque † labor reformationis toti Eccleſiæ, *2. Sam. 7. 2. Chron. 30. v. 22.* cujus membrum ſaltem eſt Princeps ac Magiſtratus, non tota Eccleſia, nec dominus Eccleſiæ, ſed nutritius, imò tantummodò miniſter, Jacob. Herbrand. *in Diſputat. de adiaphor. & Calendar. Gregor.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3.*
4 *claſſ. 1. cap. 6. n. 5.* † licet curam ac directionem Reformationis externam ſoli Magiſtratui ceu nobili Eccleſiæ membro & nutritio tribuendam facilè conceſſerimus, quod & innuunt *verba Transactionis Paſſavienſis & Pacificationis Religioſæ:* Der Augſpurgiſchen *Confeſſion,* ſo ſie in ihren Fürſtenthumen auffgerichtet/ oder nochmals auffrichten würden. *in* §. und damit. *Receſs. Imper. de Anno 1555.* Reinking. *dict. cap. 6.*
5 *n. 7. & 9.* † nec majorem habet poteſtatem ſecularis Magiſtratus in ceremoniis aliisque rebus eccleſiaſticis, de quibus etiam non niſi cum aliis Eccleſiæ membris decer-
nere valet; atque ita † non tam Magiſtra- 6
tus, quam ipſa Eccleſia, quæ eſt materfamilias & claves gerit, de iſtis cauſis ſtatuendi poteſtatem habet, Polycarp. Leyſer junior. *in diſput. ad formul. Concord. dec. 9. quæſt. 6.*
Scilicet † non ex ſolo Magiſtratu Eccleſia con- 7
ſtat, ſed etiam ex Paſtoribus & auditoribus; quare & horum conſenſum in vocandis Eccleſiæ miniſtris adhiberi neceſſum eſt, Balth. Mentzer. *in exeg. Auguſt. Confeſs. artic. 14.* Frid. Bald. *de inſtitut. miniſt. c. 6. p. 49.* Joh. Gerhard. *in loc. de miniſt. eccleſiaſt. ſect. 7.*
in pr. Reink. *dict. c. 6. n. 4.* † Sicut enim 8
Pontifex Romanus cum ſuis committit ſacrilegium in eo, quod electionem & vocationem miniſtrorum eripuit Eccleſiæ, & ad ſe ſolum ſuosque transtulit: ita ejusdem criminis reus eſt etiam Magiſtratus, quando excluſis Miniſteriô & reliquâ Eccleſiâ ſibi ſoli poteſtatem vocandi miniſtros Eccleſiæ vendicat, Chemnit. *dict. loc.* Beſold. *dict.*
cap. 3. §. 4. † judicium ergò & conſenſus 9
Eccleſiæ ſeu parochianorum adhibeatur, qui ſi juſtas recuſandi cauſas habeant, eas Patrono indicent, vel ſi nullas habeant, in electionem & vocationem conſentiant: quia
invitis † obtrudendus Paſtor non eſt, *jux-* 10
ta canonem: Sacerdotum eſt electio: fidelis populi eſt humiliter conſentire, *c. cum longè. 25. in fin. diſt. 63. Ordin. Eccleſ. tit.* von *examine. circa fin. fol. 95.* §. Alſo iſt auch unſer Wille/ *ibi:* daß keiner Kirchen wider ihren Willen ein Kirchen-Diener auffgedrungen werde. Sigism. Finckelth. *de jur. patronat. cap. 6. n. 78. pag. 255. in fin.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Dresdenſe Henrico* Hildebrandt *ab* Einſiedel/ *Archidiacono & Præfecto Chemnicenſ. die 16. Auguſti Anno 1635.* (*Verba Reſcripti:* Ob nun wol itztgedachter Pfarrherr nach geſchehener Vorhaltung ſich zum Theil entſchuldiget/ theils *depreci*ret und Beſſerung zugeſaget/auch bis *dato* wider denſelben bey uns nicht geklaget worden/ ꝛc. Dieweil aber dennoch niemand kein Seelſorger/ wann erhebliche Urſachen der Verweigerung vorhanden/aufzudringen/ ſondern alles mit gutem Willen geſchehen ſol: Als iſt hiermit an ſtatt Churfl. Durchl. zu Sachſen ꝛc. unſer Begehren/ihr ſämtlich wollet/ſo bald zu geſchehen müglich/ den Pfarrer und die Eingepfarrten *N. N.* vor euch erfordern/ zwiſchen den Partheyen gütliche Handlung pflegen ꝛc. und wann ihn die Eingepfarrten für ihren Seelſorger erkennen und gutwillig aufnehmen/ihr der *Archidiaconus* und Schöſſer unſern am 8. Julii jüngſthin an euch ergangenen Befehlich unverlänget zu Wercke richten/im widrigen Fall aber uns ihr ſämtlich eure Verrichtung mit Zurückſendung der Beylagen zu fernerer Verordnung anhero zu erkennen geben/ ꝛc.) 11

Et † *Antonio à Walwitzen in Schweta die 2. Maji Anno 1621.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euer Schreiben und des Superintendenten zu Oſchatz *Præſentation* verleſen hören: Wann denn daraus zu befinden/ daß die eingepfarrte Dorffſchafften mit *M. M.* Perſon nicht zufrieden geweſen: So haben wir auf dieſes Mittel gedacht/ wann ihr Zeigern *M. J. R.* von Kampnitz unſers gnädigſten Herrn *Stipendiarium* zu Wittenberg/ eine wohl-*qualificir*te Perſon/wie ſeine *Teſtimonia* bezeugen/ und wir befunden/nach gehörter Prob-Predigt mit Einwilligung der Eingepfarrten *vocir*en wollet/ auf ſolchen Fall wären wir erbötig/ euern *Pædagogum M. M.* alſobalden zum *Stipendio*, und hernach anderswo zu Dienſten zu befördern/ da euch aber dieſes Mittel nicht annehmlich ſeyn ſolte/ ſo werdet ihr uns förderlichſt eine andere *qualificir*te Perſon/ dawider die Eingepfarrten nichts erhebliches einzuwenden/ anhero *præſentir*en laſſen/ ꝛc.) 12

DEFINIT. XXXI.

Conſenſus & judicium populi de novo Paſtore non committendum promiſcuæ plebis arbitrio: quôve medio ac modo id explorandum?

SUMMARIA.

1. *Conſenſu populi Eccleſiæ miniſtri vocandi.*
2. *Hujus judicium verò non promiſcuæ plebis arbitrio committendum.*
3. *Sed explorandum ab Optimatibus ordinum ſingulorum.*
4. *Vel etiam à Præfectis Eccleſiæ.*
5. *Aut tandem per Magiſtratum plebem repræſentandem id exprimentum.*
6. *Adducuntur verba Beſoldi. n. 7.*
8. *Jus vocandi miniſtos Eccleſiæ quomodo exercendum?*
9. *Cujusque loci conſuetudo attendi debet.*
10. *Reſcriptum Electorale.*

1 Ritè igitur Eccleſiæ præficietur Antiſtes, quando populus pariter in eum acclamaverit, quem Clerus ſeu Miniſterium & Magiſtratus elegerint, *Defin. præced. in fin.* Quod tamen populi judicium † promiſcuæ multitudinis arbitrio, vel 2 potius temeritati committendum haut eſt, quia plebs ſeu multitudo ſæpè clamoribus, ſæpè precibus, ſæpè etiam pretio excitata moveri ſolet, *can. ſi ergò. 16. cauſ. 8. quæſt. 1.* Winckelm. *de jur. vocand. miniſtr. diſp. 1. tom. 3. Gieſ. th. 57. & ſeq.* Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 6. num. 19.* ſed explorandum eſt judicium populi; (1.) † vel ab Optimatibus ſingulorum ordinum, quorum arbitrio populus 3 ſtare ſolet: quo de modo verba *Ordin. Eccleſ.* accipienda, *in Rubrica* vom *examine* aller Kirchen-Diener. §. Alſo iſt auch. *verſ.* darauf nachmals der Superintendens die Pfarr-Kinder befragen ſol/ob ſie ihn zum Pfarrer oder Kirchendiener/ Lehr und Lebens/ ſeiner Sprache halber/ oder in andere Wege leiden mögen oder nicht/ ꝛc. *fol. 95.*

4 *fol. 95. circa fin.* (2.) † Vel à præfectis Ec-
cleſiæ, quos vulgò appellitant, die Kirchvä-
ter. (3.) Quin & populi ſeu plebis nomine
5 quibusdam in locis † ſaltem Magiſtratûs
plebem repræſentantis conſenſus & ſententia
exploratur, ad præcavendas contentiones in-
ter plebem & parochianos, de quo notabili-
ter hæc verba reliquit ſcripta Chriſtoph. Be-
6 ſold. † Jam conſtitutâ (*inquit*) Religione &
Eccleſiâ interdum adminiſtratio rerum qua-
rundam ad Eccleſiam ſpectantium, Imperan-
tibus (nomen populi complectente Magi-
7 ſtratu) ſapienti conſilio committi poteſt. †
Sicque in Germania directionem habent Sta-
tus noſtræ Confeſſionis Eccleſiaſticorum
Conſiſtoriorum, Miniſtros vocant, de cauſis
matrimonialibus judicant. *Hactenus Beſold.
lib. 1. politic. cap. 4. §. 31. in fin. & de majeſt.
ſect. 2. cap. 8 in fin.* cum quo convenit Win-
ckelman. *dict. loc.* & Reinking. *dict. cap. 6
n. 19.* Quamvis † enim jus miniſtros vo- 8
candi apud totam ſit Eccleſiam, non tamen
ipſum exercitium apud eam, ſed apud hos eſ-
ſe ſolet, qui Eccleſiam repræſentant, Finckel-
thuſ. *de jur. patronat. cap. 6. n. 79.* nimirum
hac in re † quorumque locorum conſuetu- 9
dines honeſtæ attenduntur, nec cum ſcanda-
lo Eccleſiæ in iis facilè quidquam eſt inno-
vandum, *argum. cap. nobis. 25. extr. de jur.
patron.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti Eylenburgenſi & Præfecto Thebano, 10
die 25. Jan. Anno 1626. (*Verba Reſcripti:* Wir haben aus angehörter Verleſung eures des Superintendenten / und unſers Schöſſers zu Eylenburg eingeſchickten Berichts / ſo wol aus den Beylagen nach Nothdurfft vernommen / was nach verrichteter Prob-Predigt *M. J. H.* allenthalben zu Thieben vorgangen / und welcher Geſtalt etliche Eingepfarrte ihn wegen ſeines Alters / langer Predigt / und übeler Ausrede zu verkieſen / hingegen uns andere vier Perſonen vorzuſchlagen unternommen haben / ꝛc.)

DEFINIT. XXXII.

Populi conſenſus non præjudicat juri patronatûs, nec poteſt hujus diſſenſus vocationem novi Paſtoris à Patrono electi ſine juſtâ ac ſufficiente cauſâ impedire vel remorari.

SUMMARIA.

1. *Jus vocandi miniſtros ad totam pertinet Eccleſiam.*
2. *Quodnam cujusque ſtatus Eccleſiæ officium? n. 3.*
4. *Conſenſus parochianorum non præjudicat Patrono in jure patronatûs.*
5. *Populus à Magiſtratu diſſentiens cauſas diſſenſûs proferre tenetur.*
6. *Patronus in Electione Paſtoris votum habet deciſivum.*
7. *Absque cauſâ juſtâ populus impedire haut poteſt electionem.*
8. *Deficiente cauſâ diſſenſus tota cenſetur eligere Eccleſia.*
9. *Adduntur verba ex conſilio quodam D. Petri Heigii.*
10. *Reſcripta Electoralia. n. 11.*

1 Manifeſtum eſt ex prædictis, jus vo-
candi miniſtros ad totam Eccleſiam
pertinere, *ſupr. Definit. 27.* attamen
diverſo jure ac modo: Ad Ordinem enim
eccleſiaſticum ſpectat quoad doctrinæ, pro-
bationis, examinationis, conſecrationis &
ordinationis curam primam atque præcipu-
2 am; † Ad Magiſtratum verò quoad juriſdi-
ctionem, & Ordinati confirmationem; Et
tandem ad populum quoad ſuffragia libera,
omniumque Ordinum conſenſum & appro-
bationem, Erneſt. Cothm. *Reſponſ. Acad. 42.
n. 56.* Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & ec-
cleſiaſt. l. 3. claſſ. 1. c. 6. n. 18.* † Et breviter, 3
Eccleſiaſticus ſtatus debet conſulere de per-
ſonâ idoneâ: Popularis approbare: Politi-
cus decernere. Nic Hunnius *in demonſtr. mi-
niſt. Luth. claſſ. 3. n. 6.* † Cui conſequens, con- 4
ſenſum parochianorum ac populi nil quic-
quam præjudicare Patrono in jure patrona-

tûs,

tûs, quippe quod in directione vocationis ac
præſentatione vocati conſiſtit, quæ ſoli Patro-
5 no reſervatur. † Judicium ſiquidem & con-
ſenſus populi ideò adhibetur, ut ſi juſtas re-
cuſandi cauſas habeat, eas Patrono indicet,
vel ſi nullas habeat, totâ Eccleſiâ conſentien-
te Clericus ad officium vocetur, *ſupr. Defin.
30. in fin.* At ipſe Patronus vocem deliberati-
6 vam † ac deciſivam in electione habet, ele-
ctionem autoritate ſuâ confirmat, electum-
que vocat & Conſiſtorio præſentat, ex quo
demum juris patronatûs exercitium depen-
det, *can. decernimus. 32. cauſ. 16. quæſt. 7. cap.
quia clerici. 6. cap. conſultationibus. 19. cap.
nobis. 25. extr. de jur. patronat.* Matth. Ste-
phan. *de jur. patron. part. 1. cap. 20.
n. 1.* Bellamera *deciſ. 700.* Lambertin. *de jur.
patron. lib. 2. art. 2. quæſt. 1. princ. part. 1.
7 n. 2. fol. 1.* Nicol. Everhard. *conſil. 39.* †
Quod ſi ergò cauſam diſſentiendi nullam,
vel non ſufficientem populus habeat, nequa-
quam electionem Patroni impedire vel obeſ-
ſe poteſt, quò minus miniſter electus à Patro-
no præſentetur. Deficiente † namque cau- 8
ſâ diſſenſûs juſtâ & probabili, non minus
conſentiente totâ Eccleſiâ præſentatus vocari
cenſetur, ac ſi populus expreſſe in perſonam
ejus conſenſiſſet, Petr. Heig. *in conſilio quo-
dam ſuper jure patronatûs Anno 1595. Civitati
Stralſundenſi datô n. 188. & n. 198.* ubi Pa-
tronum in exercitio ſui juris hiſce verbis
† notabiliter informat: Pius Patronus non 9
ſolus vigore juris patronatûs tantum aget
negotium, ſed voluntatem & judicium toti-
us Eccleſiæ, cujus cauſa hic agitur & ſalus po-
tiſſimum periclitatur, audiet libenter: & ſi
causæ diſſenſûs juſtæ & probabiles afferen-
tur, melioribus votis & judiciis ſtare ſe debe-
re exiſtimabit, imò tanquam ipſius Eccleſiæ
membrum, non caput in commune conſulta-
bit, & omnia ad Dei gloriam, & ædificatio-
nem corporis myſtici conſilia & facta ſua di-
riget. *Hactenus Heigius.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector in eâdem causâ: (Verba Reſcripti: Wann wir aber 10
darneben befunden/daß ihr beyde/und der Schöſſer zu Eylenburg/wie auch unſe-
re Amts-Unterthanen/ſo nach Thieben gepfarret ſeyn/nicht das geringſte wider
M. H. Perſon/und von ihme gehaltene Predigt eingewendet/ vielmehr derer von
der Bürgerſchafft Vorbringen widerleget/der Rath daſelbſten ebener maſſen ſich
derer von der Bürgerſchafft Beginnens nicht theilhafftig gemacht: Wir hierne-
ben zur Gnüge verſichert/ daß ermeldter *M. H.* weder an ſeiner Perſon noch Ge-
ſchickligkeit und Gaben zu tadeln ſey/geſtalt er dann eine geraume Zeit an unter-
ſchiedenen Orten das Predig-Amt alſo geführet/daß wider ihn einige Klage nie-
maln allhier einkommen/ſondern von ſeinen *Collatorn* und Pfarrkindern geliebet/
ſeine Predigten auch gerne gehöret worden/und die von der Bürgerſchafft endli-
chen das gantze Werck auf unſere *Deciſion* unterthänigſt geſtellet haben. So tra-
gen wir nicht unbillich Bedencken/um derer von der Bürgerſchafft Widerſetzlig-
keit willen unſere vorige Anordnung zu hinterziehen/oder uns von ihnen/ wen wir
zu ſolchem Dienſt beſtellen ſolten/vorſchreiben zu laſſen; Begehren derowegen hier-
mit gnädigſt/ihr wollet die von der Bürgerſchafft darauf mündlich beſcheiden/und
daß bey ſo beſchaffenen Sachen ihnen vielmehr gebühren wolte/ unſere bedachte
Anordnung mit unterthänigſtem Danck zu erkennen/dann deroſelben unnöthiger
Weiſe ſich zu widerſetzen/anzeigen/darauf in unſerm Namen dem Pfarrer zu Wei-
dewitz du der Schöſſer die *Vocation* ausantworten/und wegen der *Confirmation* in
unſer *Conſiſtorium* zu Leipzig ihr beyde ihn *remitti*ren und weiſen/ ꝛc.)

Et † Conſiſtorio Wittebergenſi, die 8. Auguſti Anno 1623. (Verba Reſcripti: Wann ſie 11
dann darzu gebührlich erfordert/und nichts erhebliches wider des neuen Pfarrers
Lehr und Perſon vorzuwenden/dahero wir *N. N.* unrechtmäßigem Beginnen und
beharrlicher Widerſetzung ferner nachzuſehen nicht gemeynet; Als begehren wir
hiermit gnädigſt/ Ihr wollet ihnen ſolche in Ernſt verweiſen/ darneben denen von
euch hiebevor ergangenen Befehlichen alſobald nachzuſetzen/ bey Strafe 200.
Reichsthlr. auferlegen/ ꝛc.)

Definit. XXXIII.

Non vocandus, nec præſentandus eſt novus Paſtor, priusquam ad concionem δοκιμαστικὴν fuerit admiſſus.

SUM-

SUMMARIA.

1. Miniſter Eccleſiæ non loquatur ſine Scriptura.

2. Non quomodo, ſed quid loquatur miniſter Eccleſiæ, attendi debet.

3. Multiloquium confuſum & vanum in miniſtris Eccleſiæ maximè improbandum.

4. Non obtrudatur Eccleſiæ loquax ejusmodi Paſtor.

5. Vocandus non eſt Paſtor, antequam ſit admiſſus ad concionem δοκιμαςικὴν.

6. Finis nominationis quisnam?

7. Adducitur fundamentum ex Ordinatione Eccleſiaſtica Electorali.

8. Reſcripta Electoralia. n. 9.

10. Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.

1 QUi loquitur, loquatur eloquia Dei, in-
quit Apoſtolus Petrus *1. Ep. c. 4. v. 11.*
& ſermo presbyteri ſcripturis condi-
tus eſto, ſcribit D. Hieronymus. Nam ſi
turpe eſt juriſconſulto, loqui ſine legibus,
longè certè turpius eſt loqui miniſtro Eccle-
2 ſiæ ſine ſcripturis, † ideoque non tam qui-
bus verborum floſculis, ſed quidnam profe-
ratur, probè attendendum, Theodoret. *ſu-
per. c. 3. Epiſt. 1. ad Timoth.* nec æſtimanda
loquacitas, quæ nihil ſolidè, nihil in tempore
& ordine, ſed confuſè omnia proponit,
quod vitium à miniſtro Eccleſiæ alieniſſi-
3 mum eſſe debet, † ne Rabularum forenſium
inſtar linguam venalem habere, aut ad cle-
pſydram perorare & tempus ſaltem fallere vi-
deatur: verba hæc ſunt Friderici Balduini *de
inſtit. miniſtr. verb. c. 12. pag. 119.* Quare ne
4 loquax ejusmodi Paſtor, † quivè morum ac
vitæ integritate non pollet, vel ſubmiſſè ni-
mis loquitur, ut vix percipi ab auditoribus
queat, Eccleſiæ obtrudatur, conſenſum ac ju-
dicium populi ante omnia explorandum di-
ximus *ſuprà deſin. 30.* † Ex quo perſpicuum, 5
vocari non poſſe miniſtrum Eccleſiæ, ante-
quam fuerit admiſſus ad concionem, quam
vulgò *δοκιμαςικὴν* appellitant, die Probpre-
digt/ quò ſcilicet à populo audiatur, ejusque
dona innoteſcant. Eſtque hic † finis ipſiſſi- 6
mus nominationis, quæ ſemper vocationem
præcedere debet, ut electus à Patrono in ſug-
geſtu ad videndum & audiendum populo ſi-
ſtatur, Rittershuſ. *ad Novell. part. 1. c. 7. n. 36.
& 37.* † Quod & proviſum in Ordinatione 7
Eccleſiaſtica Electorali *ſub tit.* vom *examine*
aller Kirchendiener. §. alſo auch. *fol. 95. in
verb.* welche ihn in der Kirchen/ der er vor-
ſtehen ſol/ zuvor öffentliche Predigten/ da
es allbereit nicht geſchehen/ thun laſſen/ dar-
auf nachmals der Superintendens die
Pfarrkinder befragen ſol/ ob ſie ihn zum
Pfarrer oder Kirchendiener/ Lehr und Le-
bens/ ſeiner Sprache halber/ oder in ande-
re Wege leiden mögen oder nicht/ ꝛc.

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti Annæbergenſi & Præfecto* in Lauterſtein/ 8
die 1. Julii Anno 1629. (*Verba Reſcripti:* Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr
der Superintendens wollet erwähntem *W. S.* die Cantzel daſelbſt zu Verrichtung
der Prob-Predigt eröffnen/ und wofern die Eingepfarrten wider ſeine Lehr und
Perſon nichts erhebliches einzuwenden/ du der Schöſſer ihme die *Vocation* aus-
händigen/ und ihr der Superintendens ihn wegen des *Examinis, Ordination, Confir-
mation* und *Inveſtitur* an unſer Ober-*Conſiſtorium* anhero *remitti*ren und weiſen/ ꝛc.)
Nec non † *Superintendenti Torgenſi die 6. Martii Anno 1635.* (*Verba Reſcripti:* Wollet 9
ihn demnach/ weil das halbe Gnaden-Jahr euerm Bericht nach allbereit verfloſ-
ſen/ beſcheiden/ daß er zu gedachter Pfarre noch vor Oſtern eine *qualificirte* Perſon
auf vorgehende Prob-Predigt in unſer *Conſiſtorium* zu Wittenberg *præſenti*re/ ꝛc.)
Et † *Conſiſtorium Supremum Eccleſiaſticum* an Ober-Hauptmann des Gebürgiſchen 10
Creyßes *die 1. Septembr. Anno 1616.* (*Verba Reſcripti:* Begehren derowegen ꝛc. wo-
fern ihr deſſen ungeachtet auf ſeiner Perſon beruhet/ Ihr wollet ihme vor allen
Dingen durch den Superintendenten zu Freyberg die Cantzel zu Verrichtung ei-
ner Prob-Predigt zum Frauenſtein eröffnen/ und die Eingepfarrten über ſeiner
Perſon und Lehre vernehmen laſſen/ ꝛc.)

DEFINIT. XXXIV.

Omitti nequit concio, quam vulgò *δοκιμαςικὴν* appellitant, ſed neglectâ eâ vocatio novi Paſtoris eſt nulla.

SUMMARIA.

1. *Nimium quandoque properant Patroni in vocandis Eccleſiæ miniſtris.*
2. *Quare hoc fiat?*
3. *Vocatio ejusmodi jure haut ſubſiſtit.*
4. *Conſenſus parochianorum ad vocationem novi Paſtoris requirendus.*
5. *Quam ob cauſam concio publica præcedere debet.*
6. *Quæ concio de ſubſtantiâ eſt legitimæ vocationis.*
7. *Formâ omiſſâ corruit actus.*
8. *Et ad unguem non obſervata negotium ipſo jure reddit nullum.*
9. *Invito populo novus Paſtor haut eſt obtrudendus.*
10. *Reſcripta Electoralia, n. 11.*
12. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 NImium ſæpè properant Patroni in
vocandis Eccleſiæ miniſtris, præſentantes eos, priusquam ad concionem
δοκιμαςικὴν fuerint admiſſi, ſaltem
ut tales ſibi adſciſcant Paſtores, quorum correctiones & objurgationes metuere non ha-
2 beant, † quorumque operâ & miniſterio in
rebus œconomicis uti poſſint, ubi de vocatione ac præſentatione eorundem legitimâ
3 multum diſceptatur. † Eamque neutiquam
ſubſiſtere, ſed planè nullam eſſe, vel inde apparet, (1.) quia conſenſus & judicium populi & parochianorum, der Eingepfarrten/
4 ad vocationem † novi Paſtoris Eccleſiævè
miniſtri præciſè requiritur, *ſupr. Definit. 30.*
Balth. Mentzer. *in exeg. Auguſtan. Confeſs. art. 14.* Frider. Balduin. *de inſtitut. miniſtror. cap. 6. pag. 49.* Joh. Gerhard. *in loco de mi-*
5 *niſt. eccleſ. ſect. 7. in pr.* † Atqui conſenſus
& judicium populi nequit explorari, quin & planè nullum eſt, ſi non viderint & audiverint futurum Paſtorem in ſuggeſtu concionantem, quomodo enim quæſo judicium ferre poſſunt de eô, qui planè ignotus ipſis eſt?
6 (2.) † Ex quo porrò ſequitur, concionem δοκιμαςικὴν pro formâ ſubſtantiali legitimæ vocationis requiri, quod & innuit *Ordin. Eccleſ. ſub Rubr.* von *Examine* aller Kirchen-Diener. §. Alſo iſt auch. ꝛc. *verſ.* Welche
ihn ꝛc. † neglectâ autem formâ alicujus a- 7
ctûs ſubſtantiali ipſe corruit actus, Andr. Gail. *libr. 1. obſerv. n. 36.* nec latum unguem à formâ eſt diſcedendum, Alexand. *l. 1. conſil. 42. n. 16.* Jaſon. *in l. quia ſit nominatim. 1. n. 18. ff. de liber. & poſthum.* † formaque à 8
lege ſeu ſtatuto præſcripta niſi ad unguem obſervetur, efficit, ut negotium geſtum ipſo jure in nullitatem incidat, Ludov. Roman, *conſil. 166. n. 2. & conſil. 236. n. 8.* Alexand. *lib. 2. conſil. 137. n. 15.* Joh. Tileman. de Benign. *in illuſtr. obſervat.* Camerar. *Syntagm. 1. decad. 5. vot. 7. n. 26.* (3.) † Fieri quoque 9
non poſſet, ut omiſſâ concione hac non obtruderetur populo invito novus Paſtor, quippe cum ipſum nondum audiverit, nec in eum conſentire potuerit, quod tamen prohibitum *in Ordinat. Eccleſiaſt. dict. loc.* §. Alſo iſt auch. *in verb.* daß keiner Kirchen wider ihren Willen ein Kirchen-Diener aufgedrungen werde.

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Senatui Zwickavienſi, die 3. Septembr. An. 1632.* (*Verba* 10
Reſcripti: Uns iſt vorgetragen worden / was ihr wegen *Licent. Euſebii* Böhmen Prob-Predigt bey euch/ damit ſolche vor dißmal eingeſtellet / und ihme nichts deſtoweniger die *Confirmation* zum *Paſtorat* ertheilet/auch die Superintendentz angetragen werden möge/unterthänigſt ſuchet und bittet. Demnach aber dieſes unſerer Kirchen-Ordnung und der *praxi Eccleſiaſticæ* gantz zuwider; So tragen wir auch Bedencken/eine Neuerung dißfals einzugehen; Haben auch gemeldten *Licent.* Böhmen beſcheiden laſſen/die Prob-Predigt/ſo bald er darzu gelangen kan/ zu verrichten/und nach empfangener *Vocation* ſich allhier wegen der *Confirmation* und *Inveſtitur* wiederum einzuſtellen/ und ihr habt euch gleicher Geſtalt darnach zu achten/ ꝛc.)

Item † *Conſiſtorio Lipſienſi, die 13. Junii Anno 1634.* (*Verba Reſcripti:* Dieweil wir aber 11
keines weges zufrieden ſeyn können / daß in unſerm *Territorio* und *Inſpection* ein Pfarrer oder Caplan ~~zu einem Dienſte *vociret* und *ordiniret*/ und hernach erſt/~~ *re non amplius integrâ*, zur Prob-Predigt aufgeſtellet/und zur *Confirmation præſentiret* werde: So begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet dem Superintendenten und Schöſſer zu Plauen in unſerm Namen auftragen/ ernſte und ehiſte Verordnung zu thun/daß *N. N.* zum *Diacono* nicht angenommen/noch zu Verrichtung der Predigten zugelaſſen werde/ ꝛc.)

Et

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Pirnenſi die 4. Maji. Anno 1635. (Verba Re-* 12
ſcripti: Wir haben euer *Præſentation*-Schreiben des neuen *vocir*ten Pfarrers nach dem Lauenſtein *Georgii Wenceslai* verleſen hören. Demnach wir aber von ihme vernommen/daß er keine Prob-Predigt gethan/welches gleichwol vermöge der Churfürſtl. Kirchen-Ordnung hochnöthig/ und euch in alle Wege gebühret hätte darnach zu fragen/oder/da ihr gewuſt/daß es unterlaſſen worden/ uns nicht zu verſchweigen: So haben wir die *Confirmation* vor dißmal ihme zu ertheilen Bedencken getragen/und begehren hiermit an ſtatt Ihr. Churfl. Durchl. unſers gnädigſten Herrn/Ihr wollet ermeldtem *Georgio Wenceslao* die Cantzel zu Verrichtung einer Prob-Predigt zum Lauenſtein/wo müglich/auf itzigen bevorſtehenden Himmelfahrtstag eröffnen/und wann die Eingepfarrten wider ſeine Perſon/ Lehr/ Leben und Wandel nichts erhebliches einzuwenden/alsdann erſt den von Bünau ihme die *Vocation* aushändigen/ und den *conſenſum Eccleſiæ* hinein ſetzen laſſen/ wolten wir uns dann auf anderweite *Præſentation* ferner zu bezeigen wiſſen/ hieran geſchicht höchſtgedachter Ihr. Churfl. Durchl. Will und Meynung/ ꝛc.)

DEFINIT. XXXV.

Sine præſcitu & permiſſione Superintendentis ad concionem δοκιμαςικὴν nemo admittendus.

SUMMARIA.

1. *Patronus Eccleſiam deducit à non eſſe ad eſſe.*
2. *Indignus à Patrono nominatus repudiari poteſt.*
3. *Sine præſcitu Superintendentis nemo ad concionem δοκιμαςικὴν admittendus.*
4. *Ex Ordinatione Eccleſiaſticâ Electorali Saxonicâ.*
5. *Quibus nitatur rationibus hæc Ordinatio? n. 6. 9.*
7. *Novus Paſtor totius Eccleſiæ conſenſu vocandus.*
8. *Superintendens judicium parochianorum de novo Paſtore explorare debet.*
10. *Reſcriptum Electorale.*
11. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 12. 13. 14.*

1 QUemadmodum pater filium, ita Patronus Eccleſiam deducit à non eſſe ad eſſe, vel ipsa Patroni voculâ indigitante, Roch. de Curt. *de jur. patron. in prolegom. n. 5.* ſed non aliter, quam aſſentiente presbyterio, magiſtratu atque populo, quibus jus patronatûs nihil præjudicat, quippe
2 † quod nominatus à Patrono, ſi indignus reperiatur, repudiari poſſit, Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 9. num. 62.* quam ob cauſam novum Paſtorem à Patrono nominatum ante præſentationem in ſuggeſtu ad videndum & audiendum populo ſiſtendum diximus *De-*
3 *finit. 33. n. 6.* † Quod ipſum præſcitu & permiſſione Superintendentis in diœceſi, cui patronatus ſubeſt, fieri, nec quisquam ſine ejus conſenſu ad concionem δοκιμαςικὴν
4 admitti debet, diſponente † ita Saxon. Electore Sereniſſimo *in Ordinat. Eccleſ. tit.* vom *examine* aller Kirchen-Diener. *fol. 95.* §. Alſo iſt auch. *verſ.* dem Superintendenten ſelbiges Gezircks ꝛc. *in Ordin. politiæ de Anno 1612. tit.* von *Conſiſtorial*-Sachen. *n. 5. verſ.* und hinfüro der *Collator* nur allein den Superintendenten um Eröffnung der Cantzel zu erſuchen ſchuldig ſeyn. Quæ ſanctio rationibus prægnantiſſimis haut deſtituitur: Ne forſan (1.) † po- 5
pulo ſiſtatur, qui ad functionem paſtoratûs non ſatis idoneus habetur, vel qui non integræ eſt exiſtimationis, honeſtæque & inculpatæ converſationis, in cujus mores, vitam ac eruditionem à principio per Superintendentem inquiri, quàm poſtea præſentatum à Conſiſtorio cum dedecore repudiari, Eccleſiæ pariter ac ipſi præſentato magis conſultum eſt; † quam rationem ſuppedi- 6
tat *dict. Ordinat. polit. in loco alleg. verſ.* Zu dem Superintendenten/ damit er deſſelben *Qualit*äten erforſchen möge/ zu ſchicken/ und da er untüchtig befunden/ auf andere/ ſo beſſer *qualificir*et/der *Collator* zu dencken wiſſen wird. (2.) † Cumque 7
novus

novus Paſtor totius Eccleſiæ, adeoque etiam presbyterii & Superintendentis conſenſu vocandus, *ſupr. defin. 27.* æquum omninò eſt, ne autoritas ejus poſtponatur, ſed judicium Superintendentis ab initio ſtatim ante con-
8 cionem δοκιμαστικὴν requiratur. (3.) † Et quomodo quæſo Superintendens judicium auditorum de novo Paſtore explorare poterit, juxta ſanctionem Ordinationis Eccleſiaſticæ *dict. tit.* von *examine* aller Kirchendiener. §. Alſo iſt auch. *verſ.* darauf nachmals der Superintendens die Pfarr-Kinder befragen ſol/ ob ſie ihn zum Pfarrer oder Kirchen-Diener/ Lehr und Lebens/ ſeiner Sprach halber/ oder in andere Wege leiden mögen oder nicht/ ꝛc. † ſi ad concionem δοκιμα- 9
στικὴν non fuerit decenter requiſitus, nec ipſemet de novo Paſtore judicium ferre queat.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Chriſtiano* Ehrenfried *à* Schönberg in Ober-Lichte- 10
nau *die 29. Junii An. 1625.* (*Verba Reſcripti:* Wir ſeyn durch den Superintendenten allhier Herrn *Doctor Ægidium* Strauchen in Unterthänigkeit berichtet worden/ wie aus inliegender Abſchrifft zu befinden/ welcher maſſen du dich am erſten Sonntage nach *Trinitatis* unterſtanden/ ohne gedachtes Superintendenten Vorwiſſen und Begrüſſung einem *Studioſo,* Namens *Johanni Theobaldo,* die Cantzel in deiner Kirchen zu Verrichtung einer Prob-Predigt zu eröffnen: Weil dann dir ſolches unerſucht ermeldtes Superintendenten zu thun nicht gebühret/ und unſere *publicir*te Kirchen-Ordnung diſsfals klare Maße giebt; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ du wolleſt um Eröffnung der Cantzel erwehnten Superintendenten nochmals erſuchen/ und wann ſolches geſchehen/ auch die Eingepfarrten wider erwehntes *Theobaldi* Lehr und Perſon nichts erhebliches einzuwenden/ alsdann ihn unſerm Ober-*Conſiſtorio* zur *Confirmation, Ordination* und *Inveſtitur* gebührlich *præſenti*ren/ ꝛc.)

Nec non † *Conſiſtorium Supremum Dresdenſe Superintendenti & Præfectis fraternitatis* 11
Ærarii zu Biſchoffswerda *die 24. Auguſti Anno 1609.* (*Verba Reſcripti:* Und dabey dem *Collatori* unterſagen/ daß er für ſeine Perſon keinem die Cantzel eröffnen/ ſondern euch den ordentlichen Superintendenten darum erſuchen ſol/ damit wir gewiſſe Nachrichtung haben können/ ob auch mit der Eingepfarrten Bewilligung die *Vocation* ertheilet worden/ inmaſſen wir Zeigern/ daß er ohne euren Vorbewuſt die Prob-Predigt verrichtet/ Verweiſung gethan/ und da hinfüro euch dergleichen begegnen würde/ wollet ihr ſolchen Perſonen die *Præſentation* gäntzlichen abſchlagen/ und ſie hernach bey uns klagen laſſen/ ꝛc.)

Item † *Rudolpho à* Bünau zum Lauenſtein *& Superintendenti Pirnenſi die 23. April. An.* 12
1628. (*Verba Reſcripti:* Wann wir denn aus euern des Superintendenten Bericht ſo viel befunden/ daß ihr zuwider der *publicir*ten Policey-Ordnung die Cantzel zu Verrichtung der Prob-Predigt nicht eröffnet: Als tragen wir dahero Bedencken/ ihme die *Confirmation* widerfahren zu laſſen/ ꝛc.)

Item † *Superintendenti Biſchoffswerdenſi & Georgio à* Starſchödel in Steinichwolffers- 13
dorff *die 10. Octobr. Anno 1617.* (*Verba Reſcripti:* Ihr der *Collator* aber förderlichſt eine *qualificir*te Perſon auf der Kirchen Unkoſten anhero *præſenti*ren/ und dieſelbe ohne Vorbewuſt des Superintendenten zur Prob-Predigt nicht aufſtellen/ ꝛc.)

Et † *Henrico Ottoni ab* Ende/ Inhabern des Ritter-Guths zu Sieben Eichen *die 17.* 14
Decembr. Anno 1617. (*Verba Reſcripti:* Dem *præſentir*ten *Diacono* zu Zehma iſt zum Beſcheid gegeben worden/ wann er vom Herrn Superintendenten zu Meiſſen Schein einbringen wird/ daß von demſelben/ Inhalts der neuen Policey-Ordnung *ſub tit.* von *Conſiſtorial*-Sachen *n. 5.* ihme die Cantzel zu Verrichtung der Prob-Predigt eröffnet worden/ daß er alsdann zum *Examen admitti*ret werden ſol/ im widrigen Fall wird er bemeldter Ordnung ſich nochmals gemäß zu bezeigen wiſſen/ ꝛc.)

DEFINIT. XXXVI.

Si tamen de Eccleſiæ conſenſu & judicio conſtet, præſentatus quandoque confirmatur, idoneus ſi fuerit repertus.

SUM-

SUMMARIA.

1. Præſentatio num ſine effectu, ſi præſentatus ſine conſenſu Superintendentis ad concionem δοκιμαστικὴν fuerit admiſſus?
2. Deciſio affirmativa: & quomodo tùm procedendum?
3. Negotium ſine legis ſolennitate geſtum in nullitatem incidit.
4. Ratio adducitur deciſi.
5. Limitatur illud, quando præſentatus eſt idoneus, & de Eccleſiæ conſenſu conſtet.
6. Conſenſus Superintendentis ad concionem δοκιμαστικὴν per ſe ſubſtantiale quid non eſt.
7. Super hoc requiſito diſpenſari poteſt.
8. In Supremo Principis Conſiſtorio negliguntur quandoque ſolennitates juris.
9. Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 10.

1 An ergò præſentatio absque effectu erit, ſi præſentatus ſine præſcitu & conſenſu Superintendentis ad concionem δοκιμαστικὴν fuerit admiſſus? Ita ſanè eſt, & remitti debet vocatus, ut defectum
2 ſuppleat, † & Collator conſenſum Superintendentis etiamnum requirat, prout patet *ex Reſcriptis Conſiſtorii Supremi in præced. defi-*
3 *nit. adductis*, non ſolùm quia negotium † ſine legis vel ſtatuti requiſito ac ſolennitate geſtum in nullitatem incidat, Alexand. *l. 2. conſil. 197. n. 15.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 1. n. 36.* ſed etiam quod hàc ratione nec de Superintendentis, nec populi judicio & con-
4 ſenſu conſtare queat, † ſine quo tamen vocatio novi Paſtoris haut ſubſiſtit, *ſupr. Defi-*
5 *nit. 27.* Quod ſi tamen † præſentatus in examine reperiatur idoneus ac eruditus, & de conſenſu ac voluntate Eccleſiæ aliunde appareat, tantum abeſt, nullum haberi præſentationis actum, ut non ſemel Conſiſtorium Electorale Supremum Dresdenſe Paſtorem præ-
ſentatum confirmaverit; † Nimirum quia 6
conſenſus Superintendentis ad concionem δοκιμαστικὴν per ſe ſubſtantiale quid non facit ad præſentationem, ſed propterea requiritur, ut de judicio Eccleſiæ & præſentati idoneitate queat conſtare, ut dixi *defin. præced. n.*
5. Si igitur † de utroque dubium non reſtet, 7
quidni Supremum Conſiſtorium ſuper requiſito hoc diſpenſare poſſet? cum & alias non raro in ſupremo Principis Conſiſtorio negle-
ctis † juris poſitivi ſolennitatibus, ex æquo & 8
bono procedatur, Zaſ. *in l. princeps. n. 3. ff. de lib.* Felin. *in c. in cauſis. extr. de re judic.* Jaſon. *in l. certum. col. pen. C. unde legitimi.* Andr. Gail. *1. obſerv. 42. n. 1. 2. 3 & obſerv. 87. n. 6.* Nicol. Everh. jun. *vol. 1. conſil. 63. n. 31.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Oſſitienſi & Rudolpho à Köckeritz in Canitz 9
& Grosbromnitz, die 7. Decembr. Anno 1614. (Verba Reſcripti: Wann dem eingenommenen Bericht nach ihr der Superintendens um Eröffnung der Cantzel niemals erſuchet worden/ die neue Policey-Ordnung aber dißfals ein anders erfordert/ und man ſolcher geſtalt nicht wiſſen kan/ ob auch die Eingepfarrten mit ihme zufrieden/ oder wider ſeine Lehr und Leben etwas erhebliches vorzuwenden/ ſo hätten wir wol Urſach ihn wiederum zurücke zu ſchicken; Dieweil aber der Weg weit/ und dieſe Perſon ſchon allbereit unter euer des *Superintendenten* *inſpection in miniſterio* geweſen/ auch *in examine* tüchtig befunden; Als haben wir ihme nach gethaner Vorhaltung die *Confirmation* zum Pfarr-Amt zu Canitz unter des Ober-*Conſiſtorii* Inſiegel widerfahren laſſen. Darauf an ſtatt des Churfürſten zu Sachſen/ und Burggrafens zu Magdeburg ꝛc. unſers gnädigſten Herrns begehrende/ Ihr der Superintendens wollet ſeine *Inveſtitur* förderlichſt verrichten/ ihr der *Collator* aber euch künfftig der jüngſt-*publicir*ten Policey-Ordnung gemäß erzeigen/ ꝛc.*)*
Et † Joachimo Schleinitzen in Schiritz, General-Ober-Kriegs-*Commiſſario & Superinten-* 10
denti Oſſitienſi die 31. Auguſti Anno 1636. (Verba Reſcripti: Ob nun wol zuwider der Churfürſtl. Kirchen- und Policey-Ordnung ihr der Superintendens um Eröffnung der Cantzel zuvorher nicht erſuchet/ und alſo verſtoſſen worden/ welches wir zu dieſem mal dahin geſtellet ſeyn laſſen. Dieweil aber doch der neue Pfarrer zu ſolchem Dienſte tüchtig befunden worden; Als haben wir ihme die *Confirmation* unter des Ober-*Conſiſtorii* Inſiegel widerfahren laſſen/ an ſtatt *&c.* begehrende/ Ihr beyde wollet euch mit einander der *Inveſtitur* halben eines gewiſſen Tages vergleichen/ und ihr der Superintendens ſolche dem Herkommen nach förderlichſt verrichten/ ꝛc.*)*

Definit. XXXVII.

Voto & conſenſu Paſtoris vel Superintendentis irrequiſito, vocandi non ſunt Diaconi, aliivè Eccleſiæ miniſtri.

SUMMARIA.

1. *Ad legitimam Paſtoris vocationem requiritur totius Eccleſiæ conſenſus.*
2. *Superintendenti quoque vel Paſtori votum attribuitur.*
3. *Quod probatur ex articulis generalibus Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon.*
4. *Cauſa hujus rei quænam?*
5. *Simultates & rixæ in Eccleſia evitandæ.*
6. *Num Paſtor ſit particeps juris patronatûs?*
7. *Negativè ad hoc reſpondendum, n. 10.*
8. *Votum deciſivum ſoli competit Patrono.*
9. *At votum informativum à Superintendente & populo requiritur.*
11. *Reſcripta Electoralia. n. 12.*
13. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 AD legitimam vocationem miniſtro-
rum Eccleſiæ requiri totius Eccleſiæ
votum & conſenſum, docet praxis
Eccleſiæ Apoſtolicæ, *ſuprà Definit. 27.*
Ex quo colligendum, in electione Diaconi
& miniſtri Eccleſiæ non ſufficere, ut ea fiat à
Magiſtratu, ſaltem præſcio Paſtore vel Su-
2 perintendente, ſed & huic † ceu membro
Eccleſiæ non minimo votum eſſe relinquen-
dum, & poteſtatem contradicendi, ſi cauſas
habuerit ſonticas, alioquin ſanè vocatio erit
ſcandaloſa & vitiata, Frider. Balduin. *de caſ.*
3 *conſcient. lib. 4. cap. 5. caſ. 8. in fin.* † Idque
expreſsè ſancitum *in articulis generalibus* D.
Auguſti Electoris Saxon. *de Anno 1577. pag.*
143. §. Die *Diaconen. ibi:* Die *Diaconen* a-
ber ſol der Pfarrer nebenſt dem Rath
4 wählen. Nec ſine cauſâ, quia † nemo me-
lius de doctrina Diaconi judicare poteſt,
quàm Paſtor vel Superintendens. Cumque
Diaconus comes ejus eſt individuus, æquum
omninò videtur, ne ei obtrudatur is, in quem
5 juſtis de cauſis conſentire non poteſt, † ſe-
cus ſi fieret, perpetuæ rixæ & ſimultates in ju-
go illo diſpari eſſent metuendæ, quod Pa-
tronus Eccleſiæ imprimis cavere debet, ver-
ba hæc ſunt Balduini *dict. caſ. 8.* ubi porrò
praxin ex Patrum Eccleſiâ adducit. At non-
ne hac ratione in vocatione Diaconi parti-
ceps fiet Paſtor † juris patronatûs, non abs- 6
que injuriâ Patroni, cui tantum videtur de-
cedere, quantum inde Paſtori vel Superin-
tendenti de jure patronatûs accedit? Neuti-
quam ſanè id ſequitur, niſi † & populo jus 7
patronatûs attribuere velimus, quippe cum
& hujus conſenſus ad vocationem miniſtri
Eccleſiæ requiratur, *ſupr. Definit. 30.* Nimi-
rum diſtinguendum eſt inter votum electio-
nis informativum, & votum deliberativum
ac deciſivum: † hoc poſterius ſoli competit 8
Patrono vi juris patronatûs, ex quo electio-
nem ipſe dirigit, Diaconum nominat, popu-
lo & Paſtori ad videndum & audiendum ſi-
ſtit, ipſisque conſentientibus ad confirmatio-
nem præſentat. † At ſolum informativum e- 9
lectionis votum requiritur à populo & Super-
intendente, ut ſcilicet cauſas dicant & profe-
rant ſonticas, cur vocari Diaconus haut de-
beat; Has autem ſi allegare ac probare ne-
queant, in Patroni electione ac præſentatio-
ne omnino eos acquieſcere oportet, *ſupr. De-*
fin. 32. † ex quo quam parum juri patrona- 10
tûs per votum Superintendentis decedat, ul-
trò perſpicuum eſt.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector* an Ober-Hauptmann der Ertz-Gebirge/ *die 26. Augu-* 11
ſti An. 1618. (*Verba Reſcripti*: Demnach zwiſchen dem Superintendenten und Rath
zu Freyberg/ wegen Beſtellung der Kirchen- und Schuldiener/ Irrungen ſich ent-
halten/ und aber beyde Theile ſolche zu unſerer Maaßgebung unterthänigſt ge-
ſtellet; Als wollen wir dieſelbe nachfolgender Geſtalt erlediget haben; Anfäng-
lich/ weil vermöge des weiland Hochgebohrnen Fürſten und Herrn/ Herrn Hein-
richs Hertzogen zu Sachſen/ rc. *Viſitation*-Ordnung *de Anno 1538.* und unſers
am *10. Maji* dieſes an beyde Theil ergangenen Befehlichs/ gedachtem Rath das

jus

jus patronatus in dem Thum/ *S. Petri* und *Nicolai* Kirchen in der Stadt Freyberg zuſtehet; So ſol demſelben unverboten ſeyn/ von einer oder mehr Perſonen/ welche ſie in einer Prob zu hören vermeynen/ Rath zu halten und zu ſchlieſſen/ iedoch ſollen ſie den Superintendenten um Eröffnung der Cantzel/ oder *Cathedræ* in den Schulen/ Inhalts unſerer jüngſt-*publicir*ten Policey-Ordnung/ zu erſuchen/ er auch ſich gebührlich darauf zu bezeigen ſchuldig ſeyn/ nach gehörter Prob ſol bemeldter Rath/ welche Perſon ſie zu der *vacir*enden Stelle zu gebrauchen bedacht/ ſich eines *voti*, iedoch *ſalvo voto* des Superintendenten/ zu vergleichen Fug und Macht haben/ derohalben ſie ihrem Erbieten nach den Superintendenten aufs Rathhauß zu kommen bittlichen erſuchen/ ihme ſeinen bishero gewöhnlichen *Locum* einräumen/ und mit ihme freundlich *communici*ren ſollen/ ob er mit ſolcher Perſon ſeines Theils zufrieden ſeyn könne/ oder was er vor erhebliche Urſachen wider dieſelbe anzuziehen habe. Würden nun beyde Theile ſich ſolcher oder einer andern Perſon halber gütlich vergleichen/ ſo ſollen ſie dieſelbe dem Herkommen nach unſerm Ober-*Conſiſtorio* zum *Examen* und *Confirmation præſenti*ren/ in Entſtehung aber gütlicher und freundlicher Vergleichung den Ausſchlag/ wobey es verbleiben ſol/ mit Anziehung aller *motiven* und Umſtände gedachtem unſerm Ober-*Conſiſtorio ſubmitti*ren/ ꝛc.)

Et † Senatui Michelenſi die 26. Septembr. Anno 1631. (*Verba Reſcripti:* Ihr aber der 12
Rath mit Vorwiſſen und Einwilligung euers Pfarrers zum *Diaconat* ihme die *Vocation* ausantworten/ ꝛc.)

Nec non † Conſiſtorium Supremum Dresdenſe Senatui Annæbergenſi die 19. Febr. An. 1612. 13
(*Verba Reſcripti:* Begehren derohalben/ ꝛc. Ihr wollet uns/ aus was Urſachen ihr mit dem Superintendenten hiervon durchaus nichts *communici*ret/ noch mit ſeinem Vorwiſſen und *Conſens* gedachten *M.* Kölern *voci*ret/ nebens Wiederſendung des Inſchluſſes förderlichſt berichten/ und wann darneben des Superintendenten ſchrifftlicher *Conſens* erfolget/ ſol alsdenn mit dem *Examine*, *Ordination* und *Confirmation* gebührlich verfahren werden/ ꝛc.)

Et Senatui Freybergenſi die 11. Novembr. An. 1616.

DEFINIT. XXXVIII.

Quo caſu tamen ſecundum conſuetudinem & obſervantiam cujusque loci procedendum.

SUMMARIA.

1. *Nihil de jure patronatus participat Paſtor vel Superintendens.*
2. *Votum ſaltem informativum competit Superintendenti.*
3. *Poteſt quis intereſſe conſultationibus citra votum.*
4. *Conſiliis Eccleſiæ quidam interſunt, nec tamen ſententiam dicunt.*
5. *Conſuetudo in omnibus eſt attendenda.*
6. *Omnes mundi actus à conſuetudine diriguntur.*
7. *In eccleſiaſticis etiam conſuetudo eſt obſervanda.*
8. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Nihil ergò de jure patronatûs participat Paſtor vel Superintendens; quantumvis voto ac conſenſu ejus vocetur Diaconus, Eccleſiævè miniſter alius, ſed votum Patroni deciſivum voto ſuo ſaltem informat, & ex causâ ſon-
2 ticâ reſtringit ac limitat; † ſive deliberationibus ipſis eum intereſſe, vel factâ demum electione ipſius conſenſum adhiberi velis, quâ in re parùm refert, modò ei juſtâ ex causâ diſſentienti & invito non adjungatur Diaconus; Nec enim inauditum eſt,
3 † intereſſe quidem conſultationibus, ſed citra votum, uti pateſcit ex *Receſſ. Imperii de Anno 1524.* §. Ob auch gemeldte. Thuan. *lib. hiſtor. 49. pag. 934.* † conſiliis quo- 4
que Eccleſiæ adeſſe nonnullos diſſerendi, inſtruendi, conſulendivè gratiâ, non tamen in ſeſſionibus publicis indutos ſacris veſtibus ſedere, nec ſententiam dicere notat Johan. Limn. *de jure publ. lib. 7. cap. 1. n. 47. pag. 25.* † Nimirum quid heic conſuetudine re- 5
ceptum, præcisè obſervari debet, quia conſuetudo obtinet vim veritatis, *l. 1.* & ibi Bald. & Sichard. *C. de ſervit.* Andr. Gail. *1. obſerv. 58. n. 7.* † ac dirigit & informat omnes 6

actus mundi, Molin. *in Comment. C. libr. 1. tit. 1. concl. de ſtatut. & conſuet. local.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 7. defin. 21.* Ideoque
7 † etiam in eccleſiaſticis conſuetudo pia &
laudabilis ante omnia eſt obſervanda, *arg. cap. ad apoſtolicam. 42. in fin. extr. de Simon.* Paul de Citadin. *de jur. patronat. part. 6. art. 5. n. 3.* Lambertin. *quæſt. 7. princ. art. 2. n. 5.* Kloek. *de contribut. cap. 10. n. 16. & ſeqq.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Senatui & Adminiſtratoribus Hoſpitalis Freybergenſis die 12. 8
Febr. Anno 1612. (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer eingeſchickter Bericht/ die Erſetzung der verledigten Stellen im Hoſpital *S. Johannis* bey euch betreffende/ gebührlich vorgetragen worden. Wann dann daraus zu befinden / und der Superintendens *D. Garthius* in ſeinem Klage-Schreiben ſelbſt geſtändig/daß er und ſeine *Anteceſſores* zu ſolcher *Election* hiebevor niemals gezogen/ ſondern dieſelbe von euch dem Rath und Hoſpitalmeiſter allein verrichtet worden; Als laſſen wir es ſeines des Superintendentens Vorwenden ungeachtet dabey bewenden/und begehren an ſtatt des Churfürſten zu Sachſen und Burggrafen zu Magdeburg/unſers gnädigſten Herrn ꝛc. Jhr wollet nunmehr mit Einweiſung der *elegirten* Perſonen verfahren/und dißfalls auch künfftig mit der *Election* es alſo machen/ damit ihr es gegen höchſtermeldten unſern gnädigſten Herrn/ uns und männiglich zu verantworten haben möget: Es wird auch der Superintendens Jnhalts der von ihme angezogenen Kirchen-Ordnung bey der ihme zuſtändigen *Inſpection* ſonſten billich gelaſſen/ möchten wir euch in Antwort nicht verhalten/ ꝛc.)

DEFINIT. XXXIX.

Ad functionem paſtoratûs vel miniſterii ſine vocatione legitimâ nemo admittendus.

SUMMARIA.

1. Vocationis defectus eſt hæreticorum nota certiſſima.
2. Quod probatur ex jure divino. n. 3.
4. Abſque vocatione admittendi non ſunt Eccleſiæ miniſtri.
5. Quibus ex cauſis neceſſaria eſt vocatio?
6. Miniſtri Eccleſiæ legati ſunt Chriſti.
7. Vocatio legitima tranquillat conſcientiam miniſtrorum Eccleſiæ.
8. Redarguitur error Anabaptiſtarum & Photinianorum.
9. Num illum probaverit B. Lutherus.
10. Explicatur ejus ſcriptum hâc de re.
11. Anton. Fab. iniquus eſt contra Lutheri vocationem. n. 15.
12. Qualis fuerit vocatio B. Lutheri?
13. Quoad reformationem Eccleſiæ vocatio Lutheri fuit extraordinaria.
14. Argumenta hujus vocationis quænam?
16. Reſcripta Electoralia. n. 17. 18.

1 CErtiſſima eſt nota hæreticorum defectus vocationis, ſine quâ intrant tanquam fures & lupi, ac gregem Dei dilaniant, juxta illud Jehovæ: Non miſi eos, nec locutus ſum ad eos, *Jerem. 14. v. 14.*
2 † Non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant, *Jerem. 23. v. 21.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 1. n. 18. Rubr. Secunda hæreticorum nota, vocationis defectus.* Frider Balduin. *de inſtit. miniſtr. c. 6.* Quomodo enim prædicabunt,
3 ſi non miſſi fuerint? *Rom. 10. verſ. 14.* † & nemo ſibi ſumit hunc honorem, niſi qui vocatur à Deo, quemadmodum & Aaron, *Hebr. 5. verſ. 4.* Miſſione igitur & vocatione opus eſt, latiſſimè Dn. Johan. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſiaſt. ſect. 1. §. 51. & multis ſeqq.*
† quam & præciſè requirit *Ordin. eccleſiaſt.* 4
Elect. Saxon. ſub tit. Von Beruff und Annehmung der Kirchendiener. *fol. 86. & ſeq.*
Eſtque ea neceſſaria, 1. † non modo propter 5
expreſſas ſacras ſcripturas, quas ex parte jam adduximus; ſed etiam 2. propter dignitatem miniſterii, quia miniſtri Eccleſiæ † 6
legati ſunt Chriſti, quibus abſque mandato & inſtructione quicquam ſuſcipere non convenit; nec non 3. propter ſolatium propriæ conſcientiæ, † quo tranquilliori ſint 7
animo miniſtri legitimè vocati, ſi forſan quid

quid adverſi ipſis accidat; & demum 4. propter populum, ut ſciat, cuinam animæ ſalutem committere debeat, nec cuilibet ſpiritui credere cogatur, Balduin. *dict. cap. 6. pag. 41.*
8 † Manifeſtus hinc redditur error Anabaptiſtarum & Photinianorum, qui vocationem miniſtrorum minimè neceſſariam contendunt, quod & B. Lutherum docuiſſe ajunt, *in libello de abuſu Miſſæ*, ſed contra mentem
9 ac ſententiam ejus genuinam: † Quando enim Lutherus munus docendi absque vocatione unicuique permittit, non loquitur de publico miniſterio in Eccleſiâ, ſed duntaxat de converſatione privata, veluti ipſemet ſe explicat *in libro de inſtitutione miniſtrorum*
10 *tom. 2. latin. Jenenſ. fol. 558.* ubi dicit: † Aliud eſt jus publicè exequi, aliud jure in neceſſitate uti, publicè exequi non licet, niſi conſenſu univerſitatis ſeu Eccleſiæ: in neceſſitate utatur autem, quicunque voluerit. Nequaquam ergò B. Luthero ſiniſtra opinio eſt
11 affingenda, contra quem iniquior † eſt Anton. Fab. qui ipſimet omnem legitimam adimit vocationem, adeoque heredicum eum eſſe audacter nimis contendit, *dict. lib. 1. tit. 1.* quo ipſo prodit, ſe libros Theologorum noſtratium, qui de legitima Lutheri vocatione multa verè ac doctè ſcripſerunt, haut vidiſſe, vel ſaltem non legiſſe. Summatim ut multa comprehendamus, † ordinariam ac- 12
cepit prædicationis vocationem Lutherus: 1. cum ordinaretur ad munus eccleſiaſticum. 2. cum profeſſio Theologica ipſi demandaretur. 3. cum inſignia & privilegia Doctoralia ipſi conferrentur. Licet † quoad re- 13
formationem Eccleſiæ vocatio B. Lutheri fuerit extraordinaria, quæ licet miraculis novis non fuerit comprobata, quâ nec opus habuit probatione Religio antiqua jam antea Apoſtolicis miraculis abundè confirmata; argumentis tamen & indiciis miſſionis divinæ haut fuit deſtituta. Fuerunt autem illa
† 1. doctrinæ puritas & cum ſcriptis Apoſto- 14
licis convenientia. 2. robur & magnitudo animi in docendo & purgando Eccleſiam à quisquiliis pontificiis. 3. feliciſſimus reformationis ſucceſſus. 4. prædictio Apoſtolica, *Apocal. 11. verſ. 3. & c. 14. verſ. 6.* Ita docent de vocatione Lutheri legitimâ Theologi noſtrates, quos ſi vidiſſet Anton. Fab. tàm malevolè contra Lutherum non ſcripſiſſet, aut ſi legiſſet, forſan non tacuiſſet. Plura † qui 15
velit, videat imprimis Balth. Meiſner. *in conſultat. cathol. de fide Luther. contra Leſſium pag. 281. & ſeqq.* latiſſimè Gerhard. *dict. loc. de miniſt. eccleſ. ſect. 8. per tot.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Conſiſtorio Wittebergenſi die 24. Octobr. Anno 1623.* (*Verba Reſcripti:* Und wenn beyderſeits Eingepfarrte mit ihnen zufrieden / wollet ihr denenſelben durch unſere Beamten die *Vocationes* aushändigen / und auf vorgehendes *Examen* ihnen die *Ordination* widerfahren laſſen/auch ihrer *Inveſtitur* halber gebührliche Anordnung thun/ ꝛc.) 16

Eidem † *die 27. Februar. Anno 1626.* (*Verba Reſcripti:* Es hätte euch auch in alle Wege gebühret/ unſerer *Reſolution* auf euern unterthänigſten Bericht zu erwarten / und mit der *Ordination* ohne vorgehende ordentliche *Vocation* nicht zu verfahren/ ꝛc.) 17

Nec non † *Superintendenti in Jeſſen, & Præfecto Annæburgico die 3. Octobr. Anno 1628.* (*Verba Reſcripti:* Als iſt unſer gnädigſter Will und Befehl / du der Schöſſer wolleſt ihme die *Vocation* aushändigen/ ꝛc.) 18

DEFINIT. XL.

Ad miniſterium eligendi fraudibus, pecuniis, aliisvè malis artibus ſe non ingerere, nec legitimam vocationem prævenire debent.

SUMMARIA.

1. *Bonum opus deſiderat Epiſcopatum petens.*
2. *Talentum ſibi concreditum nemo abſcondere debet.*
3. *Malis artibus nemo ſe ingerat & paſtoratum extorqueat.*
4. *Nundinatio functionum eccleſiaſticarum maximè deteſtanda.*

5. *Quia crimen Simoniæ incurrit.*
6. *Nulla eſt vocatio muneribus & corruptelis impetrata.*
7. *Adducitur Ordinatio eccleſiaſtica hanc ad rem. n. 8.*
9. *Legitima vocatio tranquillat conſcientiam.*
10. *Reſcriptum Electorale.*

1 BOnum equidem deſiderat opus, qui Epiſcopatum deſiderat, *1. ad Timoth. 3. v. 1.* nec ulli repugnat præcepto divino petere functionem eccleſiaſticam, ſed potiùs charitatis chriſtianæ ſalutem
2 proximi ſeriò expetentis opus hoc eſt; † quin & talentum ſibi concreditum ſtudioſè abſcondens graviſſimam Domini ſui incurrit offenſam; *Matth. 25. verſ. 28.* ſed non dolo
3 vel vi, aliisque malis artibus † ſe ingerere licet, Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 6. n. 24.* & caveant ſedulò, qui ad miniſterium ſunt eligendi, ne pecuniis, fraudibus, emendicatis ſuffragiis, vel quibuscunque malis artibus ſemetipſos ingerant, ſed legitimam vocationem expectent. Dn. Johan. Gerh. *in loco de miniſt. ec-*
4 *cleſiaſt. ſect. 6. §. 116.* † Imprimis verò deteſtanda eſt nundinatio, ſi pecunia paſtoratus ematur, *l. ſi quenquam. 31. C. de Epiſcop. & Cler. ibi: nemo gradum ſacerdotii pretii venalitate mercetur. Novell. 6. cap. 1. §. 5. ibi: neque pecuniis oportere emere Sacerdotium, ſolùm verò reſpicere Domini Dei culturam volumus. Novell. 123. cap. 1. & cap. 2. §. 1. Novell. 137. c. 2. canon. 1. 2. 3. & 4. cauſ. 1. quæſt. 3.* Rittershuſ. *ad Novell. part. 1. cap. 7. n. 30.* Speckhan. *centur. 3. claſſ. 1.*
5 *quæſt. 37. §. 10. n. 1.* † Nundinatio ſiquidem beneficiorum & functionum ſpiritualium crimen Simoniæ incurrit, perque hoc totus infirmatur actus, *cap. quæſitum eſt. 5. extr. de rer. permutat. cap. conſulere. 38. cap. ſicut. 39. extr. de Simon. c. præterea. 10. extr. de transaction.* Lambert. *de jur. patron. lib. 2. art. 3. quæſt. 9. princip. part. 2. n. 2. fol. 165.* Ex quo manifeſtum, † 6
illegitimam vel potiùs nullam eſſe vocationem, quæ muneribus aliisque corruptelis impetratur, quod & innuit *Ordin. Eccleſiaſtica Elect. Saxon. ſub Rubr.* von Beruff und Annehmung der Kirchendiener. §. Zum dritten. *fol. 87. verſ.* † Daß aus Gunſt und 7
Freundſchafft/ von wegen Verwandniß/ oder um Geſchenck und Gaben willen/ untüchtige Perſonen durch allerley Wege und Practiken mit ewigem unwiederbringlichen Schaden und Nachtheil vieler Seelen den Kirchen aufgedrungen werden: Et poſtea: † Wir wollen auch hiermit un- 8
ſern Verordneten in unſern *Conſiſtoriis* ernſtlich auferleget und befohlen haben/ ſolches unordentlich/ ärgerlich/ ihnen den Pfarrern ſelbſt und den Kirchen ſchädliches Lauffen nach den Pfarren bey den Kirchendienern gäntzlich abzuſchaffen/ und die/ ſo nicht ordentlich beruffen/ ſondern ſich obgedachter maſſen einzudringen gedencken/ zu keinem Kirchen-Amt zu laſſen. † Quicunque ergò tranquillâ frui cupit 9
conſcientia in miniſterio, ante omnia caveat, ne ſe per dona vel nundinationem inſinuet, ſed legitimam expectet vocationem, quâ tanquam clypeo contra omnia adverſitatum tela ſe tueri poteſt, Frider. Bald. *de caſibus conſcient. lib. 4. c. 5. caſu 3. in fin.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wittebergenſi die 27. Februar. An. 1626. (Verba Reſcripti: Was an unſer Ober-*Conſiſtorium* der Rath zu Birge wegen Erſetzung des *Diaconats* daſelbſt gelangen laſſen/ das habt ihr aus der Beylage zu vernehmen; Nun tragen wir ob *A. V.* Beginnen/ daß er ſich durch ungebührliche Mittel zu Kirchen-Dienſten eindringen wil/ und die *Ordination* bey euch *expracticiret*/ ein ſonderbares Mißfallen; Es hätte auch euch nicht gebühret/ mit der *Ordination* ohne vorgehende ordentliche *Vocation* zu verfahren: Dieweil wir es aber bey unſerer Anordnung allerdings verbleiben laſſen; So wollet ihr *J. Z.* die *Confirmation* nunmehr ertheilen/ und hinfüro bey der *Ordination* mehr Vorſichtigkeit gebrauchen/ daran geſchicht unſere gefällige Meynung/ ꝛc.) 10

DEFINIT. XLI.

Vocationem miniſtri Eccleſiæ Patronus nec ad certum tempus reſtringere, nec ſemel vocatum vi juris patronatûs ab officio rurſus removere poteſt.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Patronus vocato dat literas vocationis.*
2. *Num vocationem ad certum tempus reſtringere queat?*
3. *Quandoque jus hoc ſibi arrogant Patroni.*
4. *Deciſio negativa.*
5. *Remotio miniſtrorum Eccleſiæ ſpectat ad Conſiſtoria eccleſiaſtica.*
6. *Fundamenta & rationes decidendi. num. 10.*
7. *Jus pariter inſtituendi & deſtituendi Paſtores ſpectat ad Epiſcopum.*
8. *Remotio miniſtrorum Eccleſiæ eſt actus jurisdictionalis.*
9. *Adducitur hanc ad rem Ordin. Eccleſiaſtica Electoralis Saxonica.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NEutiquam ergò miniſtri Eccleſiæ
absque vocatione legitimâ ad fun-
ctionem eccleſiaſticam ſunt admit-
tendi; quare nominatos & ab Eccle-
ſia approbatos à Patrono vocari, ipſisque li-
teras vocationis tradi neceſſe eſt: at num hæc
2 † ad certum tempus, quamdiu ſcilicet Patro-
no placuerit, isque rurſus vocato dimiſſionem
denunciaverit, reſtringi, vel ut apertiùs lo-
quar, Patronus ſemel legitimè vocatum vi
juris patronatûs ab officio removere poterit?
3 Hoc equidem ſibi † quandoque affectant
Senatus oppidani & Nobiles in pagis, quibus
competit jus patronatûs, prætexentes regu-
lam juris: quod is habeat jus dimittendi, qui
habet jus vocandi Paſtorem. Sed hiſce re-
4 ſpondet † Fridr. Balduin. *de caſib. conſc. l. 5. cap. 5. caſ. 12.* Paſtorem non pro lubitu ſolius
Patroni, ſed conſenſu & approbatione totius
Eccleſiæ vocari, *ſuprà defin. 27.* ex quo nec ſo-
lus Patronus, ipſismet judicibus, ſemel voca-
5 tum removere poteſt, † ſed pertinet hoc ad
Epiſcopum & Conſiſtoria eccleſiaſtica, in
quibus judicia de miniſtris Eccleſiarum, eo-
rumque remotione exercentur, Balduin *dict. caſ. 12. in fin. & de inſtit. miniſtr. cap. 19. pag. 204. & ſeqq.* Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 9. n. 37.* Duar. *de benefic. lib. 5. cap. 4. v. quamvis autem.* Joh. Zanger. *ad cap. non poteſt. 3. n. 12. & ſeqq. extr. de ſent. & re judic.* Garſ. Maſtrill. *deciſ. 31. n. 12.* Franc. Pfeil. *conſil. 182. n. 51. & conſil. 183. n. 2.* Finckelthuſ. *de jur. patronat. cap. 2. n. 21. & cap. 4. n. 21.* Lambertin. *lib. 3. art. 9. quæſt. 6. prin-*
6 *cip. fol. 23. & 24.* (1.) † Quod enim ſemel
placuit, amplius diſplicere non poteſt,
cap. quod ſemel. 21. extr. de Reg. Jur. in 6to.
quare Patronus ſemel præſentatum & ab E-
piſcopo inſtitutum rurſus deſtituere vel re-
movere nequit. (2.) Sed ut jus inſtituendi,
ita † & deſtituendi ex juſta causâ non niſi 7
ad Epiſcopum pertinet, *Novell. 15. cap. 1. §. 1. can. contra ſanctorum. 29. cauſ. 16. quæſt. 7. cap. præterea. 4. cap. querimoniam. 9. extr. de jure patronat. cap. conquerente. 16. extr. de offic. judic. ordinar. cap. in Lateranenſi. 13. extr. de præbend. cap. un. extr. de capell. Monach. in 6to. cap. cum & plantare. 3. §. in*
Eccleſiis. extr. de privileg. (3.) † Idque eò 8
magis, quia remotio miniſtrorum eſt actus
jurisdictionalis; atqui Epiſcopus non Pa-
tronus jurisdictionem eccleſiaſticam exer-
cet, nec habet jus patronatûs cum jurisdictio-
ne quicquam commune, *arg. cap. cum ſeculum. 13. extr. de jur. patronat. c. omnes. 10. caſ. 16. quæſt. 7.* Felin. *ad cap. cum venerabilis. 6. n. 17. extr. de except.* Erneſt. Cothm. *vol. 4. Reſponſ. 33. n. 20.* Finckelthuſ. *de jure patronat. cap. 6. n. 75.* Mager. à Schönberg. *de advocat. cap. 10. n. 439.* (4.) Quo & fa-
cit † *Ordinat. Eccleſiaſt. Elector. Saxon. tit.* 9
Von beyden *Conſiſtoriis* zu Leipzig und Wittenberg. *cap. 7. §.* Alle Sachen/ die Pfarrer/ Kirchen- und Schuldiener/ *Vocation*, Amt/ Dienſt/ Leben/ Wandel/ *Translation, Dimiſſion, &c.* belangende. (5.)
† Et tandem metuendum, ſi jus remotio- 10
nis Patrono competeret, ſæpenumerò levi-
culam ob cauſam Eccleſiam fidelibus orba-
tum iri Paſtoribus; qui cum timore remo-
tionis officium eſſent facturi, aut ad placi-
tum Patronorum vivere ac docere cogeren-
tur: quorum utrumque ab intolerabili ty-
rannide parum abeſt, Balduin. *dict. caſ. conſcient. 12. in pr.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Biſchoffswerdenſi & Johanni Henrico & 11
Balthaſari à Rechenberg die 12. April. Anno 1632. (Verba Reſcripti: Ob nun wol Euch denen von Rechenberg nicht gebühret/ zuwider höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns Policey- und Kirchen-Ordnung/ unerſucht euer des Superintendenten *N. N.* die Cantzel zu Beiersdorff zu Verrichtung der Prob-Predigt zu eröffnen/ vielweniger ſeine *Vocation* auf halb-jährige

Loß-

Loßkündigung zu *reſtringi*ren/ auch deſſen *Remotion* euch durchaus nicht zuſtehet/ und wir dahero gnugſame Urſachen gehabt/ihn für dißmal wieder zurücke zu ſenden. Dieweil er aber doch in deme mit ihme gehaltenen *Examine* zu ſolchem Pfarr-Amt *qualificirt* befunden/ſo haben wir ihme die *Ordination* und *Confirmation* wiederfahren laſſen/ thun auch euch dem Superintendenten nebenſt demſelben berührte *Vocation* hierbey überſenden; An ſtatt des Churfürſten zu Sachſen und Burggrafens zu Magdeburg/ꝛc. unſers gnädigſten Herrns/begehrende/wenn ihr die von Rechenberg *corrigirt*er maſſen die *Vocation* anderweit vollziehen/ und ſolche dem neuen Pfarrer zuſtellen werdet/ ihr der Superintendens wollet alſodenn demſelben die *Confirmation* und *Teſtimonium Ordinationis* gleichfalls ausantworten/ darauf ihr ſämtlich der *Inveſtitur* halber/ wie in dieſen Landen gebräuchlich/ euch eines gewiſſen Tages vergleichen/und dieſelbe ihr der Superintendens gebührlich verrichten/ ihr die von Rechenberg aber euch hierinnen und ſonſten oberwehnter Ihr. Churfl. Durchl. Policey-und Kirchen-Ordnung allenthalben gemäß verhalten/ ꝛc.)

DEFINIT. XLII.

Licet accidentalis illa vocationis conditio, ut miniſter Eccleſiæ Anteceſſoris viduam vel filiam in uxorem ducat, modo limitato ſubſiſtat; cavendum tamen, ne hinc lex introducatur, & officia eccleſiaſtica fiant hereditaria.

SUMMARIA.

1. *Proſpiciendum viduæ ac liberis defuncti Paſtoris.*
2. *Quando valeat vocatio conditionalis ad certum matrimonium reſtricta?*
3. *Conjugium cum vidua vel filia defuncti Paſtoris quandoque proficuum novo Paſtori.*
4. *Subſiſtere poteſt ejusmodi vocatio conditionalis.*
5. *Certis tamen requiſitis & legibus obſervatis. n. 6.*
7. *Ne coactum ſit matrimonium.*
8. *Lex neceſſaria per hanc conditionem inducenda non eſt.*
9. *Probandum non eſt coactum matrimonium.*
10. *Reſcriptum Electorale.*

1 INiquum ſanè non eſt, quin potius juſtum ac pium, liberis defuncti Paſtoris benè educatis, ut & relictæ ejus viduæ de honeſto proſpicere matrimonio, quo ipſo ſimul erga bene meritum Paſtorem de-
2 functum debita exercetur gratitudo: † Quod ſi igitur ad officium idoneus & toti Eccleſiæ acceptus in ejusmodi conjugium conſenſerit, quidni ſub conditione hâc accidentali, ſi viduam vel filiam Anteceſſoris ducat, ad functionem aliquam eccleſiaſticam vocari poſſet? præſertim cum & ipſi
3 ſæpè conditio iſta † ſit admodum proficua, quia vidua vel filia defuncti Paſtoris exquiſitiorem parochiæ & redituum cognitionem habere præſumitur, ut ſic majori cum utilitate rei familiari præeſſe queat, quam
4 extranea: ſubſiſtere † itaque vocationem illam conditionatam vulgò arbitrantur, Joh. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſ. ſect.* 7. *§. 117. pag. 198.* Frider. Balduin. *de caſib. conſc. l. 4. cap. 5. caſ. 9.* Sigiſm. Finckelthuſ. *de jur. patronat. cap. 6. n. 38. & 39.* Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 6. numer. 26.* Speckhan. *cent. 3. claſſ. 1. quæſt. 5.* Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 19.* Tarnov. & Facultas Theologica Witteberg. apud Georg. Dedekenn. *conſ. Theolog. vol. 1. part. 2. membro. 3. ſect. 1. n. 9. & 10.* † Quod ipſum 5
tamen non ſimpliciter intellectum, ſed certis modis reſtrictum velim: (1.) Si vocatus ad miniſterium ſit habilis & idoneus, (2.) in quem etiam tota conſentiat Eccleſia, ne ſi aliud dicamus, hæc libero ſuo privetur ſuffragio. (3.) † Et ut viduæ 6
vel filiæ defuncti Anteceſſoris liber relinquatur conſenſus ad matrimonium, (4.) idque etiam ſucceſſor ſuo conſenſu libero approbet. Quibus ita obſervatis † nequaquam co- 7
actum

actum eſt matrimonium, nec conditio hæc ipſam vocationis ſubſtantiam intrat, ſed ſaltem vocationis per ſe legitimæ accidens habetur omni jure licitum, Balduin. Finckelthuſ. Tarnov. & Facultat. Witteb. *in locis allegatis.* Ex quo ultro perſpicuum
8 eſt, † legem neceſſariam ex limitatâ hâc conditione nequaquam eſſe inducendam, nec ſucceſſionum hereditariarum jura ad officiorum eccleſiaſticorum conſtitutionem transferenda. † Quod ſi ergò concluſum eſt à 9
Patrono, nemini committere Eccleſiam, quam qui relictam viduam aut filiam Paſtoris duxerit, etiamſi ei conjugium hoc non arriſerit, nec ipſe ad functionem illam ſatis aptus ſit, minimè id probari poteſt, Frider. Bald. *dict. caſ. conſc. 9.* Gerh. *dict. pag. 198. quæſt. 8. in fin.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wittebergenſi, die 20. Februar. Anno 1619. 10
(*Verba Reſcripti:* Was bey uns *Priſca*, Sebaſtian Kamans / weiland Pfarrers zu Rigiſſen hinterlaſſene Wittbe / wegen ihrer Tochter / damit dieſelbe vermittels einer Heyrath bey der Pfarre bleiben möge / demüthiglich ſuchet / ſolches habt ihr aus der Inlage zu vernehmen. Wann wir aber die Pfarr-Dienſte vererben zu laſſen nicht bedacht; Als begehren wir hiermit gnädigſt / ihr wollet die *Supplicant*-in von ihrem Suchen abweiſen / daran vollbringet ihr unſere Meynung / und wir ſeyn euch mit Gnaden gewogen / ꝛc.)

TIT. IV.

De

Præſentatione, Ordinatione & Inveſtiturâ novi Paſtoris.

Definit. XLIII.

Præſentatio præcedere neceſſariò debet ordinationem & inveſtituram, quæ nec ſine illâ ſubſiſtit.

SUMMARIA.

1. *Primum jus Patroni conſiſtit in præſentatione.*
2. *Non parum honoris defertur Patrono ex præſentatione.*
3. *Poteſt Patronus Epiſcopo præſentare quem vult.*
4. *Confirmationem & inveſtituram novi Paſtoris præcedere debet præſentatio.*
5. *Præſentatio eſt de forma ſubſtantiali juris patronatûs.*
6. *Neglectâ formâ ſubſtantiali corruit actus.*
7. *In præſentatione præcipuus exiſtit juris patronatûs effectus.*
8. *Præſentatio præcisè requiritur ad confirmationem novi Paſtoris.*
9. *Reſcriptum Electorale.*

1 Inter jura Patrono competentia primum & honorificum eſt, quod in præſentatione verſatur, juxta verſiculos illos vulgares:

Patrono debetur honos, onus, emolumentum:
Præſentet, præſit, defendat, alatur egenus.

Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. l. 3. claſſ. 1. c. 9. n. 63.* ſcilicet † non parum
2 honoris defertur Patrono ex præſentatione, quin & præſentans Patronus majori fungitur prærogativô quàm Epiſcopus confirmans & inſtituens præſentatum, qui ad voluntatem præſentantis inſtituitur: Poteſt enim Patronus † Epiſcopo præſentare, quem vult; 3
modò ſit idoneus: ſed non poteſt Epiſcopus, quem fortè ipſe vult, inſtituere, Rochus de Curte *in Rubr. de inſtit. Epiſc. compet. n. 88.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 958. n. 4.* Rol. à Valle *vol. 1. conſil. 47. n. 28.* Neceſſe itaque eſt, † ut confirmationem, ordinatio- 4
nem & inveſtituram novi Paſtoris vel miniſtri Eccleſiæ vocati ſemper præcedat præſentatio, ſine quâ nulla ſubſiſtit inſtitutio & ordi-

ordinatio, Matth. Steph. *de juris dict. libr. 3. part. 1. cap. 17. n. 23.* Garz. *de benefic. art. 5. cap. 9. n. 231.* Roch. de Curt. *dict. Rubr. n. 1.*
5 Eſt ſiquidem (1.) † præſentatio vocati de formâ inſtitutionis ſubſtantiali, in quâ nempe jus patronatûs conſiſtit, Lancellot. *in inſtitut. jur. Canon. libr. 1. tit. 28. in pr.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1216. n. 4. &*
6 *concluſ. 1378. n. 4.* † At neglectâ formâ ſubſtantiali corruit actus, Jaſon. *in l. 1. n. 18. ff. de lib. & poſt.* Andr. Gail. *l. 1. obſerv. 1. n. 36.* Alexand. *l. 1. conſil. 42. n. 16.* (2.) Hinc & præſentatio eſſentiale ac primarium † ha-
7 betur Patroni officium, fructusque & effectus juris patronatûs præcipuus, *can. decernimus. 32. cauſ. 16. quæſt. 7. cap. conſultationibus. 19. cap. nobis. 25. extr. de jur. patronat.* Ruin. *lib. 5. conſil. 50. n. 1.* Matth. Steph. *dict. cap. 17. n. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 1. defin. 5.* Theod. Reink. *dict. cap. 9. n. 17.* Bellamera *deciſ. 700.* (3.) † Ideoque præciſè re- 8
quiritur præſentatio ad confirmationem *in Ordin. eccleſiaſt. ſub Rubr.* Von Beruff und Annehmung der Kirchendiener. §. Zum vierdten. *verſ.* Doch alſo/ daß ſolche Perſon *nominiret*/ zuvorn unſerm *Conſiſtorio*, dahin die Pfarr gehörig/ zur Prob und *Examen præſentiret* und geſtellet werde/ ꝛc. *fol. 88.*

Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Conſiſtorio Wittebergenſi die 17. Maji Anno 1620. (Verba 9
Reſcripti: Uns iſt euer eingeſchickter unterthänigſter Bericht/ betreffende etliche von Adel/ welche ihre Kirchen- und Schul-Diener euch zum *Examen* und *Confirmation* zu *præſent*iren ſich verweigern/ verleſen worden. Wann denn ſolches der Kirchen- und Policey-Ordnung/ ſo wol den *Viſitation*-Articuln zuwider iſt; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Jhr wollet ihnen ſolche *Præſentation* bey einer anſehnlichen Strafe binnen gewiſſer Zeit zu Wercke zu richten auferlegen/ hernach wenn ſie nicht *pari*ren/ die Strafe ein- oder zweymal *dupl*iren/ und ſo denn uns/ wie ſie ſich darauf bezeiget/ zu fernerer Ordnung unterthänigſt berichten/ ꝛc.)

DEFINIT. XLIV.

Patronus multo quantumvis ære alieno obrutus habet jus præſentandi, nec ab eô à creditoribus eſt excludendus.

SUMMARIA.

1. *In poſſeſſione juris patronatûs qui eſt, præſentare valet Paſtorem.*
2. *Omnis utilitas tranſit in poſſidentem.*
3. *Creditores Patroni in bona ejus immiſſi conſentiunt quandoque in præſentationem.*
4. *Excludere tamen non poſſunt Patronum à præſentatione.*
5. *Non tranſit jus patronatûs cum univerſitate in creditorem.*
6. *Creditor fructus perceptos vel reſtituere vel in ſortem imputare tenetur.*
7. *Præſentatio eſt fructus juris patronatûs.*
8. *Semel vocatus à Patrono rurſus removeri nequit.*
9. *Præſentationis nulla datur æſtimatio.*
10. *Debitor poſt immiſſionem creditoris manet rei oppignoratæ dominus.*
11. *Reſcriptum Electorale.*

1 EXpediti juris eſt, quod in poſſeſſione vel quaſi conſtitutus poſſit præſentare novum Paſtorem & miniſtrum Eccleſiæ, licet jus aliud in territorio ac diœceſi alteri competat, *cap. conſultationibus. 19. extr. de jur. patron.* propter naturalem ſcilicet poſſeſſionem, † ob quam omnis utilitas
2 in poſſidentem tranſit, Panormitan. *ad cap. ex literis. 7. n. 5. extr. eod. tit.* Quidni ergò Patronus debitor, multoque obrutus ære alieno præſentandi jus exerceret? Sanè ſi creditores, quibus in prædio vel bonis & facultatibus Patroni debitoris proſpectum, † ipſi 3
præſentanti conſentiant, tutius agetur, nec habet Patronus, de quo conqueratur. Sin verò creditores † debitorem excludere, & ſibi 4
præſentationem arrogare velint, præſertim ſi in bona Patroni nondum fuerint immiſſi,

nequa-

5 nequaquam ſunt audiendi; † ſiquidem non tranſit jus patronatûs cum univerſitate in creditorem, cui villa in hypothecam eſt data, *cap. cum Bertoldus. 18. extr. de ſentent. & re judicat.* idque tantò minus, quia creditor ex contractu pignoris vel hypothecæ obſtrictus
6 eſt debito exoluto † fructus nomine debitoris perceptos vel reſtituere, vel in ſortem imputare, Jaſon. *in l. à Divo Pio. 15. §. ſi pignora. 3. ff. de re judicat. n. 4.* Anton. Neguz. *de pignor. part. 5. membr. 5. n. 1. & ſeqq.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 3. cap.*
7 *9. n. 83.* At † quomodo præſentatio, (quæ eſt fructus juris patronatûs, *dict. cap. conſultationibus. 19. extr. de jur. patron.* Grivell. *deciſ. 37. n. 15.* Brunor. à Sole *in loc. commun. verb. præſentatio. n. 1.*) à creditore facta reſtitui poterit? Nec enim æquum videtur, † Paſtorem ſemel à creditore præ- 8
ſentatum & ab Epiſcopo confirmatum ob id, quod caſtrum ad Dominum redeat, removeri, cum ſemel vocatus à Patrono rurſus removeri nequeat. *ſuprà defin. 41. cap. præterea. 4. cap. conſultationibus. 19. extr. de jur. patronat.* Quin † nec præſentationis ſeu 9
ſpiritualitati annexæ datur æſtimatio, quâ debitori ſatisfieri poſſet. Et cur non tandem præſentatio remaneret penes debitorem, † cum is manſerit dominus rei pignoratæ, 10
nec ullum dominii commodum in creditorem tranſierit, *l. 1. & 2. C. de pign. act.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti Torgenſi die 10. April. Anno 1635. (Verba 11
Reſcripti: Was an uns George von Leipzig wegen Erſetzung der Pfarre Klitzſchen abermals unterthänigſt gelangen laſſen/ das habt ihr aus der Julage zu erſehen; Dieweil dann *Supplicant* noch zur Zeit in *poſſeſſione* des Guths Klitzſchen/ und uns eine Vollmacht von ſeinen andern Gläubigern einen Pfarrer dahin zu beruffen/ *in Originali* vorgezeiget; Als laſſen wir es nunmehr bey der dem *Diacono* zu Sallhein allbereit in euerm Beyſeyn gehaltenen Prob-Predigt bewenden/ hiermit begehrende/ ihr wollet den von Leipzig darauf beſcheiden/ ꝛc.)

Definit. XLV.

Quomodo occurrendum contentioni de duobus ſimul præſentatis inter plures Compatronos: ubi tutiſſimum eſt remedium, ut alternis vicibus præſentent.

SUMMARIA.

1. *Plures unius Eccleſiæ poſſunt eſſe Patroni.*
2. *Unus tamen non magis quàm alius dicitur Patronus.*
3. *Quid ſi non conveniant in præſentatione?*
4. *Fas eſt Epiſcopo vel Conſiſtoriis, unum ex præſentatis eligere.*
5. *Imprimis vero eum, qui plurimorum eligitur voce.*
6. *Prævalet in Eccleſiis, quod à majori parte Capituli eſt conſtitutum.*
7. *Sortis judicium inter plures præſentatos admitti poteſt.*
8. *Epiſcopus providere debet Eccleſiæ propter ſcandalum evitandum.*
9. *Proſpiciendum, ne officia Eccleſiaſtica diutius ſint vacantia.*
10. *Convenientiſſimum quodnam remedium ad compeſcendam contentionem plurium Compatronorum in jure præſentandi?*
11. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 PLures ejusdem Eccleſiæ Patronos eſſe poſſe indubitatum eſt, & quidem ita, ut jus patronatûs non diviſim ſed in ſolidum ſit penes omnes,
2 † nec unus magis quàm alius dicatur Patronus, quamvis unus minus, quàm alius in dotatione contribuerit, *cap. 1. 2. 3. extr. de jure patron. cap. ad audientiam. extr. de Eccleſ. ædific.* Panormitan. *in dict. cap. 1. & cap. querimoniam. de jur. Patronat.* Roch. de Curte *de jur. patron ad verb jus. num. 11.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ lib 3. claſſ. 1. cap 9. n. 10. & 11.* Petr. Gregor. Tholoſan. *de benefic. eccleſ. cap.*

3 *c.17.n.5.* † Quid ergò, ſi omnes ſimul non
unum, ſed plures, ac ſingulus quisque alium
præſentet Paſtorem? Certè ne ex hac diſſen-
ſione functio eccleſiaſtica diutius vacet Ec-
4 cleſiaque ſentiat detrimentum, † fas eſt Epi-
ſcopo, vel ejus nomine Conſiſtorio, varian-
tibus Patronis unum ex præſentatis eligere,
eumque ſolum inſtituere, Gloſſ. & Dd. *in cap.*
cum autem extr. de jur. patronat. illum nem-
5 pe, † quem magis idoneum repererit: vel
eum, qui plurimorum eligitur & approba-
tur voce atque adſenſu, *cap. quoniam. 3. extr.*
de jur. patronat. regulariter namque in Ec-
6 cleſiis prævalet ſemper, quod † a majore &
ſaniore parte Capituli eſt conſtitutum, niſi a
paucioribus aliud rationabilius fuerit de-
monſtratum, *cap. cum in cunctis. 1. extr. de*
his, quæ fiunt à major. part. cap. eccleſia. 48.
extr. de elect. Paul. de Citadin. *part. 6. art. 3.*
7 *n. 6.* Quinimò ſortis quoque † judicium in-
ter plures præſentatos donis ac virtutibus æ-
quales admitti poſſe ſcribit Frider. Bald. *de*
caſib. conſcient. l. 4. cap. 5. caſ. 6. Nimirum
† Epiſcopus hoc caſu providebit Eccleſiæ pro 8
ſuo arbitrio propter ſcandalum evitandum,
dict. c. quoniam. 3. Nec enim Patronorum
causâ vel culpâ officia eccleſiaſtica diutius eſ-
ſe † debent vacantia, ne in ſpiritualibus & 9
temporalibus patiantur detrimentum, *cap.*
ne pro defectu. 41. extr. de elect. Paul. de Ci-
tadin. *dict. art. 3. n. 10.* Joh. Baptiſta Vivian.
in Ration. jur. pontific. ad dict. cap. quoniam.
3. extr. de jur. patr. † Convenientiſſimum 10
verò erit remedium, quo occurratur conten-
tioni plurium Compatronorum, & evitetur
ſcandalum, ut ex conventione vicibus alter-
nis præſentent, ne mutuo ſe impediant con-
curſu, *arg. l. ſi duobus. 2. §. cum ſingulis. 1. in*
fin. ibi: aut impedient invicem. ff. quib. mod.
uſufr. amittit. Clem. plures. 2. de jur. patr.
Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. l. 17. c. 4. n. 5.*
Joh. Schneidvv. *ad tit. inſt. de ſucceſſ. libert.*
n. 13. Andr. Fachin. *l. 2. conſil. 69.* Gratian. *di-*
ſceptat. forenſ. tom. 4. c. 675. n. 7. & ſeqq.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Dresdenſe die 1. Novembr. Anno 1633.* (*Verba Decreti:* Die- 11
weil verglichen/daß Knobelsdorff die Haupt-Kirche/Ottorff aber das *Filial* ſeyn/
iedoch die Belehnung von beyden Kirchen-*Patronis* Wechſelsweiſe geſchehen ſol.
So ſol Brandt von Arnſtäd nach verrichteter Prob-Predigt dem Pfarrer *N. N.*
die *Vocation* aushändigen/und durch den Superintendenten zu Oſchatz anhero zur
*Confirmation præſenti*ren laſſen/hernach es zwiſchen unſerm Amt Meiſſen und dem
Beſitzer des Guths Ottorff auf alle begebende Fälle mit des andern Theils Vor-
wiſſen/alſo Wechſelsweiſe gehalten/und um künfftiger Nachrichtung willen die-
ſer Beſcheid der hieſigen *Matricul*, ſo wol zu Oſchatz und dem Amts-Buche zu
Meiſſen/ bey der Pfarre Knobelsdorff einverleibet werden/ ꝛc.)

Definit. XLVI.

Patronus novum Paſtorem vel Eccleſiæ miniſtrum unà cum Superintendente diœceſeos præſentare debet; non etiam Superintendens excluſo Patrono.

Summaria.

1. *Præſentatio novi Paſtoris primarium Patroni eſt officium.*
2. *A qua tamen Superintendens non ſimpliciter excludendus.*
3. *Et quibus ex cauſis ac rationibus? n. 4.*
5. *Quodnam officium Superintendentis in præſentatione?*
6. *Num præſentatio fieri queat à ſolo Superintendente?*
7. *Deciſio negativa & fundamentum decidendi, n. 9.*
8. *Explicatur Reſcriptum Electorale à Finckelthuſio adductum.*
10. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. num. 11. 12.*

1 Licet præſentatio novi Paſtoris Eccleſiæve miniſtri eſſentiale ac primarium ſit Patroni officium, fructusque & effectus juris patronatûs præcipuus, *canon. decernimus. 16. quæſt. 7. cap. quia Clerici. 6. cap. conſultationibus. 19. extr. de*

de jur. patronat. Lambertin. *de jur. patron. lib. 2. art. 2. quæſt. 1. princ. part. 1. n. 2.* Bellamera *deciſ. 700.* non ſolus tamen Patronus,
2 ſed unà cum ipſo † Superintendens diœceſeos actum præſentationis expedire, ac novum Paſtorem vel miniſtrum Eccleſiæ ad examinandum, ordinandum, confirmandum atque inveſtiendum Epiſcopo vel Conſiſtorio præſentare debet, *Ordin. eccleſiaſt. Elect. Saxon. ſub Rubr.* Vom *examine* aller Kirchendiener. §. Alſo iſt auch. *alt. fol. 95. verb.* dem Amtmann oder *Collatorn*, welche ihn. & poſtea: Durch den Superintendenten wiederum zu dem *Conſiſtorio* berichten/ ꝛc. Non certè absque rationibus
3 prægnantibus: quo ſcilicet † (1.) conſtet, an Superintendentis permiſſu & conſenſu præſentatus ad concionem *δοκιμαστικὴν* fuerit admiſſus.
4 (2.) † num parochiani à Superintendente interrogati conſenſerint, nec quicquam contra præſentati perſonam, vitam ac mores, &c. proferre potuerint. (3.) & qualis ipſa fuerit concio, aut quidnam in perſonâ præſentati deſiderandum, corrigendum
5 vel reprehendendum: † quæ ſanè potiſſimum ad Superintendentis officium ſpectant, *ſupra defin. 27. & 35.* ab eoque Epiſcopus vel Conſiſtorium de iis certiorari poteſt, ut proinde Superintendenti ſimul cum Patrono præſentatio ſit committenda. † At num et- 6
iam fieri hæc poterit à ſolo Superintendente, excluſo Patrono? Ita videtur ſenſiſſe Sigismund. Finckelthuſ. *de jur. patronat. c. 6. n. 5. v. vel per Superintendentem tantùm &c.* quibus verbis ſi non incluſerit Patronum, ita ut hic præſentet per Superintendentem, qui voluntate & conſenſu Patroni actum præſentationis perficiat, vix opinio ejus ſubſiſtere poterit, † non ſolùm quod adverſetur prædictæ 7
Ordinationi eccleſiaſticæ *loc. alleg.* ſed etiam quia eſſentia juris pàtronatûs in præſentatione conſiſtit, quin & jus patronatûs per præſentationem definitur, ut diximus *ſuprà defin. 13. n. 2.* ademta ergò præſentatione, nil Patrono relinquetur de jure patronatûs, quod dictu abſonum. † Nec habet Finckel- 8
thuſ. quod ex *reſcripto Sereniſſimi Electoris ibidem annexo* probet; Vel enim Patroni voluntas & conſenſus in eo non excluditur; Vel, quod verius, reſcriptum illud ejusmodi comprehendit caſum, quò jus patronatûs ad ipſum Electorem ſpectat, qui mediante Præfecto id exercet; dum ergo Superintendenti præſentationem imponit, † tantum abeſt, 9
Patronum ab eâ excludi, ut potius juſſu ipſius à Superintendente quin & ab ipſo Patrono per Superintendentem fiat præſentatio, prout in aprico eſt.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Præfecto Coldicenſibus die 12. Dec. Anno 1610.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euer des Schöſſers Schreiben wegen der Kirchen- und Schul-Diener *Præſentation* verleſen hören. Wann dann die Churfl. *publicirte* Kirchen-Ordnung dißfalls klare Maße giebt/ ꝛc. So laſſen wir geſchehen/ daß ihr beyde zugleich hinfüro die Kirchen- und Schul-Diener *præſentiren* möget/ ꝛc.) 10
Item † *Rudolpho à* Bünau zum Lauenſtein/ *& Superintendenti Pirnenſi die 28. April. Anno 1628.* (*Verba Reſcripti:* An ſtatt des Churfürſten zu Sachſen und Burggrafen zu Magdeburg ꝛc. unſers gnädigſten Herrn/ begehrende/ ihr der Superintendens wollet auf euer des von Bünau Anſuchen beyden *nominirten* Perſonen/ ieder an ſeinem Ort/ die Cantzel zu Verrichtung einer Prob-Predigt nochmals eröffnen/ und wenn ſolches geſchehen/ und beyderſeits Eingepfarrten mit ihnen zufrieden/ alsdenn ihr der *Collator* denſelben die *Vocationes* ausantworten/ und ihr beyde ſie anhero *præſentiren*/ ꝛc.) 11
Et † *in causâ* Brands von Arnſtadt und des Beſitzers des Guths Ottorff *die 10. Nov. An. 1633.* (*Verba Decreti:* So ſol Brand von Arnſtadt als *Patronus* dem Pfarrherrn die *Vocation* einhändigen/ und ihn durch den Superintendenten zu Oſchatz anhero zur *Confirmation præſentiren* laſſen/ ꝛc.) 12

DEFINIT. XLVII.

A ſolo tamen Patrono præſentatio novi Paſtoris absque Superintendente facta quandoque admittitur.

SUM-

SUMMARIA.

1. Confirmatur quandoque à ſolo Patrono præſentatus Eccleſiæ miniſter.
2. Ordinatio Eccleſiaſtica Superintendentis conſenſum ad præſentationem requirit.
3. Facultas tamen diſpenſandi hâc de re Epiſcopo ademta haut eſt. n. 6.
4. Conſenſus Superintendentis non requiritur ad præſentationis exiſtentiam.
5. At quem in finem?
7. Reſcriptum Electorale.
8. Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.

1 SEd hoc largior Finckelthuſio, quod ad ſolius Patroni præſentationem, absque Superintendente factam, præſentatus quandoque in Conſiſtorio confirmetur, *in tract. de jur. patronat. c. 6. n. 5. verſ. vel ipſe ſolus &c.* licet rariùs id forſan accidat.
2 † Etſi enim Ordinatio Eccleſiaſtica præſentationem per Superintendentem fieri velit, *ſub Rubr.* vom *examine* aller Kirchendiener. §. Alſo iſt auch/ ꝛc. *fol. 95.*
3 per id tamen † facultas diſpenſandi adempta haut eſt Epiſcopo, quò minùs præſentationi ſolius Patroni annuere, ab eoque præſentatum confirmare poſſit. Quia ſcilicet † Superinten- 4
dentis conſenſus ad ipſam præſentationis exiſtentiam non requiritur, ſed propterea ipſum adhiberi neceſſe eſt, † quò de con- 5
cione δοκιμαστικῇ à præſentato legitimè habitâ, & non minus de parochianorum voluntate & adſenſu, quàm ipſius etiam præſentati vitâ & moribus conſtet. De hiſce ergò ſi aliunde appareat, & Epiſcopus fuerit certioratus, † cur non præſentatus ad fun- 6
ctionem eccleſiaſticam confirmaretur?

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti Torgenſi die 10. April. Anno 1635. (Verba Reſcripti:* Hiermit begehrende/ Ihr wollet den von Leipzig darauf/ und daß er gedachten *Diaconum* nach erlangter *Vocation* in unſer *Conſiſtorium* zu Wittenberg zur *Confirmation* und *Inveſtitur præſenti*ren möget beſcheiden/ ꝛc.) 7

Et † *Conſiſtorium Supremum Dresdenſe in causâ Rudolphi a* Bünau *& Johannis Sarii Paſtoris* in Dietersbach/ *nec non Samuel* Richters/ *Paſtoris* in Lauenſtein/ *die 30. Oct. An. 1633. (Verba Reſcripti:* So ſol gedachter von Bünau nebenſt Ausantwortung der *Vocation* für ſich/ oder durch ꝛc. den neuen Pfarrer anhero zur *Confirmation* zu *præſenti*ren/ darauf auch derſelbe ſein Amt alſobald anzutreten ſchuldig ſeyn/ ꝛc.) 8

DEFINIT. XLVIII.

Præſentandus coram Epiſcopo vel in Conſiſtorio præſens eſſe debet; nec confirmatur abſens per literas præſentatus.

SUMMARIA.

1. Patronus abſens per literas præſentare poteſt Paſtorem.
2. Præſentatus verò perſonaliter adeſſe debet.
3. Nec ſufficiunt literæ ejus ad hoc, ut confirmetur.
4. Rationes & fundamenta hujus aſſerti.
5. Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica hac de re. n. 6.
7. Præſentatio dicta à præſentia.
8. Oculis videri debet præſentatus.
9. Finis præſentationis proprius quisnam ſit?
10. Abſens examinari nequit.
11. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

1 ETſi Patronus per literas perſonam idoneam abſens Epiſcopo præſentare poteſt, *cap. ea noſcitur. 6. extr. de his, quæ fiunt à prælato ſine conſens. Capit. Clem. un. verſ. præſentatos. de exceſſ. prælat.* Roch. de Curte *Rubr. de inſtit. Epiſc. compet. numer. 23.* Lambertin. *libr. 2. art. 16. quæſt. 4. princip. part. 1. fol. 51.* Paul. de Citad. *part. 6. art. 3. n. 56. & 75.* † ipſa tamen præſentatio realiter 2
& perſonaliter fieri debet, hoc eſt, præſentandus ſiſtere ſe tenetur Epiſcopo & in Conſiſtorio

3 ſiſtorio perſonaliter comparere, † nec ſuffi-
ciunt literæ, quibus denominatur inſtituen-
dus, ad hoc ut abſens confirmetur, Panor-
mit. *in cap. paſtoralis. 29. n. 7. extr. de jur. pa-
tron.* Nicol. Garcia *de benefic. part. 4. cap. 1.
n. 15. & 16.* Sigism. Finkelthuſ. *de jur. pa-*
4 *tronat. cap. 6. n. 138. & ſeqq.* (1.) † per *text.
in canon. decernimus. 32. ibi: offerant Epi-
ſcopis ordinandos. cauſ. 16. quæſt. 7. dict. cap.
ea noſcitur. 6. ibi: perſonas idoneas Epiſcopis
diœceſanis præſentent. extr. de his quæ fiunt
à prælatis. cap. cum laici. 10. cap. cum autem.
24. cap. paſtoralis. 29. extr. de jure patron.*
5 (2.) † Cum quibus convenit *Ordinatio Ec-
cleſiaſtica Electoralis Saxonica ſub Rubr.*
Von Beruff und Annehmung der Kir-
chen-Diener. §. zum vierdten. *ibi: præ-
ſenti*ret und geſtellet. *fol. 88. & §. ſeqq.*
Wann aber. *ibi:* Wann der Lehn-Herr
keine tügliche Perſon *nomini*ren und vor-
6 ſtellen könte oder wolte. † *Et ſub rubr.* Von
examine aller Kirchen-Diener. *fol. 89. in
pr. ibi:* Wann einer zum Kirchen-Amt
durch einen *Collatorem* beruffen und vor-
geſtellet würde. (3.) † Idque ipſum etiam 7
luculenter innuit † vocula *Præſentationis*,
quæ à præſentia nomen accepit, quaſi præ-
ſens dari & offerri debeat confirmandus;
is autem præſens verè dicitur, qui ſenſibus
corporeis objicitur, *arg. l. coram Titio. 209.
ff. de V. S.* Unde perſpicuum, tum demum
præſentare Patronum aliquem, † quando 8
eum Epiſcopo realiter & corporaliter ſiſtit,
offert & exhibet, ut oculis ipſum videre, do-
ctrinam ejus per examen explorare, & pro-
ut eum deprehendit eruditione inſtructum,
vel confirmare vel rejicere poſſit. (4.) † Eſt- 9
que ipſiſſimus hic finis præſentationis, ut
præſentatus ab Epiſcopo vel in Conſiſtorio
examinetur, ejusque eruditio & qualitates
explorentur, *Ordin. Eccleſiaſt. dict. Rubr.*
Von Beruff und Annehmung der Kir-
chen-Diener. *fol. 88. §.* zum vierdten. *ibi:*
daß ſolche Perſon *nomini*ret / zuvor un-
ſerm *Conſiſtorio* zur Prob und *Examen
præſenti*ret und geſtellet werde. At † quo- 10
modo quæſo examinari poterit præſentatus,
ſi præſens non ſit?

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annæbergenſi die 11. Septembr. Anno 1607.* 11
(*Verba Reſcripti:* Wann dann vermöge der Kirchen-Ordnung alle Kirchen-Die-
ner/ ehe ſie ihre *Confirmationes* erlangen/ zuvor zum *Examine* und *Subſcription* in der
Perſon ſich einſtellen müſſen/ und es nicht gebräuchlich/ daß man das *Examen* dem
Superintendenten/ immaſſen der Rath begehret/ zu *committi*ren pfleget/ ihr auch
ſonder Zweifel nunmehr von euerm Bruder (welcher dieſer Tage nebenſt ihrer
ſechs Perſonen allhier auch *examini*ret und *confirmi*ret worden iſt) vernommen
haben werdet/ daß es Gott Lob groſſer Sterbens-Gefahr halber keinen ſonderli-
chen Mangel; Als iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hier-
mit unſer Begehren an euch/ ihr wollet bey berührtem Pfarrer die Verfügung
thun/ daß er ſich in der Perſon/ wie er am bequemſten fortkommen kan/ anhero ge-
ſtellen/ der *Examination* beywohnen/ und hierauf ferner gebührliches Beſcheides
gewärtig ſeyn ſolle/ wolten wir euch vermelden/ ꝛc.)

DEFINIT. XLIX.

Niſi cauſa juſta & ſufficiens præſentiam perſonæ præſentatæ impediat, de cujus eruditione & qualitatibus jam tum Epiſcopo vel Conſiſtorio conſtet.

SUMMARIA.

1. *An non juſta ex cauſa abſens confirmari queat?*
2. *Negat hoc Sigismundus Finckelthuſius.*
3. *Fundamentum ejus quodnam?*
4. *Regulariter huic aſſertioni negativæ inhærendum.*
5. *Ex cauſa tamen juſta ab ea recedendum. n. 9.*
6. *Neceſſitas nulli ſubjecta eſt legi.*
7. *Propter imminens periculum à regulis juris eſt recedendum.*
8. *Supremo Conſiſtorio facultas diſpenſandi permiſſa eſt.*

10. *Abſenti poteſt conferri beneficium.*
11. *Superintendenti examen novi Paſtoris committendum.*
12. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 13.*

1 QVid vero ſi cauſa neceſſitatis obſtet, quò minus in perſona præſentatus coram Epiſcopo comparere queat, veluti ſi exceptio itineris non tuti, vel peſtilentiæ & morbi graſſantis opponatur? Nec tum † abſentem ſine prævio exa-
2 mine ad functionem eccleſiaſticam confirmandum & admittendum fore, exiſtimat Finckelthuſ. *de jur. patron cap. 6. num. 140.*
3 † propter textum generalem *in Ordinat. Eccleſ. ſub Rubr.* Von Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. *fol. 88.* §. Zum vierdten. *ibi*: Daß ſolche Perſon zuvor unſerm *Conſiſtorio* zur Prob und *Examen præſenti*ret und geſtellet werde. & quod examen præſentato pariter & Eccleſiæ multum commodi afferat. † Verum licet hoc
4 lubens conceſſerim, nec enim ab Ordinatione eccleſiaſtica temere eſt recedendum; attamen ſi cauſa juſta & probabilis præſentiam præſentati impediat, ac de qualitatibus & eruditione ejus jam tum Epiſcopo vel
5 Conſiſtorio conſtet, conſultius dixerim † abſentem idoneum Paſtorem confirmari, quam cum Eccleſiæ detrimento longum in tempus confirmationem differri. Ecquis enim neſcit, neceſſitatem ingens eſſe telum, nulli
6 † ſubjectum legi, *l. 1. ff. de offic. proconſ. l. 7. §. 3. ff. quod vi aut clam.* ſed ipſam facere legem, *cap. remiſſionem. 1. quæſt. 1.* nec factum neceſſitate urgente haberi culpabile, *cap. ad limina. 30. quæſt. 1.* † & propter im- 7
minens periculum recedi non ſolùm à regulis juris communis, ſed etiam prohibitivi, Jaſ. *ad l. de pupillo. §. præterea. ff. de nov. oper. nunciat.* Nequaquam ergo generalitas Ordinationi eccleſiaſticæ obſtabit, quò minus in caſu neceſſitatis ab ea recedatur,
† præſertim cum Supremo Principis Conſi- 8
ſtorio facultas in jure poſitivo diſpenſandi ademta haut ſit, Felin. *in cap. 1. n. 51. extr. de conſtit.* Sebaſt. Vant. *in tract. de nullit. tit. an qualibet ſententia poſſit dici nulla. n. 7. 8.*
Quin † nec quicquam periculi metuendum 9
ob neglectum examen, ſi jam tum Epiſcopo de præſentati eruditione & qualitatibus certò conſtet, quem caſum heic præſupponimus. Et tum abſenti quoque † conferri 10
poſſe beneficium, probat manifeſtè *text. in cap. accedens. 24. extr. de præbend.* ex quo Doctores inferunt, quod examen omitti & abſens confirmari debeat, ſi ratione eruditionis fuerit notus & valde qualificatus, Joh. Aloyſ. Riccius *part. 4. collect. deciſion. 116.* Garcia *de benefic. part. 4. cap. 1. num. 16.*
Planè † licet perſona præſentati nota haut 11
ſit, nec de ejus eruditione Conſiſtorio conſtet, ſi tamen neceſſitas præſentiam impediat, ne confirmatio differatur, Superintendenti examen committi, ac ſi præſentatus ab eo idoneus fuerit repertus, confirmari poterit.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Coldicenſi die 16. Decembr. Anno 1633.* 12
(*Verba Reſcripti:* Wir haben euer Schreiben/ worinnen uns ihr *Georgium Delitium* nacher Schwartzburg/ Samuel Schutticḧen nacher Colmen/ und Philipp Groſſen nacher Leſſen *vocirte Paſtores abſentes tanquam præſentes*, weil ſie wegen unſichern Reiſens nicht fortkommen können/ *præſenti*ren thut/ verleſen. Wann wir denn ihrem *petito* aus denen von ihnen angezogenen *motiven deferi*ret: Als haben wir denſelben ihre *Confirmationes* unter des Ober-*Conſiſtorii* Inſiegel widerfahren laſſen; An ſtatt Ihrer Churfl. Durchl. begehrende/ ihr wollet euch nunmehr mit den *Collatorn* der *Inveſtitur* halber eines gewiſſen Tages vergleichen/ und ſolche dem Herkommen nach förderlichſt verrichten/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti & Senatui Freybergenſi die 18. Auguſti An. 1613.* (*Verba Reſcripti:* 13
Demnach auf eure beſchehene *præſentation Georgius Matthæi*, beruffener Pfarrer gegen Pretzſchendorff/ bey itzigen gefährlichen Läufften allhier nicht eingelaſſen werden will; Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ ihr wollet mit ihme *conferi*ren/ und wofern ihr ihn zu dieſem Pfarr-Amt tüchtig befindet/ alsdenn ihme beygefügte *Confirmation* ausantworten/ und ſeiner *Inveſtitur* halber gebührliche Verordnung thun/ ꝛc.)

DEFI-

Definit. L.

Quo tamen caſu, ceſſante impedimento, Paſtor confirmatus in Conſiſtorio ad ſubſcriptionem Formulæ Concordiæ & præſtationem juramenti Religionis ſiſtere ſe debet.

SUMMARIA.

1. *Eccleſiæ miniſtri in Electoratu Saxon. ſubſcribunt Formulæ Concordiæ & juramentum præſtant Religionis.*
2. *Quomodo hoc fieri poterit, ſi abſens confirmetur?*
3. *Novi Paſtores in Conſiſtoriis de officio ſuo admonendi.*
4. *Subſcriptio & præſtatio juramenti per nuncium expediri nequit.*
5. *De jure communi per Procuratorem jurare licet.*
6. *Non etiam in foro Saxonico.*
7. *Licet Procurator ſpeciale ad hoc habeat mandatum.*
8. *Differenda ſubſcriptio & præſtatio juramenti, usq; dum abſens confirmatus compareat in perſona.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 REſtat nihilominus hoc dubii, quod in terris Electoratûs Saxonici quilibet novus Paſtor Eccleſiæve miniſter confirmatus Formulæ Concordiæ ſubſcribere, ac juramentum Religionis præſtare obſtrictus ſit; at quomodo facere
2 id poterit abſens? Urget hoc † maximopere Sigismundus Finckelthuſius *in tract. de jur. patron. cap. 6. n. 140. circa fin.* ac propterea abſentem nunquam confirmandum ſtatuit, quia ſcilicet legitime vocatus non
3 tantum examinari, † ſed & ordinari, ac poſt ordinationem de officio ejus fideliter adminiſtrando probe admoneri, tandemque juramentum Religionis ab ipſo præſtari debeat, quæ omnia præſentiam ejus exigunt.
4 Niſi forſan exiſtimaveris, † ſubſcriptionem pariter & præſtationem jurisjurandi per nuncium ac intermediam perſonam expediri poſſe: quod quidem haut abſonum videtur de jure communi, quò juramentum non modò in propria perſona, ſed etiam per † Procuratorem habentem ad id ſpeciale 5
mandatum præſtare licet, *l. nam & poſteaquam. 9. §. jusjurand. 6. l. ult. § ſed etſi. ff. de jurejur.* Dan Moller. *libr. 4. Semeſtr. cap. 10. num. 1.* Matth Coler. *part. 1. deciſ. 115. n. 2.* Sed aliter res ſe habet in foro Saxonico,
† ubi omne juramentum in propria perſona 6
eſt præſtandũ, nec admittitur Procurator alterius nomine jurare volens, etiamſi ad † id 7
ſpeciale habeat mandatum, *artic. 46. verſ.* Wo es aber. *lib. 1.* Landr. Matth Weſenb. *in ſupplem. ad Johan. Schneidwin. ad §. item ſi quis poſtulante. num. 107. lit. a. Inſtit. de action.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt 8. n. 15.* Quid ergo eſt? Tantisper differenda † e- 8
rit ſubſcriptio pariter & præſtatio juramenti Religionis, usque dum impedimentum ceſſaverit, ut tunc demum jam confirmatus ad jurandum & ſubſcribendum ſe ſiſtat, quo ſane modo purgabitur mora absque ulla Eccleſiæ jactura, quæ ex dilatione confirmationis ipſi contingeret.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Senatui Freybergenſi die 18. Auguſti Anno 1613.* (*Verba Reſcripti:* Begehrende demnach ꝛc. ihr wollet mit ihme *conferi*ren/ und wofern ihr ihn zu dieſem Pfarr-Amt tüchtig befindet/ alsdenn ihme beygefügte *Confirmation* ausantworten/ und ſeiner *Inveſtitur* halber gebührliche Verordnung thun; Darneben ihme vermelden/ wann es künfftig wiederum ſicher/ daß er alsdenn bey uns ſich anderweit angeben/ den *Viſitation*-Articuln und *Formulæ Concordiæ* unterſchreiben/ auch das *Juramentum Religionis* ablegen ſol/ ꝛc.) 9

Definit. LI.

Paſtor ſeu Miniſter Eccleſiæ præſentatus in examine ſi idoneus reperiatur, ordinari & confirmari debet.

SUMMARIA.

1. Facta præſentatione ceſſat officium Patroni.
2. Præſentatus & idoneus repertus confirmari debet.
3 Confirmatio & ordinatio fit ab Epiſcopo.
4. Probatur hoc ex ordinatione eccleſiaſtica Electorali Saxonica. n. 5.
6. Superintendenti & Miniſterio committitur ordinatio.
7. Nomine tamen & autoritate totius Eccleſiæ expeditur.
8. Actus ordinationis omitti haut debet.
9. Ordinatio eſt ſolennis legitimæ vocationis confirmatio.
10. Uſus & commoda Ordinationis.
11. Quibus ſolennibus peragatur?
12. Reſcriptum Electorale.
13. Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.

1 Officium Patroni in præſentatione vocati Paſtoris Eccleſiæve Miniſtri ad examen potiſſimum conſiſtit, *cap. ult. extr. de jur. patron.* quâ factâ ſubſiſtere debet Patronus, & confir-
2 mationem ac inſtitutionem † Epiſcopo committere, qui ſi præſentatum in examine dignum & idoneum repererit, functionem eccleſiaſticam ei demandabit; Ordinatio e-
3 nim & inſtitutio † ſeu confirmatio expeditur ab Epiſcopo vel Conſiſtoriis, *dict. cap. ult.* Joach. Stephan. *de jurisdict. libr. 4. cap. 12. num. 49.* quod & proviſum *in Ordinat.*
4 *Eccleſ. Elector. Saxon.* † *ſub Rubr.* Gemeine Form und Weiſe/ auf welche ein neuer Kirchen-Diener *ordini*ret/ ꝛc. *fol. 100. & ſub Rubr.* vom *examine* aller Kirchen-Diener/ ſo entweder *ordini*ret. *fol. 89. & §. ult. verſ.* und nach geſchehener *Confirmation &c. fol. 95. item ſub Rubr.* von Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. §. Zum vierdten. *fol. 88. verb. fin.* zur *Confirmation* verſchrieben werden/ *& general. articul. art. 1. per tot.* von der *Ordination. fol. 291.*
5 imprimis † vero *in pr. verb.* daß hinfüro zugleich in den andern *Conſiſtoriis* alle neue Kirchen-Diener *ordini*ret werden ſollen/ꝛc. Etſi vero in Eccleſiis Evangelicorum Epiſcopus vel Conſiſtoria boni ordinis cau-
6 sâ † Miniſtrorum ordinationem permittunt ſolis Superintendentibus, qui cum Miniſterio opus id ſolenniter peragit: attamen nil quidquam facit is heic privato arbitrio ac
7 poteſtate propria, † ſed nomine, jure, ſuffragio, autoritate, conſenſu, approbatione, adeoque etiam conjunctis precibus totius Eccleſiæ, ſicque executio fit per Epiſcopum vel Superintendentem, actus autem eſt totius Eccleſiæ, ut colligitur *ex Actis Apoſt. 6. v. 13. & cap. 14. verſ. 23.* Joh. Gerhard. *de miniſter. eccleſiaſt. ſect. 12. §. 154. pag. 258.* Rittershuſ. *ad Novell. part. 1. c. 7. n 40.* Matth. Stephan. *ad Novell. 123. n. 3.* Joach. Stephan. *de jurisdict. lib. 4. cap. 11. n. 15. & ſeqq.* † Nec citra ſummæ 8
neceſſitatis caſum actus ordinationis omitti debet, vel ſaltem propter ſcandalum novitatis evitandum, & utilitatem, quæ inde ad Miniſtrum Eccleſiæ redundat, veluti demonſtrat Frideric. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 4. cap. 6. caſ. 1.* Gerhard. *dict. ſect. 12. §. 139.*
eſt † namque Ordinatio publica & ſolennis 9
legitimæ vocationis confirmatio, per quam miniſterium eccleſiaſticum vocato ceu idoneo ad hanc functionem commendatur, † ad 10
quod per preces & impoſitionem manuum conſecratur, de legitima vocatione certior redditur, & officii ſui publice in totius Eccleſiæ conſpectu ſolenniter & graviter admonetur, Balduin. *dict. cap. 6. in pr. & de inſtit. miniſtr. cap. 8. pag. 74. & ſeqq.* Gerhard. *dict. §. 139. in pr.* Martin. Chemnit. in Bedencken vom göttlichen ordentlichen Beruff rechtſchaffener Prediger. *Rubr.* Was thut denn der *ritus ordinationis publica* zum Beruff? apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. part. 3. membr. 1. ſect. 1. num. 24. pag. 420.* † Quibus vero ſolen- 11
nibus peragatur ordinatio, referunt & explicant Balduin. *dict. cap. 8.* Martin. Chemnit. *dict. loc. Rubr.* Woher kömmt denn das Hand-Auflegen? Gerhard. *dict. ſect. 12. §. 159. & ſeqq.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wittebergenſi die 27. Februar. Anno 1626. 12
(*Verba Reſcripti:* Nun tragen wir ob *A. V.* Beginnen/ daß er ſich durch ungebührliche Mittel zu Kirchen-Dienſten eindringen wil/ und die *Ordination* bey euch *expractici*ret/ ein ſonderbares Mißfallen. Es hätte euch auch in alle Wege gebühret/ unſerer *Reſolution* auf euern unterthänigſten Bericht zu erwarten/ und mit der *Ordination* ohne vorhergehende ordentliche *Vocation* nicht zu verfahren. Dieweil wir es aber bey unſerer Anordnung allerdings verbleiben laſſen;

So

So wollet ihr *J.Z.* die *Confirmation* nunmehr ertheilen/und hinfüro bey der *Ordination* mehrer Vorſichtigkeit gebrauchen/ daran geſchicht unſere gefällige Meynung/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Pirnenſi die 24. Julii Anno 1608.* (*Verba Reſcripti:* Demnach *M. Abraham Vitellius* beruffener Pfarrer gegen Geußnick anhero zum *Examen, Ordination* und *Confirmation præſentiret*/ und nach verrichteter Predigt/ *Examen* und *Ordination* von uns hierzu *confirmiret* worden; Als iſt hiermit ꝛc. unſer Begehren/ ihr wollet ihn mit Zuziehung des *Collatoris* und eines benachbarten Pfarrers in ſolches Pfarr-Amt förderlichſt *inveſtiren* und einweiſen/ ꝛc.) 13

Definit. LII.

Literæ confirmationis in originali in manus confirmati Paſtoris ſunt tradendæ, ac penes eum reponendæ & cuſtodiendæ.

SUMMARIA.

1. *Ordinationis & confirmationis teſtimonium exhibetur novo Paſtori.*
2. *Quod continere debet Conſulem & diem.*
3. *Epiſcopus debet habere bonum teſtimonium ab extraneis: quomodo hoc intelligendum?*
4. *Teſtimonium in originali relinquendum confirmato.*
5. *Nec ſufficit copiam hujus exhiberi novo Paſtori.*
6. *Quem in finem teſtimonium à confirmato cuſtodiendum?*
7. *Sola matricula fidem facit Conſiſtorio de confirmatione Paſtoris.*
8. *Reſcriptum Electorale.*
9. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta, num. 10.*

1 ORdinationis & confirmationis teſtimonium novo Paſtori ſolet tradi à Conſiſtorio, quod & neceſſarium eſt: & in Concilio Milevitano *can. 14.* cautum, ut quicunque ab Epiſcopis ordinantur, literas accipiant ab Ordinatoribus ſuis manu eorundem ſubſcriptas, continentes Conſulem & diem, † ut nulla altercatio de poſterioribus vel anterioribus oriatur, Frid. Bald. *in tract. de inſtit. miniſt. c. 8. pag. 76. in fin.* quod & convenit cum præcepto Apoſtoli, qui vult, Epiſcopum † bonum habere teſtimonium ab extraneis, *1. Timoth. 3. v. 7.* ubi per extraneos etiam intelligi eos, à quibus ordinatus eſt, ut qui plerumque ſunt extra particularem illam Eccleſiam, quæ ordinando commiſſa fuit, docet Balduin. *dict. cap. 8. p. 77.* † Eſt autem teſtimonium hoc confirmationis in originali ipſi ordinato exhibendum, ac penes ipſum reponendum, non etiam penes Conſiſtorium vel Patronum, prout aliquando exiſtimavit † Conſiſtorium Lipſienſe, ſolâ literarum copiâ confirmato Superintendenti datâ: Etenim hujus potiſſimum intereſt, conſervari literas confirmatorias ac teſtimoniales, quod perſonam ſuam ad functionem eccleſiaſticam legitimare, & certus eſſe queat, quod ad opus Domini ſegregatus ſit, quodque donis divinis in officio ſuo non deſtituatur, Balduin. *dict. cap. 8.* † Cur non ergo ab eo cuſtodirentur ac conſervarentur? Cum de confirmatione Conſiſtoriis † ſola matricula & conſignatio fidem ſufficientem facere queat, per tradita Gailii *lib. 1. obſ. 21. num. 3. & 4.* Cluten *in ſyllog. rer. quotidianar. th. 27. lit. c.* Paul. Matth. Weſenb. *pract. obſ. verb matricula. p. 247.*

(Margin numbers: 2, 3, 4 left; 5, 6, 7 right.)

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Lipſienſi die 3. Decembr. An. 1627.* (*Verba Reſcripti:* Wir werden berichtet/daß ihr die *Confirmationes* derer Superintendenten/die wir unter unſerm Chur-*Secret* und eigener Hand ausfertigen/bey euch verwahrlich aufheben/und an ſtatt derſelbẽ eine ſchlechte Copey neben euer *Confirmation* außantworten laſſet; Demnach ſich aber etliche Superintendenten deſſen beſchweret/und wir ſelbſt nicht unbillich zu ſeyn erachtẽ/daß ſie die *Originalia* behalten/wie es den̄ in unſerm Ober-und andern *Conſiſtoriis* auch alſo geſchicht; Als be- 8

gehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet alſobalden durch euern *Notarium* denen Superintendenten/derer *Confirmationes in originali* noch bey euch ſeyn/zuſchicken/ und mit denen von euch ertheileten Abſchrifften auswechſeln/ hinfüro es auch alſo und nicht anders halten / daran geſchicht unſere gefällige Meynung. *Datum* Dreßden/ ꝛc.)

Et † Conſiſtorium Supremum Dresdenſe Superintendenti Coldicenſi die 16. Dec. An. 1633. 9

Nec non † Superintendenti & Senatui Freybergenſi die 18. Auguſti Anno 1613. 10

Definit. LIII.

Sumtus ordinationis ac confirmationis à fiſco Eccleſiæ & parochianis præſtantur.

SUMMARIA.

1. *Ordinatio & confirmatio novi Paſtoris ſumtus requirit.*
2. *Qui ex fiſco Eccleſiæ vel à parochianis præſtandi.*
3. *Adducitur hac de re Ordin. Eccleſ. Elect. Saxonica.*
4. *Fundamenta & rationes hujus ſanctionis.*
5. *Pro ſpiritualibus carnalia ſunt præſtanda Eccleſiæ Miniſtris.*
6. *Nemo cogitur ſuis militare ſtipendiis.*
7. *Sumtus itineris Legatis Procerum terrenis præſtantur.*
8. *Nemini officium ſuum ſit damnoſum.*
9. *Miniſtri Eccleſiæ ſunt legati Dei & myſteriorum ejus diſpenſatores.*
10. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 11. 12.*

1 Fieri non poteſt, ut Paſtor novus Eccleſiæve Miniſter pro obtinenda ordinatione &confirmatione in itinere pariter & Conſiſtoriis ſumtus impendere neceſſum haut habeat, quos ab ipſomet exigi
2 iniquum eſſet,† quare ex fiſco Eccleſiæ,vel eo deficiente à parochianis ſuppeditari debent, diſponente ita Sereniſſimo Electore in arti-
3 culis generalibus, † *art. 1.* Von der *Ordination.* §. So werden auch diejenigen / welche einen Kirchen-Diener beruffen/und zu der *Ordination* ſchicken/denſelben mit nothdürfftiger Zehrung abzufertigen wiſſen / auf daß er / wie gebräuchlich / *ordini*ret werden möge. *Et* §. Und ſo einer *ordini*ret. *verſ.* Und da ſich der Zehrung halber Mißverſtand oder Uneinigkeit zutragen wolte/ damit kein Theil zur Unbilligkeit beſchweret/ſol es auf Erkäntniß des *Viſitatorn*,und der Obrigkeit jedes Orts geſtellet werden.
4 Idque (1.) † non ſolum ex debito quodam honeſtatis,& teſtimonio tam obſervantiæ erga Miniſterium, quam reverentiæ erga Miniſtros, à quibus bona accipiunt ſpiritualia
5 parochiani, ut hinc † carnalia iis lege gratitudinis retribuere debeant, *1. ad Corinth. 9. verſ. 11.* Matth. de Afflict. *in præfat. ad deciſ. Neapol. num. 2.* Pareus *de jur. regio. quæſt. 5. pag. 84.* (2.) ſed etiam quia † nemo 6
cogitur ſuis militare ſtipendiis, *cap. cum ex officii. 16. in fin. extr. de præſcript. l. idemque. 10. §. idem Labeo. 9. ff. mandat.* Paul. de Citadin. *de jur. patron. part. 6. art. 5. n. 2.*
(3.) Et † nonne Legatis Procerum terrenis 7
ſumtus itineris omniaque illa impendia, quæ bona fide legationis exequendæ gratiâ ab ipſis facta, quæque fortunæ ac itineris incommoditate per legationem amiſſa ſunt, reſtituuntur? quia † ſcilicet officium ſuum 8
Reipublicæ gratiâ ſuſceptum nemini debet eſſe detrimento, *l. ſi quis alieni. §. impendia. ff. mandat.* Herm. Kirchner. *de jur. offic. & dignit. legat. lib. 2. cap. 10. n. 47. & 48.* Merito ergo & multo magis ſumtus atque expenſæ Eccleſiæ miniſtris ad ordinationem & confirmationem parochianorum causâ miſſis & ablegatis reſtitui debent, † quia ſunt le- 9
gati Dei & diſpenſatores myſteriorum ejus, *1. Corinth. 4.*

Ita † Conſiſtorium Electorale Supremum Archidiacono Oſſitienſi, Hieronymo Branden *ab* 10
Arnſtadt / *& Præfecto Miſnenſi die 7. Martii An. 1624.* (*Verba Reſcripti:* Welcher geſtalt der zu Striegis geweſene/ nunmehr aber *deſignirte* Pfarꝛherꝛ zu Knobelsdorff/

dorff/über die Eingepfarꝛten daſelbſt wegen verweigerter Unkoſten zu ſeiner *Confirmation*, und ſonſten ſich beſchweret/ und gebeten / das habt ihr hierbey zu befinden. Wann ſie ihme denn ſolche zu geben ſchuldig; Als iſt hierauf an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herꝛns hiermit unſer Begehren / ihr die Gerichts-Herren wollet den Leuten auferlegen/ ihme ſolche Gelder unweigerlich zuzuſtellen/ und ihr der *Archidiaconus* den neuen Pfarrer zur *Confirmation* ungeſäumt anhero *præſenti*ren ꝛc.)

Nec non † *Superintendenti Biſchoffswerdenſi & Georgio à* Starſchedel zu Steinigt-wolmsdorff/ *die 10. April. Anno 1618.* (*Verba Reſcripti:* Darneben wollet ihr Verordnung thun / daß dem Pfarꝛ-Herꝛn die bey der *Ordination* und zur Erlangung der *Confirmation* aufgewendete Unkoſten/dieſer Lande Herkommen nach/von der Kirchen Vorrath gefolget werden / ꝛc.) 11

Et † *Superintendenti in Hayn, ut & Gottlieb à* Köritz *die 23. Martii Anno 1636.* *Verba Reſcripti:* Wollet aber unterdeſſen verſchaffen / daß dem neuen Pfarrer ſeine ausgelegte Ober-*Conſiſtorial*-Gebühr von der Kirchen Vorrath / oder den Eingepfarꝛten ungeſäumet herwieder erſtattet werde/ ꝛc.) 12

DEFINIT. LIV.

Inveſtitura novi Paſtoris etſi de ſubſtantia miniſterii non eſt, nequaquam tamen omitti debet.

SUMMARIA.

1. *Inveſtitura novi Paſtoris in quonam conſiſtat?*
2. *Finis & utilitas inveſtituræ.*
3. *Per inveſtituram contrahitur vinculum inter Eccleſiam & Paſtorem.*
4. *Paſtor Eccleſiam non deſerat.*
5. *Inveſtitura de ſubſtantia miniſterii non eſt.*
6. *Haut tamen omitti debet.*
7. *Cur neceſſaria novi Paſtoris inveſtitura?*
8. *Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Elect. Saxonica, n. 9.*
10. *Quibus ſolennibus inveſtitura peragenda?*
11. *Reſcriptum Electorale.*
12. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta, n. 13.*

VOcationem, ordinationem & confirmationem Miniſtrorum Eccleſiæ
1 ſubſequitur inveſtitura, quæ eſt † actus eccleſiaſticus ſolennis, quo perſona ad miniſterium legitimè vocata & ordinata gregi, cui præficienda eſt, per Superintendentem ſiſtitur, in Eccleſiam ſuam inſtituitur, & in poſſeſſionem officii ſui actua-
2 lem deducitur, & quidem † palam ac publicè, ut omnis evitetur ſuſpicio, *canon. quam pio. 1. quæſt. 2. can. cum clericus. diſt. 81. cap. un. extr. de inſtit. in 6to.* Coraſ. *de Sacerdot. part. 4. cap. 1. n. 15.* Matth. Coler. *conſil. 34. n. 122.* Johan. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſiaſt. ſect. 14. §. 170.* Matth. Stephan. *de jurisdict.*
3 *lib. 3. part. 1. cap. 16. n. 4.* † Eáque inveſtiturâ inter Eccleſiam & Clericum contrahitur vinculum ad inſtar Conjugii, *Novell. 123. cap. 9. cap. cum inter canonicos extr. de elect. cap. requiſiviſti. extr. de teſtib. cap. 2. §. ſicut au-*
4 *tem. extr. de translat. Epiſcopi.* † Quemadmodum ergo vir non debet adulterare uxorem ſuam; ita nec Paſtor Eccleſiam ſuam deſerere, Matth. Stephan. *dict. cap. 16. num. 5.* Etſi vero inveſtitura hæc † de ſubſtantia 5
miniſterii non eſt, teſte Nicolao Papâ, *canon. 1. diſtinct. 23.* Gerhard. *dict. loc.* § *170. pag. 278.* nequaquam tamen omitti debet, vel ſaltem propter ſolennitatem, quâ literæ confirmationis publicè prælegun-
tur, † Paſtor novus toti Eccleſiæ ſiſtitur 6
& introducitur, cui actui conjungi ſolent
feriæ adhortationes, quibus tum novus † 7
miniſter, tùm auditores officii ſui admonentur, ac ſtipulatâ manu ad ſedulam illius executionem obligantur: adduntur & feriæ preces, quibus officium miniſtri DEO commendatur, Gerhard. *dict. loco.* Sunt certè hæc omnia tanta ac talia, quæ absque religione & pietate omitti haut
debent. † Quò & facit *Ordinatio Eccle-* 8
ſiaſt. ſub Rubr. Gemeine Form und Weiſe / auf welche ein neuer Kirchen-Diener *ordini*ret / und durch den Superintendenten

ten

ten ſeiner ihme verordneten Kirchen *commendirt* und *inveſtiret* werden ſol. *fol. 100. in pr. ibi:*
9 † Als offt einer zum Kirchen-Diener aufgenommen/verordnet/und der Kirchen vermöge ihres gegebenen Zeugniß und *Conſens* annehmlich/ ꝛc. ſol der Superintendens die Chriſtliche *Inveſtitur* verrichten. † Quo vero ritu, quaque forma 10
peragi debeat inveſtitura, id abunde docet *Ordinat. Eccleſiaſtica prædicto loco.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wittebergenſi die 24. Octobr. Anno 1623.* 11
(*Verba Reſcripti:* Und wann beyderſeits Eingepfarrte mit ihnen zu frieden; So wollet ihr denſelben durch unſere Beamten die *Vocationes* aushändigen / und auf vorhergehendes *Examen* ihnen die *Ordination* widerfahren laſſen / auch ihrer *Inveſtitur* halber gebührliche Anordnung thun / ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Electorale Supremum Superintendenti Oſſitienſi & Rudolpho à* Köckeritz 12
die 7. Decembr. Anno 1614. (*Verba Reſcripti:* Darauf an ſtatt des Chur-Fürſten zu Sachſen und Burggrafens zu Magdeburg/ꝛc. unſers gnädigſten Herrns begehrende / ihr der Superintendens wollet ſeine *Inveſtitur* förderlichſt verrichten/ ꝛc.)

Nec non † *Senatui & Adminiſtratoribus Hoſpitalis Freybergenſis die 12. Februar. An. 1612.* 13
(*Verba Reſcripti:* Begehren an ſtatt des Churfürſten zu Sachſen und Burggrafens zu Magdeburg/ unſers gnädigſten Herrns / ihr wollet nunmehr mit der *Inveſtitur* und Einweiſung der *eligirten* Perſonen verfahren/ ꝛc.)

DEFINIT. LV.

Quamvis inveſtitura novi Paſtoris ad jus epiſcopale ſpectet, præſcitu tamen Patroni, eoque & parochianis præſentibus peragi debet.

SUMMARIA.

1. *Jus præſentatum inſtituendi ad Patronum non ſpectat.*
2. *Inveſtitura eſt actus juris epiſcopalis.*
3. *Quæ impediri non debet à Patrono.*
4. *Jus patronatûs differt à jure epiſcopali.*
5. *Patronus adeſſe debet inveſtituræ novi Paſtoris.*
6. *Quibus ex cauſis & rationibus?*
7. *Inveſtitura fieri debet in præſentia totius Eccleſiæ.*
8. *Patronus & Magiſtratus præcipuum Eccleſiæ membrum.*
9. *Benefacienti honor exhibendus.*
10. *Jus Patroni honorificum in quonam verſetur?*
11. *Reſcriptum Electorale.*
12. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 13.*

1 NOn ſicuti jus præſentandi, ita & jus inſtituendi ac deſtituendi præſentatum ad Patronum ſpectat, *cap. præterea. 4. c. quod autem. 5. §. ult. c. querimoniam. 9. cum ſeq. & c. ſuggeſtum. 29. extr. de jur. patron.* quippe quod non ex jure patronatûs, ſed ex lege jurisdictionis dependet. Quare inveſti-
2 tura † novi Paſtoris eſt actus juris epiſcopalis, qui per Superintendentem Eccleſiæ exercetur, Matth. Steph. *de jurisdict. lib 3. part. 1. cap. 17. numer. 32.* Joh. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſiaſt. ſect. 14. §. 170.*
3 † adeoque fruſtra reluctantur quandoque Patroni, quò minus inveſtitura ſuſcipiatur: ut enim jus patronatûs non tollit jus epiſcopale, ita quoque non tollit nec excludit, imo etiam non poteſt tollere nec excludere inveſtituram ad jus epiſcopale pertinentem, Gerhard. *dict. loc.* † quia utrumque ab invicem differt, Matth. Weſenb. *part. 2. conſil. 48. num. 23. in fin.* Matth. Stephan. *ad Novell. 57. n. 12. & ſeqq.* Chriſt. Beſold. *in differt. de patroc. & client.* An ergo Patronus ad 4
inveſtituram non requirendus? † Omninò 5
requiri debet, nec ſine ejus præſcitu ac præſentia parochianorum peragendus eſt inveſtituræ actus: (1.) † propter claram ſanctio- 6
nem *in Ordin. Eccleſ. Elector. ſub Rubr.* Gemeine Form und Weiſe / auf welche ein neuer Kirchen-Diener *ordiniret* und *inveſtiret* werden ſol. *fol. 100. in pr. verb.* Sol der Superintendens / oder auf deſſelben Befehl der *Adjunctus*, in deß Gezirck er gehörig / aufs förderlichſte ſamt dem Amtmann / *Collatorn* oder Erb-Herrn deſſel-

deſſelben Orts / benebenſt einem benach-
barten Pfarrer/als Gezeugen der Hand-
lung/auf einen beſtimten Tag ſich daſelbſt
hinverfügen / und die Chriſtliche *Inveſtitur*
7 verrichten. (2.) † Cumque inveſtitura
publicè & in conſpectu ac præſentia totius
Eccleſiæ fieri debeat, *Ordinat. Eccleſ. dict.*
loc. §. Erſtlich ſo das Volck verſamlet.
Gerhard. *dict. §. 170.* non utique excludi de-
8 bet Patronus & Magiſtratus politicus; † qui
præcipuum Eccleſiæ membrum habetur,
Hugo Grot. *in pietat. Ordin. Holland.* Chriſt.
Beſold. *de majeſt. ſect. 2. cap. 3. §. 2.* (3.)
Quin & meritum Patroni in Eccleſiam hoc
requirit, & ſuadet ratio naturalis atque ho-
9 neſtas, † ut benefacienti honor & reverentia
exhibeatur, *arg. l. 2. C. de offic. magiſtr. offic.*
l. potiores. 5. C. de offic. Rect. provinc. cap.
cum in officiis. 7. extr. de teſtament. (4.)
Quò † & facit jus honorificum Patroni, quòd 10
in proceſſione verſatur, *canon. piæ mentis. 26.*
in fin. can. frigentius. 27. cauſ. 16. quæſt. 7.
cap. nobis. 25. extr. de jur. patron. quem pro-
ceſſionis honorem vulgò declarant per præ-
eminentiam ſeu primum atque eximium lo-
cum, ut ſcilicet Patronus præ aliis honoretur,
eique primus ac præcipuus in actibus ſolen-
nibus tribuatur locus, Spino à Carceres *in*
ſpec. teſtam. gloſſ. 4. pr. n. 6. Erneſt. Cothman.
Reſponſ. Academ. 30. n. 9. Franciſc. Pfeil. *con-*
ſil. 182. n. 14. Paul. de Citadin. *de jur. patron.*
part. 6. art. 6. n. 2. & ſeqq.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector D. Paulo* Röbern *Superintendenti Witteberg. & Gene-* 11
rali in Circulo Electorali, nec non Præfecto Liebenwerdenſi die 27. Auguſti Anno 1630.
(*Verba Reſcripti:* Euch iſt unverborgen / daß der getreue GOtt nach ſeinem gnä-
digen Willen den Pfarrer und Superintendenten zu Liebenwerda *Chriſtophorum*
Gilbertum unlängſt durch den zeitlichen Tod von dieſer Welt abgefodert. Wann
wir denn an deſſelben Stelle ſeinen Sohn *M. Matthæum Gilbertum* nach erlang-
ter *Vocation* dahin zum Pfarrer und Superintendenten *confirmi*ret/ wie ihr hier-
bey *originaliter* zu befinden; Als begehren wir hiermit gnädigſt / ihr wollet euch
mit gedachtem *M. Gilberto* und dem Rath zu Liebenwerda eines gewiſſen Tages
zur *Inveſtitur* vergleichen/denſelben vorher von der Cantzel/ wie gebräuchlich/ ver-
kündigen/auch denen dahin gehörigen Kirchen-und Schul-Dienern aufm Lande
zu rechter Zeit anmelden laſſen/und alsdenn angeregte *Inveſtitur* der Gebühr ver-
richten/ auch darbey die *Confirmation* dem neuen Superintendenten ausantwor-
ten/ daran verbringet ihr unſere gefällige Meynung / und wir ſeyn euch in Gna-
den gewogen/ ꝛc.)
Et † *Conſiſtorium Electorale Supremum Superintendenti* zum Hayn und Gottlieben von 12
Köritz zum Strauch *die 23. Martii An. 1636.* (*Verba Reſcripti:* Als iſt hierauf an
ſtatt Ihrer Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren / ihr zugleich wollet euch der *In-*
veſtitur halber eines gewiſſen Tages vergleichen / und ſolche dem Herkommen
nach förderlichſt verrichten/ ꝛc.)
Nec non † *Superintendenti Pirnenſi die 14. Julii Anno 1608.* (*Verba Reſcripti:* Demnach 13
M. Abraham Vitellius beruffener Pfarrer gegen Geußnick anhero zum *Examen, Or-*
dination und *Confirmation præſenti*ret/ auch nach verrichter Predigt / *examine* und
Ordination von uns hierzu *confirmi*ret worden; Als iſt hiermit an ſtatt höchſtge-
dachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren an euch / ihr wollet ihn mit
Zuziehung des *Collatoris* und eines benachbarten Pfarrers in ſolches Pfarr-Amt
förderlichſt *inveſti*ren und einweiſen/ ꝛc.)

Definit. LVI.

Sumtus ad celebrandum inveſtituræ actum ex fiſco ſeu ærario eccleſiaſtico ſuppeditantur.

SUMMARIA.

1. *Inveſtitura novi Paſtoris ſumtus requirit.*
2. *Unde hi ſint deſumendi?*
3. *Ærarium eccleſiaſticum eos ſuppeditare debet.*
4. *Quibus ex cauſis & rationibus?*

5. *Iden-*

5. Identitas rationis idem jus facit.
6. Inveſtitura novi Paſtoris Eccleſiæ gratia peragitur.
7. Sumtus ab eo ſolvendi, cujus cauſâ actus celebratur.
8. Procurator tuetur dominum ſumtibus ejus.
9. Nemo cogitur ſuis militare ſtipendiis.
10. Reſcriptum Electorale.

1 CUm inveſtitura novi Paſtoris ſumtus requirat, nec ſine expenſis peragi queat, præſertim quando pro more cujusque loci conſueto poſt actum inveſtituræ convivia parantur, non imme-
2 rito quæſiveris: † unde ſumtus ejusmodi ſint deſumendi? Sane Paſtor vel Miniſter Eccleſiæ recens vocatus & inveſtitus gravari iis
3 non debet, † ſed ex ærario potius Eccleſiæ neceſſariæ ſuppeditabuntur expenſæ. Ex quo enim (1.) ærarium ſeu fiſcus Eccleſiæ ſolvit
4 ſumtus † in ordinatione Paſtoris factos, ut diximus *ſupr. defin. 53. art. general. 1.* Von der *Ordination.* §. So werden auch / ꝛc. §. So einer / ꝛc. hoc ipſo etiam onus expenſarum ad inveſtituræ actum Eccleſiæ incumbit, quippe quod eadem utroque in caſu mi-
5 litet pietatis ratio, † ut hinc quoque idem jus ſubeſſe exiſtimaverim, *l. illud quæſitum eſt 32. ff. ad Leg. Aquil. l. quædam. 9. §. numularios. 2. ff. de edendo. l. bis ſolis. 7. C. de revoc. donat.* (2.) Ac quis inficias ibit, † inveſtitu- 6
ram peragi Eccleſiæ gratiâ, quo ipſi idoneus præficiatur Paſtor atque Miniſter? Non immeritò ergo ſumtus inveſtituræ ex fiſco Eccleſiæ ſuppeditabuntur, poſtquam regulariter ſumtus præſtare is teneatur, † cujus gra- 7
tia actus celebratur, *l. ſed etſi. 11. §. 1. ff. ad exhibend.* veluti hinc tutor expenſis pupilli ipſum defendit, *l. à tutoribus. 33. §. 3. ff. de adminiſtr. tutor.* † nec non procurator do- 8
minum ſumtibus ejus, *l. qui proprio. 46. §. litis. 6. ff. de procurat.* (3.) Et cur ipſemet Paſtor onere hoc gravaretur? cùm
† expeditum ſit, neminem cogi ſuis mi- 9
litare ſtipendiis, *cap. cum ex officii. 16. in fin. ibi: cum nemo cogatur ſuis ſtipendiis militare. extr. de præſcript. l. idemq́. 10. §. idem Labeo. 9. ff. mandat.* Mager. à Schönberg. *de advocat. armat. cap. 14. n. 399.*

Ita † Sereniſſimus Saxon: Elector Superintendenti, Præfecto & Senatui Liebenwerdenſi die 10
15. Januar. An. 1631. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euer des Superintendenten und Raths zu Liebenwerda abſonderliches *Supplici*ren wegen derer bey jüngſter *Inveſtitur* aufgewandten Unkoſten / verleſen hören / und du der Schöſſer haſt ſolche hierbey zu befinden; Begehren derwegen hierauf gnädigſt / ihr ſämtlich wollet bemeldte Unkoſten nach billichen Dingen anſetzen / und nach Gelegenheit des Raths und Kirchenkaſtens Vermögens hierzu etwas *contribui*ren laſſen / ꝛc.)

DEFINIT. LVII.

Ærarium eccleſiaſticum ſi non habeat, unde ſumtus inveſtituræ ſolvantur, parochiani ad contributionem ſunt obſtricti.

SUMMARIA.

1. Quid ſi ærarium eccleſiaſticum ob inopiam nequeat ſumtus ſuppeditare?
2. Parochiani tum eos præſtare tenentur.
3. Proportionabiliter & pro rata ſuarum facultatum.
4. Sumtus inveſtituræ ab Eccleſia præſtandi.
5. Parochiani conſtituunt Eccleſiam.
6. Utilitas parochianorum vertitur in novi Paſtoris inveſtitura.
7. Qui commodum ſentit, ſentiat quoq́ incommodum.
8. De corporalibus homines ſunt ſoliciti.
9. Reſcriptum Electorale.

Quid

1 QVid autem, ſi tanta ſit ærarii inopia,
ut non habeat, unde ſumtus inve-
ſtituræ ſuppeditentur, vel ſi proven-
tus Eccleſiæ non ſufficiant? Procul dubio
2 tum parochiani ſeu incolæ diœceſeos † ad
horum exolutionem erunt obſtricti, Caſp.
Klock. *de contribut. cap. 2 num. 52.* Sigism.
Finckelth. *de jure patron. cap. 4. num. 89.*
Chriſtin. *vol. 2 deciſ. 28. n. 2. & ſeqq.* ita ut
omnes indifferenter contribuant, ſed pro-
portionabiliter pro ratione, portione &
3 † quantitate bonorum & facultatum, quas
poſſident, Henning. Arniſ. *lib. 1. polit. cap.
16. & lib. 2. cap. 5.* ac ne aliqui gravius, aliqui
levius cenſeantur. *l. 3. §. præſes 15. ff de mu-
ner. & honor. l. 4. C. quemadm. civil. mun.
indic. lib. 10. l. fundos. 10. C. de fund. patri-
mon. lib. 11. l. id ab unaquaq́ʒ. 12. C. de annon.
& tribut.* Aym Cravett. *conſil. 195. n. 9.* Henr.
Bocer. *de collect. cap. 12. num. 16.* Et cur paro-
chiani ſe eximerent hoc caſu ab onere con-
tributionis, † cum ſumtus inveſtituræ ab Ec- 4
cleſia ſint præſtandi, ut diximus *D. fin. præced.*
Conſtituunt verò parochiani Eccleſiam,
quippe † quæ eſt collectio fidelium, qui vera 5
fide verbum Dei & Sacramenta divinitùs
inſtituta amplectuntur, *Matth. 16. verſ. 18. l.
jubemus. 14. in pr. C. de Sacroſ. Eccleſ.*
† Cumque parochianorum quoque cauſa 6
& utilitas, cura nempe animarum, maximè
vertitur in inveſtitura novi Paſtoris, non
ſanè jure ſubminiſtrationem ſumtuum ad
celebrandum inveſtituræ actum declinare
valent, nam † qui commodum ſentit, in- 7
commodo ſubtrahere ſe nequit, *l. un. § pro
ſecundo. 4. C. de caduc. tollend. cap. qui ſen-
tit. 55. extr. de Reg. jur. in 6to.* † Et ſi de 8
corporalibus ſoliciti ſunt parochiani, quantò
magis pro animarum ſalute ſolicitudinis pro-
videntia ipſis erit adhibenda, *arg. cap. ad au-
dientiam. 3 extr. de Eccleſ. ædificand. can. re-
vertimini. 65. verſ. ſi quis doctus. 16. quæſt. 1.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector in eadem cauſâ.* (*Verba Reſcripti:* Begehren dero- 9
wegen hierauf gnädigſt/ ihr ſämtlich wollet die bemeldte Unkoſten nach billichen
Dingen anſetzen/und nach Gelegenheit des Raths und Kirchkaſten Vermögens
hierzu etwas *contribui*ren laſſen/ den Reſt aber von den Eingepfarrten in- und
auſſerhalb der Stadt durch eine Anlage / euerm allerſeits Ermeſſen nach unge-
ſäumet einbringen/ ꝛc.)

DEFINIT. LIIX.

Paſtor novus ſive Parochus, ut cum familia & ſupellectile advehatur, parochiani curare & ſumtus ſubminiſtrare debent.

SUMMARIA.

1. *Advehendus eſt Parochus cum familia & ſupellectile.*
2. *Idq́ʒ ſumtibus parochianorum.*
3. *Probatur hoc ex Ordinatione Eccleſiaſtica Electorali Saxonica.*
4. *Parochus ne ſit deterioris conditionis quam Cuſtos.*
5. *Salarium Miniſtrorum Eccleſiæ modicum.*
6. *Solliciti ſint parochiani de honeſtâ Miniſtrorum verbi ſuſtentatione.*
7. *Cauſa agitur parochianorum in vectura novi Paſtoris.*
8. *Sumtus ab iis exigendi, quorum gratiâ actus celebratur.*
9. *Reſcriptum Electorale.*
10. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 11. 12. 13.*

1 NOn ſubſiſtendum in inveſtitura Pa-
rochi ultimo vocationis actu, ſed
etiam curandum ac providendum,
ut cum familia ſua & ſupellectilibus
advehatur, & in domum parochialem ha-
bitationi ſuæ deſtinatam introducatur; id
2 quod parochianorum † ſumtibus æque fieri
debet. (1.) Hoc enim ſi conſtitutum eſt in
perſona Cuſtodis, ut ſcilicet cum conjuge,
liberis & ſupellectile advehatur, † *in art.* 3
general. 37 in fin. ibi: Und da ein *Cuſtos*
von neuen angenommen würde / ſol
derſelbe von der Gemeine auf ihr oder
der Kirchen (da ſie des Vermögens)
Unkoſten und mit ſeinem Geräthe und
Geſinde geholet werden. Utique in
vectura Parochi id multò magis obſer-
vari debet, † ne deterioris habeatur con- 4
ditio-

ditionis quàm cuſtos, non ſine nota abſurdi,
quod vitandum, *l. un. §. pro ſecundo. C. de
caduc. tollend. l. ult. C. per quas perſonas. l.*
5 *ult. C. de autor. præſt.* (2) † Aliter quoque
ſi diceremus, metuendum, ne bona pars ſala-
rii, quod plerumque eſt modicum & exi-
guum, vecturâ conſumatur, ac Parochus in-
de ad inopiam redigatur, quin & alimentis
careat, non ſine ſcandalo & dedecore paro-
6 chianorum, quibus incumbit, † de honeſta
ſuſtentatione miniſtris Eccleſiæ proſpicere,
Octav. Cacheran. *deciſ. Pedemont. 99.* Jo-
han. Azor. *inſtit. moral. lib. 7. cap. 27.* (3.)
† Et nonne etiam cauſa agitur parochiano- 7
rum, quando iis Paſtor ceu cuſtos animarum
adducitur, ut hinc expenſis vecturæ neu-
tiquam ſe eximere debeant, † quia regula- 8
riter ſumtus ab iis exiguntur, quorum gratiâ
actus celebratur, *l. ſed etſi. 11. §. 1. ff. ad ex-
hiben.* Maul. *de homag. tit. 11. n. 14.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Præfecto* zu Gommern / *die 18. Ja-* 9
nuar. Anno 1627. (*Verba Reſcripti:* Euch iſt unverborgen/was maſſen wir die Pfarr
Zſchora mit *Chriſtiano Martini* zu erſetzen angeordnet. Wann dann der vorige
Pfarr und ſeine Kinder *peſte* verſtorben; Als begehren wir hiermit gnädigſt / ihr
wollet verſchaffen/daß die Pfarr-Wohnung dem neuen Pfarr vor ſeinem Anzug
von den Eingepfarrten gereiniget/ ausgeweiſſet/und ihme die Zehrung/ auch was
er ſonſten zu ſeinem Anzuge bedürfftig / auf vorhergehende *Liquidation* erſtattet
werde / in Verweigerung aber du der Schöſſer durch Zwangs-Mittel ſie darzu
anhalten / ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Nobilibus à* Niſchwitz zu Gröba *die 26. Februar. Anno 1621.* 10
(*Verba Reſcripti:* Aus dem Einſchluß habt ihr zu vernehmen / was an uns der
neue *vocir*te Pfarrer zu Gröba wegen ſeiner Abholung *ſupplicando* gelangen laſ-
ſen; Hierauf iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Be-
gehren/ ihr wollet euern Unterthanen bey einer namhafften Strafe auferlegen/
*Supplican*ten mit ſeinem zugehörigen Hausrath unverzüglich abzuholen / in Ver-
weigerung die Strafe von ihnen einbringen / und durch andere Mittel ſie darzu
gebührlich *compelli*ren und anhalten/ꝛc.)

Item † *Superintendenti & Præfecto Miſnenſi die 22. Februar. Anno 1636.* (*Verba Reſcripti:* 11
Was maſſen der neue Pfarrer zu Tannenberg Johann Schetler über die einge-
pfarrten Unterthanen daſelbſt wegen verweigerter Anlage zu ſeiner Abholung
ſich beſchweret und gebeten/das habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann ſein
Suchen der Billigkeit und Kirchen-Ordnung gemäß; Als iſt ꝛc. unſer Begeh-
ren/ihr der Schöſſer wollet ſolches den Eingepfarrten nochmals auferlegen/oder
in Verbleibung die Widerſpenſtigen und Säumigen durch Zwangs-Mittel dar-
zu *compelli*ren und anhalten laſſen/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti in Hayn &* Gottlieben von Köckeritz zum Strauch *die 14. April.* 12
An. 1636. (*Verba Reſcripti:* Des neuen Pfarrers Abholung betreffende/iſt die Ge-
meinde denſelben auf ihre Unkoſten mit ſeinem Geräthe abzuholen ſchuldig/ ꝛc.)

Et † *Capitaneo ac Præfecto* zum Wolckenſtein *die 6. Februar. An. 1617.* 13

TIT. V.

De

Qvalitatibus & Officio Miniſtrorum Eccleſiæ.

DEFINIT. LIX.

Eruditus eſſe debet Eccleſiæ Miniſter, & gnarus controverſiarum Theologicarum, Articulorum Fidei, Auguſtanæ Confeſſionis & Formulæ Concordiæ.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Idonei tantummodo ſunt admittendi ad functionem eccleſiaſticam.*
2. *Quinam tales ſint, & quid ab iis requiratur?*
3. *Non ſint hoſpites in literis & linguis, vel articulis fidei.*
4. *Quænam eorum ſcientia & eruditio eſſe debeat?*
5. *Officium Eccleſiæ miniſtrorum quodnam?*
6. *Adducitur Theologorum Saxonicorum admonitio.*
7. *Probatur hoc etiam ex Ordinatione eccleſiaſtica Electorali Saxonica. num. 8.*
9. *Licet eruditio miniſtrorum verbi non ſemper ſit exquiſitiſſima.*
10. *Competens tamen toleranda.*
11. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. numer. 12.*

QVomodo vocandi, præſentandi, ordinandi & inveſtiendi ſint Eccleſiæ miniſtri, hactenus dictum, jam ad ho-
1 rum qualitates & officium accedamus; † nec enim quivis præſentari, & ad munus eccleſiaſticum admitti debet, ſed tantummodò is, qui idoneus & dignus habetur, *cap. cum vos. 4. extr. de offic. judic. ordinar. cap. literas, 14. cap. nimis. 18. extr. de filus presbyt. cap. gra-*
2 *ve. 29. extr. de præbend.* imprimis † verò quoad eruditionem literarum, linguarum & SS. Theologiæ cognitionem, *Novell. 123. cap. 1. & cap. 12. can. ſi forte. 36. diſtinct. 63. can. illiteratos. 1. can. qui eccleſiaſticis. 2. diſt. 36. cap. cùm in cunctis. 7. extr. de elect. cap. niſi. 10. verſ. pro defectu. extr. de renun-*
3 *ciat.* Videant ergo, † qui munera & functiones ambiunt eccleſiaſticas, ne in literis & linguis ſint hoſpites; in articulis fidei pene pueri; in controverſiis vero, quibus hodie concutitur Eccleſia, & quarum cognitio neceſſaria eſt docentibus, plane peregrini. Quorum negligentia & ignorantia ſupina cum ferri nullo modo poſſit, commendatam ſibi
4 habeant † ſcriptorum Symbolicorum lectionem, rerum ſacrarum & Theologicarum cognitionem familiarem ſibi reddant: articulos fidei, Auguſtanam Confeſſionem & Formulam Concordiæ diligenter legant ac diſcant, ut potentes ſint ad redarguendos contradicentes, & os illis obſtruendum,
† aut certè ex Catecheticæ doctrinæ capi- 5
tibus præmonere valeant, ac præmunire gregem adverſus irruentes lupos, qui nunquam non in ovile Domini fraudulenter ſe inſi-
nuant, prout habet † *admonitio Theologo-* 6
rum ad Synodum Dresdenſem deputatorum ad Paſtores & Miniſtros Eccleſiarum in Electoratu Saxoniæ Anno 1600. conſcripta num. 1. Quod & verbis diſertis expreſſum atque
præceptum † *in Ordin. Eccleſiaſt. Elect. Sa-* 7
xon. ſub Rubr. Vom *Examine* aller Kirchen-Diener. *fol. 89. & ſeqq. per tot.* & imprimis *in pr. verſ.* Zum andern ſollen ſie
auch ꝛc. *ibi* † *ſub Rubr.* Wie ein Kirchen- 8
Diener von den *Conſiſtoria*len / ehe er zu *inveſti*ren befohlen / ſeines Amts halben zu erinnern und zu vermahnen. *per tot. fol. 96. & ſeqq. & Synodal. gener. Decret. de An. 1625. pag. 4.* §. Gleich wie wir auch / ꝛc.
Sane † non ſemper eruditio requiritur in Mi- 9
niſtris Eccleſiæ exquiſitiſſima, ſed ſolummodò talis, quâ utiliter Miniſterio præeſſe queant; Quamvis enim deſideranda ſit eminens
ſcientia in Paſtore, † competens tamen tole- 10
randa eſt, ut ſcitè admodum loquitur Papa Innocentius III. *in cap. niſi cum. 10. verſ. pro defectu. extr. de renunciat.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi D. Paulo Laurentio die 5. Ju-* 11
nii Anno 1607. (*Verba Reſcripti:* Als haben wir *D. S.* die *Ordination* widerfahren laſſen / und in Krafft dieſes zu einem *Subſtitu*ten gedachtes ſeines Vatern *confirmi*rt und beſtätiget; Begehren derowegen hiermit / ihr wollet ihn hierzu förderlichſt *inveſti*ren / ihn auch / daß er ſich darinnen fleißig der Prophetiſchen und Apoſtoliſchen Schrifften / *item* der Augſpurgiſchen unveränderten *Confeſſion*, derſelben *Apologiæ*, Schmalkaldiſchen Articuln / beyden *Catechiſmis Lutheri*, ſowol der *Formu*len *Concordiæ* und Articuln / jüngſtverrichteter *Viſitation* der Kirchen und Schulen dieſer Landen und Churfürſtenthüme der Chur Sachſen Anno 92. der weniger Zahl / und ſonſten der Kirchen-Ordnung allenthalben gemäß bezeige / gebührlichen vermahnen und unterſagen / ꝛc.)

Ita † *Superintendenti Biſchoffswerdenſi*, & *Georgio à* Starſchedel in Steinichtwolms-dorff *die 10. Octobr. Anno 1617.* (*Verba Reſcripti:* Derſelbe aber in *Examine* gantz ungeſchickt befunden/indem er ſelbſt bekennet / daß er keine *Theologi*ſche *Lectiones* jemals nachgeſchrieben/und die Heilige Bibel kaum einmal/ die *Auguſtanam Confeſſionem* aber/derſelben *Apologiam*, Schmalkaldiſche *Articul*, groſſen *Catechiſmum Lutheri* und *Formulam Concordiæ* niemals geleſen / darauf er doch itzo einen Eyd ſchwören ſollen; Als tragen wir darob Befremdung / und ihn zu *confirmi*ren Bedencken/ ꝛc.) 12

Definit. LX.

Lectioni Bibliorum indefeſſo ſtudio incumbat miniſter Eccleſiæ.

SUMMARIA.

1. *Dignus quisnam ſit & idoneus ad functionem eccleſiaſticam?*
2. *Potiſſimum idonei quodnam requiſitum?*
3. *Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica. num. 4.*
5. *Aſſidua requiritur lectio Bibliorum ab Eccleſiæ Miniſtris.*
6. *Officium Paſtoris in verbi prædicatione conſiſtit.*
7. *Egregia Hieronymi admonitio.*
8. *Pontificis opera quænam?*
9. *Admonitio Papæ Zozimi.*
10. *Reſcriptum Electorale.*

1 Dignum ſive idoneum ad functionem Eccleſiaſticam vulgo exiſtimant eum, qui requiſita & qualitates habet neceſſarias ad miniſterium, cui præficiendus; indignum vero & inidoneum, qui iis deſtituitur, Joh. Baptiſt. Coſta *in tract. de fact. ſcient. & ignor. Rubr. aut ſciebat aut ignorabat, diſtinct. 90. n. 28. &*
2 *29. cent. 1.* † inter hæc vero potiſſimum judicamus requiſitum, ut ſit purus in vera Religione Lutherana, & ita quoad rectam fi-
3 dem idoneus, *Novell. 123. cap. 12. Ordin.* † *Elector. Saxon. ſub Rubr.* Von Beruff aller Kirchen-Diener. *fol. 88.* §. Zum vierdten. *verb.* und da dieſelbe *qualifici*ret und tüchtig befunden / daß ſie in der Lehre rein / ꝛc. & *ſub Rubr.* vom *Examine* aller Kirchen-
4 Diener. *fol. 89. ibi:* † Sollen ſich mit beſondern Fleiß und Ernſt erkundigen/ob er in der Lehre rein/und nicht mit falſchen *opinionibus*, oder ſchädlichen Irꝛthümen in einem oder mehr Articuln vergifftet ſey / ꝛc.
5 † Cui conſequens, diligentem & aſſiduam requiri Bibliorum lectionem à miniſtro Eccleſiæ, hæc enim ceu veræ fidei fundamentum ſi neglexerit, facillimè in ſincera Religione errabit. Quin & officium Parochi ſive Paſtoris lectionem Bibliorum maximè deſiderat, † quippe quod principaliter in 6
verbi prædicatione conſiſtit, *Matth 28. v. 19. Marc. 16. v. 15.* At quomodo prædicabunt, quod nunquam didicerunt, ut hinc vere ſcripſerit Hieron. *in cap. ſi quis. diſtinct. 36.*
† Si quis vult Pontifex eſſe, non tam vocabulo quam meritò imitetur Moſen, imitetur Aaron: Quid enim dicitur de eis? quod non diſceſſerint de tabernaculo Domini; erat ergo Moſes indeſinenter in tabernaculo Domini. Quid autem ei opus erat? ut aut à Deo aliquid diſceret, aut ipſe populum doceret: Hæc † duo ſunt Pontificis opera, ut 7
aut à Deo diſcat legendo ſcripturas divinas & ſæpius meditando, aut populum doceat; ſed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, non ex proprio corde, vel humano ſenſu, ſed quæ Spiritus Sanctus docet; & Zozimus Papa 8
† *in cap. qui eccleſiaſticis. diſtinct. eadem in verb.* quia prædicatores, per quos Eccleſia circumfertur, ſacris literis ſemper debent inſiſtere, ne tunc quærant diſcere, cùm ex officio alios debeant docere. 9

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ W. W.* Pfarrers zu Reinersdorff *contra* Chriſtoph Weiſigen daſelbſt *die 24. Octobr. Anno 1617.* (*Verba Decreti:* Darnebens aber der Pfarrer zu mehrerm Fleiß in ſeinem *Studio Theologico* und *Lectione Biblica*, dann itzo an ihme befunden / ernſtlich vermahnet werden ſol / darnach ſich beyde Theile zu achten/ꝛc.) 10

Defi-

Definit. LXI.

Quoad gravitatem morum, vitamque ac converſationem honeſtam & exemplarem inculpabiles eſſe decet miniſtros Eccleſiæ.

SUMMARIA.

1. Dignitas miniſterii non dependet à dignitate perſonæ. n. 2.
3. Non quales ſint, ſed quid loquantur Paſtores, attendendum.
4. Vitæ honeſtæ ac inculpatæ ſint miniſtri Eccleſiæ.
5. Probatur hoc ex Ordin. Eccleſ. Electorali Saxonica. n. 6.
7. Sancta Dei non ſunt profananda.
8. Vita debet correſpondere doctrinæ.
9. Qui bene dicit & male vivit, deſtruit rurſus quod conſtruxit.
10. Paſtor bonus non ſolùm verbo, ſed & exemplo præire debet.
11. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

1 ETſi dignitas miniſterii non dependet
à dignitate perſonæ adminiſtrantis,
ſed inſtituentis Chriſti & verbi divini, quod eſt potentia ſalutis omni
credenti, *ca. ſecundùm. diſtinct. 19.* Salva-
2 tore de Pharilæis monente, † quæcunque di-
xerint vobis, ſervate & facite, ſecundum o-
pera verò eorum nolite facere, *Matth. 23. v. 3.*
3 unde & Nicolaus Papa, † non quales ſint
Domini Sacerdotes, ſed quid de Domino
loquantur, magnopere attendendum ait,
cap. non quales. 86. cauſ. 1. quæſt. 1. decet ta-
men miniſtros Eccleſiæ præ cæteris ornatos
4 eſſe † virtutibus, graves moribus, inculpatos
quoad vitam & exemplarem converſatio-
nem, *Novell. 6. cap. 1. Novell. 23. cap. 1. & cap. 12. cap. qui Epiſcopus. 2. diſtinct. 23. cap. cum in cunctis. 7. extr. de elect. cap. grave. 29. extr.*
5 *de præbend.* Quod † & requirit verbis diſertis
Ordin. Eccleſiaſt. Elector. Saxon. ſub Rubr. von Beruff der Kirchen-Diener. *fol. 88.* §. Zum vierdten. *ibi:* Eines erbaren Chriſtlichen Lebens und Wandels. *Et ſub Rubr.* vom *Examine* aller Kirchen-Diener. §. Zum vierdten. *fol. 89. ibi:* Sollen ſie nicht weniger fleißige Kundſchafft sei-
6 nes Lebens und Wandels haben. † *gen.*
art. 16. von Leben und Wandel der Pfarrer. *fol. 337. ibi:* ſondern auch in ihrem Leben und Wandel ſich in Worten/Wercken/Gebehrden/Kleidungen/uñ allen andern erbarlich/ gegen männiglich freundlich/ züchtig/ beſcheiden und demüthig ver-
halten/ ꝛc. Idque † ne forſan per eos ſancta 7
Dei profanentur, *Rom. 2. v. 13. 19. & ſeqq. 1. ad Corinth 9. v. ult. Novell. 57. cap. 2.* vel ſcandalum auditoribus & populo præbeatur; Garcia *de benefic. part. 7. cap. 8.* Johann.
Aloyſ. Riccius *deciſ. Neapol. 133. n. 1.* † Eſt- 8
que pulchrum & ad Eccleſiæ ædificationem maxime proficuum, vitæ regulam convenire cum doctrinæ norma, *1. ad Timoth. 3. verſ. 2. & ſeqq. cap. non ſi incompetenter. 2. quæſt. 7. cap. præcipuè. 11. quæſt. 3.* Marſil. Patavin. *in defenſ. pac. part. 2. cap. 8. part. 75.* Nam
† qui bene docet & male vivit, ex Nazianze- 9
ni ſententia quod una manu conſtruit, alterâ rurſus deſtruit, *dict. Ordin. Eccleſ. Rubr.* Wie ein Kirchen-Diener von den *Conſiſtoria*len ſeines Amts halber zu erinnern. §. Dieweil auch das Amt/ ꝛc. quique aliter vivit quàm docet, derogat doctrinæ ſuæ fidem, Conrad. Dieteric. *in analyſ. Evangel. Domin. 3. Advent. part. 1. obſervat. 1.* Hocque ipſum eſt, quod vulgò dicitur: bonum
Paſtorem non ſolùm verbo † ſed etiam 10
exemplo præire debere; verbo quidem prædicationis ſanctæ: exemplo converſationis inculpatæ & honeſtæ, Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 7. num. 5.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Eccleſiæ Dreſdenſis D. Paulo Laurentio die* 11
5. Junii Anno 1607. (*Verba Reſcripti:* Wollet ihn auch/ daß er ſich der Kirchen-Ordnung allenthalben gemäß bezeige/ auch mit eingezogenem Wandel und Weſen/wie einem getreuen Seelſorger eignet und gebühret/ſich verhalten ſoll/gebührlich erinnern und unterſagen/ wolten wir euch vermelden/ und ihr vollbringet hieran höchſtermeldtes unſers gnädigſten Herrns gefällige Meynung/ ꝛc.)

Definit. LXII.

Non admittendus ad functionem eccleſiaſticam, quin potiùs removendus, qui ratione eruditionis, vel morum ac vitæ ſe reddit indignum.

SUMMARIA.

1. *Non niſi digni ad Eccleſiæ munera admittantur.*
2. *Indignos qui ſe reddunt, à DEO vocati non ſunt.*
3. *Adducitur monitum Franciſci Lamberti.*
4. *Quænam vocatio legitima? n. 6.*
5. *Signum quodnam hujus certiſſimum?*
7. *Non confidant miniſtri Eccleſiæ in externa vocatione.*
8. *Inidonei non confirmandi in Conſiſtoriis, ſed remittendi.*
9. *Probatur hoc ex Ordinatione Eccleſiaſtica.*
10. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. numer. 11.*

1 RAtione igitur eruditionis, ſinceræ Religionis, nec non morum, integræ vitæ, & inculpabilis converſationis idonei & digni ſint neceſſe eſt, qui ad functionem eccleſiaſticam aſpirare cupiunt, vel ad verbi ſancti miniſterium jam
2 ſunt vocati, † certò credentes, indignos ſi ſeſe reddiderint, à DEO nequaquam ſe eſſe vocatos: quare non ſpernant monitum Franciſci Lamberti, Theologi & Monachi Galli, qui *in tractatu de fidelium vocatione in Regnum Chriſti cap. 8. & 9* inter alia ſic ſcripſit:
3 † Quisquis ad ſacra Regni Chriſti miniſteria, maxime ad ſummum illud, quod eſt miniſtrare verbum Dei, externè vocatur: antequam ſuſcipiat vocationem, expendat an ſpiritum ad id acceperit, quod eſt interne mitti ſeu vocari: quem ſi non accepit, poſtulet à DEO, qui dat omnibus adfluenter dona ſua: ſicut & quantum opus eſt, qui & dabit poſtulanti, ſi ipſa externa vocatio ab eo eſt
4 profecta; † quod ſi ipſam vocationem internâ minime confirmarit, nullatenus eſt admittenda, ne ſi alioqui fecerimus, falſi Apoſtoli ac Pſeudoprophetæ ſimus, &c. *Et poſtea:* Hoc autem erit cuique ſignum certis-
5 ſimum, † quòd à Deo ſit ipſa vocatio, ſi adeſt, qui interne mittit: quod tum eſt, dum cupit non laſcivire, videri inter alios doctior, ſed opus & laborem verè bonum magna ſollicitudine & charitate operari nitatur; ita ut velit potius mori & quidvis perferre, quam aliud docere populum, quàm ignita & puriſſima eloquia DEI. *Hactenus Lambertus.*

Non ergo à † DEO internè ſe vocatos exi- 6
ſtiment, qui vel ratione morum, eruditionis ac vitæ honeſtæ & exemplaris reprehenſionem incurrunt, ſcilicet quia hi populum nequeunt docere & Eccleſiam ædificare, & ſi omnino verbis ædificant, vita tamen & facto rurſus deſtruunt, Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 7 n. 5.*

Nec † in vocatione externa indigni Eccleſiæ 7
miniſtri confidant, quippe quæ eſt illegitima & nulla; quare omni jure rurſus poſſunt removeri, quin potius ab initio nequaquam admitti, nec à Patrono Eccleſiæ vocati ac præſentati confirmari, † ſed potius re- 8
mitti & annullata ejus vocatione alius aptior ſubſtitui debet, *cap. paſtoralis. 29. extr. de jure patronat. Ordin. Eccleſiaſt. ſub Rubr.* Vom Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. §. Zum vierdten. *fol. 88. & art. gener. 1.* Von der *Ordination.* † §. Da 9
ſie aber befunden / daß einer in der Lehre ungeſchickt / oder ſonſten zu dieſem Amt nicht tüchtig / ſollen die / ſo ihn geſandt und zu der Pfarr beruffen haben / ſchrifftlich von dieſes Ungeſchickligkeit berichtet und vermahnet werden / daß ſie auf einen andern bedacht ſeyn wollen / der zu ſolchem Amt tüglich.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Antonio à Walwitzen in Schweta die 2. Maji Anno 1621.* 10
(*Verba Reſcripti:* Wir haben euer Schreiben/und des Superintendenten zu Oſchatz *Præſentation* verleſen hören/und darauf euern *Pædagogum examini*ret. Wann dann daraus zu befinden geweſen/ daß er in *Studio Theologico* wenig *verſi*ret/ und auf keiner *Univerſi*tät etwas in *Theologicis* gehöret/ꝛc. Als haben wir/inſonderheit die *Theologi* unſerer ſchweren Pflicht nach / ihn zu dieſemmal nicht *admitti*ren können. Damit aber um euert willen ihme als einem Ausländer möge geholffen werden/ſo haben wir auf dieſes Mittel gedacht; wann ihr Zeigern *M. Johann* Krebſen von Chemnitz unſers gnädigſten Herrns *Stipendiarium* zu Wittenberg/ eine wohl *qualificir*te Perſon/wie ſeine *Teſtimonia* bezeugen/und wir ihn befunden/nach gehörter Prob-Predigt mit Willigung der Eingepfarrten *voci*ren wollet/ auf ſolchen Fall wären wir erbötig/euern *Pædagogum* alsbalden zum *Stipendio*, und hernach/ wann er ſich *habiliti*ret / zu Dienſten zu befördern. Da euch aber dieſes Mittel nicht annehmlich ſeyn ſolte/ ſo werdet ihr uns förderlichſt eine andere *qualificir*te Perſon/ darwider die Eingepfarrten nichts erhebliches einzuwenden / anhero *præſenti*ren laſſen/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti Biſchoffswerdenſi, ut & Georgio à* Starſchedeln in Steinichtwolmsdorff *die 10. Octobr. Anno 1617. (Verba Reſcripti:* Dieweil denn *N. N.* in dem *Examine* gantz ungeſchickt befunden / indem er ſelbſt bekannt / daß er keine *Theologi*ſche *Lectiones* jemals nachgeſchrieben/und die heilige Bibel kaum einmal / die *Auguſtanam Confeſſionem* aber/derſelben *Apologiam*, Schmalkaldiſche *Articul*, groſſen *Catechiſmum Lutheri*, und *Formulam Concordiæ* niemals geleſen/darauf er doch itzo einen Eyd ſchwören ſollen; Als haben wir ihn zu *confirmi*ren Bedencken ꝛc. begehrende/ ihr der *Collator* wollet förderlichſt eine andere *qualificir*te Perſon auf der Kirchen Unkoſten anhero *præſenti*ren/und dieſelbe ohne Vorbewuſt des Superintendenten zur Prob-Predigt nicht aufſtellen / ꝛc.) 11

Definit. LXIII.

Miniſtri Eccleſiæ ſe non immiſceant rebus politicis & ad Magiſtratus officium pertinentibus.

SUMMARIA.

1. *Dignitates hodie compatibiles, eccleſiaſtica & politica.*
2. *Baculus Aaronis & gladius Nimrodi una regitur manu.*
3. *Probant hoc Principes Proteſtantes.*
4. *Principes Auguſtanæ Confeſſionis ſunt etiam Epiſcopi.*
5. *Non vere tamen, ſed ſaltem nominetenus.*
6. *Miniſtri Eccleſiæ vere ſunt Epiſcopi.*
7. *Homines ſacri ordinis à negotiis politicis abſtineant.*
8. *Allegatur ad hoc dictum Bernhardi.*
9. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 QVod olim Herbipoli vulgatum erat dicterium: *Herbipolis ſola judicat enſe & ſtolâ*; id hodierno ſeculo latiùs diffuſum; cum ſint dignitates compatibiles eccleſiaſtica & politica, Bernhard. Zieritz *de princip. inter ipſos dignit. prærogat.* Matth. Stephan. *de juriſdict. lib. 3. part. 1. cap. 1. & lib. 2. part. 1.*
2 *cap. 7.* † moribusque hodiernis baculus Aaronis & gladius Nimrodi unà regitur manu; unâque parte Clerici, alterâ Principes & Duces ſalutantur; altero pugno Codicem, altero enſem geſtant, Zieritz *dict. loc.*
† idque non improbari apparet ex Reſponſione, ſo der Käyſerlichen Majeſt. die *Proteſtiren*den Fürſten und Stände gegeben haben / von verglichenen und unverglichenen Articuln / bey Vergleichung der *Religion. ibi:* und ſeyn dawider nicht / daß die Biſchöffe die Güter und Herrſchafften beſitzen / die ihnen von Käyſern und andern Fürſten zugegeben ſind / apud 3

Frid. Hortleder. *de bell. german. lib. 1. cap.*
4 *35. pag. 263.* † Quare & Principes noſtrates
vigore pacificationis religioſæ Epiſcopos
nominari, ac poteſtatem utramque, politicam & eccleſiaſticam exercere videmus,
Receſſ. Imper. de Anno 1555. §. Damit auch
obberührte / *ſupra Defin. 2.* Petr. Syring. *de
pac. religion. concluſ. 29.* Matth. Steph. *dict.*
5 *lib. 3. cap. 4. n. 13. & cap. 15. per tot.* ſcilicet †
quia nominetenus ſaltem Epiſcopi ſunt, nec
vero Epiſcoporum funguntur officio, quod
in prædicatione verbi & adminiſtratione
Sacramentorum conſiſtit, Joh. Gerh. *in loco
de Magiſtratu polit. ſect. 5. membr. 1.* §. 179.
6 ex quo duntaxat † miniſtros Eccleſiæ veros
dixeris Epiſcopos, ad quos ſi concurrentiam
utriusque poteſtatis extendere velis, multùm
à vero aberraveris, quia illos non decet immiſcere ſe rebus ſecularibus, nec officium gerere politici Magiſtratûs, propter expreſſam
Chriſti prohibitionem, *Matth. 20 v. 25. Marc.
10. v. 42. Luc. 22 v. 25. Joh. 18. v. 36.* Videant
ergo homines † ſacri ordinis, ~~quò~~ abſtineant 7
à rebus & negotiis jurisdictionem politicam
concernentibus: Apoſtolosque imitentur,
ex quibus non fuit quisquam, qui imperium
politicum attingeret, Joh. Gerh. *in loco de
miniſt. Eccleſiaſt.* §. 298. Nec monſtrabunt,
inquit Bernhardus, † ubi quispiam Apoſto- 8
lorum aliquando ſederit judex hominum,
aut diviſor terminorum, aut diſtributor terrarum: ſtantes quidem judicatos legimus Apoſtolos, ſedentes autem judicaſſe non legimus; Henr. Eckard. *de ordine Eccleſ. &
polit. part. 1. cap. 6. quæſt. 1.* Hocque
ipſum & politicorum dictis & rerum exemplis abunde probat & amplificat Gerhard.
dict. loc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Dresdenſe in causá* Barthol Rezels zu Wildena *contra* 9
David Georgium, Pfarrern daſelbſt/ *die 8. Sept. Anno 1619.* (*Verba Decreti:* Darauf wir beklagtem Pfarrer bey Vermeidung anderer Anordnung auferlegt/ſeiner hinfüro in Reden beſſer wahrzunehmen / auch ſein Amt alſo zu führen / daß Lehr und Leben mit einander eintreffen/und er ſich in Sachen die Obrigkeit und Unterthanen belangende nicht einmengen ſol / welchem er auch unverbrüchlich nachzukommen verſprochen/ darnach ſich die Partheyen zu achten/ 2c.)

Definit. LXIV.

Procuratorio more literas ſupplices ne ſcribant Miniſtri Eccleſiæ in cauſis litigantium.

SUMMARIA.

1. *Non una in ſede morantur politica & eccleſiaſtica poteſtas.*
2. *Concurrentiam duplicis jurisdictionis in una perſona multi jamdudum ſunt admirati.*
3. *Abſtineant miniſtri Eccleſiæ ab officio Magiſtratûs,* (*ptura.*
4. *Non modò ex prohibitione ſacræ Scri-*
5. *Sed etiam quod pari curâ utrique officio præeſſe nequeant.*
6. *Secularia & eccleſiaſtica uno eodemque tempore ab uno nequeunt exerceri.*
7. *Miniſtris Eccleſiæ non convenit munus procuratorium.*
8. *Multitudo procuratorum Reipublicæ noxia.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NEquaquam ergo conveniunt nec ſede morantur in una Pſalterium & cythara; Crucifixus & ſumma poteſtas; Miles & Sacerdos; Imperator & Paſtor; Regnum & patibulum; corporalia & ſpiritualia; arma & ſacra; bellum & pax; Cæſar & nuntius; Dominus & ſervus, ut ait Ludovicus Imperator *in edicto publico contra Johannem XXII.* apud Aventin. *libr. 2. annal. Bojor.* quare cum Epiſcopi Pontificii politicam exercebant jurisdictionem, † non absque ra- 2
tione concurrentiam hanc duplicis ac diverſæ poteſtatis in una perſona multi jamdudum fuerunt admirati, teſte *autore alicujus Chronici veteris:* Daher begunten
die

die Biſchöff erſt weltlich Recht zu haben/ das däuchte damals unbillich manchem Mann / Reinecc. *de Origin. Saxon. fol. 14.*
3 Abſtineant ergo noſtri Epiſcopi † ſeu miniſtri Eccleſiæ, qui tales reverà ſalutantur, ab officio Magiſtratûs: multò magis vero à functione procuratoriâ, ne conſulant in cauſis aliorum litigioſis, nec preces ſupplices ſcribant; non ſolummodo (1.) quod temporalibus ac politicis rebus † ſe plane non de- 4
beant immiſcere, juxta illud Apoſtoli: *2. ad Timoth. 2. v. 4. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus.* Ferrar. *in pract. inform. libell. reſp. Rei conv. gloſſ. 18. n. 1.* Didac. Covarr. *in c. peccatum. p. 2. §. 9. n. 7.* Johan. Bodin. *lib. 3. de Republ. cap. 3. n. 227.*
5 *& ſeqq.* (2.) † Sed etiam quia pari cura miniſtri Eccleſiæ functioni ſuæ & rebus ſecularibus præeſſe nequeunt; Ambroſ. *in lib. de fuga ſeculi,* nam quod ad alia officia confertur, hoc Religionis cultui, divinoque ab officio decerpitur; † quin nec uno eodemque tempore ſecularia & eccleſiaſtica ab uno 6
exerceri poſſunt, Joh. Gerh. *in loco de miniſter. eccleſiaſt. §. 300.* quare Ezechiel *cap. 34. v 4. &* Jeremias *cap 5. v. 30. & 31.* in catalogo rerum horribilium recenſent dominationem Sacerdotum in poteſtate ſua. (3.) Imprimis vero miniſtris Eccleſiæ † functio & munus procuratorium nequaquam 7
convenit, nec ab iis ſine inſigni ſcandalo exerceri poteſt, quod enim in aliis, qui jura non didicerunt, id æquè heic metuendum, ne procuratores illi novi cauſas litigantium ſi non doloſe, ex imperitiâ tamen confundant, & judiciorum ſanctitatem in cautelas & technas commutent, Ventur. de Valent. *in parth. litigioſo. lib. 2. cap. 7.* de quibus verè dicitur: † Ubi procuratorum turba ſtrepit, ibi litium 8
anfractibus tota civitas ardebit, nec domus aliqua vacabit à litigio, Joh. Baptiſt. Magon, *de rect. patroc. rat. part. 1. cap. 11. n. 9.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Balthaſari Rungen in Richmitz, & Superintendenti Oſſitienſi 9
die 4. Martii Anno 1614. (*Verba Reſcripti:* Und ihr der Superintendens wollet darneben dem Pfarrer zu Mochau mit Ernſt unterſagen/ daß er ſich hinfüro den Leuten *Supplicationes* zu ſchreiben gäntzlich enthalten ſol/ ꝛc.)

Definit. LXV.

Miniſtris Eccleſiæ tabernam vinariam vel cereviſiariam erigere non licet.

SUMMARIA.

1. *Permiſſum haut eſt miniſtris Eccleſiæ tabernam habere vinariam.*
2. *Idque prohibitum in Ordin. Eccleſ. Electorali Saxonica.*
3. *Cauſæ & rationes hujus prohibitionis.*
4. *Commercia distrahunt animum Paſtoris.*
5. *Tabernæ adverſantur Apoſtolorum in docendi munere fidelitati.*
6. *Æquum non eſt, Paſtores miniſtrare menſis.*
7. *Chriſtus ementes ac vendentes ex atrio templi expulit.*
8. *Fructus ſuarum vinearum vendere Paſtoribus permiſſum.*
9. *Probatur hæc limitatio ex Ordinatione Eccleſiaſtica.*
10. *Reſcriptum Electorale.*

1 MUltò minùs vero Eccleſiæ miniſtris tabernam vinariam vel cereviſiariam habere permiſſum: quin potiùs expreſsè prohibitum eſt *in Ordinat. Eccleſiaſt. art. general. 16. fol. 338.* §. Es ſollen auch die Pfarrer ſich aller unehrlichen Handthierungen / wie auch des Wein- und Bierſchenckens / Kauffmannſchafften/ Vorkauffs auf Wucher / und dergleichen Händel gäntzlich enthalten.
2 † *Et in fin.* Daß ſie nicht ſchencken / Zeichen ausſtecken / oder Gäſte zur Zeche im Hauſe ſetzen / daraus groſſes Aergernüß der Kirchen / und ihnen den Pfarrern mehrmals groſſer Schimpff / Spott / Gefahr/ Nachtheil und Schaden erfolget/ derowegen es keinem Kirchendiener geſtattet/ ſondern bey allen mit Ernſt abgeſchaffet werden ſol/ ꝛc. Non ſine rationibus urgentiſſimis: (1.) † Siquidem, ut prædicta Ordinatio Eccleſiaſtica habet, ejusmodi negotiationes non ſine ingenti ſcandalo & dede- 3

core Miniſterii poſſunt exerceri; Si enim Clerici tabernam vinariam ac cereviſiariam ingredi prohibentur, quantò magis aliis in ea miniſtrare, *cap. nulli diſtinct. 44.* & videntur potiùs invitare ad potandum eos, quos arguere debent. (2.) † Diſtrahunt hæc commercia in multa à miniſterio aliena animum Paſtoris, & efficacem dant cauſam, ut multa reprehenſione digniſſima audire, videre ac perferre cogatur; ne dicam, quod rebus ſecularibus immiſcere haut ſe debeat, *2. ad Timoth. 2. v. 4.* (3.) † Adverſantur hæ tabernæ Apoſtolorum in docendi munere fidelitati, quorum tamen imitatores decet eſſe ſinceros Paſtores; Non † enim æquum eſt, *inquiunt*, ac decens, nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis, *Actor. 6. v. 2.* (4.) Cumque Chriſtus ementes ac vendentes ex atrio templi binis vicibus expuliſſe † legitur, *Johan. 2. v. 15. Luc. 19. v. 45.* non certè permittendum erit, tabernam vinariam vel cereviſiariam erigere in loco templo vicino, nempe in ædibus parochialibus. Nolo tamen hæc ita generaliter accipi, † quin Paſtoribus liceat fructus vinearum ſuarum & cereviſiam jure municipali reſpectu ædium propriarum coctam vendere atque diſtrahere, prout *dicta Ordin. Eccleſ.* hanc moderationem adhibet *in allegato artic. gen. 16.* † §. Daß aber beſonders von Wein- und Bierſchencken iſt vermeldet / ſol alſo verſtanden werden: Da den Kirchen-Dienern eigener Wein wüchſe / oder zu *decem* gefiele / oder ſie auf der Pfarr oder ſonſten Gerechtigkeit hätten Bier zu brauen / mehr denn ſie zur Haushaltung bedürfften / oder eigene Häuſer hätten / darauf ſie zu brauen befugt / daß ihnen ſolches bey Faſſen / Eymern und Tonnen andern Leuten zu verkauffen ungewehrt ſeyn ſol.

4 5 6 7 8 9

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Senatui Dresdenſi die 23. Februar. Anno 1616.* (*Verba Reſcripti:* Wir werden berichtet / daß etliche des *Miniſterii* allhier den Ordnungen und unterſchiedenen Verbothen zuwider / ſich in ihren geiſtlichen Wohnungen Wein zu verkauffen / auch wol Gäſte darbey zu ſetzen unterſtehen ſollen. Wann denn ſolches nicht zu geringem Aergernüß und Abbruch Bürgerlicher Nahrung gereichet / und wir dahero es alſo ferner nachzugeben / und ungeſtraft hingehen zu laſſen nicht gemeynet; Als begehren wir hiermit gnädigſt / ihr wollet das gantze Stadt-*Miniſterium* vor euch erfodern / ihnen ſolches anmelden / und wann ferner einer oder ander hinfüro des Weinſchancks oder Gäſte-Setzens in ſeiner geiſtlichen Wohnung ſich unterfangen wird / alsdenn ihr der Rath zum erſten 20. Rheiniſche Goldgülden von deſſelben Beſoldung inne behalten / hernach aber den Wein abnehmen laſſen / und denſelben / oder deſſen Werth denen im armen Hoſpital zu *S. Bartholomæi* zum beſten anwenden / ꝛc.) 10

Definit. LXVI.

In officio elenchtico miniſtri Eccleſiæ modeſtiâ utantur, nec quenquam pro concione ex privatis affectibus perſtringant, vel injurias contra eum evomant.

SUMMARIA.

1. *Officium elenchticum haut intermittendum.*
2. *Miniſtri Eccleſiæ ſunt ovium Paſtores.*
3. *Quin & ſpeculatores.*
4. *Et architecti in domo Dei.*
5. *Debita in officio elenchtico adhibenda eſt prudentia.*
6. *Amica correptio plus proficit, quam turbulenta accuſatio.*
7. *Publicos peccatores publice corrigere licet.*
8. *Admixta tamen ſemper pia modeſtia.*
9. *Severitatem correctionis temperet manſuetudo lenitatis.*
10. *Nihil ex affectibus privatis proferant Eccleſiæ miniſtri.*
11. *Nec injurias evomant in ſuggeſtu.*
12. *Prohibitum hoc in Ordin. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. n. 13.*
14. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. numer. 15. 16.*

Utilis

1 UTilis quia eſt Scriptura ad arguen-
dum & corripiendum, *2. Timoth. 3.*
verſ. 16. officium elenchticum neu-
tiquam intermittere debent, ſed ex-
hortentur miniſtri Eccleſiæ populum in do-
ctrina ſana, & contradicentes arguant, *Tit. 1.*
v. 10. juxta illud Jehovæ: *Clama, ne ceſſes,*
quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia
populo meo ſcelera eorum, & domui Jacob
2 *peccata eorum, Eſai. 58 v. 1.* Sunt enim † Mi-
niſtri Eccleſiæ Paſtores ovium: Ergo ovi-
culas ita paſcant, ut quod infirmum eſt, cor-
roborent, ægrotum ſanent, confractum
conſolident, quod propulſum eſt, reducant,
3 quod periit, requirant, *Ezech. 34. v. 4.* † Sunt
ſpeculatores: Ergo animadvertant eos, qui
impie vivunt, & impietatem ſuam eis annun-
cient; alias ſanguinem illorum Deus à ma-
nibus ipſorum requiret, *Ezech. 3. v. 17. & ſeqq.*
4 † Sunt Architecti in domo Dei: Ergo non
tantum ædificent, ſed & iis, qui moribus cor-
ruptis ædificata deſtruunt, reſiſtant, & de-
ſtructa inſtaurent, *1. Corinth. 3. v. 10.* Qualis
enim eſt ædificatio, congerere lapides, & ut
ab aliis deſtruantur, permittere, B. Lutherus
in cap. 5. Epiſtol. 1. Petri, Frider. Bald. *de ca-*
ſib. conſcient. lib. 4. cap. 7. caſ. 4. Caute ta-
5 men agant Miniſtri Eccleſiæ † in officio e-
lenchtico, debitamque adhibeant pruden-
tiam, ita nempe, ut eos, qui ex ignorantia vel
infirmitate peccaverunt, blandis admoneant
verbis cum exhortatione ad cavendos futu-
ros lapſus, *Matth. 18.* Nam, ut Ambroſ. ait
6 *libr. 8. in Luc.* † plus proficit amica corre-
ptio, quàm turbulenta accuſatio; illa pudo-
rem incutit, hæc indignationem movet, Joh.
Gerhard. *in loco Theol. de miniſt. eccleſiaſt.*
§. 286. pag. 462. Frider. Bald. *de inſtit. miniſtr.*
7 *verb. cap. 16. pag. 170.* † Publicè vero peccan-
tes & lapſu ſuo publicum ſcandalum exhi-
bentes publice quidem corrigere licet, *1. Ti-*
moth 5. v. 20. attamen & tum prudentia eſt
adhibenda, ne excedatur † medicinæ mo- 8
dus, admixtà ſemper modeſtiâ: Non aſpe-
re, inquit Auguſtin. *Epiſtol. 61. ad Aurelium,*
quantum exiſtimo, non duriter, non modo
imperioſo delicta tollantur, ſed magis do-
cendo quam jubendo, magis monendo,
quam minando: Miſericorditer corripiat
homo quod poteſt, quod autem non poteſt,
patienter ferat, & cum dilectione gemat ac
lugeat. † Et ſeveritatem diſciplinæ & cor- 9
rectionis ſemper temperet manſuetudo le-
nitatis, Gerhard. *dict. § 286.* Imprimis verò
caveant miniſtri Eccleſiæ, ne vindicta quæ-
ratur privata, ſed emendatio delinquentis &
averſio ſcandali: † & ne quicquam ex affe- 10
ctibus privatis dicant, neque pro concione
aliquem nominatim perſtringant, aut ita de-
pingant, ut quilibet intelligere poſſit, quis
notetur, Bald. *dict. cap. 4. in fin.* multo † mi- 11
nùs injurias evomant in ſuggeſtu, quod pœ-
nam meretur; ſuntque exceſſus hi verbis
diſertis interdicti *in* † *Ordin. Eccleſ. art.* 12
gen. 3. fol. 398. §. Zum ſiebenden. *ibi:*
Nachdeme den Pfarrern und Kirchen-
Dienern mit Ernſt auferleget und einge-
bunden / daß ſie in ihren Predigten ihren
eigenen *Affecten* mit Holhippeln / Poldern
oder Schmähen nicht nachhengen / ſon-
dern ſich aller Chriſtlichen Sanfftmuth
und Beſcheidenheit nach der Lehre Sanct
Pauli gebrauchen / ꝛc. † Et poſtea: Daß 13
ſolches allein auf die ärgerlichen Predig-
ten gemeynet / da die Pfarrer aus Zorn
und eigener Rachgier ihre eigene Sachen
auf die Cantzel getragen / und mit Aerger-
nüß der Gemeinde ausgeſtoſſen / die Leute
mit Namen genennet / oder ſie ſonſten alſo
ausgemahlet / daß männiglich / wer ſie ſeyn /
wohl verſtehen können / oder ſonſten nicht
gebührliche Ordnung im Straf-Amt ge-
brauchet / ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Paſtori Stolbergenſi die 12 April. Anno 1608.* (*Verba Re-* 14
ſcripti: Was bey uns Melchior Blüer Amtſchreiber zu Stolberg über euch ſich
anderweit beſchweret / ſolches habt ihr inligend mit mehrern zu erſehen. Wann
dann vermöge Churfürſt Auguſti Chriſtmilder Gedächtnüß Kirchen-Ordnung
ein Pfarrer und Kirchen-Diener in ſeinen Predigten ſeinen eigenen *Affecten* mit
Holhippeln / Poldern oder Schmähen nicht nachhengen / ſondern ſich aller Chriſt-
lichen Sanfftmuth und Beſcheidenheit gebrauchen ſol; Als iſt hiermit an ſtatt
höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren an euch / ihr wollet
euch angedeuter Kirchen-Ordnung allenthalben gemäß bezeigen / ꝛc.)

Item † *Superintendenti Annabergenſi die 5. Februarii Anno 1617.* (*Verba Reſcripti:* Wir 15
haben euer wider den geweſenen Berg-Prediger bey euch / und den itzigen Pfarrer
zu Caden *M. Johannem Andreæ* eingeſchicktes Schreiben verleſen hören / und
ſol darauf die Gebühr angeordnet werden; Begehren aber an ſtatt ꝛc. ihr
wollet bis zu Austrag der Sachen euch alles Schmähens und Anſtechens von
der

der Cantzel und ſonſten wider gedachten Pfarrer zu Caden / bey Verluſt euers Dienſtes gäntzlich enthalten/ ꝛc.)

Et † Superintendenti Dresdenſi die 25. Januar. Anno 1613. (*Verba Reſcripti:* Hierauf 16
iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ ihr wollet beklagtem Pfarrer mit Ernſt Verweiſung thun/und Krafft dieſes bey Verluſt ſeines Dienſts auferlegen/daß er hinfüro auf der Cantzel ſich der *privat affecten* gäntzlich enthalten/und der *publicirten* Kirchen-Ordnung gemäß ſich bezeigen ſol/ ꝛc.)

Definit. LXVII.

Magiſtratum peccantem Miniſtri Eccleſiæ modeſtè arguant, ne ſubditi ad ſeditionem excitentur, vel reverentia & obſequium deminuatur.

SUMMARIA.

1. *Miniſtris verbi absque reſpectu perſonarum incumbit redarguere peccata.*
2. *Publicè Magiſtratum peccantem corrigere poſſunt.*
3. *Probatur hoc exemplis deſumtis ex ſacra Scriptura.*
4. *Adducitur autoritas B. Lutheri.*
5. *Prophetæ Reges ſæpius redarguerunt.*
6. *Modeſtè tamen hoc caſu eſt procedendum.*
7. *Non propter peccata occulta Magiſtratus publice eſt arguendus.*
8. *Ne ſeditio contra Magiſtratum excitetur.*
9. *Pii miniſtri ſunt præcones converſionis, non tubæ ſeditionis.*
10. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 11.*

1 CUm miniſtri Eccleſiæ absque ullo perſonarum diſcrimine jubeantur peccata redarguere, *Eſai. 58. v. 1. 1. Tim. 5. v. 20.* nusquam verò Magiſtratûs
2 crimina reperiantur excepta, quin & † ipſum peccantem publicè arguere queant, dubitandum haut eſt: quod & divino convenit mandato, *Exod. 6. v. 11.* ubi Deus ad Moſen dicit: Ingredere & loquere ad Pharaonem Regem Ægypti, ut dimittat filios Iſrael. *Jerem. 13.*
3 *v. 19.* Dic Regi & Dominatrici: † humiliamini, ſedete in terra, *Ezech. 31. v. 1. & 2.* Factum eſt verbum Domini ad me dicens; fili hominis, dic Regi Ægypti & populo ejus &c. ut verè ſcripſerit B. Lutherus *tom. 6. Jenenſ.*
4 *German. fol. 384.* † Das Predig-Amt iſt nicht ein Hof-Diener oder Baurenknecht/ ſondern es iſt GOttes Diener und Knecht/ und ſein Befehl gehet über Herr und
5 Knecht. Nec deſunt exempla: † ita enim Samuel objurgat Regem Saulem, *1. Sam. 15. verſ. 19.* Nathan Davidem, *2. Samuel. 12. v. 9.* Elias Achabum, *1. Reg. 18. v. 18.* Eſaias Ezechiam, *Eſai. 39. v. 6.* quæ aliaque cumulat Johan. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſiaſt. §. 287. pag. 464.* Videant tamen miniſtri Eccleſiæ, † quò modeſte procedant, ut enim in 6
aliorum hominum, *Defin. præced.* ita vel maximè in Magiſtratûs reprehenſione prudentia † adhiberi debet, cujus rei exemplum 7
proponitur in Nathane, *2. Sam. 12. v. 1. ſeqq.* nec etiam propter leviora vel occulta peccata Magiſtratus publice ſtatim eſt arguendus. Imprimis verò ſedulò cavendum, † ne offi- 8
cium Spiritus Sancti in tribunitios clamores ad deſpectum, diſobedientiam vel ſeditionem contra Magiſtratum excitandam comparatos degeneret: † Siquidem pii Miniſtri 9
ſunt præcones converſionis, non tubæ ſeditionis, Gerhard. *dict. loco. pag. 465. in fin.* Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 4. cap. 7. caſ. 6. in fin.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Dresdenſe Superintendenti Pirnenſi, die 19. Martii An. 1617. 10
(*Verba Reſcripti:* Begehren demnach / ihr wollet euch ſamt euern *Collegen* vermöge der *Generalien* ſelbſt beſcheiden/und den Rath mit dergleichen Predigten bey der Bürgerſchafft ferner nicht gehäßig machen/ꝛc.)

Et

Et † *Superintendenti Oſſitienſi die 25. Octobr. Anno 1616. (Verba Reſcripti:* Was maſſen 11
an uns der Rath zu Oſchatz über euch / daß ihr auf der Cantzel nicht alleine etliche ihres Mittels / ſondern auch den gantzen Rath zur Ungebühr auslaſſen und verkleinern ſolt / ſich beklagt / ſolches habt ihr inliegende zu befinden. Wann dann dieſe Begünſtigung der *publicir*ten Kirchen-Ordnung zuwider; Als begehren ꝛc. wir hiermit / ihr wollet euch hinfüro dergleichen enthalten / und in Verbleibung deſſen zu anderer Anordnung nicht Urſach geben / ꝛc.)

DEFINIT. LXIIX.

Extra diœceſin ſuam Paſtores non debent exercere actus miniſteriales.

SUMMARIA.

1. *Omne Miniſterium ſuum habet locum & circulum.*
2. *Eccleſiæ Miniſtris extra diœceſin actus exercere miniſteriales haut licet.*
3. *Vocatio Paſtoris ad alterius diœceſin ſe non extendit.*
4. *Probatur hoc ex Ordin. Eccleſ. Elector. Saxonica.*
5. *Abſque vocatione legitima nemo ad functionem eccleſiaſticam admittendus.*
6. *Probatur deciſio prædicta ex jure Canonico. n. 8.*
7. *Allegatur decretum Concilii Carthaginenſis.*
8. *Fallit hæc deciſio in caſu neceſſitatis; & quisnam talis?*
10. *Aut ſi Paſtor à vera religione deflectit.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 OMne Miniſterium ſuum habet locum & quaſi circulum, intra quem continetur, ne vagæ ſint ejus expeditiones, ſed certo hominum generi proſint, Frid. Bald. *de inſtit. miniſtr. cap.*
2 *4. in pr.* Nequaquam ergo † Paſtores & Eccleſiæ Miniſtri extra ſuam diœceſin actus miniſteriales exercere, vel alterius Paſtoris auditores ad confeſſionem, abſolutionem & communionem admittere poſſunt, nec debent, Joh. Gerh. *in loco de miniſt. eccleſiaſt.*
3 *ſect. 7. §. 117. pag. 196.* (1.) Quia † vocatio Miniſtri Eccleſiæ ad alterius Paſtoris diœceſin ſe non extendit, ſed quilibet uni duntaxat Eccleſiæ datus eſt, pro qua ſola etiam aliquando rationem eſt redditurus: Eam igitur diligenter curet, alias verò ſuis relinquat Paſtoribus, juxta admonitionem Pauli: Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos, *Actor. 20. v. 28.* & Petrus: attendite gregi, qui vobis eſt com-
4 miſſus, *1. Petr. 5. v. 2.* † Quo & facit *Ordin. Eccleſ. ſub Rubr.* Wie ein Kirchen-Diener ſeines Ambts halber zu erinnern. *fol. 96.* §. Dann die Kirche. *verſ.* Darum ſol der Kirchen-Diener. *&* §. und ſol der Kirchen-Diener. (2.) Quemadmodum ergo
5 † abſque vocatione legitima nemo ad functionem eccleſiaſticam eſt admittendus, *Rom. 10. v. 14. Hebr. 5. v. 4.* Frideric. Bald. *de inſtit. miniſtr. cap. 6.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 1. n. 18. ſupra Defin. 39.* ita nec actuum miniſterialium exercitium in alterius Paſtoris diœceſi miniſtris Eccleſiæ permitti debet, quia ſcilicet eorum vocatio eò ſe non extendit. (3.) † Et facit huc *cap. omnis.* 6
extr. de pœnitentiis & remiſſion. ubi ſtatuitur, quod quilibet proprio Sacerdoti debeat confiteri ſua peccata; ſi quis vero alieno Sacerdoti voluerit juſta de cauſa confiteri, debeat prius licentiam à proprio Sacerdote poſtulare & obtinere. † In Concilio quo- 7
que Carthaginenſi III. decretum reperitur *cap. 20.* ut à nullo Epiſcopo uſurpentur plebes alienæ, nec aliquis Epiſcoporum ſupergrediatur in diœceſi ſuum collegam, Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 4. cap 9. caſ. 5. pag. 1097.* (4.) Statuitur quoque jure Canonico, † ut dominicis vel feſtivis diebus Pres- 8
byteri, antequam celebrent Miſſam, plebem interrogent, num alterius parœcianus ſit in Eccleſia, qui proprio contemtô Presbyterô ibi velit Miſſam audire; quem ſi inveniunt, ſtatim ab Eccleſia abjiciant, *cap. ut dominicis. 2. extr. de parochiis & alienis parochianis.* Sed regulariter hæc ita ſe habent: † in caſu verò neceſſitatis aliud dicendum, 9
veluti ſi peregrinis in locis quis hoſpitetur;

tur; vel infirma valetudine in itinere obruatur, cui miniſterium verbi&Sacramentorum in Eccleſiis illis, ad quas confugiunt, hautquaquam eſt denegandum, nullus enim hoc in caſu exiſtit contemtus ordinarii miniſtri, ſed neceſſitas, quæ non habet legem. Idemq;
10 habendum in caſu, † quo Paſtor ordinarius à ſincera religione, purô verbô Dei, & diſpenſatione ſecundùm inſtitutionem Chriſti deflectit, vel auditorem ſuum abſque cauſa ad S.Cœnam admittere nolit: quas, ut & alias limitationes cumulat Balduin. *dict.cap.5.* Vid. quoque Gerh. *in loco de miniſter. Eccleſiaſt. dict. §.117.pag.196.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Miſnenſi die 29.Martii Anno 1633.* (*Verba* 11
Reſcripti: Wir werden berichtet/daß der Pfarrer zu Putzka ſich unterfangen ſol/ auſſer ſeinem Kirchſpiel Zehren an andern Orten *actus miniſteriales* zu *exerci*ren. Wann dann ihme ſolches nicht gebühret/ und der Kirchen-Ordnung gantz zu wider: So tragen wir ob ſeinem Beginnen Mißfallen/und begehren hiermit an ſtatt Ihrer Churfl. Durchl. unſers gnädigſten Herrns/ihr wollet erwähntem Pfarrer ſeinen Unfug verweiſen und unterſagen/daß er bey Vermeidung ernſter Strafe ohne unſern Vorbewuſt und Einwilligung ſich hinfüro deſſen allerdings enthalte/uns auch/wie er ſich auf ſolche Vorhaltung bezeiget/ eheſt berichten/ ꝛc.)

DEFINIT. LXIX.

Patronus ſive Collator ſacris ſe immiſcere & cultum divinum pro lubitu diſponere haut debet.

SUMMARIA.

1. *Patrono haut fas eſt ſacra diſponere & peragere.*
2. *Probatur hoc exemplis Regum Iſraelitarum. n.3.*
4. *Cura religionis ad Magiſtratum ſpectat politicum.*
5. *Qui tamen ipſemet ſacra peragere haut debet.*
6. *Reformatio Religionis ad totam pertinet Eccleſiam.*
7. *Patronus particeps non eſt jurium Epiſcopalium.*
8. *Jus patronatus differt à jure Epiſcopali.*
9. *Reſcriptum Electorale.*

Sicuti licitum non exiſtimatur miniſtris Eccleſiæ, rebus ſecularibus & politicis ſe implicare, *2. Timoth. 2. v. 4. ſupra Defin.63.* ita nec fas eſt econtra Patro-
1 no † ſeu Collatori, ſe immiſcere ſpiritualibus, cultum divinum pro lubitu diſponere & ſacra peragere: Vix enim pœnam effugiet divinam, quisquis hæc facere auſit; quemad-
2 modum exemplum † Gedeonis teſtatur, facientis Ephod lineum, & inſtituentis cultum privatum in domo paterna, *Jud.8.* Saulis, qui ſacrificabat contra interdictum Pro-
3 phetæ Samuelis, *2.Sam.15.* † Oziæ Regis, qui thura incendebat contra prohibitionem Sacerdotum, *2.Paral.26.* Jeroboami, eligentis Sacerdotes ex contemtiſſimis populi & inſtituentis feſtum hactenus inauditum, *1.Reg.12.* qui omnes propter facinora hæc
4 graviter puniti fuerunt; non † quod curam geſſerint religionis rerumque ſacrarum, quæ omninò Magiſtratui politico incumbit, ut demonſtravimus *ſupra Definit.1.* ſed quia † ipſimet ſacra peregerunt, 5
quæ tamen Sacerdotibus & Epiſcopis committere, quin & de cultu divino reſtaurando ac mutatione rituum ſuſcipienda, † con- 6
vocatis totius Eccleſiæ ordinibus deliberare debuiſſent, prout piè & rectè fecerunt Impp. Conſtantinus Magnus, uterque Theodoſius, Martianus, Carolus Magnus, qui in Religionis negotiis Synodos convocarunt; minime autem pro imperio conſcientiis per novitates iſtas laqueum injecerunt, Chriſt. Beſold. *de majeſt. ſect. 2. cap. 3.* Parcker. *de pol. eccleſiaſt.3. cap. 15.* Non ergo jus iſtud ſibi vendicabit Eccleſiæ Patronus, † qui plane non eſt parti- 7
ceps jurium epiſcopalium, ſed ſola præſentatione jurisque patronatûs exercitio contentus eſſe debet, quod † certè mul- 8

tùm

tùm differt à jure epiſcopali, Matth. Weſenb. *part. 1. conſil. 48. n. 23. in fin.* Braudlacht. *in epitom. jurispr. publ. lib. 5. cap. 5. n. 12.* Matth. Stephan. *ad Novell. 57. n. 12. & ſeqq.* Chriſtoph. Beſold. *in diſſertat. de patrocin. & client. n. 63.* tantum abeſt, ut Patronus vel Collator ſolus pro lubitu cultum divinum diſponere queat.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Rudolpho* à Bünau in Weſenſtein / *die 13. Januar.* 9
Anno 1619. (*Verba Reſcripti:* An unſer Ober-*Conſiſtorium* hat der Superintendens zu Pirna gelangen laſſen / daß du die erledigte Pfarre zu Ottendorff und den Gottesdienſt daſelbſt vom *11. Novembr.* verwichenes Jahres bis anhero / ohne beyder Superintendenten zu Dreßden und Pirna Vorwiſſen / nicht allein durch deine *Paſtores* zu Hoſterwitz / Friedrichs- und Burckartswalda / ſo wol zum Weſenſtein / ſondern auch aus Böhmen deines Gefallens beſtellet. Wann denn ſolche Anordnung in die geiſtliche *Jurisdiction* und *Inſpection* gehörig / und dergleichen keinem *Collatori* für ſichſelbſt zu thun nachgelaſſen / ꝛc. Als begehren wir hiermit gnädigſt / du wolleſt hierauf deine Verantwortung förderlichſt einſchicken / und darauf ferners Beſcheids erwarten / ꝛc.)

DEFINIT. LXX.

Non poteſt Patronus Paſtori ſeu miniſtro Eccleſiæ interdicere ſuggeſtum.

SUMMARIA.

1. *Patronus non poteſt ſuggeſtum interdicere miniſtris Eccleſiæ.*
2. *Quia prohibitio hæc ſpectat ad jura epiſcopalia.*
3. *Abſtinere debet Patronus à jurisdictione eccleſiaſticâ.*
4. *Probibitio ſuggeſti importat ſuſpenſionem Paſtoris ab officio.*
5. *Suſpenſionem Paſtoris ab officio Patronus ſibi arrogare non debet.*
6. *Solus Epiſcopus habet jus deſtituendi Eccleſiæ miniſtros.*
7. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

QUod ſi ergo Patrono ſeu Collatori facultas diſponendi cultum divinum, rebusque ſacris ſe immiſcendi haut competit, ut diximus
1 *Defin. præced.* † utique nec ſuggeſto interdicere poterit Paſtori Eccleſiævè mini-
2 ſtro: ſcilicet quia prohibitio hæc ſpectat † ad jura epiſcopalia, & jurisdictionem eccleſiaſticam concernit, *cap. inter. cætera.* ubi Gloſſ. *in verb. prædicationis. extr. de offic. jud. ordin.* Johann. Gerhard. *in loco de mi-*
3 *niſter. eccleſiaſt. ſect. 5. §. 108. pag. 183.* † à quâ abſtinere debet Patronus, quippe qui jura epiſcopalia non habet; ſed exercentur hæc ab Epiſcopo vel Principe, aut Statu Imperii Evangelico, ad quem per Transactionem Paſſavienſem jura Epiſcopi ſunt devoluta, *ſupr. Defin. 13.* Matth. Stephan. *ad Novell. 17. n. 12. & ſeqq.* Et quis non videt,
† interdictionem vel prohibitionem ſuggeſti importare ſuſpenſionem Paſtoris ab 4
officio, ſi non ipſam depoſitionem vel remotionem: † quam tamen Patronus ſibi 5
arrogare non debet, ſed ſpectat ea ad ſolum Epiſcopum, † qui jus deſtituendi habet, 6
ſi gravis & ſufficiens cauſa adſit, *arg. Novell. 15. c. 1. §. 1. can. contra ſanctorum. 16. quæſt. 7. cap. præterea. 4. cap. querimoniam. 9. cap. conſultationibus. 19. extr. de jur. patronat. cap. conquerente. 16. extr. de offic. judic. ordinar.* Franc. Duar. *de benefic. lib. 5. cap. 4. verſ. quamvis autem.* Pfeil. *conſil. 182. n. 51. & conſil. 183. n. 2.* Lambertin. *de jur. patr. lib. 3. art. 9. quæſt. 6. princ. fol. 23. & 24.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Dreſdenſe Superintendenti Miſnenſi, & Abrahamo Georgio à* 7
Schindel in Griebenſtein / *die 25. Novembr. Anno 1631.* (*Verba Reſcripti:* Was maſſen euer des von Schindels Pfarrer zu Beerwalda *Andreas* Richter über euch wegen Sperrung der Cantzel ſich beſchweret u. gebeten / das habt ihr beyder-

ſeits aus dem Jnſchluß zu vernehmen. Wañ dann euch dem *Collatori* ſolches nicht gebühret/ ſondern der Geiſtlichen *Jurisdiction* zuſtändig; Als begehren an ſtatt Jhrer Churfürſtl. Durchl. wir hiermit/ Jhr wollet dieſes Einwenden verleſen/ und uns euern Gegenbericht zu fernerer Anordnung eheſt überſchicken/ Jhr der Superintendens aber/ wofern keine andere Urſach/ als *Supplicant* berichtet/ verhanden/ ihme hierzwiſchen die Cantzel bis auf unſere fernere Anordnung wieder eröffnen/ ꝛc.)

Definit. LXXI.

Uti gradus, ita etiam ordo & præcedentia inter Miniſtros Eccleſiæ obſervanda; & præcedunt miniſtri oppidani miniſtros paganos.

SUMMARIA.

1. *Ratio ordinis in miniſterio à Pontificiis in primatum converſa.*
2. *Pontifex Princeps Sacerdotum ſummus & maximus.*
3. *Principatus Pontificis maximè improbandus.*
4. *Qui deſiderat primatum in terris, inveniet confuſionem in cœlis.*
5. *Gradus in miniſterio eccleſiaſtico obſervandi.*
6. *Saltem quoad poteſtatem ordinis.*
7. *Qui benè miniſtrant, bonum ſibi acquirunt gradum.*
8. *Quinam hodiè gradus, & quæ dignitas in miniſterio.*
9. *Superintendens nihil eſt aliud quàm Epiſcopus.*
10. *Præcedentia inter miniſtros Eccleſiæ obſervanda.*
11. *Digniores cæteris ſunt præferendi.*
12. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 PEſſimè rationem ordinis in miniſterio Epiſcopi Romani in primatum quendam, & quaſi Monarchiæ aut Hierarchiæ ſtatum converterunt, ſe caput univerſale Eccleſiæ, terreſtris & cœleſtis poteſtatis abſolutos dominos jactantes, *cap. ſi Papa. verſ. ſancta. diſt. 40.* unde
2 † Pontifex dicitur princeps ſacerdotum, quaſi via ſequentium, *c. cleros. diſtinct. 21.* ipſe & ſummus Sacerdos, ipſe & Pontifex maximus nuncupatur; ipſe efficit Sacerdotes atque Levitas, ipſe omnes ordines eccleſiaſticos diſponit, ipſe quid unusquisque facere debeat, oſtendit, *dict. c. cleros.* Nicol. Vigel. *in method. jur. Pontif. lib. 3. cap. 8. reg. 2.* quem primatum multis defendere annititur Johann. Azor. *inſtitut. moral.*
3 *libr. 4. c. 9. & ſeq. part. 2.* † Sed nos opponimus Principatui huic pronunciatum Gregorii Magni Pontificis: quod univerſalis Epiſcopi nomen ſoli & uni Antichriſti præcurſori conveniat, *lib. 4. epiſt. 32. 34. & 7. epiſt. 30.* &
4 illud Chryſoſtomi: † qui deſiderat primatum in terris, inveniet confuſionem in cœlis; nec inter ſervos Chriſti computabitur, qui de primatu tractaverit, *cap. multi diſtinct. 40. Matth. 18. Luc. 9.* Balthaſar. Meiſner. *de regim. eccleſiaſt. concluſ. 185. & ſeqq.* Marſil. Patavin. *in defenſ. pac. part. 2. cap. 4. pag. mihi. 155. in fin.* † Nihilominus gradus in miniſterio Eccleſiaſtico obſervari debent, non quoad poteſtatem miniſterii & jurisdictionis, quæ in prædicatione verbi, adminiſtratione Sacramentorum & uſu clavium conſiſtit, omnibusque miniſtris ex æquo competit, *1. ad Corinth. 3. verſ. 5. & 7. 2. ad Corinth. 12. verſ. 9. Galat. 2. verſ. 3.* Joh. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſ. cap. 5. ſect. poſt. §. 206. pag. 328.* † ſed quoad poteſtatem ordinis: Quemadmodum enim Deus autor ordinis non omnes ordines æquales eſſe voluit in mundo, ita nec omnes æquales ſunt in miniſterio Eccleſiæ, ſe certi dantur miniſtrorum gradus, † quos indigitat Apoſtolus inquiens: Qui benè miniſtraverint, bonum gradum ſibi acquirent, *1. ad Timoth. 3. verſ. 13.* Sunt ergò gradus miniſtrorum in Eccleſia,

ſiâ, quorum alii Epiſcopi, alii Presbyteri,
8 alii Diaconi appellantur; † quæ tria nomi-
na *in priori Epiſtola ad Timotheum* reperi-
untur, *cap. 3. verſ. 2. & 8. c. 5. verſ. 17. & ad*
Tit. 1. verſ. 5. & 7. & in noſtris Eccleſiis ad-
huc retinentur, Frideric. Balduin. *de inſt.*
miniſtr. cap. 100. Gerhard. *dict. loc.* §. *205.*
9 *& 231. 232. & 233.* Sunt enim apud nos †
Superintendentes nihil aliud quàm Epiſco-
pi, ut notat Iſidor. *libr. 7. Etymolog. cap. 12.*
Ludolph. Schrader. *de feud. part. 9. cap. 3.*
n. 29. Johan. Azor. *inſtitut. Moral. libr. 3.*
cap. 27. quæſt. 1. part. 3. quibus diligens in-
ſpectio & cura miniſterii incumbit, unde
hæc tria: Epiſcopus, Superintendens & In-
ſpector eandem denotant perſonam, idem-
que officium, Rittershuſ. *ad Novell. part. 1.*
cap. 7. n. 10. Theodor. Reinking. *de regim.*
ſec. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 2. cap. 3. n. 17. Con-
ſequens hiſce eſt, † quod etiam præceden- 10
tia inter miniſtros Eccleſiæ obſervari debe-
at, Gerhard. *de magiſtr. polit.* §. *186.* ex quo
non facilè quisquam dubitaverit, miniſtros
oppidanos præcedere paganos, eosque, qui
in ſuburbiis ſacra adminiſtrant; † nam 11
digniores cæteris ſunt præferendi, *l. 1. ff. de*
albo ſcrib. l. ult. ff. de fide inſtrum. Limn. *lib.*
4. jur. publ. cap. 9. n. 41.

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Senatui Freybergenſi die 30. Novembr. 12
Anno 1619. (*Verba Reſcripti:* Wir haben eure unterſchiedliche eingeſchickte Berich-
te/ die zwiſchen den Geiſtlichen bey euch bis anhero entſtandene Irrungen der *Præcedentz* halber betreffende/verleſen hören. Wann dann an den vornehmſten Orten dieſer Brauch bishero gehalten worden/daß das Stadt-*Miniſterium* denen in den Vorſtädten und Dörffern allezeit vorgehet und vorgezogen wird; Als laſſen wir es bey dieſem Gebrauch billich bewenden; Hierauf an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns begehrende/Ihr wollet nunmehr die Partheyen darauf beſcheiden / und denen in der Stadt Freyberg die *Præcedentz* vor dem Hoſpital-Prediger und andern/welche auſſerhalb der Stadt und auf den Dörffern wohnen/ einräumen/ꝛc.)

DEFINIT. LXXII.

Miniſtro Eccleſiæ non licet fugere tempore peſtis, niſi id fiat absque ſcandalo & jacturâ muneris eccleſiaſtici.

SUMMARIA.

1. *Epiſcopus non debet deſerere Eccleſiam.*
2. *Nec ei invitæ renunciare.*
3. *Præſertim tempore perſecutionis.*
4. *Annon peſtis tempore fugere ei liceat?*
5. *Deciſio negativa: & quæ fundamenta ac rationes decidendi?*
6. *Diſceſſus tempore peſtis arguit diffidentiam erga Deum.*
7. *Adducitur exemplum Aaronis.*
8. *Nec non Prophetæ Eſaiæ.*
9. *Limitatio deciſionis: & quando peſtis tempore liceat diſcedere? n. 10.*
11. *Ob publicam utilitatem Eccleſiam dimittere canones concedunt.*
12. *Modo non præbeatur ſcandalum.*
13. *Reſcriptum Electorale.*

1 SIcut vir non debet adulterare uxorem
ſuam, ita nec Epiſcopus ſuam Ec-
cleſiam, id eſt, ut illam dimittat, ad
quam ſacratus eſt, *c. ſicut vir. 3. quæſt.*
1. cap. 2. extr. de elect. & ut carnale con-
jugium Deus ſoli ſuo judicio diſſolven-
dum reſervavit, ita etiam ſpirituale conjugi-
um, *cap. inter corporalia. extr. de trans-*
2 *lat. Epiſc.* † Quare qui ſemel ſe obliga-
vit Eccleſiæ, *cap. niſi.* §. *verum. extr. de*
renunc. ei invitæ renunciare non poteſt,
† ne quidem in perſecutionibus, Matth. 3
Steph. *de juriſdict. lib. 3. part. 1. cap. 16. num.*
9. Nam ſi pernicioſum, proretam in tran-
quillitate navem deſerere, quanto magis
in fluctibus? inquit Nicolaus Papa *in c.*
ſciſcitaris. 7. qu. 1. † Quid verò peſtis tem- 4
pore: an non tùm ſaltem Superintendens
vel alius Eccleſiæ miniſter ad tempus ali-
unde ſe conferre ac commorari poterit?

5 † Non certè: (1.) quia auditores, ſive parochiani hoc tempore vel maximè ipſius operâ & miniſterio indigent, quò de agendâ pœnitentiâ admoneantur, & de beatâ emigratione ex hac vitâ informentur. (2.)
6 Nec fieri id poteſt abſque ſcandalo: † arguit enim diſceſſus diffidentiam erga promiſſiones divinas, *Pſal. 91. verſ. 7. Non appropinquabit ad te malum. Matth. 10. verſ. 30. Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Hebr. 13. verſ. 5. Non relinquam te, nec*
7 *deſeram te.* (3.) † Accedit quoque exemplum Aaronis, qui cum peſtis repente ſæviret, celerique progreſſa curſu quatuordecim mille & ſeptingentos homines abſumſerat, ſtetit inter vivos & mortuos, incenſo ſuo Deum placans, *num. 16. verſ. 48.* nec non Eſaiæ,
8 † qui juſſu Domini ad Regem Ezechiam peſte correptum intrat, & cataplaſma ex ficubus ulceri ipſius imponi jubet, *cap. 38. verſ. 21.* nec tamen ullum inde ſentit nocumentum, Johann. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſiaſt. §. 290. pag. 469.* Idque regulariter verum eſt. Aliud dicendum, † ſi 9
abſque ſcandalo & jactura muneris eccleſiaſtici miniſter diſcedere queat. Quid enim, ſi aliis quoque Eccleſiis ſit præpoſitus, Eccleſiaque in loco peſtifero aliis verbi miniſtris ſit inſtructa, aut ſubſtituatur alius, qui non minore dexteritate, diligentiâ ac fide eccleſiaſtici muneris partes obeat; ita ut abſque ſcandalo & jactura functionis eccleſiaſticæ ſeceſſus fieri queat? † Non 10
invidendus tum erit locus tutior Eccleſiæ miniſtro; qui forſan ultra modum eſt timidus; nam in caſu † neceſſitatis ac publicæ utilitatis Eccleſiam dimittere canones concedunt, *c. mutationes. c. ſcias. 7. quæſt. 1.* Matth. Stephan. *dict. cap. 16. numer. 5. & 11.*
† Cavendum tamen ſedulo, ne ſcandalum 11
præbeatur infirmis, quos potius ad fidem, charitatem & patientiam exhortari æquum eſt, Gerhard. *dict. pag. 469. circa fin.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti, Præfecto & Senatui Liebenwerdenſi 12
die 9. Septembr. An. 1633. (*Verba Reſcripti:* Wir haben aus euerm des Superintendenten eingeſchickten Bericht/ aus was Urſachen ihr euch bey anhaltender Seuche nach Dobra zu begeben/ und in den ſechs eingepfarrten Dorffſchafften die Seelſorge zu verrichten vorhabens/ vernommen/ und ihr beyde der Schöſſer und Rath habt ſolches aus dem Einſchluß zu erſehen. Woſern nun daſſelbe ohne Abbruch der Seelſorge in der Stadt Liebenwerda/ ſo wol der *Inſpection* füglich geſchehen kan/ vorher auch dem neuen *Diacono* eine *ordinirte* Perſon zum *peſtilentialen adjungiret* wird; So ſeyn wir bis auf unſere fernere Anordnung damit dergeſtalt zu frieden/ daß uns ihr ſämtlich von 14. Tagen zu 14. Tagen die Beſchaffenheit/ wie die Seuche zu oder abnimmt/ anhero ausführlich und gründlich berichtet/ ꝛc.)

TIT. VI.

De

Ludimoderatoribus, Cuſtodibus, aliisque Clericis: eorumque vocatione & officio.

Definit. LXXIII.

Ludimoderatores & Præceptores in ſcholis idonei à Magiſtratu cujusque loci conſtituantur: cæteroquin Principis officio incumbit, huic rei proſpicere.

S U M M A R I A.

1. *In educatione puerorum fundamentum totius Reipublicæ latet.*
2. *Reipubl. faciunt injuriam, qui liberos non erudiunt.*

3. Pu-

3. *Publica informatio privatæ præferenda.*
4. *Liberi Reipublicæ naſcuntur.*
5. *Præceptores idonei ſcholis præficiendi.*
6. *Curà Elector. Saxon. hâc de re.*
7. *Magiſtratus negligens ſi exiſtat, cura ſcholarum Principi incumbit.*
8. *Multùm intereſt Reipubl. liberos benè educari.*
9. *Magiſtratus negligens jus ſuum ad Epiſcopum devolvit.*
10. *Propter bonum publicum à jure ordinario recedendum.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 UTi in ſemente poſita ſpes meſſis eſt: ita totius reliquæ vitæ expectatio ab educatione pueritiæ pendet, Anton. Muret. *orat. 2.* in quâ fundamentum Reipublicæ latet: perinde ut hortus pereat neceſſe eſt, niſi olitor, antequam arbores marceſant, novellas inſerat, ſurculos præſcindat, diſtortos corrigat, vitia
2 emendet, ex Plat. Lang. *lib. 3. epiſt. 6.* † Qui ergò non rectè inſtituunt ac erudiunt liberos, non ſolùm ipſis liberis, ſed etiam Reipublicæ faciunt injuriam, Cicer. *act. 5. in Ver.* Reinh. König. *in theat. polit. part. 1. cap. 4. num. 26.* quod imprimis de publica inſtitutione, quæ fit in ſcholis & Gymna-
3 ſiis, accipiendum; † quippe publica informatio privatæ ſemper eſt præferenda, cui liberos ſuos nemo, ſi id Reſpublica poſcat, ſubtrahere valet, Herman. Kirchner. *de Republic. diſputat. 17. theſ. 2. lit. b.* ſiquidem
4 † illi æquè ac parenti naſcuntur. *l. 1. §. 15. ff. de vent. in poſſeſſ. mittendo.* Curæ itaque Magiſtratûs cujusque loci incumbit, ut tales præficiantur ſcholis Ludimoderatores & Præceptores, qui ad functionem
5 hanc maxime ſint † idonei, tàm ratione eruditionis ac dexteritatis, quàm pietatis, humanitatis & modeſtiæ, ut pueri non tantùm literas diſcant & bonis in artibus erudiantur, ſed etiam in Chriſtianiſmo ac pietate proficiant, & vitam inſectentur virtuoſam. † Id quod in provinciis Electoratûs 6
Saxonici proviſum per *Ordin. eccleſ. ſub Rubr.* von der Schulen und Schul-Ordnung. Sciant etiam Magiſtratus, ſi hâc in re negligentes exiſtant, à Principe ſeu Magiſtratu ſuperiore, qui Epiſcopalia jura habet, † perſonas idoneas huic functioni 7
ex officio præfici, ſcilicet quia cura ſcholarum ad jura epiſcopalia ſpectat, ut diximus *ſuprà Defin. 9.* Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 1. num. 20.* multumque † intereſt Reipublicæ, liberos 8
bene educari: nam pueri & adoleſcentes ſunt Reipublicæ partes, Ariſtot. *lib. 8. polit.* Cura verò partis meritò debet reſpicere curam totius, Joh. Gerh. *decad. 8. cent. polit. quæſt. 7.* † Quin & negligentia Ma- 9
giſtratus ſeu Patroni jus ipſius devolvit ad Epiſcopum, Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 1. Defin. 3.* Theod. Reink. *dict. claſſ. 1. cap. 9. n. 36. in fin.* & propter † bonum publi- 10
cum à jure ordinario bene hoc caſu recedi poteſt, *arg. cap. cum ex injuncto. 2. extr. de novi operis nunciat.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Dreſdenſe Superintendenti & Præfecto Pirnenſi die 19. April.* 11
Anno 1619. (*Verba Reſcripti:* Dieweil aber die *publicirte* Churfl. Kirch- und Schul-Ordnung ausdrücklich beſaget/ daß alle Obrigkeit in allen und ieden Städten/ ſie ſeyn klein oder groß/ darob ſeyn ſollen/ damit zu den Schuldienſten iederzeit tügliche und rechtſchaffene *Præceptores* verordnet werden/ ꝛc. Als iſt unſer Begehren/ Ihr wollet ihnen ihre Widerſetzung mit Ernſt verweiſen/ und auferlegen/ daß ſie angedeuteter Ordnung und Befehl ſich gemäß bezeigen / und in Mangelung an die *Univerſität* Wittenberg oder Leipzig um einen *qualificirten Stipendiaten* oder ander Landkind/ nebens Vermeldung ſeiner Verrichtung und Einkommens ſchreiben ſollen/ mit ausdrücklicher Verwarnung/ da uns von Dato binnen Monatsfriſt keine *qualificirte* Perſon *præſentiret* werden ſolte/ daß wir alsdenn *ex officio* ſolchen Dienſt zu erſetzen nicht Umgang haben können/ ꝛc.)

Definit. LXXIV.

Præceptrices quoque informandis puellis præficiantur tales, quæ functioni huic utiliter præeſſe queunt.

SUMMARIA.

1. Educatio juventutis cura debet eſſe Magiſtratui.
2. Lacedæmoniorum cura in educanda juventute.
3. Pœna eorum, qui indulgentiores erant in liberos.
4. Puellæ etiam bene ſunt educandæ.
5. Quibus Præceptrices præficiendæ.
6. Officium hoc piis matronis conveniens.
7. Fœminæ non verſari debent inter viros. n. 9.
8. Cur Venus in cochlea à veteribus depicta?
10. Quales Præceptrices eſſe debeant?
11. Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.

1 Educatio igitur juventutis imprimis curæ ſit Magiſtratui, eà quippe deficiente inanes ſunt leges, beneque liberis educatis haut legibus opus eſſe putatur: Nam beata eſt Reſpublica, ubi plus valent boni mores, quàm bonæ leges,
2 ut olim apud Germanos, *Tacito teſte.* † Hinc Lacedæmonii liberis educandis Magiſtratus eligere ſolebant ex civibus in civitate ſenioribus & prudentioribus, qui publici dicebantur pædagogi, & apud eosdem qui
3 † in liberos indulgentior erat, quàm ut eos cum reliquis publicæ inſtitutionis diſciplina educari pateretur, is civium jure excidebat, Nicol. Cragius *3. de Republ. Lacedæm. tab. 3. inſtitut. 5.* Chriſt. Beſold. *lib. 2. polit.*
4 *cap. 1. § 7.* Nec ut pueri ſaltem, † ſed etiam puellæ bene educentur, curâ quàm curioſiſſimâ proſpicere debet Magiſtratus: unde in oppidis pariter & pagis Præceptrices vi-
5 demus conſtitui, † quæ informationi puellarum præſint, Mägdelin-Schulmeiſterin/ easque in moribus, virtutibus & pietate informent, literasque legere & ſcribere doceant. Officium ſanè hoc eſt fœminis piisque
6 matronis maximè conveniens, † quantumvis aliàs iis publicæ functiones committi haut debeant, *l. fœminæ. ff. de reg. jur.* Nimirum cùm fœminas inter viros verſari pudor naturalis † non patiatur, *l. 14. C. de* 7
contr. & comm. ſtipulat. à teneris annis puellæ ita educentur, ut conſortium puerorum fugiant, ne ſi ad majorem venerint ætatem, converſatio iſta in vitam degeneret luxurioſam: † cujus rei Veteres admo- 8
nuerunt mulierem eleganti picturâ, cum in cochleâ ſtantem Venerem depinxerint, quod teſtudinis more nunquam tecto ſuo illa egredi, multò minùs conſortium virorum intrare debeat, Plutarch. *in connub.* Quod & ipſa natura † in muliebris corporis fa- 9
bricâ ſignificatum voluit, cum quæ ad ſeſſionem conſtitutæ partes ſunt, in eà multò latiores, quàm in viro fecerit, Herman. Kirchner. *lib. 1. legat. cap. 4. n. 210.* † Sunt 10
autem eligendæ Præceptrices honeſtæ pariter & idoneæ ad hanc functionem fœminæ atque matronæ, quæ informationi puellarum utiliter & cum fructu præſint, prout dictum de Ludimoderatoribus & Præceptoribus, *Defin. præced.* Quomodo enim morum informatrix erit, quæ ipſa morata haut eſt?

Ita † *Conſiſtorium Supremum Dreſdenſe Senatui Miſnenſi die 10. Maji Anno 1618. (Verba* 11
Reſcripti: Aus angehörter Verleſung euers Berichts haben wir vernommen: Welcher maſſen geſtern um Mittage eure Mägdelin-Schulmeiſterin ſich ſelbſt erhangen/ und was ihr dabey ferner angezogen und geſuchet. Und iſt hierauf unſer Begehren/ ꝛc. Ihr wollet hinfüro daran ſeyn/ daß dieſer Schuldienſt nicht mehr mit Perſonen/ welche *per intervalla non ſanæ mentis* ſeyn/ ſondern mit andern hierzu tüglichen beſtellet/ und alles Unheil vermieden werde/ ꝛc.)

Definit. LXXV.

Nomine Miniſtrorum Eccleſiæ & Scholæ, Kirchen- und Schul-diener/ quinam veniant? etiam Cuſtodes & Organici, Küſter und Organiſten.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Apud Pontificios quinam comprehendantur vocula miniſtrorum Eccleſiæ?*
2. *Omnes perſonæ Eccleſiaſticæ: & quænam illæ?*
3. *Cardinales quoque Eccleſiæ miniſtri habentur.*
4. *Noſtris moribus quinam ſint Eccleſiæ miniſtri?*
5. *Omnes, qui actibus miniſterialibus inſerviunt.*
6. *Etiam Cuſtodes & Organici.*
7. *Cuſtodes ſacra tractant & pueros informant.*
8. *Operas quoque præſtant miniſteriales. n. 9.*
10. *Nomine Clericorum comprehenduntur quoque Cuſtodes & Organici.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 DE jure Canonico & apud Pontificios quinam hoc nomine veniant, ſi quæſiveris, catalogus admodum prolixus recenſebitur; Non enim duntaxat Epiſcopi, Presbyteri & Diaconi, quorum nomina in noſtris adhuc retinentur Eccleſiis, Balduin. *de inſtitut. miniſtr. c. 10.* Joh. Gerh. *in loco de miniſt. eccleſ. cap. 5. ſect.*
2 *poſt.* §. *205.* ſed plures † alii inter perſonas eccleſiaſticas referuntur, ut ſunt Patriarchæ, quaſi Patrum Principes, Primates, Archiepiſcopi vel Metropolitani; *c. cleros. diſtinct. 21.* Joh. Azor. *inſtitut. moral. libr. 3. c. 35. part. 2.* it: Abbates, *cap. ult. extr. de*
3 *Regularib. cap. tuam. de ætat. & qualitat.* † Cardinales, Rittershuſ. *in Novell. part. 1. c. 7. n. 14.* Joh. Azor. *lib. 4. inſtitut. moral. cap. 1. part. 2.* Commendatores ordinis Teutonici, Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 2. cap. 3. n. 39.* & alii, qui & Clerici
4 dicuntur, Rittershuſ. *dict. cap. 7.* † Noſtris verò moribus ultra Superintendentes, qui & Inſpectores, Epiſcopi & quandoque Præpoſiti dicuntur, Rittershuſ. *dict. cap. 7. n. 10.* Reinking. *dict. cap. 3. num. 17.* Paſtores & Diaconos vel Archidiaconos, vix alia perſonarum eccleſiaſticarum nomina ſunt no-
5 ta, vel uſu obſervata; in genere tamen † ſub nomine miniſtrorum Eccleſiæ comprehenduntur omnes ii, qui actibus miniſterialibus inſerviunt, perinde ut miniſtri ſcholæ dicuntur, qui ad informationem puerorum operas præſtant. Quidni ergò † 6
Cuſtodes etiam & Organicos hiſce titulis nuncupatos dixeris? *cap. Cleros. in pr. & §. cantor. diſtinct. 21.* quippe qui cultui divino in Eccleſia inſerviunt, quandoque etiam in pagis † Cuſtodes ſacra publicè legunt, pue- 7
ros informant, & hinc nomine utroque der Kirchen- und Schul-Diener comprehenduntur, id quod *Ordin. Eccleſiaſt.* von Kirchen- und Schul-Dienern / manifeſtum reddit. Quò † etiam facit *art. gener. 40.* 8
§. Mit der Viehhut. *in verb.* denn weil ſolche Perſonen (*nempe Cuſtodes*) zum Kirchendienſt beſcheiden und verordnet ſind/ etc. & §. Als auch die Glöckner. *verſ.* damit nun an Kirchendienſten kein Mangel ſey/ ſo laſſen wir hiermit nach/ daß die Kirchner etc. *it. art. 37. verb.* Würde aber vom Kirchner in Kirchendienſten einig Verſäumnüß oder Unfleiß befunden etc. Quid † clarius dici potuiſſet, quam quòd Cuſtodes 9
Eccleſiæ operas præſtent miniſteriales, adeoque etiam Æditui inter miniſtros Eccleſiæ referantur, aliter licèt ſenſerit Balduin. *de inſt. miniſtr. verb. cap. 4. pag. 31.* quin † & hi 10
omnes nomine Clericorum veniunt, & ſub minimo ordine Clericorum comprehenduntur, *Ordin. polit. Elector. Saxon. de An. 1612. tit.* von *Conſiſtorial*-Sachen/ *n. 2.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad informationem* des Raths zu Crimmitzſchau *die 29. Maji Anno 1620.* (*Verba Reſcripti:* Als ihr uns eine Frage/ was eigendlich für Perſonen unter den Worten Kirchen- und Schul-Diener ſollen verſtanden werden/ zugeſchicket: Hierauf mögen wir euch nicht bergen / daß darunter Pfarrer/ *Diaconi*, Organiſt/ *Cuſtos*, und andere Schuldiener / als *Præceptores*, von dem oberſten bis auf den unterſten/ verſtanden werden/ welches wir euch zur Antwort ertheilen wollen etc.) 11

DEFINIT. LXXVI.

Ludimagiſtri & Præceptores non præficiantur Scholis ſine præſcitu & conſenſu Superintendentis vel Paſtoris.

SUMMARIA.

1. *Non vocandus eſt novus Diaconus absque præſcitu Superintendentis.*
2. *Nec Ludimagiſtri & Præceptores absque conſenſu Superintendentis vocandi.*
3. *Quod & de omnibus ſcholæ Collaboratoribus accipiendum. n. 10.*
4. *Probatur hoc ex Ordinatione eccleſiaſticâ Electorali Saxonicâ.*
5. *Ratio hujus ſanctionis. n. 6.*
7. *Multùm intereſt Reipublicæ, liberos bene educari.*
8. *Magiſtratui cura ſcholarum incumbit.*
9. *Idonei Præceptores ſcholis ſunt præficiendi.*
11. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
12. *Ejusdem Reſcripta. n. 13.*

1 QUod de Diacono dicit Frider. Balduin. vocationem nempe ejus contra praxin Eccleſiæ Apoſtolicæ & primitivæ factam ſcandaloſam & illegitimam eſſe, ſi absque voto & conſenſu Paſtoris fuerit vocatus, *de caſib. conſcient. lib. 4 c. 5. caſ. 8. in fin.* id quoque ad Ludi-
2 magiſtros & Præceptores † in ſcholis trivialibus extendere licet, non ut Patronis & Magiſtrat bus pagorum & oppidorum jus vocandi adimamus, ſed ſaltem ad præſcitum & conſenſum Superintendentis ſive Paſto-
3 ris reſtringamus, † ita ut ſine hoc Ludimagiſtros ac Præceptores vel Collaboratores vocare haut ſit permiſſum: (1.) propter ex-
4 preſſam ſanctionem † *in Ordin. Eccleſ. Rubr.* Von den armen Schulen. §. So bald dann. *fol. 154. ibi.* Jedes Orts-Obrigkeit und verordnete Superintendenten oder *Adjuncten* alsbald nach einem andern tüglichen und geſchickten Schulmeiſter trachten / der auf ſein Abſtand ordentlicher Weiſe / und wie ſichs gebühret / an ſeine ſtatt verordnet werden möge / ꝛc. Non ergò à ſolo Magiſtratu, ſed conſentiente Paſtore vel Superintendente aſſumi debent Ludi-
5 magiſtri vel Præceptores. (2.) † Idque non ſine ratione: Cùm enim cura ſcholarum Paſtoribus ac Superintendentibus ita fuerit commiſſa, ut tam in Præceptores, quam ſcholares diligentem ac indefeſſam ſuſtineant inſpectionem, quò nempe illi in educatione & informatione puerorum, hi verò in præſtandâ obedientiâ & ſtudio diſcendi ſuum faciant officium, ut videre eſt † *in dict. Ordin. Eccleſ. Rubr.* Von den *Inſpectoribus* der *particular*-Schulen. *fol. 155. & ſeqq.* non poteſt non neceſſariò requiri 6
Inſpectorum conſenſus ad vocationem Ludimoderatorum, ne tales præficiantur informationi puerorum, unde deſtituatur optato effectu, nec feliciter ſuccedat. (3.) Quam multum etiam interſit † bene conſtitutæ 7
Reipublicæ, liberos in pietate, fide ac ſincerâ Religione educari, ecquis neſcit? cùm Magiſtratui † imprimis hæc cura incumbat, 8
ceu cuſtodi utriusque tabulæ, *cap. princeps. cap. ſi apud. 23. quæſt. 5.* Joh. Bodin. *lib. 6. de Republ. cap. 1. pag. 986.* Bulthaſ. Meiſn. *part. 3. philoſoph. ſobr. ſect. 2. cap. 2. quæſt. 1.* † Quod ut fiat, præficiendi ſunt ſcholis Præ- 9
ceptores, à quibus omnis falſæ religionis ſuſpicio abeſt; de quo procul dubio optimè poterit judicare † Paſtor & Superinten- 10
dens, cui inſpectio ſuper religione orthodoxa incumbit, Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. libr. 3. claſſ 2. cap. 3. num. 17.* ut vel propterea ad hujus conſenſum adſtricta ſit Ludimagiſtrorum vocatio.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ M. Johan. Simons, Paſtoris in Orttrand contra Se-* 11
natum ibidem die 8. Octobr. Anno 1634. (*Verba Reſcripti:* Dieweil beyde Theile zugleich vor deſſen zu des *Cantoris J. H.* Perſon Beliebung getragen: So ſol der Rath denſelben zu angeregtem Schuldienſt unverlänget *vocir*en / und daß es mit Vorwiſſen und Einwilligung des Pfarrers geſchehen / der *Vocation* einverleiben / ſolches auch künfftig iedesmal bey Annehmung der Kirchen- und Schuldiener / ſo wol anderer zur Geiſtlichkeit gehörigen Perſonen gehalten werden / ꝛc.)
Et † *Senatui Freybergenſi die 11. Nov. Anno 1616.* (*Verba Reſcripti:* Wann dann im 12
gantzen Lande alle Superintendenten bey Annehmung der Kirchen- und Schuldiener zu den *Deliberationibus* gezogen werden / ſolches auch hiebevor bey euch nicht anders gehalten worden; Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit / Ihr wollet es mit dem itzigen Superintendenten hinfüro gleichfalls nicht anders halten / und zu Uneinigkeit nicht Urſach geben / ꝛc.)
Nec non † *Superintendenti & Præfecto Pirnenſi die 3. Auguſti Anno 1614.* (*Verba* 13
Reſcripti: Ob nun wol dem Rath zum Königſtein nicht gebühret / ohne des Pfar-

Pfarrern Vorwiſſen und Einwilligung gedachten Roſenwechern zum Schulmeiſter anzunehmen/ ꝛc.)

Definit. LXXVII.

Nec Cuſtos ſine præſcitu & conſenſu Paſtoris vocari debet.

SUMMARIA.

1. *Nec Cuſtos ſine conſenſu Superintendentis vel Paſtoris vocandus.*
2. *Probatur hoc rationibus & fundamentis. n. 8.*
3. *Cauſa hujus aſſerti quænam?*
4. *Cuſtos Paſtori invito non obtrudendus.*
5. *Cuſtos Paſtori præſtare tenetur obſequium & reverentiam.*
6. *In pagis Cuſtodes informant pueros. n. 7.*
9. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 10.*

1 NOn certè alia eſt ratio Cuſtodis ſeu
Æditui, des Cüſters oder Glöckners/ qui nec ipſe ſine præſcitu &
conſenſu Paſtoris vocari debet à
Patrono, Magiſtratu vel Univerſitate: (1.)
2 † propter claram Sereniſſim Electoris ſanctionem *in General-Articuln, art. 37.* Von
den Dorff-Cüſtern/wie ſie angenommen/
beſtätiget und entſetzet werden ſollen. *ibi:*
Es ſollen die Kirchner oder Glöckner vom
Richter/ Kirchvätern/ und Aeltiſten aus
der Gemeine mit Vorwiſſen des Erb-und
Lehn-Herrn/ auch des Pfarrers gewehlet
werden/ ꝛc. & poſtea: Demnach ſol wider des Pfarrers Willen keiner angenommen oder eingedrungen werden/ ꝛc.
3 (2.) † Eſtque ratio hujus diſpoſitionis expedita, quia nempe in exercitio miniſterii
Paſtoris & Cuſtodis conſortium quaſi eſt
individuum, in Betrachtung/ daß ſie in
Verrichtung der Kirchen-ämter bey einander ſeyn/u. einander helffen müſſen/ ut verba habent *dict. art. 37.* æquum hinc videtur,
† ne Paſtori obtrudatur Cuſtos, in quem 4
juſtis de cauſis conſentire non poteſt; ſecus
ſi fieret, perpetuæ rixæ & ſimultates in jugo
illo diſpari metuendæ eſſent, quod inprimis
cavendum. (3.) Et † cum à Paſtore Cu- 5
ſtos dependeat, eique obſequium & reverentiam præſtare ſit obſtrictus, meritò conſenſu illius vocari debet, ut ſciat, cui habeat imperare, nec de protervo & inobediente Cuſtode electo conqueri poſſit. (4.)
† Quin & in pagis Cuſtodes ſolent infor- 6
mare pueros, ſimulque fungi officio Ludimoderatoris, veluti quoque ſic nuncupari
conſueverunt, *Ordinat. Eccleſ. ſub Rubr.*
Von den Schulen. §. Iſt unſer Befehlich.
fol. 121. ibi: † Daß iederzeit die Cüſtereyen
einer ſolchen Perſon verliehen werden/ die 7
ſchreiben und leſen könne/ und wo nicht
durchs gantze Jahr/ doch auf beſtimmte
Zeit/ beſonders im Winter Schul halten/
ꝛc. Quare † non minus quam Ludimagiſtri
præſcitu & conſenſu Paſtoris ſunt aſſumen- 8
di, *Defin. praeced.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Miſnenſi, & Abrahamo Georgio à* Schin- 9
del *die 5. Octobr. Anno 1610.* (*Verba Reſcripti:* Dieweil denn Inhalts unſers gnädigſten Herrns Kirchen-Ordnung keinem Pfarrherrn wider deſſelben Willen ein *Cuſtos* eingedrungen werden ſol; Als begehren wir hiermit/ Ihr beyde wollet gedachtem *Cuſtodi* die Schul unverzüglich zu räumen auferlegen/ und der *Collator* mit Vorwiſſen des Pfarrers/der Kirchväter und Aeltiſten aus der Gemeinde auf eine tüchtige Perſon zu Wiedererſetzung ſolches Schuldienſts bedacht ſeyn/ꝛc.)
Nec non † *Friderico Wilhelmo Bocken, & Superintendenti Oſſitienſi die 7. April. Anno 1628.* 10
(*Verba Reſcripti:* Welcher Geſtalt der Pfarrer zu Limpach über euch wegen Aufdringung eines untüchtigen *Cuſtodis* ſich beſchweret und gebeten/ das habt ihr hierbey zu befinden; Begehren hierauf an ſtatt Ihrer Durchl. Ihr wollet den Pfarrer klaglos machen/ und ihme wieder ſeinen Willen keinen eindringen/ ſondern den Schuldienſt mit einer tüchtigen Perſon erſetzen/ ꝛc.)

Defi-

DEFINIT. LXXIIX.

Si inter Magiſtratum & Paſtorem de vocando novo Ludimoderatore vel Cuſtode non convenit, res deciſo Conſiſtorii committenda eſt.

SUMMARIA.

1. *Quid ſi Paſtor & Magiſtratus de perſonâ Cuſtodis vel Ludimoderatoris non conveniant?*
2. *Res hæc in Conſiſtorio decidenda.*
3. *Cauſæ eccleſiaſticæ tractantur in Conſiſtoriis.*
4. *Cauſæ ſcholarum ſpectant ad Epiſcopum.*
5. *Principes Evangelici officium Epiſcopi ſuſtinent.*
6. *Magiſtratui politico cura ſcholarum incumbit, n. 7.*
8. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

QUid verò ſi Paſtor Magiſtratui no-
1 vum Ludimagiſtrum vel Æditu-
um eligenti nolit aſſentiri, nec
rurſus Magiſtratus in eum, quem
Paſtor nominat, conſentire velit, cauſis u-
triusque diſſensus prolatis? deciſione judi-
cis heic opus erit, an cauſæ diſſensûs ſint
2 prægnantes, nec ne? quare ad † Conſiſto-
rium res eſt deferenda, ab eoque deciſum
expetendum: non ſolummodò quia cauſa
3 hæc eſt eccleſiaſtica, quæ procul dubio † in
Conſiſtorio tractanda & decidenda, *cap. dilectus 18 extr. de offic. judic. ordinar.* Matth. Stephan. *de juriſdict. lib. 3. cap. 15. n. 4. & 11. part. 1.* Finckelthuſ. *de jur. patronat.*
4 *cap. 4. num. 14.* ſed etiam † quod cura ſcholarum pariter & Eccleſiarum rerumque & perſonarum ad eas pertinentium ſpectet ad
Epiſcopum vel † Principem, qui locum ejus 5
ſuſtinet in terris Evangelicorum, ex pace religioſa, *Receſſ. Imper. de Anno 1555.* Johan. Gerhard. *in loc. de magiſtratu politico. §. 174.* Laurent. Ohm. *de jur. epiſcop. concluſ. 20. lit. C.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 10. n. 1.*
Quin & ipſimet magiſtratui politico † cura 6
hæc incumbit, ut diximus *ſupr. Defin. 1.* quippe cui poteſtas politica non tantummodò ad mundi regimen, ſed maximè ad eccleſiæ præſidium eſt collata, *c. ult. diſtinct. 96. c. Principes. c. Adminiſtratores. 23. quæſt. 5.* Hugo Grotius *in pietat. Ordin. Holland.* Chriſtoph. Beſold. *de majeſt. ſect. 2. c. 3. §. 3.* ut du-
bium hinc † non ſit, Principem hujus con- 7
troverſiæ judicem haberi competentem, adeoque in Conſiſtorio rem fore decidendam.

Ita † Conſiſtorium Supremum Senatui Annebergenſi die 26. Februar. Anno 1617. (Verba 8
Reſcripti: Begehren demnach ꝛc. Ihr wolet wegen Annehmung der Kirchen- und Schuldiener bey euch itzo und künfftig mit dem Superintendenten vermöge der *publicir*ten Kirchen-Ordnung und allgemeinen Landesbrauch *communici*ren/ und wenn ihr euch mit ihme nicht vergleichen könnet/ uns ſolches iedesmal anhero berichten/ und darauf gebührliche Anordnung gewarten/ꝛc.)

DEFINIT. LXXIX.

Ludimoderatores pariter & Cuſtodes ad examen Conſiſtorio præſentari, ab eoque confirmari debent.

SUMMARIA.

1. *Ludimoderatores & Cuſtodes Conſiſtorio ſunt præſentandi.*
2. *Probatur hoc ex Ordinat. Elect. Saxon. num. 3.*

4. Ra-

4. *Ratio & cauſa hujus rei.*
5. *Nemo abſque confirmatione Conſiſtorii ad functionem ejusmodi admittendus.*
6. *Intereſt Reipublicæ, juventutem in vera Religione informari.*
7. *Examinandi ſunt in Conſiſtorio Ludimoderatores & Æditui.*
8. *Subſcribere etiam debent libro Concordiæ.*
9. *Conſiſtoria curam gerunt Religionis ac pietatis.*
10. *Reſcriptum Electorale.*
11. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
12. *Ejusdem Reſcripta, n. 13. 14. 15. 16.*

QUòd diximus *ſupr. Definit. 43. & 51.* Paſtorem Conſiſtorio ad examen præſentandum, & ſi dignus fuerit repertus, ab eo ad functio-
1 nem eccleſiaſticam confirmandum eſſe, † id quoque in Ludimagiſtris & Cuſtodibus obtinet, quos æquè præſentari, examinari, dignosque ad officium confirmari neceſſe eſt, Sigism. Finckelthuſ. *de jur. patron. cap. 6. numer. 5. pag. 200. verſ. & quæ de paſto-*
2 *ribus.* veluti expreſſe ſancitum de † Ludimoderatoribus & Præceptoribus *in Ordinat. Eccleſiaſt. Rubr.* von der *Electiön, Examine* und Amt eines ieden Schulmeiſters und *Collaboratoris. fol. 143. verb.* So offt und viel ein Schulmeiſter oder *Collaborator* von den Stadt-Erb-und Gerichtsherren iedes Orts/ihrem Herkommen nach/ dem *Conſiſtorio nominir*et und *præſentir*et. *junct. v. fin.* dahin er *nominir*et und *approbir*et/ꝛc.
3 & de Cuſtodibus † *in art. general. 37.* von den Dorff-Cüſtern/ *verb.* Es ſollen die Kirchner oder Glöckener/ gewehlet/ und fórder dem *Conſiſtorio præſentir*et und zugeſchicket werden/ welches ihn verhören/ und da er in dem *Examine* geſchickt befunden/ zum Amt *confirmir*en und beſtäti-
4 gen ſol/ ꝛc. Non ſine † ratione urgentiſſimâ: ſiquidem & per eos falſa doctrina propagari, ſcandalumque in Eccleſiis præberi facilimè poteſt; quod ut evitetur, examinari præſentatus debet, nec quisquam † abſque confirmatione Conſiſtorii ad ejusmodi functiones admitti, Finckelthuſ. *dict. loc.* quam rationem ipſa ſuppeditat *Ordinatio Eccleſiaſt. citato loc.* Quin & cùm Eccleſiæ pariter ac Reipublicæ interſit,† juventutem & in ſincerâ Religione & fide purà informari ac educari, de qualitatibus utique & dexteritate informatoris conſtare debet, priusquam ei functio hæc demandetur; Explorari verò illa nequit, † niſi prævio examine in Conſiſtorio, quare id præcedat neceſſe eſt, quod demum ſequitur confirmatio. Requiritur porro, ut novi Ludimoderatores † ſubſcribant libro Concordiæ, prout patet ex *Ordinat. Eccleſ. dict. Rubr.* von der *Electiön, Examine* und Amt eines Schulmeiſters. *verb.* auch die *Formulam Concordiæ* unterſchreiben/ꝛc. quare vel ob hanc ipſam cauſam præſentatione opus erit. † Ita nimirum Epiſcopi nomine curam gerunt Conſiſtoria, ut vera Religio & pietas conſervetur, quod & ipſis ratione officii incumbit, Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 6.* Dan. *in polit. chriſt. lib. 5. cap. 3.*

5

6

7

8

9

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector* an die *Superintendent*en des Ober-*Conſiſtorial*-Creyſes zu Dreßden *die 21. Martii Annò 1625.* (*Verba Reſcripti:* Nicht weniger wollet ihr auch allen und ieden Schuldienern/ Kirchnern und Glöckner in Städten und Dörffern/ welche noch nicht *confirmir*et ſeyn/ befehlen/ daß ſie ohne fernern Verzug und bey Verluſt ihres Dienſtes/ auch aller *immunit*äten/ die *Confirmation* perſönlich in unſerm Ober-*Conſiſtorio* ſuchen/ ungeachtet wie lang einer oder der ander in Dienſten mag geweſen ſeyn/ auch hinfüro keinen dergleichen Amt/ wann er euch die *Confirmation* nicht vorher bringt/ verwalten laſſen/ ꝛc.) 10

Nec non † *Conſiſtorium Supremum* in Sachen des Raths zu Harta *contra* den Schulmeiſter *V. K. die 26. Septembr. Anno 1620.* (*Verba Decreti:* Demnach anfänglich befunden/ daß der Schulmeiſter ſeines Handwercks ein Leinweber/ dieſes Orts zum Schuldienſte nicht gnugſam *qualificir*et/ auch anhero zum *Examen* und *Confirmation*, wie ſichs vermöge Churfürſtl. Sächſ. *publicir*ten Kirchen-Ordnung wol gebühret hätte/ zuvor nicht *præſentir*et worden; So wird hiermit dem Rath und Kirchvätern mit Vorwiſſen des Lehnherrns und Pfarrers auf Aenderung zu dencken/ und eine andere tüchtige Perſon/ welche etwas ſtudiret/ und das neue *Poſitiv* in der Kirchen zu ſchlagen mächtig iſt/ anzunehmen/ und anhero fórderlichſt zu *præſentir*en verſtattet/ ꝛc.) 11

Item † *Superintendenti Biſchoffswerdenſi die 21. Martii Anno 1634.* (*Verba Reſcripti:* 12

Wir

Wir haben euer Schreiben / darinnen uns ihr *Martinum* Egern beruffenen Schulmeiſter nach Rückersdorff *præſenti*ren thut / verleſen hören. Wenn er denn darzu tüchtig befunden worden; Als thun wir ihn Krafft dieſes zu ſolchem Dienſte hiermit *confirmi*ren und beſtätigen / an ſtatt Ihr. Churfürſtl. Durchl. begehrende / Ihr wollet die Verordnung thun / daß er in ſolchen Dienſt förderlichſt eingewieſen werde/ꝛc.)

Item † *Superintendenti Chemnicenſi die 15. Septembr. Anno 1614.* (*Verba Reſcripti:* Dem vorigen *Æditui* aber *C. P.* das verledigte Cüſter-Amt zu S. Nicolai auf Erſuchen auftragen/ und wann er ſich ein Vierteljahr ohne Klagen verhält/ ihn alsdenn anher zum *Examen* und *Confirmation præſenti*ren/ꝛc.) 13

Item † *Superintendenti Miſnenſi die 15. Julii Anno 1612.* 14

Item † *Superintendenti Biſchoffswerdenſi die 14. Decembr. Anno 1629.* 15

Et † *Superintendenti Chemnicenſi, die 14. Decembr. Anno 1619.* 16

Definit. LXXX.

Organici quoque prævio examine à Conſiſtoriis confirmantur.

SUMMARIA.

1. *Organici quoque à Conſiſtorio ſunt confirmandi.*
2. *Qui & ipſi dicuntur Eccleſiæ miniſtri.*
3. *Et ſub minimo Clericorum ordine comprehenduntur.*
4. *Miniſtri Eccleſiæ & Scholæ absque confirmatione non admittendi.*
5. *Periculum metuendum, ſi Organicus falſæ religioni ſit addictus.*
6. *Quantò majus periculum imminet, tantò cautius procedendum.*
7. *Cura Organici Magiſtratui incumbit.*
8. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 EAdem porrò eſt ratio Organicorum ſeu Organariorum, qui melodiam digitis mobilibus in organo pnevmatico figurant; Hoſce non minus ac Ludimagiſtros vel Cuſtodes Conſiſtorio ad examen præſentandos & confirmandos 2 eſſe, vel inde patet (1.) quod † & ipſi nomine miniſtrorum Eccleſiæ comprehendantur; cum non ſaltem inſervire dicuntur, qui verbum prædicant & Sacramenta adminiſtrant, ſed etiam qui exercitio cultûs divini operas præſtant, licet minorum ſint gentium, & ex minimo Clericorum or- 3 dine, † veluti ſunt oſtiarii ſeu janitores, Pſalmiſtæ, Lectores, acolyti ſeu ceroferarii, Cantores, *cap. cleros. in pr. §. cantor. & §. oſtiarii. diſt. 22.* quo & referuntur Organici, 4 *ſupr. Defin. 75.* At † nec miniſtri Eccleſiæ nec Scholæ absque præſentatione & confirmatione ad functiones ſuas admittuntur, ut patet ex *Ordinat. Eccleſ. ſub Rubr.* Von Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. §. Zum vierdten. *fol. 88. & ſub Rubr.* Von der *election, examine* und Amt eines ieden Schulmeiſters. *fol. 143.* (2.) † 5 Et quis non videt, per Organicum falſæ Religioni addictum falſam doctrinam propagari, ſcandalumque in Eccleſiis præberi facilimè poſſe. Quod ut avertatur, mediante examine ante omnia explorandum erit, quam foveat præſentatus religionem, quique ejus ſint mores, qualitates & vita, ne properatione nimiâ periculum invehatur haut leve, † quod quantò majus, tantò cau- 6 tius agendum eſt, *l. 1. §. ſed etſi quis. 5. verſ. nam vel magis. ff. de carbon. edict. cap. ubi periculum. 3. extr. de elect. in 6to.* (3.) † Ut- 7 que Magiſtratus curæ ſibi habeat functionem Cantoris & Organici, eosque idoneos repertos confirmet, exigit ipſius officium; quod ſuo comprobavit exemplo regio David, conſtituens, ut juxta altare ſtarent Cantores & dulcia ejus cantica ſacra decantarent, *Eccleſ. cap. 47. verſ. 11.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Dreſdenſe Superintendenti Chemnicenſi die 14. Septembris Anno 1614.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euer Schreiben / damit der Organiſt bey euch Johannes Olbricht ohne *Præſentation confirmi*ret werden möge / verleſen hören. Wann er aber auf vorgehendes *Examen* und Erinnerung die *Subſcription* leiſten muß; Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten 8

digſten Herrns wir hiermit/Ihr wollet ihn zu der Zeit/wann er am füglichſten abkommen kan/ anhero *præſenti*ren/ꝛc.)

DEFINIT. LXXXI.

Ad confirmationem tamen Organici neceſſe haut eſt, ut literæ vocationis peculiares Conſiſtorio exhibeantur.

SUMMARIA.

1. *Non admittendus absque vocatione Organicus.*
2. *Organici nomine miniſtrorum Eccleſiæ comprehenduntur.*
3. *Literæ vocationis ſpeciales num Organico exhibendæ?*
4. *Hoc quidem in miniſtris Eccleſiæ receptum.*
5. *In confirmatione tamen Organici neceſſarium non eſt.*
6. *In minimo Clericorum ordine ſolennia vocationis non tàm ſtrictè obſervantur.*
7. *Conſuetudo de caſu uno ad alium extendi haut debet.*
8. *Reſcriptum Electorale.*

1 NOn equidem hic loquor de ipsâ vocatione, quæ nec in præficiendo Organico omitti, nec quisquam absque vocatione legitimâ ſe ad hoc officium obtrudere debet: Nam
2 & Organici nomine † clericorum & miniſtrorum Eccleſiæ comprehenduntur, *Definit. præced. & Definit. 75. c. cleros. diſtinct. 21.* quos absque vocatione legitimâ ad functionem eccleſiaſticam haut admittendos eſſe expeditum reddit *Ordinat. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. ſub tit.* Vom Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. *fol. 86.* & diximus de hoc *ſupr. Defin. 39.*
3 † Sed de literis duntaxat vocationis ſpecialibus quæſtio eſt, num hæ ita ſint neceſſariæ, ut iis non exhibitis in Conſiſtorio
4 confirmatio ſuſpendi debeat? Etſi verò † circa confirmationem Paſtoris & miniſtrorum Eccleſiæ id moris receptum, ut Patronus nominatum & vocatum cum literis vocationis ſpecialibus ad Epiſcopum vel Conſiſtorium ad examen & confirmationem ablegat, *ſuprà Defin. 22.* Sigismund. Finckelthuſ. *de jure patronat. cap. 2. num. 15. & cap. 6. num. 5.* attamen † in confirmatione Organici vel Cuſtodis hoc præcisè neceſſarium non eſt, nec requirit ejus confirmatio peculiares literas vocationis, ſed ſufficit, Superintendenti vel Conſiſtorio notificari vocationem ac confirmationem peti, 5
ſcilicet † quia in minimo Clericorm ordine ſolennia illa non ſtrictè obſervantur, 6
nec conſuetudo de caſu uno ad alium præcisè † extendi debet, Bald. *in l. ult. num. 9. C. commun. utriusque judic.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 1. ſect. 20. num. 276.* Matth. Weſenb. *conſil. 54. n. 37.* Aym. Cravett. *conſil. 69. n. 4.* Octav. Cacheran. *deciſ. 29. n. 16.* 7

Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti Grimmenſi die 21. April. Annô 1634. 8
(*Verba Reſcripti:* Was an uns der Schöſſer zu Mutzſchen wegen Ertheilung einer *Vocation* dem neuen Organiſten daſelbſten/ und daß ihr denſelben ohne *Vocation* dem *Conſiſtorio* zu Leipzig nicht *præſenti*ren woltet/ unterthänigſt gelangen laſſen/ das habt ihr aus der Inlage zu vernehmen. Wann dann in dergleichen Fall eine abſonderliche *Vocation* nicht gebräuchlich/ ſondern des Pfarrers und Raths Schreiben an deroſelben ſtatt zu achten; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet auf des Pfarrers und des Raths zu Mutzſchen ſchrifftliches Anſuchen gedachten unſerm *Conſiſtorio* den Organiſten zur *Confirmation* gebührlich *præſenti*ren/ daran geſchicht unſere gnädigſte Meynung/ꝛc.)

DEFINIT. LXXXII.

Ludimagiſter vel Cuſtos non à Paſtore, ſed Superintendente Conſiſtorio præſentari debet.

SUMMARIA.

1. Cuſtodes & Organici non niſi prævio examine ad functionem ſuam admittendi.
2. Vocati debent ſiſti Conſiſtorio ad examen & confirmationem.
3. Præſentatio eſt de formâ ſubſtantiali inſtitutionis.
4. Præſentatio Ludimagiſtri & Cuſtodis à Superintendente fieri debet.
5. Quibus ex rationibus & fundamentis?
6. Conſiſtorium de hominum vitâ & parochianorum conſenſu eſt certiorandum.
7. Certioratio hæc Superintendenti incumbit.
8. Superintendens Epiſcopi loco eſt.
9. Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 10.

1 Diximus Ludimagiſtros, Cuſtodes & Organicos non niſi prævio examine ac ſubſecutâ in Conſiſtorio confirmatione ad functionem Eccleſiaſticam vel ſcholaſticam admittendos eſſe: Præcedat ergò præ-
2 ſentatio neceſſe eſt, ad hoc nempe, ut † ſiſtatur vocatus Conſiſtorio ad examen & confirmationem, perinde ut de Paſtore & mini-
3 ſtris Eccleſiæ diximus *ſupr. Defin. 43.* † quare & præſentatio de formâ ſubſtantiali inſtitutionis habetur, Lancellot. *in inſtitut. jur. canon. lib. 1. tit. 28. in pr.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1216. n. 4.* cujus omiſſio vitiat actum, Jaſon. *in l. 1. n. 18. ff. de lib. & poſth.* Andreas Gail. *lib. 1. obſervat. 1. num. 36.* A quocunque autem Cuſtos vel Ludimagiſter
4 vocetur, † per Superintendentem tamen præſentatio fieri debet, (1.) propter ſanctionem
5 Electoralem in *Ordinat. Eccleſiaſt.* † *ſub Rubr.* Vom Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. *in pr. & ſub Rubr.* Vom *Examine* aller Kirchen-Diener/ꝛc. §. Alſo iſt auch unſer Wille. *fol. 95. verſ.* durch ermeldten Superintendenten/ꝛc. (2.) † quò 6
certioretur ab eo Conſiſtorium, num parochiani in perſonam vocati conſenſerint, nec quicquam ſit, quod vel ratione morum, vel probæ ac integræ vitæ in ipſo deſiderari poſſit, quâ de re nemo alius, quàm Superintendens fidem facere valet. (3.) † Nec enim idipſum Paſtori cujusque loci videtur 7
committendum, ſed potiùs Superintendenti, cui maximè cura Eccleſiæ ut & inſpectio incumbit, quippe qui † Epiſcopi loco eſt, & Inſpector nuncupatur, Erneſt. Cothman. 8
2. conſil. 64. numer. 65. Ritterſhuſ. *ad Novell. part. 1. cap. 7. num. 10.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 16.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Freybergenſi die 17. Junii Anno 1625.* (*Verba Reſcripti:* Ob nun wol die *Præſentation* nicht dem Pfarrer/ ſondern euch dem Su- 9
perintendenten Inhalts unſer Kirchen-Ordnung gebühret; So haben wir doch zu Erſparung fernerer Unkoſten ermeldtem Schulmeiſter/ weil er tüchtig befunden worden/ Krafft dieſes die *Confirmation* widerfahren laſſen/ darauf begehrende/ Ihr wollet hinfüro auf ſeine Amts-Verrichtung Achtung geben/ und iedesmal die Schulmeiſter uns ſelbſt zur *Confirmation præſenti*ren/ꝛc.)

Ac † *Superintendenti Miſnenſi, & Abrahamo Georgio à* Schindel in Griebenſtein *die 5. Octobr. An. 1610.* (*Verba Reſcripti:* Ihr beyde wollet gedachtem *Cuſtodi* die Schu- 10
le unverzüglich zu räumen auferlegen/ und der *Collator* mit Vorwiſſen des Pfarrers/ der Kirch-Väter und Aeltiſten aus der Gemeinde/ auf eine tüchtige Perſon zu Wiedererſetzung ſolches Schul-Dienſts bedacht ſeyn/ und uns ſolchen durch euch den Superintendenten förderlichſt zum *Examen* und *Confirmation præſenti*ren laſſen/ꝛc.)

DEFINIT. LXXXIII.

Perſona novi Ludimoderatoris vel Cuſtodis in Conſiſtorio ſiſtenda eſt ad confirmationem: non confirmandus abſens.

SUMMARIA.

1. Cuſtodes, Cantores & Organici cur præſentandi Conſiſtorio?
2. Præſentatus in perſonâ ſe ſiſtat neceſſe eſt.
3. Cauſa & ratio hujus aſſertionis. n. 9.
4. Me-

4. *Melioris non ſunt conditionis minimi ordinis Clerici, quàm alii.*
5. *Probatur aſſertio ex Ordinat. Eccleſiaſticâ Elect. Saxon.*
6. *Sanctio generalis generaliter eſt accipienda.*
7. *Generalis diſpoſitionis quænam operatio?*
8. *Præſens eſt, qui ſenſibus objicitur corporeis.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 PRæſentationem novi Cuſtodis vel Ludimagiſtri, Cantoris & Organici hunc in finem Conſiſtorio fieri, quò præſentatus examinetur, ejus vita, mores & qualitates explorentur, & ſi idoneus fuerit repertus, ad functionem ſibi demandatam confirmetur, ex dictis *ſupr. Definit. 79.* luculenter pateſcit. Non ergò ſufficit
2 † præſentationem fieri per literas, ſed in perſonâ ſiſti debet præſentatus ad hoc, ut examinari queat, ſuumque ſortiatur præſentatio
3 effectum. Idque eò magis (1.) † quia & propterea novum Paſtorem in perſonâ præſentari neceſſe eſt, ut diximus *ſupr. Defin. 48.* per text. *in c. decernimus. 16. quæſt. 7. cap. cùm autem. 24. cap. paſtoralis. 29.* ubi Panormit. *n. 7. extr. de jure patron.* Sigiſm. Finckelth. *de jure patron. cap. 6. n. 138.* Nicol. Garcia *de benefic. part. 4. cap. 1. n. 15.* Cur er-
4 gò melioris † eſſent conditionis, qui ex minimo ſunt Clericorum ordine, puta Cuſtodes, Organici, Cantores? (2.) præſertim cùm Ordinatio eccleſiaſtica hâc de re generaliter loquatur † *ſub tit.* Vom Beruff 5
und Annehmung der Kirchendiener. *ſ.* Zum vierdten. *ibi: præſentir*et und geſtellet/ *& §.* Wenn aber. *in verb.* Wann der Lehnherr keine tüchtige Perſon *nominir*en und vorſtellen könte oder wolte/ ꝛc. ut hinc neminem excipere liceat, qui de ordine eſt
Clericorum, ſiquidem † ſanctio generalis ge- 6
neraliter intelligi debet, *l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſt. l. ult. C. de heredit. vel. act.*
vendit. & operatur † generalis diſpoſitio tan- 7
tum in ſpecialibus, quantum ſpecialis expreſſio ſingulorum, *l. 1. §. cùm urbem. ff. de offic. præfect. urb. l. Julianus. ff. de legat. 3.*
(3.) † Et cùm præſens is demum dicatur, qui 8
ſenſibus objicitur corporeis, *arg. l. coram Titio. 209. ff. de verb. ſignific.* vel ipſa præſentationis vocula ſatis probat, abſentem per
literas præſentari non poſſe. (4.) † Ne di- 9
camus, quod præſentatus non tantùm examinari, ſed etiam de officio ſuo fideliter adminiſtrando probè admoneri debeat, quod vel ipſum ſaltem præſentiam exigit.

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Miſnenſi, & Præfecto Rochlicenſi die 25. 10
Octobr. An. 1630. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern des Amts-Verwalters eingeſchickten Bericht/ die *Vocation* eines Schulmeiſters zur Harta betreffend/ verleſen hören. Wofern nun der Pfarrer und Rath zu Harta bey Erſetzung des Schuldienſts unterſchiedliche Perſonen in der Prob zu hören/ und darauf eine zu *vocir*en von Alters befugt geweſen; So iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet ihnen ſolches itzo gleichfalls/ und neben Daniel Hoffmannen/ noch andere zween in Singen und Orgelſchlagen zu hören/ und dem jenigen/ ſo am beſten beſtehet/ die *Vocation* zuzuſtellen verſtatten/ welchen ihr der Superintendens/ wenn es der Seuche halber wieder ſicher/ zum *Examen* und *Confirmation* in der Perſon anhero zu *præſentir*en wiſſen werdet/ ꝛc.)

DEFINIT. LXXXIV.

Propter ſenium tamen abſens quandoque à Conſiſtorio confirmatur.

SUMMARIA.

1. *Nulla tàm firma eſt regula, quæ non patiatur exceptionem.*
2. *Cuſtos vel Ludimagiſter ſenio confectus abſens præſentari poteſt.*
3. *Si ita placeat Conſiſtorio.*
4. *Neceſſitas Regulæ non eſt ſubjecta.*
5. *Propter neceſſitatem multa conceduntur, quæ ipſa negavit natura.*
6. *Facultas diſpenſandi circa ſolennia penes Conſiſtorium.*
7. *Non eſt examinandus, de cujus qualitatibus jam conſtat.*
8. *Vera eſt hæc limitatio in Cuſtodibus & Ludimoderatoribus paganis.*
9. *Secus verò in Ludimagiſtris ſcholæ oppidanæ.*
10. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta, n. 11.*

1 UTi nulla tam firma eſt Regula, quæ non patiatur exceptionem; ita nec hic poteſtatem Conſiſtorii adeò conſtrictam exiſtimamus, quin juſtâ ex causâ à Regulâ recedere, & Cuſtodem vel Ludimagiſtrum abſentem
2 confirmare queat, † puta ſi ſenio ſit confectus & absque jactura ſanitatis iter perficere ac ſiſtere ſe nequeat, qui tamen à Superintendente fuerit examinatus, & idoneus
3 ad functionem repertus: † Quid enim tùm obſtaret, quò minus abſenti beneficium conferatur, ſi ita Conſiſtorio placuerit?
4 (1.) Nec enim neceſſitati † lex ferri, nec Regula præſcribi poteſt, Tiraqv. *de retract. §. 26. gloſſ. 1. n. 19. & ſeqq.* Hieronym. de Cævallos *in ſpec. opin. commun. quæſt. 906. n. 50. & ſeqq.* Cravett. *conſil. 1. pro gener. n.*
5 *8. & ſeqq.* Weſenbec. *conſil. 40. n. 28.* † & propter neceſſitatem ea conceduntur, quæ ipſa quodammodo negavit natura, ut notat Zaſ. *in parat. ff. commun. divid.* (2.) Et cum à Principe ſolennitas præſentationis
6 introducta fuerit; † quidni Supremo ejus Conſiſtorio jus circa illam diſpenſandi competeret, quando nullum inde eſt periculum metuendum, nempe ſi ex Superintendentis relatione de vitâ, moribus ac integritate novi Cuſtodis aut Ludimoderatoris Conſiſtorium fuerit certioratum, Felin. *in cap. 1. n. 51. extr. de conſtit.* Sebaſtian. Vant. *in tract. de nullit. tit. an qualibet ſententia poſſit dici nulla, n. 7. & 8.* (3.) † Quod 7
eò facilius quis concesſerit, ſi verum illud, quod communiter tradunt Dd. examinari non debere eum, cujus qualitas jam tùm Epiſcopo ſit cognita, *ex cap. accedens. 24. extr. de præbend.* Garc. *de benefic. part. 4. cap. 1. n. 16.* Johan. Aloyſ. Riccius *part. 4. collect. deciſ. 116. & deciſ. Neapolitan. 139. part. 1.* Quod † tamen de ſolis Æditius & 8
Ludimoderatoribus paganis intellectum velim, qui ſcilicet absque præſtatione juramenti Religionis & ſubſcriptione Formulæ Concordiæ ad functionem admittuntur. Neutrum enim ab hiſce exigi poteſt propter eorundem ſimplicitatem & ignorantiam, in quos non facilè ſuſpicio hæreſeos cadit.
† Cæteroquin ſi Ludimagiſter vel Collaborator Scholæ oppidanæ ad confirmationem præſentetur, vix abſens confirmabitur, ſiquidem hic bonarum artium gnarus juramentum pariter Religionis præſtare, & libro Concordiæ ſubſcribere eſt obſtrictus; at neutrum abſens facere poteſt. 9

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Freybergenſi die 3. Maji Anno 1611. (Verba Reſcripti: Auf euern an uns gethanen Bericht ſeyn wir zu frieden / daß der Schulmeiſter zu Weiſſenborn Michael Froſch wegen ſeines Alters und Schwachheit mit der *Præſentation* verſchonet bleiben möge; und weil euerm Bericht nach der *Collator* und Pfarr des Orts ihme gut Zeugniß geben: So thun wir ihn in Krafft dieſes zu einem Schulmeiſter zu Weiſſenborn *confirmi*ren und beſtätigen / und ihr werdet ihn hierauf zu beſcheiden wiſſen / ꝛc.) 10

Et † Superintendenti Biſchoffswerdenſi die 26. Auguſti Anno 1611. (Verba Reſcripti: Anreichende den *Diaconum* zum Stelßen *Vitum Gunzelium*, *Thomam Schulictum Ludimoderatorem* zum Stelßen / *Johann* Leien *Cuſtodem* zu Wilten / *Valentin* Eichhorn Kirch-Schreibern zu Spremberg / ꝛc. können wir in Anſehung ihres hohen Alters geſchehen laſſen / daß ſie mit der *Præſentation* verſchonet bleiben / doch wollen wir ſolches auf ihre *Succeſſores* nicht verſtanden / ſondern dahin erkläret haben / daß dieſelben ehe ſie angeregte Dienſte beziehen / zuvor anhero *præſenti*ret werden ſollen / ꝛc.) 11

DEFINIT. LXXXV.

Pro obtinendâ in Conſiſtorio Æditui vel Ludimoderatoris confirmatione ſumtus de reditibus Eccleſiæ ſunt ſuppeditandi.

SUMMARIA.

1. *Confirmatio absque expenſis non impetratur à Conſiſtorio.*
2. *Unde hæ ſint ſuppeditandæ?*
3. *Deciſum hoc in Ordinat. Eccleſiaſt.*
4. *Solvendæ nimirum ſunt ex fiſco Eccleſiæ vel à parochianis.*

5. Ra-

5. Rationis identitas idem jus facit. num. 6.
7. Cuſtodes & Ludimagiſtri Eccleſiæ & parochianis operas præſtant.
8. Sumtus præſtandi ab eo, cujus gratiâ actus celebratur.
9. Iniquè gravaretur præſentatus hoc onere.
10. Nemo cogitur ſuis militare ſtipendiis.
11. Reſcripta Conſiſtorii Supremi, numer. 12.

1 CUm fieri nequeat, ut Cuſtodis, Ludimoderatoris, Cantoris vel Organici confirmatio absque expenſis impetretur, quin & præſentatus in itinere ſumtus expendere neceſſe habeat,
2 non immerito quæritur, † unde ſint ſuppeditandi? Deciſum id reperitur *in artic. ge-*
3 *neral. 1.* §. † So werden auch die jenigen/ welche einen Kirchendiener beruffen/ und zu der *Ordination* ſchicken / denſelben mit nothdürfftiger Zehrung abzufertigen wiſſen / auf daß er / wie gebräuchlich *ordiniret* werden möge/ꝛc. † Ergò ex
4 fiſco Eccleſiæ, vel à parochianis ſumtus hi ſunt exigendi. Quantumvis enim de ordinatione miniſtrorum Eccleſiæ articulus ille loquatur, quin tamen in confirmatione Cuſtodis, Ludimagiſtri, aliorumque miniſtrorum quoque obtineat, ambigen-
5 dum non eſt, (1.) † propter rationis identitatem, nam quæ in Paſtoribus & Diaconis eſt ordinatio, ea eſt reliquorum miniſtrorum confirmatio: quin & ſumtus confirmationis in *prædict. art. 1.* comprehenſos diximus *ſupr. Definit. 53.* ut hinc ad miniſtrorum minimi ordinis confirmationem † 6
ratione ſumtuum bene liceat inferre, *arg. l. illud quæſitum eſt. 32. ff. ad leg. Aquil. l. quædam. 9. §. numularios. 2. ff. de edendo. l. his ſolis. 7. C. de revoc. donat.* (2.) † Nec 7
quenquam fugit, Cuſtodem & Ludimagiſtrum Eccleſiæ & parochianis operas præſtare, horumque gratiâ in Conſiſtorio confirmari; quidni ergò etiam ab iis ſumtus exigerentur confirmationis? quippe † qui ab 8
eo ſemper ſunt præſtandi, cujus gratia actus aliquis celebratur, *l. ſed etſi. 11. §. 1. ff. ad exhib.* veluti procurator ſumtibus Domini cauſam ejus tuetur, *l. qui proprio. 46. §. litis. 6. ff. de procurat.* & tutor expenſis pupilli ipſum defendit, *l. à tutoribus. 33. §. 3. ff. de adminiſtr. tutor.* (3.) † Aliter quoque ſi di- 9
ceremus, ipſemet præſentatus de propriis confirmationem impetrare, ſumtusque pro hâc obtinenda erogare neceſſum haberet, quod iniquum eſſet, † cum nemo cogatur 10
ſuis militare ſtipendiis, *cap. cùm ex officii. 16. extr. de præſcript. l. idemque. 10. §. idem Labeo. 9. ff. mandat.* Mager. à Schönberg. *de advocat. armat. cap. 14. n. 399.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Præfectis Eccleſiæ Gödenſis die 4. Decembr. An. 1609. (Verba Reſcripti:* Den Kirch-Vätern zu Göda wird Krafft dieſes auferlegt/ daß ſie *Martino Schertzio*, Schulmeiſtern daſelbſt/ wegen ſeiner aus dem Ober-*Conſiſtorio* erlangten *Confirmation* die Gebühr und aufgewandte Unkoſten von dem Kirchen-Einkommen/ unverzüglich entrichten ſollen/ ꝛc.) 11

Et † *Præfectis Eccleſiæ* zu Ottendorff *die 13. Auguſti Anno 1614. (Verba Reſcripti:* Die Kirch-Väter zu Ottendorff ſollen Zeigern dem Schulmeiſter daſelbſt ſeine ausgelegte *Confirmation*-Gebühr von der Kirchen Vorrath hinwieder erſtatten/ ꝛc.) 12

DEFINIT. LXXXVI.

Curare debent parochiani & ſumtus ſubminiſtrare, quô Cuſtos ſeu Æditauus, Ludimoderator vel Organicus cum familia & ſupellectile advehantur.

SUMMARIA.

1. Sumtibus parochianorum Cuſtodes, Organici & Ludimoderatores cum familiâ ſuâ advehendi.
2. Probatur hoc ipſum ex Ordinatione Eccleſiaſticâ Electoris Saxoniæ.

3. Sumtus ex fiſco deſumendi, vel à parochianis contribuendi.
4. Eccleſia conſtituitur ex parochianis.
5. Ratio hujus deciſi.
6. Pietas cogit parochianos ad contributionem horum ſumtuum.
7. Cuſtodes Eccleſiæ inſerviunt.
8. Conſiſtorii Supremi Reſcripta, n. 9.

1 MInùs verò dubium eſt, quin ſum-
tibus parochianorum Cuſtos,
Ludimoderator & Organicus
unà cum ſua familia & ſupelle-
ctile advehi debeat, quoniam expreſſa de
2 hoc extat ſanctio Electoralis † in *Ordinat.*
Eccleſiaſt. art. gener. 37. §. ult. ibi: Und da
ein *Cuſtos* von neuen angenommen wür-
de/ ſol derſelbe von der Gemeinde auf ih-
re oder der Kirchen (da ſie des Vermö-
gens) Unkoſten mit ſeinem Geräthe und
3 Geſinde geholet werden. Nimirum † ex
fiſco vel ærario Eccleſiaſtico ſumtus hi de-
ſumuntur, & ſi ærarium non habeat, unde
ſolvantur, parochiani ad contributionem
expenſarum tenentur, ut diximus in ſi-
4 mili *ſuprà Definit. 56. & 57.* Siquidem †
parochiani Eccleſiam conſtituunt, quip-
pe quæ eſt fidelium collectio, *Matth. 16.*
verſ. 18. l. jubemus. 14. in pr. C. de SS. Eccleſ.
Nec eſt, quod de ſolo Cuſtode ibidem agi
exiſtimaveris, † cum rationis identitas 5
neutiquam Ludimoderatores, aliosque mi-
nimi ordinis miniſtros excludat, præſer-
tim quia horum officia in uno ſubjecto ut-
plurimum concurrunt. Etſi omninò ſan-
ctio expreſſa deficeret, † ipſa attamen pie- 6
tas cogeret parochianos ad ſubminiſtra-
tionem harum expenſarum, eorum nam-
que cauſa agitur, eorumque commodum
provehitur operis Cuſtodum, † qui & ipſi- 7
met pro modulo ſuo toti inſerviunt Eccle-
ſiæ, ut hinc expenſis vecturæ neutiquam ſe
ſubtrahere debeant parochiani, *arg. l. ſed*
et ſi. 11. §. 1. ff. ad exhib. Maul. *de homag. tit.*
11. n. 14.

Ita † Conſiſtorium Supremum Præfectis Eccleſiæ zu Ebersdorff *die 30. Octobr. Anno 1611.* 8
(*Verba Reſcripti:* Dem Pfarrer und Kirch-Vätern zu Ebersdorff wird Krafft dieſes auferleget/ zu verſchaffen/ damit ihr neuer Schulmeiſter und Organiſt Paul Hanefelder von den Eingepfarrten vermöge der *General*ien mit ſeinem Weibe/Kindern und Geräthe möge abgeholet/ ihme auch die im Ober-*Conſiſtorio* ausgelegte Gebühr/nemlich 16. Gr. ſamt der nothwendigen Zehrung erſtattet werden/ ꝛc.)

Nec non † Henrico à Sleinitz in Dahlen/ *& Superintendenti Oſſitienſi die 27. Junii An-* 9
no 1617. (*Verba Reſcripti:* Wir haben aus eurem des Superintendentens Bericht vernommen/ daß die Eingepfarrten Halbhüfner und Gärtner zu Schmonnewitz die Unkoſten bey Abhohlung der neuen *Cuſtod*en *pro ratâ* zu tragen ſich verweigern ſollen. Wann denn zween Halbhüfner/ ſo wol vier Gärtner/ ſo viel als auf eine Hufe gelegt wird/ zu *contribui*ren pflichtig; Als begehren ꝛc. wir hiermit/ Ihr der von Schleinitz wollet in ferner Vorweigerung gedachte Halbhüfner und Gärtner die geklagten Unkoſten zu ihrem Antheil zu erlegen/ durch gebührliche Strafmittel *compelli*ren/und anhalten/ꝛc.)

Definit. LXXXVII.

Opifices ſi fiant Æditui, unà opificium exercere haut prohibentur.

Summaria.

1. Miniſtri Eccleſiæ ſe non immiſceant rebus politicis.
2. Nec rebus œconomicis.
3. Quod verum de Paſtoribus & Diaconis ſacra tractantibus.
4. Æditui & Cuſtodes ſunt etiam miniſtri Eccleſiæ.
5. Opificium tamen ſi didicerint, unà id exercere poſſunt.
6. Rationes & fundamenta hujus deciſi. n. 8.
7. Æditui in pagis modica habent ſalaria.
9. Jactura Eccleſiæ non metuenda ex opificio Cuſtodis.
10. Reſcriptum Electorale.
11. Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.

Nequa-

1 NEquaquam concedendum eſt miniſtris Eccleſiæ, ut pedem unum in ſuggeſtu, alterum in Curiâ habeant, atque ea, quæ merè politica ſunt, tractare & decidere ſatagant, *1. Pet. 4. 15.* multò minùs ut opificia tractent, & boves agitent, ne à loboribus ſacris avocentur,
2 † contra quos meritò uſurpatur illud *Eccleſiaſt. 38. 26.* quomodo ſapiens evadat, qui tenet aratrum, qui gloriatur in fulte ſtimuli, boves agitans & nutritus in operibus
3 eorum, cujus in ore atque ſermone † taurorum progenies ſolum verſatur? *verſ. 27.* is ad ſulcos ducendos animum ſuum applicat & ad pabula vaccis paranda vigilantiam
4 præſtat. Sed dicta hæc ſunt † de miniſtris illis, qui ſunt Paſtores & Diaconi ſacra in Eccleſiis tractantes, verbum prædicando & Sacramenta adminiſtrando. Aliter ſe res habet in Æditiuis, qui licet & ipſi latâ ſigni-
5 ficatione † miniſtrorum Eccleſiæ veniant, & ſub minimo Clericorum ordine comprehendantur, *ſupr. Definit. 75.* propriè tamen loquendo tales non ſunt, Balduin. *de*
6 *inſtitut. miniſtr. cap. 4. pag. 31.* Quare † ſi accidat, ut opifex ad officium Æditui vocetur, prout in pagis communiter fieri ſolet, non prohibendus erit artem mechanicam ſeu opificium unà exercere. Veluti (1.) clara extat *Ordinatio Eccleſiaſtica in art. general. 40. §.* Als auch die Glöckner. *verſ.* So laſſen wir hiermit nach/daß die Kirchner/ ſo auf den Dörffern Hand-Wercke können / dieſelben daheim in ihren Häuſern treiben. (2.) Quod nec ſine ratione permiſſum eſt: † poſtquam enim Æditui in 7
pagis vix tantum ſalarii accipiant, ut ſe ſuosque inde alimentare queant, conſultiùs viſum fuit, lucellum aliquod ex honeſto opificio illis indulgere, quam omnem viam victum quærendi præcidere, & vel anſam aufugiendi, vel illicita quæque tractandi præbere; † quam rationem ipſa ſuppeditant ver- 8
ba *Ordinationis eccleſiaſticæ in dict. artic. general. 40. ibi:* Als auch die Glöckner gemeiniglich ſehr geringe Beſoldung haben/ daß ſie ſich mit ihren Weib- und Kindern davon nicht zu erhalten. & poſtea: Derowegen auch gut und nöthig / daß Handwercksleute hierzu beruffen und angenommen/ ꝛc. (3.) † Nec eſt, quod jactura Ec- 9
cleſiæ inde metuenda, ſiquidem functio Æditiuorum ſive Cuſtodum potiſſimum in manuum labore vel ſaltem in prælectione Evangeliorum & Catechiſmi conſiſtit, ut hinc operis peractis ulterior meditatio & literarum tractatio, quæ per exercitium artis mechanicæ non parùm impeditur, iis non incumbat. Quidni ergò tempus reſiduum honeſto opificio conſumere liceret?

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Præfecto Liebenwerdenſi die 11. Julii* 10
An. 1628. (*Verba Reſcripti:* Auf beygefügtes des Pfarrers zu Wahrenbruck Martin Sommers beſchehenes *Supplici*ren begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet den *Cuſtodem* zu Bönitz gleich andern bey ſeinem Handwerck/ und in dieſer *Inſpection* gebräuchlichem Freybier verbleiben laſſen/ihme auch gebührlichen Schutz leiſten/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti ac Præfecto Chemnicenſi die 1. Auguſt. An-* 11
no 1614. (*Verba Reſcripti:* Auf inliegendes Chriſtoph Naumannes *Cuſtodis* zu Bleſſau beſchehenes *Supplici*ren begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ Ihr wollet die Anordnung thun/ damit *Supplicant* vermöge der *generali*en nebens ſeinem Schuldienſt ſein Handwerck / iedoch ohne Verſäumniß ſeines Amts/ gebrauchen möge/ ꝛc.)

DEFINIT. LXXXIIX.

Actuarii vices unà gerere poteſt Ædituus in judicio pagano.

SUMMARIA.

1. *Æditui opificium ſuum exercere haut prohibentur.*
2. *Modò id fiat in ædibus privatis.*
3. *Abſque præjudicio eorum, qui in locis vicinis eadem exercent opificia.*
4. *Nec per hoc ab operis eccleſiaſticis avocentur.*
5. *Modica habent ſalaria Cuſtodes.*
6. *Propterea etiam Actuarii eſſe poſſunt in judicio pagano.*

7. Movetur contra hoc aſſertum objectio.
8. Rurſus ea refellitur.
9. Functio Cuſtodis circa Eccleſiæ cultum quænam?
10. Munus Actuarii miniſtratorium ſaltem eſt in judicio.
11. Decretum Conſiſtorii Supremi.

1 NOn ergò prohibentur Æditui, qui
ſimul ſunt opifices, exercere opi-
ficium ſeu artem mechanicam,
Definit. præced. quod tamen cum
mica ſalis accipi velim: (1.) ut hoc fiat
2 ſine ſcandalo & privatim in ædibus, † non
aliunde aliisvè in pagis, prout verba innu-
unt *Ordinat. Eccleſiaſt. artic. general. 40.*
§. Als auch. *verb.* Sondern allein dahei-
me in ihren Häuſern zur Nothdurfft. (2.)
3 † absque præjudicio eorum, qui in vicinis
oppidis & pagis eadem exercent opificia,
dict. art. 40. verb. Und nicht zu feilem
Kauffe / den umliegenden Städten und
Meiſtern deſſelbigen Hand-Wercks zu
Nachtheil. (3.) & ne per hoc Cuſtodes à la-
4 boribus ordinariis † operisque eccleſiaſti-
cis avocentur, eaque negligant. *dict. art. 40.*
verb. Damit am Kirchen-Dienſt kein
Mangel ſey. Nimirum ſecundariò duntaxat
exercitium artis mechanicæ Ædituis permiſ-
5 ſum eſt, † ne alimenta iis deficiant, quæ mo-
dico ſalario ſibi comparare haut valent. Si
jam quæſiveris, num etiam vices Actuarii
in judicio, eines Gericht-Schreibers/
6 gerere queat Cuſtos? † ex prædictis hoc
affirmandum erit. Nec enim functio iſta,
quæ per ſe honeſta ac licita eſt, ſcandalum
præbere, vel cuiquam præjudicare, nec fun-
ctioni eccleſiaſticæ impedimento eſſe pot-
eſt, ſi eo tempore Cuſtos ad hanc ſe accin-
gat, quo vacat ab operis eccleſiaſticis; niſi
id obſtare exiſtimaveris, quod Clericis † 7
non convenire videatur cura negociorum
forenſium, *Matth. 20. 25. Marc. 10. 42.*
Luc. 22. 25. Johann. 18. 36. Matth. 17. 27.
Henr. Eckard. *de ordin. eccleſiaſt. & politic.*
part. 1. cap. 6. quæſt. 1. Sed vera hæc ſunt
de Clericis propriè ſic dictis, † iis nem- 8
pe, qui ſacra tractant, verbum Dei prædi-
cant & Sacramenta adminiſtrant, quos
judicis munere fungi haut decet, Johan.
Gerhard. *de magiſtr. polit.* §. *177. p. 831.* ab
iis verò quam multum diſtet Cuſtos ſive
Ædituus, neminem fugit, quippe † cujus 9
functio circa Eccleſiæ cultum externa eſt,
& potiſſimum in labore manuum conſi-
ſtit, ex quo generali duntaxat nomine Cleri-
corum & miniſtrorum Eccleſiæ venit,
ſupr. Definit. 75. † Quin & munus Actua- 10
rii miniſtratorium ſaltem eſt in judicio,
à quo cognitio negotiorum forenſium non
dependet, ſoli reſervata judici, cujus juſſui
in ſcribendo & conſignando Actuarius pa-
rere neceſſe habet, Matth. Berlich. *part. 1.*
deciſ. 85.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ Urbani Hoffmanns contra* die Gemeinde zu Ober- 11
grüna *die 20. Februar. Anno 1611. (Verba Decreti:* Letzlichen ſol Urban Hoffmannen die Gerichts-Schreiberey/ bis ein neuer Schulmeiſter beſtellet wird/ gelaſſen werden/ und er dabey dem Pfarrer ſchuldige Ehrerbietung bezeigen/ &c.*)*

Definit. LXXXIX.

Ab advocando tamen & patrocinando in foro abſtinere debent Ludimoderatores, Cuſtodes ſeu Æditui.

SUMMARIA.

1. Abſtinere debent Æditui & Ludimoderatores à patrocinio forenſi.
2. Probatur hoc ex Ordinat. Eccleſ. Elector. Saxon.
3. Nec literas ſupplices ſcribere iis permiſſum eſt.
4. Officium Advocatorum per ſe honeſtum.
5. Advocati meliorem ducunt vitam quam Religioſi.
6. Cuſtos advocando ſcandalum præbet.
7. Clerici ab actionibus publicis in Curiâ exemti.
8. Abutuntur munere advocationis, qui jura non didicerunt.
9. Ubi Advocatorum turba ſtrepit, ibi nulla domus à litigio vacabit.
10. Reſcripta Conſiſtorii Supremi, numer. 11.

Haut

1 HAut permittendum tamen eſt Æditvis & Ludimagiſtris, ut munus Advocati in ſe ſuſcipiant, & in foro litigantibus patrocinentur, *Ordinat.*
2 *Eccleſiaſt. in art. generali, 38.* † §. Wie wir auch hiermit ernſtlich befehlen / daß ſie alles *procurirens* und *advocirens* oder anders dergleichen müßig gehen / und ſich
3 enthalten/ ꝛc. quin nec literas ſupplices † ſcribere conceſſum iis eſt, *dict. artic. 38.* §. Er ſol auch ſich nicht unterſtehen / den Leuten *Supplicationes*, beſonders wider die Obrigkeit oder ſeinen Pfarrer zu ſtellen/ ſondern ſolche Leute iederzeit von ſich weiſen / und ſeines Beruffs warten/ ꝛc.
4 Etſi enim † officium Advocatorum per ſe honeſtum eſt, & generi humano maximè neceſſarium, *l. advocati. 14. C. de advoc. diverſ. judic.* Gloſſ. *in cap. cum ex eo. extr. de elect. in 6to.* ac propterea meliorem
5 † ducere dicuntur vitam, quàm religioſi & prædicatores, Camil. Borell. *in ſumm. deciſ. 1. tit. 65. num. 20.* Franc. Viv. *deciſ. 123. n. 24.* Borgn. Cavalcan. *part. 1. deciſ. 33. n. 21.* attamen fieri vix poteſt, ut † Cuſtos non 6
ſcandalum præbeat, & aliorum in ſe concitet odia, ſi patrocinium in foro litigantium ſuſcipiat; quare & legibus Impp. Clerici ab actionibus publicis † in curia ſunt exem- 7
ti, *l. 17. C. de Epiſcop. & Cleric.* & metuendum, ne homines iſti, qui jura ex profeſſo non didicerunt, functione hac abutantur,
† munusque advocationis plus ad ſubverſi- 8
onem veritatis atque litigiorum augmentum, quàm ad lucidationem juſtitiæ litiumque diremtionem exerceant, Magon. *de rect. patrocin. rat. part. 1. cap. 6. num. 18.* de quibus verè dicitur: ubi † Advocato- 9
rum turba ſtrepit, ibi litium anfractibus tota civitas ardebit, nec domus aliqua à litigio vacabit, Magon. *dict. part. 1. cap. 11. num. 9.* ut vel propterea ſaltem Cuſtodes ac Ludimagiſtri ab hac functione abſtinere juſſi fuerint.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annabergenſi die 12. Decembr. Anno 1610.* 10
(*Verba Reſcripti:* Hierauf iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ Ihr wollet beklagten Schulmeiſter über die vorgebrachte Beſchwerung vernehmen/ und ihm nach Befindung ernſte Verweiſung thun / ſich auch hinfüro des *advocirens* gäntzlichen zu enthalten / bey Verluſt ſeines Dienſtes auferlegen/ꝛc.)

Et † *Superintendenti Freybergenſi die 15. April. Anno 1619.* (*Verba Reſcripti:* Was maſ- 11
ſen die Gebrüdere von Schönberg zu Porſchen- und Frauenſtein ingeſamt über den Schulmeiſter und Cüſter zu Colwenitz *J. E.* daß er zuwider den *generalien* und ſonſten ihme bishero beſchehenen Verboth/ ihren ungehorſamen Unterthanen in Sachen *patrocini*ren ſol/ ſich beſchweren und bitten thun/ ſolches habt ihr aus dem Inſchluß mit mehrem zu vernehmen. Begehren derowegen / Ihr wollet gedachten Schulmeiſter förderlichſt vor euch beſcheiden / ihme ſolches ernſtlich verweiſen/ ihn darneben in Strafe nehmen/ und daß er dergleichen unbefugten *patrocinii* und Schreibens ſich hinfüro gäntzlich enthalten ſolle / bey Verluſt ſeines Dienſts auferlegen/ꝛc.)

Definit. XC.

Scholarum Moderatores, quando ſunt Notarii, exercitio Notariatûs prohibendi non ſunt.

SUMMARIA.

1. *Ab Advocatur. abſtineant Scholarum Moderatores.*
2. *Quâ ex causâ & ratione?*
3. *Exercitium tamen Notariatûs iis eſt permittendum.*
4. *Fundamenta & rationes hujus deciſi. n. 10.*
5. *Officium Notariatûs longè præſtantius operis manualibus.*
6. *Notarius publica eſt perſona.*
7. *Fungitur vice teſtis.*
8. *Clerici & Sacerdotes non debent exercere officium Notariatûs.*
9. *Inſtrumentum tamen ab ipſis confectum valet.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

Non

1 NOn loquor hic de patrocinio vel advocatura, quam Scholarum Moderatores & Collaboratores non magis quam Cuſtodes in ſe ſuſcipere valent, *Defin. praced.* non ſolùm quod per id haut minimum detur ſcandalum vel pueris ſaltem, quorum informationi Scholarum Moderatores præficiuntur;
2 † ſed & quia absque jactura informationis & negligentia officii patrocinio litigantium vix præeſſe poſſunt. Aliter
3 verò res ſe habet † in functione & exercitio Notariatûs, quo prohibendi non ſunt Ludimoderatores & Collaboratores, ſi creati fuerint Notarii, quantum id ſine negligentia officii ſcholaſtici fieri poteſt. (1.)
4 † Cùm enim artes mechanicas & opificia tractare permiſſum ſit æditưis, qui & ipſi puerorum informationi in pagis præficiuntur, *ſuprà Definit. 87. art. general. 40. §.* Als auch die Glöckner. non certè invidendum erit Moderatoribus ſcholarum Notariatûs
5 exercitium, † quod longè præſtantius operis & laboribus manuum locari ſolitis. (2.) idque tantò minus, quia nullum prorſus ex hoc ſcandalum eſt metuendum; Etſi enim
6 Notarius † publica eſt perſona ſecundum Bartol. *in l. non aliter. ff. de adoption.* Jaſon. *in l. ſi duo patroni. §. item Julianus. n. 25. ff. de jurejur.* exercitium tamen Notariatus in ædibus privatis expediri ſolet annotando & conſignando, inventaria conficiendo, tabulas teſtamenti vel donationum mortis causa ſcribendo, *Receſſ. Imper. de Anno 1512. tit.* Von Teſtamenten. *in pr.* † ita ut ſaltem 7
vice teſtis fungantur Notarii, quorum teſtimonium publicam facit fidem, *dict. Receſſ. Imp. de An. 1522.* Mattheſ. *ſing. 20. in poſtillâ. n. 3.* (3.) Ex quo etiam fit, † quod licet 8
Clerici & Sacerdotes non debeant exercere officium tabellionatûs, *cap. ſicut te accepimus. 8. extr. ne Clerici vel Monachi.* Si tamen id fecerint, † valeant inſtrumenta, 9
Bartol. *in l. univerſos. 15. n. 2. C. de decurion.* Spec. *lib. 2. part. 2. tit. de inſtrument. edit. §. reſtat videre. 8. num. 28.* Johan. Jacob. à Canib. *de execut. ult. volunt. part. 1. n. 38.* (4.) Et quia tandem † modica ſunt ſtipen- 10
dia & ſalaria Moderatorum Scholarum, ut vix ſe ſuosque indè alere queant, augmentum & lucellum ex Notariatus exercitio ipſis non immeritò indulgetur; quam cauſam ad hoc, ut Æditui in pagis opificia tractent, juſtam & ſufficientem judicat *Ordinat. Eccleſ. in dict. art. 40.* §. Als auch die Glöckner/ ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Senatui Freybergenſi die 30. Sept. Anno 1625.* (*Verba Reſcripti:* Was an höchſtgedachten unſern gnädigſten Herrn *M. G. L. Conrector* bey euch wegen *Exerci*tung ſeines *Notariats* unterthänigſt gelangen laſſen/ das habt ihr hierbey zu befinden. Wann wir denn ſein Suchen für unbillich nicht erachten; Als iſt hierauf ꝛc. unſer Begehren/ Ihr wollet ihme/ ſo viel ohne Verſäumniß ſeines Schul-Amts geſchehen kan/ ſein *Notariat*-Amt zu *exerci*ren verſtatten/ ꝛc.) 11

DEFINIT. XCI.

Ab Æditưis ſive Cuſtodibus, ſi de horum fide & dexteritate haut notoriè conſtet, ratione ornatûs eccleſiaſtici cautio benè exigi poteſt.

SUMMARIA.

1. *Cuſtos unde ſic dictus?*
2. *Functio hæc probo ac bono viro demandanda, vel cautio ab eo exigenda.*
3. *Ex ſanctione Electorali in Ordinat. Eccleſiaſticâ.*
4. *Ratio hujus ſanctionis quænam?*
5. *Cautio uſufructuaria à teſtator remitti nequit.*
6. *Heres ad ſatisdandum fideicommiſſario eſt obſtrictus.*
7. *Cautionem exigere valet, qui ſpem fovet hereditatis acquirendæ.*
8. *Licet nulla ſubſit ſuſpicionis cauſa.*
9. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

Ipſa

1 IPſa Cuſtodis vocula ſatis innuit, fidei ac curæ ejus committi ornatum eccleſiaſticum resque ſacras, quas bona fide cuſtodire ac conſervare debet. Neceſſe hinc
2 eſt, † ut functio ea bono ac probo viro demandetur, aut ſi de ejus fide ac dexteritate haut notoriè conſtet, cautio hoc nomine ab
3 eo exigatur, prout ſancitum † *in Ordin. Eccleſiaſt. art. general. 38. §.* Weil auch ihnen die Kelche / Kirchen-*Ornat* und anders / ſo in der Kirchen verwahret werden / vertrauet / ſol keiner zum Küſter angenommen werden / er ſey denn wohl bekannt / oder daß er einen Vorſtand habe / damit wann etwas durch ſeinen Unfleiß oder Untreu der Kirchen entwendet / dieſelbe ſich des erlittenen Schadens wiederum bey ihme zu erholen. Quod ſanè mirum ne-
4 mini videbitur, † cum ii, quorum fidei quid committitur, cautionem præſtent; veluti eſt uſufructuarius, qui ad præſtatio-
5 nem cautionis ita eſt obſtrictus, ut † teſtator neutiquam eam remittere valeat, *l. ſcire debitis. 7. C. ut in poſſeſſ. legator. l. ſi pecuniæ. 6. ff. eod. tit. l. etſi uſusfructus. 7. in pr. ff. uſufruct. quemad. cav.* Paul de Mont. Pico *in l. Titia cum teſtamento. 34. §. Titia cum nuberet. 6. ff. de legat. 2. quæſt. 50. n. 158.* Jul. Clar. *in §. teſtamentum. quæſt. 64.* Johann. Harppr. *in §. conſtituitur. 2. n. 187. inſtit. de uſufr.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 145.* heres † qui omni caſu, ſive diſſipet bona, ſive non, adigi poteſt ad idoneè ſatisdandum fidei commiſſario de legatis & fideicommiſſis præſtandis, *l. hæc ſtipulatio. 14. & tot. tit. ff. ut legat. nom. cav. l. 1. in pr. l. ſi is à quo. 3. §. ult. ff. ut in poſſeſſ. legator.* 6
imò omnis, † ad quem hereditas aliquando devenire poteſt, cautionem de bonis ſervandis & reſtituendis jure obtinere valet, *l. inter omnes. 12. ff. qui ſatisdar. cogunt.* ubi Bartol. & Dd. Quæ cautio præſtanda 7
eſt, † quamvis nulla ſuſpicionis cauſa exiſtat adverſus heredem, Anton. Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 40. num. 10.* Quidni ergò etiam ab Æditûo vel Cuſtode, qui nec uſufructuarius eſt, ſi maximè ſubſit cauſa ſuſpicionis? 8

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Præfecto Chemnicenſi die 14. Junii Anno 1630. (Verba Reſcripti: Auf Begehren der Eingepfarrten und Einwohner zu Mittelbach / daß der neue Schulmeiſter wegen Feuers-Gefahr und Kirchen-Ornats Vorſtand beſtellen ſolle / wird hiermit anbefohlen / daß *Supplicanten* darauf zu beſcheiden / ꝛc.) 9

DEFINIT. XCII.

Patroni quoque Hoſpitalium ad præſtationem cautionis ſunt obſtricti.

SUMMARIA.

1. *Hoſpitalia privilegiis Eccleſiæ gaudent.*
2. *A rebus Eccleſiæ ad Hoſpitalia facta illatio valet.*
3. *Hoſpitalia in plurimis ut Eccleſiæ cenſentur.*
4. *Voculâ Eccleſiæ veniunt quoq; pauperes.*
5. *Patroni Hoſpitalium miniſtris Eccleſiæ accenſentur.*
6. *Inſpectio Hoſpitalium pertinet ad jura Epiſcopalia.*
7. *Patroni Hoſpitalium ad præſtationem cautionis obſtricti.*
8. *Sunt hi adminiſtratores redituum Hoſpitalis.*
9. *Quæſtores etiam probi ac boni ad cautionis præſtationem ſunt obſtricti.*
10. *Plus ſecuritatis in re eſt, quàm in perſona.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 HOſpitalia non modo privilegiis Eccleſiæ gaudent, Felin. *in cap. de quarta. col. pen. & ſeq. extra de præſcript.* Franc. Balbus *de præſcript. 1. part. quint. part. princ. quæſt. 1. num. 7.* Matth. de Afflict. *deciſ. 67. n. 4. &*
2 † à rebus Eccleſiæ non malè ad Hoſpitalia inferri ſolet, Caſtrenſ. *lib. 1. conſil. 269. n. 1.* Andr. Tiraq. *de privil. piæ cauſ. privil. 137. & 138.* ſed & in plurimis ut † Eccle- 3
ſiæ cenſentur, Cardin. Tuſch *pract. concluſ. 163. & concluſ. 166. numer. 13. lit H.* quippe in quibus opera charitatis exercentur, Bald. *lib. 1. conſil. 465.* Bertrand. *lib. 1. con-*

4 *fil. 244. n. 3.* † perinde ut pauperes etiam Eccleſiæ vocabulo veniunt, Johan. Andr. *in cap. 1. in pr. extr. de reſtitut. in integr. in 6to.* Balduin. *in l. omnem. in pr. C. de Epiſc.*
5 *& Cleric.* † Quidni ergò Patronos quoque hoſpitalium perſonis ac miniſtris Eccleſiæ accenſeremus? præſertim cum Ordinatio eccleſiaſtica curam eorum habeat *art. general. 33.* Von Hoſpitalien.
6 † quodque inſpectio Hoſpitalium pertineat ad jura Epiſcopalia, extra dubium eſt, *cap. aqua. extr. de conſecrat. eccleſiaſt. cap. inter dilectos. extr. de donation.* Rectiſſimè hinc inferre licet, perinde ut Ædi-
7 tuos, ita etiam Patronos hoſpitalium † ad præſtationem cautionis eſſe obſtrictos, quod & convenit *dict. art. general. 33. §.* Zum andern. *verſ.* Sol iedes Orts Obrigkeit. *verb.* Auch einen Vorſtand. quin & iis præſtatio cautionis multò magis incumbit, quia non modò defenſores, † ſed 8
etiam adminiſtratores ſunt redituum Hoſpitalis; quo reſpectu jure Quæſtorum obſtringuntur, a quibus cautionem hiſce in provinciis totâ die exigi novimus, † licet 9
ſint probi ac boni viri, nec de fide mala ſuſpecti, ut verè hic dicatur, plus ſecuritatis in re eſſe, † quàm in perſona. *l. plus cau-* 10
tionis. 25. l. minus eſt. 204. ff. de Reg. Jur. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. n. 217.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Dreſdenſe Inſpectoribus* zu Dohna *die 11. Septembr. An-* 11
no 1635. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern eingeſchickten Bericht wegen Erſetzung des Hoſpital-Verwalter-Dienſts zu Dohna mit Samuel Wirtgens Perſon verleſen hören. Wofern nun gedachter Wirtgen den Vorſtand mit vier oder fünffhundert Gülden würcklich beſtellen/ auch ſeine Mutter oder andere vorgeſchlagene Bürger einer für beyde/ oder beyde für einen zu hafften angeloben werden; So iſt hierauf an ſtatt Sr. Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet bemeldten Samuel Wirtgen zu ſolchem Hoſpital-Verwalter-Amt alſo balden/ weil es hoch nöthig und die Zeit erfordert/ gebührlich anweiſen/ auch daß er ſich in demſelben treulich verhalten/ beſonders die itzige Winter-Saat gebührlich beſtellen/ und auf die Hoſpital-Gehöltze gute Achtung geben ſolle/ unterſagen/ ꝛc.)

Definit. XCIII.

Permutatio officiorum inter Cuſtodes Eccleſiæque miniſtros conſenſu & approbatione Conſiſtorii facta ſubſiſtit.

SUMMARIA.

1. *Permutatio officiorum eccleſiaſticorum per ſe haut eſt illicita.*
2. *Modò fiat cum aliis officiis eccleſiaſticis.*
3. *Regulariter tamen prohibita in Concilio Turonenſi.*
4. *Pacta circa ſpiritualia videntur Simoniaca.*
5. *Non ergò ſubſiſtit permutatio officiorum eccleſiaſticorum.*
6. *Niſi accedat conſenſus Epiſcopi. numer. 8.*
7. *Epiſcopo vel Conſiſtoriis poteſtas diſpenſandi haut deneganda.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Etſi permutatio officiorum ac poſſeſſionum eccleſiaſticarum per ſe non illicita habetur, *cap. ad quæſtiones. 6. cap. exhibita. 9. in fin. extr. de rer. permut. c. nemini Regum. 16. q. 7.*
2 quando † ſcilicet fit cum alia re ſpirituali, officioque eccleſiaſtico, *dict. c. nemini Regum.* Joh. Baptiſt. Viv. *in ration. Jur. pontif. ad dict. cap. ad quæſtiones. 6.* Lambertin. *de jur. patronat. lib. 1. art. 3. quæſt. 3. princip. part. 2. n. 1. fol. 127.* Rochus de Curte *in Rubr. de tranſlat. jur. patron. n. 27.* attamen quia odioſa eſt, in † Concilio Turonenſi 3
regulariter fuit prohibita, *cap. majoribus. 8. ibi: Diviſionem præbendarum aut dignitatum permutationem fieri prohibemus. extr. de præbend.* Garcia *de benefic. part. 11. c. 4. n. 44. in fin* Card. Tuſch. *pract. concl. lit. P. concl. 303. n. 1 & concl 305. n. 2.* Nimirum † quia pactio circa ſpiritualia vel con- 4
nexa ſpiritualibus labem ſemper continet Simoniæ, *cap. quæſitum. 5. extr. de rer. permut.*

mut. Roch. de Curte *dict. loco.* Caniſ. *in ſummar. jur. canon. lib. 2. tit. 27. pag. 238.*
5 ex quo dicendum, † haut ſubſiſtere permutationem functionum & officiorum inter Cuſtodes vel Ludimagiſtros, Eccleſiæque miniſtros. Sed verum hoc eſt,
6 niſi † accedat diſpenſatio Epiſcopi: Cum enim fieri poſſit, ut unus magis ſit idoneus in unâ Eccleſiâ, quàm in aliâ, vel etiam ratione ſanitatis & aëris, Eccleſiæ alio in loco melius queat inſervire, unde commodum potius Eccleſiæ ſperandum, quàm ulla jactura metuenda, Panorm. *ad dict. cap. quæſitum. 5. n. 6.* Garc. *de benefic.*
dict. cap. 4. n. 47. & 49. † nequaquam de- 7
neganda erit poteſtas diſpenſandi Epiſcopo vel Conſiſtoriis, quæ jura epiſcopalia exercent; Quare dubitandum non eſt, ſubſiſtere permutationem officiorum
eccleſiaſticorum, † ſi autoritas & deciſio 8
Epiſcopi acceſſerit, eaque in Conſiſtorio fuerit confirmata, *dict. cap. quæſitum. 5. extr. de rer. permut. cap. un. eod. tit. in 6to. cap. cum venerabilis. 6. §. ad hæc. extr. de except.* Roch. de Curte *dict. loc. n. 28.* Lambertin. *lib. 1. art. 2. quæſt. 3. princ. part. 2. n. 3. & 9.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum die 10. Junii Anno 1629. (Verba Reſcripti:* Welcher ge- 9
ſtalt uns *N.N.* und *N.N.* beyde Schulmeiſtere die Umwechſelung mit ihren Dienſten zu erkennen gegeben/ auch um Zulaſſung und *Confirmation* gebeten/ ſolches habt ihr aus dem Einſchluß zu vernehmen. Wann wir dann daſſelbe aus denen von ihnen angezogenen Urſachen geſchehen laſſen können; Als iſt ꝛc. unſer Begehren/ Ihr wollet ſie die Probe thun laſſen/ und darauf beſcheiden/ ꝛc.)

DEFINIT. XCIV.
Modò Patronorum vel Collatorum & parœcianorum conſenſus acceſſerit.

SUMMARIA.

1. *Epiſcopus permutationem officiorum eccleſiaſticorum permittere poteſt.*
2. *Non faciat hoc abſque causâ neceſſariâ vel utili.*
3. *In ejusmodi permutatione utilitas Eccleſiæ attendi debet.*
4. *Sufficit tamen utilitas Eccleſiæ ſaltem conſecutiva.*
5. *Quænam utilitas dicatur conſecutiva? n. 6.*
7. *Conſenſus Collatorum & parochianorum ad hanc permutationem neceſſarius.*
8. *Parœcianis invitis miniſter Eccleſiæ obtrudi nequit.*
9. *Non ergò conſenſus eorum omittendus.*
10. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 POteſt itaque Epiſcopus diſpenſare, & permutationem officiorum eccleſiaſticorum permittere ac confirmare: Quod tamen non faciat abſque
2 causâ neceſſariâ † vel utili, *cap. quæſitum. 5.* ibi: *cauſam inſpexerit neceſſariam,* & poſtea: *quæ uni loco minus ſunt utiles. extr. de rer. permut. can. ſcias. 7. quæſt. 1.* Franc. Mantica *de tacit. & ambig. convent. libr. 25. tit. 7. n. 1. & ſeqq. & tit. 9. n. 41. & ſeqq.* quia ejusmodi in permutatione non tàm
3 lucrum & commodum permutantium † quàm utilitas Eccleſiarum attendi debet, *arg. dict. cap. quæſitum.* quod tamen ita ac-
4 ceptum volumus, ut etiam † ſufficiat utilitas Eccleſiæ ſaltem conſecutiva, Garc. *de benefic. part. 11. cap. 4. n. 47.* Mantica
5 *dict. tit. 7. n. 11. & ſeqq.* † unde ſi quis ratione aëris ad ſanitatem & corporis ſui conſtitutionem commodioris, vel loci ac bonorum ſuorum patrimonialium, alio in loco feliciori ſucceſſu munere ſuo fungi confidat, permittenda utique erit per-
mutatio, ſiquidem † commoditas & utili- 6
tas perſonæ redundat in augmentum cultûs divini, & ut meliùs ac promtiùs DEO inſerviatur, *dict. cap. quæſitum. 6. in fin.* ibi: *ut quæ uni loco minus ſunt utiles, alibi ſe valeant utilius exercere.* & ibi Panorm. *n. 6.* Ut maximè verò diſpenſatio juſtisſimæ
innitatur cauſæ, † non tamen ſubſiſtere 7
faciet permutationem officiorum eccleſiaſticorum, ſi non etiam conſenſus Collatorum & parœcianorum acceſſerit, Guid. Papa *deciſ. 374. n. 1.* Bellamera *deciſ. canon. concluſ. 177. n. 2.* Ex quo enim

jus vocationis Patrono vel Magiſtratui
8 competit, † nec parœcianis invitis Eccleſiæ miniſter obtrudi debet, *Ordin. Eccleſ. gener. art. 37. ſupr. Defin. 30. & 73.* non poteſt non horum intereſſe verſari in iſtâ permutatione, † ut hinc eorum conſenſus accedat neceſſum ſit, Bellamera *dict. concluſ. 177. n. 4.* 9

Ita † *Conſiſtorium Supremum die 14. Julii Anno 1624. (Verba Reſcripti:* Wofern nun 10
die Umſetzung der beyden Schulmeiſter-Dienſte mit beyderſeits *Collatorn*, *Patron*en und Eingepfarrten *Conſens* und guten Willen geſchehen; So thun wir hiermit ſolche *confirmi*ren und zulaſſen/ꝛc.)

Definit. XCV.

Non prohibendi ſunt pueri ſcholares celebrare feſtum Gregorianum.

SUMMARIA.

1. *Feſtum Gregorianum quodnam ſit, & quomodo celebretur? n. 2.*
3. *Originem trahit ex Papatu.*
4. *Permittenda eſt hujus feſti celebratio.*
5. *Quibus ex cauſis & fundamentis?*
6. *Finis ac uſus feſti Gregoriani.*
7. *Repræſentat ſtatum eorum, qui in ſcholis educantur.*
8. *Doctrina vel meliores reddit homines, vel deteriores.*
9. *Salutatio Valentini Trocedorfii, qua allocutus eſt pueros Scholæ.*
10. *Incitanda eſt juventus ad capeſſendam conditionem honeſtam.*
11. *Mores & ingenia puerorum hujus feſti celebratione explorantur.*
12. *Finis depoſitionis ad removendum beaniſmum.*
13. *Non invidendum eſt lucellum Præceptoribus ſcholarum.*
14. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 UBique ferè locorum, præſertim verò hiſce in provinciis conſvetudine inveteratâ obtinuit, ut pueri ſcholares die Gregorii in ſolenni proceſſione plateas totius civitatis perambulent, quibusdam etiam in locis veſtibus albis induti, aliovè ornatu amicti
2 incedant & munera colligant, † quæ partim inter ipſos & Præceptores ſeu Collaboratores ſcholarum diſtribuuntur, partim ad cœnam parandam adhibentur, bonaque in collatione conſumuntur. Etſi
3 verò mos hic procul dubio † ex Papatu, quo S. Gregorius ſcholarum patronus ſalutatur & invocatur, traxerit originem, hautquaquam tamen propterea impro-
4 bari debet, † ſed indulgendum eſt aliquid lætitiæ pueris, qui non parùm hoc feſto
5 Gregoriano delectantur. (1) † Cùm enim ſcholæ ſint ſeminaria Eccleſiarum & Rerumpubl. ut multis probat Erneſtus Cothman. *Reſponſ. 23. n. 10.* omnibus modis laborandum eſt, ut pueri eas frequentare aſſveſcant, & blanditiis pariter ac delectamentis puerilibus, quin & donis ac
6 præmiis ad hoc invitentur. † Quem in finem hic actus Gregorianus videtur adinventus; hujus ſiquidem ſolennitate pueri oblectati & muneribus donati amore Præceptorum & Scholarum detinentur, quò minus informationem detrectent, & labores ſtudiorum fugiant, qui aliàs ocio nimis ſunt dediti. (2.) † Videtur porrò 7
hic actus repræſentare ſtatum & conditionem eorum, qui in ſcholis educantur, quod ſcilicet evadant Nobiles, Conſules, Senatores, Conſiliarii Regum ac Principum, Opifices, Mercatores, lictores & nebulones, quorum perſonæ quibusdam in locis hoc actu ceu in Comœdiâ producuntur. † Doctrina ſiquidem, teſte Co- 8
minæo, vel meliores reddit homines, vel deteriores, pro cujusq; naturâ & inclinatione, *lib. 10. pag. 690.* quod bene advertit Valentinus Trocedorfius inſignis ille formandæ juventutis artifex, qui † ſcholam 9
primò ingreſſus ſcholaſticam juventutem ita perhibetur ſalutâſſe: *Salvete vos Nobiles, Conſules, Senatores, Cæſarum, Regum ac Principum Conſiliarii, vos Opifices & Artifices, Mercatores & carnifices, lictores & nebulones.* Herm. Lath. *de cenſu lib. 3. cap. 19. n. 90* † Quò itaque tenera ætas 10
à primis ſtatim incunabulis ad capeſſendam honeſtiorem conditionem incitetur, neutiquam hic actus è finibus ſcholæ vide

11 videtur extirpandus. (3.) Et quis non videt, hoc actu explorari mores & ingenia puerorum, num ad literas idonea ſint vel non, quod tempore eo, quo pueri ſcholis addicuntur, noſſe haut parum prodeſt parentibus, ne inanem de filiis ſuis ſpem ſibi polliceantur, qui verè unicus etiam eſt
12 finis † ritûs illius, quem Depoſitionem vocant, quo remoto beaniſmo ad Studioſi nomen via ſternitur, Johan. Limn. *lib. 8. jur. publ. cap. 8. num. 11.* (4.) Nec tandem invidendum Præceptoribus & Collaboratoribus ſcholæ lucellum † ex hoc fe- 13
ſto, ceu pars ſalarii, quod valdè aliàs modicum, & vix ad alimentationem eorum ſufficiens eſt.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi, die* 30. *April. Anno* 1628. *(Ver-* 14
ba Reſcripti: Wir haben euern Bericht und Frage wegen Haltung des Schul-Feſts *Gregorii* verleſen hören. Wenn denn dißfalls kein Verbot geſchehen/und dahero die Sorge unzeitig und unnöthig; Als begehren an ſtatt Jhr. Churfl. Durchl. wir hiermit / Jhr wollet die Schüler ihr *Gregorianer*-Feſt dem Herkommen nach / und wie es vorhin gebräuchlich geweſen / unverhindert halten laſſen / ſolches auch dem Rath bey euch zur Nachrichtung andeuten / wollen wir euch nicht verhalten/2c.)

TIT. VII.

De

Stipendiis ſive Salariis ac Reditibus Paſtorum & miniſtrorum Eccleſiæ, eorumque immunitatibus.

DEFINIT. XCVI.

Certa ſunt Paſtoribus & miniſtris Eccleſiæ conſtituenda & exſolvenda ſtipendia atque ſalaria.

SUMMARIA.

1. *Waldenſes & Anabaptiſtæ denegant ſalaria miniſtris Eccleſiæ.*
2. *Quænam eorum ſententia?*
3. *Refellitur rurſus opinio Waldenſium & Anabaptiſtarum.*
4. *Stipendia & ſalaria miniſtrorum Eccleſiæ probantur quibusdam argumentis. n. 5. & 6.*
7. *Ex lege imprimis Moſaica adducitur probatio.*
8. *Nec non ex ordinatione divina in Veteri Teſtamento.*
9. *Probatio deſumta ex Novo Teſtamento.*
10. *Adducitur ordinatio Eccleſiaſtica Electoralis Saxonica.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 INiqui valdè ſunt Fratres Waldenſes & Anabaptiſtæ contra miniſtros verbi, ſtipendia eorum in dubium vocantes: illi ſiquidem ad operas manuarias, ut
2 hiſce victum ſibi quærant, † paſtores & miniſtros Eccleſiæ adſtringunt; hi verò omne ipſis denegant ſalarium ex dicto Salvatoris ad Apoſtolos: Gratis accepiſtis, *Matth. 10. verſ. 8.* & rurſus: Non poſſideatis aurum, neque argentum, neque æs in crumenis veſtris, neque peram ad iter, neque duas tunicas, neque calce-
3 amenta, neque virgam, *verſ. 9.* † Sed omittunt, quod non negligendum, & ipſemet Chriſtus ibidem addit, dignum eſſe operarium ſuo alimento, ſuâque mercede: & advertere deberent, non agi in loco allegato de prædicatione verbi, ſed de dono miraculorum, quod vendi noluit Chriſtus pro pecuniâ, ſicut & Eliſæus in famulo ſuo ferre id non potuit, Frideric. Balduin. *de caſib. conſc. lib. 4. cap. 10. caſ. 5. pag. 1121.* † Audiant verò Apoſtolum *1. Cor.* 4
9. qui ſex argumentis ſtipendia paſtorum ac miniſtrorum verbi probat, (1.) Ex jure gentium: Quis unquam, *inquit*, ſtipendiis ſuis militat? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? *verſ. 7.* (2.) Ex ſimilibus: Qui 5

arat, debet in ſpe arare, & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi, *verſ.10.* Multò magis itaque ex ſpiritualium bonorum ſemente licet ſperare meſſem bonorum corporalium; Nam ſi nos (inquit iterum Apoſtolus) vobis ſpiritualia ſeminamus, num magnum eſt, ſi carnalia veſtra metamus? *verſ.*
6 *11.* (3.) † Ex loco parium: Num ego ſolus ac Barnabas non habemus poteſtatem non operandi, *v. 6.* nam & Pſeudodoctores ſtipendia accipiunt; cur non idem liceret Doctoribus veris? *verſ. 7.* (4.) Ex lege
7 Moſaica; † Scriptum eſt in lege Moſis: Non alligabis os bovi trituranti, *verſ. 9.* Num de bobus cura eſt DEO? propter nos utique hoc dicit, *v. 10.* (5.) Ex Ordinatione divinâ Sacerdotes Veteris Teſtamenti con-
8 cernente: † Neſcis, quoniam qui ſacris operantur, quæ de ſacrificiis ſuperſunt, edunt? & qui altari deſerviunt, cum altari participant? *v. 13.* (6.) † Ex novo Teſtamento: Ita & Dominus ordinavit, ut qui 9
Evangelio miniſtrant, etiam de Evangelio vivant, *v. 14.* Luculenter probant hæc argumenta, jure petere miniſtros verbi ſalaria: quæ & ipſis propterea conſtitui & exſolvi debent ſecundum illud Chriſti: Dignus eſt operarius alimento ſuo, Joh. Gerhard. *in loc. de miniſt. Eccleſiaſt. cap. 7. prior.* §. *324.* Frideric. Balduin. *de inſtit. miniſtr. cap. 27. pag. 296.* Quod † hiſce in provinciis 10
minus dubium habet propter *Ordin. Eccleſ. in art. general. 20. verſ.* So ſollen derowegen die Zuhörer und Eingepfarrten ihren Pfarrern und verordneten Kirchen-Dienern mit Willen und gern / was zu ihrer Unterhaltung gebührlich / beſonders aber / was hierzu geſtifftet und verordnet / geben und ohne Verringerung und alle Schmälerung folgen laſſen.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Dresdenſe Superintendenti Biſchoffswerdenſi, & Præfecto* zum 11
Stolpen / *die 6. Novembr. An. 1612. (Verba Reſcripti:* Wann dann daraus zu befinden / daß eure Handlung ohne Frucht abgangen / die Eingepfarrten auch den Häuſel-Groſchen vor die ausgekaufften Garten und Häuſel ſich zu entbrechen / nichts erhebliches anziehen können; Als begehren wir hiermit / Ihr der Schöſſer wollet ihnen auferlegen / daß die Gärtner / Häusler und Hausgenoſſen dem Pfarrer und Schulmeiſter vermöge der *Generalien* / ihr Gebühr vor die Seelſorge entrichten ſollen / in Verweigerung das ſchuldige Theil durch gebührliche Mittel darzu *compelliren* und anhalten / ꝛc.)

DEFINIT. XCVII.
Conſignanda ſunt à Magiſtratu ſalaria miniſtrorum Eccleſiæ, atque matriculæ inſerenda.

SUMMARIA.

1. *Salaria miniſtrorum Eccleſiæ matriculæ Conſiſtorii inſerenda.*
2. *Quem in finem?*
3. *Ad curam Magiſtratûs ſpectat miniſtrorum Eccleſiæ ſuſtentatio.*
4. *Quod probatur ex jure divino.*
5. *Etiam gentiles ſacris ſuis adminiſtrandis reditus conſtituerunt.*
6. *Ut & Ægyptii Sacerdotibus ſuis.*
7. *Idemque fecit Romulus.*
8. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 9.*

1 Conſtitutis Eccleſiæ miniſtris & Paſtoribus certis ſalariis, qualia ac quanta ea ſint, à Magiſtratu conſignari & matriculæ Conſiſtorii inſeri debet, ut habeant, in quo
2 ſe fundare queant † adverſus parœcianos contradicentes, & ſalaria ipſis denegantes: quod & judicem poſtea informare
3 poteſt, ut ſuper hâc lite tutò decidat. † Ad curam nempe Magiſtratûs tanquam nutricii Eccleſiæ maximoperè pertinet honeſta miniſtrorum ſuſtentatio, juxta effatum Scripturæ de Eccleſiâ: Suges lac gentium, & † de mamillâ Regum lactaberis, *Eſai.* 4
cap. 60. 16. Eccleſ. 7. 33. & 34. Anton. Fab. *in Cod. lib. 3. tit. 12. defin. 18. n. 5.* Joh. Lorin. *in comm. Num. cap. 11. verſ. 12. & 13.* † 5
Quare & ſaniores gentiles ex ſolo naturæ lumine non ignorantes, Numen aliquod eſſe, quod divino & ſacro cultu ſit venerandum, ſacris ſuis quamvis profanis ſolenniter adminiſtrandis reditus certos conſtituerunt, Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. libr. 3. claſſ. 1. cap. 8. numer. 5.* † veluti Sacerdotibus Ægy- 6
pti Rex conſtitutum dabat, ne tempore famis

famis cogerentur terras ſuas pro cultu ſa-
crorum ſibi adſignatas Regi vendere, *Ge-
neſ. 47. v. 22.* Johann Oldendorp. *1. conſil.
Marpurg. 5. n. 20.* Reinking. *dict. loc. num. 6.*
7 † & Romulus dividendo agrum Roma-
num in tres æquas partes: unam ſacris fa-
ciendis: ſecundam Reipubl. tertiam Civi-
bus aſſignavit, teſte Dionyſ. Halicarn. *an-
tiq. Roman. lib. 2.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Mauritio à* Schönberg in Auerswalde / *die 15. Decembr.* 8
Anno 1609. (Verba Reſcripti: Was höchſt-gedachter unſer gnädigſter Herr uns auff euer beſchehenes unterthänigſtes *Supplici*ren wegen des halben Pfarr-Lehens und des Pfarrers Beſoldung zu Auerswalda gnädigſt anbefohlen / ſolches befindet ihr aus inliegender wahren Abſchrifft. Wann wir dann das *Original* allbereit der Ober- *Conſiſtorial-Matricul*, und hiervon begläubte Abſchrifft durch den Schöſſer zu Lichtenwalda zu künfftiger Nachrichtung in das Amt-Buch daſelbſt einverleiben laſſen; So werdet ihr euch darnach zu achten / und auff begebende Fälle ſolches bey Verfertigung euers Lehen-Brieſes zu gedencken wiſſen / möchten wir euch nicht verhalten / ꝛc.)

Et † *Commiſſariis deputatis ad cauſam* die Pfarr zu Wildenhain betreffende / *die 30.* 9
April. Anno 1630. (Verba Reſcripti: Als begehren wir / Ihr wollet ſolches anordnen / auch ein *Exemplar* neben dieſem *Original-*Befehlich in der Kirchen zu Wildenhain beylegen / das andere *Exemplar* aber und dieſes Befehlichs Abſchrifft in unſerm *Conſiſtorio* zu Wittenberg *immatriculi*ren laſſen / damit über dieſer Anordnung ſchuldiger Gebühr gehalten werde / zu welchem Ende wir euch angeregten und gedoppelten vollnzogenen *Receſs* hierbey zurück ſenden / möchten wir euch in Antwort nicht bergen / ꝛc.)

DEFINIT. XCIIX.

Cavendum eſt, ne ſalaria & reditus miniſtrorum Eccleſiæ deminuantur.

SUMMARIA.

Magiſtratui incumbit curare, ut miniſtris Eccleſiæ dentur ſalaria.
2. *Quod probatur ex Ordinatione Eccleſ. Electorali Saxon.*
3. *Idque propter Miniſterii dignitatem.*
4. *Miniſtri Eccleſiæ ſunt Legati Dei & diſpenſatores myſteriorum.*
5. *Salaria ſemel conſtituta non revocanda.*
6. *Beati Lutheri judicium hâc de re.*
7. *Magiſtratus cogat ſubditos, ut reſtituant reditus ſubtractos.*
8. *Probatur hoc ex Ordinatione Eccleſ.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOn ſolum itaque parœcianis, ſed
etiam Magiſtratui incumbit pro-
videre, quò certa miniſtris Eccle-
ſiæ conſtituantur ſalaria, ac etiam
juſto tempore & termino præfixo præciſè
2 exolvantur, *Ordinat. Elect.* † *Eccleſ. art. ge-
neral. 20.* §. Und nachdem. *verſ.* Sollen die
von der Obrigkeit dran ſeyn / und mit
Fleiß verſchaffen / daß den Pfarrern und
Kirchen-Dienern auff beſtimte Zeit ihre
gebührende Beſoldung ohne allen Ab-
bruch oder Vortheil vollkömmlich gege-
ben werde / damit ſie ſich der Billigkeit
nach nicht darüber zu beklagen haben.
non tantummodò propter Miniſterii di-
3 gnitatem, † ne ob paupertatem vileſcat, *Cle-
ment. in pleriſque. ibi: ne mendicitatis oppro-
brio ſerenitatem pontificialis obnubilent digni-
tatis, de elect. & elect. poteſt.* Petr. Martyr.
in lib. 2. Reg. cap. 5. v 15. & 16. fol. 239. ſed & ad
teſtificandam obſervantiam tàm erga mi-
niſterium, quàm ipſos verbi miniſtros, † 4
qui ſunt Legati DEI & diſpenſatores my-
ſteriorum ejus, *1. Cor. 4.* Si enim hoc fit
legatis Procerum terrenis, qui comiter &
liberaliter habentur à Principibus, multò
magis fieri id debet Legatis Chriſti, Theo-
dor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt.
libr. 3. claſſ. 1. cap. 8. n. 3.* Maximè omnium
verò præcavendum, † ne ſemel conſtituta 5
ſalaria rurſus revocentur, ſtipendia extin-
gvantur, & reditus deminuantur; quod
fit, ſi diripiantur bona piâ majorum devo-
tione uſibus ſacris legata, ne tandem Ec-
cleſia deſtituatur idoneis membris in ſcho-
lis & templis, Frideric. Balduin. *de inſtitut.*

6 *niſtror. cap. 27. pag. 299.* † Unde B. Lutherus *ſupr. cap. 10. Matthæi* ſcribit: Notandum hoc loco, quoad jure divino debetur miniſtris victus & amictus, & peccant hodiè graviter, qui Chriſtiani eſſe volunt, & tamen miniſtris nihil contribuunt, alii etiam ſubtrahunt eis, quæ reddi fundata ſunt, ut Ruſtici, Nobiles, Cives, &c. Reddent ei rationem, qui hîc dicit: Dignus eſt operarius mercede ſuâ; illi autem fraudant mercede eos, qui digni ſunt. Deinde notetur, quod non tantùm cibum operarii approbat, ſed & mercedem, ſcilicet quo & alia neceſſaria comparare poſſet. *Hactenus Lutherus* allegatus à Balduin. *dict. cap. 27.* † Nunquam non igitur 7 pius magiſtratus impiis hiſce parœcianorum auſibus obviabit, adigendo eos ad reſtituendum id, quod reditibus detraxerint. Quò † pertinet *Ordin. Eccleſ. artic. general.* 8 *22. §. ult. in verb.* Wäre auch dem Pfarrer hierüber ſonſt was mehr entzogen / ſind wir geneigt / nach deſſen Befindung ernſtlich zu verſchaffen / daß ſolches wieder zu den Pfarren gebracht werde / ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti ac Præfecto* zum Hayn / *& Wilhelmo à* Köckeritz in Walda / *die 30. Martii Anno* 1625. *(Verba Reſcripti*: Als iſt / ꝛc. unſer Begehren / Jhr ingeſammt wollet / ſo bald zu geſchehen müglich / euch nach Sckaſſa begeben / den Pfarrer / *Cuſtodem*, Kirchväter und andere Eingepfarrten nebens Chriſtian von Schleinitz und Heinrich von Schleinitz Lehens-Erben vor euch erfordern / den Pfarrer und *Cuſtodem* ihre Beſchwerung / was ihnen allenthalben an Einkommen und ſonſten gebühret / anbringen laſſen / gedachte von Schleinitz darüber hören / von der Kirchen Vorſtehern und andern Eingepfarrten nothdürfftige Erkundigung einziehen / und darauff des Abtrags halber ſie nach billigen Dingen gütlich vergleichen / auch ſonſten gebührliche Weiſung thun / und daran ſeyn / damit der Pfarre uñ Schulen nichts möge entzogen werden / Uns auch / wie ihr ſolches alles verrichtet / zur *Ratification* oder fernerer Anordnung ungeſäumt zu erkennen geben / ꝛc.) 9

Definit. XCIX.

Auctis parochianorum prædiis augeri quoque debent ſalaria & ſtipendia miniſtrorum Eccleſiæ.

SUMMARIA.

1. *Augeri debent reditus miniſtrorum Eccleſiæ.*
2. *Non tamen mediis illicitis: & quænam illa?*
3. *In Galliâ quondam carebat ſepulturâ, Eccleſiæ qui nil legâſſet.*
4. *Eccleſia opibus major, virtutibus minor.*
5. *Nimis ſoliciti non ſint Paſtores de augendis Eccleſiæ reditibus.*
6. *Prædiis auctis augeri debent Paſtorum ſtipendia.*
7. *Pro ratione facultatum contributio indicenda.*
8. *Et pro numero agrorum contribuant parochiani ad ſtipendia Eccleſiæ miniſtrorum.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOn diminui, ſed augeri ſtipendia & reditus miniſtrorum Eccleſiæ omninò pium eſt, ita tamen, ne corradantur opes irritamenta malorum, quod infortunii ſub papatu plurimi ſunt experti, qui vel annatas ſolvere, vel pallium redimere neceſſum habuerunt, de quo multùm fuit conque-
2 ſta † Natio Germanica ſub Maximiliano I. Imper. apud Goldaſt. *in volum.* Reichs-Satzung. *fol. 215.* ut taceam indulgentias, aliosque acquirendi & privatorum fortunas evacuandi modos pontificios, inter quos in Galliâ † ſeculis ſuperioribus 3 hic fuit valde pernicioſus, ut qui teſtamento nihil Collegiis eccleſiaſticis legaſſet, honore ſepulturæ carebat: ſi quis autem inopinato caſu occubuiſſet, ſacrificulus Pontificis juſſu mortuo teſtamentum condere, & quæ vellet, Eccleſiæ arbitratu ſuo quaſi teſtator legare ſolebat, quem morem tamen ſuſtulit Curia Pa-

Pariſiorum, Johan. Bodin. *de Repub. libr. 5.*
4 *cap. 2.* † ut non malè dixerit Hieronymus *in vita Malchi:* Poſtquam Eccleſia cœpit habere Chriſtianos magiſtratus, facta eſt quidem opibus major, ſed virtutibus minor. Qui enim de augendis reditibus
5 quotidiè loquuntur & cogitant, † ſunt potiùs inſtitores, quàm Paſtores Eccleſiæ, Hoſtienſ. *in ſummar. de major. & obedient. col. pen.* Nevizan. *in ſyl. nupt. lib. 4. num. 147.* Alia ergò & licita ſunt quærenda augmenta, quibus ſubveniatur miniſtris Eccleſiæ:
6 nempe † ut prædiis amplificatis augeantur ſtipendia juſtâ ex proportione, ne inducatur inæqualitas, ſed ut parochiani pro ratione ſuarum facultatum & patrimonii ad ſalaria contribuant, prout in aliis contributionibus hic † mos laudabiliter practi- 7
catur & jure probatur, *l. 1. C. de muner. patrimon. l. 4. C. quemadmod. civil. muner. indic. lib. 7. 8. & 12. C. de oper. publ. lib. 4. & 5. ff. de cenſib.* Henr. Bocer. *de collect. cap. 8. num. 4.* Caſp. Klock. *de contrib. cap. 17.* Matth. Weſenbec. *conſil 103. & conſil. 215.* Ægid. Thomat *in tract. de collect. n. 6. & 10. in pr. §. retenta. n. 2.* † Et cùm pro numero 8
agrorum parochiani contribuant ad ſtipendia miniſtrorum Eccleſiæ, prout videre eſt ex *Ordinat. Eccleſ. art. general. 25. verb.* Von jeder Hufen einen Groſchen zu geben/ utique & auctis agris contributionem augeri neceſſe eſt.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Præfecto* zum Hayn/ *die 4. April. Anno 1625. (Verba Reſcripti:* Es hat in jüngſt-gehaltener *Viſitation* der Pfarrer zu Lentz *M. Hieronymus Opitius* ſich beklaget / daß in ſeinem Kirchſpiel etliche Güter an Acker und Wieſewachs vermehret worden / derowegen er um Erhöhung ſeiner Gebühr und Zinſen angeſuchet. Wann dann hierauff in dem erfolgten *Synodo* eine *Commiſſion decreti*ret worden/ wie ihr aus der Inlage zu erſehen: Als iſt ꝛc. unſer Begehren / Ihr wollet auffs ehiſte gedachten Pfarrer und alle *Intereſſente*n vor euch beſcheiden/ dieſelben über des Pfarrers Suchen vernehmen/ daneben wie es um die angezogene Aecker und Pfaffenhufen allenthalben bewandt/ euch erkundigen/ darauff mit den Partheyen Handlung pflegen/ und ſo viel möglich/ Fleiß anwenden/ damit dem Pfarrer hiervon künfftig ein mehrers an Getreyde oder Gelde jährlich entrichtet werde/ auch uns euere Verrichtung zur *Ratification* oder anderer Anordnung förderlichſt zu erkennen geben/ ꝛc.) 9

DEFINIT. C.

Novaſſi erigantur ac ædificentur molendina, augmentum ſtipendiis miniſtrorum Eccleſiæ addi debet.

SUMMARIA.

1. *Ex amplificatione bonorum augenda ſunt Paſtorum ſalaria.*
2. *Nec non ex erectione novorum molendinorum.*
3. *Qualiacunque etiam ſint molendina.*
4. *Auctis molendinis augentur labores Paſtorum.*
5. *Salarium correſpondere debet operis.*
6. *Erectione novi molendini amplificantur reditus parochianorum.*
7. *Pro ratione facultatum ſalaria à parochianis exigenda.*
8. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
9. *Ejusdem Reſcriptum.*

1 IN ſpecie verò ex amplificatione bonorum augeri debent ſalaria Paſtorum & miniſtrorum Eccleſiæ, ſi in Diœceſi nova ædificentur ac erigantur molendina, ſive ſint pnevmatica, ſive aquatica, Wind- oder Waſſer-Müh-
2 len/ (1.) † per textum expreſſum *in Ordinat. Eccleſiaſt. art. gener. 22. §. ult. verſ.* Wo auch neue Mühlen/ dadurch eines Pfarrers Arbeit vermehret wird/ angerichtet werden / ſoll nach des *Synodi* Erkäntniß ihme gebührliche und billiche Vergleichung geſchehen. Non certè diſtingvit hæc ſanctio † inter molas, quæ à vento 3
vel aquâ agitantur, aut etiam aquis ſupernatant, Schiff-Mühlen / ut proinde de omnibus indifferenter molendinis accipi debeat, *arg. l. de pretio. 8. ff. de public. in rem actione. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſt.* (2.) † Cujus diſpoſitionis hæc exprimitur ratio, quod fieri non poſſit, ut non 4
augeatur labor Paſtoris Eccleſiævè miniſtro-

ſtrorum ex perſonâ molitoris ejusque familiâ & famulitio, unde plures curæ ejus ſubmittuntur parochiani. † Cur non ergò
5 augmentum laborum operaretur additamentum ſalarii, quod correſpondere debet operis, *arg. l. ſi uno anno. 15. §. item cùm quidam. ff. locat. l. deſertorem. 3. §. 12. ff. de re militar.* (3.) Et cùm † erectio novi molendini non parùm amplificet reditus parochianorum, æquum omninò eſt, ut ex novis reditibus addatur aliquid ſalariis mi-
6
niſtrorum Eccleſiæ, quia pro ratione † fa- 7
cultatum ad exſolutionem ſtipendiorum diſtributio inter parochianos fieri debet, *Ordinat. Eccleſiaſt. art. general. 25.* non aliter ac diſtributio collectarum, *l. fructus. 23. C. de act. emt. l. 2. C. de annon. & tribut.* Johan. Garc. *de expenſ. cap. 11. n. 145.* Joh. Baptiſt. Valenzvela Velasques *conſil. 94. num. 54. & 55.* Camill. Borell. *conſil. 63. num. 23.* Florez-Diaz de Mena *quæſt. 21. num. 82.* Alvar. Valaſc. *de jur. emphytev. quæſtion. 17. n. 2.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad informationem Benedicti Pauli, Paſtoris* in Aue / *die 27.* 8
Julii Anno 1611. (*Verba Sententiæ:* Hat ein Bauer / mit Namen Hans Böhme / im *Filial* Bockau ſein Guth verkaufft / und hingegen eine Mühle gebauet / und ſeine Nahrung in die vier Jahr lang mit groſſem Nutzen darauff getrieben / und weil er eine neue Haußhaltung angefangen / und mit vielem Geſinde beſtellen muß / werden dadurch eure *Labores* und Gefahr in Sterbens-Zeiten nicht wenig vermehret / ꝛc. So iſt gedachter Hans Böhme und alle künfftige Beſitzer der Mühlen euch von Zeit der neu-aufferbauten Mühle auff Ermäßigung des Superintendenten zu Zwickau und Schöſſers zu Schwartzenberg ein gewiſſes zu zinſen ſchuldig; In Verweigerung deſſen wird euch / nach eingeſchickten ermeldtes Superintendenten und Schöſſers Bericht und des *Synodi* Erkäntniß / gebührliche und billiche Vergleichung gemacht / V. R. W.)

Nec non † *Superintendenti Annæbergenſi & Quæſtori* zum Wolckenſtein / *die 2. Auguſti* 9
Anno 1615. (*Verba Reſcripti:* Wann dann der *22. General-Articul* in der Kirchen-Ordnung zu Ende beſaget / wo auch neue Mühlen / dadurch eines Pfarrers Arbeit vermehret wird / angerichtet werden / daß nach des *Synodi* Erkäntniß ihme gebührliche und billiche Vergleichung geſchehen ſoll / und der von Berbißdorff nicht in Abrede / daß er dieſe Mühle neu erbauet / und durch den neuen Miethmüller / auch deſſelben Weib / Kinder und Geſinde dem neuen Pfarrer ſeine Arbeit vermehren: Als begehren ꝛc. wir hiermit / Ihr beyde wollet zwiſchen dem von Berbißdorff und dem Pfarrer gütliche Vergleichung treffen / und ſolche zur *Immatriculation* neben der Gebühr anhero überſenden / in Entſtehung aber uns / was vor euch vorgelauffen / mit Wiederſendung des Inſchluſſes berichten / ꝛc.)

Definit. CI.

Uſusfructus ſylvæ cæduæ parochianæ ceu pars ſalarii cedit Paſtoribus: & qualisnam ſit?

SUMMARIA.

1. *Plerisque in pagis certa ſylva ad uſum Paſtoris deſtinata.*
2. *Qualis hujus uſus eſſe debeat?*
3. *Clara de hoc extat ſanctio in Ordinat. Eccleſ. Elect. Saxon.*
4. *Quod ſi ligna ſuperſint?*
5. *Num à Paſtore vendi queant?*
6. *Deciſio negativa: & quomodo pecunia ex lignis collecta ſit elocanda?*
7. *Ratio hujus deciſ.*
8. *Salarium ita exolvendum, ne præjudicetur ſucceſſoribus.*
9. *Reſcriptum Electorale.*
10. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 Pleriſque in pagis certa ſylva ad uſum Paſtoris deſtinata eſt, quam vulgò parochianam vocant, das Pfarr-Holtz / cujus fructus augent ipſius ſalarium, ut videre eſt ex *Ordinat. Eccleſ. artic. gener. 31.* Von Pfarr-Höltzern. † quibus tamen haut pro lubitu, nec 2
cum devaſtatione totius ſylvæ cæduæ, ſed juxta legem præſcriptam uti debet, ita ut juſto tempore, loco, & cum præſcitu Patro-

troni, vel præfectorum Eccleſiæ, der Kirch-
Väter/ ligna cædat, quantum id fieri pot-
eſt ſine devaſtatione ipſius ſylvæ, ne uſus-
fructus conſumat ipſam proprietatem vel
devoret ſalarium ſubſequentium annorum,
3 veluti † proviſum *in dict. art. general. 31. verſ.*
So wollen wir. *in verb.* So wollen wir/
daß hinfüro den Pfarrern ihres Gefal-
lens Holtz zu hauen nicht verſtattet/ ſon-
dern nach Gröſſe und Gelegenheit/ auch
Abtheilung des Holtzes/ zu rechter Zeit
und guten gelegenen Orten (damit es
wiederum wachſen/ und nicht etwa gar
verhauen werden möge/) mit Vorwiſ-
ſen der Erb- und Lehn-Herren (da die
verhanden/ oder zu erlangen) oder in
Mangel des Richters und der Kirch-
Väter nothdürfftig Feuer-Holtz zu hau-
en angewieſen/ und ferner nichts weder
durch ſie/ die Pfarrer/ Kirchväter oder je-
mands anders aus den Pfarr-Höltzern
zu Breñholtz oder Bauen etwas gehau-
en werde/ damit alle nachkomende Pfar-
rer ſo wohl und viel Holtzes finden und
haben mögen/ wie die itzigen Pfarrer
haben und bekommen. Fieri tamen quan-
doque poteſt, † ut pro ratione ſylvæ cæ- 4
duæ ligna non modò uſui Paſtoris ſuffici-
ant, ſed etiam ad vendendum aliis ſuper-
ſint, annè tùm † ipſemet Paſtor pro lubitu 5
ligna ſuccidere & vendere, pretiumque in-
de redactum in ſuos uſus convertere pote-
rit? Neutiquam ſanè; † ſed pecunia illa 6
ſub uſuris elocari debet, quæ poſtea cedunt
Paſtori, ſorte reſervatâ ſucceſſoribus: alio-
quin enim pecuniâ conſummatâ parum lu-
cri ex venditis lignis accederet Eccleſiæ,
ſi † non potius damnum inde daretur ex 7
immodica ſucciſione ac devaſtatione to-
tius ſylvæ cæduæ. Ita verò adminiſtranda
ſunt bona Eccleſiæ, ut augeantur potius,
quam deminuantur, *ſupra Definit. 98.* † & 8
ita ſalarium exſolvi debet, ne præjudicetur
ſucceſſoribus, *dict. artic. general. 31. verſ.* Da-
mit alle nachkommende Pfarrer/ ꝛc.

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Commiſſariis deputatis ad cauſam concernentem Paſto- 9
rem in Wildenhain, die 30. April. Anno 1630. (Verba Reſcripti: Wann wir es denn
in allen Puncten bey eurem *Receſs*, jedoch bey dem letzten Punct wegen Anwei-
ſung des Pfarr-Holtzes dergeſtalt bewenden laſſen/ daß dem Pfarrer die
Nothdurfft vor ſeine Haußhaltung zu rechter Zeit ohne beſonders Anweiſe-
Geld und zwar Anfangs von den Windbrüchen und dürren Eichen/ da derer
verhanden/ ſonſten aber in andere Wege angewieſen/ auch da ohne Verwü-
ſtung der Pfarr-Gehöltze der Kirchen oder andern um die Bezahlung etwas
ausgelaſſen werden kan/ ſolches Geld jedes mal zum Hauptſtamm gemacht/
gegen Verſicherung ausgeliehen/ und dem Pfarrer hiervon die Zinſen In-
halts der Kirchen-Ordnung gefolget werden ſollen; Als begehren wir hiermit
gnädigſt/ Ihr wollet ſolches alſo anordnen und darüber halten laſſen/ ꝛc.)
Et † Conſiſtorium Supremum Nicolao Gebhardo à Miltitz, & Superintendenti Dresdenſi 10
die 15. Februar. An. 1630. (Verba Reſcripti: Wann dann vermöge der Churfl. Kir-
chen-Ordnung die Zinſen von der Nutzung des Pfarr-Holtzes dem *Paſtori
tanquam pars ſalarii* gehörig; Als iſt hierauff an ſtatt ſeiner Churfl. Durchl.
unſer Begehren/ Ihr wollet bey den Kirch-Vätern die Verordnung thun/
damit *Supplicanten* die bey ſeiner Zeit/ auch künfftig betagte Zinſen / ſo lange
er dieſes Orts das Pfarr-Amt verſorget/ gefolget werden/ ꝛc.)

Definit. CII.

Panes Paſtoribus debiti pondere & qualitate correſpondere debent panibus parochianorum pro cujusque familia piſtis.

S U M M A R I A.

1. *Omnes indifferenter Eccleſiæ miniſtri ſunt ſuſtentandi.*
2. *Differens tamen eſt modus ſuſtentationis.*
3. *Et quisnam in pagis & oppidis?*
4. *Probatur modus ſuſtentationis ex Ordinat. Eccleſ. Elect. Saxon.*
5. *Panes certi in villis Eccleſiæ miniſtris præſtantur.*
6. *Parochiani erga miniſtros Eccleſiæ ſæpè ſunt ingrati.*

7. *Qua-*

7. *Quales ratione ponderis & qualitatis debeant eſſe panes? n.* 10.

8. *Eccleſiæ miniſtri à parochianis alimentandi.*

9. *Deterioris ne ſint conditionis Eccleſiæ miniſtri, quàm famuli operarii.*

11. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. numer. 12.*

1 Etſi paſtores Eccleſiævè miniſtri indifferenter ſuſtentari debeant, quia dignus eſt quilibet operarius mercede ſua, *1. Tim. 5. verſ. 18.* & qui altari ſervit, ab eo eſt ſuſtentandus, *c. eccleſias. 13. quæſt. 1. cap. Epiſc. extr. de offic. judic. ordin. in 6to.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 25. n. 19.* Rittershuſ. *in comment. ad Novell. part. 1. cap. 7. num. 90.* haut tamen
2 indifferens eſt † modus ſuſtentationis, nec eadem ſalariorum ratio; in oppidis namque ſalaria Paſtorum in certâ pecuniæ nu-
3 meratæ ſummâ potiſſimum conſiſtunt; † at in pagis & villis ex fructibus agrorum, decimis aliiſque reditibus præſtantur, prout
4 innuit † *Ordin. Eccleſ. in artic gener. 20.* §. Und nachdem gemeiniglich in den Städten den Pfarrern und Kirchen-Dienern ihre Unterhaltung auf ein gewiſſes und genanntes verordnet / ſo ihnen auf jedes *Quartal* gereichet / *&c. junct. verſ.* In Dörffern aber / weil ihr Unterhalt gemeiniglich auf den Ackerbau und andern
5 *Accidentialien* geſetzt / &c. † ita & panes certos in villis ac pagis ex inveteratâ conſuetudine Paſtoribus præſtari videmus, qui & ipſi pars ſunt ſalarii. Non rarò autem de horum pondere & qualitate Paſtores con-
6 queruntur, † cùm ſæpiſſimè parochiani erga miniſtros verbi, proh dolor! ingrati exiſtant, minutiſſimos panes vel ex viliori frumento & glumis piſtos atque coctos offerant, quo ipſo non parum eorum ſalarium diminuitur. Ut ergò Paſtoribus ſubveniatur, † injungitur parœcianis, ut 7
ratione ponderis ac qualitatis tales quisque det panes Paſtori, quales ipſemet pro ſe, familiâ, & famulitio ſuo coquit, ſo gut er in ſeiner Haußhaltung und vor ſich ſelbſten bäcket. Cùm enim auditores † verbi 8
miniſtros ſuſtentare debeant juxta illud: Qui à Paſtoribus Eccleſiæ ſpiritualia bona metit, is lege gratitudinis carnalia iis retribuere neceſſe habet, *1. Cor. 9. verſ. 11.* æquum eſt, ut talia præſtentur alimenta, quibus ipſimet veſcuntur; † nec deterioris 9
conditionis eſſe debent Paſtores ſacra miniſtrantes, quam famuli operas manuales præſtantes. Quâ de re clara extat † ſanctio 10
in Ordinat. Eccleſiaſt. artic. general. 40. §. Damit ſich auch / *&c. verba.* Doch von vielē Bauern / indeme daß ſie ſolch Brod / ſo ihnen ſoll gegeben werden / übel oder viel zu klein backen / betrüglich gehandelt wird; So ſoll hinführo ein jedes Brod / ſo man zu geben ſchuldig iſt / ein gewöhnlich hausbacken Brod / und aufs wenigſte einen Groſchen werth ſeyn / ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Præfecto Mühlbergenſi, die 28. Julii Anno 1613.* (*Verba Reſcripti*: Begehren demnach ꝛc. Ihr wollet Beklagten auferlegen / oder den billichen Werth / was dergleichen Brod jederzeit gelten wird / dem Pfarrer darreichen ſollen / in Verbleibung die Widerſpenſtigen durch gebührliche Hülffs- oder Zwangs-Mittel darzu *compelli*ren und anhalten / ꝛc.) 11

Et † *Superintendenti ac Senatui Freybergenſi, die 16. Junii Anno 1614.* (*Verba Reſcripti*: 12
Wann dann die Kirchen-*Matricul de An. 1575.* klar beſaget / daß ein jeglich Bauer-Gut dem Pfarrer ein Brod / ſo groß ſie es vor ſich und die ihrigen ſelbſt backen / die Gärtner aber jeder 6. Pfennige vor ein Brod auf *Michaelis* zu geben ſchuldig; Als begehren an ſtatt ꝛc. wir hiemit / Ihr wollet *Supplicanten* der Gebühr nach klagloß machen / oder uns / wie es um ihr Anziehen beſchaffen / mit Wiederſendung des Inſchluſſes zu fernerer Anordnung förderlichſt berichten / ꝛc.)

DEFINIT. CIII.

Idemque habendum de panibus Æditiuis ſive Cuſtodibus annuatim præſtandis.

SUM-

S U M M A R I A.

1. *Æditui quoque quibusdam in locis panes præſtantur.*
2. *Quales hi eſſe debeant? n. 6.*
3. *Æditui miniſterium præbent Eccleſiæ.*
4. *Probatur hoc ex Ordin. Eccleſ. Elect. Sax. num. 5.*
7. *Reditus Cuſtodum ſunt modici.*
8. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOn alia eſt ratio panum, quos in pagis ac villis Ædituis ſive Cuſtodibus paræciani annuatim præſtare obſtricti ſunt; Nam & hi pars ſalarii habentur, ac proinde ratione
2 ponderis & qualitatis tales offerendi; † quales quilibet ex parœcianis pro ſe & famulitio ſuo coquit & pinſit. (1.) Ex quo
3 enim Æditui & Cuſtodes † æquè miniſterium præbent Eccleſiæ, ac proinde miniſtri Eccleſiæ ſunt & dicuntur, ut monuimus *ſupr. Defin.* 75. quò & faciunt verba
4 † *Ordinat. Eccleſ. art.* 37. Von den Dorff-Küſtern. *in verſ.* Würde aber vom Kirchner in Kirchendienſten einig Verſäumniß oder Unfleiß befunden/ꝛc. ratione panum quoque quoad pondus & qualitatem eorundem diverſa inter Paſtores & Cuſtodes non admittenda eſt ratio, ſed æqualitas obſervanda. (2.) Eoque facit
5 † clara ſanctio Electoralis *in Ordinat. Eccleſ. art. general.* 40. §. Damit ſich auch *v.* Da auch die Gewohnheit den Pfarrern und Glöckner Brod zu geben/ & poſtea: So ſol hinfüro ein jedes Brod / ſo man den Pfarrherren und Glöcknern zu geben ſchuldig iſt / ein gewöhnlich hausbacken Brod ſeyn / ꝛc.
(3.) Quis etiam † Æedituos & Cuſtodes 6
non præferre velit famulitio ruſticano in villis & pagis, cùm digniora præſtent ſervitia Eccleſiæ, quàm agro & ſterquilinio. Quod ſi ergò illud veſcatur panibus Domini ſui, cujusque parochiani, quibus ipſemet fruitur, non certè æqualis invidenda eſt ſuſtentatio Æditui Eccleſiæ
miniſtris. (4.) Et cùm horum † ſalaria & 7
reditus communiter ſint modici, adeò ut cum familiâ ſuâ vix inde ſe alere queant, nihil prorſus de pondere & qualitate panum eſt ipſis detrahendum, quin potiùs eorum ſalaria augenda & amplificanda, *arg. Ordin. Eccleſ. art.* 22. §. *ult. verſ.* Wäre auch/ ꝛc. & *dict. tit.* 40. §. Als auch die Glöckner.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi & Præfecto Lichtenwaldenſi die* 13. *Jan. Anno* 1613. (*Verba Reſcripti*: Welcher maſſen uns der Schulmeiſter zu Ebersdorff Paul Hanefelder *ſupplicando* angelanget / das habt ihr inliegend zu befinden. Wann dann im jüngſten *Synodo* erkant/ daß 12. Brod auf einen Dreßdeniſchen Scheffel gerechnet werden ſollen; Als begehren ꝛc. wir hiermit/ Ihr wollet daran ſeyn / damit *Supplicant* ſeine Brödung Inhalts ſolches *decreti* von denen Eingepfarrten erlangen möge/ auch wegen der geſuchten Beyſteuer und Holtzes vorige Befehliche ſchleunig zu Wercke richten/ ꝛc.) 8

DEFINIT. CIV.

Quandoque pro panibus pretium & æſtimatio exſolvitur Paſtoribus atque æedituis: quanta hæc eſſe debeat.

S U M M A R I A.

1. *Præſtatur quandoque loco panum horum æſtimatio.*
2. *Certa horum æſtimatio determinata.*
3. *Annona non ſemper eadem eſt.*
4. *Mutatur hinc ſæpè æſtimatio.*
5. *Conſuetudo ſemper attendi debet.*
6. *Præſertim in præſtatione panum.*
7. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 8.*

1 HAut rarò accidit, ut loco panum æſtimatio eorundem ſive pretium Paſtoribus & æedituis veniat exſolvendum, nempe ſi panes in promptu non ſint, aut ſi non de vero eorundem pondere juſtâve qualitate inter parochianos & Eccleſiæ miniſtros conveniat, quo caſu æſtimatio ſuccedit &
præſtanda eſt. Etſi vero † hæc in Ordi- 2
natione Eccleſiaſticâ fuerit determinata, & pro

&pro ſingulo pane groſſus argenteus indictus & definitus, *in art. general.* 40. §. Damit ſich auch die Glöckner. *verſ.* So ſol hinfüro ein jedes Brod / ſo man dem Pfarrherr und Glöckner zu geben ſchuldig iſt/ein gewöhnlich hausbacken Brod und auffs wenigſte eines Groſchen werth ſeyn/oder ſo es geringe und dem Kirchner nicht annehmlich / ein Silbergroſchen dafür gegeben werde/
3 ꝛc. † attamen cum annona ſemper eadem ac certa non ſit; ſed pro ratione temporis & tempeſtatis multùm variet, non videtur huic ſanctioni præcisè inhærendum,
4 † ſed ratio temporis potiùs attendi debet; fieri enim poteſt, panem duobus ac etiam tribus emi groſſis, ut hîc tantum miniſtris Eccleſiæ pretium pro panibus exſolvi æquiſſimum ſit. Sanè ut alias, ita & hâc in re multum eſt attribuendum arbitrio boni viri & conſuetudini † quovis in loco receptæ, *l. 1. §. ult. ff. de ventr. inſpic. l. ſi ſervus. 50. §. ult. ff. de legat. 1. l. quod ſi nolit. 31. §. qui aſſidua. ff. de ædil. edict. l. ſemper in ſtipulationibus. 34. ff. de Reg. Jur. l. 3. §. ult. ff. de teſtibus.* nam conſvetudo jus facit, vimque legis habet, quin & derogat juri communi, *l. de quibus 32. ff. de legib.* Bartol. *in l. vires. 8. in fin. C. de diverſ. offic. libr. 12.* Jaſon. *in l. more. 5. col. 9. ff. de jurisdict. omn. judic.* præſertim hoc in caſu, † quo panum præſtatio nonniſi in conſuetudine eſt fundata, ut liquet ex *dict. art.* 40. §. Damit ſie auch. *verſ.* Da auch die Gewohnheit den Pfarrern und Glöcknern Brod zu geben/ ꝛc. 5 6

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Pirnenſi, & Dam à Bernſtein die 17. Octobr. Anno* 1631. *(Verba Reſcripti*: Wann wir denn euern des Superintendenten geſchehenen Vorſchlag der Billigkeit gemäß befinden; Als iſt hierauf an ſtat Ihrer Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr der Gerichtsherr wollet denen Beklagten auferlegen / daß ſie Klägern die vertagten Brod jedes mit 18. Pfen. bezahlen / und künfftig vor eines 2. Groſchen reichen / oder in Verweigerung an ſtatt 2. Groſchen ein tüchtig Haußbacken-Brod geben ſollen/ und alſo darüber halten/ ꝛc.) 7

Et † *Superintendenti ac Senatui Freybergenſi die* 30. *Junii Anno* 1613. *(Verba Reſcripti*: Wann denn aus eurem Bericht zu befinden/daß ſeither *Anno* 1575. die Hüfner zu Oberboberitzſch dem Pfarrer und Schulmeiſter jedem ein Brod/wie ſie ſolches vor ihre Haushaltung gebacken / oder dafür einen Groſchen gereichet; Als laſſen wir es geſtalten Sachen nach bey angeregtem Brod oder dafür 18. Pfenn. bewenden / und ihr werdet hierauf die Partheyen zu beſcheiden wiſſen/ ꝛc.) 8

DEFINIT. CV.

Miſſales, Opfferpfennige / quinam ſint, à quo & per quem exigantur?

S U M M A R I A.

1. *Nummi miſſales pars ſalarii habentur.*
2. *Origo horum nummorum. n. 3.*
4. *A quonam ſolvantur nummi miſſales?*
5. *Quatuor nummi miſſales annuatim præſtandi.*
6. *Conſuetudo in exſolutione nummorum miſſalium attendenda.*
7. *Quibusdam in pagis nummi miſſales multùm aucti.*
8. *Conſuetudo practicæ magiſtra.*
9. *Schulteti exigunt nummos miſſales.*
10. *Ad curam Principis pertinet ſuſtentatio miniſtrorum Eccleſiæ.*
11. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 NUmmi quoque miſſales pars ſunt ſalarii in pagis, Eccleſiæ miniſtris præſtandi, ut videre eſt ex *Ordinat. Eccleſiaſt. art. general.* 23. Vom Opffer. qui procul dubio ab antiquis oblationibus originem traxerunt
2 † Receptum namque fuit ab Eccleſiâ primitivâ, ut ante communionem ſacram cantiones à Clero recitarentur, interim populus oblationes Sacerdoti Lyturgiam agenti coram altari offerebat, quæ offertoria nuncupabantur, Chriſtoph. Beſold. *in theſaur. pract. verb.* Opffer. † Quò & facit illud Tertulliani: quisque modicam ſtipem menſtruâ die, vel cum velit & poſſit, apponit, *in apologet. cap.* 39. 3

Hodie

4 Hodie verò ex Ordinatione Eccleſiaſticâ Electorali † à quocunque homine in pago ac Diœceſi, qui duodecimum ætatis ſuæ annum attigit, ſingulo trimeſtri, quod vulgò Qvartal appellari conſvevit, unicus
5 ſaltem nummus miſſalis, & ita † quatuor nummi annuatim miniſtris Eccleſiæ ſunt exſolvendi, *dict. art. gen. 23. verſ.* So ſoll hinfüro ein jedes Menſch / das 12. Jahr erreichet / es habe *communici*ret oder nicht / ſeinem Pfarrer alle Qvartal einen / und alſo das gantze Jahr vier Pfennige Opffer-Geld unweigerlich zu geben
6 pflichtig ſeyn / ꝛc. Qua in re tamen † quid conſvetudine loci cujusque introductum, obſervari potiſſimùm debet, non paucis ſiquidem in pagis adaucti ſunt illi miſſales,
7 eorumque nomine † plus ſolvitur pecuniæ, quæ quatuor nummos abſorbet, prout indigitat *Ordin. Eccleſ. dict. art. 23. in fin.* Wo aber dißfalls ein mehrers zu geben hergebracht / ſoll es nochmals dabey bleiben / und hierüber dieſe vier Pfennige nicht gereichet werden. Nimirum ubique † conſvetudo eſt practicæ magiſtra, *Zaſ. ad l. contumacia. num. 12. ff. de re judic.* omneque dirigit & format actus mundi, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 7. defin. 21.* Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 2. cap. 9. num. 6.* Cæterum ne miniſtri Eccleſiæ miſſalibus defraudentur, † Schultetis pagorum incumbit, ut illos exigant, idque ſub mulctâ decem groſſorum, *dict. art. 23. verſ.* Damit ſie auch hiermit / ꝛc. Curioſus ſcilicet fuit de ſuſtentatione miniſtrorum Eccleſiæ Elector Saxoniæ glorioſiſſimus, probè gnarus, quòd † ad curam Principis tanquam nutricii Eccleſiæ maximoperè pertineat honeſta miniſtrorum ſuſtentatio, Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 8. in pr.* 8 9 10

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi in cauſâ M. Georgii Weinrichs, Paſtoris in Roswein contra Matthes Schmieden / Richtern zu Steinbach / *die 14. Februar. Anno 1610.* (*Verba Reſcripti:* So haben wir die Partheyen dahin verabſcheidet / daß Inhalts der *publicir*ten Kirchen-Ordnung hinfüro jeder Richter von ſeines Theils Unterthanen die Opffer-Pfennige auff die gewöhnliche Qvartal-Zeiten einbringen / und dem Pfarrer ſolche zu überantworten ſchuldig ſeyn ſoll / darnach ſie ſich zu achten / ꝛc.) 11

Definit. CVI.

Incolæ pagorum, qui agros haut poſſident, Häußler / Gärtner und Haußgenoſſen / ultra miſſales octodecim nummos Paſtori, & ſex Æditui zum Häuſel-Groſchen annuatim exſolvere obſtricti ſunt.

SUMMARIA.

1. *Modicum eſt lucellum nummorum miſſalium.*
2. *Ultra miſſales ſolvendi adhuc alii nummi,* Häuſel-Groſchen.
3. *A quibusnam hi ſolvantur?*
4. *Ratio horum nummorum,* des Häuſel-Groſchens.
5. *Multiplicatio incolarum auget labores Paſtorum.*
6. *Adducitur Ordin. Eccleſiaſtica Electoralis Saxonica.*
7. *Salarium operis debet reſpondere.*
8. *Nummi hi à Schultetis exigendi.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
10. *Ejusdem Decretum.*

1 Modicum profectò eſt lucellum, quod ſalario miniſtrorum Eccleſiæ accedit ex miſſalibus, *Definit. præced.* nequaquàm ergò aliud ipſis invidendum eſt augmentum ſalarii, vel ex ſervitiis in colendis ipſorum agris à parochianis præſtandis, de quibus *infra lib. 2.* vel ex Decimis, de quibus *titul. ſeqq.* Quin & ultra miſſales alii adhuc exſolvendi ſunt nummi Paſtoribus pariter & Æditui ab incolis, † qui agros haut poſſident, unde decimas ſolverent, vulgò die Häuſel-Groſchen / de quibus clara extat ſanctio Electoralis in *Ordinat. Eccleſiaſt. art. general. 24.* † Was die Häußler / Gärtner und Hauß-Genoſſen dem Pfarrer zu geben ſchuldig. *in verb.* So ſollen dieſelben an ſtatt des *Decems,* Zinß und 2 3

Brods / ſo die Hůfner zu geben pflegen / von ihnen ſelbſt / ihren Weibern / Kindern und Geſinde über den gewöhnlichen Opffer-Pfennig dem Pfarrer 18. Pfennige / und dem Glöckner 6. Pfennige jährlich zu geben ſchuldig ſeyn. *Et in fin.* Sollen die Erb-Herren und Amtleute ihre Unterthanen ernſtlich dahin halten / daß ſie ſolche zween Groſchen den Kirchen-Dienern erlegen / ꝛc. Nimirum
4 quia † decimas & reditus ex agris præſtare nequeunt incolæ ruſticani, qui in tuguriolis habitant, nec agros poſſident, æquum omninò eſt, ut aliâ graventur præſtatione, cum horum cura ſpiritualis æquè Paſtori-
5 bus & miniſtris Eccleſiæ incumbat, † nec parum eorum hinc augeantur labores, ſi præſertim ampla ipſis ſit familia, quàm rationem ſuppeditat *Ordin. Eccleſ. dict. tit. 24.*
in verb. † Demnach beyde Pfarrer und 6
Glöckner in der Seel-Sorge / als Tauffen / Krancken zu beſuchen / Beicht hören / und Sacramentreichen mit ihnen nicht weniger Mühe / denn auch mit den Hůfnern haben und tragen müſſen / ꝛc. Æqualis ſiquidem debet eſſe diſtributio ſalarii inter parochianos, † illudque operis mini- 7
ſtrorum Eccleſiæ correſpondere, *arg. l. ſi uno anno. 15. §. item cum quidam. ff. locat. l. deſertorem. 3. §. 12. ff. de re militar.* Cæterùm & hoſce nummos exigere obſtrictus eſt † 8
Schultetus unà cum miſſalibus ſub eâdem pœnâ, de quâ diximus *Defin. præced.* ne forſan, ſi ipſimet miniſtri eos peterent, anſa detur rixis ſcandaloſis, *dict. art. 24. verſ.* Und ihnen der Richter ꝛc. *& in fin.* Und daß die Richter bey obgeſatzter Strafe ihnen dieſelben einſammlen / ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Dresdenſe Superintendenti Biſchoffswerdenſi, & Præfecto* in 9
Stolpen / *die 31. Decembr. An. 1612.* (*Verba Reſcripti:* Wann dann hierinnen die *General-Articul* gewiſſe Maſſe geben / daß nemlich ein jeder Gärtner / Häußler oder Haußgenoſſe über den gewöhnlichen Opffer-Pfennig dem Pfarrer 18. pf. und dem Glöckner 6. pf. zu entrichten ſchuldig; So laſſen wir es darbey allenthalben bewenden / ꝛc.)
Et † *in causâ* des Pfarrers zu Dittersbach *contra* die Häußler daſelbſten / *die 15. Nov.* 10
An. 1609. (*Verba Decreti:* Es ſeyn aber hierůber die Häußler hinfüro dem Pfarrer jährlich jeder 18. Pfennige für die gewöhnliche Häuſel-Groſchen vermöge der *General*ien zu geben / der Richter ſolche jedes mal einzuſammlen / und der Gerichts-Herr ſie durch gebůhrliche Mittel darzu zu *compell*iren und anzuhalten ſchuldig / ꝛc.)

DEFINIT. CVII.

Nummos pro incolatu, den Häuſel-Groſchen / haut ſeparatim exſolvunt liberi & parentes, qui convictu communi fruuntur.

SUMMARIA.

1. *Conductores quoque prædiorum ſolvunt nummos pro incolatu.*
2. *Probatur hoc ex Ordinatione Eccleſiaſticâ.*
3. *Non exſolvuntur hi nummi pro quolibet capite.*
4. *In quo differunt à nummis miſſalibus.*
5. *Quid ſi liberi elocati parentum fruantur pane?*
6. *Deciſio hujus quæſtionis. n. 7.*
8. *Quis effectus ſeparati vel communis convictus?*
9. *Separatio effectum ſortitur emancipationis.*
10. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

NOn ſolùm ruſtici, qui proprias poſſident ædes absq; agris, Häuß-
1 ler oder Gärtner / ſed etiam † conductionis jure qui in iis habitant, die Haußgenoſſen / ad præſtationem nummorum pro incolatu, der Häuſel-Groſchen / de quibus diximus *Definit. præced.*
ſunt obſtricti, prout liquet † ex *Ordinat. Eccleſ. art. general. 23. in pr. ibi:* Als auch hin 2
und wieder auff dem Lande in den Dörffern Gärten aus den Hufen verkaufft / und nachmals kleine Häußlein darauff gebauet und geſetzt / ſonſten auch andere bey den Hůfnern oder denſelbigen ein-

einmieten/ ꝛc. *junct. verſ.* So ſollen die-
3 ſelben. quod tamen ſic accipiendum, † ut unusquisque conjunctim pro ſe & familiâ ſuâ nummos iſtos annuatim ſolvat, nec pro quolibet capite veniant ſeparatim præſtandi, veluti colligere eſt *ex verbis dict. art.* 24. von ihnen ſelbſt / ihren Weibern/
4 Kindern und Geſinde. ſecus † ac nummi miſſales cuique perſonæ, quæ annum ætatis ſuæ duodecimum attigit, imponuntur,
5 *art. gener.* 23. idque ampliandum in † liberis, qui ſunt elocati, ut & parentibus, qui liberis cohabitant, ac uno eodemque convictu fruuntur, prout non rarò accidit, ut vel liberi jam elocati in ædibus parentum, & rurſus hi in domo liberorum commorentur, ſive ex conceſſione gratuitâ, ſive
6 conductionis jure, † qui ſi rem œconomicam ſeparatim agant, unusquisque pro familiâ ſuâ nummos pro incolatu, die Häuſel-Groſchen/ exſolvere tenetur. Si verò uno eodemque fruantur † convictu, non 7
niſi conjunctim ab iis nummi hi exiguntur, ſcilicet quia unusquisque incola pro ſe & familiâ ſuâ hâc præſtatione gravatur, *dict. tit.* 42. *verb.* Häußler/Haußgenoſſen. Cenſentur verò in familia alicujus eſſe, qui ejus convictu fruuntur: quantum enim efficaciæ † in foro Saxonico communi & 8
ſeparato convictui tribuitur, apparet *ex Conſtit. Elector.* 10. *pag.* 2. *in verb.* Die ſich von dem Vater mit Anſtellung ihrer eigenen Haußhaltung und Nahrung ſcheiden/ ꝛc. nimirum † ſeparatio illa in fo- 9
ro Saxonico effectum emancipationis ſortitur, exemtionemque à patriâ poteſtate inducit, Dan. Moller. *ad dict. Conſtit.* 10. *n.* 4. Frider. Penſold. *in addit. ad Matth. Coler. part.* 2. *deciſ.* 222. *n.* 7. Matth. Weſenb. *in notat. marginal. ad Schneidw. tit. Inſt. de patr. poteſt. n.* 47. *lit.* C.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi ad requiſitionem* der Gemeinde 10
zu Melbiſt/ *die* 11. *Julii Anno* 1613. (*Verba Sententiæ*: Wann die Eltern bey ihren eheleiblichen Kindern/oder Kinder bey ihren eheleiblichen Eltern wohnhafftig/und *conjunctim* mit einander ohne unterſchiedlichen Tiſch/ Schüſſel/ Rauch und Feuer einerley Haußhaltung führen; So ſeyn ſolche Eltern oder Kinder andern Haußgenoſſen gleich nicht zu achten/noch dem Pfarrer oder *Cuſtodi* die zween Häuſel-Groſchen zu entrichten ſchuldig/V.R.W.)

Definit. CIIX.

Quilibet manſarius, Hüfner / annuatim pro ſingulo manſo unum groſſum Paſtori ſolvere tenetur, ſi non præſtet decimas.

Summaria.

1. *Pro ſingulo manſo annuatim groſſus exſolvendus.*
2. *Probatur hoc ex Ordinat. Eccleſiaſticâ.*
3. *Non excludit hic groſſus miſſales vel panes conſuetos.*
4. *Ratio & cauſa groſſi manſarii. n.* 6.
5. *Æqualitas in contributione ad ſalaria eſt ſervanda.*
7. *Proportio ex ratione facultatum inſtituenda.*
8. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Est porrò alius contribuendi modus ad ſalaria Paſtorum, juxta numerum manſorum, der Hufen/ † ut nempe pro ſingulo quoque horum annuatim exſolvatur unus groſſus à poſſeſſore, vulgò der Hufen-Groſchen / de quo
2 clarè reperitur ſanctio Electoralis † *in Ordin. Eccleſiaſt. art. gener.* 25. Von den Hufen-Groſchen. *in verb.* Sollen dieſelben hinfüro dem Pfarrer über den Opffer-Pfennig von jeder Hufen einen Groſchen zu geben ſchuldig ſeyn/ꝛc. Unà itaque † cum panibus & nummis miſſalibus 3
conſvetis groſſus hic manſarius exſolvi debet, non tamen ab omnibus indifferenter incolis pagorum, ſed ſaltem ab iis, † qui 4
agros poſſident, nec tamen decimas Paſtori præſtant, ut apparet ex verbis *dict. art.* 25. Da auch Hüfner oder andere Bauern/ die Ackerbau/und bis anhero dem Pfarrer keinen *Decem* oder Zinſe/ ſondern allein Brod und den gewöhnlichen Opf-

fer-Pfennig/ und ſonſten hierüber nichts
gegeben hätten/ ꝛc. Voluit nempe Sere-
5 niſſimus Saxo, † æqualitatem juſtamque
proportionem in contributione ad ſalaria
miniſtrorum Eccleſiæ obſervari. Cum
enim regulariter manſarii de agris ſuis de-
cimas, incolæ verò nummos pro incolatu,
den Häuſel-Groſchen præſtent, iniquum
fuit viſum, ab omni onere liberatos eſſe,
6 qui agros poſſident ac colunt, nec tamen
decimas inde præſtant; quare meritò iis
exſolutio groſſi pro ſingulo manſo fuit
injuncta. In contributionibus ſiquidem
ejusmodi † æqualitas pro ratione fructu- 7
um & facultatum præcisè obſervari debet,
l. fructus. 13. C. de act. emt. l. 2. C. de annon. & tribut. Camill. Borell. *conſil. 63. num. 23.* Alvar. Valeſc. *de jur. emphyt. quæſt. 17. n. 2.* Florez. Diaz. de Mena *quæſt. 21. n. 82.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Biſchoffswerdenſi, & Præfecto* in Stolpen/ 8
die 31. Decembr. Anno 1612. (*Verba Reſcripti:* Wann dann hierinnen die *General-Articul* gewiſſe Maſſe geben / daß nemlich ein jeder Gärtner / Häußler oder Haußgenoſſe über den gewöhnlichen Opffer-Pfennig dem Pfarrer 18. Pfennige/ und dem Glöckner 6. pf. die Hüfner aber / welche keinen *Decem* oder Zinß geben/von jeder Hufen einen Groſchen zu entrichten ſchuldig; So laſſen wir es dabey bewenden; Und iſt hierauff ꝛc. unſer Begehren / wann Supplicanten bis anhero dieſer Ordnung ſich gemäß bezeiget / oder derſelben nochmals nachzukommen zuſagen werden/ Ihr wollet ſie darauff alſobalde der gefänglichen Hafft entledigen/und zur Ungebühr ferner nicht beſchweren laſſen/ꝛc.)

DEFINIT. CIX.

Præſtationes annuæ miniſtris Eccleſiæ debitæ parochianis pauperibus potius remittendæ, quàm rigorosè nimis ab iis ſunt exigendæ.

SUMMARIA.

1. *Modica ſunt miniſtrorum Eccleſiæ ſalaria.*
2. *De nimia redituum Eccleſiæ amplificatione multi ſunt conqueſti.*
3. *Inter quos etiam fuit Bartolus.*
4. *Decretum Anglicum de non aſſignandis prædiis Monachorum Collegiis.*
5. *Cavendum ne dignitas Eccleſiæ ob paupertatem vileſcat.*
6. *Non ſemper ſalaria debito tempore miniſtris Eccleſiæ exſolvuntur.*
7. *Ad quod tamen parochiani ſunt compellendi.*
8. *Rigoroſi ne ſint nimis Eccleſiæ miniſtri in exigendis ſalariis.*
9. *In caſu extremæ paupertatis præſtationes ſunt remittendæ.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

SUnt hæc lucella miniſtrorum Eccleſiæ
paganorum in augmentum modici
1 ſalarii adinventa; † ſed & ipſa val-
de modica, unde vix ſuſtentare ſe
queant, tantum abeſt, ut divitias ad luxum
& avaritiam colligant, veluti quondam
2 multi fuerunt † conqueſti, Clericos &
Eccleſias tantum excreſcere in divitiis,
quod poſſeſſiones non remanerent ad ſub-
3 eunda civitatis onera, prout † aſſerit Bar-
tol. cum pace tamen S. Matris Eccleſiæ,
h. e. Pontificis Romani, *ad l. reſcripto. 6. §. ſciendum. ff. de muner. & honor.* Hinc &
regnante Eduardo I. in Angliâ decretum
4 eſt publicatum, † ne cuiquam mortalium
liceret prædia dare Collegiis Monacho-
rum, quod confirmatum poſtea ab Henri-
co V. Polyd. Virgil. *lib. 17. hiſt. Angl.* quin
potius metuendum, ne ſicuti omnis or-
do ſine honeſtis divitiis, *l. pietatis. 6. C. de*
ſuſp. tutor. Nov. 90. cap. 1. ita † quoque 5
eccleſiaſtica dignitas ob paupertatem vi-
leſcat, *Clem. in plerisque de elect. & elect. poteſt. c. futurum. c. videntes. 12. quæſt. 1* Theo-
dor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. libr. 3.*
claſſ. 1. cap. 8. num. 4. Idque eò magis, † 6
cum nec modica illa lucella miniſtris Ec-
cleſiæ ſemper exſolvantur, ſed plurimi pau-
pertatem prætendentes, ſe ab horum præ-
ſtatione eximere ſtudeant: quod equidem
parochianis non concedendum, quin
potiùs † ad eam ſunt compellendi, jubente 7
Ordi-

Ordin. Eccleſ. in art. gener. 20. 22. 23. 24. 25.
8 attamen caveant Paſtores & Cuſtodes, † ne rigoroſi nimis ſint in exigendis hiſce præſtationibus. Quid enim ſi tanta ſit incolarum & parochianorum paupertas, ut nullo modo ac ſtudio nummos colligere & præſtare queant, annùm cura animarum ipſis propterea erit deneganda? impium foret hoc dicere, † quare in caſu extremæ 9
paupertatis præſtationes hæ potiùs remittendæ, quàm rigorosé nimium ſunt exigendæ, ne bona ſpiritualia pro pecuniâ vendantur, *Actor. 20. verſ 31. & 33.* Octavian. Cacheran. *deciſ. Pedemont. 99. n. 3.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Biſchoffswerdenſi & Præfecto* in Stolpen/ 10
die 6. Novembr. An. 1612. (Verba Reſcripti: Wann dann daraus zu befinden/daß eure Handlung ohne Frucht abgangen/ die Eingepfarrten auch der Entrichtung der Häuſel-Groſchen für die ausgekaufften Gärten und Häuſel ſich zu entbrechen nichts erhebliches anziehen können; Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ Jhr der Schöſſer wollet ihnen aufferlegen/ daß die Gärtner/ Häußler und Haußgenoſſen dem Pfarrer und Schulmeiſter vermöge der *General*ien ihre Gebühr für die Seelſorge entrichten ſollen/in Verweigerung das ſchuldige Theil durch gebührliche Mittel darzu *compelli*ren und anhalten/darneben aber dem Pfarrer und Schulmeiſter anmelden/daß ſie ſich gegen die Armen/ſo nichts zu geben haben/ ſelbſt der Gebühr zu bezeigen wiſſen werden/möchten wir euch nicht bergen/ꝛc.)

DEFINIT. CX.

Paſtoribus & miniſtris Eccleſiæ accidentalia conſveta haut invidenda nec deneganda ſunt.

SUMMARIA.

1. *Salaria miniſtrorum Eccleſiæ modica.*
2. *Accidentalia iis non invidenda.*
3. *Probatur hoc ex Ordin. Eccleſiaſt.*
4. *Objicitur dictum Matthæi.*
5. *Dignus eſt operarius mercede ſuâ.*
6. *Refellitur objectio. n. 7.*
8. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 Cum adeò ſint exigua & modica Paſtorum & miniſtrorum Eccleſiæ ſalaria, præſertim in villis & pagis, ut eorum ſuſtentationi vix ſufficiant accidentalia, quæ pro ſingulis ferè mi-
2 niſterii actibus præſtari conſveverunt, † iis nequaquam invidenda, quin potius in augmentum ſalarii permittenda ſunt, prout
3 manifeſtum reddit † *Ordinat. Eccleſ. art. general. 26.* Von Gebühr der Kirchen-Diener/ von etzlichen Stücken ihres Amts/ ſo man *accidentalia* nennet. Niſi
4 quis obſtare exiſtimaverit illud † *Matth. 10. 5. Gratis accepiſtis, gratis date.* Sed hac ratione nec ſalaria miniſtris Eccleſiæ conſtitui deberent; † ſecus ac auditores 5
Doctoribus ſuis de honeſtâ ſuſtentatione proſpicere decet; nam dignus eſt operarius mercede ſua, *Luc. 10. 7.* & Dominus ordinavit, ut qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivant, ut inquit Apoſtolus *1. Cor. 9. 14.* † quare dictum Matthæi huc 6
extendere non licet, ſed agit illud de miraculis, quæ non pro pecuniâ vendere, ſed gratis communicare aliis debeant: Nec aliàs mercedem † pro labore iis negavit 7
Chriſtus, quia edere ipſos juſſit, quicquid apponeretur, *Luc. 10. 7.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* der Gemeinde zu Helmsdorff wider die Pfar- 8
rer zu Hertzwalda und Blanckenſtein/ *die 19. Decembr. Anno 1615. (Verba Decreti:* Weil denn beyde Pfarrer den Gottes-Dienſt mit Kindtauffen/ Trauungen und Hochzeit-Predigten/ wie von *Anno 1581.* bis *1598.* beſchehen/ wenn ihnen Amts halber abzukommen müglich iſt/ in der Capell zu Helmsdorff hinfüro zu verrichten bewilliget; ſo ſoll dagegen ihnen von einer Kindtauffe 3. gr. ſamt der Bierſuppen/ für eine *Copulation* 3. gr. und für eine Hochzeitpredigt 6. gr. ſamt den Opffergeldern gegeben/ auch ſie in dem böſen Wetter von denen/ die es ha-

ben/mit einem Pferde abgeholet/und wieder anheim gebracht werden / welche aber unter den Helmsdorffern durch die Tauff-Gebühr ſich beſchwert befinden / denen ſoll mit der Tauffe an ihre Pfarr-Kirchen ſich zu halten unbenommen ſeyn/ꝛc.)

Definit. CXI.

Accidentale ſeu honorarium proclamationis & copulationis qualenam miniſtris Eccleſiæ debeatur?

SUMMARIA.

1. *Quænam accidentalia miniſtrorum Eccleſiæ?*
2. *Tolerabilia ſunt, quæ conſvetudo approbavit.*
3. *Inter accidentalia refertur honorarium proclamationis.*
4. *Qualenam hoc & quantum?*
5. *Cur tam modicum hoc?*
6. *Nemo coram Sacerdote vacuus compareat.*
7. *Miniſtri Eccleſiæ honorandi.*
8. *Devites ne ſint tenaces in præſtatione hujus honorarii.*
9. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 Quænam verò accidentalia miniſtris Eccleſiæ debeantur, ſi quæſiveris, dicimus, loci cujusque conſvetudinem attendendam fore; ſi-
2 quidem tolerabilia cenſentur, quæ † vetus conſvetudo comprobat, *l. non tantum.* §. *ult. ff. de decurion. l. Imperatores. ff. de pollicitat.* Theod. Reink. *de regim. ſecul. lib. 1. claſſ. 3. cap. 14. n. 22.* Communiter autem eo re-
3 feruntur † honoraria proclamationis & copulationis, de quibus hæc reperitur ſanctio Electoralis *in Ordin. Eccleſ. tit. general. 26.* §. Von dreyen Auffgebothen ſoll dem Pfarrer ein Groſchen / von *Copuli*ren 2. Groſchen/und dem Kirchner 1. Groſchen/ und alſo von einer Hochzeit 4. Groſchen gegeben werden. Modicum ſanè & exi-
4 guum † eſt honorarium quatuor groſſorum pro copulatione pariter & proclamatione utrique Eccleſiæ miniſtro conſtitutum: forſan quod non dubitaverit † Sere- 5
niſſimus Saxo, parochianos ex merâ liberalitate pro facultatibus ſuis pingvius honorarium præſtituros, ipsâ pietate hoc exigente: Non enim fruſtra præcepit olim Dominus, † ne quis coram Sacerdote va- 6
cuus compareret, nec Levitam desereret, *Deut. 12. 19.* & Salomonis præceptum eſt: † 7
Honora Dominum de ſubſtantiâ tuâ & de primitiis omnium frugum tuarum, & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt, *Prov. 3. 9.* Joh. Azor. *inſtit. moral. lib. 7. c. 27.* † Cumque 8
pauperes etiam ab hujus munuſculi præſtatione exemti haut ſint, vix divites, qui in facultatibus ſuperbiunt, adeò erunt tenaces, ut non liberalitatis laudem ex pingvioris honorarii ſolutione quærant.

Im † *Conſiſtorium Supremum in causâ* der Eingepfarrten zu Groß- und Klein-Trebnitz *contra Paſtorem M. Paulum* Weißen/*die 3. Decembr. Anno 1634.* (*Verba Decreti:* 9
Betreffende den vierdten und fünfften Klage-Punct / daß der Pfarrer von jedem Auffgeboth 6. Groſchen/und von der Copulation auch ſo viel/nebens einer alten Hennen/auch gewiſſen Anzahl Rind- und Schweinenfleiſch/wann gleich die Leute in ein ander Kirchſpiel freyen/und daſelbſt *copuli*ret werden/ erzwingen wollen/welches beklagter Pfarrer nicht in Abrede ſeyn können/die *Matricul* aber *de An. 1575.* nach welcher dieſes Orts keine neue erfolget iſt / dieſes beſaget / daß dem Pfarrer 1. Groſchen von der *Proclamation*, 2. Groſchen von der *Copulation*, eine Suppe und Stücke Fleiſch zum Früheſtücke gebühret; So laſſe man es ſo lange / bis Beklagter ein anders ausführet/dabey bewenden. Es ſoll aber ſonderlich den vermögenden Leuten bey itzigen ſchweren Zeiten ihren Pfarrern in oberwehnten und andern Fällen / ein mehrers zu reichen hiermit ungewehrt ſeyn/darnach ſich beyde Theil zu achten/ꝛc.)

Definit. CXII.

Pro deductione funeris meritò exolvitur honorarium Eccleſiæ miniſtrís.

S U M M A R I A.

1. *Mortuorum cadavera honorificè ſepelienda.*
2. *Probatur hoc ex ſacris.*
3. *Officium ſepulturæ pium & honeſtum.*
4. *Miniſtri Eccleſiæ debent comitari funus.*
5. *Probatur hoc ex Ordin. Eccleſiaſt. numer. 6.*
6. *Plus lucri ex funere capit Cuſtos, quàm Paſtor.*
8. *Sæpe pro funeris deductione pinguius præſtatur honorarium.*
9. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 MOrtuos honorificè pro more cujusque loci ſepeliri, pium omninò eſt, cùm in ſacris literis præcipiatur, honeſtè corpus ſepulturæ mandandum eſſe, *Sir. 38. 16. in fin. juncto cap. 7. 37. Geneſ. 23. 6. Luc. 23. 53. Johan. 19.*
2 *41.* † cultumque & actum ſolennem corpus hominis propterea meretur, quia ad Dei figuram effectum atque creatum eſt; *Geneſ. 1. 17.* fuitque membrum Chriſti, *Eph. 5. 30.* templumque & habitaculum Spiritus
3 Sancti, *1. Cor. 6. 19.* ut taceamus, † officium ſepulturæ eſſe fidei, reſurrectionis ac vitæ melioris quoddam quaſi teſtimonium, *c. non æſtimemus. 19. verſ. corpori autem. 13. q. 2.*
4 *1. Theſſ. 4. 13. 14.* Mirum hinc non eſt † miniſtros Eccleſiæ concomitari funus & intereſſe exequiis, ſacra hoc in actu celebrari, ac hymnos cantari, de quibus ita inquit Chryſoſt. *in Epiſtol. ad Hebr. cap. 2. homil. 4. Dic mihi, quid ſibi volunt hymni? nonne ut Deum glorificemus & ei gratias agamus, quod jam coronavit diſcedentem, quod à laboribus liberavit, quod à timore liberatum apud ſe habet.* Johan. Gerhard. *locor. theolog. tom. 8. cap. 7. n. 85. p. 145. §.* † & approbantur 5
ejusmodi exequiæ *in Ordin. Eccleſ. ſub tit.* Von dem Begräbniß der Todten; Id verò laboris ne abſque præmio impendatur à miniſtris Eccleſiæ, honorarium ipſis exſolvi non modò obſervantiâ introductum, † ſed & præceptum eſt *in Ordin. Eccleſ. art. general. 26. §.* Vom Begräbniß 6
einer alten Perſon ſolle dem Pfarrer ein Groſchen/ von einer jungen ein halber Gr. dem *Cuſtodi* aber von einer alten für läuten und ſingen 2. Groſ. von einer jungen 1. Gr. gegeben werden. Plus ſcilicet † lucri capit Cuſtos, quàm ipſemet Pa- 7
ſtor, quia major ejus labor iſtud augmentum meretur, nam præmium operi correſpondere debet, *arg. l. ſi uno anno, 15. §. item cum quidam. ff. locat.* Sed & hîc monendum, nequaquam prohibitum eſſe plus ſolvere miniſtris; quin potiùs † parochianos pro 8
facultatibus ſuis id facturos ſanctio Electoralis præſumit. Et ſi conſuetudine loci pinguius honorarium fuerit introductum, præciſè ei inhærendum erit, *arg. l. Imperatores. ff. de pollicit.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti Weidenſi die 9. Februar. Anno 1631. 9
(*Verba Reſcripti*: Wann ſie uns dann darneben den Ausſchlag dieſer Sachen unterthänigſt anheim geſtellet; So erachten wir geſtalten Sachen nach nicht vor unbillich; daß ihr euch an dem allbereit empfangenen *honorario* für den Gang begnügen laſſet/ ꝛc.)

Definit. CXIII.

Quidnam honorarii pro concione funebri Paſtoribus præſtandum?

S U M M A R I A.

1. *Conciones funebres hodiè frequentantur.*
2. *Ratio & cauſa ejusmodi concionum.*

3. *Laude unius alii ad virtutes incitantur.*
4. *Probantur Conciones funebres ex jure Civili.*
5. *Nec non ex Ordin. Eccleſiaſt.*
6. *Augetur hinc ſalarium Eccleſiæ miniſtrorum.*
7. *Honorarium pro concione funebri exſolvendum.*
8. *Arbitrarium id hodie eſt. n. 9.*
10. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 INter alia exequiarum ſolennia & hoc
uſu obtinuit, ut Concio habeatur fu-
nebris, in quâ laudes denati prædican-
tur. Rectè omninò, quia omnes propè
mortales laudationis ſuavitate ita afficiun-
2 tur, † ut ſapientes vel hanc ſolam virtutis
ac laborum ſuorum mercedem expetierint,
veluti atteſtatur Cicero: Nulla, *inquiens*,
virtus aliam mercedem laborum ac pe-
riculorum deſiderat, præter hanc lau-
dis & gloriæ, *in Orat. pro Arch.* efficit-
que laudatio, ne benè meritorum viro-
rum geſta oblivione obſoleſcant, quin
3 & † ut alii ad præclara ejusmodi facinora
incitentur; exempla quippe laudatorum
virorum plus movent, quàm præcepta,
Macrob. *1. Saturnal.* Cujus inſtituti veſtigi-
4 um extat † *in l. & ſi quis. 14. §. impenſa. 4. ff. de religioſ. & ſumt. funer. in verb. Vel etiam commendandum.* ubi id quoque ad ſumtus
funeris refertur, quod in ejus com-
5 mendationem impenditur. Et approbantur
conciones funebres in † *Ordin. Eccleſ. ſub Rubr.* Von dem Begräbniß der Todten. §. Nachdem die Leiche mit Beleitung der Kirchendiener und des Volcks auf den Kirchhof getragen / und das
Volck ſich in die Kirche verſamlet / ſol der Kirchendiener nachfolgender Predigten eine verleſen / oder da es beſonders von ihme begehret / ſonſt eine Chriſtl. gebührliche und dem gegenwärtigen Handel gemäſſe Predigt thun / ꝛc. Ex quo etiam aug-
mentum † accedit ſalario Paſtorum; Nec e- 6
nim onere hoc ſine præmio gravari eos vo-
luit Sereniſſ. Saxo, certum definiens hono-
rarium in † *Ordin. Eccleſiaſt. art. gener. 26. §.* 7
Es ſollen auch jedem Pfarrer auff den Dörffern von einer beſtellten Hochzeit- und Leich-Predigt / drey Groſchen / aber in den Städten, nach Gelegenheit der Leute Vermögen gegeben werden. Arbi-
trarium hinc ferè eſt † honorarium pro 8
concione funebri in oppidis & civitatibus,
definitum verò in villis ac pagis: ſed cum
hoc tempore annona multùm fuerit muta-
ta, venaliaq; longè majori pretio quàm o-
lim conſtent ac æſtimentur, † utique & hinc 9
in villis honorarium pro concione funebri
crevit ad dimidium usque thalerum, quem
ſolvere oportet eos, qui nimis tenaces exi-
ſtunt erga miniſtros verbi, qui longè majo-
ri præmio eſſent honorandi.

Ita † Conſiſtorium Supremum in causâ der Eingepfarrten zu Lauterbach und Bila / 10
contra M. Balthaſar Fiſchern Pfarrern daſelbſt *die 29. Octobr. Anno 1634. (Verba Decreti:* Bey dem andern Klagepunct ſoll dieſer Unterſcheid gehalten werden / daß der Pfarrer von einer ordentlichen Leich-Predigt / wenn ſolche begehrt wird / 12. Groſchen zum wenigſten / von einer ſchlechten *Lection* aber nur 6. Groſchen zu fodern haben ſolle / ꝛc.)

DEFINIT. CXIV.

Si de panno & linteo funebri inter Paſtorem & Cuſtodem diſceptatur, cuinam cedere debeat, conſuetudo imprimis loci eſt attendenda.

SUMMARIA.

1. *Pannus funebris ac peplum cedit Eccleſiæ miniſtris, n. 2.*
3. *Cuinam, Paſtori vel Cuſtodi?*
4. *Conſuetudo loci potisſimùm attendi debet.*
5. *Conſuetudo vim legis habet.*
6. *Eſtque valentior lege.*
7. *Non minus ſecundùm conſuetudinem quàm legem ſcriptam eſt judicandum.*
8. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
9. *Ejusdem Sententia.*

Inter

1 INter accidentalia porrò funebria haut
minimum eſt pannus funebris, ac linte-
um ſeu peplum, quibus loculi ſive urnæ
ferales in exequiis teguntur, iisque peractis
miniſtris Eccleſiæ cedunt, prout in Nobili-
2 um † aliarumque ditiorum perſonarum fu-
neribus uſu receptum: ubi non rarò in Pa-
ſtorem, qui ſermonem dixit funebrem, &
Cuſtodem de hoc lucro & accidentali con-
3 trovertitur; cum † enim uterq; miniſteri-
um præſtet pompæ funebri in templo, neu-
ter non ſibi hóc debere contendit. Sanè quia
in Ordinatione eccleſiaſticâ de eo nihil
4 diſpoſitum reperitur, † inſpicienda potiſſi-
mum eſt conſuetudo cujusque loci hac de
re, & ſecundum eam controverſia deciden-
da; conſuetudo ſiquidem lex eſt, Tiber. De-
cian. *Reſp. 11. n. 114.* Bernh. Græv. *l. 1. con-
cluſ. 36. n. 2.* † tantumque valet, quantum 5
lex ipſa, Theod. Reink. *de regim. ſecul. &
eccleſ. l. 2. claſſ. 2. cap. 9. n. 27.* nec quicquam
differt à lege ſcripta, niſi quantum tacitum
ab expreſſo, Joach. Mynſing. *cent. 6. obſerv.
41.* Ludolph. Schrader. *de feudis. part. 10.
ſect. 9. n. 229.* Marc. Ant. Peregr. *conſil. 102.
n. 10.* quin † & lege omni eſt valentior, ut 6
inquit Duar. *ad l. 1. §. eſt autem pactio. ff. de
pact.* de Chymicâ arte nigrum in album
vertit, Andr. Knich. *de veſt. pact. lib. 2. cap.
4. n. 160.* Quare non minus ſecundum con-
ſuetudinem, quàm † legem ſcriptam judi- 7
candum, *Auth. jubemus. C. de judic. cap. cùm
veniſſet 3. extr. de eo qui mittit. in poſſeſſ. cauſ.
rei ſervand.* Matth. Weſenbec. *conſil. 50. n.
14.* Græv. *dict. concl. 36. n. 12.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Dresdenſe Superintendenti Oſſitienſi die 6. Nov. Anno 1611. 8
(Verba Reſcripti: Belangende die ſchwartzen und weiſſen Leichen-Tücher/ laſſen
wir es bey *M.* Buchners Anordnung und des *Synodi de An. 1581.* darauff erfolg-
tem *decret* allerdings bewenden; Es wäre denn durch ſonderbare Verträge o-
der beſtändige Gewohnheit über rechtsverwährte Zeit ein anders herge-
bracht/ und üblich gehalten worden; Darauff ihr die Partheyen zu beſcheiden
wiſſen werdet/ möchten wir euch in Antwort nicht bergen/ *&c.)*
Et † ad conſultationem M. Michael Niederſtetters *Superintendentis Freybergenſis die 14.* 9
Junii Anno 1607. (Verba Sententiæ: Hat der vorige Kirchner Hans Friederich bey
ſeiner Zeit auff dergleichen Todes-Fälle Adelicher Perſonen zwey weiſſe Lei-
chen-Tücher ohne Wiederrede empfangen; So bleibet ſein *Succeſſor* bey ſolcher
Gerechtigkeit billich; Es könte denn der Pfarrer zu Greiffendorff darthun/
daß dem vorigen die Leichen-Tücher aus gutem Willen/ und keiner Pflicht ge-
laſſen worden; So würde er damit billich gehöret/ und ergienge hierauf ferner
was recht iſt/ V. R. W.)

DEFINIT. CXV.

Ex jure quoque poſſeſſionis controverſia ſuper panno & linteo funebri inter miniſtros Eccleſiæ eſt decidenda.

SUMMARIA.

1. *Conſuetudo, quia facti, probanda eſt.*
2. *Et quidem in ſpecie ſpecialisſimâ & in individuo.*
3. *Conſuetudo tantum habet de potentiâ, quantum probatur de uſu.*
4. *Probanda eſt conſuetudo ſecundum frequentiam actuum.*
5. *Absque ullà interruptione.*
6. *Nec non ſecundum pluralitatem annorum.*
7. *Litigantes bene faciunt, fundantes ſe in poſſeſſione.*
8. *In rebus etiam eccleſiaſticis attenditur poſſeſſio.*
9. *Poſſeſſor tamdiu manet in poſſeſſione, donec de vitio poſſeſſionis conſtet.*
10. *Melior conditiò posſidentis.*
11. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

COnſuetudine ergò quid recep-
tum, attendi & ſecundùm eam,
cui pannus & peplum funebre
cedat, judicari debet, modò †
1 conſuetudo probetur, quia facti eſt, *l. 1. C.
quæ ſit longa conſuet.* Bald. *in prælud. feu-
dal. n. 4.* Maſcard. *de probat. concluſ. 427.
n. 3.* Cævall. *in ſpec. comm. opin. quæſt. 368.*

Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 33. defin. 1. n.* 4. Quæ probatio admodum difficilis eſt; non enim ſufficit, generatim conſtare de eâ,
2 ſed demonſtranda eſt † conſuetudo in ſpecie ſpecialiſſima & in individuo, ſuper quo diſceptatur, Ludolph. Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 20. n. 276.* Matth. Weſenbec. *conſil.* 54. *n* 37. Cravett. *conſil. 69. n.* 4. quia
3 conſuetudo † tantum habet de potentiâ, quantum probatur de uſu, Baldus *in l. ult. n. 9. C. comm. utriusq; jud.* Octav. Cacheran. *deciſ. 29. n. 16.* Natt. *conſil. 502. n.* 40. Quin & plenè probari debet conſuetudo, Cra-
4 vett. *conſil. 325 n. 1.* † nempe ſecundum frequentiam actuum tàm judicialium, quàm extrajudicialium, Jaſon. *ad l. 32. n. 51.* & ibidem Bartol. *ff. de* LL. Jacob. Menoch. *1. arbitr. jud. quæſt. caſ. 83.* Mynſing. *6. ob-*
5 *ſervat.* 41. *numer. 7. & 8.* † eorumque conformitatem absque ullâ interruptione, Bartol. *in l. ſolent. §. non verò. ff. de offic. proconſ. n.* 4. Zaſ. *lib. 1. conſil. 5. n. 61.* Matth. Berlich. *deciſ.* 74. *n. 2. & ſeqq.* nam & unicus actus contrarius & difformis ante completam præſcriptionem perfectionem ejus
6 impedit, Berlich. *ibid.* † nec non ſecundùm pluralitatem annorum, Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 21. n. 3.* Anton. Fab. *in rational. ad l. 22. ff. de* LL. Herman. Vult. *1. conſil. num. 64. & ſeqq.* Multos hinc in probatione conſuetudinis ſuccumbere videmus, ut ſatius eſſet, † litigantes ſe fundare in poſſeſſi- 7
one: ad quam etiam reſpiciendum in contentione ſuper panno ac linteo funebri, ſi de conſuetudine cuinam id cedat, haut conſtet, nec plene ea probari queat. Nam
& † in rebus eccleſiaſticis poſſeſſio vel quaſi attenditur, ut apparet ex *cap. querelam.* 8
24. *extr. de elect.* Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 4. in præfat. n. 640. & num. 691.* Johan. Aloys. Riccius *part. 2. deciſ. Neapolit. 238. n. 1. & ſeq.* Spino à Carcer. *in ſpecul. teſtam. gloſſ. 4. princ. num. 25.* † Et poſſeſſor 9
tamdiu manet in acquiſitione & lucro, donec vel de illegitimo ac vitioſo genere poſſeſſionis, vel in petitorio contrarium fuerit probatum, Erneſt. Cothman. *vol. 4. Reſponſ. 33. n. 58.* ne ſcilicet lite pendente privetur quis ſuâ poſſeſſione, *cap. 1. extr. de cauſ. poſſ. & propriet.* ac ſemper prævalet poſſeſſor, *l. 5. ff. ſi uſusfr. petat.* † eſtque me- 10
lior conditio poſſidentis, *cap. 6. extr. de præſcript.* Alphonſ. de Azevedo *in Conſt. Hiſpan. Reg. lib. 4. tit. 15. leg. 3. n. 2.* Ariſm. Tepat. *in compend. deciſ. tit. 558. cap. 18. verſ. poſſesſionis cauſa.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* des Pfarrers zum Königſtein/ *contra* den Schul- 11
meiſter und *Cantor* daſelbſten *die 22. Auguſti Anno 1632. (Verba Decreti*: Dieweil der Pfarrer *in quaſi poſſesſione* der Leichen-Tücher befunden/ daß auch itzo und hinfüro ihme und ſeinen *Succeſſorn*, nebens dem ſchwartzen zwey weiſſe Leichen-Tücher nach einander/ das dritte weiſſe Leichen-Tuch aber dem Schulmeiſter alleine (ſo lange der *Cantor* keine Leiche begleiten kan/ ſonſten aber beyden zugleich) verbleiben und gefolget werden ſollen/ darnach ſich die Partheyen zu richten/ ꝛc.)

DEFINIT. CXVI.

Quando autem de conſuetudine & poſſeſſione juſtâ non conſtat, pannus funebris ater Paſtori, linteum verò album Æditua cedit.

SUMMARIA.

1. *Cuinam cedat pannus funebris, ſi de conſuetudine non conſtet?*
2. *Quæſtio hæc in Conſiſtorio Supremo deciſa.*
3. *Fundamenta & rationes decidendi, n. 9.*
4. *Paſtoris miniſterium prævalet operis Æditui.*
5. *Honorarium debet correſpondere laboribus.*
6. *Dignitas Miniſterii magna.*
7. *Ænditui inter miniſtros Eccleſiæ referuntur. n. 8.*
10. *Non valet conſuetudo irrationabilis.*
11. *Reſcriptum Electorale.*
12. *Deciſum Conſiſtorii Supremi.*

At

1 AT quid ſi neque de conſuetudine, neque poſſeſſione juſtâ & legitimâ verè conſtet: quod accidere poteſt iis in locis, ubi funera & exequiæ Nobilium rarò aguntur, vel hactenus tantum nemo honorarium miniſtris Eccleſiæ obtulerit, ubi procul dubio eò major erit de ejusmodi commodo controverſia, & contentio inter Eccleſiæ miniſtros? Exi-
2 ſtimavit † ConſiſtoriumSupremum Electorale, caſu hoc pannum funebrem atrum Paſtori, peplum verò vel linteum album Cuſtodi tradendum eſſe: Non ſine ratio-
3 nibus. (1.) † Cum enim pannus ater funebris, das ſchwartze Leichen-Tuch / utplurimùm ratione pretii & æſtimationis prævaleat peplo vel linteo albo, dem weiſſen Leichen-Tuche/utique diſtributio ita faci-
4 enda eſt, ut magis cedat lucrum Paſtori, † quippe cujus miniſterium in exequiis longè prævalet operis Cuſtodis, quæ viliori linteo facilè compenſantur: Quin & vel ſaltem intuitu ſermonis funebris pannus ater majoris pretii cedit Paſtori, ut meritò æditum pudeat de hoc controverſiam ei
5 movere; † correſpondere ſiquidem debet præmium ſeu honorarium operis & laboribus, *arg. l. deſertorem. 3. §. 12. ff. de re militar. l. ſi uno ann. 15. §. item cum quidam. ff.*
6 *locat.* (2.) † Hancque prærogativam Paſtori etiam tribuit dignitas miniſterii ac muneris: Quamvis enim non inficias eamus, Æditumm æquè inter miniſtros Eccleſiæ referri, ut diximus ſupra *defin. 75.* & probatur † hoc ex *Ordin. Eccleſiaſt. in art. gener.* 7
40. §. Mit der Viehehut. & §. Als auch die Glöckner / ꝛc. differunt tamen ab invicem horum officia, quia Paſtoris miniſterium in ipsâ prædicatione verbi & adminiſtratione Sacramentorum conſiſtit, unde vocatur Kirchen-Diener am Wort Gottes. † operis verò Æditui muneri ac 8
miniſterio Paſtorum inſervitur, ut hinc per conſequentiam ſaltem Eccleſiæ dicatur ſervire, ac proinde inter minimos referatur Clericos, *c. cleros. diſtinct. 21. Ordin. Polit. Elect. Saxon. de Anno 1612. tit. Conſiſtorial-* Sachen. *n. 2.* ex quo ſanè in minori etiam lucro acquieſcere debet. (3.) † Accedente 9
porrò inveteratâ plurimorum locorum conſuetudine, quæ pannum funebrem nigrum Paſtori, linteum verò Æditui defert, juxta quam alibi etiam in dubio judicandum, vel propterea ſaltem, quod conſuetudo nitatur juſtâ ratione ac æquitate, *c. conſuetudo. diſtinct. 1.* cæteroquin non eſſet conſuetudo; † nam ſi ratione caret, corru- 10
ptela potiùs quàm conſuetudo dici meretur, *cap. mala conſuetudo. diſt. 8.* & ipſo jure caſſa & irrita habetur, *Auth. caſſa. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 2. cap. 9. n. 11.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Præfecto Torgenſi die 23. April. Anno 11
1628. (Verba Reſcripti: Wir haben euern unterthänigſten Bericht/belangende die bey euch *deponi*rte Holtzendorffiſche Leichen-Tücher/ verleſen hören; Begehren darauff hiermit gnädigſt/ Ihr wollet den von Holtzendorff dahin beſcheiden/ daß er geſtalten Sachen nach dem Pfarrer zu Belgern an ſeiner *recompens* 12. Reichsthaler entrichten und bezahlen ſolle/und wenn ſolches geſchehen/ alsdann die bey euch verhandene Leich-Tücher/ das ſchwartze dem Pfarrer/und das weiſſe dem Schulmeiſter zu Steritz ausantworten/ ꝛc.)

Et † Conſiſtorium Supremum in causâ des Pfarrers zu Croſſen *contra* den Schulmei- 12
ſter daſelbſten *die 6. April. Anno 1632. (Verba Deciſ.:* Daß wie ſonſten bräuchlich/ hinfüro bey Adelichen Leich-Beſtattungen das ſchwartze Leich-Tuch dem Pfarrer/und das weiſſe dem Schulmeiſter jedesmal verbleiben ſoll/ darnach ſich die Partheyen zu achten / *&c.)*

Definit. CXVII.

Optio tamen relinquenda eſt Paſtori, num linteum album eligere velit, ſi majori id pretio & valore conſtet.

SUMMARIA.

1. Quid ſi linteum album pluris valeat, quàm pannus niger?

2. Arbitrio Paſtoris relinquendum, an hoc eligere velit.

3. Qui-

3. *Quibus ex rationibus & fundamentis. numer. 4.*
5. *Miniſterium Paſtoris dignius operis Æditui.*
6. *Favorabilior conditio Paſtoris eſt quam Æditui.*
7. *Conſiſtorii Supremi Decretum.*

1 FIeri nihilominus poteſt, ut pluris valeat peplum ſeu linteum album, quàm pannus ater, anne tùm Paſtor æquè hoc contentus eſſe debeat, re-
2 licto Cuſtodi linteo? Nequaquam ſanè, † ſed Paſtoris arbitrio eſt relinquendum, utrum eligere velit, & ſi linteum optet, nequa-
3 quam id ei denegari debet: (1.) † Diximus enim *Defin. prac.* in diſtributione panni ac lintei funebris majorem eſſe habendam rationem Paſtoris miniſteriique ab eo præſtiti, quàm Æditui, qui operis ſuis actibus ſaltem miniſterialibus Paſtoris inſervit. Quod ſi ergò hic linteum eligere malit,
4 cur ei non concedenda eſſet optio? (2.) † Idque eò magis, ſi majori pretio linteum fuerit comparatum, & ratione valoris ac æſtimationis panno funebri prævaleat: † 5
Nam cùm miniſterium Paſtoris multò dignius habeatur operis Æditui, utique & majori honorario ac lucro compenſari debet, quò honorarium labori correſpondeat, ut diximus *Defin. praced.* (3.) † Ex quo 6
porrò favorabilior cenſetur conditio Paſtoris, quàm Æditui, ut & hinc ipſi optio ſit relinquenda, *arg. l. plerumque. 10. §. ult. ff. de jur. dot. l. ſi, heredi plures. 5. ff. de condit. inſtit. l. ſi ita diſtrabitur. 25. l. ſi in emtione. 34. §. ult. ff. de contr. emt. l. 6. §. 1. ff. de jur. patron.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 24. defin. 13. n. 1.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ M. Tobiæ* Salbachs / *Paſtoris in Bloswitz, contra* 7
Johann Käyſern / *die 19. Febr. An.* 1608. *(Verba Decreti:* So ſoll der Pfarrer für die allbereit zu ſich genommenen zwey Tücher dem Schulmeiſter zwiſchen *dato* und nächſt-kommende Oſtern 6. Thaler bezahlen / und künfftig an dem ſchwartzen Leichen-Tuche ihme genügen laſſen / oder da das weiſſe beſſer / als das ſchwartze ſeyn möchte / darunter jedes mal die Wahl haben / rc.)

Definit. CXIIX.

Haut prohiberi debet Miniſter Eccleſiæ à confitente donarium ſeu nummum confeſſionarium, Beichtpfennig / ſponté oblatum accipere.

SUMMARIA.

1. *Calviniani invident miniſtris Eccleſiæ nummum confeſſionarium.*
2. *Imprimis David Paræus: & quo ex fundamento?*
3. *Permiſſum Eccleſiæ miniſtris accipere nummum confeſſionarium.*
4. *Adducitur autoritas Facultatis Theologicæ Lipſienſis.*
5. *Et Facultatis Theologicæ Wittebergenſis.*
6. *Fundamenta & rationes hujus deciſi.*
7. *Liberalitas fidelium erga Miniſterium non improbanda.*
8. *In Veteri quoque Teſtamento Sacerdotes munera acceperunt.*
9. *Quod & fecerunt Samuel, ac ipſemet Chriſtus.*
10. *Miniſterium non verbis tantum, ſed & muneribus honorandum.*
11. *Deciſum hoc in Ordin. Eccleſiaſticâ fundatur.*
12. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 INjurioſi ſunt Calviniani invidentes Miniſtris Eccleſiæ honorarium, quod à confitente iis offertur, adeò ut hoc argumento ipſam etiam privatam confeſſionem & abſolutionem ex Eccleſiâ eliminandam cenſeant, & verbis calumnioſis com-
2 mentatur † David Paræus in illud *Oſeæ cap. 4. verſ. 8.* peccata populi mei comedent: ulcera populi, *inquit*, hoc eſt, ſcelera tangere nec volunt, nec audent; non volunt, quia populi peccata lucroſa ſunt, Es giebt gute Beicht-Pfennige: non audent, quia populum jam pridem in peccatis reddiderunt obſtinatum. At nihil impietatis † hæc munuſcula habent, ſed 3
ſpon-

ſponte oblata optimo jure miniſtri Eccleſiæ
accipere valent, non quidem ut abſoluti-
onis pretium, ſed ut qualemcunque com-
penſationem laborum in miniſterio, & ut
ſignum gratitudinis auditorum, prout bene
conſuluit Facultas Theologica Lipſienſis
4 † *ſuper quæſtione:* Ob ein Prediger von
ſeinen *Confiten*ten Beicht-Geld nehmen/
und das Beicht-Kind mit gutem Gewiſ-
ſen dem Prediger Beicht-Geld geben
5 könne? † nec non Facultas Theologica
Witteberg. *ſuper eadem quæſtione die 12. De-
cembr. Anno 1621.* apud M. Georg. Dede-
kennum *vol. 1. Conſil. Eccleſ. part. 2. ſect. 3.
num. 37. & 38.* Joh. Gerhard. *tom. 6. locor.
Theolog. p. 519.* Frider. Balduin. *de caſib.
6 conſc. lib. 4. cap. 10. caſ. 5.* (1.) † Poſt-
quam enim parochianos ſeu auditores de-
cet, Doctoribus ſuis & Parochis de honeſtâ
proſpicere ſuſtentatione, juxta illud Salva-
toris: Dignus eſt operarius mercede ſuâ,
Luc. 10. verſ. 7. non certè prohiberi debent
ipſis munera offerre, nec miniſtri Eccleſiæ
ea acceptare, Apoſtolo hiſce verbis admo-
nente: qui catechiſatur verbo, ei qui ſe cate-
chiſat, communicet in omnibus bonis: *Gal.
6. v. 6.* † ut propterea liberalitas fidelium 7
erga Miniſterium fruſtra carpatur; potiùs
verò excitanda ea, quàm extingvenda fo-
ret. (2.) † præſertim cùm & olim Sacerdo- 8
tes in templo ſuo acceperint munera, por-
tiones victimarum & ſimilia donaria, & in
primitivâ Eccleſiâ fideles attulerint agapas
ad communionem ſacræ Cœnæ in uſum
pauperum & Miniſterii, Facultas Theol.
Lipſ. & Wittenb. *in dict. Conſil.* Balduin. *dict.
caſ. 5.* (3.) † Accedit exemplum Samuelis, 9
1. Sam. 12. & Chriſti ipſiusmet, *Luc. 8.* mu-
nera accipientium. (4.) † Quin & Domi- 10
nus præcepit honorare Miniſterium non
verbis tantùm, ſed & muneribus, *Deut. 12.
19. Galat. 6. verſ. 6.* (5.) Hinc verbis expreſſis
horum donariorum acceptionem probat
ac permittit † *Ordinat. Eccleſiaſt. in artic. ge- 11
neral. 26. in fin. pr. verb.* Da ihnen aber je-
mands etwas freywillig und ungefor-
dert zu geben geneiget/ das ſol ihnen zu
nehmen unverboten ſeyn/ ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Haynenſi & Præfecto Mühlbergenſi, die 21.* 12
Auguſt. Anno 1628. (Verba Reſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht/
die Irrungen/ ſo zwiſchen dem Pfarrer/ *Subſtitut*en zu Loßdorff und den Einge-
pfarrten zu Leindorff/ Loßdorff und Wetzendorff wegē des geforderten Beicht-
Pfennigs und allerhand Neuerung ſich bishero enthalten/ betreffende/ verle-
ſen hören. Wiewol nun den Pfarren die Beichtpfennige von denen/ ſo ſie
freywillig ungefordert reichen/ anzunehmen unverboten/ ꝛc.)

Definit. CXIX.

Exigere autem à confitente vel pro adminiſtratione Baptiſmi donarium, miniſtro Eccleſiæ haut licet.

Summaria.

1. *Calviniani exempla objiciunt ex Sacris.*
2. *Nummus confesſionarius non eſt pretium emtionis, ſed ſignum gratitudinis.*
3. *Remisſio peccatorum pretio haut emitur.*
4. *Non licet exigere nummum confesſionarium à confitente. n. 6.*
5. *Explicatur dictum* Oſeæ cap. 4. v. 8.
7. *Probatur deciſum ex ordinat. Eccleſ. Elect. Saxon.*
8. *Monitum ad Paſtores, quomodo ſe gerere debeant.*
9. *Nil faciant turpis lucri gratiâ.*
10. *Res hæc optimè declarata à Facult. Theol. Lipſ.*
11. *Quænam ratio & cauſa accipiendi nummum confeſſionarium? n. 12. 13.*
14. *Quo tempore nummus confesſionarius offerendus?*
15. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Opponunt nihilominus Calvinia-
ni exemplum Gehaſi, cui male
ceſſit, quod munera à Naama-
no Syro (quem Eliſæus à leprâ
ſanaverat) acceperat, *2. Reg. 5.* & Simonis
Magi, qui dona Spiritûs S. pretio emere
voluit, *Actor. 8.* Sed parùm efficiunt, † 2
cùm in Eccleſiis noſtris abſolutio à pec-
catis non pretio ematur, ſed poſt factam
abſolutionem donarium in gratitudi-

nis

nis ſignum & recompenſationem laboris,
miniſtro Eccleſiæ offeratur; ſicuti etiam
pro adminiſtratione Baptiſmi aliquid ho-
norarii loco Paſtori exſolvitur, non ut pre-
tium venditionis, ſed ut munuſculum li-
beralitatis, quæ duo ab invicem multùm
3 differunt; † Nemo enim parochianorum
Lutheranorum adeò rudis eſt in doctrinâ
Catecheticâ, ut putet ſe remiſſionem pec-
catorum aut dona Spiritûs Sancti pretio e-
mere poſſe, quod Simon Magus audebat,
cujus exemplum propterea huc non qua-
drat. Quin nec miniſtro Eccleſiæ honora-
4 rium † illud exigere licet à quoquam, ut
Gehaſi famulus Eliſæi faciebat, cujus at-
tentatum hinc parùm nobis officit, ſed
ſponte propriâ duntaxat à confitente vel
pro baptiſmi adminiſtratione oblatum ac-
5 ceptare hautprohibetur. † Ideoque nec illud
Oſeæ *c. 4. v. 8. Peccata populi mei comedunt*,
quicquam negotii faceſſit; ſiquidem pro-
pheta ibid. reprehendit varitiam Sacerdot.
qui pretium abſolutionis à peccatis exige-
bant à ſuis auditoribus, eoque deficiente
neminem abſolvebant, quod noſtri non fa-
6 ciunt: neminem † enim ad dandum aliquid
adigunt, à pauciſſimis aliquid accipiunt,
& quidem tum demum, quum jam ipſis
abſolutionem à peccatis annunciarunt,
Frid. Balduin. *de caſib. conſc. lib. 4. cap. 10.*
7 *verſ. 5.* Eoque facit ſanctio expreſſa in † *Or-
din. Eccleſ. artic. general. 26. in pr. ibi:* Es
ſoll niemand von Reichung des Hoch-
würdigen Sacraments der Tauffe und
Nachtmahls des HErrn den Kirchen-
Dienern etwas zu gebē pflichtig ſeyn/ ꝛc.
8 † Abſtineant ergò miniſtri Eccleſiæ à turpi
illâ πλεονεξία, non præferant ditiores
pauperibus in audiendis confeſſionibus ob
nummum confeſſionar. non indignentur
iis, qui dare vel nō poſſunt, vel non volunt:
non invideant Symmyſtis, ſi fortè plus à
confitentibus acceperint: & ſummatim
9 nihil faciant † turpis lucri gratiâ, ſed o-
mnia ex animo, ut monet D. Petrus *1. Epiſt.
5. verſ. 2.* Multa paucis hâc de re compre-
10 henduntur verbis à † Facultate Theologicâ
Lipſ. *in conſil. ſuper quæſt.* Ob ein Prediger
von ſeinen *Confiten*ten Beicht-Geld neh-
men könne? quæ ut omnis diſſipetur ſcru-
puli nebula, hic ſubjicere lubet: Denn
was es mit den Beicht-Pfennigen in
Lutheriſchen Kirchen vor eine Gelegen-
heit habe / iſt männiglichen bewuſt:
1. Daß kein Geſetz deßwegen jemals *pu-
blici*ret. 2. Die Leute werden darzu nicht
genöthiget noch gezwungen. 3. Viel we-
niger werden die Geiſtlichen Gaben /
wann ſolcher Pfennig nicht erlegt / ver-
ſaget. 4. † Sondern es iſt in eines jeden 11
Beicht-Kindes guten freyen Willen /
dem Beicht-Vater etwas zu geben oder
zu laſſen geſtellet. 5. Bezeuget die tägliche
Erfahrung / daß derer viel mehr ſind/ die
nichts / als die etwas geben. 6. Welche
auch etwas geben / thun es nach erlang-
ter *Abſolution*, und mit nichten/ſie erſt da-
durch zu erkauffen. 7. Es werden auch
die Zuhörer aus Gottes Wort zun öff-
tern unterrichtet / daß durch Geld und
Guth wir nicht von Sündē erlöſet wor-
den ſind/ſondern durch das theure Blut
des unbefleckten Lämleins Chriſti / viel-
weniger wird es der geringe Beichtpfen-
nig thun. 8. † Und dann endlichen wird 12
ſolches von frommen Chriſten *obſervi-
ret*/ von den Predigern aber angenom-
men / nicht als ein *Pretium*, dadurch die
Vergebung der Sünden bezahlet wer-
de/ ſondern 1. † als ein *Exercitium* und U- 13
bung des neuē Gehorſams und der kind-
lichen Liebe gegen Gott/welche in Erhal-
tung des Heil. Predig-Amts des Worts
Gottes ſie ſehen laſſē. 2. Als eine äuſſerli-
che Anzeigung eines danckbaren Ge-
müths gegen die Seelſorger / welche
zumal bey dieſen ſchweren Läufften guter
Leute Hülffe und Beyſteuer wohl von-
nöthen haben/ ꝛc. apud Georg. Dedeken.
*vol. 1. conſil. eccleſ. part. 2. ſect. 3. n. 38. pag.
737.* Addimus & hoc: † ſi ſcandalum inde 14
metuatur, moneantur auditores, ut non ſta-
tim poſt abſolutionem, ſed alio potiùs
tempore ſuam erga miniſterium beneficen-
tiam declarent, Facult. Theol. Witteb. *in
conſil. ſuper. præced. quæſt.* apud Dedeken.
dict. ſect. 3. num. 37. in fin. Gerhard. *tom. 6.
loc. theolog. pag. 519.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in eâdem causâ (Verba Reſcripti:* Wollet unterdeſſen dem 15
*Subſtitu*ten bey Verluſt ſeines Dienſts befehlen / daß er für die Beicht und
Tauffe von den Leuten Inhalts des 26. *General*-Articuls nichts fordern / auch
ſonſten aller Neuerung ſich gäntzlichen enthalten ſol/ *&c.*)

DEFINIT. CXX.

Æditui æque ac Paſtores in villis & pagis ad cœnam poſt Ba-
ptiſmum paratam invitari debent.

SUM-

S U M M A R I A.

1. *Miniſtri Eccleſiæ ad convivia ſolennia invitandi.*
2. *Præſertim ad ea, quæ poſt Baptiſmum parantur.*
3. *Idque conſuetudine ſic receptum.*
4. *Quibus ex rationibus & fundamentis?*
5. *Miniſtri Eccleſiæ ſunt legati & diſpenſatores Myſteriorum.*
6. *Probatur deciſum ex jure divino, n. 9.*
7. *Bovi trituranti os non eſt obturandum.*
8. *Cuſtodes quoque ad convivia ſunt invitandi.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 MOdica quia ſunt in pagis & villis
ſalaria & lucella miniſtrorum
Eccleſiæ, non invidendum ipſis,
ſi ad convivia ſolennia invitentur
& compareànt, quò victu lautiori & epulis
quandoque fruantur ac recreentur, quos
aliàs viliori contentos eſſe oportet. Con-
ſuetudine hinc pleriſque in pagis obtinuit,
2 † ut conviviis poſt baptiſmum paratis in-
terſint Eccleſiæ miniſtri, Paſtores pariter &
Æditui ſeu Cuſtodes, werden zur Bier-
ſuppen eingeladen / prout vulgò loqui ſo-
3 lent homines ruſticani, † quod convivium
inter alia pars ſalarii habetur. Nec quis
quâ rationib9 hanc conſuetudinem deſtitui
exiſtimet. Requirit enim hanc invitatio-
4 nem (1.) † debitum honeſtatis propter obli-
gationem remunerationis. Cùm enim pa-
rochiani à miniſtris Eccleſiæ ſpiritualia ca-
piant bona, æquum omninò eſt; ut iis re-
tribuant carnalia lege gratitudinis, *1. Cor.*
9. v. 11. Matth. de Afflict. *in præfat. ad de-*
5 *ciſ. Neapolit. n. 2.* (2.) † Argumentum te-
ſtandæ tàm obſervantiæ erga Miniſterium,
quàm reverentiæ erga miniſtros, qui ſunt
legati DEI & diſpenſatores Myſteriorum
ejus, *1. Cor. 4.* Quod ſi ergò legatis proce-
rum hic tribuitur honor, ut in ipſorum
gratiam convivia apparentur, cur non et-
iam ad jam parata Legati JEſu Chriſti invi-
tarentur? Theod. Reink. *de regim. ſecul. &*
eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 8. n. 3. (3.) † Quò 6
& facit dictum Salvatoris *Luc. 10. v. 7.* Ma-
nete in eâ ipsâ domo, edentes & bibentes,
quæ ab ipſis appoſita fuerint, dignus enim
operarius mercede ſuâ. Nec non præce-
ptum divinum: † Bovi trituranti os non 7
eſt obturandum, *Deut. 25. v. 4. 1. Cor. 9. v. 9.*
1. Tim. 5. v. 18. (4.) Nec de ſolis Paſtoribus id
dictum eſt, ſed & Cuſtodes † ac Clericos 8
minimi ordinis hâc lege comprehenſos,
inde apparet, quia olim etiam Levitæ, qui
Sacerdotibus inſerviebant, primitiis & ſa-
crificiis fruebantur, *Num. 18. v. 8. & 31. Lev.*
7. v. 32. Quod & probant verba † *Deut. 18. v.* 9
1. ne eſto Sacerdotibus totique tribui Levi-
ticæ pars & poſſeſſio cum reliquo Iſraële,
ex igne abſumendis Jehovæ, & de poſſeſſi-
one ejus comeduntο, quod etiam Apoſto-
lus repetit. *1. Cor. 9. 13.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Coldicenſi & Præfecto Leiſnicenſi die 2. Sept. 10
An. 1618. (Verba Reſcripti: Wir haben euern Bericht in Sachen Friedrich Fincke *Cuſtodem* zu Laſſau an einem / und die Eingepfarrten daſelbſt anderstheils betreffende / verleſen hören; Begehren demnach hiermit / Ihr wollet gedachten *Cuſtodem* bey dem erſten Punct wegen der Trifft ſeiner Ziegen auf der Gemeine Weide von ſeinem Suchē abweiſen / der Bierſuppen oder Tauff-Eſſens halber laſſen wir es bey eurer Anordnung / und daß er ſolches mit genieſſe / verbleibē / ꝛc.)

DEFINIT. CXXI.

Si non invitetur Æditus ad Cœnam poſt Baptiſmum apparatam, honorarium pro eâ ipſi exſolvi debet: & qualenam?

S U M M A R I A.

1. *Ruſtici non ſemper curæ ſibi habent miniſtros Eccleſiæ.*
2. *Æditui quandoque de injuriâ ſibi illatâ conqueruntur, haut invitati ad convivia.*
3. *Quibus ſuccurrendum: & quomodo?*
4. *Pro conviviis ſolvitur quandoque æditius honorarium nummarium.*
5. *Hujus electio eſt penes hoſpitem, non penes cuſtodem.*
6. *In alternativis electio eſt debitoris.*
7. *Favorabiliores hujus ſunt partes quàm creditoris.*
8. *Intermiſſo convivio exigi haut poteſt honorarium.*
9. *Surrogatum ejusdem conditionis cum eo, in cujus locum ſurrogatur.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

Sunt

1 SUnt nihilominus quandoque homines ruſticæ ſortis adeò tenaces, inciviles & impii, ut non curæ ſibi eſſe miniſtros Eccleſiæ ſinant, nec ullam eorum rationem habeant, quin potius ipſorum conſortium fugiant, honorem invitationis ad convivia ſua poſt baptiſmum eis detrectantes, quod quidem Paſtores haut ægrè ferunt, ſi præſertim ſobrietati, prout de-
2 cent, dediti ſunt: † at Ædituos de hoc conqueri non rarò experimur: nec immeritò, cùm bonâ ſalarii ſui parte & recreatione defraudentur. Quare iis ſubveniendum e-
3 rit, non quidem † ut hoſpes invitus ad convivium eos excipere cogatur, ex quo parum jucundæ converſationis & amicitiæ ſperandum eſſet, nec ſine inſigni ſcandalo id fieret, quippe quod Æditui ad formam honeſtatis ac ſobrietatis ſe exhibere de-
4 beant; ſed † ut in recompenſationem hujus accidentalis nummarium iis exſolvatur honorarium, pro arbitrio boni viri & ratione facultatum hoſpitis, ita ut groſſus, quandoque etiam dimidia ſaltem hujus pars ſufficiens ſit. At hoc
5 ita intellectum velim, † ne optioni relinquatur Æditui, num intereſſe convivio, vel pecuniam acceptare malit; ſed hoſpitis potiùs electioni committendum, quidnam Æedituo præſtare velit, quia nempe in alternativis † electio eſt debitoris, *l. plerumque. 10. §. ult. ff. de jur. dot. l. ſi heredi plures. 5. ff. de condit. inſtit. l. ita diſtrahitur. 25. l. ſi in emtione. 34. §. ult. ff. de contr. emt. l. non utique. 2. §. qui Stichum. ff. de eo quod certo loco. l. 6. §. 1. ff. de jur. patron. l. 7. §. 51. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 24. defin. 13. n. 1.* Et ſemper favorabiliores † ſunt partes ejus, qui ſollicitus 7
eſt de damno vitando, quàm de lucro captando laborat, *l. Proculus. ff. de damn. infecto. lib. ſi is cui. §. ult. ff. de furt. l. juris ignorantia. l. Regula in pr. ff. de jur. & facti ignor. l. ult. C. de Codicill.* Notandum porrò & hoc, quod † exſolutio donarii hujus num- 8
marii tum demum habeat locum, ſi poſt diſpenſationem baptiſmi convivium paretur: Cæteroquin ſi propter inopiam aliavè ex causâ id intermittatur, non licet Æedituo quicquam exigere; † nec enim ſurrogatum 9
in conſideratione eſt, quando ceſſat id, in cujus locum quid eſt ſurrogatum, *arg. cap. Eccleſ. 3.* ubi gloſſ. *extr. de lite pendente.* Jaſon. *in l. ſi eum. 10. qui injuriarum. 2. num. 2. ff. ſi quis caution.* Alexand. *l. 4. conſil. 55. numer. 12.*

Ita † Conſiſtorium Supremum in eâdem causâ. (Verba Reſcripti: Der Bierſuppen hal- 10
ben aber laſſen wir es bey eurer Anordnung/und daß dafür (wofern das Tauff-Eſſen von des Kindes Vatern ausgerichtet wird) die bishero gegebene 2. Pfennige mit eingerechnet/ jeder einen Groſchen / und ein Hausgenoß 6. Pfennige dem *Cuſtodi* reichen ſollen/bewenden. Sie wolten denn an ſtatt deſſen ihn des Tauff-Eſſens mit genieſſen laſſen; Und ihr werdet beyde Theile hierauf zu beſcheiden wiſſen / ꝛc.)

DEFINIT. CXXII.

Præſtanda ſunt Eccleſiæ Miniſtris ſtipendia & accidentalia, etiamſi aliunde habeant, unde vivant.

SUMMARIA.

1. *Accidentalia & donaria omnibus Eccleſiæ miniſtris communia.*
2. *Num etiam iis, qui aliunde habent, unde vivant?*
3. *Non omnes hoc concedunt.*
4. *Vera tamen eſt deciſio affirmativâ.*
5. *Quibus ex cauſis & fundamentis? n. 7. 11.*
6. *Exempla adducuntur ex ſacris.*
8. *Clara eſt hâc de re Ordinatio Eccleſiaſtica Elect. Saxon.*
9. *Pietas liberalitatem erga Miniſterium hanc requirit.*
10. *Præceptum accedit divinum.*
12. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 13.*

1 DIximus hactenus de ſalariis & donariis accidentalibus miniſtrorum Eccleſiæ, omnibus † indifferenter communibus, ſive inopes ſint, ſive ditiores; Scio equidem, Proſper. *lib. 2. de vitâ contemplat. cap. 9. & ſeqq.* illa duntaxat probare ſtipendia, quæ pauperibus & egenis ſubminiſtrantur; † iis verò, qui vel ex patrimonio, 2
vel ex hereditate habent, unde vivant, nil

nil ſuppeditandum aſſerere, propterea quod bona eccleſiaſtica non dentur Clericis in præmium laboris, ſed ſolùm ut ſuſten-
3 tentur & neceſſaria ad vitam habeant; † Ergò ſi neceſſaria ſuppetant, nequaquam iis quid dandum erit in præmium laboris? At nimis dura eſt hæc opinio, ut ipſemet
4 fatetur Proſper: quin & † contra jus divinum, quo operarius, ſive ſit dives ſive pauper, dignus judicatur mercede ſuâ, *Luc. 10.*
5 7. Cumque † jure divino ac naturali miniſtris Eccleſiæ ſtipendia debeantur, *1. Cor. 9. verſ. 11. & ſeqq.* non certè denegari poterunt iis, qui aliunde habent, unde vivant: Quò & facit exemplum Melchiſedeci, qui licet
6 regias habebat facultates, † nihilominus ab Abrahamo decimas accepit, *Geneſ. 19. verſ. 20.* nec non Salvatoris noſtri, qui ſibi ſuisque Apoſtolis de victu & neceſſariis ad vitæ ſuſtentationem immediatè per miraculum proſpicere potuiſſet, placuit tamen
7 ipſi † vivere ex iis, quæ à piis ei ſubminiſtrabantur, *Luc. 8. verſ. 3.* ſuo ut doceret exemplo, etiam illis Eccleſiæ Doctoribus eſſe dandum, qui de proprio habent, unde vivant, Joh. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſiaſt. pag. 514.* Atque hoc ipſum verbis expreſ-
ſis approbavit Sereniſſimus Saxo † *in Ordinat. Eccleſiaſt. artic. general. 24. verſ.* Und 8
ſoll keiner Gemeinde Entſchuldigung angenommen werden / da ſie vorgeben / als ſey der Pfarrer ſonſt reich genug / dergeſtalt ſie allezeit ſich ausreden / und dem Pfarrer ſeinen gebührenden Sold vorhalten möchten / *&c.* Cui porrò addimus, quod ſi maximè unus vel alter Eccleſiæ miniſter ſtipendio carere poſſet, † ipſa tamen 9
pietas auditorum hanc gratæ mentis ſignificationem & obſervantiam erga Miniſterium requirat, Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 4. cap. 10. caſ. 5.* Non etenim fruſtra
† præcepit olim Dominus, ne quis coram 10
Sacerdote vacuus compareret, nec Levitam deſereret, *Deut. 12. verſ. 19.* & Salomon ait: Honora Dominum de ſubſtantiâ tuâ & de primitiis omnium frugum tuarum, & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt, *Proverb. 3. v. 9.* Ne dicamus, † quod miniſtri Eccleſiæ, 11
qui præmia ſtipendiorum accipere recuſant, facilè in ſuſpicionem adduci queant, quod peculiaris cujusdam ſanctimoniæ gloriolam aucupentur, Joh. Gerhard. *dict. loc.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Haynenſi & Wilhelmo à Köckeritz in Walda / *die 30. Martii An. 1625. (Verba Reſcripti:* Wollet demnach von den Kirchen Vorſtehern und Eingepfarrten nothdürfftige Erkundigung einziehen / und darauff des Abtrags halben ſie nach billigen Dingen gütlich vergleichen / auch ſonſten gebührliche Weiſung thun / und daran ſeyn / damit den Pfarrern und Schuldienern ohne Unterſcheid / ob ſie arm oder reich ſeyn / und ſich ohne deß wohl ernähren können / nichts möge entzogen werden / uns auch / wie ihr ſolches alles verrichtet / zu fernerer Anordnung zu erkennen geben / *&c.*) 12

Et † Præfecto in Stolpen die 6. Nov. An. 1612. (Verba Reſcripti: Begehren an ſtatt des Churfürſten zu Sachſen und Burggrafens zu Magdeburg ꝛc. unſers gnädigſten Herrns hiermit / Ihr wollet ihnen aufferlegen / daß ſie dem Pfarrer und Schulmeiſter ohne Unterſchied ihres Vermögens / Inhalts der *Generali*en, ihre Gebühr für die Seelſorger entrichten / auch in Verweigerung das ſchuldige Theil durch gebührliche Mittel darzu anhalten / *&c.*) 13

DEFINIT. CXXIII.

Immunes ſunt miniſtri Eccleſiae a praeſtatione Metatorum, der Einquartierung.

SUMMARIA.

1. *Miniſtri Eccleſiæ ſingularibus gaudent prærogativis & privilegiis.*
2. *Non minimum eſt onus præſtatio Metatorum.*
3. *A quo miniſtri Eccleſiæ ſunt exemti.*
4. *Quibus ex cauſis & fundamentis? n. 5.*
6. *Miniſtri Eccleſiæ ſubeunt ſpiritualia.*
7. *Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Elector. Saxonica.*
8. *Præſtatio Metatorum refertur inter onera realia.*
9. *Hodie pro mixto habetur onere.*
10. *Domus parochiana eſt privilegiata.*
11. *In ædibus privatis miniſtri Eccleſiæ haud ſunt privilegiati.*
12. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Non minimum etiam habetur præmium & ſtipendium miniſtrorum Eccleſiæ, quòd ſingularibus gaudeant prærogativis, privilegiis & immunitatibus ob oneribus, quibus Laici gravantur, ut videre eſt in *Ordinat. Eccleſ. tit.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener *fol. 95. & ſeqq.*
2 Inter ejusmodi onera refertur quoque † præſtatio metatorum, hoc eſt, hoſpitiorum quæ ſupervenientibus militibus præbentur, vulgò die Einquartirung, Dionyſ. Gothof. *in Rubr. C. de metatis & Epidemeticis libr. 12.* Quod onus hiſce temporibus eſt
3 † omnium maximum ac difficilimum, & cives ac incolas ſupra modum gravat, à quo miniſtri Eccleſiæ, Paſtores & Æditui ſunt
4 immunes, (1.) † ne dignitas Sacerdotii & Miniſterii eccleſiaſtici confundatur, ut dicitur *in l. nec honore. C. de Epiſcop. & Cleric.*
5 *l. ult. C. de excuſat. mun. lib. 10.* (2.) † Ne à militibus impediti eorumque conſortio gravati avocentur à functione ſuâ, *l. generaliter. C. de Epiſcop. & Cler. l. presbyteros. 2.*
6 *C. eod. tit.* (3.) Et ſufficit, † quod miniſtri Eccleſiæ ſubeant ſpiritualia, Paul. de Caſtr. *conſil. 300.* (4.) Quò & facit expreſſa ſanctio
7 Electoralis in † *Ordinat. Eccleſiaſt. dict. tit.* von *Immunitatibus* und Freyheit der Kirchendiener. §. Darneben aber unſere Kirchen-Diener in Städten und Dörffern aller perſönlichen Bürden/ mit Wachen/ Gerichtsfolge und ſonſten für ihre Perſon verſchonet bleiben/ ꝛc. Etſi enim me non lateat, præſtationem metatorum propriè referri † inter onera realia ſeu pa- 8
trimonialia, *l. & qui originem. 3. §. minus hoſpitis. 14. ff. de muner. & honor.* attamen hodiernis moribus mixtum habetur, † unde 9
eo incolas quoscunque, etiamſi proprias ædes non habeant, ſed jure conductionis inhabitent domum alienam, gravari videmus. Quin & cum domus parochiana in uſus Paſtoris ædificata † privilegiata ſit, & e- 10
jusmodi oneribus exemta, tàm ratione perſonæ quàm habitationis, & ſive perſonale, ſive reale ſit onus præſtatio metatorum, immunes ab ea rectiſſimè dixerim Eccleſiæ miniſtros. Quod tamen limitatum velim in ædibus † ipſorum propriis atque priva- 11
tis, quas ſi poſſideant, immunitas harum reſpectu ceſſabit, nec ab iis onus illud avertere poſſunt: quod luculenter innuunt verba *dict.* §. Darneben aber. *in Ordin. Eccl. ibi:* für ihre Perſon. & poſteà: Und ihre Erb-Güter/ ſchuldige Frohn und perſönliche Pflicht durch andere ums Lohn beſtellen mögen.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Præfecto Coldicenſi, die 27. Februar. Anno 1635. (Verba Reſcripti:* Was maſſen an höchſtgedachten unſern gnädigſten Herrn der Schulmeiſter zu Ablas/ Andreas Werner/ wider die Einwohner daſelbſt/ daß er einen Holſteiniſchen Corporal ins Quartier einnehmen und unterhalten müſſen/ ſich beſchweret/ und deßwegen unterthänigſt gebeten/ das habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann ſein Suchen der Billigkeit gemäß; Als iſt hierauf an ſtatt ihrer Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ſo ſichs *Supplicant*ens Suchen nach verhält/ Ihr wollet ihme zu ſeinem erlittenen Schaden wider die Einwohner auf vorhergehende *Liquidation* und *Moderation* gebührlichen verhelffen/ und hinfüro ſo wol ihn als den Pfarrer mit der Einquartirung verſchonen laſſen/ ꝛc.) 12

Definit. CXXIV.

Haut gravandi ſunt miniſtri Eccleſiæ paſtione pecorum; paſtori tamen communi ad paſcendum conducto mercedem pro rata exſolvere tenentur.

SUMMARIA.

1. *Ruſtici quandoque immunitates invident Eccleſiæ miniſtris.*
2. *Gravandi non ſunt onere paſtionis pecorum miniſtri Eccleſiæ.*
3. *Quibus ex cauſis & fundamentis?*
4. *Ratio hujus immunitatis quænam?*
5. *Expreſſa eſt ea in Ordinat. Eccleſ. Elector. Saxon.*
6. *Onus paſtionis pecorum eſt perſonale.*
7. *Pecora Paſtoris à ruſticis paſcenda.*
8. *Communi paſtori Eccleſiæ etiam miniſtri ratam ſuam exſolvere tenentur.*
9. *Ceſſante nimirum ratione immunitatis.*
10. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 EO quandoque impietatis progrediuntur ruſtici, ut omnem miniſtris
Eccleſiæ prærogativam & immunitatem invideant, operasque ruſticas
ab iis exigant, quos propterea pudere deberet. Subveniendum itaque Clericis, nec
concedendum, ut graventur onere paſtio-
2 nis; † ſi ipſimet incolæ juſtâ ſerie pecora
paſcant. (1.) Propter claram ſanctionem
3 Electoralem *in* † *Ordinat. Eccleſiaſt. art. general. 40.* §. Mit der Viehhut ſoll es/ſo viel
müglich/ alſo gehalten werden/ daß/ wo die Bauren des Viehes um die Zech hüten/ beydes die Dorff-Pfarrer und *Cuſtodes* derſelben Zechhut gefreyet und entnommen ſeyn ſollen. *Et v. ſeq.* Derowegen ſollen ſie mit der Zechhut nicht beſchweret werden / auch den Bauren nichts darfür zu gelten oder zu geben ſchuldig ſeyn / und gleichwol Macht haben ihr Vieh unter der Gemeinde Vieh
4 zu treiben/ꝛc. (2) † Cujus ſanctionis ratio
hæc eſt, quod miniſtri Eccleſiæ ſpiritualibus ſint intenti, nec in excubiis pecorum, ſed animarum ſtare debeant, iisque operis abſtinere, quibus in officii adminiſtratione impediuntur, *l. general. C. de Epiſcop. & Cler.*
5 quæ ratio etiam † exprimitur *in dict.* §. Mit
der Vieh-Hut. *Ordin. Eccleſiaſt. verſ.* Denn weil ſolche Perſonen zum Kirchen-Dienſt beſcheiden und verordnet ſind/ und warten müſſen / welche Stunde ſie Kinder tauffen/oder zu den Krancken in Todes-Nöthen erfordert werden / können ſie nicht zugleich auff ſolch ihr Amt warten/
und auch des Viehes hüten. (3.) † Nec 6
quisquam dubitet, onus hoc eſſe perſonale, qualia quæ ſunt, miniſtris Eccleſiæ imponi haut debent, ne dignitas eccleſiaſtica vileſcat, Henn. Arniſ. *de ſubject. & exemt. Clericor. cap. 4. num. 10.* Cæterum etſi ipſimet Eccleſiæ miniſtri ab onere paſtionis
ſint immunes, † eorum nihilominus peco- 7
ra ruſtici ac incolæ bonâ fide paſcere ac cuſtodire, quin & negligentiâ ſuâ damnum datum reſarcire tenentur, *dict. art. gener. 40.* §. mit der Vieh-Hut. *verſ.* Welche verpflichtet ſeyn ſollen / für den Schaden gut zu ſeyn/ꝛc. Sed hoc ita, ſi incolæ ipſi-
met pecora paſcant. † Quod ſi verò paſto- 8
rem communem ad actionem paſcendi conduxerint, miniſtri Eccleſiæ ratam ſuam non minus ac ruſtici ad exolutionem mercedis præſtare obſtricti ſunt, *dict. artic. general.* §. Da man aber vom Vieh einem beſtellten Hirten lohnet / ſollen Pfarrer und Küſter gleiche Bürden mit den Nachbarn tragen / und für ihr Viehe auch reichen und geben / nach Gewohnheit des Orts / gleich andern / ohne Ge-
fehrde. Ceſſante † nimirum ratione im- 9
munitatis, ne ſcilicet avocentur à functione ſua, eo caſu, quo paſtor conductitius operas impendit, ut hinc etiam immunitas ipſa haut immeritò ceſſet. *arg. cap. cum ceſſante. 60. extr. de appellat.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Præfecto Haynenſi, die 22. Marti Anno* 10
1626. (Verba Reſcripti: Wofern nun die Gemeinde zu Striefen nach Anzahl des Viehes von ihrem Pfarrer bishero ein mehrers genommen / als ſie ſelbſt für ihr Viehe dem gemeinen Hirten entrichten; So hätten ſie hierdurch dem 40. *General-Articul* zuwider gehandelt; Derowegen begehren wir hiermit/Ihr wollet nach Befindung es nochmals dahin richten / daß der Pfarrer / wenn die Gemeinde ſelbſten hütet / mit der Hut verſchonet / oder da ſie einen gemeinen Hirten dingen/ ihme/ was von den Leuten zu viel genommen / wieder erſtattet/ und hernach zwiſchen beyden Theilen nach Anzahl des Viehes Gleichheit gemachet werde/ꝛc.)

TIT. IIX.

De

Decimis.

DEFINIT. CXXV.

Etiamnum hodiè miniſtris Eccleſiæ debentur decimæ; at non ſemper in decima parte, ſed quantitate pro cujusque loci conſvetudine recepta.

SUMMARIA.

1. *Uſus decimarum in jure divino fundatus.*
2. *Nec non jure Canonico probatus.*
3. *Et ratione naturali inductus.*

4. *Paſſim apud gentes frequentatus.*
5. *Apud Romanos quoque receptus.*
6. *Num hodie miniſtris Eccleſiæ decimæ ſint ſolvendæ?*
7. *Affirmant hoc ſimpliciter Pontificii.*
8. *Adducentes textus juris divini.*
9. *Negant verò hoc Anabaptiſtæ & Antitrinitarii.*
10. *Quæ ſententia noſtrorum Theologorum hâc de quæſtione?*
11. *Solvi omninò debent decimæ miniſtris Eccleſiæ.*
12. *Non tamen præcisè pars decima.*
13. *Inſtitutio decimarum quatenus eſt juris divini.*
14. *Quâ in portione ſolvendæ ſunt decimæ?*
15. *Decima dicitur, quæ eſt octava, trigeſima aut quadrageſima pars.*
16. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 ANtiquiſſimus certè eſt uſus decimarum miniſtris Eccleſiæ ſolvendarum, non modò in ſacris literis, *Geneſ.14.verſ.20.& c.25.v.22. Exod. 22. v. 29. Levit. ult. v. 30. 32. Num. 18. verſ. 21. 24. Deut. 14. v. 22. 23. 28. Malach. 3. verſ. 10. Matth. 23. v. 23. Luc. 18. v. 12. Hebr. 7. v.*
2 *4. 5.* † ſed & in jure Canon., *c. revertimini. c. decimæ. 16. quæſt. 1. c. decimas. 16. quæſt. 7. c. 1. cap. parochianos. 14. cap. tua. 25. cap. tua nobis. 26. extr. de decimis.* Petr. Rebuff. *in tract. de decimis. quæſt. 1. num. 9. & ſeqq.*
3 Tyndar. *de decim. n. 10.* quin † & ratione neutrali fundatus, quia recta ratio præcipit, ut eum alamus, qui nobis inſervit, & ut demus miniſtro Eccleſ. qui nos ſpiritualia docet, unde vivere queat, Joh. Azor. *l. 7. inſtit. moral. cap. 23. pag. 600. v. quarto quæritur, &c. pag. 601. v. in his igitur duabus quæſtionibus &c.* quare non ſolùm apud popu-
4 lum Dei, verum † etiam alias gentes paſſim frequentatus, Dionyſ. Gothofr. *in l. 2. §. ult. ff. de pollicit.* Plin. *l. 12. cap. 14.* Alexander ab Alexandr. *lib. 3. Genial. dier. cap. 22. fol. 165. verſ. nonnunquam &c.* Petr. Gregor. Tholoſ. *Syntagm. jur. univerſ. lib. 2.*
5 *cap. 20. & 22.* † Tradit quoque Herodotus, Crœſum Cyro conſilium dediſſe, ut ex omnibus hircis decimus quisque Jovi redderetur. *lib. 1. & 9.* Et Lucullum Romani moris ac juris peritiſſimum, quod decimam voviſſet votumque perſolviſſet, maximis opibus auctum veteres exiſtimâſſe,
6 narrat Plutarchus *in Lucullo.* At num † hodie miniſtris Eccleſiæ jure debeantur, & neceſſariò ac præcisè ſint exſolvendæ decimæ? non unanimis omnium eſt opinio;
7 Equidem Bellarminus † hoc ſimpliciter affirmat *lib. 1. de Cler. cap. 25.* cui aſſentitur Wilhelmus Zepper. *lib. 4. cap. 10. explanat. LL. Moſaicar.* nec non communiter juris Canonici Doctores, Innnoc. *in cap. ult. extr. de paroch.* Hoſtienſ. *in ſummar. tit. de decimis.* §. 7. Alexand. *vol. 4. conſil. 60.* Ancharan. *in cap. 1. extr. de decimis. in 6to.* alique plurimi allegati ab Azor. *dict. cap. 23. verſ. quarto quæritur &c.*

quibus pro maximâ eſt † ſanctio juris divini, in ſuprà allegatis textibus, quæ etiam reperitur in Novo Teſtamento, *Matth. 22. verſ. 21.* Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt DEI, DEO, *cap. 10. verſ. 10.* Dignus eſt operarius mercede ſuâ, *1. Corinth. 9. v. 7. & 14.* Dominus ordinavit, ut qui Evangelium annunciant, de Evan- 8
gelio vivant. † Econtra verò decimas eſſe dona indebita, gratuita, puraſque Eleemoſynas, aſſeruit olim Wiclefus, hodie Anabaptiſtæ & Antitrinitarii, Didac. Covarr. *libr. 1. var. reſolut. cap. 17. num. 2.* Noſtra- 9
tes verò & orthodoxi † Theologi neutrum propugnant, ſed conferendas eſſe decimas ad ſuſtentationem miniſtrorum, quibus debetur merces, modum verò & quantitatem ex pietate, charitate, & commoditate metiendam ſtatuunt, Paul. Tarnov. *in deciſ. quæſtionis: An decimæ ex juſtitiâ debeantur Sacerdotibus &c.* apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. conſil. eccleſ. part. 2. fol. 843. num. 9.* jura enim ſacra ſi exactiùs perpendamus, fateri neceſſum habemus, 10
† ſolvendam omninò etiamnum hodie eſſe decimam, vel aliquid, quo ipſa decima compenſetur, hoc eſt, partem aliquam noſtrorum fructuum ac redituum, neceſſariam ad ſuſtentandos Eccleſiæ miniſtros & ad ſolvendum debitum operariis eccleſiaſticis 11
ſtipendium; † ſed non definitè ac præcisè partem decimam, ſiquidem in Novo Teſtamento nullum divinum præceptum eſt datum, niſi ad Decalogum & mores, ad fidem, ſpem & charitatem ac Sacramenta à Chriſto Domino inſtituta pertineat: At præceptum de parte decimâ ſolvendâ tale non eſt, ratione nimirum quanti, ut maximè aliquid loco decimæ ſolvendum ſit miniſtris Eccleſiæ, ex quo vivant, Joh. Azor. *dict. cap. 23. pag. 601. v. in his igitur duabus* 12
quæſtionibus. † Quantumvis ergò decimarum inſtitutio non eſt juris divini quoad certam quantitatem; eſt tamen quoad congruam Sacerdotum ſuſtentationem. Ideòque retinemus in Eccleſiis noſtris decimas, easque miniſtris Eccleſiæ etiam- 13

num

num præſtandas decimas, ſed non ratione quanti, hoc eſt, in decima præciſè reditu-
14 um parte, verùm † in portione ex cujusque loci piâ conſvetudine vel ſtatuto receptâ, Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. libr. 3. claſſ. 1. cap. 8. num. 8.* Anton. Fab. *in Codic. libr. 1. tit. 3. defin. 21.* Tarnov. *dict. loc.* Ex vulgo etiam dicitur *decima*, quæ † eſt octava vel interdum 15
vicefima, trigeſima aut quadrageſima pars, quia loco decimæ præſtatur ex conſvetudine, *cap. in aliquibus. verſ. illæ quippe. extr. de decim.* & propterea decima nuncupatur, Anton. Fab. *dict. defin. 21. num. 1.* Johan. Azor. *dict. cap. 23. pag. 602. verſ. cæterum contra.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Præfecto Mühlbergenſi, die 28. Julii Anno 1613. (Verba Re-* 16
ſcripti: Befehlen demnach/Ihr wollet Beklagten aufferlegen/daß ſie Supplicanten ſeinen verdienten *Decem* zu rechter Zeit ohne Vortheil und Abbruch erſchütten/in Verbleibung die Widerſpenſtigen durch gebührliche Hülffs- und Zwangs-Mittel darzu *compelliren* und anhalten/ꝛc.)

Definit. CXXVI.

Præſtandæ ſunt decimæ frumenti in eo frumento, quod in cujusque agro ex cultura ſua procreatur, ſo gut es ihme gewachſen.

SUMMARIA.

1. *Decimæ miniſtris Eccleſiæ ſolvendæ ſunt pars ſalarii.*
2. *Caveant parochiani, ne in morâ præſtandarum reperiantur.*
3. *In puro frumento illas ſolvant.*
4. *Quale ſcilicet in agris ipſorum procreatum.*
5. *Rationes & fundamenta hujus aſſerti. num. 9.*
6. *Ex ipſâ ratione decimarum deciſum probatur.*
7. *Adducitur votum Jacobi Patriarchæ.*
8. *Decimæ ratione pietatis dantur Eccleſiæ miniſtris.*
10. *Reſcriptum Electorale.*
11. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 12.*

1 EX dictis *Definit. præced.* perſpicuum, decimas eſſe partem ſalarii non minimam, quæ miniſtris Eccleſiæ annuatim exſolvitur, ut verè ſalarium illas dixeris. Caveant ergò ſibi incolæ &
2 parochiani, † ne in morâ præſtandarum decimarum reperiantur, nec quoquo modo eas imminuant, quod non raro videmus
3 fieri in decimis † frumenti, dum illud in glumas & lolium convertitur, neque hinc decimæ in puro frumento ſolvuntur. De hoc ergò ſi conquerantur miniſtri Eccleſiæ,
4 adigendi ſunt parochiani, † quò tale offerant frumentum, quale in cujusque agro quotannis naſcitur & procreatur, deque eo
5 ipſo ſolvant decimas. Idque (1.) † propter claram ſanctionem Electoralem in *Ordin. eccleſiaſt. art. general. 21. verſ.* Damit man ſehe/daß ein jeder tüglich Geträydig/und ſo gut es ihnen gewachſen / und ſie ſelbſten ſäen wollen / unausgeſondert / erle-
6 gen. (2.) Nec ratio decimæ admittit, † ut in alio præſtetur frumento, quippe quæ decima vel alia pars & portio eſt illorum fructuum, qui quotannis in agro naſcuntur, quosque unusquisque percipit, Johan. Azor. *lib. 7. inſtit. moral. cap. 23. in pr.* Quo & facit † votum Jacobi Patriarchæ de ſol- 7
vendis decimis ex omnibus, quæ à DEO eſſet accepturus, quando ait: Cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi, *Geneſ. 28.* Unde perſpicuum, ex illo ipſo frumento, quod in cujusque agro naſcitur, decimas fore deſumendas & miniſtris Eccleſiæ offerendas. (3.) † Cumque decimæ 8
ex pietate concedantur miniſtris Eccleſiæ, impii ſunt judicandi ii, qui frumentum glumis & lolio miſcent, vel purum cum impuro commutant, & ſic cenſus ac decimas attrectant, corrumpunt, & annihilant,
† quod profectò nihil aliud eſt quàm ipſum fallere DEum, tantoque magis puniendum, quanto minus malitiæ huic indulgendum; ex quo tandem dignitas Eccleſiaſtica ob paupertatem vileſcit, *Clem. in plerisque de elect. & elect. poteſt.* 9

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Præfecto Rochlicenſi, die 31. Decembr. Anno 1618.* 10
(Verba Reſcripti: Welcher maſſen die Kirchen-Vorſteher zu Zeithen über

etliche der dir anbefohlnen Amts-Unterthanen/daß ſie das geiſtliche Zins-Geträydig an gantz geringem Zeuge und lauter Treſpen erſchüttet / ſich unterthänigſt beſchweren/das haſt du aus der Jnlage zu vernehmen. Wann aber ſolches gantz unchriſtlich und unſrer Kirchen-Ordnung ausdrücklich zuwider; Als begehren wir hiermit / du wolleſt ihnen ernſtlich aufferlegen / daß ſie ſolches untügliches Korn wieder zu ſich nehmen / und dagegen tüglich Geträydig/ſo gut es ihnen gewachſen/und die Garben geben/erſchütten ſollen/ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Henrico à Frieſen* in Rötau / *die 25. Septembr. Anno 1629.* 11
(Verba Reſcripti: Jn den übrigen aber/und ſo viel das begehrte Saamen-Korn betrifft / Supplicanten / daß er mit dem *Decem*, ſo gut derſelbe den Leuten gewachſen/vor lieb nehmen müſte/beſcheiden/ꝛc.)

Nec † *non Præfecto Mühlbergenſi, die 28. Julii Anno 1613.* (*Verba Reſcripti:* Jhr wollet 12
Beklagten aufferlegen/daß ſie Supplicanten ſeinen verdienten *Decem* an tüchtigem Geträydige/ſo gut als es ihnen jedes mal gewachſen/erſchütten/ꝛc.)

Definit. CXXVII.

Parochiani num decimas frumenti modio cumulato, vel hoſtorio æquato, mit gehäufftem oder abgeſtrichenem Scheffel/ miniſtris Eccleſiæ admetiri teneantur?

SUMMARIA.

1. *In modio quandoque defraudantur Paſtores decimis.*
2. *Cui malitiæ occurrit Elector Saxon. in Ordinat. Eccleſiaſticâ.*
3. *Num modio cumulato decimæ ſolvendæ?*
4. *Deciſio ex loci cujusque conſvetudine petenda.*
5. *Tolerabilia ſunt, quæ vetus comprobat conſvetudo.*
6. *Deficiente conſvetudine in modo æquato ſolvendæ ſunt decimæ.*
7. *Et quare hoc?*
8. *Intellectus hominis extraneus, qui non conſonat auribus vulgi.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 SÆpè etiam in modio homines agreſtes decimis miniſtros Eccleſiæ defraudare conantur. Cui malitiæ occurrit Sereniſſimus Saxo *in Ordinat.*
2 *Eccleſiaſt.* † *art. gener. 23.* falſi ac deminuti modii uſum prohibens, *in verb. final.* So gut es ihnen gewachſen / und an rechtem Maaß erlegen. ubi tamen hoc remanet dubium: an parochiani decimas frumenti modio cumulato miniſtris Eccleſiæ ad-
3 metiri debeant, an verò ſint audiendi, † ſi modio per hoſtorium æquato eas offerant? Sane deciſio hujus dubii ex verbis prædictis vix deſumenda, cùm non appareat, qualisnam modius pro vero ac juſto habeatur? Exiſtimaverunt itaque Domini Conſiliarii in Conſiſtorio Supremo Electorali,
4 † morem ac conſvetudinem loci in præſtandis decimis imprimis attendendam fore, & menſuram antiquitùs hoc caſu receptam etiam in poſterum adhibendam;
5 Rectè omninò, nam quæ moribus † recepta ſunt, obſervari debent, & cenſentur tolerabilia, quæ vetus comprobat conſvetudo. *l. Imperatores. ff. de pollicit. l. non tantum. §. ult. ff. de decur.* obtinetque conſvetudo vim veritatis, *l. 1.* & ibi Gloſſ. Baldus & Sichard. *C. de ſervit.* Andreas Gail. *libr. 1. obſervat. 88. num. 7.* & dirigit ac informat omnes actus mundi, Anton. Fab. *libr. 4. tit. 7. definit. 21.* † Quod ſi verò de cer- 6
tâ conſvetudine haut appareat, in modio æquato, beym abgeſtrichenen Scheffel/ acquieſcendum dixerim, propterea quod communiter hic uſu frequentetur, ac pro vero & juſto modio vulgò habeatur, ut propterea in dubio ab intellectu communi haut ſit recedendum. Nam vulgaris loquendi uſus † omni verborum ſi- 7
gnificationi & Regulæ derogat. Bartol. *in l. omnes populi. 9. num. 58. ff. de juſt. & jur.* Modeſt. Piſtor. *libr. 1. conſil. 13. num. 18.* Henn. Göden. *conſil. 6. num. 6.* † Eſt- 8
que omnis intellectus extraneus, qui non conſonat auribus vulgi. Baldus *in tit. de pace conſtant. §. ſententiæ quoque. 2. verſ. Opizoni. num. 5.* Alexand. *lib. 6. conſil. 102. num. 13.* Tib. Decian. *lib. 5. conſil. 89. n. 46.*

Ita

Ita † *Conſiſtorium Supremum* Loth *à* Thumshirn in Kauffungen / *die 28. April. Anno* 9
1617. (*Verba Reſcripti:* Was maſſen an uns der Pfarrer zu Niederfrohne durch den Superintendenten zu Lomnitz über eure Unterthanen zu Kauffungen/daß ſie ihme den Hafer-*Decem* nicht gehäufft erſchütten wollen/ſich beklaget/ſolches habt ihr aus beygefügten zu befinden; Begehren derohalben an ſtatt höchſt-gedachtes unſers gnädigſten Herrns wir hiermit; Wofern des Pfarrers Anziehen nach alle andere Eingepfarrten das Hafer-Maß in Erſchüttung des *Decems* häuffen/ Ihr wollet eure Unterthanen gleichfalls darzu anhalten / oder ſie ihr *Privilegium*, und daß ſie allein hiervon *eximi*ret worden / in *Originali* vorweiſen laſſen/*rc.*)

Et † *eidem, ac Superintendenti in Lomniz, die 15. Auguſti Anno 1617* (*Verba Reſcripti:* Wo- 10
fern nun eure des Thumshirn Unterthanen erweiſen können / daß ſie über 40. Jahr keinen gehäufften Scheffel / ſondern nur geſtrichen Maß gegeben; So laſſen wir ſie darbey billich verbleiben/und ihr der Superintendens weſdet den Pfarrer; In Gegenfall aber ihr der von Thumshirn / daß wir es bey jüngſter Anordnung bewenden laſſen/eure Unterthanen zu beſcheiden / euch auch ſelbſt vor eure Perſon darnach zu achten wiſſen/*rc.*)

DEFINIT. CXXIIX.

Decimæ non ſolutæ à novo prædii poſſeſſore jure tacitæ hypothecæ præſtari debent.

SUMMARIA.

1. *Decimas non modo plebeji ſolvere tenentur.*
2. *Sed & Nobiles perſonæ.*
3. *Quin & Clerici de prædiis ſuis patrimonialibus.*
4. *Frequentior hodiè eſt uſus decimarum prædialium.*
5. *Diſtracto prædio, num novus poſſeſſor ad præſtationem decimarum obſtrictus?*
6. *Factum cuique ſuum nocere debet.*
7. *Refellitur ratio dubitandi.*
8. *Præſtatio decimarum eſt onus reale, quod rem ſequitur.*
9. *Deciſio quæſtionis.*
10. *Emtor ſolvens decimas à ſuo autore eas recuperare valet.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Decimas non modò Laici ſolvere ſunt obſtricti, *cap. decimas &c. omnes decimæ. 16. quæſt. 7. c. præter hoc. diſtinct. 32. c. parochianos. 14. tuæ nobis. 26. c. in aliquibus. 32. extr. de decimis.* ſed etiam Nobiles, ut appa-
2 ret † ex *Ordin. Eccleſ. Elector. Sax. art. gener. 22.* §. Als auch. *verſ.* den mehren Theil aber durch etliche von Adel/*rc.* Joh. Azor. *libr. 7. inſt. moral. cap. 24. in pr.* quin & Judæi de terris, quas colunt, *cap. de terris. 16. extr. de decim. cap. quanto. 18. extr. de uſur.*
3 Johann. Knafel. *de decim. theſ. 6.* † & Clerici de prædiis ſuis patrimonialibus, *cap. novum. extr. de decim.* Azor. *dict. cap. 24. in pr.* Panorm. *in cap. 2. extr. de decim.* Andreas Hiſpan. *in tract. de decim.* §. *undecimo. n. 2.* Scilicet quia hodiè vix aut rarior uſus eſt decimarum perſonalium, Knafel.
4 *dict. loc. theſ. 5.* ſed frequentantur † decimæ prædiales, quæ ex prædiis de fructibus & proventibus ſolvuntur iisque inhærent, *c. 1. c. commiſſum. 4. c. ex parte. 21. extr. de decim.* Quid verò ſi non ſolutæ fuerint decimæ & prædium diſtrahatur, † an no- 5
vus poſſeſſor ad harum præſtationem tenebitur? Iniquum dixeris cum Henric. Caniſ. *in tract. de decim. cap. 4. n. 3.* factum venditoris ſive prioris poſſeſſoris emtori ſeu novo poſſeſſori nocere, cùm † alias 6
factum cuique ſuum & non alii nocere debeat, *l. factum. ff. de Reg. Jur. lib. 1. in pr. ff. de alienat. judic. mutand.* nec æquitati convenit, ut alter alterius odio prægravetur, *c. non debet. extr. de Reg. Jur. in 6to.* † 7
Sed verum hoc eſt, ſi de ipſo agatur debito perſonali, quo procul dubio venditor eſt obſtrictus, etiamſi prædium diſtraxerit, ſiquidem fructus, de quibus ſolvendæ fuerunt decimæ, percepit, ut hinc etiam onere gravari debeat, *cap. homines. 7. & cap. cum non ſit. 33. in fin. extr. de decim.*
† Attamen cum præſtatio decimarum ſit 8
onus reale, quod ipſam rem ſequitur, *lib. omnes. 3. C. ſine cenſu vel reliquis.* quin & jure tacitæ hypothecæ fundo inhæreat, † 9
non poteſt novus poſſeſſor ſe eximere à præſtatione decimarum reſtantium, *arg.*

arg. l. 7. ff. de publ. & vectigal. Panorm. *in cap. cum homines. 7. extr. de decim.* per indirectum ſaltem ſeu jure hypothecæ, ſi decimæ ab ipſo exigantur; poteſt tamen, quas pro tempore præterito ſolvit, deci-
mas † à ſuo auctore recuperare, *l. 41. ff. d.* 10
act. emt. ut ſic onus hoc ſemper ſequatur antiquum poſſeſſorem, ſive ab ipſo ſtatim, ſive à novo poſſeſſore decimæ exigantur.

Ita † Conſiſtorium Supremum Præfecto Haynenſi, die 8. April. Anno 1636. (Verba Reſcripti: 11
Was uns der Pfarrer zu Reichenbach wegen ſeiner zu Ober- und Nieder-Lichtenau von den wüſten und öden Gütern rückſtändigen *Decimarum* und ſonſten anderweit *ſupplicando* gelangen laſſen / das habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann aus beygefügter der Zeugen Ausſage ſo viel erſcheinet / daß der von Schönberg zu Ober-Lichtenau theils die verwüſteten Güter gebraucht / zu ſich gezogen und genoſſen / theils auch *alieni*ret haben ſoll: Als iſt hiermit an ſtatt Ihrer Durchl. unſer Begehren / Ihr wollet deme von Schönberg / dem Pfarrer ſeinen verdienten rückſtändigen *Decem* abzurichten / auferlegen: In Verbleibung durch Zwangs-Mittel ihn darzu ungeſäumet anhalten / rc.)

DEFINIT. CXXIX.

Una cum Decimis ſolvuntur etiam nummi pro incolatu, der Häuſel-Groſchen / à poſſeſſoribus agrorum, qui caſam vel tugurium onere illo nummario gravatum acquirunt.

SUMMARIA.

1. *Nummi pro incolatu ſolvuntur Eccleſiæ miniſtris.*
2. *Qua ex cauſâ & ratione?*
3. *Num etiam unà cum Decimis?*
4. *Deciſio affirmativa, & quæ rationes decidendi? num. 6.*
5. *Una eademque perſona diverſis quandoque gravatur oneribus.*
7. *Deminui haut debent ſtipendia miniſtrorum Eccleſiæ.*
8. *Decimæ ſunt debita Deo exſolvenda.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Diximus *ſupr. Definit. 106.* certos nummos pro incolatu, der Häuſel-Groſchen / ſolvi miniſtris Eccleſiæ ab incolis, qui in caſis, tuguriis vel gurguſtiis habitant, nec agros poſſident, unde decimas præſtare qveant,
2 † ne hiſce exemti prorſus vacui coram Domino compareant, nec ſine teſſerâ gratitudinis ſpiritualia exoſculentur: qvare ſicut decimæ prædiorum & agrorum, ita nummi pro incolatu caſarum & tuguriorum onera habentur. Quid autem, † ſi
3 parochianus prædii poſſeſſor caſam ejusmodi emat, aliové titulo acqvirat, num unà cum Decimis etiam nummos pro incolatu ſolvere obſtrictus erit? Ita ſanè: (1)
4 † quia duplicem repræſentat perſonam ac poſſeſſorem prædii ſimul & caſæ vel tugurii, Iſt zugleich ein Bauer oder Hüfner und Häusler. Quidni ergò etiam duplex ſuſtineret onus? Nec enim abſurdum eſt,
5 † ut una eademque perſona diverſis ſit prædita qualitatibus, diverſisque gravetur oneribus, *cap. cum capella. extr. de privileg. cap. ex literis. extr. de probat. l. apud filiumf. ff. de manum. vindict.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 30. num. 8. & obſerv. 44. num. 8.* Tiraq. *de nobilit. cap. 28. n. 15.* Sigismund. Scacc. *de appellat. quæſt. 8. n. 60.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 1. claſſ. 2. cap. 2. num. 164.* Nicol. Everhard. *vol. 1. conſil. 1. n. 30.* (2.) Aliter quoque ſi diceremus, † mi- 6
niſtri Eccleſiæ ſuis defraudarentur ſtipendiis, cum vel decimis vel nummis pro incolatu eos carere oporteret. Nequaquam
† verò deminui debent ejusmodi ſtipen- 7
dia, *c. quicunque. 16. quæſt. 7. cap. ſua. 25. extr. de decim.* Johan. Jacob Speidel. *in tab. jurid. hiſt. polit. verb.* Zehend. *verſ. decimæ res ſunt ſpirituales, &c.* Nicol. Reuſner. *lib. 4. deciſ. 2. numer. 24. & ſeqq.* (3.) † Idque 8
eò minus, quia decimæ ſunt debita in ſignum univerſalis dominii non hominibus, ſed DEO exſolvenda, *cap. tua nobis. 26. verſ. nimis profecto. cap. cùm non ſit. 33. §. cum autem. extr. de decim.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Biſchoffswerdenſi, & Præfecto Stolpenſi, 9
die 29. Martii Anno 1613. (Verba Reſcripti: Iſt darauff an ſtatt höchſt-gedach-

gedachten unſers gnädigſten Herꝛns unſer Begehren: Ihr wollet die Partheyen förderlichſt vor euch beſcheiden/ und da ihr befinden werdet/ daß des Pfarrers und *Cuſtodis* Anziehen nach von denjenigen Gütern/ehe das darzu ausgekauffte Häuſel und Gärten geſchlagen worden/ *Decem* gefallen/ Ihr der Schöſſer in Verbleibung gütlicher Befriedigung/ zugleich nebens dem *Decem* die Beſitzere ſolcher ausgekaufften Häuſel und Gärten/ oder doch ihre Hausgenoſſen zu Entrichtung der Häuſel-Groſchen anhalten/ ꝛc.)

Definit. CXXX.

Requirendi ſunt ad decimationem miniſtri Eccleſiæ, ſi ipſis mergites vel manipuli, Garben/ in agris offerantur.

SUMMARIA.

1. *Curioſus fuit Saxon. Elector de præſtandis decimis.*
2. *Caveant parochiani, ne in decimandis mergitibus inæqualem faciant diſtributionem.*
3. *Ipſimet Eccleſiæ miniſtri interſint decimationi.*
4. *Quibus ex cauſis & fundamentis? num. 5.*
6. *Idque juri etiam convenit communi.*
7. *Solvendæ ſunt decimæ præſente procuratore.*
8. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 9.*

1 VAlde curioſus fuit Sereniſſimus Saxo de præſtandis decimis, ne vel deminutionem patiantur miniſtri Eccleſiæ, vel iis planè fraudentur, prout patet *ex Ordin. Eccleſ. gener. 22.* Inter
2 alia verò † occurrere etiam voluit malitiæ, quando in decimandis mergitibus parochiani inæqualem faciunt diſtributionem, minimas relinquentes miniſtris Eccleſiæ, majores vero in horrea ſua colligentes. Hoc
3 ne fiat, † interſint decimationi ipſimet Eccleſiæ miniſtri, nec quidquam auferant parochiani, priusquam id ipſis intimaverint.
4 Quod præcipit (1.) *Ordin. Eccleſ.* † *in dict. art. 22. in pr. verb.* So ſol zu Vorkommung deſſelben keiner/ der dem Pfarrer oder Kirchner Zehend zu geben ſchuldig/ etwas von dem Zehend-Acker heimführen/er habe denn dem Pfarrer ſolches zuvor vermeldet/ und ihme den Zehenden nach rechter Anzahl des Gewächſes überliefert und zugeſtellet. † Idque repeti- 5
tum *in Decreto Synodali de An. 1624. §.* Wie auch keiner. *verb.* Er habe es denn zuvor dem Pfarrer oder Kirchner zu wiſſen gethan/und ihnen ihren Zehenden an tüchtigen guten Garben unvortheilhafftig entrichtet/ꝛc. (2.) † Quod & juri commu- 6
ni convenit eo caſu, quo fructus à ſolo ſeparati & in manipulos conjecti decimantur, quia nempe non ad electionem ſolventis ſolvendæ ſunt decimæ, *c. quicunq. cap. omnes decimæ. 16. quæſt. 7.* Andr. Hiſp. *de decim. §. quarto decimo. n. 7. & 8.* (3.) † Hoc- 7
que ipſum eſt, quod ſolvendæ ſint decimæ præſente procuratore collectoris, ne ulla fraus fiat præſtationi decimarum, Panorm. *in cap. ex parte. 22. extr. de decim.* Hoſtienſ. *in cap. certificari. 9. extr. de ſepult.* Joh. Knafel. *de decim. th. 11.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Præfecto Dresdenſibus, die 4. Sept. Anno 1629. (Verba Reſcripti:* Was maſſen an uns der Pfarr-*Subſtitutus* zu Beckersdorff über die Eingepfarrten zu Mockitz/ Merckewitz/ Leuteritz/ ꝛc. wegen untüchtigen Geträydigs und geringen Gebundes ſich beſchweret/ und gebeten/ das habt ihr hierbey zu befinden; Begehren darauf an ſtatt Ihrer Durchl. hiermit/Ihr wollet die Verordnung thun/damit dem Pfarrer vor dißmal billiche Erſtattung geſchehe/ künfftig aber nichts abgeführet werde/ es ſey dann vermöge der *Generalien* vorher in des Pfarrers Gegenwart richtig und ohne Vortheil abgezehendet/ꝛc.) 8

Et † *Chriſtiano à* Starſchedeln in Rödern/ *die 30. Julii An. 1628. (Verba Reſcripti:* Als iſt hiermit an ſtatt Ihrer Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet eurem Pfarrer das Geträydig nach den Mandeln oder halben Schocken ohne Vortheil und Abbruch unweigerlich in ſeiner Gegenwart abzehenden und folgen laſſen/ꝛc.) 9

Definit. CXXXI.

Debentur decimæ miniſtris Eccleſiæ ex omni frumento, ſive ſit ſecale, ſive hordeum, triticum aut avena.

SUMMARIA.

1. *Multifariæ ſunt decimarum ſpecies.*
2. *Perſonales decimæ quænam dicantur?*
3. *Decimarum perſonalium uſus hodie non eſt.*
4. *Prædiales decimæ quænam ſint?*
5. *De omni indifferenter frumento debentur decimæ.*
6. *Rationes ac fundamenta hujus aſſerti.*
7. *Toties ſolvendæ ſunt decimæ, quoties ager fert fructus.*
8. *Adducitur Ordin. Eccleſiaſt. Elect. Saxon.*
9. *Decimæ ſunt pars ſtipendii miniſtrorum Eccleſiæ.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 MUltifariæ traduntur diviſiones
decimarum, ſed receptiſſima
hæc eſt, quâ aliæ ſunt prædiales:
aliæ perſonales, *cap. ex multiplici.*
3. c. paſtoralis. 28. extr. de decim. Petr. Rebuff.
in tract. de decim. q. 3. n. 29. & 32. Tyndar.
2 *de decim. n. 4.* Perſonales dicimus eas, † quæ
ex acquiſitis perſonæ labore & operâ ſolvuntur,
ſive proveniant ex artificio, induſtriâ, ſcientiâ, militiâ, negotiatione, vel ex alio
quolibet actu & quæſtu licito, *c. quicunque. 16. quæſt. 7. c. non eſt. 22. c. paſtoralis.*
28. extr. de decim. Rebuff. *dict. q. 3. n. 29.* Tyndar.
3 *dict. n. 4.* † Sed perſonalium decimarum
hiſce præſertim in provinciis uſus non
eſt, neque ex acquiſitis operâ & labore parochianorum miniſtris Eccleſiæ quicquam
debetur: quare ad prædiales potiùs decimas oculos convertamus neceſſe eſt. Sunt
4 autem illæ, † quæ de terræ fructibus & proventibus ſolvuntur, *c. 1. c. commiſſum. 4. cap.*
nuncios. 6. c. ex parte. 21. cap. non eſt. 22. cap.
5 *tua nobis. 26. extr. de decim.* imprimis verò †
de grano, non ſaltem ſecali, von Rocken / ſed etiam de alio quocunque frumento, ut
eſt hordeum, triticum, ſeu avena, Joh. Azor. *lib. 7. inſtit. moral. c. 24. pag. 607. verſ.*
nonô quæritur. Petr. Rebuff. *de Decim. quæſt. 8. n. 3. & 8.* Johan. Knafel. *de Decim.*
theſ. 4. † (1.) per textum *in cap. ex multiplici.* 6
3. dict. cap. non eſt. 22. extr. de decim dict.
cap. quicunque. 16. quæſt. 7. unde conſtat, ex
omnibus agrum fructibus ſolvi debere decimas, Petr. Rebuff. *dict. loc.* † Et vulgò 7
hinc tradunt, ſi ager bis vel pluries in anno
fert fructus, toties ſolvendas eſſe decimas,
Panorm. *in dict. cap. ex parte. 21.* quin & ex
omnium fructibus, ſi diverſa ſemina in eodem ſpargantur agro, Hart. *pract. obſervat. lib. 2. miſcell. ex jur. canon. cap. 2. obſervat. 10.* (2.) † Quo & facit *Ordin. Eccleſiaſt.* 8
in artic. 21. verb. Was man den Pfarrern und Schreibern auf den Dörffern von Korn und Haber zinſet / ꝛc. Et clarius *Decretum Synodale de anno 1624.* §. Ob auch zwar etliche vermeynen / ſie ſeyn nur vom Korn / Weitzen / Gerſten und Habern den Zehenden zu reichen pflichtig / etc. (3.)
† Ex quo porrò decimæ ſunt pars ſtipendii, 9
quod miniſtris Eccleſiæ pro officii ſui laboribus debetur; æquum omninò eſt, ut indifferenter ex omni frumentorum ac granorum genere ſolvantur, nulla diverſitatis vel reſtrictionis ratione apparente, quin potiùs favore ſtipendii decimarum amplificationem ſuadente, Johan. Jacob. Speidel. *in notab. jurid. hiſtor. polit. lit. Z. verb.* Zehend.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Dam* Pflugen zu Strehla *die 10. Maji Anno 1633. (Verba* 10
Reſcripti: Was maſſen an uns der Pfarrer zu Lorentz-Kirchen *M. Gregorius* Erdmann über Georgen Bauern / Andreas Klotzſchen / und Martin Rüdeln ſeine Eingepfarrten / wegen verwegerten *Decems* von ihren Zehend-Feldern ſich beſchweren und bitten thut / das habt ihr hiebey mit mehrerm zu befinden. Wann dann klagendem Pfarrer vermöge alter und neuer *General*ien, ſo wol gemeiner rechtl. Verordnung ſolcher *Decem* gebühret; Als iſt hiermit an ſtatt Ihrer Churfl. Durchl. unſer Begehren / denen Beklagten auffzuerlegen / daß

ſie

ſie Klägern von allen auf den Zehend-Feldern erwachſenen Früchten an Korn/ Weitzen / Gerſte und Haber ꝛc. den *Decem* unverweigerlich entrichten ſollen: In Verbleibung ſie durch Zwangs-Mittel darzu anhalten/ꝛc.)

DEFINIT. CXXXII.
De cannabe etiam ac lino præſtantur decimæ miniſtris Eccleſiæ.

SUMMARIA.

1. *Num de cannabe & lino decimæ debeantur?*
2. *Deciſio affirmativa; & quæ rationes deciſi?*
3. *Ad victum & alimentationem miniſtrorum Eccleſiæ ſolvuntur decimæ.*
4. *Decimæ dicuntur tributa egentium animarum.*
5. *Cibus Dei & alimenta Scripturæ ſanctæ.*
6. *Cannabis & linum pro fructibus habentur agrariis.*
7. *Adducitur Decretum Synodale Electorale Saxon.*
8. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 CUm nec cannabis nec linum inter victualia referatur, dubitare aliquis poſſet, num etiam de hiſce miniſtris Eccleſiæ decimæ præſtentur?
2 Sed ceſſat hoc dubium: (1.) † quia ex cannabe & lino veſtimenta texuntur, quæ procul dubio nomine alimentorum & victûs ſunt comprehenſa, *l. verbo victus. 43. ubi latiſſimè* Petr. Rebuff. Andr. Alciat. Brech. & Forn. *ff. de verb. ſignif.* quis verò ambi-
3 gere velit, ad † victum & alimentationem miniſtris Eccleſiæ decimas ſolvi, cùm harum finis præcipuus ſit ſuſtentatio perſonarum eccleſiaſticarum, Reuſner. *lib. 4. deciſ. 2. n. 31.* Petr. Rebuff. *de decim. quæſt. 2. n. 2. & ſeq.* Andr. Hiſpan. *in tractat. de decim. §. decima eſt. n. 8. & 9.* unde etiam dicun-
4 tur † tributa egentium animarum, *cap. tua nobis. 26. extr. de decimis. c. decimæ. 16. quæſt. 1.* Panorm. *in cap. homines. 7. extr. de decim.* alimenta egentium animarum: Sanctuarium Dei, *cap. ad hæc. 15. extr. de decim.* † ci- 5
bus Dei & alimenta Scripturæ ſanctæ, *c. revertimini. 16. quæſt. 1.* Johan. Knafel. *de decim. theſ. 2.* (2.) † Cumque & cannabis & 6
linum ex agri culturâ procreentur, & pro fructibus agrariis habeantur, nequaquam ab onere decimarum eximi debent, quia ex omnibus ejusmodi fructibus ſolvuntur decimæ, *cap. ex parte. 21. cap. non eſt. 22. c. tua nobis. 26. extr. de decim.* Knafelius *dict. loc. theſ. 4.* Joh. Azor. *lib. 7. inſtit. moral. cap. 24. pag. 607.* (3.) † Ac tandem hiſce in provin- 7
ciis expreſſe id eſt deciſum in *Decreto Synodali de Anno 1624.* §. Ob auch zwar. *verſ.* Daß von dem / ſo den Sommer über an Flachs / Hanff/ꝛc. auf den Zehend-Feldern erwächſet / der *Decem* unweigerlich ſol gegeben/ und dem Pfarrer und *Cuſtodi* dazu ſchleunig verholffen werden/ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Chriſtiano à* Starſchedeln in Rödern / *die 3. Junii Anno 1629.* (*Verba Reſcripti:* Was an uns euer Pfarrer zu Rödern/ *Wolffgangus Avenarius* wegen beharrlicher Vorenthaltung des Flachs- und Hanff-*Decems ſupplicando* gelangen laſſen/das habt ihr aus dem Inſchluſſe zu vernehmen. Wañ dann ſolches unſerm *ſub dato* den 30. Jul. abgewichenen Jahrs an euch ergangenen Befehlich ſchnurſtracks zuwider; Als iſt hierauf an ſtatt Ihr. Durchl. unſer Begehren / Ihr wollet mit Vorbehalt der allbereit verwürckten / nunmehr bey 100. Goldgülden Strafe ihme den *reſti*renden Flachs- und Hanff-*Decem* unweigerlich entrichten und folgen laſſen/ꝛc.) 8

DEFINIT. CXXXIII.
Solvendæ quoque ſunt decimæ de rapis, braſſicis & oleribus, ervis ſylveſtribus, piſis, fagopyro, milio, aliisque ejusmodi fructibus agrariis.

SUMMARIA.

1. *De oleribus quoque & fructibus agrariis decimæ ſunt præſtandæ.*
2. *Identitas rationis idem jus facit.*
3. *De fructibus in agro natis decimæ præſtantur.*
4. *Adducitur hanc ad rem Decretum Synodale.*
5. *Fructus agrarii victualium nomine comprehenduntur.*
6. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 7. 8.*

NUm de hiſcę quoque fructibus & oleribus decimæ miniſtris Eccleſiæ ſint exſolvendæ, ſi quis quærat? af-
1 firmativè † reſpondendum eſt; (1.) ſiquidem & hi omnes ex agro naſcuntur & culturâ ac induſtriâ parochianorum procreantur, ut meritò dicantur fructus induſtriales & agrarii: quidni ergò obnoxii eſ-
2 ſent decimationi? non ſolùm † propter rationis identitatem, quæ idem jus facit. *l. illud quæſitum eſt. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. quædam. 9. §. nummularios. 2. ff. de edendo l. his ſolis*
3 *7. C. de revoc. donat.* † ſed etiam quod de fructibus in agro natis decimæ præſtentur, *c. ex multiplici. 3. cap. non eſt. 22. extr. de decim.* Petr. Reb. *de decim. q. 5. n. 3. & 8.* (2.) †
4 Eſtq; hoc verbis expreſſis definitum *in Decreto Synodali de An. 1624. §.* Ob auch zwar. *verſ.* Daß von alle dem/ſo den Sommer über an Erbſen/Wicken/Flachs/Hanff/Hirſe/Heidekorn/ Kraut/ weiſſen und gelben Rüben / Zwiebeln/und andern auf den Zehendfeldern / oder auch aus denſelbigen gezogenen Krätzgärten erwächſet/der *Decem* unweigerlich ſol gegeben/und dem Pfarrer und *Cuſtodi* darzu ſchleunig verholffen werden. (3.) † Et 5
quisſ neſcit, omnes hoſce indifferenter fructus comprehendi ſub victualibus, ut hinc finem aſſequantur decimarum, quibus miniſtri Eccleſiæ ſunt ſuſtentandi, *c. tua nobis. 26. extr. de decim.* Joh. Knaf. *de decim. th. 2.* Rebuff. *de decim. q. 2. n. 2. & ſeq.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Chriſtiano à* Starſchedeln in Rödern/*die 30. Julii Anno* 6
1628. (*Verba Reſcripti:* Als iſt hiermit an ſtatt Jhr. Churfl. Drl. unſer Begehren/Jhr wollet bey Strafe 5. Goldgl. Rheiniſch erwähntem eurem Pfarrer zu Rödern den *Decem* bevorſtehende Ernde wie auch künfftig jedesmal von allen erwachſenen Früchten an Korn / Weitzen/ Gerſten/Habern/Erbſen/Wicken/ Flachs/ Hanff/Hirſen/Heydekorn/Kraut/ Rüben/Zwiebeln unweigerlich folgen laſſen/ ꝛc.)

Item † Dam Pflugen zu Strehla/*die 24. Julii An. 1635.* (*Verba Reſcripti:* Jhr wollet 7
die Beklagten demſelben nachzukommen/und *Supplican*ten von allen Früchten / wie ſie Namen haben / den Zehenden alſobald abfolgen zu laſſen / bey Strafe der ſäumigen *Executorn* unweigerlich und unverlängt anhalten/ ꝛc.)

Nec non † *Diacono & Præfecto Coldicenſi die 7. Januar. Anno 1631.* (*Verba Reſcripti:* Was 8
an uns der itzige Pfarrer zu Lauſſig / M. Andreas Cotta / wegen des bey ſeinen Eingepfarrten gefoderten Kraut-und Rüben-*Decems ſupplicando* gelangen laſſen / das habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann vermöge der alten und neuen *Generalien* der *Decem* von dergleichen Früchten gegeben werden muß; Als iſt hierauf an ſtatt Jhr. Churfl. Durchl. unſer Begehren / Jhr wollet ſolches den Eingepfarrten zu thun auferlegen / ꝛc.)

DEFINIT. CXXXIV.

De pomis, pyris, aliisque arborum fructibus haut ſolvuntur decimæ, niſi aliud conſuetudine loci receptum probetur.

SUMMARIA.

1. *Num de fructibus arborum decimæ præſtandæ?*
2. *De jure pontificio hoc affirmandum. n. 3. 4.*
5. *In præſtandis decimis conſuetudo potiſſimùm attendi debet.*
6. *Deciſio negativa ex uſu & obſervantiâ harum terrarum.*
7. *Adducitur ordinatio Eccleſiaſtica & Decretum Synodale.*
8. *Unius incluſio eſt alterius excluſio.*
9. *Conſuetudini præcisè eſt inhærendum.*
10. *Tantum valet conſuetudo, quantum lex ſcripta.*
11. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 12.*

At

1 AT quid juris in fructibus arborum, rium & de hiſce parochiani miniſtris Eccleſiæ decimas præſtare ſunt obſtricti? Vix ſanè dubitandum, ſi ex jure Canonico deciſionem petamus;
2 Ita† enim ſcripſit Papa Cœleſtinus III. *Revera ſicut ſancti Patres in ſuis tradiderunt ſcripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, negotiatione, de ipsâ etiam militiâ, de venatione, & de omnibus bonis decimæ ſunt miniſtris Eccleſiæ tribuendæ, ita ut qui de his eas ſolvere neglexerint, eccleſiaſticâ*
3 *diſtrictione debeant percelli. Volumus* † *ergò & diſtrictè præcipimus, quatenus antequam ullas deducatis de bonis prædictis expenſas, decimat Eccleſiis, ad quas pertinent, cum integritate debita perſolvatis, in c. non eſt. 22. extr.*
4 *de decim.* cum quo etiam convenit † *c. quicunque & c. omnes decimæ. 16. quæſt. 7.* Joh. Azor. *lib. 7. inſt. moral. c. 24. pag. 607. verſ. nonò quæritur.* Joh. Knafel. *de decim. th. 4. n. 10.* Sed cùm in præſtandis decimis non
5 tàm ſanctiones Pontificum, † quam conſvetudo attendi debeat, *c. dilecti. 8. cap. ad Apoſtolicæ. 20. c. cùm in aliquibus. 32. § ult. extr. de decim.* Pet. Rebuff. *de decim. q. 13. n. 46.* Tyndar. *de decim. n. 30. & ſeqq.* Fern. Vaſquius *lib. 2. illuſtr. controv. part. 1. c. 89. n. 2.* non putaverim, parochianos ad ſolutio-
6 nem harum decimarum obſtrictos fore; † ſiquidem hiſce in terris contrarium uſu & conſvetudine obtinuit. Eamque videtur conſvetudinem attendiſſe Sereniſſimus Saxo, quando non ſemel facit mentionem agrorum, ex quibus decimæ veniunt ſolvendæ, der Zehendäcker / † *in Ordin. Eccleſ.* 7
art. gener. 22. & clariùs hoc apparet *ex Decreto Synodal. de An. 1624.* §. Ob auch zwar. *in verb.* von allen / ſo auf den Zehend-Feldern / oder auch aus denſelben gezogenen Krätzgärten erwächſet / der *Decem* unweigerlich ſol gegeben werden / ꝛc. quo ipſo haut obſcurè excludit fructus arborum, quia † unius incluſio eſt alterius excluſio, 8
l. cum prætor. 12. ff. de judic. l. maritus. 20. C. de procurat. Tib. Dec. *lib. 7. conſ. 64. n. 11.* Planè ſi certi alicujus loci conſvetudine aliud receptum probetur, tantum abeſt, me diffiteri ſolutionem decimarum de fructibus arborum, † ut potiùs conſvetudini præciſè in- 9
hærendum exiſtimaverim: non enim facilè mutandum, quod ſemel conſvetudine eſt introductum, † quia tantum valet conſve- 10
tudo, quantum lex ſcripta, §. *ſine ſcripto inſtit. de jur. nat. gent. & civil.* Theod. Reink. *de regim. ſecul. lib. 2. claſſ. 2. cap. 9. n. 27.* quin & fortior ac potentior eſt ſtatuto, facitque illud ſilere, Aym. Cravett. *de antiq. temp. prim. part. in pr. n. 42.* Jac. Menoch. *libr. 1. arbitr. jud. quæſt. caſ. 71. n. 49.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Chriſtiano à* Starſchedeln in Rödern / *die 30. Jul. An. 1630.* 11
(Verba Reſcripti: Ihr wollet dem Pfarrer zu Rödern bevorſtehende Ernde / wie auch künfftig jedesmal von allen auf obberührten Zehend-Feldern / ſo wol in denen daraus gezogenen Gärten oder Stücken erwachſenen Früchten ohne Abbruch folgen laſſen / ꝛc.)

Eidem † *die 8. Aug. An. 1628. (Verba Reſcripti:* Nun geben *in puncto juris,* was ihr ge- 12
dachtem euerm Pfärrer an *Decem* zu verrichten ſchuldig / die alten und neuen *Generalien* gewiſſe Maſſe: Es machet auch *in facto* die An. 1575. aufgerichtete Ober-*Conſiſtorial-Matricul*, worvon ihr erwähntem euerm Pfarrer die *Decimas* zu geben ſchuldig / namhafftig. Wann dann dieſe Sache *in jure & facto* richtig und klar / und dahero keiner fernern Verhör von nöthen; Als laſſen wir es bey angeregtem unſerm Befehlich nochmals allenthalben bewenden / und ihr werdet euch demſelben gemäß bezeigen / auch im widrigen Fall zu Einbringung der einverleibten Strafe nicht Urſach geben / ꝛc.)

Definit. CXXXV.

Pro ſolutione decimarum parochiani ad ædes Eccleſiæ miniſtrorum annuatim ire, easque ſponte offerre debent.

SUMMARIA.

1. *Decimæ num citra interpellationem ſolvendæ?*
2. *Admonitio præcedat exactionem decimarum.*
3. *Quomodo hoc accipiendum?*
4. *Deciſio negativa verior.*
5. *Ad ædes miniſtrorum Eccleſiæ decimæ portari debent.*
6. *Fundamenta hujus aſſerti quænam?*
7. *Decima eſt quædam oblatio ſpontè danda.*
8. *Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Elect. Saxon.*
9. *Nec non Decretum Synodale.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

DEcimæ ſtatim fructibus collectis, h. e. à ſolo ſeparatis ſolvi debent. *c. cum homines. 7. c. non eſt. 22. extr. de*
1 *decim.* † At num etiam circa interpellationem & irrequiſitis parochianis? Negat hoc Cardinalis *in c. pervenit. extr. de decim.* per illum *text. & cap. omnes decimæ.*
2 *cauſ. 16. q. 7.* ubi requiritur † admonitio, etiam ſecunda & tertia; Sed dici poſſet,
3 id non neceſſitatis ſed † humanitatis eſſe, cum Johann. Knafel. *de decim. th. 11. numer. 4.* vel quod verius, requiri duntaxat ejusmodi admonitionem ad hoc, ne ſtatim is, qui decimam retinet, abſque prævia admonitione feriatur executione, ut benè textus illos explicat Joh. Azor. *lib. 7. inſtit. moral. c. 24. p. 609. §. decimo ſeptimo*
4 *quæritur.* † ac veriorem ac communem ibidem teſtatur ſententiam, ſolvi debere decimas, antequam petantur, Panorm. *in dict. c. pervenit.* Petr. Rebuff. *de decim. quæſt. 12.*
5 *n. 7. & ſeq.* Et † quod plus eſt, parochiani ad ædes miniſtrorum Eccleſiæ eas portare obſtricti ſunt, (1.) † per text. *in c. revertimini ad me verb. Ecce annus expletus eſt, & nihil in meos theſauros, ſed in veſtra horrea comportaſtis &c.* Et poſtea: *Hortor vos atq; commoneo, ut inferatis decimas in horrea, h. e. in theſauros templi, & habeant Sacerdotes atq; Levitæ, qui mihi miniſtrant, cibos &c. cauſ. 16.* 6
q. 1. (2) † Eſtq; ratio hujus rei haut obſcura: Nam decima eſt quædam oblatio; Quis verò neſcit, oblationem ſpontè dari, antequam petatur? Joh. Azor. *dict. c. 7. §. decimo ſeptimo quæritur.* (3.) † Quò & facit ſanctio expreſſa *in Ordin. Eccleſ. art. gen. 21. in verb.* Was man dem Pfarrer und Schreibern auf den Dörffern von Korn und Habern zinſet/ ſol alles in des Pfarrers und *Cuſtodis* Hauß auf einen Tag gebracht werden/ ꝛc. † Et *in Decreto Synodali de An. 1624.* §. Neben deme ſol die Obrigkeit. *verſ.* In den Dörffern aber des Pfarrers und *Cuſtodis* Zinß⸗Geträydig in ihre Häuſer auf einen Tag bringen/ ꝛc. 7 8 9

Ita † *Conſiſtorium Supremum Quæſtori in Doberluka die 13. Sept. An. 1630. (Verba Reſcripti:* Was maſſen der Superintendens bey euch nebenſt ſeinen untergebenen *Paſtoribus* über ihre Eingepfarrten/ wegen Erſchüttung des *Decems* ſich beſchweret/ und gebeten/ das habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann die Churfürſtl. Sächſ. Kirchen⸗Ordnung und *Generali*en klar beſagen / daß den Pfarrern und Küſtern auf den Dörffern der Geträydig⸗*Decem* in des Pfarrers und *Cuſtodis* Hauß auf einen gewiſſen Tag an tüchtigen Körnern / ſo gut es ihnen gewachſen/ und ſie ſelbſt ſäen wollen / unausgeſondert und an rechtem Maaß gebracht werden ſolle/ ꝛc. Als iſt hierauf an ſtatt Ihrer Churfl. Durchl. unſer Begehren / Ihr wollet euern anbefohlenen Unterthanen mit Ernſt auferlegen / daß ſie ſich hinfüro gleichfals nach dieſer Ordnung richten / auch itzo obbeſagter maſſen den Anfang alſo machen/ und es nicht anders halten ſollen/ ꝛc.) 10

DEFINIT. CXXXVI.

In præſentiâ Schulteti & Scabinorum parochiani decimas admetiri debent miniſtris Eccleſiæ.

SUMMARIA.

1. *Solvendæ ſunt decimæ ante exactionem tributorum.*
2. *Et abſq; deductione expenſarum.*
3. *Non ad electionem ſolventis.*
4. *Neque à parochianis ſunt commutandæ.*
5. *Decimæ ſunt alimenta egentium animarum.*
6. *Parochiani ne quidquam detrahant decimis.*
7. *In præſentia Schulteti & Scabinorum præſtandæ ſunt decimæ.*
8. *Adducitur Decretum Synodale.*
9. *Autoritas judicialis omnem fraudis præſumtionem excludit.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 EST porrò & hoc notatu dignum in præſtatione decimarum, quod ſolvendæ ſint, antequam tributorum vel cenſuum prædialium exactiones fiant, *cap. cùm non ſit. 33. verſ. ſtatuimus. extr.*
2 *de decim.* Et quidem integrè, hoc eſt, ſine † deductione expenſarum in mercenarios pro agris colendis & colligendis fructibus factarum, *c. commiſſum. 4. c. cum homines. 7. c. dilecti. 8. c. non eſt. 22. c. ex transmiſſa. 23. c. tua nobis. 26. c. paſtoralis. 28. extr. de decim.* Joh. Knafel. *de decim. th. 11. numer. 5.* Quin nec † ſolvendæ ſunt decimæ ad electionem ſolventis, *Lev. ult. c. quicunq;. c. omnes deci-* 3

decimæ. 16. quæſt. 7. Andr. Hiſp. *de decim.* §.
quarto decimo. n. 7. & 8. Tyndar. *de decim.*
4 *n. 44.* neque ab ipſo † commutandæ: alioquin in pœnam utrumque debetur, & commutatum, & id, cum quo commutatum eſt, *dict. c. omnes decimæ. 16. q. 7.* Nimirum omni ex parte ſunt privilegiatæ decimæ, quibus nihil decedere voluerunt cano-
5 nes, nec immeritò, † quia ſunt alimenta egentium animarum & ſanctuarium Dei, *c. ad hæc. 15. extr. de decim.* cibus Dei & alimenta Scripturæ ſanctæ; *c. revertimini. 16.*
6 *q. 1.* † Caveant ergò parochiani, ne quicquam iniquâ manu iis detrahant, ſive per commutationem frumenti, ſive per uſum inæqualis modii. Quibus fallaciis ac frau-
7 dibus ut occurratur, in præſentia † Schulteti & Scabinorum decimas miniſtris Eccleſiæ admetiri juſſit Sereniſſ. Saxo, *in Ordin. Eccleſ. art. gen. 21. verb.* Und allda in Beyſeyn der Richter oder Heimbürger gemeſſen werden/ damit man ſehe / daß ein jeglicher tüglich Geträydig/ und ſo gut es ihnen gewachſen/ und an rechtem Maaß erlegen. *Et in Decreto Synodali* † *de Anno* 8
1624. §. Neben dem. *verſ.* Und im Beyſeyn des Richters/Schöppen oder Heimbürger/ ſo gut die Leute es auf ihren Aeckern erbauen/und es ausſäen wollen/ erſchütten laſſen. Scilicet quia † autoritas judici- 9
alis omnem fraudis ac fallaciæ præſumtionem excludit, *c. in præſentia. 6. extr. de renunciat. c. ſicut nobis. 16. §. ult. extr. de ſentent. & re judic. l. 1. D. de præd. & al. reb. minor. l. pacta noviſſima. 12. C. de pact.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in eâdem causâ.* (*Verba Reſcripti*: Wann dann die Chur- 10
fürſtl. Sächſ. Kirchen-Ordnung und *Generalien* klar beſagen / daß dem Pfarrer und Küſter auf den Dörffern der Geträydig-*Decem &c.* an rechtem Maaß gebracht/und im Beyſeyn der Richter oder Heimbürger gemeſſen werden ſol; Als iſt hierauf an ſtatt Ihr. Churfl. Durchl. unſer Begehren / Ihr wollet euern anbefohlenen Unterthanen mit Ernſt auferlegen/daß ſie ſich hinfüro gleichfals nach dieſer Ordnung richten/auch itzo obbeſagter maſſen den Anfang alſo machen/ und es nicht anders halten ſollen/ ꝛc.)

DEFINIT. CXXXVII.

Jure retorſionis Catholicis denegari poſſunt decimæ, quæ ipſis ex locis & diſtrictibus Evangelicorum debentur.

1. *Decimæ ex territoriis Evangelicorum debentur quandoq; Catholicis.*
2. *Et rurſus ex territoriis Catholicorum Evangelicis. n. 4.*
3. *Adducitur Pacificatio Religioſa.*
5. *Num jure retorſionis uti liceat in præſtatione decimarum?*
6. *Deciſio quæſtionis cum rationibus & fundamentis decidendi. n. 9.*
7. *Jus retorſionis extenditur etiam ad pacta & contractus.*
8. *Adducitur Conſt. Elector. Saxon.*
10. *Retorſio in jure canonico fundata.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 IN tranſactione Paſſavienſi & pace Religionis hoc juris indultum eſt Catholicis, ut cenſus, decimas & reditus ex ditionibus ac territoriis Evangelicorum ſibi debitos jure petere valeant, nec in horum perceptione Status Evangelici eos im-
2 pedire, vel id prohibere poſſint. Quod † idem viciſſim Evangelicis permiſſum, ut reditus & decimas ex diſtrictibus Catholicis ſibi debitas jure & absque ullâ Catholicorum prohibitione petant & exigant, *dict.*
3 *pacif. Religioſ.* † *de Anno* 1555. §. Dagegen ſollen die Stände. *in verb.* ſollen bey ihrer *Religion*, Glauben / Kirchen-Gebräuchen / Ordnungen und *Ceremonien* / auch ihren Haab / Gütern / liegend und fahrend / Landen / Leuten / Herrſchafften / Obrigkeiten / Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten / Renten / Zinſen / Zehenden unbeſchweret bleiben / und ſie derſelben friedlich und ruhiglich gebrauchen/ genieſſen/ unweigerlich folgen laſſen/ ꝛc. Videmus hinc ſæpiùs decimas † 4
inter Catholicos & Evangelicos ita diſtributas, ut ex ditionibus Catholicorum Paſtores Lutherani decimas ſuas percipiant, quæ viciſſim Catholicis ex diſtrictibus Evangelicorum præſtantur ex

prædictâ conventione & pacificatione Re-
5 ligionis. Quæritur ergò, ſi † Catholici de-
cimas Paſtoribus Evangelicis ex ſuis terri-
toriis debitas detrectent, num viciſſim Ev-
angelici jure retorſionis decimas Catholi-
corum ex ſuis diſtrictibus debitas iis dene-
6 gare queant? Omnino ſanè, (1.) † ex edicto
prætoris: quod quisque juris in alterum
ſtatuit, ut ipſe eodem jure utatur, *l. 1. & tot.
tit. ff. quod quisq. jur.* Quod in ipsâ æqui-
tate & ratione naturali eſt fundatum, quò
ſcilicet æqualitas obſervetur, nequisquam
cum alterius damno & jacturâ locuplete-
tur, *l. nam hoc natura. 14. ff. de cond. indebit.
l. jure naturæ. 206. ff. de Reg. Jur.* Nam dice-
re, ut ſervetur Edictum (Quod quisque
juris) nihil aliud eſt dicere, quàm ut ſerve-
tur æqualitas, Matth. de Afflict. *in cap. 1. n.
7 17. de conſvet. rect. feud.* (2.) † Ex quo fit, ut
jus retorſionis ad contractus & pacta etiam
extendatur, ſecundùm tradita Jac. Tho-
ming. *deciſ. 26. n. 42.* Quò & reſpicit † *Conſtit.* 8
Elect. 38. part. 3. §. Und iſt demnach nicht
unbillich/daß man wider die Oerter/von
dannen man die Erbſchafft / Gerade/
Heergeräthe und dergleichen gar nicht/
oder allein eines Theils folgen läſt / ſol-
ches *jus retorſionis* oder *talionis* hinwieder
auch gebraucht / und derer Ende ſolche
Stück mehr und weiter / dann ſie gege-
ben/nicht folgen laſſe. (3.) † Nec ſolum- 9
modò legibus civilibus hoc jus nititur, ſed
etiam juri divino pariter, *Matth. 7. verſ. 11.
Luc. 6. verſ. 31.* † atque canonico convenit, 10
*cap. juſtum. 2. verſ. nec in ſe poſſe. diſtinct. 9.
cap. cum omnes. 6. verſ. cùm igitur. extr. de
conſt. cap. pro illorum. 22. §. quia verò. verſ.
cum nobis legem. & c. extr. de præb. & dignit.*
Jacob. Thoming. *dict. loc.* Matth. Berlich.
part. 3. concluſ. 51. n. 3.

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Senatui Annabergenſi, die 9. Julii Anno 11
1628. (Verba Reſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht wegen Abfol-
gung der *Decimarum* von den Papiſtiſchen Orten den Evangeliſchen verleſen
hören; Begehren hierauf an ſtatt Ihrer Churfl. Durchl. hiermit / Ihr wollet
berührte *Decimas*, ſo lange die Päbſtiſchen ſolche denen Evangeliſchen *Paſtori-
bus* hierüber geben / ihnen gleichfalls hinüber folgen laſſen: Da aber ſolches
künfftig von ihnen verbleibet/uns daſſelbe alſobalden zu erkennen geben / und
fernerer Anordnung darauf gewarten/ꝛc.)

DEFINIT. CXXXIX.

Cauſæ decimarum in Conſiſtorio Eccleſiaſtico ſunt tractandæ ac decidendæ.

SUMMARIA.

1. *Decimæ cenſentur fructus Regalium & juriſdictionis.*
2. *Quod probatur ex jure divino.*
3. *Quâ occaſione decimæ pervenerint ad Principes ſeculares?*
4. *Decimæ quædam ſunt ſpirituales, quædam verò temporales.*
5. *Cauſæ decimarum ſpiritualium coram Judice laico non tractandæ.*
6. *Niſi agatur in judicio poſſeſſorio.*
7. *Poſſeſſorium non eſt quid ſpirituale, ſed temporale.*
8. *Ex decimis perſonæ eccleſiaſticæ ſunt alimentandæ.*
9. *Decimæ ſunt patrimonium Chriſti.*
10. *Cauſæ decimarum in Conſiſtorio eccleſiaſtico ſunt tractandæ.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOn rarò hodie juriſdictionis & Re-
galium fructus cenſentur decimæ,
per tradita Erneſti Cothmanni
conſil. Academ. 19. n. 11. & ſeqq. Et
quod antiquiſſimo etiam more gentium
jus addecimandi ad Regalia pertinuerit,
2 exinde apparet, † quia Samuel deſcribens
jus Regis & Regalia inter alia quoque jus
addecimandi reditus vinearum & gregis
3 recenſet, *1. Reg. 8. verſ. 15. & 17.* † quâque
occaſione ad Chriſtianos Principes ſecu-
lares & alios pervenerint decimæ, videre
eſt apud Chriſtoph. Lehman. *in Chron.
Spirenſ. lib. 5. cap. 47. verſ.* Die ſiebende
und achte Gerechtigkeit. *fol. 546.* Duæ
hinc vulgò traduntur ſpecies decimarum:
† ſpirituales & temporales, Baldus *vol. 1.* 4
conſil. 419. Bero. *lib. 1. conſil. 48. numer. 41.*
Super hiſce in judicio ſeculari cognoſci,
dubium vix cuiquam eſſe poteſt: At cau-
ſæ ſpiritualium ſive eccleſiaſticarum de-
cimarum nequaquam † coram judice 5
laico

laico ventilari & tractari debent, ſiquidem laicus de cauſis ſpiritualibus ac decimis cognoſcere nequit, *c. decernimus. 2. extr. de judic. junct. c. tua. 25. extr. de decim.* Caniſ. *de*
6 *decim. cap. 18. n. 12. & ſeqq.* † niſi forſan in poſſeſſorio judicio controverſia de decimis fuerit mota, Gloſſ. *in c. literas. 2. extr. de juram. calumn.* Andr. Gail. *libr. 1. obſerv. 38.*
7 *n. 2.* Guid. Pap. *deciſ. 1. n. 1.* † ſiquidem poſſeſſorium non eſt quid ſpirituale, ſed temporale, Gail. *dict. loc. n. 3. & 4.* Regulariter ergò in judicio eccleſiaſtico tractandæ & decidendæ ſunt cauſæ decimarum, *tot. tit. extr. de decim.* Caniſ. *de decim. c. 18. n. 12. & ſeqq.* Morla *in Empor. jur. part. 1. tit. 2. de*
8 *jurisdict. in præmiſſ. n. 137.* † quia pertinent ad ſuſtentationem eccleſiaſticarum perſonarum, Nic. Reuſn. *lib. 4. deciſ. 2. n. 31.* & dicuntur poſſeſſiones ipſius Dei, *c. revertimini. 16. quæſt. 1.* & † patrimonium Chriſti, 9
c. cum ſecundum. 16. extr. de præbend. ex quibus alimentandi veniunt miniſtri Dei, *c. tua nobis. 26. extr. de decim.* Conſequens hiſce eſt, decimarum cauſas hodie in † Conſiſto- 10
rio eccleſiaſtico tractari, Sigiſm. Finckelthuſ. *de jur. patron. cap. 8. n. 9.* quod pro competente earum habetur judicio, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 15. numer. 4. & 11.* Dom. Arum. *de jur. publ. tom. 1. diſc. 13. quæſt. 22.* Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 10. n. 7.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Chriſtiano à* Starſchedeln in Rödern / *die 8. Auguſti, An.* 11
1628. (Verba Reſcripti: Uns iſt euer wider unſern am 30. *Julii* nächſthin an euch ergangenen Befehlich / in Sachen euch und euern Pfarrer zu Rödern belangende / beſchehenes Einwenden und angehefte Bitte um fernere Verhör vorbracht worden. Nun geben *in puncto juris*, was ihr gedachtem euerm Pfarrer an *Decem* zu verrichten ſchuldig / die *Generali*en klare Maſſe ꝛc. Wann dann dieſe Sache *in jure & facto* richtig und klar / und dahero keiner fernern Verhör vonnöthen; Als laſſen wir es bey angeregtem unſerm Befehlich nochmals allenthalben bewenden / und ihr werdet euch demſelben gemäß bezeigen / auch im widrigen Fall zu Einbringung der einverleibten Strafe nicht Urſach geben / ꝛc.)

TIT. IX.

DE

Potu miniſtrorum Eccleſiæ à collectis libero.

Definit. CXXXIX.

In oppidis pariter ac villis privilegiati ac donati ſunt Paſtores & Diaconi potu à collectis libero, mit dem freyen Tiſch-Trunck.

SUMMARIA.

1. *Non invidendæ ſunt immunitates Eccleſiæ miniſtris.*
2. *Privilegia multa ab Elect. Saxon. miniſtris Eccleſiæ conceſſa.*
3. *Inter alia libero fruuntur potu.*
4. *A quo onere liberari bene potuerunt.*
5. *Immunitas à collectis tribui poteſt ſubditis.*
6. *Explicatio quarundam Regularum juris civilis. n. 7.*
8. *Quibus à collectis immunitas concedi poteſt.*
9. *Modò indultu hoc alii non graventur.*
10. *Principum privilegia ad alienam injuriam non contrahenda. n. 11.*
12. *Reſcriptum Electorale.*

1 Non invidendæ ſunt immunitates miniſtris Eccleſiæ, vel ſaltem ex debito honeſtatis propter remunerationis obligationem; cùm enim à Paſtoribus Eccleſiæ bona ſpiritualia percipiantur, æquum omninò eſt, ut iis retribuantur carnalia lege gratitudinis, *1. ad Corinth. 9. verſ. 11.* Matth. de Afflict. *in præfat. ad deciſ. Neapolit. numer. 2.* Theodor. Reink. *de regim. eccleſ. libr. 3. claſſ. 1. cap. 8. num. 2.* † Fecit hoc Sereniſſ. 2
Saxo, multis immunitatibus & privilegiis Ordi-

Ordinem eccleſiaſticum honorando, inter
alia & in pagis pariter ac oppidis Paſtores
& Diaconos à collectis cereviſiæ exemit,
3 eosque libero potu frui voluit, † in *Ordin.
Eccleſ. tit.* von *Immunitatibus* und Freyhei-
ten der Kirchendiener. *fol.95.*§. So wol-
len wir auch / daß der Pfarrer / *Diaconi*
und Schul-Diener in Stådten / ſo wol
auch die *Paſtores* und *Diaconi* auf den
Dörffern von dem Getrånck / das ſie für
ihren Tiſch zur Nothdurfft brauen / oder
ſonſten bey Faſſen / Vierteln und Ton-
nen einlegen / aller Auflage frey und un-
4 belegt ſeyn ſollen. Eximere quin † eos po-
tuerit ab hoc onere Sereniſſimus Elector,
dubitandum haut eſt, poſtquam ex jure di-
5 dicimus, immunitate à collectis † frui il-
los, quibus vacatio iſthæc à Principe per
privilegium ſpeciale nominatim eſt con-
ceſſa, *l. ſunt munera. 11. ff. de vacat. & excuſ.
muner. l. un. C. de iis qui à Princip. vacant, ac-
ceper. lib. 10.* Joach. Mynſing. *decad. 11. Reſp.
1. n. 98.* Henr. Bocer. *de collect. cap. 11. n. 48.*
Caſp. Klock. *de contrib. cap. 16.* Petr. Heig.
part. 1. quæſt. 18. n. 26. Ludolph. Schrader. *in
tractat. feudal. part. 10. ſect. 1. n. 130.* Scio equi-
6 dem, aſſertioni huic vulgò opponi † text.
*in l. jubemus. 10. C. de SS. Eccleſ. l. in fraudem.
7. C. de annon. & trib. lib. 10. l. ult. C. de diverſ.
præd. urban. & ruſt. lib. 11.* quibus immunita-
tem à collectis conceſſam à Principe haut
ſubſiſtere, contendit Ægid. Thomat. *in tract.
de muner. patrim. §. nobilitas per inveſtituram.
n. 17. & ſeqq.* Sed nimirum † diſtingvi de- 7
bet inter collectam, quam ſumma neceſſi-
tas publica imperari facit, & eam contribu-
tionem, quæ quidem ob publicam utilita-
tem indicitur, at non extremâ neceſſitate
exigente: † ab illâ immunitas præſtari non 8
poteſt, *dict. l. in fraudem. 7. dict. l. ult. C. de
diverſ. præd. urb.* ab hâc verò bene poteſt
concedi, *dict. l. ſunt munera, 11. ff. de vacat.
& excuſat. mun.* ita tamen, † ne ejusmodi 9
conceſſione & indultu alii graventur. Nec
enim Principi jus eſt, in perniciem ſubdito-
rum quempiam oneribus eximere, ut alii
onus ejus ſubeant, prout reſpondet Paris.
conſil. 70. n. 14. Aym. Cravett. *conſil. 945. &
ſeq.* Marcabrun. ab Angvil. *conſil. 40. num.
179.* Hieron. Pappon. *conſil. 157. n. 10.* † nec 10
privilegia Principum ad cœterorum inju-
riam trahi debent, Anton. Fab. *in Cod. lib.
9. tit. 29. defin. 6. n. 2.* Georg. de Cabedo *de-
ciſ. 65. n. 6.* Quò pertinet pulchrum illud
Caſſiodori dictum: † Munificentiam no- 11
ſtram volumus nulli eſſe damnoſam, ne
quod alteri tribuitur, alterius diſpendiis
applicetur. Nec inferri à quoquam vo-
lumus, quod alteri noſtrâ largitate remiſi-
mus, ne (quod dictu nefas eſt) bene meriti
munus innocentis contingat diſpendium,
lib. 2 var. epiſtol. 17.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendentibus Circuli Miſnici, die 12. Aug. An. 1625.* 12
(*Verba Reſcripti:* Dieweil aber der freye Tiſch-Tranck bey den Geiſtlichen in Stådten und Dörffern von Jahren zu Jahren immer geſtiegen: So werdet ihr die Nothdurfft nach Unterſcheid und Anzahl der Perſonen / des Orts / und eines jeden / es ſey ein *Diaconus* oder Dorff-Pfarrer / zu machen wiſſen / ꝛc.)

DEFINIT. CXL.

Subſtitutus Paſtoris æquè libero à collectis potu fruitur.

SUMMARIA.

1. *Potu à collectis libero fruuntur etiam Subſtituti Paſtoris.*
2. *Rationes & fundamenta hujus aſſerti.*
3. *Beneficia Principis latiſſimè intelligenda.*
4. *Eadem ratio in Subſtitutis & Paſtoribus.*
5. *Separandi non ſunt, quos nectit paritas æquitatis.*
6. *Surrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſurrogatur.*
7. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Quod juris circa collectam cereviſiæ Paſtoribus indultum eſt, id æque Subſtitutis eorum videtur
conceſſum, nimirum ut potu fruantur libero, nec collectis hoc nomine
2 graventur. (1.) † Nam & Subſtituti procul dubio voculâ, der Pfarrer und Kirchen-Diener / comprehenduntur. Cùm ergò privilegium liberi potûs in genere fuerit datum Paſtoribus & miniſtris Eccleſiæ, prout apparet ex *Ordin. Eccleſ. ſub tit.* Von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. So wollen wir auch / daß die Pfarrer / ꝛc. nequaquam excludi

ab eo

3 ab eo poſſunt Subſtituti, præſertim quia † privilegia & beneficia Principis latiſſimè ſunt intelligenda, *l. ult. ff. de conſtit. princip. l. ex facto. in pr. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Theodor. Reink. *de regim. ſecul. l. 2. claſſ. 2. cap. 8. n. 36.* Herman. Vultej. *lib. 1. conſil. Marpurg. 16. n. 63. & 64.* (2.) † Eſtque eadem
4 ratio in Subſtitutis, quæ cauſam dedit huic privilegio Paſtorum: ſiquidem & hi inſerviunt Eccleſiæ, ac ſpiritualia tractant, verbum Dei docentes & Sacramenta adminiſtrantes: Quidni ergò etiam eundem mererentur favorem, idemq; privilegium? nam † quos nectit paritas æquitatis aut identitas rationis, non ſunt quoad juris diſpoſitionem ſeparandi, *l. illud. 32. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. 108. ff. de verb. obligat.* (3.) 5
Quò & facit illud brocardicum, † quod qui in alterius ſubſtituitur locum, naturam quoque & jus ejus, cui ſuccedit, induere cenſeatur, *arg. l. 10. §. qui injuriarum. 2. ff. ſi quis caution. l. filiæ. 28. §. Titia. ff. de condit. & demonſtr.* Panorm. *in cap. eccleſia. 3. extr. ut lit. pendent.* Alexand. *lib. 4. conſil. 55. n. 12.* Jacob. Schult. *in addit. ad Mod. Piſtor. part. 3. quæſt. 122. n. 40.* 6

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annæbergenſi die 14. Dec. Anno 1635. (Verba Reſcripti:* Wir haben euern eingeſchickten Bericht / *Petri* Gottſchalcks Pfarr-*Subſtituti* zu Arnsfeld geſuchten freyen Tiſch-Trunck belangende / verleſen hören. Wann dann darinne zu befinden / daß dem Pfarrer 12. Faß Bier / und alſo zuwider dem Herkommen zu viel gefolget worden / Als iſt hierauff an ſtatt Jhr. Churf. Durchl. unſer Begehren / ihr wollet die Verordnung thun / damit ſolche 12. Faß unter den Pfarrer und *Subſtitu*ten getheilet werden / ꝛc.) 7

DEFINIT. CXLI.

Eodemque gaudent privilegio miniſtri Scholarum.

SUMMARIA.

1. *Privilegium potûs à collectis liberi competit etiam miniſtris Scholæ.*
2. *Probatur hoc ex Ordin. Eccleſiaſticâ Electorali Saxonicâ.*
3. *Ratio hujus rei quænam?*
4. *Seminaria & Scholæ requiruntur ad propagationem veræ religionis.*
5. *Scholarum neglectus publicam invehit cladem.*
6. *In Scholis æquè inſervitur Eccleſiæ.*
7. *Magiſtratus politicus utriusque tabulæ Cuſtos.*
8. *Reſcriptum Electorale.*

1 ITa benignus, ita liberalis fuit Sereniſſ. Saxo erga Miniſtros Eccleſiæ, ut privilegium liberi potûs etiam iis, qui in Scholis pueros in fundamento pietatis ac bonis literis informant, perq; hoc ipſum Eccleſiæ non parùm inſerviunt, conceſſerit
2 † *in Ordin. Eccl. ſub tit.* Von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. So wollen wir auch / daß die Pfarrer / *Diaconi* und Schuldiener in Städten / ꝛc. von dem Geträncke / das ſie für ihre Tiſch zur Notdurfft brauen / oder ſonſten bey Faſſen / Vierteln und Tonnen einlegen / ꝛc. aller Aufflage frey und unbelegt ſeyn ſollẽ. Idq;
3 non modò propter curas & labores, † quos miniſtri Scholarum ſuſtinent in informandis pueris, in quorũ compenſationem hoc juris ac beneficii ultra ſtipendium debitum
4 ipſis cenſetur indultum: ſed etiam † quia propagatio veræ religionis & defenſio Eccleſiæ in eo conſiſtit, ut ſeminaria doctrinæ cœleſtis, linguarum & artium bonarum, ſeu ſcholæ Eccleſ. adjunctæ ſint atq; vigeant, Erneſt. Cothm. *Reſp. 23. n. 10.* Herm. Lather. *de cenſu lib. 3. c. 19. n. 89.* † nam Schola- 5
rum neglectus publicam hanc invehit cladem, ut Chriſtianiſmꝰ paulatim in Paganiſmũ ſive Ethniciſmum dilabatur, Lath. *dict. c. 19. n. 79.* Quis non hinc animadvertit, † in 6
Scholis æquè Eccleſiæ inſerviri, ac proinde miniſtros Scholarum Eccleſiæ quoq; miniſtros ſalutari, ut propterea æquale privilegium iis neutiquam ſit invidendũ, quin potiùs Sereniſſ. Saxo æternâ laude prædicandus, quòd tanto beneficio miniſtros Scholarum fuerit dignatus, in quo præclare geſſit officium boni Principis & Magiſtratûs, † cui 7
çeu utriusque tabulæ Cuſtodi curâ Religio-

nis

nis potiſſimùm incumbit, *c. Princeps. c. ſi apud. 23. quæſt. 5.* Johan. Bodin. *lib. 6. de Re-publ. cap. 1. pag. 986.* Balth. Meiſner *part. 3. Philoſoph. Sobr. ſect. 2. cap. 2. quæſt. 1.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendentibus Circuli Miſnici, die* 12. *Auguſti, Anno* 1625. *(Verba Reſcripti:* Dieweil aber der freye Tiſch-Trunck bey den Geiſtlichen von Jahren zu Jahren immer geſtiegen; So werdet ihr die Nothdurfft nach Unterſcheid und Anzahl der Perſonen/des Orts/und eines jeden Haußhaltung ermeſſen / darauf den *Rectoribus, Con-Rectoribus* und *Cantoribus* die Zettel zum freyen Tiſch-Trunck unterſchreiben/ꝛc.) 8

DEFINIT. CXLII.
Nec non Æditui ſeu Cuſtodes.

SUMMARIA.

1. *Cuſtodes quoque gaudent privilegio liberi potûs.*
2. *Quibus ex rationibus & fundamentis?*
3. *Æditui inſerviunt Eccleſiæ.*
4. *Quod probatur ex Ordin. Eccleſiaſtica Elector. Saxonicâ.*
5. *Nomine Miniſtrorum Eccleſiæ veniunt quoque Cuſtodes.*
6. *Adducitur fundamentum ex Decreto Synodali.*
7. *Æditui in pagis pueros informant. n. 8.*
9. *Reſcriptum Electorale.*

1 NOn minùs quoque Æditùis ſive Cuſtodibus, quàm ipſis Paſtoribus & miniſtris Scholarum jus ac privilegium liberi potûs, des freyen Tiſch-Truncks / competere manifeſtum
2 eſt: (1.) ex eo, † quod Sereniſſimus Saxoniæ Elector hoc beneficio operas & labores miniſtrorum Eccleſiæ ultra ipſorum ſtipendium recompenſare voluerit, *Ordin. Eccleſiaſt. ſub Rubr.* Von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener. *junct.* §.
3 So wollen wir auch. Cum autem † Æditui labores æquè tendant ad miniſterium Eccleſiæ promovendum; inque exercitio miniſterii Paſtoris & Cuſtodis conſortium
4 ſit quaſi individuum, † prout liquet *ex Ordin. Eccleſ. art. gen. 37. in verb.* In Betrachtung / daß ſie in Verrichtung der Kirchen-Aemter bey einander ſeyn/ und einander helffen müſſen/ æquum omninò eſt, ut & ipſemet eodem gaudeat privilegio. Eſtque hoc ipſum, quod diximus *ſupr. De-*
5 *fin. 75.* † nomine miniſtrorum Eccleſiæ Æditùos quoque comprehendi; quod & apparet ex *art. gener. 40.* §. Mit der Viehe-Hut. *verb.* Weil ſolche Perſonen *(nempe æditui)* zum Kirchen-Dienſt beſchieden und verordnet ſind. *Et* §. Als auch der Glöckner. *verſ.* Damit nun am Kirchen-Dienſt kein Mangel ſey; So laſſen wir hiermit nach / daß die Kirchner/ꝛc. (2.) Quâ de re porrò ſanctio extat haut obſcura † *in Decreto Synodali de An. 1624.* §. Bey 6
den Schulen. *in verb.* Auch keiner unter den Schul-Dienern und Küſtern in Städten und Dörffern *junct. verſ.* ſonderlich auch den freyen Tiſch-Trunck nicht genieſſen/ꝛc. Ex quorum verborum connexione expeditum redditur, privilegium hoc ad æditùos quoque in Conſiſtorio confirmatos pertinere. (3.) † Et cum 7
probatum dedimus, miniſtros Scholarum libero à collectis potu fruiſci, *Defin. præced.* hoc ipſo nec Æditùos excludere licet, poſtquam ei in pagis non minùs pueros informent, officioque Ludimoderatoris fungantur, † veluti clara innuunt verba *Ordin. Eccleſ. ſub Rubr.* Von den Schulen. §. Iſt 8
unſer Befehlich *ibi:* daß jederzeit die Küſtereyen einer ſolchen Perſon verliehen werden / die ſchreiben und leſen könne / und wo nicht durchs gantze Jahr / doch auf beſtimmte Zeit beſonders im Winter Schule halte.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti in Olsnitz & Præfecto in Voigtsberg, die* 9
2. Auguſt. An. 1627. (Verba Reſcripti: Uns iſt euer des Superintendentens eingeſchickter Bericht und Vorbitt-Schreiben / daß dem Pfarrer und Schulmeiſter zum Klingenthal der Gnaden-Tiſch-Trunck gefolget werden möchte/ gebührlich vorgetragen/und du der Schöſſer haſt ſolches hiebey zu empfangen. Wann dann ihr Suchen nicht unbillich: Als begehren wir hiermit gnädigſt / Ihr zugleich wollet nach Gelegenheit ihrer Haushaltung ihnen eine gewiſſe Anzahl Faß/ wie andern *vicinis Paſtoribus* und *Cuſtodibus*, mit Benennung eines Orts unter eurer *Diœces* und anbefohlenen Amte verordnen/ und euch darnach achten/ꝛc.)

DEFI-

Definit. CXLIII.

Nec Ludimagiſtris, nec Æditnis uſus datur liberi potûs, antequam de eorum confirmatione à Conſiſtoriis factâ conſtet.

S U M M A R I A.

1. *Eccleſiæ miniſtri beneficio liberi potûs ſæpe abutuntur.*
2. *Idque lucri causâ nimium extendunt.*
3. *Non ſine injuriâ & damno ærarii publici.*
4. *Malitiæ huic obviandum.*
5. *Ante confirmationem miniſtri Eccleſiæ privilegio liberi potûs non gaudent.*
6. *Probatur hoc ex Decreto Synodali.*
7. *Ratio hujus rei quænam? n. 8.*
9. *Non niſi digni ad miniſterium Eccleſiæ admittendi.*
10. *Reſcriptum Electorale.*

1 Deteſtanda eſt miniſtrorum Eccleſiæ malitia, quod inſigni beneficio liberi à collectis potûs haut rarò abutantur, vel non contenti eo, quantum ad ipſorum ſuorumque neceſſi-
2 tatem & ſuſtentationem ſufficit, † privilegium hoc nimium extendentes, vel lucellum inde iniquum & fœnus illicitum quærentes; vel nominê miniſtrorum Eccleſiæ,
3 quales reverâ non ſunt, hoc petentes, † non ſine injuriâ & damno ærarii, quod non parum collectis inde defraudatur, de quo plurimæ audiuntur querelæ. Huic malitiæ ut
4 occurratur, † nunquam non ſollicitos videmus præfectos ærarii, quibus variis ſubvenit remediis Sereniſſimus Elector. Inter
5 alia noluit, † Ludimagiſtrum & Æditnum hoc beneficio donari, priusquam de examine & confirmatione Conſiſtorii doceat,
6 veluti proviſum † *in Decreto Synodali de An. 1624.* §. bey den Schulen. *in verb.* Daß keinem ſolle nachgelaſſen werden/ in den Schulen zu lehren/oder einen Kirchen-Dienſt zu beſtellen / er ſey denn von unſern *Conſiſtoriis* auf der Kirchen Unkoſten zuvor *examinir*et und *confirmir*et worden / ohne welche *confirmation* auch keiner unter den Schul-Dienern und Küſtern in Stådten und Dörffern der *immunitåten* / Freyheiten und Gerechtigkeiten fåhig ſeyn / abſonderlich auch den freyen Tiſch-Trunck nicht genieſſen/ noch ihme ſein Zettel von dem Superintendenten hinfüro unterzeichnet werden ſolle. Ni-
mirum, † ne pro Ludimagiſtris & Æditnis 7
ſeſe venditent, qui tales non ſunt, eoque fuco ærarium defraudent. Quamvis inficias non eam, prædictâ ſanctione adigere
voluiſſe Sereniſſimum Electorem † mini- 8
ſtros Scholarum & Cuſtodes, ut ad examen ſe ſiſtant, & confirmationem impetrent, quippe cùm multum interſit Eccleſiæ pariter ac Reipublicæ, non quosvis ad ejusmodi officia admitti, ſed ſaltem eos, de quorum religione, fide ac dexteritate conſtet, quique idonei in Conſiſtoriis fuerint re-
perti, † prout apparet ex *Ordin. Eccleſ. ſub* 9
Rubr. von der *Electiõn, Examine,* und Amt eines jeden Schulmeiſters und *Collaboratoris. fol. 143. verſ.* Es ſollen die Kirchner oder Glockner/ꝛc.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Quæſtori Liebenwerdenſi, die 11. Julii* 10
Anno 1628. (*Verba Reſcripti:* Auf beygefügtes des Pfarrers zu Wahrenbruck/ Martini Sommers beſchehenes *ſupplicir*en begehren wir hiermit gnådigſt/ Ihr wollet den *Cuſtodem* zu Bönitz/weil er im *Conſiſtorio confirmir*et/ gleich andern zu ſolchem Amt beſtåtigen/bey deme in dieſer *Inſpection* gebråuchlichen Frey-Bier verbleiben laſſen/ihme auch gebührlichen Schutz leiſten/ꝛc.)

Definit. CXLIV.

Privilegium potûs a collectis liberi Eccleſiæ & Scholarum miniſtris conceſſum in aliquot ſaltem doliis ſubſiſtit.

S U M M A R I A.

1. *Principum conceſſiones intelligendæ ſunt ſalvo jure tertii.*
2. *Privilegium liberi potûs ærario publico haut nimis præjudicet.*
3. *Liberi potûs privilegium ad certa dolia reſtrictum.*
4. *Fraudibus aperienda non eſt feneſtra.*

5. *Numerus doliorum arbitrio Conſiſtorii Supremi relictus.*
6. *Qualisnam hic numerus? n. 7.*
8. *Conſvetudo potiſſimùm attendi debet.*
9. *Numerus doliorum hodie deminutus.*
10. *Reſcriptum Electorale.*

1 Cum omnes Principum conceſſiones ſint intelligendæ ſalvo jure tertii, Jaſ. *in l. quo minus. n. 11. ff. de flum.* Matth. de Afflict. *deciſ. 286. num. 3.* Octav. Cacheran. *deciſ. 90. n. 11.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 1. n. 14.* Herman. Vult. *lib. 3.*
2 *conſil. Marpurg. 35. n. 160.* utique † nec jus liberi potûs Eccleſiæ & Scholarum miniſtris indultum ærario publico nimis præjudicare debet, quod certè fieret, ſi absque omni determinatione id competeret privilegiatis, & neſcio, quid non fraudis & ma-
3 litiæ hinc metuendum: † quare Sereniſſimus Elector ad dolia aliquot jus hoc reſtringendum exiſtimavit, ita enim favendum uni,
4 ne præjudicetur alteri, † nec fraudibus aperiatur feneſtra, *l. in fundo. 38. ff. de rei vindicat. l. cum hi. 8. §. ſi cum his. 20. ff. de transact.* Numerus verò doliorum certus nullibi
5 eſt expreſſus, quare † judicio & arbitrio Conſiſtorii Supremi cenſetur relictus, *arg. l. 1. §. ult. ff. de jur. delib.* Jaſon. *in l. jubere. num. 17. ff. de jurisd.* Andr. Tiraq. *de pœn. leg. temp. cauſ. 31. num. 34.* Jacob. Schult. *in addit. Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 104. n. 9.* nec immeritò, cùm pro ratione cujusque loci & familiæ, reique œconomicæ multùm variare poſſit, de quò ut judicent & arbitrentur Domini Conſiſtoriales neceſſe eſt; † ut plurimùm verò Diaconis & Pa- 6
ſtoribus paganis, nec non miniſtris Scholarum primi ordinis in municipiis & magnis civitatibus dolia octo: † miniſtris 7
verò Scholarum minoris ordinis in ejusmodi municipiis ſex dolia: & tandem Organicis & Æditiuis in oppidis quatuor duntaxat dolia à collectis libera quondam permittebantur. Sed ut dixi hæc omnia pro ratione loci & cujusque familiæ, imprimis † quoque hàc in re conſvetudo attendi 8
debet. *l. 1. §. ult. ff. de ventr. inſpic. l. ſi ſervus. 50. §. ult. ff. de legat. 1. l. quod ſi nolit. 31. §. qui aſſidua. ff. de ædil. edict. l. ſemper in ſtipulationibus. 34. ff. de Reg. jur. l. 3. §. ult. ff. de teſtib.* Quin † & hodie per Reſcriptum 9
Electorale numerus doliorum prædictus eſt deminutus.

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superattendentibus Circuli Miſnici, die 12. Auguſt. Anno 10
1625. (Verba Reſcripti: Dieweil aber der freye Tiſch-Trunck bey den Geiſtlichen von Jahren zu Jahren immer geſtiegen; So werdet ihr die Nothdurfft nach Unterſcheid und Anzahl der Perſonen/des Orts/und eines jeden Haushaltung ermeſſen/und insgemein einem *Diacono* und Dorff-Pfarrer/ wie auch den *Rectoribus, Conrectoribus* und *Cantoribus* in groſſen Städten / wann ſie nicht ſtarcke Haushaltung haben/jährlich nicht über 8. Faß/einem andern gemeinen Schul-Diener und Organiſten aber in den groſſen Städten / nicht über 6. Faß / und dann einem Organiſten / Glöckner und Schulmeiſter in den kleinen Städten und Dörffern nicht über vier Faß unterſchreiben. Wo aber bishero ein wenigers herbracht/dabey ſollet ihr es auch hinfüro bewenden laſſen/und bey Vermeidung unſerer ſchweren Strafe nicht allein vor eure Perſon dieſer unſerer Verordnung in allen Puncten gehorſamſt nachleben / ſondern auch eure untergebene Kirchen- und Schul-Diener dawider nichts vorzunehmen anhalten/ꝛc.)

Definit. CXLV.

Numerus doliorum conſvetus pro ratione perſonarum & circumſtantiarum a Conſiſtorio quandoque augetur.

SUMMARIA.

1. *Conſvetudo æquiparatur Regiæ autoritati.*
2. *Privilegio eſt validior.*
3. *Et dirigit omnes mundi actus.*
4. *Ex causâ numerus doliorum poteſt augeri.*
5. *Idq; in arbitrio Conſiſtorii Supremi conſiſtit.*
6. *Princeps juſtâ ex causâ derogare valet conſvetudini.*
7. *Privilegium eſt lex ſingularis.*
8. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

Ia

IN caſu itaque dubio, quo certus doliorum numerus circa jus & privilegium potûs à collectis liberi definitus haut
eſt, regulariter conſvetudini inhæren-
1 dum, *Defin. præced.* † quippe quæ Regiæ
autoritati æquiparatur, Alber. Riminald.
vol. 2. conſil. 135. verſ. ita quod licet. imperiali
juſſioni, Hieron. Schurff. *cent. 2. conſil. 72.*
2 *num. 29.* † eſtque privilegio validior, *l. 1.*
§. ult. ff. de aquâ & aqua pluv. arcend. l. hoc
jure. §. ductus. ff. de aqua quotid. & æſtiv.
Regn. Sextin. *de Regal. lib. 1. cap. 5. num. 132.*
obtinet vim veritatis, *l. 1.* & ibi Gloſſ. Baldus
& Sichard. *C. de ſervit.* Andr. Gail. *lib.*
3 *1. obſervat. 58. numer. 7.* & † dirigit ac informat
omnes actus mundi, Ant. Fab. *in*
Codic. lib. 4. tit. 7. defin. 21. Quod tamen
non ſimpliciter & indifferenter intelle-
ctum velim: quid enim † ſi de ſummâ mi- 4
niſtri Eccleſiæ inopiâ appareat, vel etiam
ſenium accedat, ejusq; conditionem favorabiliorem
reddat: num poteſtatem Conſiſtorii
ita conſvetudini adſtrictam autumabimus,
ut augmentum conſveto doliorum
numero addere nequeat? † Non 5
certè: quia res hæc tota conſiſtit in arbitrio
Conſiſtorii Supremi, ut diximus *Defin. præced.*
Quidni ergò numerum doliorum
augere valeret? Et quis neſcit, † Prin- 6
cipem juſtâ ex causâ conſvetudini derogare
poſſe per modum privilegii, quod &
ipſum juris autoritatem habet; † eſtque 7
lex ſingularis, *l. 16. ff. de legibus. c. privilegia.*
diſt. 3. cap. abbate. extr. de V. S. Theodor.
Reinking. *de regim. ſec. lib. 2. claſſ. 2. cap. 8.*
num. 45.

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Freybergenſi, die 2. Septembr. An. 1629. (Verba Reſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht wegen der von beyden alten Küſtern zu Mohorn und Großwaltersdorff zu ihren vorigen zwey Faſſen ſteuerfrey Bier geſuchten Zulage / verleſen hören. Wann ſie dann ihres bishero geführten Lebens und Wandels gutes Gezeugniß erlanget; Als können wir dahero und wegen ihres hohen Alters geſchehen laſſen/daß dem zu Mohorn hinfüro zu den vorigen zwey Faſſen noch ein Faß/dem *emerito* zu Großwaltersdorff aber wegen ſeines 80. jährigen Alters und wenig hinterſtelligen Lebens jährlich 2. Faß Bier auf ſein Leben *paſſiret* werden / und der neue Schulmeiſter ſeine zwey Faß vor ſich behalten möge/rc.) 8

DEFINIT. CXLVI.

Miniſtri Eccleſiæ quò privilegio liberi potûs fruantur, cereviſiam pro ſe & familia ſua coquere haut prohibentur.

SUMMARIA.

1. *Uſus privilegii liberi potûs miniſtris Eccleſiæ permittendus.*
2. *Cereviſiam coquere pro familiâ ſuâ miniſtris Eccleſiæ permiſſum.*
3. *Probatur hoc ex Ordin. Eccleſ. Electorali Saxonica.*
4. *Movetur dubium contra hanc aſſertionem.*
5. *Quod rurſus refellitur.*
6. *Privilegium liberi potûs ne præjudicet nimium ærario publico.*
7. *Privilegia Principis latiſſimè interpretanda.*
8. *Quandoque verò ſtrictiſſimè ſunt accipienda.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

COnceſſo miniſtris Eccleſiæ atque Scholarum privilegio liberi potûs, des freyen Tiſch-Truncks / per-
1 mittendus † quoque ipſis erit uſus,
nec non medium ac modus fruendi, ne beneficium
Principis ſuo deſtituatur effectu,
2 *arg. l. 2. ff. de jurisdict.* Quare prohibendi †
non ſunt braxare vel coquere cereviſiam
pro uſu ſuæ familiæ, idque ſine præſtatione
collectarum cereviſiariarum, der Bier-
ſteuer/ unde privilegii exercitium iis patere
nemo inficias ibit. † Quò & Sereniſſimum 3
Saxoniæ Electorem in conceſſione hujus
beneficii reſpexiſſe, manifeſtum reddit *Ordin. Eccleſ. ſub Rubr.* von *Immunitatibus* und
Freyheiten der Kirchen-Diener. §. So
wollen wir auch. *ibi:* daß die Pfarrer/
Diaconi und Schul-Diener in Städten/
ſo wol auch die *Paſtores* und *Diaconi* auf
den Dörffern von dem Getrancke/das ſie

für ihren Tiſch zur Nothdurfft brauen/ aller Auflage frey und unb.legt ſeyn ſol-
4 len. Quod ſi dixeris, hâc ratione † beneficium illud ultra numerum doliorum conſvetum extendi? reſpondemus, id neutiquam fore metuendum, ſi exemtio à collectis ad tot reſtringatur dolia, quot pro arbitrio Conſiſtorii, vel ex conſvetudine receptâ Eccleſiæ miniſtris ſunt permiſſa,
5 † quod haut obſcurè innuunt verba *Ordinat Eccleſiaſt.dict.§.* So wollen wir auch. *ibi:* das ſie für ihren Tiſch zur Nothdurfft brauen. Voluit nempe Elector Sereniſſimus abuſui & extenſioni juris hujus obviare, † ne contra fas & æquum hoc pri- 6
vilegium extendatur, & nimium ærario præjudicetur. Etſi enim aliàs † privilegia 7
Principum largiſſimè ſint interpretanda, *l. ult. ff. de conſtit. Princip. l. ex facto in pr. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* attamen in quantum reſpiciunt præjudicium ſeu damnum tertii,
† ſtrictiſſimè explicari debent. *l. 2 §. meritò. & §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. L. 46. ff. de admin. tutor.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. lib. 2. cl. 1. ſ. 2. cap. 8. n. 36.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 2. defin. 22.* 8

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annæbergenſi & Præfecto Wolckenſteinenſi, die 31. Mart. An. 1636. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern beyderſeits eingeſchickten Bericht / das von dem Pfarrer und *Diacono* zum Wolckenſtein geſuchte Bierbrauen betreffende/ verleſen hören/ welchen ihr neben den Beylagen hierbey wieder zu befinden; Und iſt an ſtatt Jhrer Durchl. hiermit unſer Begehren / Jhr wollet den Rath und Bürgerſchafft zum Wolckenſtein beſcheiden/ daß gedachtem Pfarrer und *Diacono* itzo und künfftig nachgelaſſen / ihren Tiſch-Trunck ſteuerfrey an unterſchriebenen Zetteln zu nehmen/ oder ſo viel ihnen bißhero *paſſiret* worden/ ſelbſt zu brauen/ jedoch daß ſie die übermaſſe/ derer ſie für ihre Haußhaltung nicht bedürffen/ verſteuren/ ꝛc.) 9

DEFINIT. CXLVII.

Aliunde licet miniſtri Eccleſiæ emant cereviſiam, privilegio tamen potûs liberi fruuntur.

SUMMARIA.

1. *Paſtores rarò cereviſiam coquunt pro ſuâ familiâ.*
2. *Quo tamen caſu privilegio liberi potûs non ſunt defraudandi. n. 3.*
4. *Probatur hoc ex Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon.*
5. *Quonam medio tùm privilegio fruantur? num. 6.*
7. *Via fruendi hôc beneficiô miniſtris Eccleſiæ non præcludenda.*
8. *Reſcriptum Electorale.*

1 RArò tamen accidit, ut Paſtores vel Æditui, præſertim in pagis, ipſimet cereviſiam coquant, vel ſumtibus neceſſariis deſtituti, vel pro ratione ſuæ familiæ potu viliori aut etiam aquâ contenti: annè tùm ergò privilegium libe-
2 ri potûs ceſſabit? Non certè, † quia eſt pars ſtipendii & ſalarii non modica, quâ neutiquam Eccleſiæ miniſtri ſunt defraudandi, *Ordinat. Eccleſiaſt. art. general. 22. §. ult.* Frider. Balduin. *de inſtit. miniſtr. cap. 27. pag. 299.*
3 Sive ergò † aliunde cereviſiam comparent, & vaſa pro neceſſitate familiæ doliario ſuo importari faciant, ſive etiam particulariter juxta menſuram & cantharos potum emant, Kannenweiſe / haut invidendum
4 ipſis eſt privilegium liberi potûs, † prout clariſſimis verbis ſancitum *in Ordinat. Eccleſiaſt. ſub Rubr.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener. §. So wollen wir auch/ ꝛc. *ibi:* oder ſonſten bey Faſſen / Vierteln und Tonnen einlegen/ und andern bey der Kannen oder ſonſten nicht verkauffen / aller Auflage frey und unbelegt ſeyn ſollen/ ꝛc. † Nec medium 5
fruendi hoc privilegio deficit, ut maximè particulariter cereviſiam emant, & cantharo ſibi admetiri faciant; Nempe remiſſionem collectarum aliis, qui cereviſiam coquunt, vel pro liberò potu juxta numerum doliorum, vel pro pecuniâ paratâ cedunt:
† quo poſteriori modo lucellum ex hoc 6
privilegio ipſis accedit, licet nunquam cereviſiam biberint. Idque uſu ita obtinuit,
† ne privilegiatis omnis via ac modus fru- 7
endi beneficio præcludatur, *arg. l. 2. ff. de juriſdict.* à quâ conſvetudine haut recedendum eſt, *l. quod ſi novit 31. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edict. l. ult. C. de fidejuſſor.*

Ita

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superattendentibus Circuli Miſnici die 12. Auguſti An. 8
1625. (Verba Reſcripti : Denenjenigen aber / welche für ihren Tiſchtrunck nicht
ſelbſten ſteuerfrey brauen wollen oder können / ſol von der Bürger eingebrach-
tem Tranckſteuer nichts am Gelde gefolget / ſondern dann allererſt / wann ſie
das Bier für ihre Haushaltung erkaufft / und darüber von dem Bürger / bey
deme ſie das Bier bekommen / einen Zettel erlanget / derſelbe von euch ſteuer-
frey unterſchrieben werden : Es wären denn ſolche Perſonen / welche ſich
Unvermögens wegen ihres Truncks nur Kannenweiſe ums Geld erholen müſ-
ſen / auf ſolchen Fall können wir geſchehen laſſen / daß ihnen Freyzettel / doch al-
lein zur Nothdurfft gefolget werden mögen / ꝛc.)

DEFINIT. CXLIIX.

Ne miniſtri Eccleſiæ, qui cereviſiam coquunt, privilegio liberi potûs abutantur, nimiùm id extendant, vel tabernam cereviſiariam erigant, maximoperè providendum.

SUMMARIA.

1. *Liberum eſt miniſtris Eccleſiæ, pro familiâ ſuâ coquere cereviſiam.*
2. *Privilegium liberi potûs in abuſum haut trahi debet.*
3. *Beneficium hoc non obtinet in negotiatione cereviſiariâ.*
4. *Quibus modis miniſtri Eccleſiæ privilegio liberi potûs abutantur?*
5. *Præcavenda eſt ærarii jactura.*
6. *Tabernam cereviſiariam erigere haut licet in ædibus parochianis. n. 8.*
7. *Quod & à jure divino alienum.*
9. *In præjudicium ærarii extenſio privilegii haut admittenda.*
10. *Reſcriptum Electorale.*
11. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 12.*

1 Diximus, arbitrio miniſtrorum
Eccleſiæ & Scholarum relictum
eſſe, an pro uſu privilegii de po-
tu à collectis libero cereviſiam
aliunde emere, vel ipſimet co-
quere velint, *Defin 146. & 147.* Neutrum
ergò eis denegandum erit, modò in termi-
2 nis privilegii ſubſiſtant, † quod à plerisque
ad abuſum trahitur, præſertim ſi ipſimet
cereviſiam coquant; Vel enim (1.) id ex-
tendunt ad negotiationem cereviſiariam,
3 † quam in ædibus propriis exercent, à col-
lectis eam eximentes, contra expreſſam
ſanctionem Electoralem in *Ordin. Eccleſ. tit.*
von *Immunitatibus* und Freyheiten der
Kirchendiener. §. So wollen wir auch.
verb. Von denen Bieren aber / die auf ih-
ren Erb-Häuſern auf den Kauff brauen /
ſollen ſie ſich / wie andere unſere Unter-
thanen verhalten / es wäre denn deſſen
einer oder mehr von uns ausdrücklich be-
4 freyet. (2.) † Vel non contenti numero doli-
orum conſueto, omnem cereviſiam, quam
coxerunt, à collectis liberam ſibi perſua-
dent, cùm tamen privilegium liberi potûs
ad eam ſaltem reſtringatur cereviſiam, quæ
pro neceſſitate & ſuſtentatione familiæ ſuæ
eſt ſufficiens: unde fit, † ut ex venundati- 5
one cereviſiæ ſuperfluæ non minimum
quærant lucellum cum inſigni ærarii jactu-
râ contra intentionem privilegiantis, quæ
vel ſolis verbis *dict.* §. So wollen wir. *ibi:*
zur Nothdurfft / eſt perſpicua. (3.) Vel
quod peſſimum eſt, † tabernam erigunt ce- 6
reviſiariam in ædibus parochianis & privi-
legiatis, non ſine ſcandalo publico & dede-
core miniſterii, id quod expreſsè prohibi-
tum eſt in *Ordinat. Eccleſ. art. general. 16.* §.
Es ſollen auch die Pfarrer ſich aller un-
ehrlicher Handthierungen / wie auch des
Wein- und Bierſchenckens / ꝛc. enthal-
ten / *ſupr. defin. 65.* non enim æquum eſt, † 7
inquiunt Apoſtoli, ac decens, nos derelinque-
re verbum Dei & miniſtrare menſis, *Actor.*
6. v. 2. quorum imitatores decet eſſe ſince-
ros Paſtores. † Neutrum ergò ut committa- 8
tur, maximoperè providendum, idque eò
magis, quod non parùm decedat ærario
per fraudulentam hanc collectarum ſub-
tractionem, † in cujus tamen præjudicium 9
extenſio privilegii haut eſt admittenda,
per tradita Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 1. numer. 14.* Octavian. Cacheran. *deciſ. 90. num. 11.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector in eâdem causâ. (Verba Reſcripti: Als begehren 10
wir hiermit gnädigſt / Ihr wollet hinfüro keinem Kirchen-und Schuldiener
für ihren Tiſchtrunck mehr / als er in ſeiner Haushaltung benöthiget / ſteuer-
frey zu brauen nachlaſſen/er wäre denn hierüber inſonderheit *privilegi*ret / viel-
weniger denen / ſo für ihren Tiſchtrunck/oder/wie itzo gedacht / ein mehrers
ſelbſt brauen/hierüber einigen Steuerzettel unterſchreiben / ſondern dieſelben
mit ihrem Suchen gäntzlich abweiſen / ꝛc.)

Et † Conſiſtorium Supremum Superattendenti Annæbergenſi & Præfecto Wolckenſteinenſi die 11
31. Martii Anno 1636. (Verba Reſcripti: Und iſt an ſtatt Ihr. Durchl. hiermit unſer
Begehren/Ihr wollet den Rath und Bürgerſchafft zum Wolckenſtein beſchei-
den/ daß gedachtem Pfarrer und *Diacono* itzo und künfftig nachgelaſſen / ihren
Tiſchtrunck ſteuerfrey an unterſchriebenen Zetteln zu nehmen/oder ſo viel ihnen
bishero *pasſi*ret worden/ſelbſt zu brauen/jedoch daß ſie die Ubermaß/deren ſie für
ihre Haushaltung nicht bedürffen/verſteuern / und andern Eimer-Tonnen-
Viertel-und Faßweiſe verlaſſen / aber nicht verzapffen mögen / ſie auch dabey
in Schutz nehmen / ꝛc.)

Nec non † Præfecto zu Grillenburg *die 20. Julii Anno 1632. (Verba Reſcripti :* Dahero 12
man ſich wider den Pfarrer zu Görßdorff über den Mißbrauch ſeines Bier-
und Weinſchenckens/auch Gäſte-ſetzens/und zwar ohn Entrichtung der Steu-
er/ſo wol daß er ſich hierüber der freyen Steuerzettel gebrauchen thäte / zu be-
ſchweren/welches wir ihm hiebevor verwieſen/und ihn davon abgemahnet ha-
ben: Achten auch nochmals für billich / was er über ein gantzes Bier brauen
und andern verlaſſen wil/daß er daſſelbe verſteuern / und ſich des Gäſte-ſetzens
enthalten ſol; Hierauf an ſtatt Ihr. Durchl. begehrende / Ihr wollet zu künff-
tiger Nachrichtung dieſes alles *regiſtri*ren/und euch darnach achten ꝛc.)

DEFINIT. CXLIX.

Schedula, quâ numerus doliorum à collectis exemtorum ærario ſignificatur, der Freyzettel / haut acceptari debet, priusquam Superintendens vel Inſpector diœceſeos ei ſubſcripſerit.

SUMMARIA.

1. *Variis modis exercetur privilegium liberi potûs.*
2. *Obviandum tamen ſemper abuſui.*
3. *Mala ſuſpicio in Clericos regulariter non cadit.*
4. *Avaritia quandoque Clericos invadit.*
5. *Quo medio abuſui liberi potûs occurrendum? num. 6.*
7. *Schedula liberi potûs à Superintendente ſubſcribenda.*
8. *Probatur hoc ex Decreto Synodali.*
9. *Ratio habenda ærarii publici.*
10. *A Principe dependet immunitas à collectis.*
11. *Reſcriptum Electorale.*

1 QUocunque autem modo miniſtri
Eccleſiæ & Scholarum privilegio
liberi potûs utantur, ſive ipſimet
ſibi cereviſiam coqui, ſive certa
vaſa doliariis ſuis importari faciant, vel et-
iam partialiter ſecundum cantharos &
menſuram potum emant, ſemper ſibi ca-
2 veant, ne † gratiâ & beneficio Principis abu-
tantur, & numerum doliorum præſcriptum
excedant, perque id ærarium nimis gra-
3 vent. Licèt enim † mala ſuſpicio in Clericos
non facilè cadat, quippe qui alios in pietate
& fide informantes ſemper pii & fideles
præſumuntur, attamen cùm avaritia o-
4 mnium malorum radix † non rarò & eos
invadat, hæc admonitio ſæpiùs inculcan-
da erit, in quâ Sereniſſimus Saxoniæ Ele-
ctor non ſubſiſtit, ſed medium ſuppeditat,
† quò omni ſuſpicioni & malitiæ occurra- 5
tur, vult nempe, à quocunque privilegia-
to numerum doliorum pro neceſſitate ac
ſuſtentatione ſuæ familiæ ipſi aſſignato-
rum in ſchedula conſignari, eamque ærario
offerri, quò de exemtione in rationibus
collectarum reddendis certò conſtare
queat. Cumque hoc medium † omnem 6
falſitatis ſuſpicionem non excludat, quippe
quòd ejusmodi ſchedula commutari, ma-
nuque alienâ pingi facilè poſſit, injungitur
Superintendenti ſeu Inſpectori diœceſeos, † 7
ut ſche-

ut ſchedulis iſtis ſubſcribat nomen ſuum, ac de veritate atteſtetur: Priusquam hoc factum, ærarium ſchedulam haut acceptare, nec fidem adhibere debet, veluti apparet ex
8 *Decreto Synodali* † *de Anno 1624.* §. Inſonderheit aber/ *in fin. ibi*: abſonderlich auch den freyen Tiſchtrunck nicht genieſſen/ noch ihme ſeinen Zettel von dem *Superintenden*ten hinfüro unterzeichnet werden ſolle. Nec eſt, quod de nimiâ curioſitate
Sereniſſimi Electoris quisquam conquera- 9
tur, † cùm maximopere ratio ærarii publici ſit habenda, quæ cura Principi incumbit, à
quo etiam omnis dependet † immunitas & 10
exemtio à collectis, *l. 2. l. eos l. maximarum. l. ult. C. de excuſat. muner.* Tap. *de conſtit. princip. c. 4. n. 30.* Rol. à Valle *vol. 1. conſil. 5. n. 18. & ſeqq.* Petr. Frid. Mindan. *de mandat. l. 2. cap. 24. n. 20.* Henn. Arniſ. *de jurib. majeſt. lib. 3. cap. 7. n. 4.*

Ita † *Serenisſimus Saxon Elector, Chriſtianus II. Supremo Conſiſtorio die 22. Decembr. An.* 11
1610. (Verba Reſcripti: Nachdem aber bey den Steuer-Rechnungen unmüglich vorfallen wil/ eines jeden *Paſtoris* und Schuldieners Handſchrifft und Siegel an den freyen Zetteln zu *recognoſci*ren/ deßwegen vermuthlichen/ daß bishero offt etliche falſche Zettel mit eingeſchoben mögen worden ſeyn; Darneben auch Bericht einkom̃en/ als ob eines Theils *Paſtores* aufm Lande viel in ihren Pfarr-Häuſern ums Geld ausſchencken/welches ſie für ihren Tiſchtrunck zur Ungebühr ſteuerfrey angeben laſſen/wie auch in andere Wege mehr ſolch *privilegium* mißbraucht worden ſeyn ſol; So ſol hinfüro kein freyer Zettel in den Steuer-Rechnungen angenommen werden/es ſey dann dem *Superintenden*ten/ deme eines jeden Kirch- und Schuldieners/ in ſeine *inſpection* gehörig/ Zuſtand am beſten bewuſt/ ſolcher vorbracht/ und nach Befindung von ihme unterſchrieben worden; Begehren derowegen/ꝛc. Ihr wollet bis auf unſere weitere Verſchaffung bey den *Conſiſtoriis* Leipzig und Wittenberg/ und wo es ſonſten die Nothdurfft/ anordnen/ daß denen *Superintenden*ten zugeſchrieben werde/ nicht allein Kirch- und Schuldienern unter ihrer *inſpection* anzudeuten/daß/wie obgedacht/ ihre freye Bierzettel hinfüro ohne *ſubſcription* ihrer *Superintenden*ten nicht *paſſi*ret werden ſollen/ſondern auch ſich vor ihre Perſonen dieſer Anordnung mit unterſchreiben der Zettel gemäß zu verhalten/auch daran zu ſeyn/damit keinem mehr Bier/ dann er zu ſeinem Tiſchtrunck bedürfftig/ möchte nachgelaſſen werden/ zu dem Ende ein jeder *Superintendens* gefaſt ſeyn ſol/ auf erfordern ein richtig Verzeichniß/was er jedes Jahr vor Zettel unterſchrieben/von ſich zu ſtellen/damit/wenn über Zuverſicht ferner Mißbrauch befunden werden ſolte/ wir wider den/welcher ſolchen geübet/gebührlich Einſehen unnachläßig haben mögen/ꝛc.)

DEFINIT. CL.

Quicunque Eccleſiæ vel Scholæ miniſter falſam exhibendo ſchedulam fraudem committit, ultra privilegii de potu libero amiſſionem, vel alia pœna arbitraria mulctatur.

SUMMARIA.

1. *Falſum quandoque committitur in exhibitione ſchedulæ pro obtinendo beneficio liberi potûs.*
2. *Quo caſu privilegio frui haut poteſt falſarius.*
3. *Quin potiùs pœnam incurrit arbitrariam.*
4. *Alienam manum pingens falſum committit.*
5. *Falſum definitur fraudulоſa veritatis immutatio.*
6. *Pœna falſi hodie eſt arbitraria.*
7. *Reſcriptum Electorale.*

1 VEreor tamen, ne ſubſcriptio Superintendentis minùs ſufficiens ſit ad viam omnibus malitiis ac fraudibus præcludendam; quis enim non animadvertit, Superintendentem quoque ſchedulâ falsâ decipi, & ad ſubſcribendum dolosè adigi poſſe, ſi vel manum ſcribentis haut noſcat, vel ampliorem familiam ſibi perſuaderi patia-
tur; † annè ergò tùm falſarius fructum vel 2

commodum reportabit? Neutiquam ſanè,
quin potiùs privilegio liberi potûs privabi-
3 tur: cùi & hanc addimus mulctam: † ut
vel removeatur falſarius ab officio, vel pœ-
nâ arbitrariâ coërceatur. Quis enim non
4 animadvertit, falſum ab eo committi, † qui
dolo malo in fraudem ærarii alienam pin-
git manum, vel etiam propriâ manu falſum
ſcribit, ac veritatem diſſimulat, *l. 16. l. 23. l. 28. ff. ad leg. Cornel. de falſ. l. 21. l. 23. C. eod. tit.* §. 7. *Inſtit. de publ. judic.* Jodoc. Damhouder. *in praxi rer. crim. c. 122.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. ad leg. Corn. de falſ. n. 8.* Jul. Clarus *lib. 5. ſentent.* §. *falſum. verſ. 31.*
5 † ſiquidem falſum vulgò definitur fraudu-
loſa veritatis immutatio, Petr. Gregor. *in Syntagm. jur. lib. 36. cap. 1. n. 2.* Hoſtienſ. *in cap. licet. n. 3. in fin. verb. immutatur. extr. de crim. falſi.* Honded. *lib. 1. conſil. 109. n. 1.* Hippol. de Marſil. *in Rubr. ad leg. Corn. de*
falſ. num. 1. † cujus pœna hodie eſt arbitra- 6
ria, *l. eos.* §. *qui ſe pro milite. ff. ad leg. Corn. de falſ.* Gandin. *in Rubr. de falſ. num. 3. verſ. ſed hodiè.* Auguſt. *ad Angel. Aretin. in tractat. malef. in verb. falſario. numer. 48.* Pract. Conrad. *in Rubr. de falſ. numer. 29.* ut profectò de remotione ab officio aliâve pœnâ extra-ordinariâ jure non conqueri poſſit, qui falsâ ſchedulâ ærarium collectis defraudare annititur.

Ita † Sereniſsimus Saxoniæ Elector Superattendentibus Circuli Miſnici die 12. Auguſti Anno 7
1655. (Verba Reſcripti: Wollet demnach bey Vermeidung unſerer ſchweren Strafe nicht allein vor eure Perſon dieſer unſerer Verordnung in allen Puncten gehorſamſt nachleben / ſondern auch euren untergebenen Kirchen- und Schuldienern / zuförderſt denen *Cuſtodibus* auf den Dörffern hierwider nichts vorzunehmen / vielweniger / wie bißher von etzlichen geſchehen / mit Einſchiebung falſcher Freyzettel einigen Betrug hierunter zu verüben / itzo alſobald in Ernſt auferlegen / mit ausdrücklicher Verwarnung / daß die Ubertretere nach Gelegenheit des Verbrechens hinfüro nicht allein dieſes *beneficii* verluſtig ſeyn / ſondern auch ihrer Dienſte entſetzt / und der weltlichen Obrigkeit zu fernerer Beſtrafung übergeben werden ſollen / etc.)

Definit. CLI.

Unus Paſtor quando bino præeſt paſtoratui, pro ratione duplicis functionis duplicari quoque ei debet numerus doliorum a collectâ cerviſiariâ exemtorum.

SUMMARIA.

1. *Unus quandoq; Paſtor duabus præficitur parochiis.*
2. *Idq; jure unionis ac incorporationis.*
3. *Vel ex pacto & conventione ſpeciali.*
4. *Quo caſu privilegium liberi potûs duplicandum.*
5. *Quibus ex rationibus & fundamentis? numer. 7.*
6. *Præmium laboribus correſpondere debet.*
7. *Commodum ſequitur eum, ad quem pertinet incommodum.*
8. *Non invidenda duplicatio privilegii miniſtris Eccleſiæ.*
9. *Duplex reſpectus in jure haut infrequens.*
10. *A Sereniſſimo Electore dependet beneficium potûs à collectis liberi.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Fieri poteſt, ut Paſtor unus ex causâ
rationabili præficiatur duabus paro-
chiis, & ſic duplicem ſuſtineat pa-
2 ſtoratum, non tantùm jure † unionis
vel incorporationis Eccleſiarum, *c. & temporis. 48. 16. quæſt. 1. cap. quia monaſterium. 2. extr. de relig. domib. cap. ſicut unire. 8. extr. de exceſ. prælat.* Anton. Fab. *de Relig. reg. in Rebuspubl. lib. 3. cap. 17. 4.* Matth. Stephan. *de jur. eccleſiaſt. part. 1.*
3 *cap. 26. numer. 1.* † ſed etiam ex pacto &
conventione ſpeciali, quando hoc utile & proficuum Eccleſiæ apparet: quo caſu
dubium moveri poteſt: † Annùm etiam 4
pro ratione duplicis paſtoratûs duplicari debeat numerus doliorum à collectâ cereviſiariâ liberorum, ita ut duplici gaudeat jure exemtionis? Quod omninò affir-
mandum: (1.) † Nec enim quisquam 5
inficias ibit, privilegium liberi potûs miniſtris Eccleſiæ conceſſum eſſe ob inſignes labores, quos in functionibus eccle-

eccleſiaſticis ſuſtinent, prout liqueſcit ex *Ordin. Eccleſiaſt. ſub tit.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener. *in pr. ibi:* und damit unſere Kirchen-Diener ſich ihres Amts zu getröſten und zu
6 erfreuen. *junct.* §. So wollen wir auch/ꝛc. † Meritò ergò beneficium liberi potûs duplicandum eſt ei, qui duplices ſuſtinet labores ac duplicem functionem, quò præmium laboribus correſpondeat, *arg. l. ſi uno anno.* 15. §. *item cum quidam. ff. locat. l. deſerto-*
7 *rem.* 3. §. 12. *ff. de re milit.* (2.) † Convenit quoque hoc ipſum æquitati ratione onerum, quæ ex duplici paſtoratu ei accreſcunt & augentur, ut hinc etiam commoda utriusque paſtoratûs cedere illi debeant, ex re-
8 gulâ vulgatâ, quod † commodum ſequatur eum, ad quem pertinet incommodum, *arg.* §. *cum autem. inſt. de emt. vendit. l. 57. ff. de contr. emt. l. 1. C. de peric. & commod. rei ven-*
9 *dit.* (3.) † Nec eſt quod quisquam id miretur, vel augmentum hoc Paſtori invideat: ex quo enim quilibet Eccleſiæ miniſter certo doliorum numero ratione potûs liberi eſt privilegiatus, meritò ei, qui duplici præeſt paſtoratui, numerus ille doliorum augetur & duplicatur, ſiquidem duplicem repræſentat perſonam, duplicique
conſideratur reſpectu, † quod in jure no- 10
vum non eſt, *cap. cùm capella. extr. de privil. cap. ex literis. extr. de prælat. l. apud filiumfam. ff. de manum. vindict.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. lib. 1. claſſ. 4. cap. 9. numer. 18.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 30. num. 2. in fin.* Andr. Tiraquell. *de nobil. cap. 18. numer. 15.* (4.) Et cur tandem Sereniſſimo Electori non permitteretur duplicatio
doliorum, à quo totum † dependet benefi- 11
cium liberi potûs, quod propterea ut alia Principis beneficia largiſſimè debet interpretari, *l. ult. ff. de conſtit. princip. l. ex facto. in pr. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. lib. 2. claſſ. 2. cap. 8. num. 36.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Archidiacono Chemnicenſi, die 2. Martii An. 1636. (Verba 12
Reſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht nebens des Pfarrers zu Leuba und Wieſa Supplication / wegen des geſuchten Frey-Biers zu Wieſa verleſen hören; Wann dann die Billigkeit erfordert / daß Supplicant dieſes *Beneficii* gleichesfals genieſſe: Als iſt hierauf an ſtatt Ihrer Durchl. unſer Begehren / Ihr wollet ihme die gewöhnlichen Steuer-Zettel von beyden Pfarren zugleich unterſchreiben/ꝛc.)

TIT. X.

De Statu Eccleſiæ, ſi Paſtor ob ſenium & adverſam valetudinem ei præeſſe nequeat, vel è vita diſcedat.

DEFINIT. CLII.

Parochus quando eſt decrepitus & ad eccleſiaſticam functionem adminiſtrandam minus idoneus, Subſtitutus ei adjungi debet.

SUMMARIA.

1. *Miniſterio nondum vacante alius ad functionem eccleſiaſticam non eſt admittendus.*
2. *Beneficii nondum vacantis aſſignatio bonis moribus contraria.*
3. *Cauſa hujus aſſerti.*
4. *Fallit hoc, quando Parochus decrepitæ eſt ætatis.*
5. *Solet enim Subſtitutus ei tùm adjungi.*
6. *Ex neceſſitate ſcilicet, quæ legi ſubjecta non eſt.*
7. *Clara de hoc extat ſanctio Electoralis.*
8. *Et quem ad caſum ea ſit reſtringenda?*
9. *Reſcriptum Electorale.*
10. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 NOndum vacante miniſterio alius ad functionem eccleſiaſticam præſentari & admitti non debet, *cap. illud. 8. extr. de jur. patron. cap. nulla. 2. cap. ex tenore. 13. cap. ult. extr. d. conceſſ. præb. cap. ſicut. 2. extr. de ſupplen. ne-*

2 *neglig. prælat.* † ſiquidem beneficii nondum vacantis aſſignatio bonis moribus eſt contraria, & in Eccleſiâ occaſionem præbet peccandi: In ſuſpicionem enim facilè hâc
3 ratione † quis poſſet incidere de voto captandæ mortis, & expectatione futuræ ſucceſſionis, à quâ Eccleſia abhorret, *c. non furem. 10. cauſ. 7. quæſt. 1. dict. cap. nulla. extr. de conceſſ. præbend.* Matth. Stephan. *de juriſdict. lib. 3. part. 1. cap. 18. numer. 1. & ſeqq.* Rol. à Valle. *vol. 1. conſil. 47. n. 53. & ſeq.* Anton. de Amat. *deciſ. 4. n. 18. & 19.* Mareſcott. *lib.*
4 *2. var. reſolut. cap. 33. n. 1. & ſeqq.* † Aliud tamen obtinet, quando Parochus ætatis eſt decrepitæ, & ad functionem eccleſiaſticam adminiſtrandam minùs idoneus & ſuffici-
5 ens reperitur; † Solet enim tùm Subſtitutus Paſtori ejusmodi emerito & decrepito adjungi, Johan. Gerhard. *in loc. theolog. de miniſt. eccleſiaſt. ſect. 7. §. 117. pag. 197.* Ludovic. Dunte *in deciſ. caſ. conſcient. caſ. 17. ſect. 1. quæſt. 23.* Franc. Duar. *de benef. lib. 8. cap. 2.* Ex neceſſitate ſcilicet inevitabili, quæ † 6
nulli ſubjecta legi, *l. 1. ff. de offic. proconſ. l. 7. §. 3. quod vi aut clam.* ſed ipſa legem facit, *c. remiſſionem. 1. quæſt. 1.* quin & urgente neceſſitatis telo quæ injuſta ſunt, juſtiſſima cenſentur, ut pulchrè declarat Johan. Bodin. *lib. 5. de Republ. cap. 5. pag. 896.* De quo minùs dubium eſt † in Electoratu Sa- 7
xon. propter ſanctionem Electoralem in *Ordinat. Eccleſiaſt. ſub. Rubr.* Von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener. *& in Ordin. Polit. de anno 1612. tit.* von *Conſiſtorial*-Sachen. *num. 3.* † Quæ tamen 8
ad eum reſtringenda eſt caſum, quo ob ſenium Parochus functioni planè nequit præeſſe, nec ſpes apparet reſipiſcentiæ, ſi adverſâ valetudine laboret, prout manifeſtum ex *Ordinat. Eccleſ. dict. Rubr.* von *Immunitatibus &c.* §. Wo ſich denn durch Schickung/ꝛc.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superattendenti ac Præfecto Pirnenſi, & Gottlieben à* 9
Bernſtein, die 29. Febr. Anno 1628. (Verba Reſcripti: Uns iſt euer des Superintendenten und Schöſſers zu Pirna unterthänigſter Bericht / den alten Pfarrer und *Subſtitut*en zu Struppen betreffende / gebührlich vorgetragen worden. Wann wir denn daraus vernehmen/daß der alte Pfarrer ſeinem Amt mit Predigen zu Erbauung der Chriſtlichen Kirchen nicht länger vorſtehen könne; Als begehren wir hiermit/Jhr wollet ihn deſſelbigen alsbald gäntzlich erlaſſen / und das Amt dem *Subſtitut*en allein zu verrichten auftragen / dagegen dem alten Pfarrer vermöge unſerer neuen Policey-Ordnung aus dem pfarrlichen Einkommen ein gewiſſes verordnen/ Uns auch / wie ihr ſolches verrichtet / eheſt zu erkennen geben/ꝛc.)

Nec non † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Haynenſi, Siegfrido à Luttichau, & Hen* 10
rico Friderico à Luttichau, die 29. Maji An. 1635 (Verba Reſcripti: Woferne er nun ſeinem Amt nicht mehr vorſtehen kan; So iſt hierauf an ſtatt Jhr. Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren / Jhr wollet ihme nach Gelegenheit ſeines Einkommens und Vermögens eine erträgliche *proviſion* verordnen/und ſolche zur *ratification* anhero überſenden/damit von euch den *Collatorn* hernach eine andere *qualificirt*e Perſon an ſeine ſtatt dahin gebührlich verordnet werden möge/ꝛc.)

DEFINIT. CLIII.

Parochus emeritus, cui adjungitur Subſtitutus, ſi non habeat in propriis, unde ſe alat, proviſio certa ei eſt facienda: & unde hæc?

SUMMARIA.

1. *Ægrotantibus Eccleſiæ miniſtris Subſtitutus haut adjungendus.*
2. *Sed ſaltem iis, qui decrepitæ ſunt ætatis, & de quorum reconvaleſcentiâ nulla ſpes eſt.*
3. *Quibus tamen alimenta ſunt ſuppeditanda.*
4. *Rei hujus informationem præbet Ordinatio Eccleſiaſtica.*
5. *Quando proviſio Parochis emeritis facienda?*
6. *Unde alimenta ſint deſumenda?*
7. *Parochiani ad contributionem hoc caſu obſtricti.*
8. *Parocho & Subſtituto pariter de alimentis proſpiciendum.*
9. *Dignus eſt operarius mercede ſuâ.*
10. *Reſcripta Electoralia. num. 11.*
12. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

Non

1 NOn loquimur hic de Paſtoribus & miniſtris Eccleſiæ ægrotantibus, de quorum reconvaleſcentiâ bona ſpes eſt; nec enim hiſce Subſtitutus adjungi debet, ſed durante morbo cura animarum & functio eccleſiaſtica vicinis demandatur Paſtoribus, *Ordinat. Eccleſiaſt. ſub tit.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener/ꝛc. §. Wo ſich denn. *fol. 95.*

2 At quando Parochi † ſunt emeriti decrepitæque ætatis, ac muneri eccleſiaſtico ulterius præeſſe nequeunt, vel de quorum reſtitutione ac recuperatione valetudinis res eſt ambigua, ita ut Subſtitutus aſſumi, inque eorum locum ſurrogari neceſſe ſit, non im-
3 meritò † de proviſione Parochorum cogitandum erit, *Ordinat. Eccleſ. dict. t.* von *Immunitatibus*. §. Im Fall aber. *verſ.* ſol derſelbige auf Erkäntniß des *Synodi* mit einem ziemlichen Leibgeding ſein Lebenlang be-
4 dacht und verſehen werden. Quâ in re † informationem ſuppeditat *Ordinat. Polit. de anno 1612. tit.* von *Conſiſtorial*-Sachen/ *n.* 3. *hiſce verb.* Ob wol zum dritten / in vorgemeldter Kirchen-Ordnung zu befinden/ daß einem krancken/ fleißigen und getreuen Diener/ bey welchem keine Beſſerung zu hoffen / auf Erkäntniß des *Synodi* jährlichen zu ſeinem Unterhalt etwas gewiſſes verordnet werden ſol; So wollen wir doch ſolches von denen Perſonen / welche vor ſich gutes Vermögens ſeyn / und ſich ohne Verminderung der *Subſtanz* von den Nutzungen ihrer Güter ſelbſten reichlich erhalten können/ (es lieſſen ſich denn hierzu der *Patronus* oder Eingepfarrte aus Gutwilligkeit behandeln) keines weges verſtanden haben/ ſondern es ſol allein derjenige deſſen genieſſen / welcher in der Wahrheit der *proviſion* bedürfftig / und ſonſten anderer geſtalt ſich/ ſein Weib und Kinder nicht ernehren kan; Dabey aber allezeit dahin zu ſehen iſt/ daß ſolche *proviſion*, wo müglich / von dem Einkommen oder Vorrath der Pfarr genommen/ oder da daſſelbe zu gering / Fleiß angewendet werde / ob bey den Eingepfarrten eine jährliche Hülffe und Beyſteuer durch Unterhandlung zu erhalten ſey / damit der *Succeſſor* bey den vollkömmlichen *reditibus* gelaſſen / oder doch auf allen äuſerſten Fall über den halben Theil nicht beſchweret werde. Nimirum (1.) † iis ſaltem provi- 5
ſione eſt ſuccurrendum, qui de propriis non habent, ut ſe & familiam ſuam ſuſtentare queant; Niſi Patronus vel parochiani adeò exiſtant liberales, ut etiam opulentis Paſtoribus emeritis de futurâ alimentatione proſpiciant. (2.) † Curandum, ut proviſio illa 6
& alimentatio proveniat ex reditibus vel ſubſtantiâ Parochiæ. (3.) vel ſi non ſufficiant, † parochiani annuatim quid contribu- 7
ant, ne Succeſſor ſtipendio ſuo defraudetur, ſed ad minimum dimidia illius pars ei ſalva remaneat. Ita ſcilicet de proviſione proſpiciendum emerito, † ut uterque habeat, 8
unde vivat: ille quidem, ne dignitas eccleſiaſtica ob paupertatem vileſcat, *Clem. in pleriſq; de elect. & elect. poteſt.* Petr. Martyr. *in l. 2. Reg. cap. 5. verſ. 15. & 16.* Theodor. Reink. *de regim. eccleſ. libr. 3. claſſ. 1. cap. 8. num. 4.* Subſtitutus verò, quia dignus † eſt quilibet 9
operarius mercede ſuâ *1. Tim. 5. v. 18.* & ut qui gregem paſcit, de lacte ejus comedat, *1. Cor. 9. l. 12. §. 2. C. de SS. Eccleſ.* Rittershuſ. *in comm. ad Novell. part. 1. cap. 7. n. 90.*

Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Superattendenti & Præfecto Bitterfeldenſi, die 11. Oct. Anno 10
1616. (Verba Reſcripti: Wir werden anderweit unterthänigſt berichtet / daß der Pfarrer zu Beyersdorff hohen Alters halben ſeinem Amt nicht mehr vorſtehen könne / inmaſſen er denn den gantzen Sommer über das gemeine Gebeth nicht habe ſelbſten ableſen können / ſondern ſolches durch den *Cuſtodem* verrichten laſſen müſſen. Wofern nun es ſich angezogener maſſen verhält; Als begehren wir hiermit gnädigſt / Ihr der Superintendens wollet Zeigern dieſes *N. N. &c.* Ihr beyde auch zwiſchen ihm und dem alten Pfarrer ſeiner *proviſion* halber/ vermöge unſerer *publicir*ten Ordnung/ Vergleichung treffen/ꝛc.)

Et † D. Lucæ Beckmanno Superattendenti & Præfecto Torgenſi, die 17. Julii An. 1617. (Verba 11
Reſcripti: Belangende vors andere des alten Pfarrers vorgeſchlagene *proviſion.* Wofern die Eingepfarrten ingeſamt ihme jährlich auf ſein Leben 25. Scheffel Korn nach Anzahl der Hüfner aufzubringen und zu reichen erbötig; So ſeyn wir zufrieden / daß ihme jährlich 25. Gülden zu gute aus dem Pfarr-Lehen gelöſet/ und auf ſein Leben beydes/ von Oſtern an zu rechnen/ gereichet/ das pfarrliche Einkommen aber von verſchienen Michaelis bis künfftige Michaelis in zwey gleiche Theile gegen Erſtattung der halben Unkoſten zwiſchen dem alten und neuen Pfarrer getheilet werde/ꝛc.)

Nec non † Conſiſtorium Supremum Superattendenti & Præfecto Haynenſi, die 21. Febr. Anno 12
1616. (Verba Reſcripti: Wann uns dann nicht unverborgen/ daß der alte Pfarrer keine Kinder mehr mit Unterhalt und Ausſtattung zu verſorgen / und ſo gar

gar unvermögend nicht ſey. Als haben wir bey ſo geſtalten Sachen ſeine *proviſion* jährlich auf vier Malter Korn gemäßiget; Begehren aber darneben an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns/ Ihr wollet mit den Eingepfarrten Handlung pflegen/ ob dem alten Pfarrer zum beſten jährlich ein gewiſſer Hauszins und Beyſteuer erhalten werden könne/ꝛc.)

DEFINIT. CLIV.

Ædituis quoque decrepitæ ætatis & emeritis certa proviſio ad vitam eſt facienda.

SUMMARIA.

1. *Paſtoribus & Diaconis emeritis de alimentatione proſpiciendum.*
2. *Nec non Ædituis & Cuſtodibus emeritis.*
3. *Quibus ex rationibus & fundamentis? num. 5. 7.*
4. *Separandi non ſunt caſus, quos nectit paritas rationis.*
6. *Nomine miniſtrorum Eccleſiæ veniunt Cuſtodes.*
8. *Cura alimentandi miniſtros Eccleſiæ Magiſtratui incumbit.*
9. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 10.*

1 LOquitur equidem *Ordinatio Eccleſiaſtica*, in quâ agitur de proviſione miniſtrorum Eccleſiæ, qui ſunt emeriti, ætatis decrepitæ vel ægrotantes, ita ut ſe ſuſtentare nequeant, ſolùm de Paſtoribus & Diaconis *ſub tit.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener. §. Wo ſie dann. *fol. 95. verb.* daß ein Pfarrer/ Prediger oder *Diacon. &* §. *ſeq. verb.* dieſelbe Pfarr/ *Prædicatur* oder
2 *Diaconat, &c.* † Attamen quin idem habendum ſit de Ædituis vel Cuſtodibus emeritis decrepitæque ætatis, quivè perpetuo laborant morbo, ita ut reconvaleſcentiæ nulla ſpes ſit, propterea que & iis certa pro-
3 viſio facienda, dubium non eſt, (1.) † propter identitatem rationis, quæ eandem facit diſpoſitionem, *l. illud quæſitum eſt. 32. ff. ad leg. Aquil. l. quædam. 9.* §. *numularios. 2. ff. de edendo. l. his ſolis. 7. C. de revoc. donat.*
4 quare † ſeparandi non ſunt caſus, quos nectit identitas rationis, *l. a Titio. 108. ff. de verb. obligat.* (2.) Cumque *dict. Ordinat. Eccleſiaſtica Rubrica* loquatur de miniſtris Eccleſiæ in genere, † von *Immunitatibus* 5
und Freyheiten der Kirchen-Diener/ non poſſunt non Æditui ſub illâ ſanctione comprehendi, quippe qui æquè Eccleſiæ inſerviunt, † adeoque veniunt nomine mini- 6
ſtrorum Eccleſiæ, ut diximus *ſuprà defin. 75. Ordinat. Eccleſ. artic. gener. 40.* §. Mit der Vieh-Hut. & §. Als auch die Glöckner. (3.) † Et quis non animadvertit, impium 7
pariter & iniquum eſſe deſtitui alimentis & ſuſtentatione Ædituos ætatis decrepitæ, qui maximum vitæ ſuæ ſpacium in ſervitiis eccleſiaſticis conſumſerunt, ut profectò iis de proviſione certâ proſpicere Magiſtratui incumbat, † ad cujus ceu nutricii Eccleſiæ 8
officium cura hæc maximopere pertinet. Theod. Reink. *de regim. eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 8. in pr.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Præfecto Coldicenſi, die 19. Julii An. 1609.* 9
(*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer eingeſchickter Bericht wegen des Kirchners/ Abraham Beierleins zu Ablaß gebührlich vorgetragen worden. Wann dann aus den eingeſchickten *Viſitation-Act*en zu befinden/ daß er bishero nicht Schule gehalten/ dahero leichtlich zu ermeſſen/ daß er hohen Alters halber und ſonſten ſein Amt gebührlichen nicht verrichten werde; Als iſt hiermit an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ Ihr wollet mit einander auf eine gnugſame *qualificir*te ledige Perſon bedacht ſeyn/ dieſelbe mit dem alten Schulmeiſter einer ziemlichen *Proviſion*, jedoch nicht über die Helffte des jährlichen Einkommens/ gütlichen vergleichen/ und ſolche Vergleichung neben dem neuen Schulmeiſter zur *Confirmation* und *Ratification* anhero überſenden / der Wohnung halber aber mit den Eingepfarrten/ wofern ſonſten ein mehrers bey ihnen nicht zu erhalten/ gütliche Handlung pflegen / daß ſie den alten Schulmeiſter auf ſein Leben mit einer Herberge verſorgen mögen/ꝛc.

Et † *Paſtoris & Senatui Dippoldiswaldenſi, die 28. Martii Anno 1607. (Verba Reſcripti:* 10
So iſt hiermit unſer Begehren/ Ihr wollet gedachten Bodnern noch auf eine Sächſi-

Sächſiſche Friſt mit Fleiß in acht nehmen / und ſeiner mit Artzney und Unterhalt gebührlich pflegen / auch unterdeſſen ſein Amt in Mangelung anderer Gelegenheit durch bemeldten Schwentzern gegen ziemlicher Ergetzung beſtellen laſſen; Im Fall es aber mit Bodners Kranckheit dermaſſen in die Harre ſich verweilen wolte/ daß keine Beſſerung zu hoffen / noch ſolcher Schuldienſt ohne Nachtheil der Jugend in die Länge durch andere mit Nothdurfft verſehen werden möchte / alsdenn mit Schwentzern oder einem andern einer *proviſion* halben zum wenigſten auf zwey Jahr lang billiche Vergleichung treffen / und uns ſolche Perſon anhero zum *examen* und *confirmation* gebührlich *præſenti*ren / daran vollbringet ihr Ihrer Churfl. Durchl. gnädigſte Meynung / ꝛc.)

Definit. CLV.

Defuncto Paſtore, ſi Eccleſiæ conducat alteri eam incorporari, unio hæc conſenſu Epiſcopi in Supremo Conſiſtorio eſt facienda.

Summaria.

1. *Una quandoque Eccleſia alteri ſolet incorporari.*
2. *Hinc unio Eccleſiarum provenit.*
3. *Minor Eccleſia ut filia, majoris ceu matris regitur diſciplinâ.*
4. *Caute procedendum circa unionem Eccleſiarum.*
5. *Ne damnum Eccleſiæ inde accedat.*
6. *Ad unionem hanc requiritur conſenſus Patronorum.*
7. *Nec non conſenſus Epiſcopi.*
8. *Principes Evangelici in ſuis provinciis ſuſtinent perſonam Epiſcopi.*
9. *In Conſiſtoriis jura Epiſcopalia exercentur.*
10. *In Electoratu Saxonicæ unio Eccleſiarum in Supremo duntaxat Conſiſtorio tractanda.*
11. *Reſcriptum Electorale.*

1 Accidit haut rarò, ut defuncto Paſtore neceſſitas pariter & utilitas ſvadeat, paſtoratum & Eccleſiam alteri incorporari, quæ incorporatio dicitur unio Eccleſiarum, *c. & temporis. 16. q.1. cap. quia monaſterium. 2. extr. de relig. domib. cap. ſicut unire. 8. extr. de exceſſ. prælat.*
2 † quando nempe duo pluresvè cœtus divini cultûs causâ ob evidens quoddam commodum in unum conjunguntur, *Inſt. jur. canon. lib. 2. tit. 19.* Ant. Fab. *de Relig. regend. in Rebuspubl. lib. 3. c. 17. n. 4.* Card. Tuſch. *pract. concl. l. V. concl. 229. n. 1.* ex
3 quo † minores Eccleſiæ tanquam filiæ, majoris veluti matris reguntur diſciplinâ, Fab. *dict. c. 16 num. 4. & ſeq.* In faciendâ autem unione admodum cautè eſt proce-
4 dendum, † ut ſcilicet conſenſu fiat eorum, quorum intereſt, Garc. *de benef. part. 12. c. 2. n. 203.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 1. defin.*
5 *8. n. 2.* idque tantò magis, quia non † parum detrimenti ac deminutionis per ejusmodi unionem Eccleſiæ accedit, Mager. à Schönberg. *de advoc. armat. c. 16. n. 146.* Lamb. *de jur. patron. lib. 3. art. 2. q. 6. princ. num. 3. &*
6 *ſeqq.* ex quo ſimul redditur expeditum, † absq; conſenſu Patronorum nullam Eccleſiarum unionem eſſe ſuſcipiendam, ut benè monet Garc. *dict. cap. 2. numer. 202.* ſcilicet quia Patronis incumbit defendere Eccleſias, earumque bona optimè adminiſtrare, *cap. filiis. 16. quæſt. 7. cap. in ſingulis. 7. verſ. porrò diœceſani. extr. de ſtat. monachor.* Omnium maximè verò † requiritur in u- 7
nione faciendâ conſenſus Epiſcopi, *Clem. un. §. ad hæc de ſtat. monachor.* vel ſuperiorum Magiſtratuum, Principum & Statuum Imperii Evangelicorum, qui locum Epiſcoporum tenent, † inque provinciis ſu- 8
is functionem epiſcopalem ſuſtinent, ut demonſtravimus *ſupra Tit. 1. Defin. 2.* Johan. Gerhard. *in loc. de Magiſtr. polit. §. 174.* Laur. Ohm. *de jur. epiſc. concl. 20. lit. C.* Theod. Reink. *de regim. ſec. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. c. 10. n. 1.* Conſequens hiſce eſt, de unione Eccleſiarum tractandum fore in
† Conſiſtoriis, in quibus jura epiſcopalia 9
apud Principes & Magiſtratus Evangelicos exercentur & expediuntur, *ſuprà dict. tit. 1. Defin. 11.* Domin. Arum. *de jur. publ. tom. 1. diſcurſ. 13. quæſt. 22.* Reinking. *dict. c. 10. n. 7.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 3. part. 1. cap. 15. n. 4. & 11.* Et quidem in provinciis Electoratûs Saxonici hoc ſpecialiter notandum, † quod tantummodò in Supremo 10
Conſiſtorio Dresdenſi uniones Eccleſiarum

peragantur, non tanquam à Conſiſtorio ſed à Senatu eccleſiaſtico, cui jura illa epiſcopalia, quæ majoris habentur momenti, ſunt reſervata, ut diximus *ſuprà Defin. 12.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtoriis Lipſienſi & Wittebergenſi Menſ. Aug. Anno* 1
1637. (Verba Reſcripti: Wir werden berichtet/daß ihr von denen in euer *Conſiſtorium* gehörigen *Collatorn* um *conjunction* und Zuſammenſchlagung der Pfarren/ angelanget werden ſollet/ꝛc. Wann aber dergleichen *conjunctiones* an unſer Ober-*Conſiſtorium* gehörig/und wir ſolche von deſſen verordneten *Præſiden*ten und Räthen *expedi*ret wiſſen wollen; Als begehren wir hiermit gnädigſt/Ihr wollet/ wann wegen *conjunction* der Pfarren etwas bey euch geſuchet wird/ die Partheyen und *intereſſen*ten an gemeldte unſere *Præſiden*ten und Räthe/ ſich daſelbſt Beſcheides zu erholen/weiſen/daran vollbringet ihr unſere gnädigſte Meynung/ und wir ſeyn euch mit Gnaden gewogen/ꝛc.)

DEFINIT. CLVI.

Nunquam abſque juſta & legitima cauſa facienda eſt unio Eccleſiarum.

SUMMARIA.

1. *Cautè procedendum in uniendis Eccleſiis.*
2. *Per unionem commoda & incommoda invicem communicantur.*
3. *Cauſæ unionis faciendæ probè ſunt ponderandæ.*
4. *Idq; ab Epiſcopo.*
5. *Cauſæ unionis quænam ſint ſufficientes?*
6. *Finis unionis quinam?*
7. *Neceſſitas ſufficientem præbet cauſam unioni.*
8. *Reſcriptum Electorale.*

1 DIximus *Defin. præced. n. 4.* cautè procedendum in conſtituendâ Eccleſiarum unione non ſolùm propter deminutionem, quam Eccleſiæ per eam pati videntur, ſed etiam quia unio id operatur, ut Eccleſia unita mutet priſtinam naturam, & ſequatur naturam Eccleſiæ, cui facta eſt unio, *arg. cap. recolentes. 3. extr. de*
2 *ſtat. monach.* ex quo † porrò omnia communicantur onera & incommoda, perinde ut & commoda, Card. Tuſch. *pract. concl. lit. V. concl. 230. n. 22. & ſeqq.* tanquam inter
3 matrem & filiam. Sequitur hinc porrò, † in conſtituendâ unione cauſas probè attendendas fore, num habeantur ad unionem ſufficientes: nec enim abſque juſtâ & legitimâ causâ ad eam devenire licet, Tuſch. *dict. lit. V. concl. 231. n. 1.* Ant. Fab. *in Codic.*
4 *l. 6. tit. 1. defin. 8. n. 2.* † quæ propterea ab Epiſcopo ventilari debet, priusquam unio Eccleſiarum fiat. Cauſæ verò quænam juſtæ ac ſufficientes dicantur, † prudenti ar- 5
bitrio & cognitioni Epiſcopi committendum. Sanè ſi Paſtor alimenta ſufficientia non habeat ex unâ Eccleſiâ, propter numerum populi imminutum, † cauſa exiſtit ſuf- 6
ficiens unionis, quò per eam ad meliorem ſuſtentationem perveniat, *Inſt. jur. canon. lib. 2. tit. 19. §. velut ergò. &c.* Franc. Duar. *de benef. lib. 5. cap. 6.* Quin & neceſſitas † 7
ſufficientem præbet unioni cauſam, putà ob defectum ſumtuum in ædificandis aut reficiendis ædibus parochianis & templis neceſſariorum; vel ob hoſtilitatem, qua, ut hodie non rarò accidit, Eccleſia eſt deſolata, *dict. lib. 2. Inſt. jur. can. tit. 10. §. velut ergò.* Tuſch. *dict. concl. 231. n. 1.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector in eâdem causâ. (Verba Reſcripti:* Wenn aber derglei- 8
chen *conjunctiones* an unſer Ober-*Conſiſtorium* gehörig/ und wir ſolche von deſſen verordneten *Præſiden*ten und Räthen *expedi*ret/ auch ob darzu gnugſame rechtmäßige Urſachen vorhanden/ erkennet wiſſen wollen/ ꝛc.)

DEFINIT. CLVII.

Conſervari debet in parochiis inventarium eccleſiaſticum; & quænam hoc nomine comprehendantur?

SUMMARIA.

1. *Super hereditate conficitur inventarium.*
2. *Nec non aliis in caſibus, qui inventarium requirunt.*
3. *Ut in venditione prædii, ubi mobilia conſignantur.*
4. *Quod & accidit in prædiis parochianis.*
5. *Quod inſtrumentum vocatur vulgò inventarium eccleſiaſticum.*
6. *Clara de hoc extat Sanctio Electoralis.*
7. *Finis inventarii eccleſiaſtici.*
8. *Stipendia Paſtorum paganorum plerumque in fructibus fundi parochiani conſiſtunt.*
9. *Stipendia Paſtorum augenda potiùs quàm deminuenda.*
10. *Reſcriptum Electorale.*
11. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

Non

1 NOn ſolùm ſuper hereditate conficitur inventarium, de quo *in l. ult. §. licentia. 10. C. de jur. delib.* Hartm. Piſtor. *obſerv. 137.* Andr. Rauchb. *part.*
2 *1. quæſt. 29. n. 8. & 9.* ſed † plurimi dantur caſus alii, qui confectionem inventarii requirunt, ut videre eſt apud Petr. Rebuff. *in Conſtit. Reg. tom. 1. tit. de ſent. proviſ. art. 3. gloſſ.*
3 *3. n. 8. & ſeqq.* Hinc & communiter † in venditione fundi ſeu prædii mobilia in prædio manſura conſignantur & in inſtrumentum rediguntur, quod inventarium nuncupari conſvevit, quò de rebus cum prædio ſibi venditis emtor certus fiat. Pa-
4 rili modo † annotantur pecora, frumenta & inſtrumenta ad culturam agrorum, ſuſtentationem famulitii & inſtructionem fundi parochiani neceſſaria. Schiff/ Geſchirr/ Viehe und Saam-Getraydicht zu Bereitung und Beſtellung der Pfarr-
5 Felder / quæ conſignatio vocatur † inventarium eccleſiaſticum novo Paſtori tradendum, ſimile inſtrumento fundi, quod eſt apparatus rerum diutius manſurarum, ſine quibus poſſeſſio exerceri nequit, *l. quæſitum. 12. in pr. ff. de inſtr. vel inſtrum. legat.* De
6 quo inventario † ſolicitus fuit Sereniſſ. Saxo *in Ordin. Eccleſ. art. gener. 42.* hiſce diſponens verbis: Die *Inventaria* der Kirchen und Pfarren ſollen von den Erb- und Lehn-Herren und Kirch-Vätern fleißig verzeichnet und gehalten/ und darauf geſehen werden/ daß die nicht verrückt oder entgäntzet/ und die abziehende / oder der verſtorbenen Pfarrer Erben an Korn oder andern Getraydicht zu Felde / in der Scheunen oder aufm Boden / auch Stroh/ Heu/ Viehe / und andern ſo viel laſſen/ als ihnen eingeräumet / und ſie im Anziehen finden / damit ſolches der neue anziehende Pfarrer zum Anzug und Anrichtunge ſeines Haußhaltens alſo finden und haben möge/ ꝛc. † Conſervari ni- 7
mirum debet inventarium eccleſiaſticum ad hoc, ne Parochis nuda relinquatur poſſeſſio abſque omni pecore, frumento & inſtrumentis, quibus ad culturam agrorum opus habent. Cùm enim ſtipendia Paſtorum paganicorum ut plurimùm † in fructi- 8
bus fundorum parochianorum & rei œconomicæ emolumento conſiſtant, *Ord. Eccleſ. art. gen. 20. §.* Und nachdeme gemeiniglich. *verſ.* In Dörffern aber/ weil ihr Unterhalt gemeiniglich auf den Ackerbau geſetzt/ ꝛc. non certè inſtrumenta ac media iis præcidenda ſunt, quibus fructuum ac ſtipendiorum participes fieri queunt, *arg. l. 2. ff. de jurisdict.* Aliter quoque ſi diceremus, non parum deminuerentur ſtipendia Paſtorum, † quæ tamen augere Ma- 9
giſtratui pariter & parochianis incumbit, *ſuprà Defin. 98.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector in eadem causâ: (Verba Reſcripti:* Wann aber die *Inventaria* von Alters hero/ ſonderlich da das Einkommen auf Ackerbau beruhet/ zu beſſern Fortkommen eines angehenden Pfarrers verordnet / und wir dieſelben nicht abgehen zu laſſen / ſondern ſo viel immer möglich/ zu erhalten gemeynet; derentwegen auch zu Verhütung allerhand Unordnung / was dißfals in unſern Landen vorlauffen möchte / vor denen zu unſerm Ober-*Conſiſtorio* verordneten Präſidenten und Räthen *expediret* wiſſen wollen/ ꝛc. Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet/ wann wegen Erlaſſung der pfarrlichen *Inventarien* etwas bey euch geſuchet wird / die Partheyen und *Intereſſenten* an gemeldte unſern Präſidenten und Räthe/ ſich daſelbſt Beſcheids zu erholen/ weiſen/ ꝛc.) 10

Et † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Biſchoffswerdenſi & Præfecto Stolpenſi, die 21. Martii Anno 1634. (Verba Reſcripti:* Was aber den neuen Pfarrer/ *Tobiam Prætorium* betreffen thut/ ſo iſt er/ oder auch auf begebende Fälle ſeine Erben ſchuldig/ *pro inventario* mehr zu laſſen/ als er empfangen; und damit die Pfarr nicht gantz ohne *Inventario* ſey / ſo begehren an ſtatt höchſtgedachter Ihr. Churfl. Durchl. wir hiermit / wann die Eingepfarrten von Adel und Dorffſchafften künfftig vor euch erſcheinen/ Ihr wollet durch fleißiges Zureden es dahin richten/ damit durch allgemeine Anlage ein *Inventarium* anderweit aufgerichtet werden möge/ uns auch alsdann/ wie weit ihr es gebracht/ in Schrifften zu erkennen geben/ ꝛc.) 11

DEFINIT. CLIIX.

Defuncti Paſtoris heredes tenentur ad reſtitutionem inventarii eccleſiaſtici, ſi res in eo conſignatæ facto & culpâ ipſius fuerint deperditæ vel deterioratæ.

SUMMARIA.

1. *Finis & effectus inventarii eccleſiaſtici in quo conſiſtat?*
2. *Defuncto Paſtore heredes ad reſtitutionem inventarii ſunt obſtricti.*

3. *Quibus ex rationibus & fundamentis?*
4. *Paſtori uſusfructus ſaltem inventarii competit.*
5. *Uſufructuarius inventarium conficere eſt obſtrictus.*
6. *Culpam præſtant heredes defuncti Paſtoris.*
7. *Culpa nocet ſuo autori.*
8. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 FInis & effectus inventarii eccleſiaſtici in eo potiſſimùm conſiſtit, ut res ad parochiam & œconomiam Paſtoris benè gerendam deſtinatæ in commodum & utilitatem omnium Succesſorum in parochia conſerventur, ac ne iis deperditis vel diſtractis ſtipendia deminuantur, novisque oneribus graventur parochiani. Quod ſi ergò Parochus decedat,
2 †heredes ejus inventarium plenum omnesque in eo res conſignatas Succeſſori & novo Parocho tradere & exhibere, vel ſi culpâ defuncti aut famulitii ſui quid deperditum aut deterioratum erit, æſtimationem ejus reſtituere tenentur, ne quicquam ſucceſſori
3 decedat. Idque (1.) † haut obſcurè probatur *ex Ordin. Eccleſ. art. gen. 42. in pr.* und die abziehende / oder der verſtorbenen Pfarrer Erben an Korn oder andern Geträydig zu Felde / in der Scheunen / oder auffm Boden / auch Stroh / Heu / Viehe und andern ſo viel laſſen / als ihnen eingeräumet / und ſie im Anziehen funden / damit ſolches der neue anziehende Pfarrer zum Anzug und Anrichtung ſeines Haushaltens alſo finden und haben möge / ꝛc. (2.) † Et cùm Paſtori uſus 4
vel uſusfructus duntaxat inventarii eccleſiaſtici competit, non minus quàm uſufructuarius vel fideicommiſſarius tenebitur ad reſtitutionem rerum in inventario conſignatarum, ſi quæ culpa ipſius fuerint deterioratæ aut deperditæ,† quem in finem 5
etiam uſufructuarius & heres fiduciarius inventarium conficere obſtricti ſunt, Bartol. & Bald. *in l. cum tale. §. Titius. ff. de condit. & demonſtr.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 25. defin. 25.* Marc. Anton. Peregr. *de fideicomm. art. 44. n. 2.* (3.) † Nec quis- 6
quam iniquè heredes defuncti Paſtoris inventarii reſtitutione gravari exiſtimet, ſi culpa ipſius res in inventario conſignatæ fuerint amiſſæ aut deterioratæ, quia æquum eſt, † ut culpa no- 7
ceat ſuo autori, perinde ut & uſufructuarius ac heres gravatus de dolo & culpa tenentur, Pariſ. *conſil. 81. num. 12.* Marc. Anton. Peregr. *de fideicomm. art. 10. n. 28.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem M. Johan.* Müllers zu Kempnitz *Menſ. Martio An. 1607.* (*Verba Sententiæ:* Hat bey Uberreichung des *Inventarii* ſichs befunden / daß etlicher Hausrath an Zinn / Kupffer / Tiſchtüchern / Handqvelen und andern wegen des verſtorbenen Pfarrers langwierigen Gebrauch ſehr abgenützet / auch etliche darvon verlohren worden; So ſeyn deſſelben Wittbe und Erben ſolche Stücke wieder zu ſchaffen und in vorigen Stand zu bringen / oder deren Werth auf vorgehende billiche Mäßigung zu erſetzen ſchuldig / ꝛc.) 8

DEFINIT. CLIX.

Aliter res ſe habet, quando in inventario eccleſiaſtico conſignata vi hoſtili ablata fuerunt: vel caſu fortuito perierunt.

SUMMARIA.

1. *Non tenetur Paſtor ad reſtitutionem inventarii caſu fortuito ablati.*
2. *Rationes & fundamenta hujus aſſerti.*
3. *Damnum ex caſu fortuito ad Dominum ſpectat.*
4. *Nemo præſtat caſum fortuitum, ſi non culpa præceſſerit.*
5. *Adducitur Ordinatio Eccleſ. Electoralis Saxonica.*
6. *Reſtitutio inventarii non niſi ob culpam heredibus Paſtoris injungenda.*
7. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 NOlo tamen heredes defuncti Paſtoris ad reſtitutionem inventarii adſtrictos, priusquam de culpa & facto ipſius doceatur, *Defin. praced.* quare ſi pecora ad inventarium eccleſiaſticum pertinentia ab hoſtibus ac deprædatoribus abacta, aliæve res in eo conſignatæ vi hoſtili ablatæ fuerint, aliove caſu fortuito perierint, nequaquam heredes gravandi erunt reſtitutione, (1.) † quia Parochus non jure 2
dominii poſſidet inventarium, ſed ſaltem ut eô utatur fruatur, quamdiu ſuſtinet functionem eccleſiaſticam: atqui juris expediti eſt, † deteriorationem ac peremtionem ca- 3
ſu

ſu fortuito factam, & damnum ab hoſtibus datum ad dominum, non verò ad detentorem ſpectare, *l. quæ fortuitis. C. de pignor. act. l. contractus. 23. in fin. ff. de reg. jur. l. cum ita. §. ſpecies. ff. de legat. 2. l. ſi ex legati cauſâ. ff. de V. O. l. quidam teſtamento. §. ſi tibi. ff. de legat. 1.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit.*
4 *18. defin. 5. n. 1.* (2.) † Nec quisquam præſtare compellitur caſum fortuitum, niſi culpâ præcedente evenerit, *l. 4. C. de pericul. tutor. & curat. l. jurisgentium. 7. §. item ſi quis. ff. de pact.* Bartol. *in l. ſi alius. §. eſt & alia. ff. quod vi aut clam* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 22. n. 3.* Sebaſt. Medic. *de caſib. fort. quæſt. 10. n. 5. & quæſt. 16. n. 64. part. 1.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 10. n. 51.* (3.) † Con- 5
venit quoque hoc ipſum verbis *Ordin. Eccleſ. art. gen. 42. in fin. pr. ibi:* Da aber die Kirchväter hierinnen ſäumig / und ihres Unfleiß halben etwas davon hinweg kommen würde / ſollen ſie ſolch *Inventarium* an allen / daran Mangel befunden / wiederum zu erſtatten und zu ergänzen ſchuldig
ſeyn / ꝛc. ex quo perſpicuum, † reſtitutionem 6
inventarii non niſi ob negligentiam & culpam fore injungendam, nam quod de præfectis Eccleſiæ, von Kirchvätern / ibidem diſpoſitum, non malè ex rationis identitate ad heredes defuncti Parochi extendi poteſt, *arg. l. illud quæſitum eſt. 32. ff. ad leg. Aquil.*

Et † Conſiſtorium Supremum in eâdem causâ. (Verba Sententiæ: Seyn etliche Stücke 7
des *Inventarii* bey des verſtorbenen Pfarrers Zeit wandelbar worden / auch etliche gar hinweg kommen. Da nun ſolches ohne des Pfarrers Schuld und Nachläſſigkeit blos *ex caſu fortuito* geſchehen; So mögen deſſen Wittbe und Erben zur Wiedererſtattung derſelben nicht angehalten werden / ꝛc.)

DEFINIT. CLX.

Rebus ad inventarium eccleſiaſticum pertinentibus, vi hoſtili aliove fortuito caſu ablatis & deperditis, reſtitutio earundem fiſco Eccleſiæ & parochianis incumbit.

SUMMARIA.

1. *Non præſtatur damnum ſine culpâ datum.*
2. *Caſus fortuitus Parocho damnoſus haut eſt.*
3. *Sed reſtituitur inventarium ex ærario Eccleſiæ.*
4. *Et quâ ex causâ & fundamento?*
5. *Sumtus præſtandi ab eo, in cujus gratiam actus peragitur.*
6. *Quandoque à parochianis inventarium eſt reſtituendum.*
7. *Quorum intereſſe in eo non parum conſiſtit.*
8. *Incommodum pertinet ad eum, qui ſentit commodum.*
9. *Non rarò per transactionem hæc controverſia componitur.*
10. *Deficiente certo deciſo, arbitrio judicis res committenda.*
11. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
12. *Ejusdem Reſcripta, n. 13.*

1 INiquum ergò eſt, ut Paſtor vel ejus heredes reſtituant boves, vaccas, oves, resque alias, quæ ad inventarium pertinent eccleſiaſticum, propter hoſtiles incurſus vel alio caſu fortuito amiſſas, *Defin.*
2 *præced.* Non enim † caſus fortuitus & vis major, cui reſiſti non potuit, damnoſa Parocho eſſe debet, *arg. l. ſi merces. 25. §. vis major. 6. ff. locat.* quippe quæ nec in bonæ fidei judicio præſtatur, *l. quæ fortuitis. 6. C. de pign. act.* Mant. *de tacit. & ambig. convent.*
3 *lib. 7. tit. 19. n. 14.* Unde † ergò inventarium hoc caſu reſtituendum erit? Ante omnia Eccleſia de reditibus ſuis inventarium ſup-
4 plebit: ex quô enim reſtitutio hæc † in commodum cedit Eccleſiæ, quò Parochus ſine ulteriori rei familiaris curâ & expenſis eò diligentiùs functioni eccleſiaſticæ præeſſe queat, non immeritò hinc ex ærario Eccleſiæ ſumtus ad reſtitutionem inventarii ſuppeditabuntur, poſtquam regulariter
† eos præſtare is teneatur, cujus gratiâ actus 5
celebratur, *l. ſed etſi. 11. §. 1. ff. ad exhib.* Quod ſi verò ærarium non habeat, unde ſumat haſce expenſas, bonaque eccleſiaſtica aut tàm exigua ſint, aut itidem ex incendiis, ſpoliis &c, ita decreverint, ut eccleſia ſum-
tus ferre nequeat, † tùm parochianis hoc 6
onus imponitur, Sigism. Finck. *de jur. patron. c. 4. num. 95.* conſtituunt enim hi non

modò

modò Eccleſiam, *l. jubemus. 14. in princ. C. de SS. Eccleſ.* † ſed & ipſorum intereſſe ac commodum maximoperè in eo verſatur, ut Parochus bono ac pleno inſtructus inventario, ſtipendioque pingvi donatus curam animarum haut impeditus gerat; quomodo ergò onus hocce declinare poſſent? cum † is, qui commodum ſentit, incommodo ſubtrahere ſe nequeat, *l. un. §. pro ſecundo. 4. C. de caduc. tollend.* Plane non videntur improbandæ transactiones Collatorum, Superintendentium, vel etiam Commiſſariorum, † quando inopiam parochianorum ſublevare allaborant, & pro re natâ dimidiam ſumtuum partem Eccleſiæ, dimidiam alteram parochianis adjudicant, ut benè monet Finckelthuſ. *dict. loco.* nec enim hâc in re † arbitrium prudentis Magiſtratûs excluſum eſt, poſtquam certa ſanctio non reperitur, *l. 1. §. ult. ff. de jur. delib.* Jaſon. *in l. jubere. n. 17. ff. de juriſd.* Andr. Tiraquell. *de pœn. l. temp. cauſ. 31. n. 34.*

7
8
9
10

Ita † *Conſiſtorium Supremum in eâdem cauſâ. (Verba Sententiæ:* So mögen deſſen Wittbe und Erben zu Wiedererſtattung und Erſetzung des *Inventarii* nicht angehalten werden / ſondern es werden die hierzu nöthige Unkoſten von der Kirchen Einkommen billich genommen/ꝛc.) 11

Nec non † *Superattendenti Miſnenſi & Johanni Henrico à* Schönberg in Limpach/ *die 18. Jun. An. 1633. (Verba Reſcripti:* Wann es denn nicht für unbillich erachtet wird/ daß/weil die Kirche dieſes Orts nichts in Vermögen hat / die Eingepfarrten daſelbſt zum wenigſten den halben Theil erſetzen / damit das *Inventarium* den *Succeſſoribus* zu Nachtheil nicht gäntzlich *caſſiret* und aufgehoben werde; Als iſt hierauf an ſtattt Jhrer Durchl. unſer Begehren/Jhr wollet die Eingepfarrten dahin beſcheiden/ in beharrlicher Verweigerung deſſen uns die Beſchaffenheit/ und wie weit ihr es gebracht / nebens eurem Bedencken / auch Zurückſendung des Jnſchluſſes ausführlich zu erkennen geben/ꝛc.) 12

Et † *Superattendenti Biſchoffswerdenſi ac Præfecto Stolpenſi, die 21. Martii An. 1634. (Verba Reſcripti:* Begehren hiermit / wann die Eingepfarrten von Adel und Dorffſchafften künfftig vor euch erſcheinen / Jhr wollet durch fleißiges Zureden es dahin richten / damit durch allgemeine Anlage ein *Inventarium* anderweit aufgerichtet werden möge/uns auch alsdenn / wie weit ihr es gebracht/ in Schrifften zu erkennen geben/ꝛc.) 13

Definit. CLXI.

Novo Paſtori competit jus protimiſeos in frumento, ſterquilinio, fœno, ſtramento & pabulo pecuario, poſt factam inventarii reſtitutionem venali.

SUMMARIA.

1. *Novo Paſtori inventarium tradendum.*
2. *Reliquæ res in eo non conſignatæ heredibus defuncti Paſtoris relinquendæ.*
3. *In harum venditione num extraneo emtori præferatur novus Parochus?*
4. *Quilibet rerum ſuarum moderator & dominus.*
5. *Quod nec reſcripto Principis mutari poteſt.*
6. *Jus protimiſeos hodie regulariter ſublatum, num. 10.*
7. *Deciſio affirmativa.*
8. *Rationes & fundamenta decidendi.*
9. *Adducitur Ordinatio eccleſiaſtica Electoralis Saxonica.*
11. *Specialibus quibusdam in caſibus jus protimiſeos etiamnum hodie obtinet.*
12. *Novum non eſt, ut modus commerciis ponatur.*
13. *Idque jure fit ac ſubſiſtit.*
14. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 Defuncto Parocho vel decedente ex parochiâ, ab ipſo ejusvè heredibus inventarium reſtituendum, resque in eo conſignatas novo Paſtori tradendas & exhibendas eſſe, ne quidquam decedat ſucceſſori, diximus *ſuprà Defin. 157*
2 *& 158.* † Reliquæ verò res, quæ factâ inventarii ſuppletione reſtant, ſive in fœno, ſtramento, ſterquilinio aut pabulo pecuario conſiſtant, cedunt jure proprietatis antiquo Parocho ejusvè heredibus, quas ſecum transportare aut vendere poſſunt; † quo 3
caſu num aliis emtoribus protimiſeos jure novus ſit præferendus Parochus, dubitatur. Non equidem Parochum emtorem audiendum fore dixeris, poſtquam contractus ſunt voluntatis liberæ, ac † quilibet eſt 4
moderator, dominus & arbiter rerum ſuarum,

rum, quas pro lubitu, cui velit, vendere poteſt, *l. tutor. 8. ff. de in lit. jur. l. ſi filiofam. 15. §. 1. ff. ſolut. matrim. l. nemo. 9. C. de Jud. & cœlic. l. ult. C. de pact. l. in re mandata. 21.*
5 *C. mandat.* usque adeò, † ut nec reſcripto Principis imperari poſſit, quenquam invitum rem ſuam alteri vendere aut diſtrahere, *l. invitum. 11. C. de contr. emt.* Andr. Rauchb.
6 *part. 2. quæſt. 22. n. 4.* † Quin & cùm jus protimiſeos hodie regulariter ſit abolitum & antiquatum, *l. dudum. 11. C. de contr. emt.* vix hoc prætendere poterit novus Parochus. Contrarium nihilominus uſu re-
7 ceptum eſt hiſce in provinciis, † ita ut ſi Paſtor ex parochiâ decedens ejusvè heredes res prædictas exponant venales, præferatur reliquis emtoribus novus Parochus æquum offerens pretium. Non certè absque ra-
8 tione: (1.) † Ut maximè enim fundamento juris deſtitueretur hæc deciſio, vel ſola tamen æquitas hanc prærogativam efflagitat, ſi præſertim nihil interſit heredum, ſtramenta, ſterquilinium & pabula pecuaria novo Parocho vel alii tertio vendi: Non parum enim facit ad colendos agros parochianos & gubernandam novi Paſtoris œconomiam, res illas in promtu haberi, pro-
9 ut apparet † *ex Ordin. Eccleſiaſt. artic. gen. in pr.* quidni ergò hoc caſu ipſi indulgendum, cujus commoda promovere parochianis incumbit, *ſuprà Defin. 98.* (2.) † Et licèt re- 10
gulariter jus protimiſeos ſit abrogatum, propterea quod gravis ſit injuria, ut homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur inviti, *l. falſo. C. de comm. rer. alienat. l. C. comm. divid. l. nec emere. 16. C. de jur. delib.*
† ſpecialibus tamen quibusdam in caſibus 11
id etiamnum hodie obtinet, puta ſi competat ex pacto, *l. qui Romæ. 122. §. 3. ff. de verb. obligat.* aut ex ſtatuto vel conſvetudine, *c. conſtitutus.* ubi Canon. *extr. de in integr. reſtit.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 19.* Andr. Rauchb. *dict. quæſt. 22. num. 6. & 7.* quam & hîc obtinere modò diximus. (3.) Nec
etiam novum † eſt, ut modus commerciis 12
ponatur, certisque perſonis prærogativa in emendo tribuatur: Ita namque ſi cereviſiæ, carnis, panis, alteriusvè cujuscunque rei ad victum neceſſariæ inopia oboriatur, non rarò per edictum incolæ jubentur, cereviſiam, carnem vel panem vendere civibus & oppidanis, non forenſibus aut ex-
traneis; † quale edictum jure ſubſiſtit ac æ- 13
quitati convenit, *l. 2. ff. de nundin. l. un. C. ut nemin. liceat in emt. ſpecier. ſe excuſ. lib. 10. l. 1.* ubi Bartol. & Luc. de Penn. *C. de metall. lib. 11.* Jaſon. *in l. 2. num. 11. C. de jur. emphyt.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Electorale ad conſultationem Johannis Schalens, Paſtoris in* 14
Schirlen / *die 3. Martii An. 1619. (Verba Sententiæ:* Habt ihr nach vollſtändiger Erſetzung des *Inventarii* in der Pfarr Niederau einen Vorrath an Heu / Grommet und Strohe erübriget. Ob nun wol ſolches zu euer Nothdurfft euch nicht vorenthalten werden kan: Wofern aber doch ihr bemeldten Vorrath Fremden zu laſſen gemeynet; So hätte euer *Succeſſor*, Kirchen und Gemeinde zu Niederau zu Erhaltung der Pfarr-Güter vor andern daran den Vorzug / und müſte euch von demſelben in billichem Werth / des Superintendenten und *Collatoris* Ermeſſen nach / bezahlet werden / ꝛc.)

DEFINIT. CLXII.
Vacante paſtoratu cura eccleſiaſtica vicinis incumbit Paſtoribus.

SUMMARIA.

1. *Miniſterio nondum vacante, novus haut ſubſtituendus Paſtor.*
2. *Nec ſtatim poſt obitum Parochi, durante anno gratiæ.*
3. *Cum Eccleſiæ interim vicinis Paſtoribus committenda.*
4. *Fundamenta & rationes hujus deciſ. n. 5.*
6. *Utilitas Eccleſiæ hoc requirit.*
7. *Vicini Paſtores non facilè officium hoc detrectant.*
8. *Commodum & incommodum parili nituntur jure.*
9. *Reſcriptum Electorale.*
10. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. num. 11.*

1 Miniſterio nondum vacante regulariter nec Adjuncti ſunt admittendi, nec alii vivis ſubſtituendi, *cap. qui in vivorum. extr. de conceſſ. præbend.* Johan. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſiaſt. ſect. 7. §. 117. pag. 197.* Sigismund.

 Fin-

2 Finckelth. *de jur. patron. cap. 6. 127.* † At nec ſi per obitum Parochi vacare cœperit miniſterium, ſtatim alius ac novus præſentari ſolet Parochus propter annum gratiæ ſive ſalarium ſemeſtre, quô gaudent defuncti Paſtoris vidua & liberi in parochia com-
3 morantes. † An ergò tùm cura Eccleſiæ prorſus intermittenda erit? neutiquam ſanè; ſed incumbit ea vicinis Paſtoribus, (1.)
4 † per ſanctionem clariſſimam *in Ordin. Eccleſiaſt. ſub tit.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener. §. Und zu fernerer Gnade/ꝛc. *verſ.* auch immittels durch die Benachbarten die Pfarr/ *Prædicatur* oder *Diaconat* verſehen laſſen/ ꝛc.
5 *Et ſub tit.* † von Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener/ꝛc. §. Zum andern ſol der Superintendens unverzöglich die Verordnung thun / damit alsbald die Kirche durch die benachbarten Pfarrer und unverdächtige Perſonen mit den ordentlichen Predigten / Austheilung der heil. Sacramenten / und allen / was ſolchen anhänget und darunter begriffen / nach Nothdurfft beſtellet / damit aus Mangel derſelben in Nothfällen niemand an ſeiner Seelen Seligkeit verſäumet werde. *junct.* §. *ſeq. verſ.* nicht einem Pfarrer allein / ſondern ihrer etlichen / und beſonders den nächſtgeſeſſenen befehlen / dergeſtalt ſie mit einander wöchentlich umwechſeln/ꝛc. (2) † Idque utili- 6
tas & ſummus Eccleſiæ vacantis favor exigit, ne gregem dominicum, Paſtoris defectu, lupus rapax invadat, *c. ne pro defectu. 41. extr. de elect.* quare publicè intereſt, de Paſtoribus providere Eccleſiæ, ne in ſpiritualibus patiatur detrimentum, Paul. de Citad. *part. 6. art. 3. n. 10.* (3.) † Nec laborem 7
hunc facilè detrectabunt vicini Paſtores, non modò ob pietatis cauſam, quæ officium hoc exigit; ſed etiam quòd ipſorum viduæ ac liberi idem jus ac favorem expectent, iisque poſt obitum mariti ac patris ſalarium cedat ſemeſtre, dum alii ſuſtineant labores & curam eccleſiaſticam, ut non immeritò † vicinis imponatur onus, quorum 8
heredibus viciſſim accedit commodum, *l. ſecundum naturam. ff. de reg. jur. l. ſcribit Celſus. ff. ad SCtum Treb. l. in ratione. in pr. ff. ad Leg. Falcid. l. ult. ff. de legat. 3. l. ſi ex toto. in pr. l. quod in rerum. §. 1. ff. de legat. 1.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superattendenti & Præfecto Torgenſi, die 1. Sept. An. 1634.* 9
(*Verba Reſcripti:* Wann aber gedachter Pfarr erſt neulich verſtorben/und dahero wegen des halben Gnaden-Jahrs mit der Erſetzung bey ſo geſtalten Sachen nicht zu eilen; Als tragen wir dißfalls noch zur Zeit Anordnung zu thun Bedencken; Begehren aber hiermit gnädigſt / Ihr der Superintendens wollet immittels die Seelſorge daſelbſt durch die *vicinos Paſtores* beſtellen/ ꝛc.)

It. † *Conſiſtorium Supremum Eccleſiaſticum Superattendenti Pirnenſi, die 8. Julii Anno 1608.* 10
(*Verba Reſcripti:* Hierauf iſt an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet bey denen eurer *Inſpection* untergebenen und der Kirchen zu Dittersdorff benachbarten Pfarrern ſolches Orts / da gedachter von Bünau das *Jus Patronatus* nicht hat / die Verordnung thun / damit die Kirche ſo lange / bis der neue hierzu beruffene Pfarrer anziehen wird / von ihnen Wechſelsweiſe beſtellet werden möge/ꝛc.)

Nec non † *Superintendenti Haynenſi & Nobilibus à Luttichau, die 20. Febr. An. 1635. (Verba* 11
Reſcripti: Wann dann daraus zu befinden / daß allbereit verſchienene Weyhnachten das halbe Gnaden-Jahr ſich geendet / die *vicini Paſtores* wegen langen Aufwartens ſich beſchweren / der *Diaconus* auch ſolches länger nicht verrichten kan; Als iſt hierauf an ſtatt Ihrer Churfl. Durchl. unſer Begehren / Ihr die *Collatores* wollet nunmehro vermöge der Kirchen-Ordnung / von *dato* an zum längſten binnen 14. Tagen/dieſen *vacirenden* Pfarrdienſt beſtellen/dann ſolches nicht von uns *ex officio* vor dißmal geſchehen dürffe/unterdeſſen aber ihr der Superintendens durch die benachbarten *Paſtores* den Gottesdienſt verrichten laſſen/ꝛc.)

DEFINIT. CLXIII.

Quo tamen caſu æquum eſt, ut labor vicinorum Paſtorum præmio aliquo ſive honorario recompenſetur.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Vicini Paſtores ex causâ pietatis officium exercent eccleſiaſticum in caſu miniſterii vacantis.*
2. *Defuncti Paſtoris heredes quandoque iis honorarium præbent.*
3. *Quod ut faciant, pro ratione redituum adigi poſſunt, n. 9.*
4. *Dignus eſt operarius quisque mercede ſuâ.*
5. *Subſtituto de alimentis eſt proſpiciendum.*
6. *Cur non ergò vicinis Paſtoribus de honorario.*
7. *Identitas rationis idem jus operatur.*
8. *Miniſtri Eccleſiæ ſunt legati Dei.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 CUm ex pietate pariter ac neceſſitate vacantis miniſterii Paſtores vicini curam Eccleſiæ gerant & ſuſtineant, usque dum novus præficiatur Parochus, non facilè quisquam laboris hujus præmium à defuncti Paſtoris viduâ & liberis poſtulabit: præſertim cùm parili beneficio poſt obitum vicinorum Parocho-
2 rum labor hic recompenſetur. † Nihilominus laudanda eſt heredum liberalitas, ſi ſponte præmium aliquod vel honorarium
3 vicinis Paſtoribus offerant; † quod & pro ratione redituum ac circumſtantiarum à Conſiſtorio quandoque decernitur, vel ſaltem ex causâ honeſtatis & æquitatis. (1.)
4 † Dignus ſiquidem eſt operarius mercede ſuâ, *Luc. 10. v. 7.* & bovi trituranti os nequaquam eſt obturandum, *Deut. 25. v. 4. 1. ad Corinth. 10. v. 9. 1. Timoth. 5. v. 18.* (2.)
5 † Cumque Subſtituto certa facienda ſit proviſio, quò habeat unde ſe alat, ut diximus *ſuprà defin. 18. ex Ordin. Polit. de Anno 1612. Rubr.* von *Conſiſtorial*-Sachen. *n 3.* §. Auf daß auch. *verſ.* oder ihme / da er dem Verſtorbenen nicht *ſuccedi*ren ſolte / gnugſamer Unterhalt verſchrieben werden. † quidni honorarium ſaltem ac præ- 6
mii aliquid vicinis tribueretur Paſtoribus, qui in caſu vacantis miniſterii curam eccleſiaſticam ſuſtinentes vice Subſtitutorum funguntur, eaque agunt, quæ aliàs Subſtitutis incumbunt? Solet enim † identitas 7
rationis ac perſonarum eundem operari effectum: & ſeparandi haut ſunt caſus quoad juris diſpoſitionem, quos nectit paritas æquitatis, *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. à Titio. 108. ff. de verb. obligat.* (3.) † Accedit reverentia erga Eccleſiæ miniſtros, 8
qui ſunt legati Dei & diſpenſatores myſteriorum ejus, *1. Cor. 4.* Quod ſi ergò legati Procerum terreni comiter & liberaliter habentur à Principibus multisque donantur præmiis & muneribus, cur non multò magis idem obſervaretur in legatis Chriſti? (4.) † Et tandem gratitudo parochianorum, qui cùm à vicinis Paſtoribus ſpiritualia bona metunt, ut iis viciſſim retribuant 9
carnalia, ipſa exigit æquitas, *1. ad Corinth. 9. v. 11.* Matth. de Afflict. *in præfat. ad deciſ. Neapol. n. 2.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Dresdenſe Superintendenti Freybergenſi & Præfecto in Noſſen, die 3 Decembr. Anno 1618. (Verba Reſcripti:* Als begehren an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. wir hiermit / Ihr wollet obgemeldten Pfarrer und *M. Ægidii* Baumanns Wittben zu gleichen Theilen die halbjährige Nutzung folgen / hiervon aber den benachbarten *Paſtoribus*, ſo zu der Zeit aufgewartet / eine leidliche Ergetzung entrichten laſſen / ꝛc.) 10

DEFINIT. CLXIV.

Defuncto Parocho ſine liberis & vidua; vel effluxo dimidio gratiæ anno, & vacante etiamnum miniſterio: reditus non immeritò aſſignantur iis, qui curam interim gerunt eccleſiaſticam.

SUMMARIA.

1. *Quandoque Paſtoribus vicinis reditus parochiæ aſſignantur.*
2. *Ponitur ejusmodi caſus.*
3. *Alius fingitur caſus.*
4. *Utroque eo caſu jure aſſignantur reditus Paſtoribus vicinis.*
5. *Salarium & merces debetur operariis.*
6. *Commodum ſentiant, qui ſuſtinent onus. num. 7.*
8. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

Fieri

1 FIeri etiam poteſt, ut vicinis Paſtoribus, iisque, qui miniſterio vacante curam & functionem ſuſtinent eccleſiaſticam, meritò optimoque jure integri aſſignentur reditus parochiæ, usque
2 dum novus præficiatur Parochus: † Finge, Paſtorem è vivis decedere non relictâ viduâ nec liberis, quibus aliàs ex Ordin. Eccleſ. dimidius debeatur annus gratiæ, ſeu dimidii anni ſalarium & reditus, *Ordin. Eccleſ. Elector. Saxon. Rubr.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener. §. und zu fernerer Gnade ꝛc. Erneſt. Cothman. *Reſponſ. academ. 46. num. 19.* Andr. Rauchb.
3 *part. 1. quæſt. 25. n. 12.* † Vel præterlapſo gratiæ anno etiamnum vacare miniſterium, quo utroque caſu reditus etiam & ſalaria vacant, nec quisquam jure ea petere
valet, donec usque novus præficiatur Eccleſiæ Parochus, ſed arbitrio Epiſcopi relictum eſt, cuinam reditus hoſce attribuere
velit. Quidni ergò † vicinis Paſtoribus, 4
iisque, qui laborem & functionem gerunt eccleſiaſticam vacante parochiâ, aſſignarentur? Meritò hoc fieri quisquis fatebitur,
† non ſolùm quia ſalarium & merces 5
debetur operariis, *1. ad Corinth. 9. Ordinat. Eccleſiaſt. art. gener. 20.* Petr. Martyr. *in lib. 2. Reg. cap. 5. verſ. 15. & 16.* ſed etiam ex ra-
tione juris naturalis, † quâ æquum eſt, ut 6
commodum ſentiant, qui ſuſtinent onus, *l. ſecundùm naturam. ff. de Reg. jur.* † ac ſequi- 7
tur commodum eum, ad quem vice verſâ pertinet incommodum, *arg. §. cum autem. inſt. de emt. vendit. l. 57. ff. de contr. emt. l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Senatui Chemnicenſi, die 10. Novembr. An. 1609. (Verba Re-* 8
ſcripti: Welcher maſſen uns *Gregorius* Hierburg und *Henricus Piſtorius*, beyde *Diaconi* bey euch/ *ſupplicando* anlangen/ damit ihnen von Zeit an des verfloſſenen halben Jahres/ bis der neue Pfarrer und *Superattendens* anzeucht/ für ihre Mühe die wöchentliche Beſoldung und *Accidentie*n gereichet werden mögen / ſolches habt ihr inliegende zu befinden. Hierauf iſt an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren / Ihr wollet bis zu des neuen *Superattendent*en Anzug von der Zeit an/ als der Wittben halbes Gnaden-Jahr ſich geendet/ euch gegen Supplicanten aller Gebühr bezeigen/ ꝛc.)

DEFINIT. CLXV.

Vacante miniſterio in pagis ac locis peſte infectis, vicini Paſtores ad curam Eccleſiæ gerendam obſtricti haut ſunt.

SUMMARIA.

1. *Peſtis tempore miniſter Eccleſiæ non facilè deſerat gregem.*
2. *Ratio hujus aſſerti ex ſacris profertur.*
3. *Tempore peſtis parochiani maximè indigent operâ Paſtoris.*
4. *Vicini Paſtores non adigendi, ut curam animarum in loco peſte infecto ſuſcipiant.*
5. *Quibus ex fundamentis & rationibus? num. 10.*
6. *Non ſaltem ægrotantium, ſed totius Eccleſiæ ratio & cura habenda.*
7. *Ordinata charitas incipit à ſeipſo.*
8. *Dolo nil agit, qui ſe plus quàm alterum diligit.*
9. *Ob publicam utilitatem Eccleſiæ miniſter dimitti poteſt.*
11. *Reſcriptum Electorale.*
12. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta, n. 13.*

1 NOn facile peſtis tempore miniſter Eccleſiæ deſerat gregem, quia vix ſine ſcandalo & jacturâ muneris eccleſiaſtici fieri hoc poteſt; arguit enim diſceſſus diffidentiam erga
2 promiſſiones divinas, † *Pſalm. 91. verſ. 7. non appropinquabit ad te malum. Matth. 10. verſ. 30. Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Hebr. 13. verſ. 5. non derelinquam te, nec deſeram te.* Joh. Gerhard. *locor. theol. tom. 6. de miniſter. eccleſiaſt. numer. 290. pag. 469.* Et parochiani † pe- 3
ſtis tempore vel maximè ipſius operâ & miniſterio indigent; quò de agendâ pœnitentiâ admoneantur, & de beatâ emigratione ex hac vita, de quô fuſiùs dixi *ſuprà Defin. 72.* Sed alia eſt ratio vicinorum Paſtorum, † qui ſuis præfecti paro- 4
chiis, vacante alterius loci aut pagi peſte infecti miniſterio, adigendi non ſunt, ut curam

5 curam ibidem ſuſcipiant Eccleſiæ. (1.) † Etſi enim Paſtores absq; metu ovicularum curam habere debent, quia in viis vocationis ſuæ ambulant, & ſub umbrâ alarum divinarum tuti eſſe poſſunt; attamen propter gregem & populum fidei ſuæ commiſſum cautè eos agere oportet, ne quis intempeſtivo metu vel ſaltem ex conſpectu Paſtoris terreatur, & cœtus adhuc ſanus peſte etiam corrumpatur, Frid. Bald. *de caſib.*
6 *conſcient. lib. 4. cap. 9. caſ. 6. in pr.* (2.) † Cumque ad Magiſtratus officium pertineat, non tantummodò ſubditorum ægrotantium, ſed & proſperâ adhuc valetudine utentium curam ſuſcipere, & mala quævis avertere, Chriſtoph. Beſold. *lib. 2. polit. c. 4. §. 8. n. 42. & 43.* utique Patronus vi juris patronatûs & jurisdictionis prohibere multò magis debet, ne Paſtor ipſius ad pagum vicinum peſte infectum ovesque peregrinas accedat ſuisque ſubditis metum injiciat, & periculum creet, Sigiſm. Finck. *de jure patron. c. 6. n. 122.* (3.) † Et quis vicino Paſtori 7
invidere vellet, ut ſibi pariter ſuæque familiæ parceret, quia charitas ordinata incipit à ſeipſo, *arg. l. præſes. C. de ſervit. & aquâ,* Andr. Alciad. *lib. 1. præſ. 52.* † nec dolo quicquam facere videtur, qui ſe plus quàm alterum diligit, Aym. Cravett. *conſil. 8. num. 18.* 8
Finckelthuſ. *dict. c. 6. n. 123.* (4.) † Quò & 9
facit, quòd in caſu neceſſitatis & publicæ utilitatis Eccleſiam dimittere canones concedant, *c. mutationes, c. ſcias. 7. q. 1.* ex quo peſtis tempore miniſtrum Eccleſiæ fugere poſſe, ſi id fiat absque ſcandalo & jacturâ muneris eccleſiaſtici, defendimus *ſuprà Defin. 72.* Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. c. 16. n. 5. & 11.* † Quidni ergò multò magis 10
Paſtor à curâ vicinæ Eccleſiæ fidei ſuæ haut commiſſæ hoc caſu abſtinere poſſet?

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Nobili à Zaſchwitz in Prieſteblich, die 2. Novembr. Anno 1631. (Verba Reſcripti :* Was maſſen uns die Verordnete unſers *Conſiſtorii* zu Leipzig den tödtlichen Hintritt des Pfarrers zu Prieſteblich *Valentini* Werners/ und ihrer deßwegen bey den benachbarten *Paſtoribus* gethane Verordnung in Unterthänigkeit berichtet/ das befindeſtu inliegend mit mehrern. Wañ dann in ſolchem Fall die benachbarten *Paſtores* an den *inficirten* Oertern die Seelſorge zu beſtellen nicht ſchuldig/ noch damit zu beſchweren/ ꝛc.) 11

Item † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Freybergenſi die 30. Octobr. Anno 1626.* 12
(Verba Reſcripti : Wir haben euern *general*-Bericht wegen der *infection* auf den Dörffern in eurer *inſpection* neben *Auguſti* von Schönbergs/ und derer von Hartitzſch zu Dorff Chemnitz eingelegten Schreiben/ ſo ihr hierbey wieder zu empfahen/ verleſen hören. Und iſt hierauf an ſtatt höchſtgedachten, unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ Ihr wollet gedachtes von Schönbergs *Paſtores* und *Diaconum* zu Sayda/ wie auch derer von Hartitzſch Pfarrer zu Dorff Chemnitz mit der Aufwartung für den Pfarrer zu Voigtsdorff bey itziger *infection* und befundenen Umſtänden verſchonen/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti Coldicenſi die 3. Sept. Anno 1633. (Verba Reſcripti :* Wir haben euern 13
eingeſchickten Bericht/ wegen der von den *vicinis Paſtoribus* verweigerten Aufwartung und Beſtellung des Gottesdienſtes zu Colmen und ſonſten verleſen hören. Wann ſie denn *tempore peſtis* zu dergleichen Verrichtung nicht ſchuldig noch verbunden ſeyn/ ꝛc.)

DEFINIT. CLXVI.

Sed maturâ novi Paſtoris ſurrogatione providendum eſt hoc caſu parochianis in periculo & infectione conſtitutis.

SUMMARIA.

1. *Peſtis tempore vicini Paſtores ad curam Eccleſiæ alibi ſuſcipiendam haut ſunt cogendi.*
2. *Non tamen cura parochianorum peſte infectorum negligenda.*
3. *Quo medio ipſis tùm ſuccurrendum?*
4. *Parochiani maturè ſe præparent ad mortem tempore peſtis.*
5. *Uſus ſacræ Cœnæ in caſu neceſſitatis intermitti poteſt.*
6. *Mox novus vocari debet Paſtor temporè peſtis.*

7. *Eoque*

7. Eoque caſu Patronus negligens à ſupremo Magiſtratu præveniri poteſt, n. 8.
9. Reſcriptum Electorale.
10. Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.

1 PEſtis itaque tempore defuncto Parocho loci, vicinis Paſtoribus injungendum haut eſt, ut in pagum peſte infectum ſeſe conferre, ægrotos viſitare, concionari ibidem, & cœnam adminiſtrare, aliaque ſacra peragere cogantur, *Defin. præced.* An ergò nulla parochianorum peſte infectorum & ſalutis animarum ratio
2 habenda? † Nimis inhumanum & crudele eſſet hoc aſſerere, miſeroſque homines in extremis anguſtiis conſtitutos derelinqui quaſi oves diſperſas absque paſtore. Quare
3 providendum † ut interea, antequam novus præficiatur Parochus, per Æditum vel Catecheten aliquem, qui habitat inter infectos, diebus dominicis ex Sacrâ Scripturâ, Pſalmis, aut Lutheri vel alterius Theologi Poſtillâ eccleſiaſticâ plebi aliquid prælegatur, ne omni deſtituantur exercitio verbi divini, Sigism. Finckelthuſ. *de jur. patron.*
4 *c. 6. n. 125.* Quin † & admoneri debent parochiani, ut maturè ſe præparent ad mortem, & ſacram Cœnam in aliâ accipiant parochiâ, dum adhuc ſani ſunt, ne poſtea tempore morbi negligentiam ſuam deplorare neceſſe habeant, Frider. Bald. *de caſ. conſcient. l. 4. c. 9. caſ. 6. circa princip.* Quod ſi verò periculoſo morbo præoccupentur, non deſperent, ſed neceſſitatis caſum agno-
ſcant, † ubi etiam absque uſu Sacramenti 5
beatè moriuntur: eſtque tùm fides eis inſtar manducationis, juxta vulgatum illud Auguſtini: *Crede & manducaſti*, Bald. *dict.*
caſ. 6. circ. fin. Omnium maximè verò † 6
huic rei maturâ novi Paſtoris ſurrogatione providere debet Patronus; in quâ ſi reperia-
tur negligens, nihil obſtat, † quò minus à 7
ſupremo Magiſtratu præveniri, & ob cauſam publicæ ſalutis ex officio novus Paſtor, ſalvo tamen jure patronatûs, à Principe &
Epiſcopo Eccleſiæ præfici queat, † *Ordin.* 8
Eccleſ. ſub Rubr. Von Beruff und Annehmung der Kirchendiener. §. Wenn aber einiger wäre/ꝛc. *verſ.* Sollen unſere *Conſiſtorial*en. *& verſ.* damit ſolche Kirchendienſte nicht *vacir*en/ ſondern die Pfarrkinder mit der Predigt Göttl. Worts und rechtem Gebrauch der heiligen *Sacramen*ten verſehen / und keines weges verſäumet werden/ ꝛc.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Nobili à Zachwitz in Prieſteblich die 2. Novemb. Anno* 9
1631. (Verba Reſcripti: Wann dann in ſolchem Fall die benachbarten *Paſtores* an den *infici*rten Orten die Seelſorge zu beſtellen nicht ſchuldig/ noch damit zu beſchweren; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ du wolleſt zu obgedachter verledigter Pfarr zum längſten von *dato* binnen 4. Wochen unſerm *Conſiſtorio* zu Leipzig eine *qualifici*rte Perſon *præſenti*ren / oder in Verbleibung deſſen gewärtig ſeyn/ wie ſelbige Stelle von uns *ex officio* unbeſchadet deines *juris patronatûs* erſetzet werde/ ꝛc.)
Et † *Conſiſtorium Supremum Dresdenſe Superintendenti Pirnenſi die 1. Sept. Anno 1626.* 10
(Verba Reſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht wegen tödtlichen Abgangs des Pfarrers zu Lauenſtein *M. Nic.* Teichmanns/auch des *Collatoris* Begehren wegen Beſtellung des Gottesdienſts durch die *vicinos Paſtores*, verleſen hören. Wañ wir denn bey itzigen Sterbensläufften ſeinem Suchen ſtatt zu geben Bedencken tragen; Als befehlen an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ Ihr wollet ihn beſcheiden/ daß er ſeine *vaci*rende Pfarre ehiſt beſtellen ſol/ damit der neue *voci*rte und *confirmi*rte Pfarrer ſein Amt ſelbſt gebührlich verrichten möge/ ꝛc.)

DEFINIT. CLXVII.

Poteſt etiam vacante in pagis & locis peſte infectis miniſterio cura animarum Subſtituto vel miniſtro extraordinario ad tempus committi.

SUMMARIA.

1. Surrogatio novi Paſtoris quandoq; in aliud differtur tempus.
2. Quo caſu cura animarum interim Subſtituto committenda.
3. In caſu neceſsitatis admittitur Subſtitutus.
4. Me-

4. Meritò ergò & peſtis tempore, miniſterio vacante.
5. Providendum, ne parochiani ſalute animarum periclitentur.
6. Reſcripta Conſiſtorii Supremi, num. 7.

1 SOlet nihilominus quandoque juſtâ ex
causâ novi Paſtoris ſurrogatio in aliud
differri tempus, ſi præſertim ædes pa-
rochianæ peſte ſint infectæ, nec alia
habitatio commoda haberi queat: ubi id
2 reſtat remedium, † ut cura animarum in-
terea committatur Subſtituto, vel ad tem-
pus ſaltem, donec usque novus præficiatur
Parochus, extraordinarius miniſter ad ſa-
3 cra peragenda admittatur. Etenim † cùm
in caſu neceſſitatis, ſi forſan Parochus ſit
decrepitæ ætatis, continuovè morbo labo-
ret, ita ut ad munus eccleſiaſticum admini-
ſtrandum reperiatur minùs idoneus, Sub-
ſtitutus eligitur, qui ipſum aliquâ laborum
parte ſublevet, *Ordin. Polit. Elect. Saxon.*
*de anno 1612. Rubr. Conſiſtorial-*Sachen *n.*
3. Johann. Gerh. *in loco de miniſt. eccleſiaſt.*
ſect. 7. §. 117. pag. 197. Franc. Duar. *de benef.*
lib. 8. c. 2. Chriſt. Weber. *de jur. patronat.*
poſit. 120. quidni etiam † hoc in caſu, quo 4
ſumma occurrit neceſſitas, & Parochus
mortem obiit, admitteretur Subſtitutus
vel miniſter extraordinarius, qui interea æ-
grotos viſitet, concionetur, Cœnam admi-
niſtret, aliaque ſacra peragat? Nimirum
omnibus modis providendum, ne † paro- 5
chiani ſalute animarum periclitentur, &
derelinquantur quaſi oves absque paſtore,
Joh. Azor. *inſt. moral. lib. 3. cap. 40. & ſeqq.*
part. 2. Theodor. Reink. *de regim. ſecul. &*
eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 7. n. 1.

Ita † Conſiſtorium Supremum Superattendenti Coldicenſi die 3. Septembr. Anno 1633. 6
(Verba Reſcripti: Als iſt hierauf an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/
ihr wollet nebens dem *Collatore* zu Colmen bey den Eingepfarrten die Verord-
nung thun/mit dem neuen Pfarꝛer daſelbſt zu handeln/damit bey währendem hal-
ben Gnaden-Jahr gegen billichen *Recompens* der Gottesdienſt von ihme verrich-
tet/oder hierzwiſchen derſelbe mit euerm Vorwiſſen von einem *extraordinari-*
Seelſorger beſtellet werden möge/ꝛc.)

Et † Superattendenti Freybergenſi die 30. Octobr. Anno 1626. (Verba Reſcripti: Wollet 7
dagegen dem *Collatorn* der Pfarre Voigtsdorff auferlegen/ daß ſie bey währen-
der Gefahr gegen gebührlichen *Recompens*, und mit euerm Vorwiſſen die Seel-
ſorge allda mit einem *ordinirten Exule* beſtellen ſollen/ꝛc.)

DEFINIT. CLXIIX.

Defuncto Superintendente, usque dum novus conſtituatur, functio ejus à Principe jura epiſcopalia habente certo defertur Subſtituto.

SUMMARIA.

1. Vices defuncti Superintendentis vicinis Paſtoribus haut deferuntur.
2. Sed certa in locum ejus ſubſtituitur perſona, durante vacantiâ.
3. Quibus ex cauſis & fundamentis?
4. Inſpectio ſuper alios Paſtores Superintendenti incumbit.
5. Superintendens eſt loco Epiſcopi in eccleſiâ.
6. Cujus Subſtitutus à ſolo Principe eligendus.
7. Superintendens immediatè à Principe conſtituitur.
8. ReſcriptumConſiſtorii Supremi.

1 NOn ut vacante parochiâ miniſtri
Eccleſiæ vices vicini ſuſtinent Pa-
ſtores, ita & munus defuncti Super-
intendentis hisce indifferenter eſt
committendum; ſed defertur id ab Epiſco-
2 po vel Principe jura epiſcopalia habente †
certo Subſtituto ſive ex vicinis Paſtoribus
ſive aliunde eligatur & aſſumatur, pro arbi-
trio & diſcretione Principis: tantò cautiùs
3 enim (1.) hâc in re † procedendum, quantò
magis Eccleſiæ intereſt, curam & inſpectio-
nem ejus in totâ diœceſi ejusmodi perſonæ
committi, quæ ſit idonea ad hoc & quali-
ficata; † inſpectio ſiquidem ſuper alios 4
Paſtores totumque populum Superinten-
denti vel vices ejus gerenti incumbit, *can.*
cleros. 1. §. epiſcopatus. diſt. 21. c. viſitandi.
18. quæſt. 2. cap. conquerente. 16. extr. de
offic. judic. ordin. (2.) † Et cùm Superin- 5
tendens ſit loco Epiſcopi in Eccleſiâ, *can.*
qui epiſcopatum. 8. quæſt. 1. cap. legimus.
diſt. 93. Erneſt. Cothman. *2. conſil. 64.*

n.65 Johan. Azor. *lib 3. inſt. moral. cap. 27. quæſt. part 3.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 9. cap. 3. n. 29.* Matth. Stephan. *de juriſdict. lib. 3. part. 1. cap. 17. in pr.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3.*
6 *claſſ. 2 cap. 3. num. 6.* † abſonum omninò foret, in locum ejus ſubſtitui & ad functionem Superintendentis admitti talem, quem Epiſcopus vel Princeps jura Epiſcopalia habens non elegerit. (3.) Idque eò magis
† quia Superintendens ab Epiſcopo vel 7
Principe jura epiſcopalia habente immediatè conſtituitur, ut dixi *ſupr. Defin. 19.* quippe ad quem cura Eccleſiæ ac miniſterii potiſſimùm ſpectat, quò tali officium Superintendentis committatur, cujus ſpectata ſit doctrina & vitæ integritas : quidni ergò etiam ob hanc ipſam cauſam Subſtituti electio ei relinqueretur?

Ita † Conſiſtorium Supremum Dresdenſe M. Balthaſari Wagnern, Achidiacono Freyber- 8
genſi die 15. Septemb. Anno 1637. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euren eingeſchickten Bericht wegen tödtlichen Abgangs des Superintendenten *M.* Abraham Gensreffers ſel. verleſen hören. Begehren hiermit an ſtatt Jhr. Churfl. Durchl. ihr wollet bis auf fernere Anordnung die Seelſorge und Gottesdienſt durch die verordnete *Diaconos* und *vicinos Paſtores*, welche hierzu tüchtig / beſtellen / auch was ſonſten in dieſer *Inſpection* mit Verhören/Berichten/und dergleichen vorfället/mit Fleiß verrichten/ꝛc.)

Definit. CLXIX.

Subſtitutus in locum defuncti Superintendentis inſpectioni diœceſeos præeſt, ac vices inſpectoris in omnibus ſuſtinet, ſchedulis potûs à collectis liberi ſubſcribit.

SUMMARIA.

1. *Subſtituto Superintendentis in tota diœceſi competit inſpectio.*
2. *In alterius locum ſuccedens jus quoque ejus nanciſcitur.*
3. *Surrogatum ſapit naturam ejus, cui ſurrogatur.*
4. *Cur Subſtituto deferatur functio Superintendentis?*
5. *Subſtitutus ſchedulis quoque liberi potûs ſubſcribit.*
6. *Subſcriptio hæc pertinet ad inſpectionem.*
7. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi, n. 8.*

1 DUbium non eſt, quin Subſtitutus in locum defuncti Superintendentis, usque dum novus Eccleſiæ præficiatur, in tota diœceſi habeat inſpectionem omniaque gerat, quæ Superintendenti incumbunt, & ad ejus officium
2 ſpectant, † poſtquam is, qui in alterius ſuccedit locum, naturam quoque & jus ejus, cui ſuccedit, induere cenſetur. Panorm. *in cap. Eccleſia. 3. extr. ut lite pendente.* Jacob. Schult. *in addit. ad. Modeſt. Piſtor. part. 3.*
3 *quæſt. 122. num. 40.* † Et ſapit ſurrogatum naturam ejus, cui ſurrogatur. *dict. cap. Eccleſia. 3.* ubi gloſſ. *extr. ut lite pend.* Alexand. *lib. 4. conſil. 55. num. 12. v. & ſurrogatum ſapit naturam &c.* Jaſon. *in l. ſi eum. 10. §. qui injuriarum. 2. n. 2 ff. ſi quis caution.*
Andr. Tiraquell. *de jur. primogen. quæſt. 55.*
n. 11. Nam & propterea † functio hæc de- 4
fertur Subſtituto, ut ſit, qui vices Superintendentis omnibus in partibus officii gerat, ne Eccleſia inſpectore orbata ruinam ſentiat vel detrimentum, *Def. præced.* Cui
conſequens, † ſchedulis quoque potûs à 5
collectis liberi ſubſcribendum eſſe à Subſtituto, ſi defuncto Superintendente miniſtri Eccleſiæ & Paſtores ſub illâ diœceſi beneficio liberi potûs frui velint, † quia ſub- 6
ſcriptio hæc ad inſpectionem æquè pertinet, ut monuimus *ſupr. Defin. 149.* quò ſiniſtræ obvietur ſuſpicioni & abuſui hujus privilegii *Decret. Synod. de Anno 1624. §.* Inſonderheit aber. *verſ.* abſonderlich auch/ ꝛc.

Ita † Conſiſtorium Supremum in eâdem causâ. (*Verba Reſcripti:* Begehren darauf an 7
ſtatt Jhrer Churfl. Durchl. ihr wollet bis auf fernere Anordnung die Seelſorge und Gottesdienſt durch die verordnete *Diaconos* und *vicinos Paſtores*, welche hierzu tüchtig/beſtellen/auch was ſonſten in dieſer *Inſpection* mit Verhören/ Berichten hieber/ſo wol mit eheſter Abforderung und Austheilung der Wittben Gnaden-Gelder/Unterſchreibung der Freyzettel der Geiſtlichen Tiſchtruncks und dergleichen vorfället/mit Fleiß verrichten/ꝛc.)

Et

Et † Diacono ac Senatui Leiſnicenſi, die 8. Febr. Anno 1622. (*Verba Reſcripti:* Anlangende die Unterſchreibung der Steuer-Zettel wegen des freyen Tiſchtruncks; So begehren wir hiermit/ ihr der *Diaconus* wollet dieſelben Krafft dieſes/ bis ein neuer *Superintendens* anzeucht/gebührlich unterzeichnen/ ꝛc.) 8

TIT. XI.

De

Succeſſione viduæ ac heredum defuncti Paſtoris in reſiduo ſalarii.

DEFINIT. CLXX.

Defuncto Eccleſiæ miniſtro, reſiduum ſalarii ejus heredibus cedit, ſalvo gratiæ anno.

SUMMARIA.

1. *Nullibi ſingulis diebus vel ſeptimanis ſalarium miniſtris Eccleſiæ exſolvitur.*
2. *Reſiduum ſalarii non exſoluti heredibus defuncti cedit.*
3. *Obligatio in diem tranſit in heredes.*
4. *Merces famulorum heredibus pro ratâ præſtitarum operarum ſolvenda.*
5. *Quod & juri Saxonico convenit.*
6. *Clara extat hâc de re ſanctio Electoralis.*
7. *Ultra reſiduum ſalarii viduæ & liberis defuncti etiam beneficium anni gratiæ debetur.*
8. *Utrumque eis cedit.*
9. *Ex diverſo namque competit titulo.*
10. *Reſcriptum Electorale.*
11. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*
12. *Ejusdem Sententia.*

1 NUllibi ſingulis diebus vel ſeptimanis Eccleſiæ miniſtris exſolvitur ſalarium, nec fieri commodè id poteſt, ut maximè ſingulo quoque die pro ratâ id debeatur. Quid ergò ſi ultimum obeant diem ante terminum exſolutionis? Reſiduum hoc ipſorum heredi-
2 bus cedere nemo inficias ibit: † (1.) Quia ſalarium pro ratâ temporis ſtatim debetur, licèt exſolutio in certum differatur tempus
3 ac diem; Quidni ergò † obligatio hæc tranſiret ad heredes, *ſſ. omnis ſtipulatio. 2. Inſt. de verb. obligation. arg. l. quæſitum. 21. ff. de pignor. & hypoth. l. ſi ab arbitrio. 10. l. inter omnes. 12. ff. qui ſatisd. cog. l. in omnibus. 41.* ubi Dd. *ff. de judic.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 7. numer. 100.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. numer. 115.*
4 (2.) † Eſtque hoc juris in mercede famulitii, quam famulo defuncto heredes ejus pro ratâ præſtitarum operarum accipiunt, *argum. l. ſi uno anno. 15. §. item cum quidam ff. locat. l. deſertorem. 3 §. 12. ff. de re militar.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 25. num.*
5 *18.* † Quod & convenit juri Saxonico *in artic. 22. lib. 1.* Landrecht. *in verb.* den er verdienet hat/ und ihme gebühret bis auf die Zeit/da er ſtarb. Reinhard. *part. 1. differ. 39.* Hoc ſi verum in mercede famulitii, multò magis in ſalario miniſtrorum Eccleſiæ longè favorabiliori obtinebit. (3.) Idem clarè ſancitum in † *Ordinat. Eccleſiaſt. Elector. Saxon. art. general. 41. verb.* damit der Wittben und ihren Kindern dasjenige/ ſo der Vater ſeliger faſt verdienet hat / nicht entzogen werde/*&c.* idque de reſiduo ſalarii promiſſi acceptum velim: Ultra quod etiam † defuncti viduæ ac liberis debentur reditus ex dimidio gratiæ anno, das halbe Gnaden-Jahr/ *Ordinat. Eccleſiaſt. Rubr.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener. *fol. 108.* §. und zu fernener Gnade/*&c.* de quibus *tit. ſeqq.* † ut ſic utrumque, & reſiduum ſalarii & beneficium illud viduæ ac liberis cedat, nec unum alteri præjudicet, ex diverſo quippe titulo competens. Nam † reſiduum ſalarii obtinent heredes jure ſucceſſionis hereditario; Annum verò gratiæ dimidium vidua duntaxat & liberi proprio jure ex beneficio Principis conſequuntur. 6 7 8 9

Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Conſiſtorio Martisburgenſi, die 25. Julii A. 1632. (*Verba Reſcripti:* Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet euch / ſo wol was des verſtorbenen *Senioris* zu Lützen Wittib/als künfftig andere Fälle betrifft/dem allgemeinen 10

meinen *Stylo* unſerer*Conſiſtorien* gemäß bezeigen/und die Partheyen ſolcher Maſſen entſcheiden/daß des Verſtorbnen Wittib und Kindern weder ihres Ehewirths und Vaters verdienter Lohn/ noch am halben Gnaden-Jahr zu kurtz geſchehe/ daran vollbringet ihr unſere gefällige Meynung/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum M. Chriſtiano Willigio Superattendenti Coldicenſi & Caſparo Henrico à Milkaw die 5. Febr. An.1634. (Verba Reſcripti:* Dieweil aber doch in gegenwärtigem Fall gedachter Pfarrer zu Colmen das gantze pfarrliche Einkommen bey ſeinem Leben verdienet; So bleibet ſolches deſſelben Wittben und Kindern/unbeſchadet des Gnaden-Jahrs billich/ꝛc.) 11

Nec non † *Johanni Zechendorffern Paſtori, & Virgilio Jacobo Quæſtori in Harttenſtein die 27. Sept. Anno 1608. (Verba Sententiæ:* Iſt er *Zacharias* Schröter Pfarrer zu Ziegelheim im vergangenen 1607. Jahre drey Wochen vor Michaelis verſtorben; So hat er deſſelben Jahres pfarrliches gantzes Einkommen am Gelde/Feld- und Gärtengewächſe/*Decem* und andern Gefällen auf ſeine hinterlaſſene Wittib und nächſte Erben/als ſeine verdiente Beſoldung gebracht/und vererbet: des folgenden Jahres vollſtändiges Einkommen aber wird zwiſchen des verſtorbenen Pfarrers Wittben oder Kindern ihrer Begnadigung wegen/ und dem neuen Pfarrer zugleich getheilet/ ꝛc.) 12

DEFINIT. CLXXI.

Reſiduum ſalarii debetur ſaltem pro ratâ temporis, quô miniſter Eccleſiæ functioni præfuit.

SUMMARIA.

1. *In ſucceſſione ſalarii difficultatem parit confuſio beneficii ex dimidio gratiæ anno.*
2. *Differentia inter reſiduum ſalarii & annum gratiæ.*
3. *Reſiduum ſalarii omnibus indifferenter heredibus cedit.*
4. *Quantum competat ratione ſalarii ordinarii?*
5. *Salaria tota, etiam nondum emerita ad heredes transmittuntur.*
6. *Miniſtrorum autem Eccleſiæ ſalaria pro ratâ ſaltem temporis ipſorum heredibus cedunt.*
7. *Quibus ex cauſis & fundamentis? n. 11.*
8. *Duo ſingularia in uno ſubjecto haut concurrunt.*
9. *Nulla hac de re conquerendi cauſa.*
10. *Adducitur Ordinatio eccleſiaſtica Electoralis Saxonica.*
12. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Difficultatem haut minimam parit in ſucceſſione ſalarii confuſio beneficii ex anno gratiæ dimidio vulgò ſalarii ſemeſtris, des halben Gnaden-Jahrs/ cum reſiduo ſalarii,quod defuncto Eccleſiæ miniſtro pro laboribus ſuis adhuc reſtat. Illud enim, nempe
2 † ſalarium ſemeſtre ultra reſiduum ordinarii ſalarii duntaxat defuncti Paſtoris viduæ ac liberis defertur: Hoc autem cedit omnibus indifferenter heredibus tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſuc-
3 cedentibus, † ceu pars hereditatis, Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 25. numer. 14.* quin & ipſimet Eccleſiæ miniſtro ab officio & functione ſuâ diſcedenti & aliò ſe conferenti debetur. Quò ergò confuſionem hanc evitemus, videbimus ſaltem
4 hoc titulo, † quid & quantum competat ratione ſalarii ordinarii ſivè ipſimet miniſtro Eccleſiæ ab officio diſcedenti, ſive defuncti heredibus, reſervato beneficio ſalarii ſemeſtris ſeu anno gratiæ in titulum ſequentem. Etſi verò alias † ſalaria vel ho- 5
noraria annua etiam nondum emerita, ſi intra annum illi, qui officium geſſerunt, veluti Doctores, Profeſſores, & Advocati, moriantur, ad eorundem heredes integra transmittantur, *l. ſi quis in ſacris. 11. in fin. C. de proximis ſacrorum ſcriniorum. lib. 12. l. matriculam. 3. C. de agentibus in rebus. lib. 12. l. 1. §. 13. ff. de var. & extraord. cognit. l. qui operas. 38. ff. locat.* Bartol. *in dict. l. 1. §. 13. n. 8. ff. de var. & extraord. cognit.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 44. n. 12.* Rauchb. *dict. quæſt. 25. num. 9. & 10.* Attamen † ſalaria 6
miniſtrorum Eccleſiæ hiſce in provinciis non excedunt ratam illam temporis, quo functioni eccleſiaſticæ præfuerunt, vel ſaltem (1.) † ex obſervantiâ & conſvetu- 7
dine huic forſan fundamento innixâ, quod ex ſpeciali favore dimidius gratiæ annus competat defuncti viduæ ac liberis, in quâ ſpecialitate acquieſcendum vide-

8 videtur, † ne duo ſingularia ac ſpecialia beneficia concurrant, quod ratio juris haut admittit, *l. 1. C. de dot. promiſſ. l. 19. ff. ex quib. cauſ. major. l. 8. §. 3. ff. de legat. præſt.* Comill. Borell. *conſil. 64. n. 12.* Frider. Pruckman. *vol. 1. conſil. 10. num. 69.* Didac. Covarruv. *lib. 3. var. reſolut. cap. 19. num. 1.* Vincent. Caroc. *in tractat. de locat. tit. de SS. Eccleſ. n. 3.* Jac. Schult. *obſervat. 23. n. 25.*
9 (2.) † Nec habet Paſtor ab officio & parochiâ diſcedens ullam conquerendi cauſam, cum in novâ functione eodem gaudeat jure, & à primo ſtatim introitûs momento de ſalario iſtius anni pro ratâ temporis æquè
10 participet. (3.) Quò & inclinant verba † *Ordin. Eccleſiaſt. in art. gen. 41.* Daßjenige/ ſo der Vater ſeliger faſt verdienet hat/ nicht entzogen werde/ *&c.* (4.) Penſitandum porrò cum Andr. Rauchb. hoc tempore, ubi Principes & Superiores, qui ſtipendia perſolvunt, ſibi ipſis pro lubitu jus dicunt, & officia etiam eccleſiaſtica plerumque venalia ſunt, ac interdum illiberaliùs, quàm ipſæ operæ mercenariæ, habentur, id † 11
quod de mercedibus in jure ſtatuitur, ut ſcilicet pro ratâ tantùm ſervitii præſtentur, *l. ſi uno anno. 16. §. item cum quidam. ff. locat. l. Sejo amico. 10. in pr. verſ. cùm tàm labor, quàm pecunia diviſionem reciperent. ff. de ann. legat.* non rarò ad ſtipendia eccleſiaſtica moribus ac ſtatutis produci, *dict. quæſt. 25. num. 20.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Superattendenti Leiſnicenſi & Præfecto Rochlicenſi die 1. Julii A. 1617. (Verba Reſcripti: Als begehren an ſtatt höchſtgedachter Ihr. Churfl. Durchl. wir hiermit/ihr wollet daran ſeyn / damit von dem Einkommen/was es von *Johannis Baptiſtæ* anzurechnen/ bis auf die Zeit / wann es fällig iſt / *pro ratâ temporis* austragen wird/ gegen Erſtattung der Unkoſten zu ſeinem Antheil dem neuen Pfarrer/und das übrige alles gegen Erſetzung des *inventarii Supplicanten* gefolget werde/ ꝛc.) 12

DEFINIT. CLXXII.

Computatio ac diviſio decimarum, cenſuum & redituum quomodo hoc caſu facienda?

SUMMARIA.

1. *Famuli defuncti heredes pro ratâ temporis accipiunt mercedem.*
2. *Etiam de jure Saxonico.*
3. *Idem obtinet in heredibus miniſtrorum Eccleſiæ.*
4. *Computatio pro ratâ temporis in pecuniâ numeratâ haut difficilis eſt.*
5. *Quomodo facienda in fructibus & reditibus?*
6. *Modus diviſionis in Conſiſtorio Supremo quinam?*
7. *Æquitate nititur iſte modus.*
8. *Singulis diebus jus quæſitum habent in reditibus annuis miniſtri Eccleſiæ.*
9. *Obligatio ante diem ſolutionis in heredes transfertur.*
10. *Reſcriptum Electorale.*
11. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 Quemadmodum ergò famulo defuncto, heredes ejus pro rata tantùm ſervitii vel operarum præſtitarum mercedem accipiunt, *arg. text. in l. ſub uno anno. 15. §. item cum quidam. ff. locat. l. deſertorem. 3. §. 12. ff. de re militar.* Rauchb. *part. 1. quæſt. 25. num. 18.*
2 quod & † jure Saxonico legitur comprobatum *in art. 22. lib. 1.* Landrecht. *ibi*: Stirbet auch der gemiethete Mañ/ehe er ſeinen vollkömlichen Lohn verdienet/ welcher ihme verheiſſen war / man iſt ſeinen Erben nicht mehr pflichtig zu geben / denn er verdienet hat/und ihme gebühret bis auf die Zeit/da er ſtarb. Reinhard. *part. 1. differ. 39.* apud Zobelium *part. 2. differ. 59. n. 3.* Matth.
3 Coler. *part. 1. deciſ. 201. n. 14. & 15.* † Ita & heredibus miniſtrorum Eccleſiæ, vel iis ipſis ab officio & functione eccleſiaſtica diſcedentibus, non niſi pro ratâ temporis, quo muneri ſuo præfuerunt, ſalarium cedit, *Defin. præced.* cujus computatio eſt expedita in honorariis & ſalariis iis, † quæ in certâ pecuniæ ſummâ 4
conſiſtunt, & annuatim exſolvuntur. Alia verò eſt ratio annuorum cenſuum, decimarum & redituum, qui etſi pro labore integri anni debentur, non niſi certis tamen terminis anni penduntur atque præſtantur: ideoque † horum diviſio ita eſt 5
facienda, ut omnes per totum annum percepti & collecti fructus pro ratâ temporis diſtribuantur, prout hic modus diviſionis in Conſiſtorio ſupremo ejusmodi verbis repe-
ritur notatus: † Auf den Dörffern und auch 6
in Städten/ da die Pfarrer und *Diaconi* ihre

ihre Beſoldung nicht am Gelde und *quartals*-weiſe bekommen/ſondern *Decem*, Ackerbau/und Haußhaltung haben/wird es alſo gehalten/daß des gantzen Jahres Einkommen und Verdienſt zu rechnen / von Michaelis an bis wieder auf Michaelis/ und was von *Decem* am Geträidig / oder auch Geldzinſen zum Einkommen gehören / werden gerechnet/daß ſie Michaelis verdienet / ob ſie ſchon erſt um *Martini*, Weyhnachten oder Faſtnacht
7 fällig/ ꝛc. Qui † modus dividendi ipsâ nititur æquitate, ne miniſtri Eccleſiæ ejusvè heredes debito defraudentur ſalario: Cui & ratio juris accedit, quòd ſcilicet defunctus ſingulis ſtatim menſibus ac ſeptimanis † quin & diebus jus quæſitum habuerit in ejusmodi decimis & reditibus, *l. 4. l. 11. l. 22. ff. de annuis legat.* qui ut ad heredes transmittantur, dies ac terminus præſtationis nondum exiſtens† haut impedire poteſt. 9
§. 4. verſ. ex conditionali. inſt. de verb. obligat. l. in leg. Falcidiâ. 45. in pr. l. in quantitate. 73. §. in diem. 4 ff. ad Leg. Falcid. l. 58. §. 5. ff. ad SCtum Trebellian.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Præfecto Libenwerdenſi, die 8. Auguſti A. 1628. (Verba Reſcripti:* Uns iſt euer eingeſchickter Bericht in Sachen des alten und neuen Pfarrers zu Hohen-Leipzig gebührlich vorbracht / und ſeyn von dem neuen Pfarrer darneben mit der Inlage/wie ihr daraus zu erſehen/unterthänigſt angelanget worden. So viel nun des alten Pfarrers Abfindung betrifft/ weil derſelbe bis verſchienene Oſtern an ſeinem Amt verblieben; So gebühret ihme bis künfftige Michaelis der halbe Theil von dem jährlichen pfarrlichen Einkommen/und itziger Erndte/dagegen muß er davon das *Inventarium* bevorſtehende Michaelis vollſtändig erſetzen; Wie auch der neue Pfarrer von ſeinem halben Theil die aufgewandten Unkoſten auf vorgehende *liquitation* und *moderation* dem Pfarrer erſtatten/ ꝛc.) 10

Item † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Georgii à Bindauffs die 23. Jun. Anno 1609. (Verba Sententiæ:* Hat ſich der Todesfall mit dem Pfarrer am *20. April.* dieſes 1609. Jahres begeben; So hat er ſein jährliches Einkommen von Michaelis des vergangenen 1608. Jahres an/bis auf nächſtkünfftige Michaelis zu rechnen/ zur Helffte als ſein erworben Guth auf ſeine hinterlaſſene Erben gebracht und verfället/ꝛc.) 11

DEFINIT. CLXXIII.

Quomodo inſtituenda diviſio in fructibus meſſium, fœno, cordo, oleribus & braſſicis?

SUMMARIA.

1. *Prædicta obtinent in fructibus civilibus.*
2. *Etiam de jure communi.*
3. *Quid juris in fructibus meſſium & oleribus?*
4. *Hisce in fructibus jus Saxonicum rationem culturæ habet.*
5. *Probatur hoc ex Conſtitutione Electorali Saxonicâ.*
6. *Ad certos caſus hæc aſſertio eſt reſtringenda.*
7. *Non ad ſalarium miniſtrorum Eccleſiæ extendenda.*
8. *Modus diviſionis horum fructuum in ſalario Eccleſiæ miniſtrorum quinam?*
9. *Quo jure hic modus nitatur?*
10. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 11. 12.*

1 ET hæc quidem ſe ita habent in fructibus civilibus, ut ſunt decimæ, annui cenſus & reditus, qui ex bonis cenſualibus annuatim perſolvun-
2 tur, † & de jure etiam civili inter heredes defuncti & novum poſſeſſorem pro rata temporis dividuntur, *l. divortio facto. 7. ff. ſolut. matrim. l. un. §. cumque ex ſtipulatu. verſ. ſed & noviſſimi. C. de rei uxor. act.* Hartman. Piſtor, *part. 1. quæſt. 24.*
3 *numer. 57. & ſeq.* At † quid juris in fructibus meſſium, fœno & oleribus, aliisque fructibus induſtrialibus? Dixeris forſan hosce omnes ex ſemine à Paſtore raſtris ſubacto naſcentes ad ipſum ejusvè heredes pertinere, licèt ante perceptionem deceſſerit: † quia ſcilicet jus Saxonicum laboris & culturæ rationem habet, Landr. *lib. 2.* 4
art. 58. §. Des Mannes Saat/die er mit ſeinem Pfluge würcket/ die iſt verdienet/ als die Egde darüber gehet. unde fructus ex ea promeriti Vaſalli heredibus cedunt. *Conſt. Elect.*

5 *Elect. 30. in pr. verſ.* † Nach Sächſiſchen Lehn-Recht aber/was die Egde beſtrichen hat/und unterbracht iſt bey Leben des Verſtorbenen/ſolches/ weil es des Verſtorbenen erworben Guth/auch bey ſeinem Leben beſchicket worden/ folget und bleibet den Erben und Lehnsfolgern/ *&c. part. 3.* ubi Dan. Moller. *num. 3. v. jure verò Saxonico.* Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſt. 24. num. 73.* Johan. Köpp. *deciſ. 30. numer. 43.* Jacob. Thoming. *deciſ. 3. numer. 6.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 74. num. 2. & de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. numer. 303.* Johan. Schneidvvin. *ad §. 36. numer. 3. inſtit. de rer. diviſ.*

6 Sed reſtringenda eſt † hæc ſanctio Saxonica ad eum caſum, quo vel ratione dominii vel poſſeſſionis de acquiſitione fructuum induſtrialium diſceptatur: ex quo nil inferendum ad fructus ratione ſalarii miniſtris Eccleſiæ debitos, in quibus cùm ratio habeatur operarum præſtitarum, † oportet utique diviſionem ita inſtitui, ut pro ratâ temporis inter novum Paſtorem & anteceſſorem ejusvè heredes fructus meſſium, fœnum, olera, aliique tam naturales quam induſtriales diſtribuantur, *arg. l. ſi uno anno. 15. §. item cum quidam. ff. locat. l. deſertorem. 3. §. 12. ff. de re militar.* † Quare & hi per totum annum collecti, facta computatione à feſto Michaelis ad eundem terminum anni ſequentis ex concluſo & obſervantia Conſiſtoriorum, de quâ *Defin. præced.* in partes æquales pro rata temporis ſunt dividendi, quo † ſcilicet æqualis totius ſalarii exiſtat diſtributio, nec quisquam mercede laboris ſui defraudetur, perinde ut de fructibus civilibus dixi *Defin. præced.* 7 8 9

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Leiſnicenſi & Præfecto Rochlicenſi, die 1. Julii An 1617. (Verba Sententiæ:* Als begehren wir hiermit/ ihr wollet daran ſeyn/ damit von be ührter Erndte der ſechſte Theil nebens andern Einkommen/was es von *Johannis Baptiſtæ* anzurechnen / bis auf die Zeit/wann es fällig iſt / *pro ratâ temporis* austragen wird/gegen Erſtattung der Unkoſten zu ſeinem Antheil dem neuen Pfarrer/ und das übrige alles gegen Erſetzung des *Inventarii Supplicanten* gefolget werde *&c.)* 10

Et † *in causâ* des alten und neuen Pfarrers zu Wachau/*die 30 Junii An. 1613. (Verba Reſcripti:* Von den Herbſt- Wieſen bekömmet der *Anteceſſor* drey/ und der *Succeſſor* den vierdten Theil gegen Erſtattung *pro rata* der Unkoſten/ *&c.)* 11

Nec † *non Superattendenti Haynenſi, die 1. Junii Anno 1616. (Verba Reſcripti:* Als begehren wir/ihr wollet die Partheyen darauf ſo wol dahin beſcheiden/ daß unter des Jahres Nutzung auch der Wieſewachs/Kraut und dergleichen andere Früchte begriffen/und in die Theilung zu bringen ſeyn/ *&c.)* 12

Definit. CLXXIV.

Terminus promeriti ſalarii pro completo habetur, ſi modicum tempus à die obitus reſtet.

SUMMARIA.

1. *Reſiduum ſalarii debetur pro ratâ temporis.*
2. *Quod tamen ad certum reſtringitur caſum.*
3. *Modicum temporis ſi adhuc ſuperſit, terminus pro completo habetur.*
4. *Et totius termini fructus heredibus cedunt.*
5. *Fundamenta & rationes hujus aſſerti.*
6. *Adducitur pro fundamento Ordinatio eccleſiaſtica Electoralis Saxonica.*
7. *De jure communi ſalaria totius anni ad heredes transmittuntur.*
8. *Diſpoſitioni juris communis in caſu ſtatuti dubio inhærendum.*
9. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
10. *Ejusdem Reſcriptum.*

1 Diximus *ſuprà Definit.* 171. reſiduum ſalarii duntaxat deberi pro ratâ temporis, quo miniſter Eccleſiæ functioni præfuit, vel ſaltem ex obſervantiâ Conſiſtoriorum hisce in provinciis receptâ. Quòd tamen non aliter acceptum velim, quàm

2 ſi † in ipſo ſalarii exſolvendi termino, vel medio termini, aut etiam majoris ejusdem parte adhuc reſtante Paſtor è vivis deceſſerit. Cæteroquin † ſi menſis vel paululùm temporis adhuc ſuperſit ad ipſum terminum; pro completo is habebitur. Finge: miniſtrum Eccleſiæ menſe Auguſto obiiſſe; quo hebdomadæ aliquot etiam ultra menſem ſuperſint ad ter- 3

4 terminum Michaelis: † totius tùm anni re-
ditus cenſetur promeruiſſe, non aliter ac ſi
5 ipſo Michaelis die mortuus fuiſſet, (1.) †
quia modicum hoc temporis in computan-
do ſalario non curat Prætor, ut habetur *in l.
ſcio illud. 4. ff. de in integr. reſtit. l. ſi quis af-
firmavit. 9 §. meritò. 5. ff. de dolo malo. l. res
6 bonâ fide. 54. ff. de contr. emt.* (2.) † Propter
verba manifeſta *Ordinat. Eccleſiaſt. in art.
gen. 41. verb.* Damit der Wittben und ih-
ren Kindern dasjenige/ ſo der Vater ſel.
faſt verdienet hat/nicht entzogen werde/ꝛc.
vocula enim (faſt) haut obſcurè modicum
temporis reſiduum includit. (3.) Idque eò

magis, † quia de jure communi ſalaria to- 7
tius anni etiam nondum emerita ad here-
des transmittuntur, *l. ſi quis in ſacris. 11. in
fin. C. de proxim ſacror. ſcrin. lib. 12. l. diem
functo. 4. ff. de offic. aſſeſſor. l. poſt duos. 15. §.
1. C. de advocat. diverſ. judic.* † cui diſpoſi- 8
tioni in caſu obſervantiæ ac juris ſtatutarii
dubio inhærendum, Ludov. Roman. *conſil.
197. num. 2. & conſil. 399. num. 1.* Quin & hoc
caſu reditus termino Martini, Nativitatis
Chriſti & Quadrageſimæ exſolvendi ſalario
reſiduo cedunt, quia termini illi die Michae-
lis comprehenſi cenſentur, de quo dicam *in-
frà Defin. 198.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem M. Chriſtiani Willichii Superattenden-* 9
tis Coldicenſis & Caſparis Henrici à Milkaw die 5. Febr. An. 1634. (Verba Sententiæ: Iſt der vorige Pfarrer zu Collmen *Martinus Andreæ* den *31. Jul.* nächſt abgewichenen Jahres *Peſte* verſtorben/deſſen beyde Theile einig ſeyn. Ob nun wol ſonſten Vermöge der *Anno 1608 publicirt*en Churfl. Sächſ. Kirchen-Ordnung *tit.* von *immunit*äten *pag. 356.* das halbe Gnaden-Jahr von Zeit des vorigen *Paſtoris* Tode anzurechnen: Dieweil aber doch in gegenwärtigem Fall gedachter Pfarrer zu Collmen das gantze pfarrliche Einkommen bey ſeinem Leben bis auf zwey Monat verdienet/darzu nicht allein/was *Michaelis*, ſondern auch *Martini*, Weyhnacht- und Faſtnachten hernach fällig/gehörig iſt; So bleibet deſſen Wittben das gantze pfarrliche Einkommen voriges Jahres nach dem *41. General-Articul* nicht unbillich/ ꝛc.)

Et † *Superattendenti ac Præfecto in* Noſſen *die 24. Julii Anno 1618. (Verba Reſcripti:* 10
Welcher Geſtalt an uns *Jacobus* Breiting zu Noſſen in Vormundſchafft *Georgii* Hauckens/weyland Pfarrers zu Marbach hinterlaſſener Wittben über den neuen Pfarrer daſelbſten David Schmieden wegen verweigerter Vergleichung ſich beklaget/ſolches habt ihr inliegende zu befinden. Wann dann *Supplicant*ens Anziehen nach/gedachter Pfarrer am Tage *Bartholomæi* den *24. Auguſti* verſtorben/dahero er nicht allein die Ernde des nächſt verwichenen 1617. Jahres gantz/ ſondern auch deſſelben Jahres *Decem*, ſo *Michaelis* betaget geachtet wird/faſt gar verdienet; Als iſt ſolches Inhalts des 41. General-Articuls/zu ſeiner Beſoldung und Einkommen zu rechnen/ꝛc.)

Definit. CLXXV.

In faciendâ diviſione multùm valet amicabilis compoſitio.

SUMMARIA.

1. *In faciendâ diviſione non ſingula quæque ad amuſſim æquitatis revocantur.*
2. *Nunquam non circa diviſionem amicabilis tentatur compoſitio.*
3. *Fortunæ arbitrio non committendum quod per concordiam poteſt componi.*
4. *Judici magis circa concordiam, quàm juſtitiam ſtudendum eſt.*
5. *Inter partes litigantes tentanda compoſitio amicabilis.*
6. *Pacta dant legem contractui.*
7. *Adducitur Ordin. Eccleſ. Electoralis Saxonica.*
8. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 9.*

1 Fieri ergò vix poteſt, ut circa inſti-
tuendam diviſionem ſingula quæ-
que ad amuſſim æquitatis revocen-
tur, ac ubique obſervetur pari-
tas; quare nunquam non circa inſtitu-
2 endam diviſionem † amicabilis tenta-
tur compoſitio inter partes, priusquam
ad deciſum Conſiſtorii deveniatur; Nec
immeritò, quia haut prudenter for-
tunæ arbitrio committitur, † quod per 3
concordiam poteſt componi, Andr.
Knich. *de Saxon. non prov. jur. cap. 3. n. 73.*
&

4 & Legumlatori atque judici † circa amicitiam & concordiam magis quàm circa juſtitiam ſtudendum eſt, Ariſt. *8. Ethic. 1.* Anton de Guevar. *in horolog. princip. lib. 2. cap. 38.* unde & à judice inter partes litigantes tentari ſolet ac debet transactio
5 amicabilis, † antequam proceſſus admittatur, *cap. 1. de mut. petit. cap. ult. extr. de transact. c. ſi illis. 23. quæſt. 4. cap. querelam. 15. extr. de Simon. l. æquisſimum. ff. de uſufruct.* Felin. *ad Rubr. de treug. & pac. num. 1.* Matth. Weſenbec. *lib. 1. conſil. 21. numer. 1.* Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 47. Syntagm. jur. cap. 1. n. 14.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9.*
6 *tit. 22.* † Et quid opus deciſione Magiſtratûs, ſi de partium conventione conſtet, quæ dat legem contractui, *L. 1. §. ſi convenerit. ff. depoſit.* Quò & faciunt verba † 7
Ordin. Eccleſ. artic. gener. 41. ibi: Es ſol auch der Superintendens nebens dem *Collatore*, Lehnherrn/Rath/Richtern und Gemeinen eine billiche Vergleichung machen/nach Gelegenheit des *Inventarii*, der Zeit des Jahres/unter dem verdienten Gewächs auf dem Felde und andern Einkommen der Pfarre/ damit der Wittben und ihren Kindern dasjenige/ſo der Vater ſeliger faſt verdienet hat / nicht entzogen/ und doch die Pfarre nicht gar verböſet/und ausgeſchöpffet werde/ ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ Juſtinæ Viduæ Eſaiæ Kölers, Paſtoris in Hai-* 8
nitz contra Melchiorem Loſſium Paſtorem zu Langenau *die 1. Sept. An. 1624. (Verba Decreti:* Aber wegen Heu und Strohe bleibet es bey denen am *12. April. An. 1605.* und *18. Maji.* dieſes Jahres aufgerichteten Verträgen nicht unbillich/ ꝛc.)
Et † *in causâ* des alten und neuen Pfarrherrn zu Wachau *die 30. Jun. Anno 1613.* 9
(*Verba Transact:* Anreichende das geſtackte Kraut / ſol der *Succeſſor* gegen Erſtattung der aufgewandten Unkoſten ſolches alleine zu genieſſen haben/ und dieweil mit dieſer Handlung die Partheyen für ihre Perſon zu frieden; Als haben ſie uns hierüber Handgelöbniß gethan. Uhrkündlich iſt dieſe *transaction* zu Papier bracht/ꝛc. und geben zu Dreßden/ ꝛc.)

DEFINIT. CLXXVI.

Fructibus diviſis, onus impenſarum in culturam agrorum factarum parti utrique pro ratâ temporis incumbit.

SUMMARIA.

1. *Factâ diviſione reſtitutio impenſarum utrique incumbit parti.*
2. *Quibus ex rationibus & fundamentis?*
3. *Doloſè lucrum cum alterius jacturâ quæritur.*
4. *Æqualitas lucri & incommodi in Ordinat. Eccleſ. fundata.*
5. *Fructus pro ratâ temporis utrique cedunt parti.*
6. *Non debentur fructus ante deductionem impenſarum.*
7. *Impenſæ ipſo jure deminuunt fructus.*
8. *Deductionem impenſarum nullus impedire poteſt caſus.*
9. *Conſiſtorii Supremi Decreta, n. 10.*

NOn ſufficit, inter antiquum Paſtorem ejusvè heredes & novum Succeſſorem ſalarium & fructus meſſium æqualiter pro ratâ temporis
1 dividi, *ſupr. Defin. 171. & 173.* † ſed & de reſtitutione impenſarum utrosque ſollicitos eſſe oportet; quare & hæ pro ratâ temporis ab utrâque parte erunt ſuſtinen-
2 dæ. (1.) † Quemadmodum enim utrique commodum ex perceptione fructuum accedit, ita & onera utrique incumbunt, nec quisquam cum alterius damno lucrum capere, ſed utrumque æqualiter inter eos dividi debet, *l. nam hoc natura. 14. ff. de condict. indeb. l. jure naturæ. 226. ff. de Reg. jur.* † adeò ut doloſè dicatur verſari, qui 3
lucrum quærit cum alterius diſpendio, Frider. Pruckm. *vol. 1. conſil. 4. numer. 57.* Franc. Vivius. *deciſ. 198. n. 5.* (2.) Quam æqualitatem etiam innuunt verba † *Ordi-* 4
nat. Eccleſiaſt. in artic. general. 41. ibi: Sondern daß Gleichheit hierinnen gehalten / keinem mehr und dem andern weniger gegeben werde/*&c.* (3.) Ex quo etiam † fru- 5
ctus pro ratâ temporis uterque percipit, non poteſt non onus impenſarum æquè pro ratâ temporis utrique incumbere; quia non debentur fructus, † niſi de- 6
du-

ductis ante omnia impenſis quærendorum conſervandorumvè eorum gratia factis, *l. ſi à Domino. 36. §. ult. ff. de petit. heredit. l. fructus. 7. §. impendi. 16. ff. ſolut. matrimon. cum. l. ult. ff. de oper. libert.* Johan. Garſ. *de expenſ. & meliorat. cap. 1. num. 11.* Johan. del Caſtillo *de uſufruct. cap. 77.*
7 *numer. 5. & ſeqq.* (4.) † Hinc quicquid impendii factum eſt in agro, id omne fructus agri ipſo jure diminuit, *l. quod in fructibus. 46. ff. de uſur.* & alibi ſcriptum re-
liquit Julianus, † quod nullus caſus inter- 8
venire poſſit, qui hoc genus deductionis impenſarum impediat, *l. fundus qui dotis. 51. ff. famil. erciſc. l. fructus. 7. ff. ſolut. matrim.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. numer. 304. & part. 2. deciſ. 286. n. 107.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* des Pfarrers zu Heinitz Erben/ *contra Melchio-* 9
rem Loſſium, die 1. Septembr. Anno 1624. (Verba Decreti: Dieweil der Klägerin Ehemann und Vater den letzten *Auguſti Anno 1623* verſtorben/ am *5. Septemb.* hernach begraben/ und deſſelben Jahres Einkommen faſt verdienet; So wird die Wittbe und Erben gegen Erſtattung der Unkoſten dabey billig geſchützet/ ꝛc.)

Et † *in causâ* der Pfarrer zu Wachau *die 30. Julii Anno 1630.* (*Verba Transact.* Von 10
den Herbſtwieſen bekömmet der *Anteceſſor* drey/ und der *Succeſſor* den vierdten Theil gegen Erſtattung *pro ratâ* der Unkoſten/ ꝛc.)

DEFINIT. CLXXVII.

Reſiduum ſalarii inter defuncti Paſtoris viduam & heredes, ſecundum ſtatuta localia vel Conſtitutionem Electoralem dividi debet.

SUMMARIA.

1. *Reſiduum ſalarii jure defertur hereditario.*
2. *Omnibusq́ indifferenter heredibus cedit.*
3. *Diviſio ſalarii inter viduam & heredes defuncti Paſtoris quomodo inſtituenda?*
4. *Ante omnia attendi debent pacta dotalia.*
5. *Pacta dotalia præcisè ſunt ſervanda.*
6. *Statuta qvoqve localia circa hanc diviſionem obſervanda.*
7. *Statuta localia vim legis habent.*
8. *Deficiente ſtatuto, diviſio facienda eſt ſecundum Conſtit. Electoralem.*
9. *Prævià tamen ex parte viduæ collatione bonorum.*
10. *Quarta vel tertia pars ſalarii viduæ cedit.*
11. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 NOn facilè quisquam dubitabit, reſiduum ſalarii, ſive in pecuniâ numeratâ certis terminis exſolvendâ, ſive in annuis fructibus conſiſtat, jure hereditario deferri, poſtquam id pro ratâ ſaltem temporis, intuitu præſtiti laboris debetur, *ſupr. Definit. 171.* ex quo
2 etiam ad omnes indifferenter heredes, † tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento ſuccedentes pertinet, perinde ut aliæ res hereditariæ & facultates defuncti, *l. poſt. duos. 15. in fin. C. de advocat. diverſ. judic. l. ſi quis in ſacris. 11. C. de proximis ſacror. ſcrin. l. matriculam. 3. C. de agentibus in rebus. lib. 12.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 25. numer. 22.* Facilè hinc dijudi-
3 care licet, † quomodo diviſio ſalarii inſtituenda inter viduam & heredes defuncti Paſtoris Eccleſiæque miniſtri, & quænam portio cuique competat. Etenim ſi vi-
gore † pactorum dotalium vidua ad ſuc- 4
ceſſionem admittitur, dubium non eſt, quin etiam ratione ſalarii reſidui, portione in iis ſibi aſſignatâ, contenta eſſe debeat, *Conſt. Elect. 20. in pr. verſ.* Wann zwiſchen Eheleuten Eheſtifftungen beredet und aufgerichtet/ ꝛc. *part. 3.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. num. 241. & part. 1. deciſ. 61.* † præciſè namque ſer- 5
vanda ſunt pacta dotalia, *tot. tit. ff. de pact. dotal. & C. de pact. convent.* Andr. Gail. *libr. 2. obſerv. 80. num. 15.* Non verò exiſtentibus pactis dotalibus uxor ex ſtatuto locali admittitur ad ſucceſſionem, † con- 6
ſequitur utique etiam de reſiduo ſalarii eam portionem, quam cujusque loci conſvetudo ſeu ſtatutum peculiare ipſi defert, *dict. Conſt. Elect. 20. verſ.* oder ſonſt des Orts/ ꝛc. † Qui ſtatuta loca- 7
lia & conſvetudines vim legis habent, ac juri

juri communi derogant, *l. de quibus. 32. ff. de lib.* Bartol. *in l. viros. 8. in fin. C. de diverſ. offic. lib. 12.* Jaſon. *in l. more. 5. col. 9. ff. de jurisdict. om. judic.* Deficientibus autem
8 ſtatutis localibus, expedita eſt diviſio † ex Conſtitutione Electorali, ita ut ſi maritus defunctus unum vel plures liberos ex primo vel ſecundo matrimonio ſuſceptos reliquerit, vidua indiſtinctè quadrantem ſeu quartam bonorum partem habeat: Si verò nullis omninò liberis relictis decedat, vidua ejus trientem ſeu tertiam partem lucretur, *dict. Conſt. Elect. 20. §.* Wo aber dieſe Dinge ungewiß. *junct. §. ſeq.* Ließ aber der verſtorbene
9 Mann / *&c.* † Quo tamen caſu omnia ſua bona qualiacunque etiam fuerint, unà cum rebus utenſilibus in communem hereditatem conferre tenetur, *dict. Conſt. Elect. 20. §. ult. verſ* und die Frau in beyden Fällen ꝛc. Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de collat. bonor. num. 4. verſ. moribus tamen Saxoniæ.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 61. num.*
32. † Cui conſequens, pro ratione libero- 10
rum exiſtentium vel non, viduæ quartam aut tertiam partem reſidui ſalarii eſſe aſſignandam, factâ priùs collatione bonorum ſuorum; nec enim ullibi ſalarium defuncti mariti ab hoc diviſionis modo reperitur exceptum, quin potius generali ſanctioni incluſum, *arg. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſt.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Andreæ* Schurigs *Paſtoris* in Groß- 11
thiemig Erben / *die 15. Julii Anno 1607.* (*Verba Sententiæ:* Darauf ſprechen wir verordnete Präſident/Räthe und *Aſſeſſores* des Churfl. Sächſ. Ober-*Conſiſtorii* allhier zu Dreßden vor Recht: Iſt Andreas Schurig/weyland Pfarrer zu Großthiemig Freytag nach Faſtnacht dieſes inſtehenden Jahres verſtorben / und hat ſeine gantze Verlaſſenſchafft an ſeine Wittbe und euch ſeine nächſte Blutsfreunde verfället; So wird dieſelbige nebens deme/ was er an *Decem* und andern damals verdienet gehabt/gleich andern Erbſtücken nach Erſetzung des *Inventarii* zwiſchen euch und der Wittben/nach des Orts *ſtatuten*/oder in Mangelung/Inhalts Churfl. Sächſ. *conſtitution* billich vertheilet/ꝛc.)

DEFINIT. CLXXVIII.

Nihil lucratur vidua defuncti Paſtoris de reſiduo ſalarii, quando repetit bona illata.

SUMMARIA.

1. *Vidua ex bonis defuncti mariti illata repetere valet.*
2. *Idq; ex Conſt. Electorali.*
3. *Quo caſu nihil lucratur de reſiduo ſalarii.*
4. *Reſiduum ſalarii jure hereditario heredibus defertur.*
5. *Acquiſita ſtante matrimonio ſoli marito cedunt.*
6. *Cui & onera matrimonii incumbunt.*
7. *Sententia Conſiſtorii Supremi, n. 8.*

NOn tamen hoc aliter accipi, quàm ſi vidua defuncti Paſtoris ex bonis & facultatibus ejusdem debitam ſibi portionem petat: Notiſſimi ſi-
1 quidem juris eſt, † viduæ dari optionem in Electoratu Saxoniæ, num quartam ſeu tertiam bonorum defuncti mariti partem petere, ſuaque bona conferre; an verò omiſſâ portione ſtatutariâ dotem ſuam aliaque
2 bona illata retinere malit, † *Conſt. Elect. 20. §. ult. in fin. verſ.* Jedoch ſol der Frauen in alle wege frey ſtehen/ob ſie zu ihrem eingebrachten Guthe/oder aber nach Gelegenheit der Fälle zu dem vierdten oder dritten Theil greiffen wil/ꝛc. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 54. n. 19.* Andr. Goldbec. *de gerad. c. 5.*
tit. de primo ordine ſucced. n. 15. † Quod ſi 3
ergò viam eligat priorem, & relictâ portione ſtatutariâ dote ac bonis illatis contenta eſſe malit, nihil prorſus lucrabitur de
reſiduo ſalarii, ex *prædictâ Conſtit. 20.* † 4
quippe jure hereditario id defertur heredibus ex bonis mariti, nec quicquam juris in
eo competit uxori. Nam † acquiſita ſtante 5
matrimonio intelliguntur parta induſtriâ ſolius mariti, cui etiam ſoli cedunt, *l. Quintus Mutius. 51. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 61. num. 39.*
† quia huic & onera matrimonii, alimen- 6
tatio familiæ & dotatio filiarum incumbit, *l. ſi cum dotem. 22. §. 8. ff. ſolut. matrim.*

Ita

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ viduæ & liberorum Georgii* Meyers *Paſtoris in Krakaw, Menſ. Octobr. Anno 1619.* (*Verba Sententiæ:* Daß von der Wittben und ihrem Kriegiſchen Vormunde vor allen Dingen zu erforſchen/ob ſie ihr eingebrachtes Guth beneben der Gerade/oder von ihres Mannes Verlaſſenſchafft nach dieſes Orts Gewohnheit den dritten Theil begehret/ auf den erſten Fall wird ihr nichts von deme/ſo der Pfarrer bey ſeinem Leben verdienet/ gefolget/ ſondern ſie låſſet ſich an ihrem Einbringen ſamt der Gerade begnůgen. Auf den andern Fall aber wird nach Abziehung der Schuld und erſetzten *Inventario* mit ihr Vermöge dieſes Orts Gewohnheit getheilet/ ꝛc.) 7

Et † *ad requiſitionem Andreæ* Schůrigs Erben *die 15. Julii Anno 1607.* (*Verba Sententiæ:* 8
So wird des Verſtorbenen Verlaſſenſchafft nebens deme/was er an *Decem* und andern damals verdienet gehabt/ gleich andern Erbſtůcken nach Erſetzung des *Inventarii* zwiſchen euch und der Wittben/ wofern ſie nicht zu ihrem Einbringen greiffen wil/ vertheilet ꝛc.)

Definit. CLXXIX.

Æs alienum defuncti Eccleſiæ miniſtri etiam de reſiduo ſalarii exſolvi debet.

SUMMARIA.

1. *Miniſtri Eccleſiæ ſæpè obruti ære alieno decedunt.*
2. *Num æs alienum de reſiduo ſalarii exſolvendum?*
3. *Reditus ex dimidio gratiæ anno æri alieno haut ſubjecti.*
4. *Deciſio affirmativa.*
5. *Fundamenta & rationes decidendi. n. 11.*
6. *Æs alienum ab herede ſolvendum.*
7. *Hereditas eſt ſucceſſio in jus defuncti univerſum.*
8. *Lucrum non debetur ei, qui onus ſubire recuſat.*
9. *Heres una cum augmento ſuſtinere debet periculum.*
10. *Heredes defuncti creditoribus obligati.*
12. *Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n. 13.*

SÆpiùs accidit, ut miniſtri Eccleſiæ
1 multo ære alieno obruti decedant,
quod ſane mirum non eſt, cùm ex modico
ut plurimùm ſalario vix habeant,
unde ſe & familiam ſuſtentare queant, tantum
abeſt, ut ab ære alieno ſe liberent. Quo
2 caſu num † de reſiduo ſalarii debita ſint
exſolvenda, inter creditores & defuncti heredes
quandoque diſceptatur. Sanè non
3 agimus jam de dimidio gratiæ anno, † cujus
reditus æri alieno hereditario ſubjecti
haut ſunt, ut demonſtravimus *infra Definit. 223.*
De reſiduo autem ſalarii quin de-
4 bita hereditaria exſolvi debeant, † vix
dubium eſſe poteſt, prout benè animadvertit
Andr. Rauchbar. *part. 1. quæſt. 25.*
5 *num. 22.* (1.) Quia † ſalarium defertur ſucceſſoribus
defuncti, jure hereditario. *l. poſt duos. 15. in fin. C. de advocat. diverſ. judicior. l. matriculam. 3. C. de agentibus in rebus. lib. 12. l. ſi quis in ſacris. 11. in fin. C. de proximis ſacror. ſcrin. lib 12.* Atqui juris explo-
6 rati eſt, † æs alienum, ut & alia onera
hereditaria ab herede exſolvi debere, *l. 1. C. ſi cert. petat. l. 1. & 2. C. de heredit. vel act. vendit. l. pact. C. de pact. l. legatorum. ff. de legat. 2.* (2.) † Cumque hereditas ſit ſuc- 7
ceſſio in univerſum jus defuncti, quod habuit
tempore mortis, *l. nihil aliud. 24. ff. de V. S. l. hereditas. 62. ff. de reg. jur.* non facilè
quisquam dubitaverit, jura pariter activa
& paſſiva, commoda & incommoda in
heredes transferri: æquiſſimè ſanè, † quia 8
ferendus non eſt, qui lucrum amplectitur,
onus autem ſubire recuſat, ut inquit Imperator
in l. un. §. pro ſecundo. C. de caduc. tollend. l. manifeſtiſſimè. §. ſed cum. C. de furt.
nam ad quem augmentum pertinet, eundem
quoque ex regulà & proportione naturali
incommoda tenent, *l. ſecundum naturam ff. de Reg. Jur.* † ut proinde iniquiſſi- 9
mum arbitratus fuerit JCtus Celſus, heredem
augmentum habere, nec tamen periculum
ſuſtinere, *l. ſcribit Celſus. ff. ad SCtum Trebell.* (3.) Quin & heres adeundo hereditatem
contrahit cum creditoribus hereditariis,
† iisque obligatur ſaltem ex qua- 10
ſi-contractu, *§. heres quoque. 5. inſtit. de obligat. quæ quaſi ex contr. naſc.* † quo 11
jure igitur ac prætextu ſe eximere poterit

ære

ære defuncti alieno, quò minus id ſolvat ex facultatibus hereditariis, adeoque etiam ex reſiduo ſalarii, quod in bonis defuncti reperitur.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Georgio à Bindauff in Hermansdorff, die 23. Junii A. 1609.* (*Verba Sententiæ:* Hat ſich der Todes-Fall mit dem Pfarrer zu Lauſa am *26. Apr.* dieſes 1609. Jahres begeben; So hat er ſein jährliches Einkommen von Michaelis des vergangenen 1608. Jahres an/bis auf nächſt künfftig Michaelis zu rechnen/ zur Helffte als ſein erworben Guth benebenſt andern ſeinem Vermögen auf ſeine hinterlaſſene Erben gebracht/welche davon die erweißlichen Schulden nach eines ieden Gläubigers *priorit*ät/ſo weit es zureichet/und bey des Verſtorbenen Leben nicht verzehret worden/zu bezahlen pflichtig/ꝛc.) 12

Et † *ad requiſitionem Andreæ* Schürichs Erben/*die 15. Julii An. 1607.* (*Verba Sententiæ:* Iſt Andreas Schürich weyland Pfarrer zu Groß-Thiemig Freytag nach Faſtnacht dieſes inſtehenden Jahres verſtorben/und hat ſeine gantze Verlaſſenſchafft an ſeine Wittbe/und euch ſeine nächſte Blutsfreunde verfället; So wird auch die Winterſaat/und ſo viel bey ſeinem Leben die Egde beſtrichen/nebenſt deme/was er an *Decem* und andern damals verdienet hat/ zu ſolcher Verlaſſenſchafft billich gerechnet/und gleich andern Erbſtücken nach Bezahlung der Schulden/ zwiſchen euch und der Wittoen vertheilet/ ꝛc.) 13

DEFINIT. CLXXX.

Non relinquunt Clerici res expeditorias, niſi conſvetudine locali aliud ſit introductum.

SUMMARIA.

1. *Ex ſententiâ Berlichii, Clerici relinquunt res expeditorias.*
2. *Fundamentum hujus aſſerti in quo conſiſtat?*
3. *Refellitur hoc fundamentum.*
4. *In Electoratu Saxon. Clerici ad ſucceſſionem feudi admittuntur.*
5. *Clerici non relinquunt res expeditorias; & quibus ex fundamentis?*
6. *Clerici Nobiles non ſunt.*
7. *Clerici capaces non ſunt rerum expeditoriarum.*
8. *Fallit deciſio, quando conſvetudine aliud introductum.*
9. *Jus locale derogat juri communi.*
10. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 NOn usquequaque expedita eſt hæc deciſio; Autumat enim Matth. Berlichius, Clericos & miniſtros Eccleſiarum Reformatarum etiam in rebus expeditoriis ſuccedere, easque relinquere & ad alios transferre, *part. 3. concluſ. 39. n. 68. & 69.* ex hoc unico fundamen-
2 to, † quod ejusmodi perſonæ feuda habere & in aliis ſuccedere poſſint: Quod ſi ergò, *inquit*, feuda illis habere conceſſum, quod majus eſt, utique etiam res expeditorias, quod minus eſt, eis habere, relinquere, & in
3 iis ſuccedere permittetur. Sed quam † debile hoc ſit argumentum, demonſtravi *in Juriſpr. Forenſ. ad Conſtit. Elect. 38. part. 3. defin. 38. n. 5. & 6.* Contra jus namque commune Saxonicum (quod Clericos ad ſucceſſionem & poſſeſſionem feudi non admittit, Lehnrecht. *art. 2. in pr.* Landr. *libr. 1.*
4 *art. 25.* ubi Gloſſ. *n. 3.*) † in Electoratu Saxoniæ ſpecialiter id eſt introductum, *Conſt. Elect. 28. part. 3.* Ergò ad conſequentiam non trahendum, nec firmiter inde ad res expeditorias eſt inferendum. † Clariſſimi e- 5
contra juris eſt Saxonici, Clericos haut relinquere res expeditorias, (1.) per textum manifeſtum *in artic. 5. lib. 1.* Landrecht. *verſ.* Von des Pfaffen Guth nach ſeinem Tode nim̃t man keine Gerade/denn es wird alles zu Erbe geſchlagen/was er nach ſich verläſt/ubi Gloſſ. *ſub lit. L.* Andr. Goldb. *de geradâ. cap. 5. tit. de ſpeciebus, quas uxor &c. n. 12.* (2.) † Quia Clerici Nobiles non ſunt; Re- 6
linquunt verò res expeditorias ſolummodò ii, qui ſunt de genere nobili, *artic. 27. lib. 1.* Landrecht/*in fin.* Welcher Mann von Ritters-Art nicht iſt/un̄ des Heerſchildes nicht hat/der läſſet nach ſich allein Erbe zu nehmen/wañ er ſtirbet/und kein Heergeräthe. (3.) † Eſtque hoc ipſum, quod vulgò dicitur, 7
Clericos haut eſſe capaces rerum expeditoriarum, Andr. Goldb. *dict. loc. n. 13.* ex quo

etiam ad ſucceſſionem rerum expeditoriarum ipſimet non admittuntur, ut demonſtratum dedi *in Juriſpr. Forenſ. dict. Defin. 38.* Aliud nihilominus decidendum exiſtimaverim, † quando conſvetudine locali & uſu eſt introductum, ut à Clericis relinquantur res expeditoriæ, quia in harum materiâ multùm conſvetudini attribuitur, Jacob. Schult. *in addit. ad Georg. Rotſchitz. in tr. de dotalit. art. 22. n. 16.* Goldb. *de gerad. dict. loc. n. 9.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 42. & 203.* Reinh. *part. 3. differ. 52.* † Et derogat jus locale juri communi, *l. omnes populi. 9. ff. de juſt. & jur. l. ſemper 34. ff. de Reg. Jur.*

8 (left margin, beside "maverim, † quando conſvetudine locali &") · 9 (right margin, beside "Reinh. part. 3. differ. 52. † Et derogat jus lo-")

10 *Ita* † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Annæbergenſi & Præfecto Schwartzenbergenſi, die 8. Sept. A. 1630.* (*Verba Reſcripti:* Was an uns Nicolaus Walda Pfarrer zu Erlaw wegen ſeines verſtorbenen Bruders/ Pfarrers zu Schwartzenberg/ hinterlaſſenen Heergeräths gelangen laſſen/ das habt ihr aus dem Beyſchluß mit mehrern zu vernehmen; Begehren hierauf/ ihr wollet die Partheyen förderlichſt vor euch beſcheiden/ ſie entweder auf ein gewiſſes am Gelde/ oder ſonſt gütlich vergleichen/ in Entſtehung aber ſühnlicher Vereinigung die Verordnung thun/ damit *Supplicant*en die Stücken/ wenn es zu Schwartzenberg alſo hergebracht/ und welche daſelbſt zum Heergeräthe gehörig/ gleichfalls gefolget werden/ ꝛc.)

Definit. CLXXXI.

De reſiduo ſalarii inventarium quoque eccleſiaſticum ſuppleri debet.

Summaria.

1. *Conſervari debet in parochiâ inventarium eccleſiaſticum.*
2. *Eſtq; à Paſtoris defuncti heredibus id ſupplendum.*
3. *Etiam de reſiduo ſalarii, & quare hoc?*
4. *Æs alienum de reſiduo ſalarii exſolvendum.*
5. *Clara de hâc re extat ſanctio Electoralis*
6. *Non habent heredes, ut de hoc conquerantur.*
7. *Onera ſpectant ad eum, qui commodum ſentit.*
8. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
9. *Ejusdem Reſcripta. n. 10.*

1 Conſervari debet inventarium eccleſiaſticum, ne Succeſſori ac novo Paſtori nuda relinquatur poſſeſſio abſque omni pecore, frumento, aliisque ad culturam agrorum pertinentibus, ſine quibus nec paterfamilias rei œconomicæ utiliter præeſſe, nec commodum
2 vel lucellum ſibi polliceri poteſt: † Quare poſt obitum Paſtoris ab ejus heredibus id ſuppleri debet, ut diximus *ſupra Defin. 178.* At num ex ſalario & proventibus ad-
3 huc reſtantibus? Ita omninò eſt: † (1.) Non minus enim ſuppletio ac reſtitutio inventarii eccleſiaſtici ac reliqua debita he-
4 reditaria æs alienum facit, quod † de reſiduo ſalario ab heredibus exſolvendum demonſtravimus *ſuprà Defin. 178. l. 1. & 2. C. de hered. vel act. vendit. l. 1. C. ſi cert. petat.* (2.) Quo & facit clara ſanctio Ele-
5 ctoralis in † *Ordin. Eccleſiaſt. art. gener. 42. in pr. ibi:* Und die abziehende/ oder der verſtorbenen Pfarrer Erben an Korn oder andern Geträydig zu Felde/ in den Scheunen/ oder aufm Boden/ auch Strohe/ Heu/ Viehe/ und andern ſo viel laſſen/ als ihnen eingeräumet/ und ſie im Anziehen funden/ ꝛc. (3.) Nec habent heredes, de quo
6 conquerantur, † cum lucrum ac commodum ex reſiduo ſalarii & reſtantibus parochiæ proventibus ipſis accedat, ut non immeritò viciſſim onus ſuſtineant, & de iis inventarium ſuppleant: quid enim æquius,
7 quam ut † onera & incommoda teneant eum, ad quem augmentum pertinet, *l. ſecundum naturam. ff. de Reg. Jur.* nec ferendus eſt, qui lucrum amplectitur, onus autem ſubire recuſat, *l. un. §. pro ſecundo. C. de caduc. tollend.*

8 *Ita* † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Johannis* Zechendörffers/ *Paſtoris & Virgilii Jacobi Præfecti* zum Hartenſtein/ *die 27. Septembr. Anno 1608.* (*Verba Sententiæ:* Auch ſeyn die Wittbe und andere des Verſtorbenen Erben das *Inventarium*, wie es in der *matricul* zu befinden/ und es der Verſtorbene bey ſeinem Anzuge überkommen/ von der annoch *reſtir*enden Beſoldung/ auſſenſtehendem *Decem*, und andern/

andern/ſo verdienet worden/ dem *Succeſſor*n zu erſtatten und inne zu laſſen ſchuldig/ ꝛc.)

Nec non † *M. Chriſtiano Willio Superattendenti Coldicenſi, & Caſpari Henrico à Milkaw* 9
in Colmen, die 5. Febr. Anno 1634. (*Verba Reſcripti:* Ob wol des vorigen Pfarrers Wittib und Kinder mit der bishero eingehobenen Nutzung ſich gäntzlichen *contentiren* zu laſſen nicht ſchuldig; So ſeyn ſie doch nunmehr bey ihrem Abzug das *Inventarium*, ſo viel nicht allbereit daran abgerichtet/ zu erſetzen pflichtig/ ꝛc.)

Et † *Senatui Haynenſi, die 16. Martii An. 1616.* (*Verba Reſcripti:* Dieweil euerm eigenen 10
Bericht nach der Pfarrer den *19. Aug.* nächſtverwichenen 1615. Jahres verſtorben/ und dahero nicht allein die damalige Erndte gantz/ ſondern auch deſſelben Jahres *Decem*, ſo Michaelis für betaget geachtet wird/ faſt gar verdienet; So iſt ſolches Inhalts des *41. general-articuls* zu ſeiner Beſoldung und Einkommen zu rechnen / davon aber die Wittbe und Erben das *Inventarium* zu erſetzen ſchuldig/ ꝛc.)

DEFINIT. CLXXXII.

Factâ diviſione redituum parochialium inter antiqui Paſtoris heredes & novum Parochum, cuinam cedant ſtramenta & pabulum pecuarium, das Geſtrôde und Fütterey?

SUMMARIA.

1. *Uſus ſtramentorum ac pabuli pecuarii.*
2. *Cuinam hæc cedant?*
3. *Pertinent ad heredes defuncti Paſtoris.*
4. *Novo tamen Parocho competit in hiſce jus protimiſeos.*
5. *Tentanda etiam circa hæc amicabilis compoſitio.*
6. *Adducitur Ordin. Eccleſiaſtica.*
7. *Quod conſvetudine obtinuit, obſervari debet.*
8. *Praxis Conſiſtorii Supremi.*
9. *Conſvetudo vim legis obtinet.*
10. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
11. *Ejusdem Decreta. n. 12.*

1 NOn parum commodi accreſcit culturæ agrorum parochialium & gubernandæ novi Paſtoris œconomiæ ex ſtramentis ac pabulo pecuario, prout apparet ex *Ordin. Eccleſia-*
2 *ſticâ. tit. gener. 41. in pr.* † quare & de hiſce non raro diſceptatur inter defuncti Paſtoris heredes & novum Parochum, cuinam
3 ea cedant? Etſi verò dubium vix eſt, † quin ſtramentum hoc & pabulum à defuncto ſemel acquiſitum in bonis ejus reperiatur, & proinde ad ipſius heredes pertineat: Attamen novo Parocho hoc nomine triplici fe-
4 rè modo conſultum eſſe poteſt. (1.) † Ut in rebus illis venalibus jus protimiſeos detur novo Parocho, quod & jure ipſi competere, ſi defuncti heredes eas diſtrahere velint, demonſtravimus *ſuprà Defin. 161.* (2.)
5 Tentanda eſt amicabilis compoſitio † inter partes, ita ut novo Parocho proſpiciatur, ejusque res œconomicæ promoveantur, nec tamen heredes defuncti Paſtoris in-
6 de nimium lædantur, † quod & innuit *Ordin. Eccleſ. artic. gener. 41. in pr. verb.* Eine billiche Vergleichung machen. *junct. verb.* damit der Wittben und ihren Kindern dasjenige/ ſo der Vater ſeliger faſt verdienet hat/ nicht entzogen/ oder doch die Pfarre nicht gar verödet und ausgeſchöpffet werde/ daß der neue *Paſtor* nachmals gar nichts finde/ ꝛc. Legumlatori ſiquidem circa amicitiam & concordiam magis, quàm circa juſtitiam ſtudendum, Ariſtot. 8. *Ethic. 1.* Ant. de Guevar. *in horolog. princip. lib. 2. c. 38.* (3.) † At tandem quid conſvetudine 7
obtinuit, benè ponderandum; plurimis ſiquidem in pagis ac villis, defuncto Paſtore, ſtramentum & pabulum pecuarium ex uſu ſaltem novo cedere Parocho, compertum habemus. Quod & in Conſiſtorio Supremo hiſce verbis conſignatum reperitur: † Auch 8
da der Fütterung halber die Gewohnheit/ daß alles Geſtröde und Wieſewachs bey der Pfarre bleibe/ müſſen ſie/ ſo viel als nach dem Winter übrig vorhanden/ dem neuen Pfarrer laſſen; Hat es mit der Fütterung/ wie an etlichen Orten gebräuchlich/ eine gewiſſe Maß und Anzahl/ daß man etliche Schock und Fuder Heu laſſen muß/ ſo wird es nach der Zeit im Jahre ermäßiget/

damit

damit ſie und der neue Pfarrer zu frieden ſeyn können/und keinem Theil zu viel oder wenig gethan werde. Nec enim firmior de-
9 ciſio peti poterit, quàm à conſvetudine, † quæ vim legis ſcriptæ obtinet, §. *ſine ſcripto. inſtit. de jur. nat. gent. & civil.* omnesq; dirigit & informat actus mundi, Molin. *in comm. C. lib. 1. tit. 1. concluſ. de ſtat. & conſvet. local.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 7. defin. 21.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Johannis Zechendörffers/ *& Virgilii Jacobi* zum Hartenſtein/ *die 27. Sept. Anno 1608. (Verba Sententiæ:* Und da der Fütterung halber die Gewohnheit vorhanden / daß alles Geſtröde und Wieſewachs bey der Pfarr bleibet/wird ſo viel/als nach dem Winter übrig / dem neuen Pfarrer alleine gelaſſen/ ꝛc.) 10

Item † in causâ Jeremiæ Fabers, contra M. Auguſtini Walters Erben/ *die 29. Martii An. 1615. (Verba Decreti:* Jedoch ſol dem neuen Pfarrer das Heu/Grommet und Geſtröde um billichen Werth in der Pfarre gelaſſen/ und ihme hierüber wegen nicht vollſtändig beſchickter Winterſaat/ſo viel drey Viertel Korn, an Körnern und Geſtröde austragen/von ſeines *Anteceſſoris* Erben erſtattet werden/deme alſo beyde Theil gehorſamlich nachzuleben/verſprochen und zugeſagt/ ꝛc.) 11

Et † in causâ Eliſabethæ, viduæ Paſtoris in Schawfeld contra Albinum Seyfrieden, die 13. Octobr. Anno 1620. (Verba Decreti: Was nach Erſetzung des *Inventarii* an Heu/Grommet und Geſtröde vorhanden/dafür ſol ihr billicher Abtrag von der Kirchen geſchehen/und künfftig beydes/wie auch itzo und künfftig der Tünger ohne Abtrag in der Pfarre erblich gelaſſen werden/ ꝛc.) 12

TIT. XII.

De

Dimidio gratiæ anno, ſive ſalario ſemeſtri.

DEFINIT. CLXXXIII.

Ultra ſalarium, quod defunctus Eccleſiæ miniſter promeruit, ex ſingulari beneficio viduæ ac liberis ejus etiam dimidius gratiæ annus hisce in provinciis aſſignatur, das halbe Gnaden-Jahr.

SUMMARIA.

1. *Modica miniſtrorum Eccleſiæ ſunt ſtipendia.*
2. *Heredibus ipſorum ſpeciale beneficium ſive ſalarium eſt conceſſum.*
3. *Quod in reditibus anni inſequentis conſiſtit.*
4. *In Electoratu Saxon. ſalarium hoc eſt duntaxat ſemeſtre.*
5. *Vulgò* das halbe Gnaden-Jahr.
6. *Idq; cum reſiduo ſalarii nihil commune habet.*
7. *Fundatum eſt in Ordinatione Eccleſ. Electorali Saxon.*
8. *Cauſa & ratio hujus beneficii.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
10. *Ejusdem Sententia.*

1 CUm plerique verbi divini miniſtri in villis atque pagis, quin & oppidis quandoque totum penè tempus vitæ cum rei domeſticæ anguſtiâ tranſigant, nec tamen inde lucrentur & habeant, ut ad ſufficientiam ſe alere queant, tantum abeſt, ut viduis ac liberis ſuis theſauros colligant, ubique ferè locorum † poſt obitum ipſorum, heredibus 2 ſpeciale ſalarium largiri pium fuit viſum & humanum, Erneſt. Cothman. *Reſponſ. Academ. 46. n. 19.* Andr. Rauchbar. *part. 1. quæſt. 25.* Et quidem plerisque in locis conſiſtit illud † in reditibus totius inſequentis anni, unde vulgò appellitatur 3 das Gnaden-Jahr. Bedencken der *Theologen*

gen in Pommern vom Gnaden-Jahr der Pfarrer-Wittben *An. 1572.* verfaſſet in einem *Convent* zu Stettin. apud Georg. Dedeken. *vol. 1. part. 2. membr. 4. ſect. 2. n. 16. pag. 898.* Rauchb. *dict. q. 25. n. 12.* At hiſce in
4 provinciis † ex Electoris Saxon. D. Auguſti *Conſtitutione Eccleſiaſticâ An. 1580. editâ*, ſemeſtria duntaxat ſalaria, ſive proventus dimidii tantummodò anni viduæ ac liberis
5 defuncti Parochi aſſignantur, † quod communiter vocatur das halbe Gnaden-Jahr/ Rauchb. *dict. loc.* Sigiſm. Finck. *de jur. patron. cap. 6. n. 93.* Obtinent verò dimidium hunc gratiæ annum heredes non jure he-
6 reditario, ſed † ex ſpeciali beneficio ac gratia ultra ſalarium, quod defunctus promeruit; quare cum reſiduo ſalarii beneficium id nil commune habet, ſed jure proprio he-
7 redibus debetur: quo de ita proviſum † in *Ordin. Eccleſiaſt. Rubr.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. *fol. 108. §.* und zu fernerer Gnade. *ibi:* Zu fernerer Gnade wollen wir der verſtorbenen *Paſtorn* und Kirchendiener Wittben und Kindern ein halb Jahr nach ihres Ehewirths und Vatern Abſterben/in der Pfarr-Predig-oder *Diaconat*-Behauſung den Sitz darzu den halben Theil ſeiner Jahrsbeſoldung von Zeit ſeines Abſterbens an folgen/ und unterdeſſen den Predigdienſt durch die benachbarten Pfarrer verſehen laſſen/ ꝛc. Humanitatis nempè cauſa & pietas huic ſanctioni † cauſam dedit, quò etiam poſt 8
mortem miniſtrorum verbi divini gratitudo & liberalitas erga Miniſterium demonſtraretur, & heredes defunctorum ſolatio quodam reficerentur.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Chemnicenſi & Præfecto Lichtenwaldenſi, die 11. Julii Anno 1627.* (*Verba Reſcripti:* Wann dann vermöge der Kirchen-Ordnung und derſelben *obſervantz*, von Zeit des vorigen Pfarrers Abſterben/auf ein gantzes Jahr der halbe Theil des pfarrlichen Einkommens/ ꝛc. gegen Erſtattung der halben Unkoſten und Erſetzung des *Inventarii*, wie daſſelbe der Verſtorbene bey ſeiner Antretung bekommen/ſeinen Erben zu ſonderbarer Begnadigung gebühret; Als iſt unſer Begehren/ihr wollet daran ſeyn und verſchaffen/ damit auch in gegenwärtigem Fall es alſo gehalten/ und bey bevorſtehender Ernde und künfftig kein Theil darwider beſchweret werde/ꝛc.) 9

Et † *ad conſultationem Johannis* Zechendörffers *Paſtoris, & Virgilii Jacobi Præfecti Hartenſteinenſis, die 27. Septembr. A. 1608.* (*Verba Sententiæ:* Iſt Zacharias Schröter zu Ziegelheim im vergangenen 1607. Jahr drey Wochen vor Michaelis verſtorben; So hat er deſſelben Jahres pfarrliches gantzes Einkommen auf ſeine hinterlaſſene Wittbe und nächſte Erben als ſeine verdiente Beſoldung gebracht und vererbet: Aber des folgenden Jahres vollſtändiges Einkommen von Michaelis *A. 1607.* bis *A. 1608.* wird zwiſchen des Verſtorbenen Pfarrers Wittben oder Kindern ihrer Begnadigung wegen/und dem neuen Pfarrer zugleich getheilet/ ꝛc.) 10

Definit. CLXXXIV.

Beneficium ſalarii ſemeſtris in gratiam viduæ & heredum, invito novo Parocho, ulteriùs extendi non poteſt.

SUMMARIA.

1. *Salarium ſaltem ſemeſtre competit heredibus defuncti Paſtoris in Electoratu Saxoniæ.*
2. *Nec poteſt hoc à Magiſtratu ulteriùs extendi: & quare? n. 6. 10.*
3. *Liberalitas Principis coarctari haut debet, n. 7.*
4. *Ad Principem ſpectat, multa & magna donare.*
5. *Beneficia Principum ad augmentum convertenda.*
8. *Liberalitas Principis tertio haut præjudicare debet.*
9. *Beneficia Principis hoc caſu ſtrictisſimè interpretanda.*
11. *Principi ſubditorum jura invertere haut fas eſt.*

12. *Salarium ſemeſtre pro ſpeciali beneficio habendum.*
13. *Singularia duo in uno ſubjecto non admittuntur.*
14. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 HIsce igitur in provinciis beneficium annui ſalarii ad ſpatium ſemeſtre eſt reſtrictum, *Defin. praeced.* quo effluxo heredes defuncti Paſtoris ulteriori gratiâ non gaudent, ſed ad perceptionem totalem novus admittitur Parochus.
2 Quid autem ſi ex † ſpeciali favore, Magiſtratus beneficium iſtud extendere velit? Dixeris forſan hoc ipſi facere fas eſſe, propterea quod liberalitas Principis freno non ſubſit,
3 † nec coarctari debeat, *l. pen. C. donat. int. vir. & uxor. l. ſancimus. §. exceptio. C. de donat. l. hâc ſaluberrimâ. C. de praepoſitis agentum in rebus.*
4 † & ad Principem ſpectat, multa magnaque donare, § *ut autem lex. in Auth. de non alien. aut. perm. reb. Eccleſ.* Tiber. Decian. *vol. 1. Reſp. 25. n. 60. & ſeqq.* Nicol. Everh. jun. *vol. 1. conſil. 1. n. 32.* Unde proprium eſſe Regum ac Principum munus, de quam plurimis benè mereri, inquit Philip. Comin. *lib. 2. comment. p. 377.* & teſtatur ipſemet Imperator,
5 † temerarium & abſurdum fore, per aſtutam interpretationem beneficia Principum non ad augmentum, ſed diminutionem convertere, *l. ult. circa med. C. praepoſ. agent. in rebus.* Bald. *in l. un. §. cùm autem. C. de caduc. tollend.* Nic. Reuſn. *lib. 1. conſil. 1. n. 55.*
6 Sed verius eſt contrarium. † Nec valet Princeps in unius vel alterius gratiam ſalarium ſemeſtre invito novo Parocho in longius
7 extendere tempus. (1.) † Etſi enim, ut modò diximus, liberalitas Principis non eſt coarctanda, quin potius privilegia ejus largiſſimè interpretanda. *l. ult. ff. de conſtit. Princ. l. ex facto. in pr. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* attamen hoc aliter non obtinet, quàm † ſalvo 8
jure tertii, Jaſon. *in l. quo minus. n. 11. ff. de flum.* Joach. Mynſing. *lib. 5. obſerv. 31.* Hartman. Vult. *vol. 3. conſil. Marpurg. 35. n. 160.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 1. n. 14.* Octav. Cacher. *deciſ. 90. n. 11.* Matth. de Afflict. *dec. 286. n. 3.* At quis non videt, ejusmodi extenſionem maximè in praejudicium novi tendere Paſtoris? † quare potiùs beneficium 9
Principis hoc caſu ſtrictiſſimè debet interpretari, *l. 2. §. meritò. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publ.* Ludolph. Schrad. *de feud. part. 4. cap. 1. n. 31.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 2. defin. 22.* (2.) † Ex quo etiam be- 10
neficium iſtud ad ſpatium ſemeſtre Ordinatione publicâ eſt reſtrictum, hoc ipſo ſequentis temporis reditus novo Parocho ſunt aſſignati, quare invito ipſi rurſus auferri nequeunt; † Nec enim Principi ſubditorum 11
jura invertere fas eſt, *l. 2. §. merito. 10. & §. ſi quis à Principe. 16. ff. ne quid in loco publ. l. 4. C. de emancip. liber.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. Defin. 2. n. 21.* (3.) Ne dicamus, † 12
quòd defuncti Paſtoris heredibus per conceſſionem ſalarii ſemeſtris ſpeciale jam fuerit indultum beneficium, cui ſi accederet extenſio, in uno eodemque caſu duo concurrerent ſingularia, † quod jura deteſtantur, 13
l. 1. C. de dot. promiſſ. Ludov. Roman. *conſil. 350. n. 16. verſ. duplex autem fictio. &c.* Andr. Tiraq. *in l. ſi unquam. 8. verb. donatione largitus. n. 167. C. de revoc. donat.* Dom. Card. Tuſch. *pract. concluſ. 22. n. 1. & 4. lib. 3. lit. F.* Camill. Borell. *conſil. 64. n. 12.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Haynenſi & Praefecto Mühlbergenſi, die 14. Mart. A. 1634. (Verba Reſcripti:* Wir haben euern eingeſchickten Bericht/ wie auch des neuen Pfarrers zu Borack *Chriſtophori Vulturii* Erklärung/wegen der von der Pfarr-Wittben daſelbſt bishero geſuchten gantzen Jahres-Begnadung und Wohnung verleſen hören. Wann dann daraus zu vernehmen/daß der Wittben Suchen bey ihme in guten nicht zu erhalten/er auch dazu wider ſeinen Willen bey ſo geſtalten Sachen nicht gezwungen werden kan; Als iſt hiermit unſer Begehren/ihr wollet beyde Theile darauf beſcheiden/und der Wittben auferlegen/ wann das halbe Gnaden-Jahr verfloſſen/daß ſie die Pfarr-Wohnung räumen/ und das *Inventarium* erſetzen ſolle/ ꝛc.) 14

DEFINIT. CLXXXV.

Ex beneficio ſalarii ſemeſtris, omnium indifferenter redituum ac proventuum annuorum medietatem capiunt heredes.

SUMMARIA.

1. *Salarium ſemeſtre in omnibus indifferenter reditibus conſiſtit.*
2. *Etiam in frumento generis cujusque.*
3. *Rationes & fundamenta hujus aſſerti. n. 7.*
4. *Verba generalia generaliter ſunt accipienda.*
5. *Generale verbum omnia includit.*
6. *Indefinita locutio univerſali æquipollet.*
8. *Obſervantia Conſiſtorii Supremi quænam?*
9. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*
10. *Ejusdem Sententia.*

1 VIgore & beneficio ſalarii ſemeſtris, non modò de ſalario defuncti participant heredes dimidiam portionem, ſed & medietatem omnium indifferenter redituum ac proventuum annuorum parochialium capiunt, ſive in
2 † frumento generis cujuscunque, ſive in certis penſionibus aliisq; fructibus conſiſtant, Bedencken der Pommeriſchen *Theologen* vom Gnaden-Jahr der Pfarr-Wittben / apud Georg. Dedek. *vol. 1. part. 2. pag. 898. §.* Weil es nun ungleiche Fälle ſeyn / ꝛc.
3 Idque apparet † (1.) ex verbis generalibus *Ordin. Eccleſ. ſub Rubr.* Von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. *fol. 108. §.* und zu fernerer Gnade. *ibi:* Darzu den halben Theil ſeiner Jahres-Beſoldung von Zeit ſeines Abſterbens an / ꝛc. quæ ſanè absq; diſtinctione & indifferenter ſunt po-
4 ſita, † quare & generaliter & absq; diſtinctione intelligenda, *l. de pretio. ff. de publ. in rem. act. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præſt.* Scitè hinc Baldus ait: generalem locutionem
5 nihil relinquere intactum, † & verbo generali omnia includi, *lib. 1. conſil. 35.* Virg. Pingitz. *q. 3. n. 4.* Eſtque communis & ab utri-
6 usque juris Interpp. recepta regula, † quod indefinita locutio à lege prolata æquipolleat univerſali, Gloſſ. *in c. ut. circa. in pr. extr. de elect.* Dyn. *in Rubr. de Reg. jur. in 6to.* Bart. *in l. ſi pluribus. ff. de legat. 2.* Cagnol. *in l. 1. n. 9. de Reg. jur.* Didac. Covarr. *lib. 1. variar. reſolut. c. 13. n. 8.* (2.) † Et probè notan- 7
dum, medietatem ſalarii prædictis verbis attribui defuncti heredibus, (der halbe Theil ſeiner Jahrs-Beſoldung.) Jam verò ſalarium non modò in pecunia numerata, ſed etiam, in pagis præſertim, in certis reditibus, decimis, frumento, fructibus agrariis & hortenſibus conſiſtit, prout expeditum reddit *Ord. Eccleſ. art. gen. 20. in fin. verſ.* In Dörffern aber. (3.) † Accedit tandem uſus & ob- 8
ſervantia in Conſiſtorio Supremo hisce verbis conſignata: und ihnen darnach das halbe Theil des gantzen Einkommens gefolget / beydes an *Decem* und auch an denen aufm Felde / Wieſen und Gärten erwachſenen Früchten. *ſub Rubr.* Verzeichniß / wie es im *Conſiſtorio* zu Meiſſen mit Abtheilung des halben Gnaden-Jahres / ſo nach Abſterben der Pfarrern ihren Wittben und Wäyſen zum beſten verordnet / bishero gehalten worden / ꝛc. §. Wann dann ein Pfarrer um Michaelis / ꝛc.

Ita † Conſiſtorium Supremum Superattendenti Chemnicenſi & Præfecto Lichtenwaldenſi, die 11. Julii An. 1627. (Verba Reſcripti: Wann dann vermöge der Kirchen-Ordnung und derſelben *obſervantz*, von Zeit des vorigen Pfarrers Abſterben / auf ein gantzes Jahr der halbe Theil des pfarrlichen Einkommens am Gelde / auch aufm Felde / Wieſen und Gärten erwachſenen Früchten und andern Zubehörungen / gegen Erſtattung der halben Unkoſten und Erſetzung des *Inventarii*, wie daſſelbe der Verſtorbene bey ſeiner Antretung bekommen / ſeinen Erben zum halben Gnaden-Jahr gebühret / ꝛc.) 9

Et † ad requiſitionem Johannis Zechendörffers *Paſtoris, & Virgilii Jacobi Præfecti Hartenſteinenſis, die 27. Sept. Anno 1608. (Verba Sententiæ:* Des folgenden Jahrs vollſtändiges Einkommen aber von Michaelis *Anno 1607.* bis *Anno 1608.* darunter die Sommerfrüchte / ſo wol aller *Decem*, ob er wol *Martini*, Weyhnachten oder Faſtnachten hernacher allererſt fällig / auch gehören / wird zwiſchen des verſtorbenen Pfarrers Wittben oder Kindern ihrer Begnadigung wegen / und dem neuen Pfarrer zugleich getheilet / ꝛc.) 10

DEFINIT. CLXXXVI.

De reditibus quoque à Filialiſtis Parocho ſolvendis, medietas jure ſalarii ſemeſtris defuncti heredibus cedit.

SUMMARIA.

1. Quænam Eccleſia dicatur Mater: & unde hoc nomen?
2. Quæ rurſus ſit Filia?
3. Ex penſione etiam Filialiſtarum medietas jure ſalarii ſemeſtris heredibus cedit.
4. Quibus ex rationibus & fundamentis? n. 8.
5. Verba generalia omnes comprehendunt perſonas.
6. Filialiſtæ ad ſalarium parochi annuum contribuere tenentur.
7. Salarium ſemeſtre gratitudinis habetur ſignum.
9. Conſiſtorii Supremi Sententia.

1 UNitis duabus Eccleſiis, primaria, in quâ Parochi eſt habitatio, quæque dignior judicatur, vulgò dicitur Mater, *cap. ad audientiam. 3. extr. de eccleſ. ædif.* altera verò Filia, Joſeph. Maſcard. *de probat. concluſ. 114. n. 16. & 17.* Ant.
2 Fab. *de relig. regend. lib. 3. cap. 17. n. 25.* † unde parochiani nuncupantur Filialiſtæ, qui æquè decimas & penſiones Parocho ſalarii
3 nomine exſolvunt; † Harum medietas quin etiam defuncti Paſtoris heredibus cedat jure ſalarii ſemeſtris, dubium vix eſt penſitan-
4 ti (1.) † verba generalia *Ordin. Eccleſiaſt. ſub Rubr.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. *fol. 108.* §. Und zu fernerer Gnade. *ibi:* den halben Theil ſeiner
5 Jahrs-Beſoldung/ꝛc. † quæ procul dubio reditus à Filialiſtis pariter & parochianis primariis ſolvendos comprehendunt, *arg.*
6 *l. 1 §. gener. ff. de leg. præſt.* (2.) † Cumque Filialiſtæ ad ſalarium Parochi annuum æquè contribuant decimasque præſtent, quâ ratione præſtationes haſce excipere licebit à dimidio gratiæ anno, qui in medietate ſalarii annui conſiſtit, innuente voculâ, Jahrs-Beſoldung/ *in dictâ Ordin. Eccleſiaſticâ.* (3.) † Nec minimum gratitudinis 7
ſignum exhibet ſalarium ſemeſtre, viduis ac liberis defuncti Paſtoris debitum, quod parochiani præſtantes ſuam declarant pietatem & gratitudinem erga defunctum pro præſtito in ſacris ſibi officio: quare nec Filialiſtæ ſignum id gratitudinis detrectare debent; æquum enim eſt, † ut ei retribuant 8
carnalia lege gratitudinis, à quo participes ſunt facti bonorum ſpiritualium, *1. ad Corinth. 9. verſ. 11.* Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 8. n. 2.* Matth. de Afflict. *in præfat. ad deciſ. Neapol. n. 2.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Johannis* Zechendörffers/ *& Virgilii* 9
Jacobi zum Hartenſtein/ *die 27. Septembr. A. 1608.* (*Verba Sententiæ:* Es iſt auch/ ſo die Abrichtung des halben Gnaden-Jahrs anlanget/ das *Filial*, ob es gleich nicht Churfl. Sächſ. Lehen/ von der Hauptkirche nicht zu unterſcheiden/ ſondern derſelben gleich zu achten/ꝛc.)

DEFINIT. CLXXXVII.

Habitationem quoque in domo parochiali tribuit heredibus defuncti Paſtoris ſalarium ſemeſtre.

SUMMARIA.

1. Ubique ferè locorum miniſtri Eccleſiæ libera gaudent habitatione.
2. Cujus beneficii durante ſemeſtri heredes quoque ſunt participes.
3. Probatur hoc ex Ordinatione Eccleſiaſticâ.
4. Jus habitationis liberæ non minima ſalarii pars eſt.
5. Durante ſemeſtri Paſtores vicini ſacra expediunt.
6. Salarium ſemeſtre nititur jure alimentationis.
7. Habitatio nomine alimentorum venit.
8. Et dicitur pars alimentorum.
9. Jure retentionis habitatione gaudent heredes defuncti Paſtoris.
10. Vidua manet in poſſeſſione bonorum mariti, usque dum de juribus fuerit ſatisfactum.
11. Reſcriptum Electorale.

1 UBique ferè locorum miniſtri Eccleſiæ liberâ gaudent habitatione in domo parochiali, hunc in finem peculiariter conſtructâ & ædificatâ, quod certè non minimum eſt beneficium, de quo clarè diſpoſitum *in Ordinat. Eccleſiaſt. art. general. 32.* † cu- 2
jus non minus atque aliorum redituum paro-

parochialium participes ſunt heredes defuncti Parochi, quibus ante ſpatium ſemeſtre poſt obitum Paſtoris ex domo parochiali diſcedere haut injungendum eſt, † *Ordin. Eccleſ. ſub Rubr.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. und zu fernerer Gnade. *in verb.* wollen wir der verſtorbenen *Paſtorn* und Kirchendiener Wittben und Kindern ein halb Jahr nach ihres Ehewirths und Vatern Abſterben/ in der Pfarr/ Predig- oder *Diaconat*-Behauſung den Sitz laſſen/ꝛc. Nec immeritò: (1.) † quia jus habitandi in domo parochiali non minima redituum & ſalarii pars eſt, *dict. art. gen. 32. Decret. Synodali. p. 17.* §. Wir erfahren nicht weniger/ꝛc. quare unà cum reliquo ſalario ſemeſtri æquè viduis ac liberis defuncti Paſtoris cedit; præſertim cùm parochiæ haut interſit, vacuam relinqui habitationem ante effluxum ſemeſtre, † quo durante rariſſimè ſubſtituitur novus Parochus, ſed vicini Paſtores divina expedire tenentur, *Ordin. Eccleſ. dict. Rubr.* von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. und zu fernerer Gnade. v. und unterdeſſen den Predigtdienſt durch die benachbarten Pfarr oder *Diaconos* verſehen laſſen/ꝛc. (2.) † Nec jus alimentationis, quod cauſam non minimam dedit beneficio ſalarii ſemeſtris, habitationem excludit, quippe † quæ & ipſa nomine alimentorum venit, eique debetur, cui alimenta ſunt præſtanda, *l. legatis. ff. de aliment. & cibar. legat. l. verbo victus. ff. de verb. ſignif.* Gloſſ. *in l. cum hi. ff. qui tranſigit. ff. de transact.* ubi Jaſ. & Dd. Bart. *in tract. aliment. n. 1.* unde habitatio † dicitur alimentorum pars, *c. Epiſcopus. 10. q. 2.* Berous *vol. 2. conſil. 24. n. 8.* Rol. à Valle *vol. 1. conſil. 22. n. 1.* Simon. de Præt. *in tract. de interpr. ult. volunt. lib. 4. dub. 8. n. 61.* Johan. Petr. Surd. *de aliment. tit. 2. q. 3. n. 5.* (3.) † Et vel ſaltem jure retentionis manſio in domo parochiali competit defuncti Paſtoris heredibus, usque dum iis de reditibus ſalarii ſemeſtris fuerit ſatisfactum, *arg. l. quæ omnia. 25. in fin. cum l. ſeq. ff. de procurat. l. 1. §. is autem. ff. de ſuperf.* ex quo nec † vidua deſtitui poteſt poſſeſſione bonorum mariti, donec ei fuerint ſoluta omnia, quæ jure ex facultatibus defuncti mariti petit, *Conſtit. Elector. in fin. part. 2.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 33. n. 22.* Matth. Weſenbec. *part. 1. conſil. 77. n. 9.* Hartm. Piſt. *part. 1. quæſt. 4. n. 32.*

(Margin numbers in the two columns above: 3, 4, 5 on the left; 6, 7, 8, 9, 10 on the right.)

11 *Ita* † *Sereniſſimus Saxon. Elector Conſiſtorio Wittenbergenſi, die 18. Nov. An. 1629.* (*Verba Reſcripti:* An uns beklaget ſich unterthänigſt *M. Johannes Mylius* vocirter Pfarrer nacher Sandesdorff über ſeines *Anteceſſoris M. Johan. Georgen* Jagenteuffels hinterlaſſener Wittben/ daß ſie bis auf *Reminiſcere* künfftiges Jahres in der Pfarrwohnung verbleiben/und derſelben Einkommen genieſſen wolte/wie ihr aus dem Einſchluß zu befinden. Wann denn unſere Kirchenordnung *ſub tit.* von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. und zu fernerer Gnade/ꝛc. dißfalls klare Maſſe giebt/daß der verſtorbenen *Paſtorn* und Kirchendiener Wittben und Kindern ein halb Jahr nach ihres Ehewirths und Vätern Abſterben in der Pfarr/ *Prædicatur*- oder *Diaconat*-behauſung der Sitz/darzu der halbe Theil ſeiner Jahrs-Beſoldung erfolget werden ſol/ wir auch allbereit dahin am Ende des abgewichenen 1628. Jahrs/ in Sachen *Blaſium* Müllern und deſſelben *Succeſſorn* zu Leusdorff/ *M. Johannem Georgen* Seloten betreffend/euch gewieſen/ und in allen dergleichen Fällen euch darnach zu achten befohlen; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet gedachte Pfarr-Wittbe von ihrem unbefugten Vornehmen gäntzlich abweiſen/und hingegen dran ſeyn/daß *Supplicanten* die Pfarrwohnung nächſtkünfftige Weyhnacht-Feyertage/weil alſo denn der Wittben halbes Gnaden-Jahr ſich enden wird/eingeräumet/und von der Zeit an das pfarrliche Einkommen ihme völliglich gereichet werde/ auch künfftig in allen dergleichen Fällen euch darnach achten/damit die neue anziehende Pfarrer ſich ferner zu beſchweren nicht Urſach haben mögen/ꝛc.)

DEFINIT. CLXXXVIII.

Licèt proprias habeant ædes, in quibus commorari poſſint.

SUMMARIA.

1. Si liberi defuncti Paſtoris proprias poſſideant ædes, num iis competat beneficium habitationis?

2. Jus habitationis æquiparatur alimentis.

3. Ali-

3. *Alimentationi conditio ſemper annexa, num alimentarius opus eâ habeat.*
4. *Deciſio ponitur affirmativa, n. 9.*
5. *Pluribus exiſtentibus cauſis, deficiente unâ, altera rem ſuſtinet.*
6. *Salarium ſemeſtre pinguius eſt alimentis.*
7. *Beneficia Principis latiſſimè interpretanda.*
8. *Adducitur pro fundamento Ordinatio Eccleſiaſtica.*
10. *Jus retentionis ſubvenit hoc caſu heredibus.*
11. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 QUid autem ſi vidua ac liberi defuncti Paſtoris proprias poſſideant ædes, ita ut opus non habeant jure habitationis in domo parochiali, annè tùm illâ emigrare ipſos oportebit ante
2 ſpatium ſemeſtre? Dubium ſanè facit, † quòd jus hoc liberæ habitationis non malè comparetur cum præſtatione alimento-
3 rum, cui ſemper conditio eſt annexa, † ſi ſcilicet alimentarius opus iis habuerit, Bartol. *in libertis quos. §. 1. n. 3. ff. de alim. & cibar. legat.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 7. defin. 20. n. 2.* ex quo ergò habitatio ſuppetit heredibus in propria domo, non eſt, ut quærant illam in parochiâ. Sed etſi ſalarium ſemeſtre nititur jure alimentorum, non ſola
4 tamen hæc eſt cauſa illius privilegii, † ſed accedit gratia ſpecialis & beneficium Principis, quo jure habitationis in domo parochiali donantur viduæ ac liberi defunctorum Eccleſiæ miniſtrorum: deficiente ergò quantumvis causâ alimentationis, beneficium tamen Electorale iis ſubvenit, ne ſtatim
5 emigrare teneantur; † quando enim unius rei duæ ſunt cauſæ, tametſi una ex his ceſſet, altera tamen rem ſuſtinet. §. *affinitatis. 6. inſtit. de nupt. l. ventri. 8. §. in bonis. 2. ff. de privil. creditor.* Bartol. *in l. liberorum. 11. in pr. n. 1. ff. de his, qui not. infam.* Seraphin. *de ſumm. privil. 100. n. 8.* Andr. Tiraquell. *in Regul. ceſſante causâ. lim. 22. n. 1. & ſeqq.*

† Quin nec ſimpliciter ſalarium ſemeſtre 6
cum alimentis æquiparare licet, longè pingvior enim hujus quam alimentorum eſt ratio, ſingulari privilegio ac beneficio munita, quod (1.) † largiſſimè eſt interpretar- 7
dum, *l. ult. ff. de conſtit. princ. l. ex facto. in pr. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Herm. Vult. *1. conſil. Marpurg. 16. num. 63. & 64.* Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 2. cap. 8. n. 36.* (2.) Nec nullam admittunt reſtrictionem vel diſtinctionem † ver- 8
ba ejus generaliter poſita *in Ordin. Eccleſ. ſub Rubr.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. und zu fernerer Gnade. ut nec hinc nos diſtingvere oporteat, num viduæ & liberi proprias poſſideant ædes vel non. Cæteroquin † & alii re- 9
ditus parochiales annui hâc reſtrictione comprehenſi eſſent, ut nempe horum medietas non cederet viduæ & liberis, qui aliunde habent, ut vivere poſſint. Quod tamen non facilè quiſquam dixerit, obſtante ſanctionis generalitate, quæ limitationem hancce excludit, *l. de pretio. ff. de publ. in rem action.* Bart. *in l. ſi pluribus. ff. de legat. 2.* Cagnol. *in l. 1. n. 9. ff. de reg. jur.* (3.) † 10
Ne dicam, quod jura retentionis tueri ſe queant commorantes in domo parochiali heredes, usque dum iis de ſalario ſemeſtri fuerit ſatisfactum, ut maximè proprias poſſideant ædes, *Defin. præced.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Gotthart* Wernern/ *An. 1629.* (*Verba Reſcripti*: Wenn 11
nun gleich des verſtorbenen Pfarrers Wittbe und Erben ein eigenes Hauß haben/ſo bemeldter Pfarrer nach ſich verlaſſen/darinnen ſie ſich gar wohl aufhalten köñen; So mögen ſie doch vor Verflieſſung des halben Gnaden-Jahrs die Pfarr-Wohnung zu räumen/wider ihren Willen nicht angehalten werden/ꝛc.)

DEFINIT. CLXXXIX.

Durante dimidio gratiæ anno, nummi confeſſionarii, die Beicht-pfennige/ defuncti viduæ ac liberis cedunt.

SUMMARIA.

1. *Modica ſunt ſalaria miniſtrorum Eccleſiæ.*
2. *Nummos confeſſionarios ſponte oblatos accipere licet miniſtris Eccleſiæ.*
3. *Cedunt hi durante ſemeſtri heredibus.*
4. *Fundamenta & rationes hujus deciſi.*

5. He-

5. *Heredibus defuncti Paſtoris pleniſſimè eſt proſpectum.*

6. *Favorabilis eſt ſanctio de ſalario ſemeſtri.*

7. *Favores ſunt ampliandi.*

8. *Durante ſemeſtri actus miniſteriales per vicinos Paſtores expediuntur.*

9. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 MOdica quia ſunt, præſertim in villis & pagis, miniſtrorum Eccleſiæ ſalaria, nequaquam invidenda ipſis accidentalia honoraria, inter quæ etiam referuntur nummi confeſſionarii, die Beichtpfennige/ quos licèt à confitentibus exigere non licet,
2 † ſpontè tamen oblatos acceptare prohibitum non eſt, quin potiùs verbis expreſſis permiſſum *in Ordin. Eccleſiaſt. art. gen. 26. in fin. pr. ibi:* Da ihnen aber iemands etwas freywillig ungefodert zu geben geneigt/ das ſol ihnen zu nehmen unverboten ſeyn/ꝛc. Vid. *ſuprà Defin. 118. & 119.* Quid ergò in hisce juris,
3 † durante ſemeſtri poſt obitum Paſtoris? Non minus ac ſalarium reditusque parochiales defuncti viduæ & liberis ejusmodi
4 honoraria cedunt. (1.) † Etſi enim propriè ſalarii nomine non veniunt, ſed accidentia dicuntur, quæ offerre cujusvis arbitrio eſt permiſſum: attamen intuitu præſtitarum operarum perinde ut ſalaria ſolvuntur, ex quo benè iis æquiparantur, præſertim hoc caſu, quo Legislator Sereniſſi-
5 mus † viduis ac liberis defunctorum Eccleſiæ miniſtrorum pleniſſimè proſpicere voluit *in Ordin. Eccleſ. ſub Rubr.* von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. Und zu fernerer Gnade/ꝛc. (2.) † Nec pa- 6
rùm favorabilis eſt viduis & liberis defunctorum Paſtorum ſanctio de ſemeſtri ſalario; quare juſtiſſimè extendi poteſt & debet ad honoraria accidentalia, adeoque etiam ad nummos confeſſionarios, † quia favores 7
maximoperè ſunt ampliandi, *l. hoc modo. 64. §. 1. ff. de condit. & demonſtr. l. cùm quidam. 19. C. de liber. & poſthum.* (3.) Idque tantò magis, quod novo Paſtori per id nil commodi decedat, † quippè durante ſpatio 8
ſemeſtri poſt obitum Parochi, actus miniſteriales per vicinos Paſtores expediuntur hunc in finem, ut lucra & emolumenta viduis & liberis cedant, quæ aliàs ſua faceret Paſtor novus poſt obitum anteceſſoris ſtatim admiſſus, *dict. Ordin. Eccleſ.* §. und zu fernerer Gnade. *ibi:* Darzu den halben Theil ſeiner Jahrs-Beſoldung von Zeit ſeines Abſterbens anfolgen/ und unterdeſſen den Predigt-Dienſt durch die Benachbarten verſehen laſſen/ ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Freybergenſi, die 30. Julii An. 1630. (Verba* 9
Reſcripti: Wir habeu euern eingeſchickten Bericht/ wie auch des Pfarrers zu Odern Schreiben/ in Sachen die zwiſchen ihme und des verſtorbenen *Diaconi* Wittbe daſelbſt ſtreitigen Beichtpfennige betreffend/ verleſen hören; Begehren hierauf/ꝛc. ihr wollet gedachtem Pfarrer auferlegen/ daß er/ ſeines Vorwendens ungeachtet/ zu Verhütung ferners Ar.lauffens/ der Klägerin angeregte Beichtpfennige von Zeit ihres Mannes Abſterben/ bis das halbe Gnaden-Jahr verfloſſen/ unweigerlich folgen laſſen ſol/ ꝛc.*)*

DEFINIT. CXC.

Honoraria quoque pro deductione funerum, aliaque accidentalia jure ſalarii ſemeſtris lucrantur defuncti Paſtoris vidua & heredes.

SUMMARIA.

1. *De honorariis quoque pro deductione funerum, jure ſalarii ſemeſtris participant heredes.*
2. *Omnia indifferenter ſalaria lucro heredum cedunt.*
3. *Quibus ex rationibus & fundamentis?*
4. *Magna Sereniſſimi Electoris affectio erga heredes Paſtorum. n. 5.*
6. *Beneficium Principis haut coarctandum.*
7. *Conſvetudine alibi introductum, ut accidentalia cedant Paſtoribus vicinis.*
8. *Qualis conſvetudo in Pomeraniâ.*
9. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 10. 11.*

Quod

QUod de nummis confeſſionariis dictum, *Defin. præced.* eos nempè durante ſemeſtri, poſt obitum miniſtri Eccleſiæ, viduæ ipſius ac li-
1 beris cedere, † id quoque de honorariis, quæ pro deductione funerum exſolvi conſveverunt, acceptum velim; quin & de omnibus aliis accidentalibus, ut ſunt honoraria pro copulatione, proclamatione novorum Conjugum, adminiſtratione Baptiſmi, panes, miſſales & qualiacunque tandem ſint.
2 † Omnia enim durante ſemeſtri, lucro viduæ & heredum cedunt: (1.) ex hâc ipsâ ratione, quæ eos participes facit nummorum
3 confeſſionariorum; † Eadem ſiquidem ratio eandem inducit juris diſpoſitionem, *l. illud quæſitum eſt. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. quædam. 9. §. nummularios. 2. ff. de edendo. l. his*
4 *ſolis. 7. C. de revoc. donat.* (2.) Exactius † etiam ſi mentem ac intentionem Sereniſſimi Legislatoris *in Ordinatione Eccleſiaſticâ* penſitemus, fateri neceſſum habemus, tanta fuiſſe eum affectione erga viduas & liberos defunctorum Eccleſiæ miniſtrorum, ut nil quicquam eis detrahere voluerit de lucro, quod Paſtori acceſſiſſet, ſi è vivis haut
fuerit ereptus, *ſub Rubr.* † von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. 5
und zu fernerer Gnade. (3.) Et ſi omninò dubium de eo reſtet, vel propterea tamen hæc explicatio ſubſiſtit, quia convenit liberalitati & beneficio Principis, † quod latiſſimè 6
interpretari, non coarctari debet, *l. pen. C. de donat. int. vir. & uxor. l. ſancimus. §. exceptio. C. de donat. l. hac ſaluberrimâ. C. de præpoſ. agent. in reb.* nam ad Principem ſpectat, multa magnaque donare, §. *ut autem lex. in Auth. de non alien. aut perm. reb. eccleſ.* Tiber. Decian. *vol. 1. Reſp. 25. n. 60. & ſeqq.* Licèt aliis in provinciis uſu quandoque receptum, † ut accidentia cedant Pa- 7
ſtoribus vicinis, qui durante gratiæ anno ſacra tractant, quâ de conſvetudine in Pomerania † atteſtantur Theologi Pomerani 8
im Bedencken vom Gnaden-Jahre der Pfarrer Wittben / apud Georg. Dedeken. *vol. 1. part. 2. pag. 899.* Die zufälligen *accidentalia* läſſet man bleiben den *Vicinis*, ſo das Gnaden-Jahr über des Predigamts warten / damit ſie deſto williger ſeyn / und hiervon zwiſchen ihnen und der Wittben kein Zanck ſey / ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Diacono Coldicenſi, die 17. Decembr. An. 1630.* (*Verba Re-* 9
ſcripti: Was an uns die *Paſtores* der *Inſpection* Colditz wegen Verrichtung der Predigten gelangen laſſen / auch des verſtorbenen Superintendenten Wittbe der *Accidentien* halber / ſo von den Leichpredigten einkommen / über euch ſich beſchweret / und gebeten / das habt ihr hierbey mit mehrern zu befinden. Anlangende nun die Verrichtung der Amtspredigten / laſſen wir es bey unſerer einmals gethanen Anordnung allerdings bewenden; An ſtatt Jhr. Churfl. Durchl. begehrende / ihr wollet denen *Paſtoribus* ſolchen ihren Ungehorſam / ſonderlich dem Pfarrer zu Schönbach mit Ernſt verweiſen / und ihnen allerſeits bey Vermeidung unnachläßlicher Strafe euch in Predigten anbefohlener Maſſen beyzuſpringen nochmals auferlegen: Jn fernerer Verweigerung uns die Ungehorſamen alſobald namhafftig machen / und darauf fernere Anordnung gewarten. Betreffende aber der Wittben Suchen / wollet ihr nicht allein deroſelben die *Accidentia* von Leichen und andern ohne Abbruch folgen laſſen / ſondern auch ſonſten euch gegen ihr aller Gebühr bezeigen / und zu fernerm Klagen nicht Urſach geben / ꝛc.)

Item † *M. Balthaſari Wagnern, Archidiacono Freybergenſi, die 5. Sept. An. 1637.* (*Verba Re-* 10
ſcripti: Wollet gedachte *Diaconos* beſcheiden / daß ſie der Wittben die gewöhnlichen *Accidentien* bey währendem halben Gnaden-Jahr ohne Abbruch ſollen folgen laſſen / euch auch vor eure Perſon darnach achten / ꝛc.)

Et † *Archidiacono Oſſitienſi, die 16. Januar. Anno 1634.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben 11
euern eingeſchickten Bericht wegen der *Accidentien* des verſtorbenen *Superattendenten* verleſen hören. Wann dann ſolche der Wittben ohne Unterſcheid gebühren: Als iſt hierauf an ſtatt Jhrer Durchl. unſer Begehren / ihr wollet ihr ſolche / bis das halbe Jahr vorüber / unweigerlich folgen laſſen / ꝛc.)

DEFINIT. CXCI.

Quænam juſta accidentalium diviſio inter defuncti Paſtoris viduam liberosvè, & novum Parochum?

ſum-

SUMMARIA.

1. *Quomodo facienda diviſio accidentalium?*
2. *Num in æquales portiones?*
3. *Qualis eſt diviſio reſidui ſalarii in reditibus anni conſiſtentis.*
4. *Deciſio quæſtionis vera. n. 9.*
5. *Unicuique parti ſibi oblata debentur accidentalia.*
6. *Quæ ratio diverſitatis inter fructus & accidentalia?*
7. *Accidentalia ſingulis quandoque præſtantur diebus.*
8. *Diverſitas rationis diverſum jus inducit.*
10. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 11. 12.*

1 Illud dubii adhuc reſtat, quomodo facienda diviſio accidentalium inter viduam liberosque defuncti Paſtoris & novum Parochum? ex quo enim durante duntaxat ſemeſtri, accidentalia viduæ & liberis cedunt, alterius ſemeſtris accidentalia verò novo Parocho deferuntur, ut ſic totius anni accidentalia inter eos ſint dividenda:
2 † An ergò iis per integrum annum collectis, diviſio ſic inſtituenda, ut eorum omnium una medietas defuncti Paſtoris viduæ liberisque, altera verò medietas novo cedat Parocho?
3 veluti † de diviſione reſidui ſalarii in decimis, fructibus & reditibus conſiſtentis diximus *ſuprà defin. 172. & 173.* Non certè obtinet hic diviſionis modus in accidentalibus,
4 † ſed aſſignanda ſunt viduæ & liberis ea, quæ durante dimidio gratiæ anno offeruntur & acceptantur, ſive ſint modica & exigua, ſive multa & magna; alterius ſemeſtris accidentalibus novo Parocho relictis, qua-
5 liacunque etiam illa ſint, ut † ita cuique tribuendum, quantum fortuna & ratio temporis ei largitur ac defert. Nec enim ratio illa diviſionis in decimis, fructibus & reditibus recepta ad accidentalia commodè accommodari poteſt. † Siquidem fructus & 6
reditus annui certis ſaltem terminis & non niſi ſemel in anno præſtantur, ex quo fit, ut ſi terminus ac dies cedat in ſemeſtri uno, ratio ejus in altero quoque ſemeſtri neceſſariò ſit habenda, reditusque æqualiter dividendi, cæteroquin utraque pars de iis participare haut poſſet. Secus verò ſe res habet in accidentalibus, † quæ non modò ſingulis men- 7
ſibus, ſed & ſeptimanis, quin & ſingulis quandoque diebus præſtanda & offerenda veniunt. Unde fieri nequit, ut non utrique fiant participes accidentalium, licèt modo inæquali, prout fortuna uni vel alteri favet. Diverſitas hinc eſt manifeſta, † quæ 8
& diverſum dividendi modum inducit, *l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. 5. ff. de verb. oblig.* † Neque res aliter ſe habet in reliquis 9
præſtationibus pecuniariis & ſalario, quod in pecuniâ exſolvitur numeratâ, in quo ſimilis dividendi modus eſt receptus, prout diximus *ſuprà defin. 172. n. 4.* Sigismundus Finckelthuſ. *de jur. patronat. cap. 6. n. 118.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Dresdenſe Superattendenti Oſſitienſi die 31. Mart. Anno 1614.* 10
(*Verba Reſcripti:* Wann wir denn es bey angeregter Vergleichung unter dieſem Verſtand/ wie es die *publicirte* Kirchen-Ordnung vermag/ bewenden laſſen/ nemlichen/ weil *M. Chriſtophori* Webers/ ſo den *18. Octobr.* verrücktes 1613. Jahres verſtorben/ hinterlaſſene Wittbe die beyde *Quartal Luciæ* und *Reminiſcere* nächſt verſchienen/ nebens den *accidentien* eingehoben / daß die folgenden beyden *Quartale Trinitatis* und *Crucis* und einkommende *accidentia* dem neuen *Diacono* alleine bleiben/ die andern Früchte aber eurer Anordnung nach/ gegen Erſtattung der Unkoſten zwiſchen der Wittben und dem neuen *Diacono* gleich getheilet werden ſollen; Als werdet ihr die Partheyen darauf zu beſcheiden wiſſen/ ꝛc.)

Item † *Superattendenti Freybergenſi & Præfecto in Noſſen die 24. Jul. An. 1618.* (*Verba Reſcripti:* Und wird bis künfftige *Michaelis* dieſes Jahres Einkommen/ wie es Namen haben mag/ (auſſerhalb der *accidentien*/ welche dem neuen Pfarrer von Zeit ſeines Anzugs alleine bleiben/) zwiſchen demſelben und des vorigen Pfarrers Wittben in zwey gleiche Theile geſondert/ ꝛc.) 11

Et † *Senatui Haynenſi die 16. Martii, An. 1616.* (*Verba Reſcripti:* Und wird bis künfftige 12
Michaelis dieſes Jahres Einkommen/ (auſſer den *accidentien* / welche dem neuen Pfarrer von Zeit ſeines Anzugs alleine bleiben/) zwiſchen demſelben und des vorigen Pfarrers Wittben und Erben in zwey gleiche Theile geſondert/ ꝛc.)

Definit. CXCII.

Pecunia laudemialis, das Lehengeld/ quando referatur inter reditus ſalarii ſemeſtris, & quomodo inter defuncti Paſtoris viduam liberosque & novum Parochum dividenda?

SUMMARIA.

1. *Laudemium ſeu laudativum quodnam ſit?*
2. *Præſtatur domino pro novâ inveſtiturâ.*
3. *Vel potius in recompenſam laboris.*
4. *Cuinam cedat laudemium, durante ſalario ſemeſtri?*
5. *Heredibus Paſtoris, ſi ab ipſo facta fuerit inveſtitura.*
6. *Factâ autem inveſtiturâ poſt obitum Paſtoris, laudemium refertur inter reditus ſalarii ſemeſtris.*
7. *Num heredibus tùm cedat integrum laudemium?*
8. *Affirmat hoc Finckelthuſius.*
9. *In quam ſententiam reſpondit Conſiſtorium Lipſienſe.*
10. *Refellitur hæc ſententia.*
11. *Laudemium ſemper eſt incertum.*
12. *Adeoque dividendum inter heredes & novum Parochum.*
13. *Reſcriptum Electorale.*
14. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 LAudemium quod & vocari ſolet Laudativum, Weſenbec. *conſil. 16. num. 11.* germanicè Lehenwaar/ Paul. Matth. Wehner. *in pract. obſervat. verb.* Hand-lohn/ ꝛc. ſolvitur domino directo, quando in alium transfertur emphytevſis à novo poſ-
2 ſeſſore honorarii loco † pro novâ inveſtiturâ & receptione novi emphytevtæ, veluti in recompenſationem ejus damni, quod dominus ex immutatione perſonæ ſentire poſſet, *l. ult. C. de jur. emphyt.* ubi Joh. Sichard. *n. 33.* Jaſon. *n. 45.* Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſt. 50. n. 2.* Jul. Clar. *l. 4. ſentent.* §. *Emphyt. quæſt.*
3 *23. n. 4.* vel, quod verius, in † recompenſam laboris, quem dominus ſuſtinet novum emphytevtam in actualem poſſeſſionem inducendo, Surd. *deciſ. 30. n. 8.* Anton. Fab. *decad. 90. error. pragmat. 3. pag. 698. & error.*
4 *5. pag. 707.* Facile hinc dijudicandum, † cui cedere debeat laudemium, quod exſolvitur poſt obitum Paſtoris durante dimidio gratiæ
5 anno. Etenim † ſi Paſtor adhuc vivus novum emphytevtam induxerit in poſſeſſionem emphyteuſeos, ecquis non videt ipſum promeruiſſe ſuo labore laudemium, ut hinc meritò ceu pars ſalarii reſidui viduæ & libe-
6 ris integrum cedat. Quod ſi verò † poſt obitum Paſtoris novus emphyteuta in poſſeſſionem emphyteuſeos ducatur, procul dubio laudemium hoc caſu erit referendum inter reditus ſalarii ſemeſtris, des halben Gna-
7 den-Jahrs; annum † ergò & tum viduæ & liberis defuncti Paſtoris integrum defe-
8 rendum? ita quidem † exiſtimat Sig. Finckelthuſ. *de jure patron. cap. 6. n. 118. & 119.* æquiparans laudemium præſtationibus pecuniariis & accidentalibus, quæ durante ſemeſtri indifferenter viduæ ac liberis deferri diximus *Defin. præced.* † in quam ſententiam 9
etiam à Conſiſtorio Lipſienſi *die 3. Septembr. Anno 1634.* judicatum refert. *hiſce formalibus:* Dennoch aber und dieweil Churfl. Durchlaucht zu Sachſen der verſtorbenen *Paſtorn* Wittben und Kindern aus Gnaden eines halben Jahres Einkommen/ nach derſelben Abſterben geeignet/ darunter die *accidentia*, und demnach auch die Lehen-Gelder begriffen/ und dieſer Lehens-Fall innerhalb dem halben Jahr ſich zugetragen: So gebühret euch auch das Lehengeld billich/ und hat der itzige neue Pfarrer des Orts ſich deſſen nicht anzumaſſen/ ꝛc.
Sed ut concedamus Finckelthuſio, † laude- 10
mium in pecuniariâ præſtatione conſiſtere, haut tamen propterea rectè æquiparatur accidentalibus reliquis, quæ ſemper certa ſunt, licet inæqualia ratione quantitatis. Laudemium verò † eſt incertum, & rariſſimè caſus 11
accidit, quo hoc nomine quid ſolvatur: quare rectiùs reditibus ſalarii ſemeſtris æquiparatur, quin & inſtar redituum fundo inhæret, ex eoque dependet, non minus ac reliqui fructus fundi, Ant. Fab. *in Codic. l. 4. tit. 42. Defin. 1. n. 17.* Baldus *in l. ſi traditio. 4. C. de act. emt.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. tit. 4. §. 17. gloſſ. 5.* † Non immeritò igitur inſtar fru- 12
ctuum redituumque ſalarii ſemeſtris laudemium æqualiter dividi debet, ita ut una medietas defuncti viduæ & liberis; altera verò novo cedat Parocho, ut paulò poſt dicemus. †

Ita

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superattendenti* zu Eckartsberge/*die 26. Febr. An. 1630.* 13
(*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer eingeſchickter unterthänigſter Bericht wegen der bey der Pfarr zu Gebra in währendem *anno gratiæ* gefallenen Lehenwaaren vorbracht worden. Wofern nun die Lehenfälle nach des vorigen Pfarrers Tod ſich begeben; So begehren wir hiermit gnädigſt/ihr wollet Inhalts unſers den 6. Martii nächſtverwichenen Jahres an euch ergangenen Befehliches/und der Partheyen vorigen Vergleichung zwiſchen dem neuen Pfarrer zu Gebra und des verſtorbenen Wittben und Erben ſolcher Lehenwaaren halber die Abtheilung machen/ hätten aber die Fälle zuvor ſich begeben/alsdann dem neuen Pfarrherrn davon gäntzlich abweiſen/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem M. Johann* Müllers *Superattendentis Chem-* 14
nicenſis & Leonhardi Reiſigers Præfecti Lichtenwaldenſis, Menſ. Mart. An. 1607. (*Verba Reſcripti:* Iſt fünff Tage vor gedachtes Valtin Troſchels Abſterben ein Bauer zu Schönfeld Burckhard Ledergaſt Todes verblichen/von deſſen verlaſſenem Guthe dem Pfarrer zu Ebersdorff 27. und ein halber fl. Lehngeld gebühren; Ob nun wol ſolcher Fall vor berührtes Pfarrers Abſterben ſich zugetragen; Dieweil aber doch bey ſeinem Leben das Guth nicht verkaufft noch verliehen worden: So iſt des verſtorbenen Pfarrers Wittbe an ſolchem Lehengelde nicht mehr als den halben Theil wegen der halbjährigen Begnadung/ die andere Helffte aber der neue Pfarrer/ welcher den Käuffer auf ſein Anſuchen mit ſolchem Guth beliehen hat/ zu fodern berechtiget/ ꝛc.)

DEFINIT. CXCIII.

De proviſione quoque emeriti Paſtoris vidua & liberi ejus participant ſalarium ſemeſtre.

SUMMARIA.

1. *Beneficii nondum vacantis aſſignatio bonis moribus contraria.*
2. *Paſtori emerito adjungitur Subſtitutus.*
3. *Quô caſu Paſtori de certa proviſione proſpiciendum.*
4. *Num de hâc participent heredes jure ſalarii ſemeſtris?*
5. *Ratio affertur dubitandi.*
6. *Deciſio quæſtionis affirmativa.*
7. *Fundamentum & rationes decidendi. n. 9.*
8. *Surrogatum ſapit naturam ejus, cui ſurrogatur.*
10. *Sanctio generalis generaliter eſt intelligenda.*
11. *Afflicto non eſt addenda ulterior afflictio.*
12. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 13. 15.*
14. *Electorale Reſcriptum.*

1 ETſi beneficii nondum vacantis aſſignatio bonis moribus eſt contraria inque Eccleſiâ occaſionem peccandi præbet, *cap. nulla. extr. de conceſſ. præbend.* Mareſcot. *l. 2. var. reſolut. l. 2. c. 33. n. 1. & ſeqq.* Parocho tamen ætatis provectioris, emerito,& ad functionem eccleſiaſticam ad-
2 miniſtrandam non amplius idoneo † Subſtitutus adjungi ſolet ac debet, vel ſaltem ex neceſſitate inevitabili,quæ legem non habet. *Ordinat. Eccleſiaſt. Rubr.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. Wo ſich denn. & §. Im Fall aber. *Ordin. Polit. de anno 1612. tit.* Von *Conſiſtorial*-Sachen, *n. 3.* Joh. Gerh. *loc. Theolog. lib. 6. Rubr. de miniſtr. eccleſ. ſect. 7. n. 117. pag. 197.* Ludovic. Dunte *in deciſ. caſ. conſcient. c. 17. ſect. 1.*
3 *quæſt. 23.* † quo caſu licèt ſalarium Subſtituto cedat, Paſtori tamen emerito de certâ proviſione, unde ſe alat, proſpiciendum eſt, *dict. Ordin. Eccleſ. & Ordinat. polit. locis allegatis* *ſupr. Defin. 153.* Defuncto autem Paſtore emerito, † num & de hâc proviſione vidua 4
& liberi ejus ſalarium ſemeſtre, das halbe Gnaden-Jahr/ participabunt? Dixeris forſan, proviſione iſtâ duntaxat perſonæ emeriti † fuiſſe proſpectum ad vitam ejus,ne ali- 5
mentis deſtitutus fame periiſſet, vel uti innuere videtur *Ordinat. Eccleſiaſt. dict. §.* Im Fall aber. *in verb.* Sol derſelbe auf Erkäntniß des *Synodi* mit einem ziemlichen Leibgeding ſein Lebenlang bedacht und verſehen werden. *& Ordin. Polit. dict. n. 3. verb.* Jährlichen zu einem Unterhalt/ꝛc. Sed nequaquam † de hâc proviſione invi- 6
dendum eſt viduæ & liberis beneficium ſalarii ſemeſtris; (1.) Siquidem proviſio ea procul dubio in locum ſalarii fuit ſurrogata; † quidni ergo diſpoſitio de relinquendo ſa- 7
lario per ſemeſtre defuncti Paſtoris heredibus,ad proviſionem extenderetur, poſtquam † ſurrogatum ſapit naturam ejus, cui ſur- 8

rogatur, *cap. Eccleſia. 3.* ubi gloſſ. *extr. ut lit. pendent.* Alexand. *lib. 4. conſil. 55. n. 12. verſ. & ſurrogatum ſapit naturam.* Jaſon. *in l. ſi eum. 10. §. qui injuriarum. 2. n. 2. ff. ſi quis*
9 *caution.* (2.) † Et licet proviſio principaliter ſit facta Paſtori emerito, perinde ut ſalarium quoque ipſi Parocho conſtituitur, per hoc tamen ratio familiæ & reſpectus viduæ ac liberorum nequaquam excluditur, quin & tacitè ſubintelligitur, prout circa beneficium proviſionis haut obſcurè infert *Ordin. Polit. dict. tit.* von *Conſiſtorial*-Sachen. *num. 3. verb.* und ſonſten anderer Geſtalt ſich ſein Weib und Kinder nicht ernehren kan/ ꝛc.
(3.) † Cumque ſanctio Eccleſiaſtica de ſalario ſemeſtri non diſtinguat, ſed generaliter loquatur, viduisque & liberis defunctorum Paſtorum faveat, non utique ab hac diſpoſitione vidua & liberi Paſtoris emeriti erunt excludendi, *arg. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſt.* (4.) Et vereor, ne ſi aliud dicamus, afflictis ulterior adderetur afflictio, † 11
quod jura deteſtantur, *l. divus. 14. ff. de offic. præſid. l. antepen. C. de pœn. l. navis onuſtæ. 4. §. quid ergo. ff. ad leg. Rhod. de jact.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Annæbergenſi, die 2. Auguſti An. 1620.* (*Verba Reſcripti:* Wann dann vermöge der *publicir*ten Churf. Sächſ. Kirchen-Ordnung den Pfarr-Wittben der halbe Theil von dem gantzen Pfarrlichen Einkommen von Zeit ihrer Ehemänner Abſterben gebühret / dahero den *proviſionir*ten Pfarr-Wittben gleicher Geſtalt die halbe Jahres-*proviſion* gehörig; Als iſt an ſtatt/ ꝛc. unſer Begehren/ Ihr wollet den itzigen Pfarrer zu Schönbrunn dahin beſcheiden/ daß er mit der *Supplican*tin unbeſchadet des verdienten Quartals ſich gebührlich abfinden ſolle / ꝛc.) 12

It. † *Superattendenti Annæbergenſi & Præfecto in Wolckenſtein. die 6. Sept. An. 1620.* (*Verba Reſcripti:* Wann denn dieſer Pfarr-Wittben die beklagte halbjährige *proviſion* nicht dem zwiſchen ihrem verſtorbenen Ehemann und itzigen Pfarrer aufgerichteten Vertrag nach/ ſondern der Churf. Sächſ. Kirchen-Ordnung zu Folge/ an ſtatt des halbjährlichen Pfarrlichen Einkommens gebühret und gereichet werden muß; Als iſt/ꝛc. unſer Begehren / Ihr der *Superattendens* wollet bemeldten Pfarrer/ daß er ſeines Vorwendens ungeachtet/ *Supplican*tin die von Zeit ihres Mannes Abſterben halbjährige *proviſion* nachmals unweigerlich reichen und folgen laſſen ſolle/ auferlegen/ in beharrlicher Verweigerung Ihr der Schöſſer ihr darzu gebührlich verhelffen/ ꝛc.) 13

Item † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superattendenti in Jeſſen, die 4. Sept. An. 1634.* (*Verba Reſcripti:* Begehren darauf hiermit gnädigſt/ Ihr wollet gedachtem Kind den halben Theil von der jährlichen *proviſion* ſeines Vaters abfolgen laſſen/ und deſſelben Vormund darauf beſcheiden/ ꝛc.) 14

Et † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Coldicenſi & Præfecto Leiſnicenſi die 22. Oct. Anno 1623.* (*Verba Reſcripti:* Wann gedachter Pfarrer auf ſein Leben *proviſioni*ret worden/ dahero ſeiner Wittben an ſtatt des halbjährigen Pfarrlichen Einkommens die halbjährige *proviſion* von Zeit ſeines Abſterbens gebühret; Als begehren wir/ ꝛc. Ihr wollet die Verordnung thun/ damit ihr ſolche *proviſion* von dem neuen Pfarrer und Eingepfarrten auf ein halbes Jahr von Zeit ihres Mannes Tode gefolget werde/ in Verweigerung ihr der Schöſſer durch Hülffs-Zwang ſie darzu anhalten/ ꝛc.) 15

DEFINIT. CXCIV.

Currere incipit ſalarium ſemeſtre ab ipſo momento & termino, quo Paſtor è vivis diſceſſit.

SUMMARIA.

1. *A quo tempore currere incipiat ſalarium ſemeſtre?*
2. *Deciſio hujus quæſtionis quænam?*
3. *Rationes & fundamenta decidendi. num. 6.*
4. *Ab ipſo mortis momento computandum ſemeſtre ſalarium.*
5. *Salarium defuncti Paſtoris pro ratâ temporis eſt exſolvendum.*
7. *Durante ſalario ſemeſtri non poteſt ſubſtitui novus Paſtor.*
8. *Dignus eſt operarius mercede ſuâ.*
9. *Limitatio deciſi prima.*
10. *Limitatio ſecunda.*
11. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

Circa

1 Circa ſalarium ſemeſtre inter alia probè notandum, à quo tempore id currere incipiat, nec enim de redituum diſtributione quicquam certi poteſt determinari, priusquam de certo conſtet ter-
2 mino: † Procul dubio autem terminus ille eſt ipſum momentum ac dies, quo Parochus
3 obiit. Veluti (1.) expeditum reddit † ſanctio Electoralis de ſalario ſemeſtri *in Ordinat. Eccleſiaſt. ſub Rubr.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. Und zu fernerer Gnade. *in verb.* Ein halb Jahr nach ihres Ehewirths und Vatern
4 Abſterben/ꝛc. † Ecce ponitur hic momentum obitûs, à quo ſalarium aſſignatur viduæ ac liberis, ut non immeritò huic deciſioni terminoque præfixo præcisè ſit inhærendum.
5 (2.) † Idque eò magis, quod ſalarium defuncti pro ratâ ſaltem temporis debeatur, quo is præfuit functioni eccleſiaſticæ, cumque ejus morte ſtatim expiret, ut diximus *ſupr. Defin. 171.* Non itaque eſt, ut diutius
6 differatur beneficium ſalarii ſemeſtris, † cæteroquin intermedii temporis reditus nemini accreſcerent, cùm nondum novus ſit inſtitutus Parochus; quin nec absque inſigni confuſione de ejusmodi reditibus quicquam diſponeretur; (3.) † Accedit utilitas Ec- 7
cleſiæ, cui de novo Paſtore proſpiciendum: At commodè id fieri nequit durante beneficio ſalarii ſemeſtris, quod viduæ & liberis cedit, excluſo novo Parocho; quare beneficium iſtud ita terminandum, ut quantum fieri poteſt, mox præterlabatur, liberumque ſit Succeſſori ſalarium, † quia dignus eſt ope- 8
rarius mercede ſuâ. *1. ad Tim. 5. v. 18.* Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. l. 3. claſſ. 1. c. 8. n. 1.* Hoc ipſum tamen duplici limitatione acceptum velim: (1.) † Ut ſi contingat 9
Parochum brevi ante diem Michaelis mori, ratione ſalarii reſidui terminus pro completo habeatur, ac defunctus ipſo Michaelis termino effluxo deceſſiſſe cenſeatur, ſecundum tradita *ſupr. Defin. 174.* (2.) † Utque hoc caſu 10
ſubſequentes termini Martini, Nativitatis Chriſti, & Quadrageſimæ termino Michaelis ſint incluſi, de quo *infra Defin. 198.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem M. Chriſtiani Willichii, Superattendentis Col-* 11
dicenſis & Caſpari Henrici à Milkaw, die 5. Febr. Anno 1634. (Verba Sententiæ informatoriæ: Iſt der vorige Pfarrer zu Colmen *Martinus Andreæ* den *31. Julii* nächſtverwichenen Jahres *peſte* verſtorben/ deſſen beyde Theile einig ſeyn; Ob nun wol ſonſten vermöge der Churf. Sächſ. Kirchen-Ordnung *tit.* von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener/ ꝛc. das halbe Gnaden-Jahr von Zeit des vorigen *Paſtoris* Tode an zu rechnen/ ꝛc.)

DEFINIT. CXCV.

Beneficium ſemeſtre ſeu dimidius gratiæ annus, in ſalario pecuniario quomodo computandus?

SUMMARIA.

1. *Quis diſtribuendi modus circa ſalarium ſemeſtre?*
2. *In quibusque provinciis peculiaris hâc de re conſuetudo recepta.*
3. *Hiſce in provinciis quæ obſervetur norma diſtribuendi?*
4. *In Conſiſtoriis conſignata reperitur.*
5. *Mutanda non ſunt, quæ certam habent obſervationem.*
6. *Pecunia numerata quomodo diſtribuenda?*
7. *Exactiſſima demonſtratur computatio. n. 8. 9. 10.*
11. *Reſcriptum Electorale.*
12. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

Poſtquam de termino ſalarii ſemeſtris à quo conſtat, videndum jam,
1 quomodo id computandum, † quique diſtribuendi modus inter defuncti Paſtoris viduam liberosque & novum Parochum ſit obſervandus? quæ ſanè res multùm difficultatis habet, ac ingentes
2 cauſatur concertationes, cùm nullibi † certa reperiatur Regula præſcripta, & quibusque in provinciis ferè peculiaris ſit recepta conſuetudo, ut videre eſt *in Conſilio Theologorum Pomeranorum* vom Gnaden-Jahr der Pfarrwittben/ apud Georg. Dedek. *vol. 1. conſil. theol. part. 2. pag. 898. & ſeq.* Placuit ergo & hiſce in provinciis † 3
certam obſervari normam in computando & aſſignando ſalario ſemeſtri, quam in Conſiſtoriis conſignatam novimus † *ſub* 4
tit. Wie es in *Conſiſtoriis* mit Abtheilung des halben Gnaden-Jahrs/ ſo nach Abſterben der Pfarrer/ ihren Wittben und Wäyſen zum beſten verordnet/ bißhero gehalten worden; cui præcisè inhærendum; non enim † quæ certam habent obſervatio- 5
nem,

nem, temere ſunt mutanda, *l. minimè. ff. de legib.* Erneſt. Cothman. *Reſponſ. academ. 27. n. 38.* Quare impræſentiarum eam diſcurere, ſingulaque membra ad caſus certos accommodare collubet: iis námque probè ponderatis, res per ſe difficilis reddetur expedita.
6 Ac primò † de diſtributione ſalarii in pecuniâ numeratâ conſiſtentis, ita proviſum: In den Städten/ da gemeiniglich die Beſoldung am Gelde von *quartaln* zu *quartaln* gereichet wird/und kein *Decem*, noch Haußhaltung und Ackerbau iſt/ giebet es nicht viel Streits oder Irrungen/ doch wird dieſer Unterſcheid gehalten/daß wenn ein Pfarrer oder *Diaconus* drey oder vier Wochen vor dem *quartal* verſtirbet/dieſelben Wochen der Wittben und Kindern zu gute gehen/und daß erſt von dem nächſtfolgenden *quartal* das halbe Gnaden-Jahr angefangen und gerechnet wird. Verſtirbt einer 8. oder 14. Tage nach dem *quartal*, ſo werden ſolche Tage in das halbe Gnaden-Jahr mit eingerechnet. Geſchichts aber etwas langſamer/ und des Verſtorbenen Tod faſt mitten in das *Quartal* kömmt/ſo hebet man das halbe Jahr von demſelben Tage an zu rechnen/ bis daß ſechs und zwantzig Wochen verfloſſen. Exactiſſima ſanè eſt hæc computatio, dum (1.) † ſalarium ſemeſtre pecuniarium ab ipſo 7
mortis die currere incipit: (2.) & demum poſt ſeptimanam vigeſimam ſextam, quæ finem ſemeſtri præcisè imponit, abſolvitur: (3.) † ex quo nunquam non de juſtâ trime- 8
ſtris vel Quartalis, ut vocant, computatione certò conſtare queat, (4.) † ita tamen, ut tres 9
vel quatuor ſeptimanæ ante conſuetum Quartalis terminum lucro cedant viduæ liberisque defuncti, & demum ab illo termino currere incipiat dimidius gratiæ annus. (5.) Econtra verò † duæ ſaltem hebdoma- 10
dæ poſt effluxum trimeſtre vel Quartale in ſalarium ſemeſtre imputentur. Major ſcilicet eſt ratio habenda favoris & commodi, quàm incommodi, quoad viduam liberosq; defuncti Paſtoris, *arg. l. un.* ubi Herman. Vult. *C. quand. Imper. inter pupillos, viduas vel alias miſerabiles perſonas, &c.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Senatui Torgenſi, die 8. Decembr. An. 1629. (Verba Reſcripti:* Uns iſt gebührend vorgetragen worden/ was in unſer Ober-*Conſiſtorium* ihr wegen euers neuen *Superintendent*en und des verſtorbenen *D. Winters* Wittben Beſoldung und *Accidentien* gelangen laſſen. Wann denn gedachter *D. Winter* am Sonntage *Judica* verſtorben/und ſeine Wittbe darauf die zwey *Quartal Trinitatis* und *Crucis* zum halben Gnaden-Jahr/ welches euerm Andeuten nach den *24. Sept.* und alſo noch vor Michaelis ſich geendet/bekommen; Als werdet ihr nunmehr dem itzigen *Superintendent*en das *Quartal Luciæ* unverweigerlichen abfolgen laſſen/ ꝛc.) 11

Nec non † *Conſiſtorio Wittebergenſi, die 1. Sept. An. 1623. (Verba Reſcripti:* Ob nun wol von ſolcher Zeit gedachtes *Superintendent*en Wittben und Erben nebenſt der Wohnung die halbe Jahres-Beſoldung/ und dahero weil der Todesfall um *Quaſimodogeniti* dieſes Jahres geſchehen/ ihnen die Beſoldung an Geld das *Quartal Trinitatis* und *Crucis* vollſtändig/ und vom *Quartal Luciæ* die Helffte billich gereichet worden/ ꝛc.) 12

It. † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Oſſitienſi die 31. Mart. Anno 1614. (Verba Reſcripti:* Wann wir denn es bey angeregter Vergleichung unter dieſem Verſtand/ wie es die Kirchen-Ordnung vermag/ bewenden laſſen/nemlichen/ weil *M. Chriſtophori* Webers/ ſo den *18. Octobr.* verrückten 1613. Jahres verſtorben/ hinterlaſſene Wittbe die beyde *Quartal Luciæ* und *Reminiſcere* nächſtverſchienen / nebenſt den *accidentien* eingehoben/ daß die folgenden beyden *Quartal Trinitatis* und *Crucis* und einkommende *accidentia* dem neuen *Diacono* alleine bleiben/ ꝛc. Als werdet ihr die Partheyen darauf zu beſcheiden wiſſen/ ꝛc.) 13

DEFINIT. CXCVI.

Computatio ac diviſio decimarum, cenſuum, fructuum, aliorumque redituum quomodo facienda in ſalario ſemeſtri?

SUMMARIA.

1. Difficilior computatio fructuum quam pecuniæ numeratæ.

2. Certis duntaxat terminis præſtantur annui reditus.

3. Unde

3. *Unde inæqualis facilè oriri poteſt diviſio.*
4. *Æqualitas in diviſione obſervanda.*
5. *Modus diviſionis in Conſiſtoriis harum provinciarum receptus.*
6. *Conſignatus legitur in Conſiſtoriis, n. 7.*
8. *Fructus & reditus æqualiter dividendi.*
9. *Æqualitas ſemper præpollet.*
10. *Reſcriptum Electorale.*
11. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
12. *Ejusdem Decretum.*

EXpedita igitur eſt ratio diſtributionis in ſalario ſemeſtri, quod in pecuniâ conſiſtit numeratâ, *Defin. præced.* Dif-
1 ficilior autem videtur † computatio fructuum civilium pariter, ut ſunt decimæ, annui cenſus & præſtationes; ac naturalium vel induſtrialium, veluti ſunt fructus meſſi-
2 um, agrarii & hortenſes. Poſtquàm † enim hi certis tantummodò terminis præſtantur & percipiuntur, fieri poteſt, ut defuncto Paſtore viduæ ac liberi ejus pro ratione temporis, ſi dies præſtandorum cenſuum vel percipiendorum fructuum durante ſemeſtri cedat, reditus totius anni lucrentur ſoli, excluſo
3 novo Parocho, † vel rurſus, ſi dies poſt effluxum ſemeſtre veniat, ipſimet à perceptione prorſus excludantur; quod utrumque adverſatur intentioni Sereniſſimi Legiſlatoris,
4 † qui juſtam & æqualem diviſionem annuorum fructuum in beneficio ſalarii ſemeſtris obſervari voluit, *Ordinat. Eccleſ. tit.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. und zu fernerer Gnade/ ꝛc. Quò ergò iniquitas ea & leonina diviſio evitetur,
5 † laudabiliter in Conſiſtoriis receptum eſt, ut certi ponantur computationis termini, nempè à die S. Michaelis Archangeli unius anni ad eundem diem anni ſequentis, intra quod ſpatium fructus & reditus indifferenter omnes percepti & collecti in duas æquales portiones dividantur, earumque una viduæ & liberis defuncti Paſtoris aſſignetur; altera verò novò relinquatur Parocho: † quo 6
de modo computationis hiſce verbis conſignata eſt obſervantia in Conſiſtoriis *ſub Rubr.* Wie es *in Conſiſtoriis* mit Abtheilung des halben Gnaden-Jahres/ ſo nach Abſterben der Pfarrern ihren Wittben und Wäyſen zum beſten verordnet/ bishero gehalten worden. §. Auf den Dörffern/ *ibi:*
† Auf den Dörffern und auch in den Städten/ da die Pfarrer und *Diaconi* ihre Beſoldung nicht am Gelde und *quartals*-weiſe bekommen/ ſondern *Decem*, Ackerbau und Haußhaltung haben/ wird es folgender Geſtalt gehalten: Erſtlich wird des gantzen Jahres Einkommen und Verdienſt gerechnet von Michaelis an/ bis wieder auf Michaelis. *junct.* §. Wann dann ein Pfarrer/ *v.* und ihnen darnach das halbe Theil des gantzen Einkommens gefolget/ beydes an *Decem*, und auch an denen aufm Felde/ Wieſen und Gärten erwachſenen Früchten/ ꝛc. Æquiſſimus omninò modus computationis, † quo omnes indifferenter 8
fructus ac reditus æqualiter dividuntur, cui propterea ad amuſſim eſt inhærendum, quia ſemper † æqualitas præpollet, Andr. Tira- 9
quell. *de jur. primogen. quæſt. 4. in pr.* Hartm. Piſtor. *part. 2. quæſt. 38. n. 71.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Martisburgenſi, die 25. Jul. An. 1632. (Verba* 10
Reſcripti: Geſtalt nun in unſerm Ober-*Conſiſtorial*-Creyß allerdings es bishero alſo gehalten worden/ wie unſers *Conſiſtorii* zu Leipzig/ neulich an *D. Laurentium Andreæ Superattendent*en bey euch ergangenes *Informat* - Urtheil beſaget/ dergleichen Theilung unſrer Kirchen-Ordnung und der Billigkeit gantz gemäß/ daher o die andern *Conſiſtoria* auch mit gedachtem unſerm Ober-*Conſiſtorio* ſich daraus *conformi*ret. Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet euch ſo wol was des verſtorbenen *Senioris* zu Lützen Wittib/ als künfftige andere Fälle betrifft/ dem allgemeinen *ſtylo* unſerer *Conſiſtori*en gemäß bezeigen/ alle Einkommen von Michaelis an bis wieder dahin in eine *maſſam* ſchlagen/ und die Partheyen ſolcher maſſen entſcheiden/ daß des verſtorbenen Wittib und Kindern weder an ihres Ehewirths und Vaters verdienten Lohn/ noch am halben Gnaden-Jahr zu kurtz geſchehe; daran vollbringet ihr unſere gefällige Meynung/ ꝛc.)

Nec non † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem M. Chriſtophori* Müllers/ Pfarrers 11
zu Lorentzkirchen nachgelaſſener Wittben und Erben Vormündern/ *die 20. April. Anno 1619. (Verba Sententiæ informatoriæ;* Daß mehrerwähntes *M.* Müllers Wittben und Erben von Michaelis 1616. bis Michaelis 1617. der halbe Theil des gantzen Pfarrlichen Einkommens an *Decem*, Zinſen/ Feld-Wieſen- und Gartenfrüchten billich gefolget wird. Und weil die bey voriger Frage *ſpecificirte*

Gefälle zu dem/ was Michaelis verdienet iſt/ gehörig/ ſo haben gemeldte Wittbe und Erben ſich daran des halben Theils billich zu erfreuen/ ꝛc.)

Et † in causâ des Pfarrers zu Leubnitz *contra* des geweſenen Pfarrers *M.* Friedrich Zölckers Wittben und Erben/ *die 31. Auguſti An. 1614.* (*Verba Decreti:* Dieweil gedachter *M.* Zölcker den *26. Octobr. Anno 1613.* Todes verfahren; So haben ſeine Wittbe und Erben bis wieder auf den *26. Octobr.* ſchierskünfftig des halben Einkommens/ und der itzige Pfarrer der andern Helffte ſich anzumaſſen/ ꝛc.) 11

DEFINIT. CXCVII.

Termini ſolvendorum redituum, qui cedunt tempore Martini, Nativitatis Chriſti, vel Quadrageſimali, ad diem Michaelis retrotrahuntur, eique includuntur in computatione ſalarii ſemeſtris.

SUMMARIA.

1. *Cur terminus Michaelis præfixus fuerit computationi ſalarii ſemeſtris?*
2. *Quoad computationem fructuum incipit annus à Septembri.*
3. *Nulla melior computandi ratio reddi poteſt.*
4. *Num heredes participent de reditibus poſt feſtum Michaelis perceptis?*
5. *Deciſio affirmativa.*
6. *Termini ſubſequentes retrotrahuntur ad feſtum Michaelis.*
7. *Obſervantia in Conſiſtoriis hâc de re conſignata.*
8. *Ratio hujus juris & obſervantiæ.*
9. *Cenſus de proximo colligendi pro jam collectis habentur.*
10. *Reſcriptum Electorale.*
11. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 AMbigere quis poſſet, cur terminus Michaelis fuerit præfixus computationi ſalarii ſemeſtris, cùm adhuc alii exiſtant dies ac termini, quibus decimæ, panes, aliique reditus exſolvi ſolent à parochianis? Sed fruſtra id factum non eſt:
2 Ecquis † enim neſcit ex ſententiâ Interpp. *in cap. 1. §. his conſequenter. F. F. 2. tit. 28.* annum eſſe incipiendum à Septembri quoad computationem fructuum, propterea quod hoc tempore omnibus penè totius anni fructibus perceptis, ager de novo in annum futurum coli incipiatur, Andr. de Iſern. Alvarott. Præpoſ. & Matth. de Afflict. *in dict. §. his conſequenter.* Sonsbecius *de feud. part. 10. in fin.* Harm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 24. n. 46.*
3 † Quod ſi ita eſt, vix certior terminus melior que computandi anni ratio dari poterit, ut non immeritò Conſiſtoria præfigentes diem S. Michaelis, qui eum in menſem incidit, hoc in termino acquieverint. Illud tamen
4 adhuc dubii reſtare videtur, † annon vidua & liberi de illis quoque reditibus participare debeant, quorum dies poſt feſtum demum Michaelis cedit, veluti die Martini, tempore Adventûs, Nativitatis Chriſti, & Quadrageſimali panes, decimæ, aliique cenſus & reditus quandoque exſolvuntur? Iniquum ſanè eſſet, † defuncti Paſtoris heredes ab hoc 5
lucro & emolumento excludere; ideoque placuit terminos hoſce retrotrahi ad diem Michaelis, † ita ut tùm temporis jam ex- 6
ſoluti cenſeantur reditus, qui ſubſequentibus terminis præſtantur, veluti conſignatum legitur in Conſiſtoriis: † Was von *De-* 7
cem an Geträydig/ oder auch Geldzinſen zum Einkommen gehören/ werden gerechnet/ daß ſie *Michaelis* verdienet/ ob ſie ſchon erſt um *Martini*, Weyhnachten oder Faſtnacht gefällig: Was aber um Walpurgis gefällt/ wird geachtet/ daß es als eine halbe Jahresbeſoldung von Michaelis an aufs neue verdienet ſey. Idque propter-
ea, † ne quicquam decedat ſalario ſemeſtri, 8
quod in medietate totius anni fructuum redituumque conſiſtit, præſertim cum etiam fructus & cenſus de proximo colligendi
† pro jam collectis haberi debeant, Bartol. 9
Jaſon. & Dd. *in l. divortio. §. interdum. ff. ſolut. matrim.* Andr. Tiraquell. *de retract. tit. 1. §. 1. gloſſ. 7. n. 14.* Molin. *in conſuet. Pariſ. §. 1. gloſſ. 8. n. 25.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wittebergenſi, die 12. Octobr. Anno 1628. 10
(*Verba Reſcripti:* Wann dann das Korn/ Geld und Gnadenholtz auf Michaelis ver-

verdienet/ungeachtet es erſt nach Michaelis gefallen iſt; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ihr wollet beyden *Supplicant*en daſſelbe folgen laſſen/ und N. N. von ſeinem unbefugten Suchen nochmals gäntzlich abweiſen/auch in dergleichen Fällen künfftig euch darnach achten/ ꝛc.)

Et † Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Johannis Zechendörffers *Paſtoris & Virgilii Jacobi Præfecti in Hartenſtein, die 27. Sept. Anno 1608.* (*Verba Reſcripti:* Des folgenden Jahres vollſtändiges Einkommen aber/ von *Michaelis Anno 1607.* bis wiederum *Michaelis 1608.* darunter die Sommerfrüchte/ ſo wol aller *Decem*, ob er wol *Martini*, Weyhnachten oder Faſtnachten hernacher allererſt fällig/auch gehören/ wird zwiſchen des verſtorbenen Pfarrers Wittben oder Kindern ihrer Begnadigung wegen/ und dem neuen Pfarrer zugleich getheilet/ ꝛc.) 11

Definit. CXCIIX.

Idemque obſervandum in exſolutione ſalarii, quod Paſtor defunctus ante obitum promeruit.

SUMMARIA.

1. *Juſtâ nititur ratione computatio à termino Michaelis.*
2. *Quoad culturam agri tùm novus inchoatur annus.*
3. *Idem habetur juris in reſiduo ſalarii.*
4. *Quod demonſtratur exemplo.*
5. *Termini ſequentes retrotrahuntur ad feſtum Michaelis.*
6. *Nihil inde accedit ſalario Paſtoris.*
7. *Sententia Conſiſtorii Supremi, n. 8.*

1 JUſtâ ergò nititur ratione hæc obſervantiâ, quâ terminos Martini, Nativitatis Chriſti & temporis quadrageſimalis, quoad computationem ſalarii ſemeſtris ad diem & terminum Michaelis retrotrahi; eique includi diximus *defin. præced.*
2 † nimirum quòd tùm quoad culturam agri & perceptionem fructuum atque redituum novus inchoetur annus. Quod ſi ita eſt, an-
3 non in exſolvendo ſalarii reſiduo, † quod defunctus Paſtor, operâ & labore ſuô, cum adhuc in vivis eſſet, promeruit, idem obſer-
4 vandum erit? Omninò certè; † quare ſi Parochum mori contingat circa feſtum Michaelis, licet reſiduum ſalarii debeatur ſaltem pro ratâ temporis, quo præfuit functioni Eccleſiæ, *ſupr. defin. 171.* heredibus tamen ejus ut pars ſalarii jam promeriti cedunt reditus terminis ſequentibus Martini, Nativitatis Chriſti & Quadrageſimæ etiamnum ſolvendi. Scilicet † quia termini hi retrotrahan- 5
tur ad terminum Michaelis, eique includuntur. Cùm ergò Paſtor ultimo anni termino deceſſerit, non potuit non promeruiſſe totius anni ſalarium, adeoque & reditûs annuos, qui jure retrotractionis ultimo includuntur. Nec propterea quicquam ei accedit, † cùm iis caruerit anno priori, quo ad 6
functionem eccleſiaſticam acceſſit, ut benè obtineat hic regula, qui ſentit commodum, ſentiat etiam incommodum, & vice verſâ, *l. ſecundum naturam. ff. de Reg. jur. l. un. §. prô ſecundo. C. de caduc. tollend.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad conſultationem viduæ & heredum M. Chriſtophori Müllers *Paſtoris in Lorenzkirchen, die 20. April Anno 1619.* (*Verba Sententiæ informatoriæ:* 7
Iſt der Pfarrer zu Lorentzkirchen *M. Chriſtophorus* Müller *Menſ. Octobr. Anno 1616.* Todes verblichen/ und hat nach ſich ſeine Wittbe und Erben verlaſſen. Ob nun wol allererſt Martini 16. Gülden von zwölff Hufen Landes/ Sontags vor Thomä 6. Scheffel Korn und 8. Scheffel Haber zu Golitz ſamt 24. Weyhnachtbrodten in den eingepfarrten Dörffern/ und dann 14. alte Schock auf *Purificationis Mariæ* hernach Hufenzinß gefällig geweſen. Dieweil aber doch/ was von *Decem* an Geträidigt und Geldzinſen zum Pfarrlichen Einkommen gehörig / und *Martini*, Weyhnachten und Faſtnachten fällig iſt/zu deme/ ſo *Michaelis* verdienet / gerechnet wird; So bleiben auch gedachtes *M.* Müllers Wittben und Erben alle vorerzehlte Gefälle/als ihres Ehemannes und Vaters verdientes Einkommen billich/ und hat der neue Pfarrer ſich daran nichts anzumaſſen/ ꝛc.)

Et

Et † *ad requiſitionem M. Chriſtiani Willichii Superattendentis Coldicenſis, & Caſpari Henrici* 8
à Milkaw, die 5. Februar. An. 1634. (*Verba Sententiæ:* Iſt der vorige Pfarrer zu Colmen *Martinus Andreæ* den *31. Julii* nächſtverwichenen Jahres *peſte* verſtorben/ deſſen beyde Theile einig ſeyn; Ob nun wol ſonſten vermöge der *An. 1580. publicir*ten Churf. Sächſ. Kirchen-Ordnung *tit.* von *immunit*äten *pag. 356.* das halbe Gnaden-Jahr von Zeit des vorigen *Paſtoris* Tode an zu rechnen. Dieweil aber doch in gegenwärtigem Fall gedachter Pfarrer zu Colmen das gantze pfarrliche Einkommen bey ſeinem Leben bis auf zwey Monat verdienet/ darzu nicht allein/ was *Michaelis*, beſondern auch *Martini*, Weyhnacht und Faſtnacht hernach fällig/ gehörig; So bleibet deſſelben Wittben und Kindern ſolches pfarrliches Einkommen nicht unbillich/ ꝛc.)

DEFINIT. CXCIX.

Defunctô Paſtore circiter feſtum S. Michaelis, totius inſequentis anni reditus, ab hoc termino computandi, inter viduam liberosque & novum Parochum, pro obtinendo ſalario ſemeſtri, in duas æquales portiones dividuntur.

SUMMARIA.

1. *Quæ hactenus dicta ſunt, exemplis declarantur.*
2. *Idque ſecundum notata in Conſiſtoriis.*
3. *Primus ponitur caſus, ſi Paſtor circiter feſtum Michaelis moriatur.*
4. *Modicum non curat Prætor.*
5. *Deciſio hujus caſûs ex notatis Conſiſtoriorum.*
6. *Parum difficultatis modus hic dividendi habet.*
7. *Diſtributio facienda in duas æquales portiones.*
8. *Termini ſequentes termino Michaelis includuntur.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
10. *Ejusdem Decreta. n. 11.*
12. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

POſuimus hactenus terminos diſtribuendi fructus ac reditus parochiales pro obtinendo ſalario ſemeſtri, modumque computandi & dividen-
1 di demonſtravimus. Cùm verò res ipſa † exemplis clarior reddatur, adducere jam lubet certos quosdam caſus factæ diſtributionis pro diverſitate terminorum ac menſium, quibus Paſtores è vivis deceſſerunt, quibus perſpectis facilè de reliquis judicari poterit,
2 idque faciemus ſecundum ordinem in † Conſiſtoriis conſignatum *ſub Rub.* wie es *in Conſiſtoriis* mit Abtheilung des halben Gnaden-Jahrs/ ſo nach Abſterben der Pfarren ihren Wittben und Wäyſen zum beſten verordnet/ bishero gehalten
3 worden. Et primò quidem † ſi contingat Paſtorem mori circa feſtum & terminum Michaelis (nec enim modicum illud temporis, quod terminum iſtum præcedit vel ſubſequitur, in magna eſt conſideratione, ſed id reſiduum ipſo Michaelis termino includitur,
4 ut diximus *ſupr. Definit. 174.* † quia modicum Prætor non curat, *l. ſcio illud. 4. ff. de in integr. reſtitut. l. res bonâ fide. 54. ff. de contr. emt.*) de modo diſtributionis
ita loquitur prædicta obſervantia † in Con- 5
ſiſtoriis conſignata: Wann dann ein Pfarrer um *Michaelis* mit Tode abgehet/ ſo haben die Wittbe und Kindere nicht alleine alle dasjenige/ was der Vater bey ſeinem Leben verdienet/ aufs gantze Jahr einzunehmen/ ſondern werden auch bey der Pfarren bis an die folgenden Oſtern gelaſſen/ und ihnen hernach das halbe Theil des gantzen Einkommens gefolget/ beydes an *Decem* und auch an denen aufm Felde/ Wieſen und Gärten erwachſenen
Früchten/ ꝛc. Non multum difficultatis † 6
hic modus dividendi habet; Poſtquam enim in termino Michaelis finiatur annus, novusque inchoëtur, *ſupr. Defin. 196.* non poteſt non fieri diſtributio ab hoc termino
† in duas æquales portiones, ad hoc ut vi- 7
duæ liberisque defuncti Paſtoris una pro ſalario ſemeſtri attribuatur, juxta tradita *Definit. 183.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 25. n. 12.* Sigismund. Finckelthuſ. *de jure pa-*
tron. cap. 6. numer. 39. modò † termini 8
ſequentes Martini, Nativitatis Chriſti & Quadrageſimæ termino Michaelis includantur, ac deductis demum horum terminorum redi-

reditibus, ceu ad reſiduum defuncti Paſtoris ſalarium pertinentibus, *ſupr. Definit. 198.* computatio fructuum & redituum fiat.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Offitienſi die 31. Mart. An. 1614.* (*Verba Reſcripti:* Wann wir es denn bey angeregter Vergleichung unter dieſem Verſtand/ wie es die *publicirte* Kirchen-Ordnung vermag/bewenden laſſen/ nemlichen/ weil *M. Chriſtophori* Webers/ ſo den *18. Octobr.* um *Michaelis* verruckten 1613. Jahres verſtorben/hinterlaſſene Wittbe die beyde *Quartal Luciæ* und *Reminiſcere* nächſt verſchienen/nebens den *accidentien* eingehoben/ daß die folgenden beyden *Quartale Trinitatis* und *Crucis* und einkommende *accidentia* dem neuem *Diacono* alleine bleiben/ die andern Früchte aber von *Michaelis* bis wieder zu *Michaelis* eurer Anordnung nach/gegen Erſtattung der Unkoſten zwiſchen der Wittben und neuen *Diacono* gleich getheilet werden ſollen; Als werdet ihr die Partheyen zu beſcheiden wiſſen/ ꝛc.) 9

It. † *in causâ M. Jeremiæ Fabers contra Auguſtini* Walters Erben zu Ruppendorff/ *die 29. Martii, Anno 1615.* (*Verba Decreti:* Dieweil der Beklagten Vater vier Wochen nach *Michaelis* des abgewichenen 1614. Jahres verſtorben; So hat er das gantze Einkommen bis dahin und um *Martini* verdienet/ und wird nach erſetztem *inventario* das Pfarrliche Einkommen von ſolcher Zeit an bis künfftige *Michaelis* oder *Martini* gegen Erſtattung der Unkoſten zwiſchen dem neuen Pfarrer und des Verſtorbenen Erben gleich getheilet/ ꝛc.) 10

Nec non † *in causâ viduæ Andreæ* Zörlers/ *contra ejusdem heredes, die 16. April. An. 1634.* (*Verba Decreti:* Dieweil der vorige Pfarrer verſchienen *Michaelis* verſtorben/ und das gantze Pfarrliche Einkommen bis nächſtkünfftig *Michaelis* zu rechnen/davon eine Helffte dem neuen/ der andere halbe Theil des verſtorbenen Pfarrers Wittben und Erben zum halben Gnaden-Jahr gebühret/ ꝛc.) 11

Et † *ad requiſitionem viduæ & liberorum M. Chriſtophori* Müllers Pfarrers zu Lorentz-Kirchen/ *die 20. April. Anno 1619.* (*Verba Sententiæ informatoriæ:* Iſt der Pfarrer zu Lorentzkirchen *M. Chriſtophorus* Müller *d. 24. Octobr. Anno 1616.* Todes verblichen/ und hat nach ſich ſeine Wittbe und Kinder verlaſſen/welche über dasjenige/ ſo ihrem Ehemann und Vater bis *Michaelis*, und die folgende drein gerechnete *termin. Martini*, Weyhnachten und Faſtnachten als verdiente Beſoldung gehörig/ das halbe Gnadenjahr ſuchen uñ begehren; So wird bemeldter Mülleriſchen Wittben und Erben von *Michaelis 1616.* bis *Michaelis 1617.* der halbe Theil des gantzen Pfarrlichen Einkommens an *Decem*, Zinſen/Feld-Wieſen-und Garten-Früchten billich gefolget. Und weil die folgende *Martini*, Weyhnachten und Faſtnachten gefällige Zinſen und Einkünfften zu deme/ was *Michaelis* verdienet iſt/gehörig/ ſo haben gemeldte Wittib und Erben ſich daran des halben Theils billich zu erfreuen/ ꝛc.) 12

DEFINIT. CC.

Circiter diem Bartholomæi ſi moriatur Parochus, eadem fit computatio ſalarii ſemeſtris, ac ſi ipſo Michaelis die è vivis deceſſiſſet.

SUMMARIA.

1. *Alius ponitur caſus, quo Paſtor moritur circiter diem Bartholomæi.*
2. *Eadem hoc caſu inſtituitur diviſio, ac ſi die Michaelis Paſtor obiiſſet. n. 3.*
4. *Horum caſuum diverſitas quidem, ſed non deciſi diſparitas.*
5. *Modicum temporis ante feſtum Michaelis non attenditur.*
6. *Fundamenta & rationes hujus deciſionis. num. 8.*
7. *Obſervantia de hoc caſu in Conſiſtoriis conſignata.*
9. *De jure communi totum ſalarium ad heredes transfertur.*
10. *Termini ſequentes termino Michaelis & hoc caſu includendi.*
11. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 12.*
13. *Ejusdem Decretum.*

Quid

1 QUid autem ſi ipſo die Bartholomæi, brevi ante vel poſt paucos dies in fine Menſis Auguſti vel Septembris Paſtor moriatur? Eadem erit computatio ac diſtributio fructuum atque redituum pro obti-
2 nendo ſalario ſemeſtri, † ac ſi die Michaelis obiiſſet, de quâ dixi *Definit. præced.* ita ſcilicet, ut reſiduum ſalarii usque ad diem Michaelis incluſis ſequentibus terminis Martini, Nativitatis Chriſti, & Quadrageſimæ, ceu quod defunctus, cùm adhuc viveret, operâ & labore ſuo promeruit, ſoli cedat viduæ li-
3 berisque, & † poſtea demum fructus ac reditus totius anni à termino Michaelis usque ad eundem terminum anni ſequentis collecti in duas æquales portiones dividantur, unaque viduæ & liberis defuncti nomine ſalarii ſemeſtris aſſignetur; altera verò novo defera-
4 tur Parocho. Nec eſt, quod hâc ratione † nullam caſuum diverſorum, ſi vel die Bartholomæi, vel die Michaelis Paſtor moriatur, differentiam exiſtere dixeris: fatemur enim caſuum diverſitatem, attamen deciſi diſpari-
5 tatem negamus propterea, † quod modicum id temporis ante feſtum Michaelis, in favorem viduæ liberorumque defuncti, haut attendatur, ſed quaſi totum ſalarium jam pro-
6 meritum cenſeatur, idque (1.) † propter verba clara *Ordinat. Eccleſ. in art. general. 41.* Damit der Wittben und ihren Kindern dasjenige / ſo der Vater ſeliger faſt verdienet hat / nicht entzogen werde. (2.)
7 Hocque ipſum eſt, quod conſignatio † obſervantiæ in Conſiſtoriis *ſub rit.* wie es *in Conſiſtoriis* zu Meiſſen mit Abtheilung des halben Gnaden-Jahres / ſo nach Abſterben des Pfarrern / ihren Wittben und Wäyſen zum beſten verordnet / bishero behalten worden: non præcisè ponat diem Michaelis, ſed hiſce utatur verbis (wann dann ein Pfarr um *Michaelis* mit Tode abgehet.) Scilicet † obſervantia ea obtinet, ſi 8
circa feſtum Michaelis ante vel poſt modicum temporis Paſtor moriatur. (3.) Et cur non admitteretur hæc computatio in favorem viduæ & liberorum, † qui de jure com- 9
muni etiam totius inſequentis anni ſalarium lucrantur? *l. diem functo. 4. ff. de offic. aſſeſſor. l. poſt duos. 15. §. 1. C. de advocat. diverſ. judic.* à quo in explicatione ſtatuti & obſervantiæ dubiæ non omninò eſt recedendum, Baldus *in l. non ſolùm. col. ult. verſ. ſed in contrarium. C. de bon. qualib.* Joh. Vinc. Honded. *lib. 1. conſil. 110. n. 33.* Regn. Sixtin. *vol. 2. conſil. Marpurg. 9. n. 88. & ſeqq.* Andr. Tiraquell. *in tract. de utroque retract. in præfat. fol. 19. n. 5.* † Quod vero diximus, reditus 10
etiam termino Martini, Nativitatis Chriſti, & Quadrageſimæ ſolvendos, viduæ liberisque ſolis cedere, excluſo novo Parocho, id non beneficio temporis modici, ſed neceſſariæ conſequentiæ adſcribendum eſt: ex quo enim termini illi ad diem Michaelis retrotrahuntur eique includuntur, *ſupr. Defin. 198.* non poſſunt non viduæ & liberis defuncti unà cum termino Michaelis cedere.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Freybergenſi & Præfecto in Noſſen, die 24. Julii Anno 1618. (Verba Reſcripti:* Wann denn *Supplicantens* Anziehen nach gedachter Pfarrer am Tage *Bartholomæi* den 24. *Aug.* verſtorben / dahero er nicht allein die Ernde des nächſtverwichenen 1617. Jahres gantz / ſondern auch deſſelben Jahres *Decem*, ſo *Michaelis* betaget geachtet wird / faſt gar verdienet; Als iſt ſolches Inhalts des *41. general-articuls* zu ſeiner Beſoldung und Einkommen zu rechnen / und wird bis künfftige *Michaelis* dieſes Jahres Einkommen / wie es Namen haben mag / (auſſerhalb der *accidentien* / welche dem neuen Pfarrer von Zeit ſeines Anzugs alleine bleiben) zwiſchen demſelben und des vorigen Pfarrers Wittben in zwey gleiche Theile geſondert / und gegen Erſtattung der *pro ratâ* aufgewandten Unkoſten / iedem zur Helffte gefolget / doch daß hingegen bemeldte Wittbe das *Inventarium*, wofern es nicht allbereit geſchehen / allein zur Gnüge erſetze; Begehren derohalben / ꝛc. Ihr wollet die Partheyen darauf beſcheiden / und dieſer unſer billichen Weiſung gebührlich nachzuſetzen ihnen auferlegen / ꝛc.) 11

It. † *Senatui Haynenſi die 16. Mart. Anno 1616. (Verba Reſcripti:* Anreichende der Pfarr-Wittben halbe Jahrs-Begnadung / dieweil euerm eigenen Bericht nach ihr Ehemann den 19. *Auguſti*, und alſo wenig Tage vor *Bartholomai* nächſtverwichenen 1615. Jahres verſtorben / und dahero nicht allein die damalige Ernde gantz / ſondern auch deſſelben Jahres *Decem*, ſo *Michaelis* für betaget geachtet wird / faſt gar verdienet; So iſt ſolches Inhalts des *41. general-articuls* zu ſeiner Beſoldung und Einkommen zu rechnen / und wird bis künfftige Michaelis dieſes Jahres Einkommen (auſſer den *accidentien* / welche dem neuen Pfarrer von Zeit ſeines Anzugs alleine bleiben /) zwiſchen demſelben und des vorigen Pfarrers Wittben 12

und

und Kindern in zwey gleiche Theile geſondert/und gegen Erſtattung der *pro ratâ* aufgewendeten Unkoſten/jeden zur Helffte gefolget. Es muß aber gemeldte Wittbe und Erben hingegen das *inventarium* alleine zur Gnüge erſetzen / möchten wir euch nicht bergen/ ꝛc.)

Et † *in causâ Melchioris Loſſii* Pfarrers zu Langenau *contra Eſaiæ* Kölers Wittben und 13
Kinder/ *die 16. Sept. An. 1624.* (*Verba Decreti:* Dieweil der Klägere Ehemann und Vater den letzten *Auguſti An. 1623.* und alſo etliche Tage nach *Bartholomæi* verſtorben/am *5. Sept.* hernach begraben/und deſſelben Jahres Einkommen faſt verdienet; So wird die Wittib und Erben/Inhalts des *41. general-articuls* dabey billich geſchützet/und gebühret ihnen hierüber von Michaelis 1623. bis Michaelis dieſes 1624. Jahres die Helffte an Geldzinſen / Eyern/ Hünern / Winter- und Sommer-Saat/Obſt und andern Feld- und Garten-Früchten gegen Erſtattung der Unkoſten zum halben Theil/und zu ihrer Begnadigung/ꝛc.)

DEFINIT. CCI.

Si circa diem Luciæ vel Nativitatis Chriſti Paſtor ultimum obeat diem, quotnam partes annuorum redituum jure ſalarii ſemeſtris viduæ & liberis cedant?

SUMMARIA.

1. *Modicum temporis ſpatium poſt diem Michaelis in conſiderationem non venit.*
2. *Quod tamen cum micâ ſalis accipiendum.*
3. *Ponitur porrò caſus, ſi Paſtor circa diem Luciæ vel Nativitatis Chriſti moriatur.*
4. *Deciſio ex notatis Conſiſtoriorum.*
5. *Tres partes de reditibus totius anni hoc caſu heredibus cadunt.*
6. *Una equidem ut reſiduum ſalarii.*
7. *Reliquæ verò duæ partes jure ſalarii ſemeſtris.*
8. *Quo etiam caſu termini ſequentes termino Michaelis includuntur.*
9. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
10. *Ejusdem Reſcriptum.*

1 Modicum temporis ſpatium poſt diem Michaelis in caſu ſalarii ſemeſtris haut conſiderari, ſed computationem redituum faciendam ab ipſo Michaelis termino, licet poſt aliquot dies vel hebdomadas Paſtor diſceſſerit, di-
2 ximus *ſuprà Defin. 199.* † Quod tamen cum grano ſalis accipiendum, ne beneficium hoc nimium vel ad medietatem ſequentis termini extendatur. Quare ſi contingat, Paſtorem vel Eccleſiæ miniſtrum diem ſuum obire
3 † in termino Luciæ ſeu Nativitatis Chriſti, brevi ante vel poſt paucos dies, alia computandi ratio obtinebit, de quâ in Conſiſtoriis
4 hæc reperitur notata obſervantia: † Stirbet ein Pfarrer um *Luciæ* oder Weyhnachten/ ſo werden ſeine Wittbe und Kinder dabey (*ſcilicet* der Pfarre) gelaſſen bis auf *Johannis Baptiſtæ*, und haben darnach auf die Ernde von den erwachſenen Früchten/ deromaſſen/wie itzo gemeldet/ ſo wol auch von dem *Decem* und andern Gefällen auf Michaelis drey Theile einzunehmen / ꝛc. Ergò de fructibus & reditibus anni totius † 5
tres partes hoc caſu capiunt defuncti vidua & liberi, juſtiſſimâ ex ratione: Poſtquam enim computatio à præterito die Michaelis ad eundem diem ſequentis anni inſtituenda, *ſuprà Defin. 196.* † quadrans ſeu una quar- 6
ta à die Michaelis usque ad diem Luciæ vel Nativitatis Chriſti, quo mortuus eſt Paſtor, debetur viduæ & liberis ceu reſiduum & pars ſalarii, quod defunctus, cùm adhuc in vitâ & officio eſſet, promeruit; Reliquæ † 7
verò duæ quartæ usque ad terminum Johannis Baptiſtæ jure ſalarii ſemeſtris ipſis deferuntur, quadrante ultimo novo Paſtori relicto, qui non niſi à die Johannis ad terminum Michaelis, & ſic per ſpatium trimeſtre officio eſt functus. Cæterum † & hic perinde ut 8
aliis in caſibus indifferenter, terminos etiam Martini, Nativitatis Chriſti & Quadrageſimæ diei Michaelis incluſos velim ſecundùm tradita *ſuprà Defin. 198.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ M. Michael* Kölers *Paſtoris* in Blanckenſtein/*con-* 9
tra Valentini Steinbachs Wittben und Erben/ *die 15. Auguſt. An. 1623.* (*Verba Decreti:* Dieweil Kläger Inhals der *publicirten* Kirchenordnung eine Theilung an-

zuſtellen

zuſtellen gebeten/der Beklagten Vater aber verſchienene Weynachten verſtorben/ dahero das halbe Gnadenjahr *Johannis Baptiſtæ* ſich geendet; So gebühren Beklagtem vom *Quartal*-Gelde/Erb- und andern Michaels-Zinſen ſo wol von denen Weyhnachten künfftig betagten Brodten/weil ſolche *Michaelis* vorher verdienet worden/deßgleichẽ vom *Michaelis Decem* und itzigen zehenden Garben 3. Theile/davon ſie das *inventarium* zu erſetzen ſchuldig/Klägern aber gegen Erſtattung *pro ratâ* des Samens und Ackerlohns/und andern aufgewandten Unkoſten/der 4. Theil/rc.)

Et † *Superintendenti Pirnenſi, die 14. Jan. An. 1635.* (*Verba Reſcripti:* Demnach wir bey der zwiſchen dem neuen Pfarrer zu Schandau *Simon* Grafen und ſeines *Anteceſſoris M. Chriſtiani* Ottenbachs hinterlaſſenen unmündigen Kindern verordneten Vormünden/ wegen des ſtreitigen Pfarrlichen Einkommens/ *dato* gepflogener Verhör befunden/ daß vermöge euers eingeſchickten Berichts bemeldter Vormunden Pflegekindern/ weil ihr Vater um *Luciæ* geſtorben/drey Theile/und dem neuen Pfarrer der vierdte Theil gebühret/darauf auch die Partheyen gewieſen; Als iſt/rc. unſer Begehren/ ihr wollet daran ſeyn/daß von den Partheyen dieſer unſerer Weiſung gebührlich nachgelebet werde/ rc.) 10

DEFINIT. CCII.

Circiter feſtum Paſchatos quando moritur Paſtor, vidua & liberi ejus totius anni fructus atque reditus termino ſequenti Michaelis exſolvendos ac percipiendos lucrantur.

SUMMARIA.

1. *Quid ſi Paſtor moriatur circa feſtum Paſchatos?*
2. *Deciſio hujus caſus haut difficilis.*
3. *Totius anni reditus heredibus cedunt, ſed diverſo jure.*
4. *Confirmatur deciſio ex obſervantiâ Conſiſtoriorum. n. 5.*
6. *Reſcriptum Electorale.*
7. *Conſiſtorii Supremi Sententia.*

1 EXpedita eſt deciſio hujus caſus, quo circa feſtum Paſchatos diem obiit Paſtor; Cùm enim ab hoc tempore usque ad diem S. Michaelis Archangeli ſemeſtre currat ſpatium, cujus reditus viduæ & liberis cedunt, qui & termino Michaelis
2 exſolvuntur, incluſis † ſequentium terminorum Martini, Nativitatis Chriſti & Quadrageſimæ cenſibus, fieri non poteſt, ut non
3 totius anni reditus eis debeantur; † medietas una ut pars ſalarii, quod defunctus labore ſuo, cum adhuc in vivis eſſet, promeruit, altera jure dimidii gratiæ anni; Veluti etiam hoc diſertis verbis conſignatum legitur in Conſiſtoriis † *ſub tit.* Wie es *in Conſiſtoriis* mit Abtheilung des halben Gnadenjahrs/ 4
ſo nach Abſterben der Pfarrern ihren Wittben und Wäyſen zum beſten geordnet/ bishero gehalten worden. §. Da aber. *ibi:* † Da aber der Todesfall um Oſtern 5
geſchicht/ſo nehmen die Wittbe und Kinder ſamt der Ernde auf *Michaelis* den gantzen *Decem* und Einkommen/ und dürffen mit niemand theilen/ müſſen aber alſobald im Abzuge das gantze *inventarium* richtig machen und vollſtändig erſetzen.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wittebergenſi, die 1. Sept. Anno 1623.* (*Verba Reſcripti:* Euch iſt unverborgen/ daß der geweſene *Superattendens* zu Beltzig *M. Michael Mylingius* um *Quaſimodogeniti* dieſes Jahres/und alſo faſt mitten im *Quartal* Todes verfahren/deſſen Stelle wir mit dem Pfarrer zu Wahrenbruck *M. Joh.* Bachmann erſetzen/ und nach Wahrenbruck den Pfarrer zu Reichenbach *Martinum* Sommer/an deſſen ſtatt aber den Pfarrer zu Hermarsdorff *M. Joh. Fabern*, und dann an deſſen Stelle einen armen *Exulanten Joh.* Reichnern hinwieder verordnen laſſen. Ob nun wol von ſolcher Zeit gedachtes *Superattendenten*s Wittben und Erben nebenſt der Wohnung die halbe Jahrs-Beſoldung Inhalts der *publicirten* Kirchen-Ordnung gebühret/dahero ihnen die Beſoldung am Gelde/ das *Quartal Trinitatis* und *Crucis* vollſtändig/ und vom *Quartal Luciæ* die Helffte billich gereichet worden; Dieweil aber doch/ſo viel die Haußhaltung/*Decem*, Geldzinſen und dergleichen belanget/eines gantzen Jahres Einkommen von Michaelis bis wieder Michaelis gerechnet/uñ wann der Fall ſich um Oſtern begiebt/des Verſtorbenen Wittben und Erben nebenſt der Ernde der gantze *Decem* allein gelaſſen 6
wird/

wird/da gleich derſelbe erſt Martini oder Weyhnachten hernach gefällig iſt/ doch daß hiervon das *inventarium* erſetzet werde; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ihr wollet die Abtheilung zwiſchen des verſtorbenen *Superintendentens* zu Belzig Wittben und Erben/und *M.* Bachmannen darnach machen/ und es dahin richten/ daß dieſer zum längſten in der Wochen vor Martini anziehen/ und ſein Amt antreten möge/denn wir allbereit zwiſchen den andern dreyen *Succeſſoribus* ebenmäßige Verordnung gethan/inſonderheit/daß ein ieder ſeinen Dienſt in der Wochen vor Martini beziehen ſol/damit keiner von dem andern verkürtzt oder gehindert werde/ ꝛc.)

It. † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Reginæ, viduæ Jacobi Loſſii, Paſtoris in Koh-* 7
ren, die 11. Nov. An. 1625. (*Verba Sententiæ informatoriæ:* Iſt euer Ehemann *Jacobus Loſſius* Pfarrer zu Kohren am *29. Apr.* dieſes Jahres Todes verblichen; So gebühret euch ſeiner Wittben und Kindern die gantze Erndte ſamt dem *Decem* und Einkommen/und dürffet mit niemand theilen; Ihr müſſet aber alſobald im Abzuge das gantze *inventarium* richtig machen/und vollſtändig erſetzen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCIII.

Quomodo facienda computatio ſalarii ſemeſtris, ſi circiter feſtum Pentecoſtes, Johannis Baptiſtæ vel Petri Pauli, Paſtor mortem obeat?

SUMMARIA.

1. *Alius ponitur caſus, ſi nempè Paſtor circa feſtum Johannis Baptiſtæ moriatur.*
2. *Nec tùm computatio difficilis.*
3. *Quotnam portiones heredibus debeantur?*
4. *Probatur hoc ex notatis Conſiſtoriorum. n. 5.*
6. *Deciſio in computatione geometricâ conſiſtit.*
7. *Præmium laboris unicuique exſolvi debet.*
8. *Reſcriptum Electorale.*

1 AT quid ſi in feſto Pentecoſtes, vel circiter diem Johannis Baptiſtæ ac Petri Pauli, miniſter Eccleſiæ mortem obeat? Nec tùm adeò difficilis eſt computatio
2 ſalarii ſemeſtris; † poſtquam enim ab hoc tempore præter propter trimeſtre currit ſpatium usque ad terminum Michaelis, quo fructus & reditus totius anni computantur, procul dubio hi omnes viduæ & liberis defun-
3 cti Parochi cedunt, quibus † propterea ad complementum ſalarii ſemeſtris una quarta vel quadrans ex omnibus inſequentis anni fructibus debetur, veluti notatum legitur in
4 Conſiſtoriis † *ſub Rubr.* Verzeichniß/ wie es *in Conſiſtoriis* mit Abtheilung des halben Gnaden-Jahrs/ ſo nach Abſterben der Pfarrern ihren Wittben und Wäyſen zum beſten verordnet/ bishero gehal-
5 ten worden. §. Wann † um Pfingſten oder *Johannis Baptiſtæ* ſich der Fall zuträgt: So haben die Wittbe und Kinder auf Michaelis das gantze Einkommen/ und darüber folgendes Jahres den vierdten Theil an *Decem*, und an der Winter- und Sommer-Saat/ſo viel über das *inventarium* unterbracht worden: deßgleichen an Wieſewachs und Gartenfrüchten ihre *quartam*, doch daß ſie auch die Unkoſten *pro quotâ* tragen helffen. † Conſiſtit hæc diviſio 6
in computatione geometricâ, quæ rem ita moderatur, ut quisq; debitam ſibi portionem accipiat, ac ne vidua liberique beneficio ſalarii ſemeſtris, nec novus Parochus præmio laboris defraudetur, † quod unicuique ex- 7
ſolvi debet, *Levit. 19. v. 13. Deut. 24. verſ. 15. Malach. 3. verſ. 5.* Petr. Rebuff. *ad conſt. Regn. Gall. lib. 2. tit. de lit. dilat. art. 1. gloſſ. 1. num. 26.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Capitaneo & Superattendenti Freyburgico, die 3. Sept.* 8
An. 1627. (*Verba Reſcripti:* Dieweil dann zu befinden/ daß gedachter *M. Avianus Petri Pauli An. 1626.* Todes verfahren; So hat deſſelben Wittbe und Erben halbjährige Begnadung folgende Weyhnachten ſich geendet/ ihnen auch dahero über das *Michaelis Anno 1626.* betagte pfarrliche Einkommen von dieſem Jahre nicht mehr als der vierdte Theil gebühret/ ꝛc.)

DEFINIT. CCIV.

Quid juris, ſi circiter medium termini Paſtor moriatur?

SUMMARIA.

1. *Ex prædictis deciſis de aliis quoque caſibus judicandum eſt.*
2. *Pro exemplis referuntur caſus aliquot.*
3. *Qui ratione conſequentiæ in conſignatione Conſiſtoriorum ſunt comprehenſi.*
4. *Modus affertur generalis in computatione redituum annuorum.*
5. *Modicum temporis in conſiderationem non venit.*
6. *Diviſio ita facienda, ne cuiquam inferatur præjudicium.*
7. *Super diſtributione tentatur ante omnia amicabilis compoſitio.*
8. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

EX prædictis luculenter apparet, quomodo lites circa ſalarium ſemeſtre inter viduam & liberos defuncti Eccleſiæ miniſtri, novumque Succeſſorem determinandæ, & computatio redituum fa-
1 cienda: unde † aliis de caſibus haut expreſſis in conſignatione obſervantiæ Conſiſtorialis facilime judicari poteſt. Quid enim ſi circa diem Martini, tempore Quadrageſi-
2 mali, † circiter feſtum Aſcenſionis Chriſti, vel aliquot hebdomadis poſt diem Petri Pauli effluxis, obitus Paſtoris contingat? Non certè ſinguli caſus exprimi poſſunt, qui tamen
3 ſub deciſione Conſiſtoriali prædicta, † ratione conſequentiæ ſunt comprehenſi. Computari nimirum debent à tempore mortis ſex menſes, vel hebdomadæ viginti ſex ad conſtituendum defuncti viduæ liberisque ſala-
4 rium ſemeſtre, † & poſtea computatis in termino Michaelis, totius anni fructibus & reditibus, horum medietas unà cum reſiduo ſalarii à defuncto promeriti ipſis aſſignari: ex quo fit, ut quandoque totius anni proventibus portio aliqua, ſexta, ſeptima, &c. de ſequentis anni reditibus addatur, quandoque etiam de anni illius, in quo mors contingit, proventibus detrahatur, pro ratione diei mortis, & juxta eum regulandæ computatio-
nis. † Etſi enim modicum tempus hac in re 5
non multum conſideretur, *ſupr. Defin. 174. & Defin. 199. n. 3.* attamen diviſio ita facien-
da eſt, † ne ſub prætextu hoc uni vel alteri 6
parti nimium præjudicetur, ſed ſuum cuique ſartum tectumque relinquatur, Carol. Molin. *in conſuet. Pariſien. tit. 1. §. 1. gloſſ. 5. n. 4.* Octav. Cacheran. *deciſ. 26. n. 6.* Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 1.*
cap. 5. n. 8. Eaque cauſa eſt, quod † ejuſmo- 7
di in litigio ſuper diſtributione ſalarii ſemeſtris haut rarò tentetur inter partes amicabilis compoſitio, quæ & aliis in negotiis ac proceſſibus præcedere ſolet, *cap. ult. extr. de transact. cap. quærelam. 15. extr. de ſimon.* Matth. Weſenb. *lib. 1. conſil. 21. n. 1.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ viduæ Johannis* Rockelmanns/ *Paſtoris* in Schau- 8
feld *contra ejus Succeſſorem & Præfectos Eccleſiæ, die 31. Oct. An. 1620. (Verba Decreti:* Dieweil der vorige Pfarrer den *18. Maji* dieſes Jahres verſtorben ſeyn ſolle; So bleibet ſeiner Wittben vermöge der *publicir*ten Kirchenordnung der heurige Jahrwachs und *Decem* allein; Es gebühret ihr auch hierüber gegen Erſtattung der Unkoſten *pro ratâ*, von dem künfftigen Jahrwachs und halben *Decem* der achte Theil/ und mag ſie ſich bis vorſtehende *Martini* der Pfarrwohnung gebrauchen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCV.

Impenſæ in culturam agrorum factæ de reditibus ſalarii ſemeſtris pro ratâ detrahuntur.

SUMMARIA.

1. *In diſtributione ratio onerum quoque habenda.*
2. *Pro ratâ impenſæ ab heredibus reſtituendæ.*
3. *Quibus ex cauſis & fundamentis? num. 4. 7.*
5. *Onus ſuſtinere debet, qui commodum ſentit.*
6. *Augmentum qui lucratur, decrementum patiatur.*
8. *Fructus non niſi poſt deductionem impenſarum debentur.*
9. *Conſiſtorii Supremi Sententia informatoria.*
10. *Ejusdem Reſcripta, n. 13.*
11. *Decreta ejusdem. n. 12.*

VIdimus hactenus, quomodo diſtributio ſalarii ſemeſtris facienda, quotque portiones hoc nomine viduæ liberisque defuncti Paſtoris cedant. Non autem putandum eſt, in ſolo lucro hoſce verſari, ſed & † onus ipſis 1
hoc intuitu incumbit, & quidem duplex: *primò* enim impenſas in curam agrorum factas

2 factas † vidua liberique pro ratâ ſuâ reſtitue-
re tenentur, quæ ſtatim de proventibus ſala-
3 rii ſemeſtris detrahuntur, veluti (1.) † clariſſi-
mè notatum in ſæpè allegatâ obſervantiâ
Conſiſtoriorum, *Rubr.* Wie es *in Conſiſtoriis*
mit Abtheilung des halben Gnadenjahrs/
ſo nach Abſterben der Pfarrern ihren
Wittben und Wäyſen zum beſten verord-
net/ bishero gehalten worden. §. Wann
dann ein Pfarrer um Michaelis ꝛc. *verſ.*
Doch müſſen ſie hergegen die halben Un-
koſten/ſo auf den Saamen/Ackerlohn/und
4 anders gegangen/tragen/ ꝛc. Et † §. Wenn
um Pfingſten/ *in verb. final.* doch daß ſie
auch die Unkoſten *pro quotâ* tragen helf-
5 fen/ ꝛc. (2.) Nec deficit ratio æquitatis, †
quæ onus ab eo vult ſuſtineri, qui commo-
dum ſentit, *l. un.* §. *pro ſecundo. C. de caduc.
tollend. l. manifeſtiſſimè.* §. *ſed cum in ſecun-
dam. C. de furt.* † nam ad quem augmen- 6
tum pertinet, ad eundem etiam per contrari-
um diminutio ſpectat, *l. 1. in pr. ff. ad SCtum
Trebell. 1. in ratione. in pr. ff. ad Leg. Falcid.
l. ult. ff. de legat. 3. l. ſi ex toto in pr. ff. de le-
gat. 1.* (3.) † Ex quo etiam ſalarium ſemeſtre 7
in fructibus agri conſiſtit, non poteſt non in-
cumbere onus impenſarum viduæ & liberis
defuncti Paſtoris, ſaltem pro ratâ medietatis;
ſiquidem fructus haut debentur, niſi poſt de-
ductionem expenſarum, † quæ factæ ſunt fru- 8
ctuum quærendorum & conſervandorum
gratia, *l. fructus. 7.* §. *impendi. 16. ff. ſolut.
matr. cum l. ult. ff. de oper. libertor.* Joh. del
Caſtillo *de uſufructu cap. 77. n. 5. & ſeqq.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Johannis Zechendörffers *Paſtoris, & Vir-* 9
*gilii Jacobi Quæſtoris in Harttenſtein, die 27. Sept. An. 1608. (Verba Sententiæ informa-
toriæ:* Des folgenden Jahres vollſtändiges Einkommen von *Michaelis 1607.* bis
An. 1608. wird zwiſchen des verſtorbenen Pfarrers Wittben oder Kindern ihrer
Begnadigung wegen/und dem neuen Pfarrer zugleich getheilet/ dagegen auch ie-
des Theil das Saam-Geträydig/ Ackerlohn und andere Unkoſten zur Helffte zu
geben/und derentwegen ſich ein Theil mit dem andern/ welches die Verſchaffung
und Auslage allein gethan/ gebührlichen abzufinden ſchuldig / ꝛc.)
It. † Superattendenti Pirnenſi, die 14. Jan. An. 1635. (Verba Reſcripti: Daß bemeldter 10
Vormünden Pflege-Kindern drey Theile und dem neuen Pfarrer der 4. Theil ge-
bühret/iedoch dergeſtalt/daß gedachte Vormünden dagegen drey Theile der auf-
gewandten Unkoſten auf vorgehende *Liquidation* und *Moderation* wegen des Acker-
baues dem neuen Pfarrer erſtatten ſollen/ ꝛc.)
It. † in causâ M. Michael Kölers *Paſtoris* zum Blanckenſtein/ *contra Valentini* Stein- 11
bachs Erben/ *die 15. Auguſt. An. 1623. (Verba Decreti:* So gebühren beklagter Witt-
ben und Erben drey Theile/Klägern aber gegen Erſtattung der *pro ratâ* des Saa-
mens und Ackerlohns und andern aufgewandten Unkoſten/der vierdte Theil/ꝛc.)
Nec non † in causâ Juſtinæ viduæ Eſaiæ Kölers *Paſtoris in Hainitz contra Johan. Otten,* 12
die 1. Sept. Anno 1624. (Verba Decreti: Und gebühret ihnen hierüber von Michaelis
1623. bis Michaelis dieſes Jahres die Helffte alles Einkommens zu ihrer Begnadi-
gung/dagegen ſeyn ſie hiervon noch 4. und 1. halben Scheffel Korn und 1. Vier-
tel Weitzen zu Erſetzung des *Inventarii,* und Beſtellung der heurigen Winter-
Saat/ſamt dem Ackerlohn Beklagten zu erſchütten und zu erlegen / wie nicht we-
niger Beklagter von ſeiner Helffte den halben Theil zur Sommer-Saat nebens
dem Ackerlohn Klägern zu erſtatten ſchuldig/ ꝛc.)
Et † Superintendenti Oſſitienſi, die 31. Mart. Anno 1614. (Verba Reſcripti: Die andern 13
Früchte aber eurer Anordnung nach/gegen Erſtattung der Unkoſten/zwiſchen der
Wittben und dem neuen *Diacono* gleich getheilet werden ſollen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCVI.

Supplendum quoque eſt de reditibus ſalarii ſemeſtris inventarium eccleſiaſticum.

SUMMARIA.

1. De reditibus ſalarii ſupplendum quoque eſt inventarium.
2. Obſervantia Conſiſtoriorum hâc de re. n. 3.
4. Supplementum inventarii petitur ex reſiduo ſalarii.
5. Quodſi non ſufficiat, deveniendum ad ſalarium ſemeſtre.
6. De ſalario ſemeſtri haut exſolvendum æs alienum.

7. Refellitur hoc dubium duplici modo. n. 8.
9. Reſcriptum Electorale.
10. Conſiſtorii Supremi Sententia.
11. Ejusdem Reſcripta. n. 12.

ALterum onus, quod viduæ liberisque defuncti Paſtoris, ſalarium ſemeſtre
1 percipientibus, incumbit, eſt † ſuppletio ſeu reſtitutio inventarii, quo de obſervantia in Conſiſtoriis notata *ſub tit.* Wie es *in Conſiſtoriis* mit Abtheilung des halben Gnadenjahres/ ſo nach Abſterben den Pfarrern ihren Wittben und Wäyſen zum beſten verordnet/ bishero gehalten
2 worden? ita loquitur † in §. Wann dann ein Pfarrer um Michaelis ꝛc. *verſ.* Was ſie aber an Geträyde in dem Acker unter zu bringen/ oder auf dem Boden *pro inventario* zu laſſen ſchuldig/ wird ihnen nach verrichteter Ernde zu erſetzen vergönnet. §.
3 Stirbet ein Pfarrer um Luciä/ *verſ.* † und werden mit Erſetzung des *Inventarii* verſchonet/ bis daß die Ernde verrichtet worden. §. Da aber der Todesfall um Oſtern/ ꝛc. *in fine ibi:* Müſſen aber alsbald im Abzuge das gantze *Inventarium* richtig machen und vollſtändig erſetzen. *Et* §. Wann um Pfingſten. *verb.* So viel über das *Inventarium* einbracht worden/ ꝛc. Diximus equi-
4 dem *ſuprà Defin. 181.* † de reſiduo ſalarii inventarium eccleſiaſticum eſſe ſupplendum; quod certè veriſſimum eſt, *Ordin. eccleſ. art. gen. 42.* attamen cum fieri poſſit, ut reſiduum ſalarii ad ſupplementum haut ſufficiat: vel etiam durante dimidio gratiæ anno ab ipſâ viduâ liberisque defuncti Paſtoris inventarium fuerit conſumtum vel deminutum; † 5
tùm ſanè de ipſorum proventibus ex ſalario ſemeſtri id rurſus ſuppleri ac reſtitui æquitas ſuadet. Niſi forſan dixeris, † de ſalario ſe- 6
meſtri haut exſolvi debita hereditaria, Andr. Rauchb *part. 1. q. 25. n. 23. infra Defin. 223.* Sed reſpondemus (1.) † aditâ hereditate 7
reſiduum ſalarii cum reditibus dimidii gratiæ anni adeo confundi, ut parùm referat, de quibusnam proventibus ſuppleatur inventarium. Reſp. (2.) quin & repudiatâ licèt hereditate, † ſuppletio nihilominus in- 8
cumbit viduæ & heredibus, vel ſaltem proprio jure. Ecquis enim non animadvertit, durante dimidio gratiæ anno res in inventario eccleſiaſtico conſignatas à vidua & liberis uſurpari, non ſecus ac ſi ipſemet Paſtor in vivis eſſet; quidni ergò ex proprio facto tenerentur ad ſupplementum?

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Capitaneo & Superattendenti Freyburgico, die 3. Sept. An. 1627.* (*Verba Reſcripti:* Dieweil gedachter *M. Avianus* um *Petri Pauli An. 1626.* Todes verfahren; So hat deſſelben Wittben und Erben halbjährige Begnadung folgende Weyhnachten ſich geendet/ ihnen auch dahero über das *Michaelis An. 1626.* betagte pfarrliche Einkommen von dieſem Jahre nicht mehr als der vierdte Theil gebühret; Dagegen ſie das *An. 1575. immatriculirte inventarium* Inhalts unſerer Kirchen-Ordnung und der *Generalien* vollſtändig zu erſetzen ſchuldig/ darwider ſie ſich mit der zwiſchen ihrem Ehemann und Vater/ und deſſelben *Anteceſſorn M.* Samuel Müllern aufgerichter *Privat*-Vergleichung/ weil ſolche itzige und künfftige *Succeſſores* nicht verbindet/ noch dem *inventario præjudicir*lich ſeyn kan/ nicht zu behelffen/ ꝛc.) 9

Nec non † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Johannis* Zechendörffers *Paſtoris, & Virgilii Jacobi, Quæſtoris in Harttenſtein, die 27. Sept. Anno 1608.* (*Verba Sententiæ informatoriæ:* Des folgenden Jahres Einkommen wird zwiſchen des verſtorbenen Pfarrers Wittben oder Kindern ihrer Begnadung wegen/ und dem neuen Pfarrer zugleich getheilet; Auch iſt nach verrichteter Ernde und Theilung die Wittbe und Erben das *Inventarium*, wie es in der *Matricul* zu befinden/ und es der Verſtorbene bey ſeinem Antreten überkommen/ dem *Succeſſorn* inne zu laſſen/ oder mit Gelde zu erſetzen ſchuldig/ ꝛc.) 10

Item † *Superattendenti Freybergenſi & Quæſtori in Noſſen, die 24. Julii An. 1618.* (*Verba Reſcripti:* Und wird dieſes Jahres Einkommen zwiſchen dem neuen Pfarrer und des vorigen Pfarrers Wittben zu ihrer Begnadung in zwey gleiche Theile geſondert/ und gegen Erſtattung derer *pro ratâ* aufgewandten Unkoſten/ iedem zur Helffte gefolget/ doch daß hingegen bemeldte Wittbe das *Inventarium*, wofern es nicht allbereit geſchehen/ allein zur Gnüge erſetze/ ꝛc.) 11

Et † *Senatui Haynenſi, die 16. Mart. An. 1616.* (*Verba Reſcripti:* Und wird dieſes Jahres Einkommen zwiſchen dem neuen Pfarrer und des vorigen Pfarrers Wittben und Erben in zwey gleiche Theile geſondert/ und gegen Erſtattung derer *pro ratâ* aufgewandten Unkoſten iedem zur Helffte gefolget; Es muß aber gemeldte Wittbe und Erben hingegen das *Inventarium* allein zur Gnüge erſetzen/ möchten wir euch nicht bergen/ ꝛc.) 12

DEFI-

Definit. CCVII.

Sumtus neceſſarios durante dimidio gratiæ anno in ædes parochiales factos, vidua liberique defuncti Paſtoris repetere valent: & unde hi refundendi?

SUMMARIA.

1. *Paſtores domum parochialem ſartam tectamque conſervare tenentur.*
2. *Idque propriis ſumtibus.*
3. *Probatur hoc ex articulis generalibus.*
4. *Et Decreto Synodali.*
5. *Idemque dicendum de viduâ & liberis defuncti Paſtoris, durante ſalario ſemeſtri.*
6. *Quod probatur ex Ordinatione Eccleſiaſtica.*
7. *Alia eſt ratio ſumtuum in conſtructione novi ædificii factorum.*
8. *Quos vidua & liberi repetere valent.*
9. *Vel ex fiſco Eccleſiæ.*
10. *Aut à parochianis, ſi nihil reperiatur in ærario.*
11. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

DUbium ſanè non eſt, quin Parochi
1 domum, quam inhabitant, ſartam
tectamque inſtar boni patrisfamiliâs
& uſusfructuarii conſervare teneantur,
Citad. *de jur. patron. part. 6. art. 5. n. 7.*
Lamb. *de jur. patron. l. 3. art. 3. q. 7.* quo no-
2 mine † etiam de proprio ſumtus meritò fa-
ciunt, modò domus illa ad habitationem &
commodum uſum à parochianis fuerit in-
ſtructa, ipſique Parocho ſeu Paſtori tradita,
3 *Ordin.* † *Eccleſ. art. gen. 32.* §. Wenn ſie als-
dann. *in verb.* Sollen ſie/ was vom Geſinde
durch täglichen Brauch verwüſtet und zer-
brochen wird/ als Ofen/ Fenſter/ Thüren/
Schlöſſer/ Dach und Fach/ ſo lange ſie
darinnen wohnen/ und Pfarrer daſelbſt
bleiben/ wie guten Haußwirthen gebühret/
in baulichem Weſen erhalten. *Et Decreto*
4 *Synodal.* † *pag. 17.* §. Wir erfahren nicht we-
niger. *ibi:* Welche Pfarr- und Schulwoh-
nungen/ wann ſie richtig übergeben wer-
den/ und es anders nicht herbracht/ die
Pfarrer und Schuldiener in baulichem
Weſen zu erhalten ſchuldig ſeyn. Quod &
obtinet in viduâ liberisque defuncti Paſtoris,
5 † qui non minus durante dimidio gratiæ an-
no, quo domum parochialem inhabitant,
ad id ſunt obligati, quippe utentes fruen-
tes habitatione; veluti quoque ſancitum
6 in † *Ordin. Eccleſ. ſub tit.* von *immunitati-
bus* und Freyheiten der Kirchendiener. §.
und zu fernerer Gnade/ *in verb. final.*
doch daß ſie auch die Gebäude und Güter
wie in *general-articul* vermeldet/ in denen
Würden erhalten/ wie ihr verſtorbener
Vater zu thun ſchuldig geweſen. † Sed alia 7
eſt ratio ſumtuum pro novâ aliquâ conſtru-
ctione novoque ædificio in domo parochia-
li factorum, qui ſi neceſſariò fuerint impenſi,
omninò reſtituendi erunt, *arg. l. ejus qui. 41.
verſ. earum autem. ff. de reb. credit. l. 31. §.
ult. ff. de negot. geſt.* quod & innuit † *Ord.* 8
Eccleſ. in art. gen. 32. §. Wann aber ein Ge-
bäue/ es ſey Ofen/ Thüren/ Fenſter/ Zäune/
Wände/ Tachungen/ ꝛc. ſo alt würde/ daß
es zu beſſern nicht mehr tüget/ oder auch
durch Ungewitter/ oder andere Gottes Ge-
walt Schaden nähme/ ſol es die Kirchfahrt
ohne Zuthun des Pfarrers zu erbauen
ſchuldig ſeyn. Non ergò vidua liberique de-
functi Paſtoris obſtricti ſunt, ut de proprio
ejusmodi ſumtus faciant, quin potiùs impen-
ſas repetere valent † vel ex fiſco Eccleſiæ, e- 9
jusvè proventibus & reditibus, *dict. art. gen.
32. in pr.* Vel ſi proventus Eccleſiæ non ſuffi-
ciant, à parœcianis, † qui tùm contribuere 10
tenentur ad reſtitutionem ſumtuum, *dict.
art. gen. 32. in pr. verſ.* Wo aber daſſelbe
füglichen nicht geſchehen könte/ ꝛc. Da-
mit aber die Kirchen/ ꝛc. *Synodal-Decret.
dict. pag. 17.* §. Wir erfahren nicht weni-
ger. *verſ.* So iſt unſer Befehlich/ ꝛc. Vid.
Caſp. Klock. *de contribut. c. 2. n. 52.* Sigiſm.
Finck. *de jure patron. cap. 4. n. 86.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ Eliſabethæ viduæ Johannis Rocholts Paſtoris* in 11
Schauſeld/ *contra novum Succeſſorem Albinum Seyfrieden, die 13. Octobr. Anno 1620.*
(*Verba Decreti:* Für die Vermachung aber um die Pfarrwohnung wird der
Wittben von der Kirchen Vorrath/ oder durch eine Anlage von den Eingepfarr-
ten billiche Erſtattung gethan/ ꝛc.)

Definit. CCVIII.

Salarium ſemeſtre non ſoli viduæ defuncti Paſtoris, ſed etiam ejusdem liberis eſt conceſſum, ſive cum viduâ concurrant, ſive ſoli exiſtant.

SUMMARIA.

1. *Salarium ſemeſtre competit viduæ defuncti Paſtoris.*
2. *Nec non liberis ejusdem.*
3. *Non ſolùm quò vidua non ſupereſt.*
4. *In Pomeraniâ ſola vidua hoc beneficio gaudet.*
5. *Sed & ſi liberi cum viduâ concurrant.*
6. *Fundamenta & rationes hujus aſſerti.*
7. *Diſpoſitio generalis generaliter accipi debet.*
8. *Vocula (Et) idem ponit de uno, quod de altero.*
9. *Examinatur ratio & cauſa ſalarii ſemeſtris.*
10. *Viduæ propter liberos beneficium hoc fuit indultum.*
11. *Propter quod unumquodque tale eſt, illud magis tale eſt.*
12. *Beneficia Principis latiſſimè interpretanda.*
13. *Confirmatur hoc deciſum autoritate Theologorum Jenenſium.*
Sept. An. 1608. (*Verba Sententiæ:* Iſt euer Vater Pfarrer daſelbſten mit Tode abgangen/und hat nach ſich euch und eure Geſchwiſter/als ſeine Kinder nebenſt etlicher auſſenſtehenden Beſoldung und wenigen Güterlein nach ſich verlaſſen; und demnach eine ziemliche Schulden-Laſt verhanden/alſo daß ſchwerlichen die Gläubiger davon befriediget werden möchten/ſeyd ihr ſeiner Erbſchafft euch anzumaſſen nicht gemeynet. Ob nun wol dahero euch angemuthet werden wil / auch das halbe Gnaden-Jahr fahren zu laſſen: Dieweil aber doch ſolches mit der väterliche Erbſchafft nicht zu vermengen/noch daſſelbe vom Vater auf euch vererbet/ſondern vermöge Churfl. Sächſ. Kirchen-Ordnung aus ſonderbarer Begnadigung euch zugeeignet wird; So habt ihr euch dahero/der beſchehenen *renunciatione hereditatis* ungeachtet/des *anni gratiæ* nochmals zu erfreuen/und es werden euch die Einkunfften ſelbiges Jahres billich abgefolget/V. R. W.)

Definit. CCXXVI.

Non gaudent beneficio ſalarii ſemeſtris vidua ac liberi Cuſtodis ſive Æditui.

SUMMARIA.

1. *Salarium ſemeſtre an competat Æditui viduæ ac liberis?*
2. *Ratio ponitur dubitandi.*
3. *Voculâ miniſtrorum Eccleſiæ quatenus comprehendantur Æditui?*
4. *Deciſo negativa.*
5. *Fundamenta & rationes decidendi quænam? n. 9. 11.*
6. *Secundum uſum loquendi vulgatum interpretatio facienda.*
7. *Interpretatio repugnans uſui loquendi vulgato eſt abſurda & extranea.*
8. *Extraneus eſt intellectus, qui non conſonat auribus vulgi.*
10. *De mente legislatoris quando conſtat, haut laborandum de ulteriori interpretatione.*
12. *Interpretatio privilegii ad ipſum Principem, ceu autorem ſpectat.*
13. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 14.*

1 EXiſtimare equidem aliquis poſſet, ſalarium ſemeſtre non minus Ædituorum ſive Cuſtodum der Kirchner / Küſter oder Glöckner / quàm Paſtorum & Diaconorum viduis atque liberis competere, cùm *Ordinatio Eccleſiaſti-*

2 *ſiaſticâ* † in conferendo hoc beneficio mentionem faciat miniſtrorum Eccleſiæ *ſub titul.* von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. und zu fernerer Gnade. *ibid.* der verſtorbenen *Paſtorn* Wittben und Kindern/ꝛc. poſitâ ſcilicet voculâ gene-
3 rali, † quâ etiam Ædituos & Cuſtodes comprehendi diximus *ſuprà Defin. 75.* quippe quòd & iſti in Eccleſia cultui divino inſerviant, *art. gen. 40.* §. Mit der Viehhut. *verb.* denn weil ſolche Perſonen (*nempe Æditui*) zum Kirchendienſt beſcheiden und verordnet ſeyn/ꝛc. & §. Als auch die Glöckner. *verb.* Damit nun am Kirchendienſte kein Mangel ſey / ſo laſſen wir hiermit nach/ daß die Kirchner/ꝛc.
4 Sed placuit aliud † Sereniſſimo Saxoniæ Electori, beneficium ſalarii ſemeſtris ad viduas & liberos Paſtorum atque Diaconorum duntaxat reſtringenti. (1.) Etſi enim
5 non inficias eo, † ſub nomine miniſtrorum Eccleſiæ generali Ædituos quoque comprehendi, *dict. art. gen. 40.* Attamen propriè & ex vulgato loquendi uſu miniſtri tantummodò Eccleſiæ dicuntur Paſtores & Diaconi, qui prædicando & adminiſtrando Sacramenta Eccleſiæ inſerviunt, Frider. Bald. *de inſtit. miniſtr. verb. cap. 4. pag. 3.* Non ergò intellectui voculæ generalis in-
6 hærendùm: ſed † ſecundùm vulgatum & communem loquendi uſum interpretatio facienda eſt, Imola *in l. gallus. 29. §. inſtituens. num. 64. verſ. quia verba in dubio &c. ff. de liber. & poſth.* Jaſon. *in Rubr. ff. de oper. novi nunciat. num. 7.* Magon. *deciſ. Lucen. 15. num. 28.* Didac. Covarr. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 5. n. 1. verſ. in*
7 *his etenim &c.* † nam interpretatio repugnans vulgato loquendi uſui, tanquam abſurda & extranea rejicitur, Tiber. Decian. *lib. 5. conſil. 89. n. 46.* eſtque omnis intelle-
8 ctus extraneus, † qui non conſonat auribus vulgi, Baldus *in titul. de pac. conſtant. §. ſententiæ quoque. 2. verſ. Opizoni. ad verb. recuperarint. num. 5.* Alexand. *lib. 6. conſil. 102. numer. 13.* Hartm. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 1. num. 110. verſ. usque eò ut omnis intellectus &c. & quæſt. 3. n. 6. verſ. usque adeò ut omnis, &c.*

(2.) † Quin & verba prædicta *Ordin. Eccleſ.* in ſtrictâ & propria ſignificatione de ſo- 9
lis Paſtoribus & Diaconis accipi debere vel inde apparet, quod Saxo Sereniſſimus in hoc ipſo §. und zu fernerer Gnade. his fecerit mentionem domuum parochialium, in uſum Paſtorum & Diaconorum conſtructarum, der Pfarr/ *Prædicatur*, oder *Diaconat*-Behauſung/ nil diſponendo de habitatione Æditui, ut hinc de mente Suæ Celſitudinis, viduas & liberos Cuſtodum ab hoc beneficio excludere volentis, haut dubitandum
ſit; † nec enim de interpretatione ulteriùs 10
eſt laborandum, quando de veroſimili loquentium ac diſponentium mente apparet, *l. ſed Celſus. 6. §. 1. l. fiſtulas. 78. in pr. ff. de contr. emt. l. ult. C. quæ res pig. obligat. poſſ. l. 1. & tot. tit. C. plus valere quod agit, quàm quod ſimulatè concip.* Dec. *in l. ſemper in ſtipulationibus. 34. n. 3. ff. de Reg. Jur.*
(3.) Idque eò magis, † quia Sereniſſimus 11
Saxoniæ Elector, nec non Suæ Celſitudinis nomine Conſiſtorium Supremum hanc interpretationem probat. Quid ergò neceſſe, ulterius hâc in re titubare, poſtquam inter-
pretatio privilegiorum † ad ipſum Princi- 12
pem tanquam auctorem ſpectet, nec aliunde ſit expetenda, *l. ex facto. 43. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. l. Neratius. 191. ff. de Reg. Jur. l. ult. C. de legibus. c. cum veniſſent. extr. de judic.* Decian. *conſil. 101. n. 7.* Hieronym. Treutl. *conſil. 59. n. 3. & ſeqq.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. 737. lit. P.* Joh. Azor. *libr. 5. inſt. moral. cap. 23. in pr. part. 1.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Biſchoffswerdenſi & Præfecto Stolpenſi,* 13
die 8. Febr. An. 1619. (*Verba Reſcripti:* Aus dem Einſchluß habt ihr zu vernehmen/ was maſſen des verſtorbenen Schulmeiſters zu Langwolmsdorff/ Zacharia Rüdigers Wittbe ſich über den itzigen Schulmeiſter daſelbſt wegen einer ihr ſchuldigen halbjährigen Gnaden-Beſoldung beſchweret/und bitten thut. Wann dann dergleichen halbjährige Begnadungen nicht auf der Schulmeiſter/ ſondern der Prieſter-Wittben gemeynet und zu verſtehen ſind/und wir dahero/aus was Urſachen bemeldter Wittben der itzige *Succeſſor* ihr etwas zu geben ſchuldig ſeyn ſolle/ nicht befinden können; Als iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ihr wollet uns dieſer Sachen Beſchaffenheit/ mit Zurückſendung des Inſchluſſes/förderlichſt umſtändiglichen berichten/ꝛc.)

Et † *iisdem die 14. Junii Anno 1619.* (*Verba Reſcripti:* Was maſſen an uns Peter 14
Jaman Schulmeiſter zu Langwolmsdorff über ſeines *Anteceſſoris* Wittbe ſich abermals beſchweren und bitten thut/ das habt ihr aus dem Einſchluß zu vernehmen. Wann wir uns denn des *ſub dato* am 8. *Februarii* in dieſer Sachen an euch

egan-

ergangenen Befehlichs und Erklärung/ daß nemlichen die halbjährige Begnadungen nicht auf der Schulmeiſter oder Küſter/ſondern der Prieſter Wittben gemeynet ſind/erinnern; Als laſſen wir es nochmals bey demſelben bewenden/ hierauf an ſtatt ꝛc. begehrende/ ihr wollet *Supplicanten* nochmals bey ſeinem Einkommen ſchützen / oder da die Wittbe ihn Anſpruchs nicht erlaſſen könte / ſie auf ihr fernerweit Anſuchen an uns *remittiren*/ꝛc.)

DEFINIT. CCXXVII.

Nec vidua ac liberi Organici ſalarium ſemeſtre lucrantur.

SUMMARIA.

1. *Vidua & liberi Organici participes non ſunt ſalarii ſemeſtris.*
2. *Rationis identitas idem jus facit.*
3. *Separandi non ſunt caſus, quos nectit paritas rationis.*
4. *Organici in Conſiſtoriis confirmantur.*
5. *Salarium ſemeſtre non niſi miniſtrorum Eccleſiæ viduis ac liberis competit.*
6. *A voluntate diſponentis recedendum haut eſt.*
7. *Communis loquendi uſus omni verborum ſignificationi derogat.*
8. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 EAdem porrò deciſionis ratio efficit, ut nec Organicorum, der Organiſten / viduæ & liberi ad ſalarium ſe-
2 meſtre admittantur, quia † rationis identitas idem jus ac deciſũ facit, *l. illud quæſitum eſt. 32. ff. ad leg. Aquil. l. quadam. 9. §. nummularios. 2. ff. de edendo. l. his ſolis. 7. C. de re-*
3 *voc. donat.* † & quos nectit caſus paritas rationis, non ſunt quoad juris diſpoſitionem ſeparandi, *l. à Titio. 108 ff. de verb. obligat.* Nam etſi Organici quoque voculà miniſtrorum Eccleſiæ generali comprehendantur, *ſu-*
4 *prà Def. 75.* † quin & Organici æque ac Paſtores & Ludimoderatores Conſiſtoriis præſententur ac confirmentur, *ſuprà Def 80.* atta-
5 men † cùm non niſi Paſtorum & Diaconorum viduis atq; liberis beneficium ſalarii ſemeſtris fuerit indultum in Ordin. Eccleſ. *Defin. præced.* utique nec ad viduas & liberos Organicorum id extendi debet: Nequaquam enim à voluntate diſponentis eſt recedendum, † 6
ſed ei per omnia obediendum, *l. cum antiquitas. C. de uſufruct. l. non omnis. ff. ſi cert. petat.* præſertim cùm ex communi loquendi uſu Organici vix unquam miniſtri Eccleſiæ appellitentur. Atqui † communis lo- 7
quendi uſus omni verborum ſignificationi derogat, Bart. *in l. omnes populi. 9. n. 55. verſ. hic enim uſus &c. ff. de juſt. & jur.* Petr. Reb. *in l. 43. ff. de verb. ſignificat. pagin. 236. verſ. quarto derogatur, &c.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 13. n. 18. verſ. communis enim uſus loquendi. &c.* Henning. Göden. *conſil. 6. n. 6.* Valaſc. *conſult. 180. n. 4.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Quæſtori Freybergenſibus, die 5. Julii An. 1620.* (*Verba Reſcripti:* Was an uns Hans Reger/ſonſten Dolhopp genannt/ Organiſt zu St. Jacob bey euch/wegen ſtreitigen Qvatember-Geldes zwiſchen ihm und ſeines *Anteceſſoris* Wittben *ſupplicando* gelangen laſſen / das habt ihr inliegend zu befinden. Wann dann der Wittben und Kinder halbjährige Begnadung nur auf die Pfarrwittben gemeynet; Als iſt an ſtatt/ꝛc. unſer Begehren/ihr wollet ihn bey der Kirchen-Ordnung ſchützen und handhaben/und darwider nicht beſchweren laſſen/ꝛc.) 8

DEFINIT. CCXXIIX.

Viduæ quoque ac liberi miniſtrorum Scholæ à beneficio ſalarii ſemeſtris excluduntur; niſi ex commiſeratione eos quandoq; admitti Conſiſtorium ſpecialiter decernat.

SUMMARIA.

1. *Miniſtrorum Scholæ viduæ ac liberi ad ſalarium ſemeſtre non admittuntur.*
2. *Quibus ex rationibus & fundamentis? n. 3. 8.*
4. *Niſi ſpecialiter ex commiſeratione ſalarium ſemeſtre iis attribuatur.*
5. *Quod in arbitrio Sereniſſ. Electoris & Conſiſtorii Supremi poſitum.*
6. *Conceſſio privilegii ſemper intelligenda eſt ſalvo jure tertii.*
7. *Nil juris competit ſucceſſori ante confirmationem.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 FAcilè hinc quoque dijudicare licet,
quòd nec Rectoris, Cantoris, aliorumque Scholæ miniſtrorum viduæ & liberi ad ſalarium ſemeſtre admittantur: Scilicet quod beneficium hoc tantummodò Paſtorum & Diaconorum viduis ac
2 liberis fuerit conceſſum, *Defin. præced.* † quare contra mentem ac intentionem Sereniſſimi ad caſus & perſonas alias haut extendendum, *l. ſi duas. 6. §. gentium. ff. de excuſat.* Joh. de Platea. *ad l. Medicos. 6. n. 2. C. de Profeſſor.* Andr. Gail. *de arreſt. cap. 10. n. 9. & ſeqq.* Theod. Reink. *de regim. ſecular. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 2. cap. 8. n. 33.* Alex. *lib. 1. conſil. 28. n. 14.* Ant. Capyc. *deciſ. Neapolit.*
3 *155. n. 22.* † præſertim cum Ordinatio Eccleſiaſtica præcisè loquatur de Paſtoribus & miniſtris Eccleſiæ, quorum nomine miniſtri Scholæ non comprehenduntur, licet in multis æquiparentur, *cap. cleros in pr. & §.*
4 *cantor. diſt. 21.* † Sed hoc ita, niſi ſpecialiter Conſiſtorium Supremum viduæ & liberis alicujus, qui Scholæ & informationi puerorum præfuit, ex commiſeratione gratiam fecerit, eosque ad ſalarium ſemeſtre admiſerit, quod † nomine Sereniſſimi Electoris 5
fieri poſſe tantum abeſt, ut & ab initio iis privilegio generali proſpicere potuiſſet. Nec eſt quod exiſtimaverimus, gratiam hanc præjudicare ſucceſſori, quod iniquum eſſet & contra naturam privilegii, † cujus 6
conceſſio ſemper intelligenda eſt ſalvo jure tertii, Jaſ. *in l. quo minus. num. 11. ff. de flum.* Matth. de Afflict. *deciſ. 186. n. 3.* Octavian. Cacher. *deciſ. 90. n. 11.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 1. n. 14.* Joh. Oldendorp. *1. conſil. Marpurg. 5. num. 41.* Herm. Vultej. *lib. 3. conſil. Marpurgenſ. 35. n. 160.* † non enim quicquam 7
juris competit Succeſſori ante confirmationem; quod ſi ergò tum gratia fiat defuncti viduæ ac liberis, nemo exiſtit, qui de injuriâ & damno conqueri queat; obtentâ verò gratiâ † ſucceſſor hâc conditione admitti- 8
tur & confirmatur, ne excludat viduam & liberos à ſalario ſemeſtri, ut ſic cauſam conquerendi non habeat, optione ei relictâ, an ſub hâc conditione functionem acceptare, an verò renuere velit.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Senatui Biſchoffswerdenſi die 21. Junii* 9
Anno 1633. (*Verba Reſcripti:* Was an höchſtgedachten unſern gnädigſten Herrn *Maria Georgii* Häupts *Cantoris* hinterlaſſene Wittbe bey euch/damit ihr aus denen von ihr angezogenen *motiv*en das halbe Gnaden-Jahr gereichet werden möchte/demüthigſt gelangen laſſen/das habt ihr hierbey zu befinden. Ob wir uns nun zwar dergleichen Abfolgung nicht erinnern: Dieweil aber dennoch aus denen von der *Supplicantin* angezogenen Umſtänden ſo viel erſcheinet/daß der Verſtorbene um Kirch und Schule ſich wohl verdienet haben ſol: So iſt hierauf an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ihr wollet euch in Erwegung dieſer Umſtände und aus Chriſtlichem Mitleyden gegen die *Supplicantin* und ihre Kinder der Gebühr bezeigen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCXXIX.

Ex ſpeciali ſeu locali conſvetudine, ſi viduæ & liberi Cuſtodis, Organici vel miniſtrorum Scholæ ad ſalarium ſemeſtre admittantur, invidendum hoc ipſis non eſt.

SUMMARIA.

1. *Ex ſpeciali conſvetudine viduæ & liberi miniſtrorum Scholæ ad ſalarium ſemeſtre admittuntur.*
2. *Inopes ſæpè ſunt Scholæ miniſtri.*

3. Con-

3. Conſvetudo vim legis habet.
4. Cujusque Regionis conſvetudo ubiq; attendi debet.
5. Probanda tamen conſvetudo, quia facti eſt.
6. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

EST & alius caſus, quo participes fiunt ſalarii ſemeſtris viduæ ac liberi Ædituorum, Organicorum & miniſtro-
1 rum Scholæ, † quando ſcilicet ſpeciali conſvetudine alicujus loci id eſt introductum: Nec enim tùm quisquam erit, qui ipſis hoc invideat, cùm miſerabiles ſint hæ
2 perſonæ † & nunquam ferè non inopes, qui vix habent, ut ſe ſuſtentare queant; nec enim miniſtrorum ſcholæ, nedum Æditorum & Organicorum ſalaria tanta ſunt, ut viduis ſuis & liberis in futurum proſpicere poſſint. Quin & præciſe inhærendum eſt ejusmodi
3 conſvetudini, † quippe quæ vim legis habet, jus facit, ac juri communi derogat, *l. de quibus. 32. ff. de legib.* Bart. *in l. vires. 8. in fin. C. de diverſ. offic. lib. 12.* Jaſ. *in l. more. 5. col. 9. ff. de jurisdict. om. judic.* † quare cujusque 4
Regionis conſvetudo in omnibus attendi debet, *l. 1. §. ult. ff. de ventr. inſpic. l. ſi ſervus. 50. §. ult. ff. de legat. 1. l quod ſi nolit. 31. §. qui aſſidua. ff. de ædil. edict. l. ſemper in ſtipulationibus. 34. ff. de Reg. Jur. l. 3. §. ult. ff. de teſtib.* modò tamen probetur: † Non etenim 5
ſufficit conſvetudinem allegari, ſed & probari ea debet, quia facti eſt, *l. 1. C. quæ ſit longâ conſvet.* Bald. *in prælud. feudor. n. 4.* Joſeph. Marſcardus *de probat. concluſ. 427. n. 3.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. titul. 33. defin. 1. n. 4.* Aym. Cravett. *conſil. 325. n. 1.* Pariſ. *part. 4. conſil. 25. n. 36.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Quæſtori Freybergenſi, die 5. Julii An. 1620.* (*Verba Reſcripti*: Wann dann der Wittben halbjährige Begnadigung nur allein auf die Pfarr-Wittben gemeynet/und alſo des vorigen Organiſtens Wittib ſich derſelben nicht zu freuen hat; Als iſt an ſtatt Sr. Churfl. Gnaden/ꝛc. unſer Begehren/ihr wollet den itzigen Organiſten bey der Kirchen-Ordnung ſchützen und handhaben/und darwider nicht beſchweren laſſen: Es wäre denn ſelbigen Orts über rechtsverwährete Zeit durch die *obſervantz* und Gewohnheit ein anders eingeführet/dabey lieſſen wir es auch bewenden/ ꝛc.) 6

DEFINIT. CCXXX.

Non habenda eſt ratio ſalarii ſemeſtris, quando Paſtor relicta parochia ad alium promovetur paſtoratum ſeu functionem eccleſiaſticam.

SUMMARIA.

1. Ordinatio eccleſ. de ſalario ſemeſtri multum quandoque extenditur.
2. Num Paſtores à parochiâ diſcedentes hujus beneficii ſint participes?
3. Deciſio negativa.
4. Fundamenta & rationes decidendi quænam?
5. Erubeſcimus ſine lege loqui.
6. Quæ cauſa ſalarii ſemeſtris?
7. Non habet Paſtor, quod de hoc deciſo conqueratur.
8. Vacante miniſterio Paſtores vicini ſuſtineant labores.
9. Sententia Conſiſtorii Supremi.

1 MUltùm quidam extendunt Ordinationem eccleſiaſticam de ſalario ſemeſtri, adeò ut nunquam vacari parochiam exiſtiment,
2 quin locus ſit huic beneficio, ex † quô etiam Paſtores à parochiâ diſcedentes, vocati ad alterius loci functionem eccleſiaſticam, quandoque id ſibi competere contendunt.
3 Sed absque omni fundamento; † quin & (1.) contra verba manifeſta *Ordin. Eccleſiaſticæ ſub titul.* von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. und zu fernerer Gnade/ꝛc. quæ tantummodò viduarum & liberorum defuncti Paſtoris mentionem facit, iisque ſolis ſalarium ſemeſtre defert,
† quod propterea ad ipſos Paſtores hautquaquam extendi debet, *arg. l. ſed Celſus. 6. §. 1. & l. ſi ſtul. 78. in pr. ff. de cont. emt. l. 1. & tot. tit. C plus valere quod agitur, quàm quod ſimulate conc.* Dec. *in l. 34. n. 3. ff. de Reg. Jur.* 4

5 (2.) Vereor ergò, † ne ſi aliud dicamus, illud tritum nobis opponatur: Erubeſcimus ſine lege loqui, *Novell. 18. cap. 5.* Jaſon. *in l. præſes provinciæ. num. 3. verſ. unde erubeſcimus &c. C. de transact.* Hier. Schurff. *cent. 1. conſil. 32. num. 1.* Matth. Weſenb. *conſil. 2. n. 1.* Aym. Cravett. *conſil. 25. n. 9.* Franc. Vivi-
6 us *deciſ. 358. n. 4.* (3.) † Eſtque hujus beneficii ac privilegii cauſa & ratio non minima, ſolatium viduæ & liberorum ob amiſſum maritum atque patrem; ratio in ipſo Paſtore ceſſat, ut hinc privilegium ceſſare neceſſum ſit, *arg. l. athletæ. §. gentium. ff. de excuſat.* Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 2. claſſ. 2. c. 8. n. 33.* (4.) † 7
Nec habet paſtor, de quo conqueratur, cum ad alium Paſtoratum admiſſus mox ſalarii illius fiat particeps; Nec porro temporis præteriti vacantiam prætendere valet, † 8
quia vicini Paſtores tùm labores jure vicinitatis ſuſtinuerunt, absque ejus facto & operâ. Niſi forſan ipſemet ex ratione ſpeciali proprioque motu onus hoc in ſe ſuſceperit; ex quâ tamen liberalitate nihil inferri poteſt ad debitum ſalarii ſemeſtris contra ſanctionem publicam *in Ordin. Eccleſiaſt. dict. loco.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem M. Conradi Bartholi, Præpoſiti Clodenſis,* 9
die 30. April. Anno 1634. (Verba Sententiæ: Iſt euer *Anteceſſor D. Balthaſar* Fuhrmann/ *vocir*ter *Superintendens* nach Merſeburg/ und bißhero geweſener *Præpoſitus* zu Clöden/ (an deſſen Stelle ihr dahin von der *Univerſit*ät zu Wittenberg *nomini*ret worden) gegen dem bevorſtehenden *Feſto Aſcenſionis* ſeinen Abzug zu nehmen/ und das *Superintendent*en-Amt zu Merſeburg anzutreten Vorhabens. Ob er nun wol dahero von euch alles/ was von verſchienen Michaelis bis Weyhnachten dieſes 1634. Jahres fällig/ zu fordern vermeynet/ *ex hoc capite*, daß er erſtlich ein halbes Jahr vor Weyhnachten bis Johannis verdienet/ und denn/ daß er bey ſeinem Abzuge der Probſtey ein halbes Jahr *ingratiam viduæ & heredum* umſonſt dienen müſſen/ ꝛc. nach mehrerm Inhalt eurer Frage. Dieweil aber doch ſein Verdienſt von verſchienen Michaelis bis bevorſtehendes *Feſtum Aſcenſionis* zu rechnen/ dasjenige aber/ was er als damaliger ſeines Vaters *Subſtitutus, Succeſſor* und Mit-Erbe bey der Probſtey Clöden ſeiner leiblichen Mutter und Geſchwiſter zu gute gehen laſſen / euch ſeinem itzigen *Succeſſori*, als dem *Tertio* der Churfl. Sächſ. Kirchen-Ordnung zuwider nicht nachtheilig ſeyn kan; So iſt er nicht mehr als zweene/ und ihr einen Drittentheil des gantzen pfarrlichen Einkommens von verſchienen bis künfftig Michaelis zu fodern berechtiget; ihr ſeyd ihme aber dagegen die Beſtellung der Winter- und Sommer-Saat/ und andere erweißliche aufgewandte Unkoſten zu eurem andern Theil zu erſtatten/ auch neben ihme/ dem *Diacono* und Schulmeiſter ihre Gebührniß/ ſo viel die *Matricul* beſagen/ ieder *pro ſuâ ratâ* abzutragen ſchuldig/ V.R.W.)

Finis Libri Primi.

IN NOMINE JESU CHRISTI.

LIB. II.

De

REBUS AC BONIS ECCLESIASTICIS CAUSISQUE SPIRITUALIBUS ET MIXTIS.

TIT. I.

De

Matrimonio & Nuptiis in genere.

Definit. I.

Cauſa matrimonialis eccleſiaſtica pariter eſt & ſecularis; adeoque mixta.

SUMMARIA.

1. Cauſæ matrimoniales à pontificiis habentur eccleſiaſticæ.
2. Etiam à noſtratibus in provinciis Electoratûs Saxonici.
3. Quarum cognitio ſpectat ad Principes & Status Imperii Auguſtanæ Confesſionis.
4. Licet Pontificii hoc concedere nolint.
5. Cauſæ matrimoniales ſunt etiam civiles. n. 6.
7. Matrimonium eſt juris privati.
8. Cauſæ eccleſiaſticæ ad jus publicum pertinent.
9. Matrimonium eſt contractus.
10. Et qualis contractus? n. 11.
12. Eſt etiam matrimonium Actus legitimus.
13. Rectè nihilominùs matrimonium accenſetur cauſis eccleſiaſticis. n. 16.
14. Sine copulâ ſacerdotali nullum habetur matrimonium legitimum.
15. In cauſis matrimonialibus accidunt caſus conſcientiarum.
17. Cauſæ matrimoniales ſunt mixtæ, civiles pariter & eccleſiaſticæ. n. 21.
18. Diverſo tamen reſpectu; & quonam? n. 19. 20.
22. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

1 QUod placuit Pontificiis, ut cauſæ matrimoniales eccleſiaſticæ habeantur, adeoqve in judicio eccleſiaſtico tractentur ac ventilentur, *cap. multorum. 35. quæſt. 6. c. euphemium in fin. 2. quæſt. 3. cap. ad abolendam. 9. extr. de hæret. cap. veniens ad Apoſtolicam. 13. & cap. cum in Apoſtolicâ. 18. extr. de Sponſalib. cap. porrò 3. extr. de divort. cap. accedentibus. 12. extr. de exceſſ. prælat. l. ſi legibus. 16. l. pen. C. de epiſcop. audient.* Panorm. *in cap. tuam. 3. extr. de ordin. cognit.* Didac. Covarr. *de ſponſal. part. 2. cap. 1. §. un. numer. 2. & cap. 8. §. 12.* Proſper. Farin. *in prax. crimin. lib. 1. tit. 1. quæſt. 8. num. 146.* Anton. Fab. *de Religion. regendâ. lib. 2. cap. 9. n. 12.* id etiam
† à noſtratibus receptum & in provinciis 2
Electoratûs Saxoniei probatum eſt per Ordinationem eccleſiaſticam *ſub Rubr.* von beyden *Conſiſtoriis. c. 3.* Was Sachen in das *Conſiſtorium* gehörig. *ibi:* Erſtlich alle Eheſachen/ꝛc. Andr. Knichen. *de jure territor. c. 3. num. 234.* Cypræus *de Sponſal. cap. 14. §. 29. num. 9.* Rittersh. *in differ. jur. civil. & canon. lib. 1. cap. 3. p. 48.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. c. 10. n. 20.* Paul. Tarnov. *de conjug. lib. 3. c. 35. & ſeqq.* Nicol. Betſ. *de pact. fam. illuſtr. c. 6. p. 145.* Joh. Harppr. *ad §. nuptiæ autem. 1. n. 89. Inſt. de patr. poteſt.* Cothm. *vol. 1. conſil. 1. n. 560. & ſeqq.* adeò ut jurisdictione Epiſcoporum pontificiorum eccleſiaſticâ per pacificationem Religioſam ſuſpensâ & ad Principes ac Status Imperii Auguſtanæ Confeſ-

 ſionis

3 ſionis devolutâ, hujus † vigore etiam cognitio & judicium de cauſis matrimonialibus ad ipſos ſpectet, Petrus Syringus *de pace Religion. th. 29. lit. d.* Reinking. *dict. cap. 10.*
4 *n. 20.* licèt Pontificii † & imprimis JCti Dillingenſes hoc invideant Statibus Evangelicis, iisque eripere conentur, *in compoſit. pacis cap. 6. quæſt. 42. & in præfat. verſ. hactenus de autonomiâ, &c.* ut demonſtratum dedimus *ſupr. lib. 1. Defin. 7.* Dubitaverit tamen aliquis, an non cauſa matrimonii civilibus potiùs, quam eccleſiaſticis accenſeatur cau-
5 ſis, † quia conjugium nihil complectitur, quod vel ad ſalutem & fidem, vel ad diſciplinam & adminiſtrationem eccleſiaſticam pertineat; ſed eſt res œconomica, & quidem pars princeps & caput œconomiæ ſecundùm
6 Ariſtotelem *in libr. œcon.* Ideoque † cauſam matrimonii eſſe civilem, reſponderunt olim Ludovico IV. Imperatori Marſilius de Padua & Guil. Occa. Beſold. *in diſcurſ. de nupt. cap. 4. n. 2. p. 18.* à qua ſententia quoque alieni non ſunt B. Luther. *in lib.* von Eheſachen/*circa pr.* Monner. *in tract. de matrimon. part. 3. cap. 1. n. 6. & cap. 9. n. 3.* & Albertus Gentil. *de nupt. lib. 1. c. 1. 2. & 7.* Eſtque
7 † procul dubio matrimonium juris privati, quippe de quo tractatur in inſtitutionibus juris, quibus ſolummodò jus privatum exponitur, §. *ult. verſ. dicendum. Inſt. de juſt. & jur.* Ergò malè refertur ad cauſas eccle-
8 ſiaſticas, † quæ ſpectant ad jus publicum, *l. 1. §. hujus. verſ. publicum. ff. de juſt. & jur.* Quin & matrimonium ſeu nuptias Imper.
9 Juſtinianus disertè contractum vocat † in *l. ult. ibi: in contractu nuptiarum. C. de repud. Novell. 22. cap. 19. verſ. ſed ſicut in contractu nuptiarum &c. Novell. 74. cap. 4. in pr. verſ. ſed falſatis contractibus &c.* nec non Papa Innocentius III. *in cap. ſicut ex literis 22. circa med. ibi: contractum legitimum judices &c. cap. tua nos. 26. in fin. cap. cum in tua. 27. poſt med. ibi: à tali contractu.* & Gregorius XI. *in cap. ult. extr. de ſponſal. & ma-*
10 *trim.* Cumq; † nuptiæ contrahi dicantur, *pr. Inſt. de nupt. l. ſi patre. 22. ff. de rit. nupt.* colligere inde proclive eſt, eas eſſe contractum ſocietatis vitæ, *l. 1. ff. de act. rer. amotar. l. 1. ff. de rit. nuptiar. l. adverſ. 4. C. de crim. ex-*
11 *pil. heredit.* qui † conſenſu perficitur, *l. nuptias. 30. ff. de Reg. Jur. l. cui fuerit. 15. ff. de condit. & demonſtrat.* Albert. Gentil. *lib. 2. de nupt. cap. 6.* Matth. Weſenbec. *in §. fuerat. 20. Inſt. de action.* Mozz. *in tract. de nupt. in pr.* Cypr. *de ſponſal. cap. 5. §. ult.* Donell. *lib. 2. comm. jur. civil. cap. 20. & lib. 13. cap. 15.* Joh. Borcholt. *in tract. de gradib. cap. quomodo contr. matrim. fol. 56.* quamvis alii
12 nuptias † ſeu matrimonium actum legitimum eſſe contendant, Petr. Fab. *in l. actus legitimi. 77. ff. de Reg. Jur.* Alciat. *lib. 3. παρέργων cap. 4.* Didac. Covarruv. *in epit. 4. lib. decret. cap. 3. num. 3. part. 2.* Sit verò matrimonium contractus ſive actus legitimus, luculenter inde patet, pro causâ civili inſtar aliorum contractuum actuumque legitimorum id haberi.

Nihilominus & matrimonium ſeu nuptias eccleſiaſticè tractari vel inde obviam eſt, † quòd DEUS in hoc contractu dica- 13
tur intervenire, ipſeque per miniſtrum Eccleſiæ conjuges copulare; ex quo mos obtinuit Eccleſiaſticus, quo novi conjuges publicè in Eccleſia ſacerdotali ritu ac benedictione inaugurantur, qui hodie in tantum eſt neceſſarius, ut conjugium ſine hac ſolennitate initum † vix juſtum & legitimum pro- 14
nuncietur, *cap. 1. 2. & ſeqq. 30. quæſt. 5. c. nulli. 35. quæſt. 2. cap. ult. diſt. 23. cap. cum inhibitio. extr. de clandeſt. deſponſat.* Blaret. *ad l. diffamari. C. de ingen. manumiſſ. cap. 2. num. 23.* Jacob. Menoch. *lib. 1. conſil. 69.* Cypræus *de connub. jur. part. 1. de ſponſ. c. 11. §. 14. & ſeqq.* Et quis inficias ibit, in cauſis matrimonialibus caſus † accidere conſcientia- 15
rum, de quibus conſulendi ſunt Eccleſiaſtici atque Theologi, præeunte Salvatore, qui licet cauſam dividendæ hereditatis civilem prorſus rejecerit, *Luc. 12.* ſuper quæſtione tamen de divortio ex verbo Dei oſtendit, quid cum normâ inſtitutionis matrimonii divinæ conſentiat, quid verò pugnet; tantum abeſt, ut pro eccleſiaſticâ † haberi non de- 16
beat cauſa matrimonialis. Oſiand. *in gloſſ. ad cap. 19. Matth.* Joh. Gerhard. *in loco de conjugio. § 692. & ſeqq.* Theodor. Reinking. *dict. cap. 10. n. 23.* Martin. Chemnit. *in exam. Concil. Trident. part. 2. de matrim. can. 12.* Beza, *in tract. de repud. & divort. pag. 345. §. ſed ad quos judices, &c.*

Quid ergò eſt: num civilem pariter & eccleſiaſticam dicemus cauſam matrimonii? ita ſanè: eſtque † mixta, quæ aliquando 17
ad forum eccleſiaſticum, aliquando ad forum ſeculare pertinet, prout deſcribuntur cauſæ mixtæ, Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 37.* Matth. Neapolit. *de jurisdict. int. jud. eccleſ. & laic. part. 2. c. 2.* Winzler. *de jurisd. Epiſc. germ. tit. 15.* Vel enim (1.) † 18
quantum ad formam, perpetuam ſcilicet cohabitationem & ſocietatem humanam, cauſa matrimonii habetur civilis: quantum verò ad inſtitutionem & myſterium eccleſiæ, quatenus ſcilicet Deus expreſsè dicitur intervenire & conjuges copulare, & quatenus hinc caſus conſcientiæ concernit, omninò eſt ſpiritualis & eccleſiaſtica, Petr. Frider. Mindan. *de proceſſ. extrah. lib. 1. c. 10. n. 2. 3.* Beſold. *dict. diſcurſ. de nupt. cap. 5. n. 3. p. 18.* Sigiſm. Finckelthuſ. *de jur. patron. cap. 4.*

n.16. Joh. Harppr. *in* §. *nuptiæ autem.1.n.88.*
19 *Inſt. de nupt.* (2.) † Vel diſtinguendum eſt, an quæſtio vertatur de ipsâ matrimonii ſubſtantiâ, vinculo, jure & viribus ejus, ſive de fœdere matrimonii,& ad judicium eccleſiaſticum pertinet: an verò de judicio poſſeſſorio ad repoſcendam uxorem, & tunc ad ſeculare judicium ſpectat, Mauſer. *in tract.*
20 *de Matrim.* (3.) † Vel tandem quæritur de facto, an matrimonium fuerit inter patrem & matrem ejus, qui vult ſuccedere, & tùm cauſa in judicio ſeculari eſt tractanda, *cap. poſt miſerabilem. extr. de uſur.* Villalob. *in opin. tit. 1. n. 107. & 108.* Joh. Gödd. *de ſequeſtr. poſſeſſ. cap. 1. n. 41.* aut de jure diſceptatur, an inter contrahentes potuerit eſſe matrimonium, & cauſa ad judicium eccleſiaſticum ſpectat, *cap. multorum, 35. quæſt. 6. cap. lator. extr. qui fil. ſint legitim.* Ann. Robert. *lib. 3. rer. judicat. cap. 5.* Reinking. *dict. cap. 10. n. 21. & 22.* Ita † ſcilicet pro diverſi- 21
tate rei cauſa matrimonialis eccleſiaſtica pariter eſt & civilis, adeoque mixta, ut hinc etiam in Conſiſtoriis ab eccleſiaſticis ſimul & politicis perſonis ſit decidenda, *ſupr. lib. 1. tit. 1. Defin. 11.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Dresdenſe Quæſtori Stolpenſi, die 17. Aug. An. 1608. (*Verba* 22
Reſcripti: Ob nun wol N. N. auf geſatzten Verhör-Tag gehorſamlich erſchienen; So hat doch die beklagte Weibes-Perſon ſolches hindangeſetzt/ und durch ihren Vater / ob dieſe Sache in eurem anbefohlenen Amt allbereit anhängig/ einwenden laſſen. Wann dann Ehe-und dergleichen Sachen/ ſo nicht nur weltlich ſondern auch geiſtlich ſeyn/ von uns/ als dem geiſtlichen Gerichte/ und nicht vor der weltlichen Obrigkeit zu entſcheiden; So begehren wir hiermit/ Ihr wollet mehr berührter Weibes-Perſon Krafft dieſes bey Strafe 3. N. Schock/ ihme aber N. N. ſonſten auferlegen/ daß ſie beyderſeits Freytags nach Mariä Geburth/den *9. Septembr.* nächſt-künfftig vor uns nochmals in der Perſon unauſſenbleibende erſcheinen / und wegen ihrer Irrungen Verhör/Handlung und nach Befindung gebührliches Beſcheids gewarten ſollen/ꝛc.)

DEFINIT. II.

Præſtat matrimonium cælibatui, ideòque non impediendum.

SUMMARIA.

1. *Qui ducit uxorem, libertatem vendit.*
2. *Dicterium hoc beſtiale eſt.*
3. *Sincera voluptas conjugii, ad quam ſine moleſtiâ haut pervenitur.*
4. *Præſtat conjugium cælibatui. n. 11.*
5. *Conjugium habet DEUM autorem, adeòque pius eſt ſtatus.*
6. *Honorificum eſt conjugium.*
7. *Nec non honeſtum.*
8. *Eſt etiam neceſſarium.*
9. *Per matrimonium introducitur immortalitas generi humano.*
10. *Matrimonio nemo abſtineat.*
12. *Præmia ac privilegia matrimonii. numer. 13.*
14. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 VUlgatum eſt dicterium, apud eos præſertim, qui vagis indulgent libidinibus, quod uxorem † ducens libertatem vendat, ſcilicet, quia incommoda atque moleſtiæ plurimæ & maximæ cum matrimonio conjunctæ eſſe ſoleant, uxoresque ſæpè ſuis maritis parùm fidæ
2 exiſtant. Sed beſtiale † hoc eſt dicterium, & beſtiis immaniſſimis nihil præſtant, qui liberam vitam matrimonio præferunt, cum abſque mulieribus degunt, ſed licentiam exercendæ libidinis ac laſciviæ quærunt, ut ſcribit Dio *lib. 56. in Auguſti Oratione.* Haut enim ullum in hac vitâ bonum, cui non acerbi aliquid ſit admixtum:
3 nec † ad virtutem & ſinceram voluptatem perveniri poteſt, niſi labor impendatur, nec guſtare licet bona conjugii infinita abſque patientiâ & ærumnarum tolerantiâ. Non itaque eſt, quod cælibatum efferamus laudibus, † cui multum præſtat 4
conjugium tàm ratione pietatis & honoris, quàm honeſtatis ſummæque neceſſitatis. (1.) Pium ſanè eſt, quia Deum habet autorem, *Geneſ. cap. 1. v. 28. & cap. 2. verſ. 18. & ſeqq. Matth. cap. 10. verſ. 4. & ſeqq.* † non 5
modò ergò conſentaneum verbo divino, ſed & DEO autori pergratum & acceptum, prout ipſemet DEI Filius tùm præſentiâ ſuâ honorificâ, tùm miraculo illuſtri, quô nuptias in Canâ Galilææ habitas munificè & clementer condecoravit, luculentisſimè oſtendit, *Joh. 2. v. 1. & ſeqq.* cujus prohibitio econtra nominatur à D. Apoſtolo doctrina dæmoniorum, *1. Tim. 4. v. 2. & 3.* (2.) † Honorificum quoque eſt conju- 6
gium

gium ob varietatem honoris, quô DEus id ordinavit; Fuit namq; in primo primorum parentum conjugio ipſemet Paranymphus, qui Evam Adamo adduxit, *Gen. 2. v. 23.* fuit Sacerdos, qui eosdẽ copulavit, copulatis benedixit, & benedictione ornatis certas conjugii leges præſcripſit, *Gen. 1. v. 28. c. 2. v. 24. Matth. 19. verſ. 5.* fuit Parens, qui Evæ à ſe elocatæ dotem largiſſimam, univerſale ſcilicet omnium rerum dominium contulit, Joh.
7 Gerhard. *in loc. de conjug.* §. 5. *p. 4.* (3.) † Honeſtum eſt conjugium ceu medicamentum honeſtatis adverſus vagas libidines & ſcortationes: Etenim propter fornicationem unusquisque ſuam habeat uxorem, & unaquæque ſuum virum, *1. Corinth. 7. v. 2.* Quare Plutarchus monet, dandam eſſe operam, ut qui voluptatibus nimis ſunt dediti, & reprehenſionibus minus obtemperant, matrimonio devinciantur, quod tutiſſimum juventutis ſit vinculum, *de educat. liberor.*
8 (4.) † Neceſſarium denique eſt conjugium, quia per id propagatur & ſervatur genus humanum, juxta effatum primi autoris: *Creſcite & multiplicamini, & replete terram, Gen. c. 1. v. 28.* Quò & reſpexit Juſtinia-
9 nus Imperator, dum † per matrimonium humano generi immortalitatem artificiosè introduci ait in *Novell. 22. in præfat.* Et quod conſequens, per conjugium legitimum non ſolùm Eccleſia Chriſti hiſce in terris colligitur ac propagatur, ſed & Reſpublica
augetur, amplificatur, ſervatur, à quo † pro- 10
pterea nemo abſtinere debet; Aliàs enim populi & urbes non diu manebunt, nec erunt, qui pacis tempore terram colant, exerceant navigationes, artes & opera tractent, belli tempore Rempublicam tueantur atque defendant, Dio *lib. 56.* ut hinc rectè conjugium Reipublicæ ſeminarium & fundamentum à quibusdam appellitetur, Cic. *lib. 1. offic.* quopue Reipublicæ maximè interſit conjugia frequentari, oſtendit diſertè Pomponus JCtus *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Quis † 11
ergo non animadvertit, longe præſtantius eſſe matrimonium cælibatu? Ex quo non ſolùm cælibes puniti quondam fuerunt, ut liquet ex Valer. Maxim. *lib. 2. c. 9. lib. 7. c. 7.* & Platone *lib. 6. de legib.* ſed etiam † præmia 12
fuerunt conceſſa in matrimonio conſtitutis, veluti ut qui liberos procreaſſent, in ſententiis dicendis eſſent primi; & ut in petione Magiſtratûs aut officii alicujus liberorum numerus prævaleret, *arg. l. ſpurii. 6. §. ult. ff. de decurion. l. in albo. 9. C. eod. tit.* Gell. *lib. 2. noct. Atticar. cap. 15.* † item ut 13
liberi eſſent a legationibus publicis. *l. 1. C. de legat.* ſi tres maximè haberent filios: immunes verò ab omnibus publicis officiis, ſi quinque, *l. 3. §. quamvis. ff. de muner. & honor. l. 2. §. 1. ff. de vacat. & excuſat. muner.* Ariſt. *lib. 7. polit. cap. 7.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Antonii* Ferbers zu Grauppa / *die* 7. 14
Octobr. An. 1608. (*Verba Sententiæ informatoriæ:* Hat ſich euer Sohn Melchior / ſo allbereit das 42. Jahr ſeines Alters erreichet / mit Annen Schlieſſerin zu verehlichen Vorhabens / deßwegen er euch als ſeinen leiblichen Vater hierein zu willigen gebeten und erſuchet / darzu ihr aber euch bishero nicht verſtehen wollen / wollet auch noch darein nicht *conſenti*ren und bewilligen / aus Urſachen / daß bemeldter euer Sohn ſich gegen euch iederzeit erkläret und vernehmen laſſen / daß er gar nicht gemeynet ſich zu verheyrathen / ſondern wolt im ledigen Stande bey euch bleiben / und euch in Beſtellung euers Guths zur Hand gehen und hülffliche Dienſte leiſten. Ob nun wol ſonſten die Eltern aus rechtmäßigen Urſachen dergleichen *conſens* und Einwilligung ſich gar wohl entbrechen können / und darzu nicht gezwungen werden mögen: Deñoch aber u. weil die von euch angezogene Urſache gantz nicht erheblich / u. vielmehr die Ehe zu befördern als zu hindern / der Eheſtand auch dem *Cælibat* dißfalls weit vorzuziehen / und dahero eures Sohnes Chriſtliche *invention* und Vorhaben billich vorgeſetzet wird / weil zumal / eurem eigenen Bericht nach / oberwehnte Anna Schlieſſerin von ehrlichen Eltern gebohren / wohl auferzogen / und derſelben nichts tadelhafftiges mit Beſtande nachgeſaget werden mag; So habt ihr dahero euch des *conſenſus* nicht zu verweigern / ſondern ihr werdet hierzu billich angehalten / V. R. W.)

Definit. III.

Matrimonium non niſi inter duas conſiſtit perſonas: eſtque digamia ceu polygamia prohibita.

SUMMARIA.

1. Polygamia omninò prohibita eſt.
2. Matrimonium eſt unius viri ac unius mulieris conjunctio.
3. Nec inter plures conſiſtit perſonas.
4. Objicitur exemplum Patriarcharum & Regum Veteris Teſtamenti, qui plures habuerunt uxores.
5. Inter quos fuit Lamech Caini tri-(nepos.
6. Reſpondetur ad objectiones. n. 7.
8. Non exemplis ſed legibus judicandum.
9. Patriarchis ex ſingulari diſpenſatione polygamia fuit permiſſa.
10. Sententia Auguſtini de polygamia Patrum.
11. Num tolerantiâ potiùs, quam diſpenſatione polygamia antiquitus fuit permiſſa? n. 12.
13. Sententia Balthaſaris Meiſneri de polygamiâ Patrum.
14. Judicium Mentzeri de polygamiâ.
15. Cauſæ diſpenſationis vel tolerantiæ quænam?
16. Prohibitio polygamiæ in Novo Teſtamento renovata.
17. Malè reprehenditur Lutherus à Bellarmino.
18. B. Lutheri judicium de polygamiâ.
19. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

1 NOn facilè quiſquam hodie inficias
ibit, digamiam ſeu polygamiam
omninò prohibitam eſſe, ſi vel primævam
penſitaverit conjugii inſtitutionem,
de quâ ita ſcriptum in ſacro Codice:
& homo adhærebit uxori ſuæ (non uxoribus
ſuis) *& erunt duo* (non plures) *in carne
unâ*, *Geneſ. 2. v. 24.* quam repetit Chriſtus
Matth. 19. v. 4. & D. Apoſtolus: Unusquisque
ſuam uxorem & unaquæque ſuum
2 habeat virum, *1. Corinth. 7. verſ. 2.* † vel definitionem
nuptiarum examinaverit, quæ dicuntur
viri & mulieris conjunctio, *in §. nuptiæ
autem. Inſt. de patr. poteſt.* Quare inter
duas tantummodo perſonas verum ac legiti-
3 mum conſiſtit matrimonium, quo de † hiſce
verbis reſcripſerunt Impp. Diocletianus &
Maximianus: Neminem qui ſub ditione ſit
Romani nominis, binas uxores habere poſſe,
vulgò patet: cùm etiam in Edicto Prætorio
hujusmodi viri infamia ſint notati,
quam rem competens judex inultam eſſe
non patietur, *l. 2. C. de inceſt. nupt.* Jacob.
Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. cent. 5.
caſu. 420. n. 2. & ſeqq.* Joach. à Beuſt. *in tract.
connub. part. 2. cap. 3.* Proſp. Farin. *part. 5.
oper. crimin. quæſt. 140. n. 1. & ſeqq.* Dubi-
4 um ſolummodò movet † exemplum Patriarcharum
& Regum, qui ſimul duas vel plures
uxores habuiſſe leguntur, *Gen. cap. 4.
v. 19. & ſeqq. cap. 29. verſ. 23. & ſeq. Num. cap.
12. verſ. 1. Deuter. 21. verſ. 15. & ſeq. 1. Reg. 1.
v. 2. & ſeq. c. 25. v. 42 & 43. & cap. 27. verſ.
5 3. 2. Reg. 5. verſ. 13.* Et primus † quidem Lamech,
Caini trinepos duas ſibi uxores legitur
accepiſſe, *Gen. dict. c. 4. verſ. 19.* de quo
Tertullianus: Numerus, *inquit*, conjugii
à maledicto viro incepit: Primus Lamech
duabus maritatus tres in unam carnem effecit;
ex quâ digamiâ, ut Joſeph. memorat,
liberi ſeptuaginta ſeptem prodierunt,
quorum tres filii nominantur à Moyſe paſtoritiâ,
muſicâ & fabrili arte nobiles; quàm
poſteà Patriarchæ ac Reges ſecuti, plures etiam,
quàm duas uxores ſuperinduxerunt, ut
ex ſacra hiſtoriâ manifeſtum eſt, *in lib. de exhort.
caſtit. cap. 5. ſub fin.* Sed † jamdudum 6
hanc objectionem removerunt Theologi, in
utramque partem Patrum polygamiam diſputantes.
Summatim ut ea comprehendamus,
dicunt (1.) Divinæ † potiùs ſanctioni 7
& inſtitutioni inhærendum eſſe, quàm Patrum
veſtigiis inſiſtendum, nec tàm ſpectandum,
quid à ſanctis Patribus factum ſit, quàm
quid ſecundùm verbum Dei ipſis præſcriptum
fieri debuerit, *l. ſed licet. 12. ff. de offic.
præſid.* & vulgo notum, non † exemplis, 8
ſed legibus judicandum eſſe, *l. nemo. 13. C.
de ſentent. & inter loc. omn. judic.* (2.)
Diſpenſatione ſpeciali Patribus † polygamiam 9
fuiſſe permiſſam ajunt propter multiplicationem
ſeminis Abrahæ, quamvis de tempore
diſpenſationis nil certi poſſet affirmari,
Tarnov. *lib. 2. de conjug. cap. 21. & aliquot
ſeqq.* Heerbrand. *in compend. theolog. loc. de
conjugio quæſt. quid igitur de digamiâ.* Bellarm.
de matr. ſacram. 1. cap. 11. Brent.
quæſt. 4. lib. wie in Eheſachen Chriſtlichen
zu handeln ſey. Cujus ſententiæ quoque videtur
† fuiſſe D. Auguſt. *lib. 3. de doctrin.* 10
Chriſt. cap. 12. Multiplicandæ, *inquiens*,
prolis cauſa erat, plurimum uxorum ſimul
uni viro habendarum inculpabilis conſuetudo.
it. *lib. 16. de Civit. Dei cap. 39.* Eo tempore
multiplicandæ poſteritatis cauſâ, multas
uxores habere nulla lex prohibebat. Et
lib. 22. contra Fauſtum cap. 47. Si naturam
conſulas, Patres non laſciviendi, ſed generandi
causâ pluribus mulieribus utebantur;
ſi morem, illo tempore & in illis locis
hoc factitabatur: ſi præceptum, nullâ lege
prohibebatur. (3.) Alii † verò tolerantiâ 11
magis

magis, quam diſpenſatione polygamiam Pa-
tribus permiſſam ajunt; Nimirum quia ſan-
cti etiam Patres ceu homines variis infirmi-
tatibus obnoxii, ſuos nævos habuerunt, De-
um in illis polygamiam ad Chriſti adven-
tum usque magis toleraſſe quam approbâſſe,
exiſtimant Chemnit. *part. 2. exam. Concil.
Trident. fol. 233.* Ægid. Hunnius *in Matth.
cap. 19.* Dan. *lib. 2. ethic. Chriſt. cap. 4.* Ge-
ſner. *cap. 4. Geneſ. quæſt. 11.* Mentz. *de con-
jug. tit. de perſon.* Joh. Gerhard. *in loco de
conjug. §. 233.* Joach. a Beuſt. *part. 2. de ma-
trim. cap. 3.* Hafenreff. *in loco de matrim.*
12 *fol. 635.* Quamvis nec † hi ſimpliciter omnes
diſpenſationem divinam rejecerint; ſobriè
namque ſic ſcribit Chemnit. *dict. part. 2. de
mor. Seſſion. 24. can. 2.* Quod de Patribus
quibusdam Veteris Teſtamenti leguntur
exempla polygamiæ, tribuatur ſane illud vel
diſpenſationi Dei, ſicut Auguſtinus diſputat
de bono conjugali propter ſemen benedi-
ctum, quod ex illa gente naſci debeat; vel
propter ſignificationem futuræ conjunctio-
nis Judæorum & gentium in Eccleſia Chri-
ſti; vel tribuatur tolerantiæ Dei: neque e-
nim omnibus vitiis liberi fuerunt Patres, &
multa in Sanctis ſuis tolerat. *Hactenus Che-*
13 *mnit.* Cum quo prorſus convenit † Baltha-
ſar. Meiſner. *part. 1. Sobr. Philoſoph. ſect. 2.
cap. 5. pag. 645.* De Polygamia Patrum *in-
quit*, an intrinſecè peccatum fuerit, necne;
in utramque partem probabiliter diſputari
poteſt, præſertim cùm manifeſtam certam-
que deciſionem in ſcripturis non haberi ap-
14 pareat. Et † Menzer. *tom. 4. diſput. Mar-
purg. 15. th. 24.* Politicum illum morem, quo
Patriarchæ non ex malitiâ, ſed communi
conſvetudine ducti reſpicientes in divinam
promiſſionem & multiplicationem generis
non turpis libidinis explendæ, ſed augendæ
familiæ gratiâ plures ſibi uxores adjunxe-
runt, in populo Judaico Deum permiſiſſe,
vel etiam in eo diſpenſaſſe, & polygamiam
ad tempus conceſſiſſe nemo mirabitur, qui
integram iſtius gentis hiſtoriam prudenter
expenderit. *Hactenus Mentzer.* Quocunque
autem medio † ſive diſpenſationis, ſive tole- 15
rantiæ (cujus cauſas accuratè enucleat D.
Ægid. Hunnius *in comm. ſupr. Matth. cap. 19.
p. 117. & ſeqq.*) exempla Patrum defendamus,
certum utique eſt, conjugium ex primâ ſui
inſtitutione eſſe unius maris & unius fœmi-
næ conjunctionem, † eamque in Novo Te- 16
ſtamento renovatam, ac omnem ſimpliciter
polygamiam abrogatam fuiſſe, *Matth. 19.
Marc. 10. 1. Corinth. 7.* Nec jure Bellarm. *de
matrim. c. 10.* arguit B. Lutherum, † quod 17
cum aliis innumerabilibus erroribus &
hunc ab inferis revocare fuerit conatus, ut
nempe duas ſimul conjuges in Chriſtianiſmo
habere liceat, refutatus propterea à noſtris
Theologis, ut luculenter demonſtrat Dn.
Joh. Gerh. *in loco de conjug. §. 203. & 204.* Ad-
eat enim Bellarm. commentarium Lutheri
in *Gen. cap. 16. pag. 102.* † ubi polygamiam 18
in Evangelio ſublatam expreſsè profitetur,
ac tandem factum Abrahæ examinans, in
hæc prorumpit verba: Wo nicht Chri-
ſten/ ſondern heydniſche Leute ſind/ wolte
ich noch / daß man dem Geſetze nach
thäte von ſcheiden / daß einer ein Weib
möchte von ſich thun/ und eine andere neh-
men. addens & hoc: Aber dabey müſte
man ſagen / daß ſie nimmer Chriſten
wären / ſondern im heydniſchen Regi-
ment / biſtu aber ein Chriſt / muſtu dich
nicht ſcheiden/ ꝛc.

*Ita † Supremum Conſiſtorium Superintendenti Weidenſi die 19. Jun. An. 1609. (Verba Re-
ſcripti:* Wir ſeynd berichtet worden/ wie daß *N. N.* bey euch angehalten und geſu- 19
chet/ daß er mit einer Weibes-Perſon/ ſo er eine Zeitlang mit ſich herumgeführet/
und ſolche für ſein Weib / das ſie doch nicht iſt / ausgegeben / von euch getrauet
werden möchte. Nachdem ihr aber in Beyſorge ſtehet/ und von andern erfahren/
ob ſol er in Böhmen allbereit ein Weib haben/ und daſſelbe ſitzen laſſen/ dahero ſei-
nem Suchen nicht ſtatt zu geben/ noch dieſe *digamia* zu billichen: Als begehren ꝛc.
wir hiermit/ ihr wollet gedachtem *N. N.* auferlegen/ daß er von der Obrigkeit des
Orts in Böhmen/ da ſeinem Vorgeben nach ſein Weib geſtorben ſeyn ſol/ deſſen
richtigen Schein bringe/ und mit der Trauung bis dahin in Ruhe ſtehen/ ꝛc.)

DEFINIT. IV.

Eccleſiæ miniſtris non minus ac laicis conjugium inire licet.

SUMMARIA.

1. *Pontificii ex matrimonio faciunt Sacramentum.*
2. *Sed abſque fundamento & ratione.*
3. *Clericis & Miniſtris Eccleſiæ conjugium inire licet.*

4. *Exa-*

4. Examinatur textus 1. Tim. 3. verſ. 2. *n. 5. 6. 7.*
8. Explicantur verba Apoſtoli 1. Cor. 9. v. 5. *n. 9. 10. 11. 12.*
13. Apoſtoli haut dereliquerunt uxores ſuas.
14. Non omnes Pontificii damnant matrimonium Clericorum.
15. Patriarchæ, Sacerdotes ac Prophetæ fuerunt uxorati.
16. Judicium Chryſtomi hac de re.
17. Innocentius IV. Pontifex probat Conjugium Clericorum.
18. Sententia Panormitani de Clericorum matrimonio.
19. Judicium Æneæ Sylvii.
20. Nec non Cajetani Cardinalis.
21. Decretum Supremi Conſiſtorii Dresdenſis.

1 MIrum certè eſt, quod Pontificii matrimonium Sacramentis Novi Teſtamenti adnumerandum exiſtiment, ex *cap. 5. ad Epheſ. v. 31.* & tamen Clericis id interdicant, cùm horum ſi proprium Sacramenta adminiſtrare. Etſi verò prius ex ſcripturâ ſacrâ haut probetur,
2 † ſiquidem Apoſtolus ibidem agit non de conjugio mariti & uxoris, ſed de conjunctione Chriſti & Eccleſiæ, eamque ſocietati conjugum comparat, deque eâ dicit, magnum eſſe Sacramentum ſive myſterium. Chemnit. *in Exam. Conc. Trident. part. 2. de matrim. can. 1.* Paul. Tarnov. *de conjug. lib. 2. c. 2. & ſeqq.* Ægid. Hunn. *in lib. de*
3 *Sacramentis. cap. 9.* poſterius † tamen concedendum ipſis non eſt: Spiritus Sanctus enim per Apoſtolum accuratè deſcribens virtutes, quas DEUS in Epiſcopo requirit, neutiquam cœlibatûs legem illis imponit, quin potius requirit, ut Epiſcopus ſit unius uxoris maritus, *1. Timoth. 3. v. 2.* ex quo probatio contra Pontificios ſuppetit apertiſſima;
4 quam ut declinent, per uxorem † ibidem, ajunt, intelligi Eccleſiam, ut hinc Epiſcopo cenſeatur prohibitum, ne plures, quàm unam regat Eccleſiam, Papa Calixtus *tom. 1. Concil. epiſt. 2.* vel præceptum illud † eſſe tem-
5 porarium, ac valuiſſe in primitivâ duntaxat Eccleſia, cùm propter pauciatem eorum, qui ad Epiſcopatum idonei, etiam conjugati erant eligendi, noſtrorum verò temporum rationem eſſe diverſam. Sed neutrum ſubſiſtere poteſt; Loquitur namque Apoſtolus
6 *dict. loco.* notabiliter † de tali uxore, ex quâ liberos ſuſceperit Epiſcopus, quos ipſos quales eſſe oporteat, ibidem addit; unde Salmeron *in comment. ad illum locum* ſcribit, ſenſum hunc eſſe quidem myſticum, ſed minime ſolidum nec ad mentem Apoſtoli. Et
7 ſi † in primis Eccleſiæ temporibus honeſtum conjugium haut pugnaverit cum Miniſterio, quo minus duo in unâ eâdemque perſona ſociari potuerint, utique etiamnum non pugnabunt inter ſe invicem, Joh. Gerhard. *in loco de miniſter. eccleſiaſt. §. 331. pag.*
8 *524.* Accedit † aliud Apoſtoli effatum *1. Corinth. 9. verſ. 5.* Numquid non ego & Barnabas habeamus poteſtatem ſororē mulierem circumducendi, ſicut & reliqui Apoſtoli & fratres Domini, & Cephas? Et licèt Bellarm. excipiat, non eſſe certum, quinam ex Apoſtolis habuerint uxores, & qui non habuerint, cùm varient hac de re Veterum ſententiæ, † illud verò certum eſſe, eos ex Apoſtolis, 9
qui uxorem habuerunt, poſtquam vocati à Chriſto fuerunt, officio conjugali renunciaſſe, ut colligitur ex eo, quod *Matth. 10.* dicunt: Ecce omnia reliquimus, ubi Chriſtus ſubjungit: Omnis, qui reliquerit patrem aut matrem aut uxorem &c. Sufficit tamen, † aliquos ſaltem Apoſtolos fuiſſe con- 10
jugatos, quod ex allegato Pauli effato & loco *Matth. 8. verſ. 14. Marc. 1. v. 30. Luc. 4. v. 38.* manifeſtum redditur, & ſcribit Ignatius *in Epiſt. ad Philadelph.* excepto Johanne omnes Apoſtolos, ut & Paulum fuiſſe conjugatos. Nec deſertio uxorum, quam Bellarminus fingit, admittenda eſt, † quia non modò 11
pugnat cum primævâ conjugii inſtitutione: Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, quos ergò DEUS conjunxit, homo non ſeparet; ſed etiam adverſatur Regulæ Apoſtolicæ: Uxor a viro non diſcedat: & vir uxorem non dimittat, *1. Corinth. 7. verſ. 10.* † Verba etiam Chri- 12
ſti de relinquendâ uxore hanc explicationem non firmant, ſed conſolationem duntaxat dant iis, qui per violentam Tyrannorum perſecutionem non à bonis ſolùm, ſed etiam ab uxore & liberis ſeparantur, à quibus voluntario auſu ſe alias non deberent ſeparare, veluti latius deducit Joh. Gerhard. *in loco de miniſter. Eccleſ. §. 333. p. 529.* Non ergò uxores † fuerunt de numero eorum, quæ re- 13
linquuntur nominis Chriſti causa; nec ulbi ab Apoſtolis ſeparatæ leguntur; quin potiùs de Petro referunt hiſtoriæ, quod uxori ad ſupplicium raptæ præſtò fuerit, ipſique acclamaverit: ò memento Domini, Euſeb. *lib. 3. hiſtor. cap. 27.* Baron. *in annal. tom. 1. annotat. 69. n. 30.*

Non itaque habent Pontificii, quo damnent † in Clericis ac miniſtris Eccleſiæ con- 14
jugi-

jugium; audiant potiùs illud Hieron. Omnis, qui nuptias damnat, non amator, ſed inimicus eſt caſtitatis, quia incontinentes, ſublatô nuptiarum remedio, fornicationis facit inire diſcrimen, *in 1. Tim. 4.* & ſi veſtigiis Patriarcharum, Prophetarum ac Sacerdotum eſt inſiſtendum, uti profectò eſt,
15 multos habent præeuntes Clerici & miniſtri Eccleſiæ; conſtat enim, quòd Adam, Seth, Enos, Enoch, qui cum Deo ambulavit, Noah vir juſtus & perfectus, Sem, Abraham pater credentium, Iſaac, Jacob, Joſeph, Aaron & cuncti Sacerdotes Veteris Teſtamenti, multi etiam ex Prophetis, Moſes, Samuel, Ezechiel, &c. in conjugio vixerunt. Hinc
16 † de Enocho ſcribit Chryſoſt. Audiant mariti & uxores, & diſcant juſti virtutem, nec putent, nuptias in cauſâ eſſe, quo minus quis Deo placeat: Nam idcircò divina ſcriptura ſemel atque iterum id ſignificavit, dicens, genuit Mathuſala, & tunc placuit &c. *in homil. 21. in Geneſ.* unde manifeſtè liquet, quàm debili nitatur fundamento prohibitio matrimonii Eccleſiæ miniſtris à Pontifici-
17 is facta. Quod bene † agnovit Innocentius IV. Pontifex, quando ſcribit: Matrimonium de jure divino non prohibet ſuſceptionem ſacrorum Ordinum, ſed tantùm ex conſtitutione Eccleſiæ, & ſic naturaliter matrimonium non reſiſtit promotioni ad ſacros ordines; imò etiam poſt conſecrationem Sacerdos poſſet contrahere matrimonium, niſi Eccleſiæ ſtatuto prohibitum eſſet, *in c. placet. extr. de converſ. con-*
18 *jug.* idemque † fatetur Panormit. ex ſcripturis ſcilicet probari non poſſe, quod cælibatus Sacerdotibus ſit neceſſarius, *in cap. licet. extr. de elect.* Et rurſus ait: Numquid hodiè ab Eccleſiâ poſſit ſtatui, ut Clericus matrimonium contrahat, quæritur? Credo, quod ſic, & hoc indubitatum eſt apud me reſpectu eorum, qui non ſunt obligati ex votô vel tacito vel expreſſo, & probô hâc ratione: Continentia enim non eſt in Clericis ſecularibus de ſubſtantia Ordinis, ſicut dixit Innocentius, nec eſt de jure divino, quia aliàs Græci peccarent, nec excuſaret eos conſuetudo, quia illa non valet contra legem divinam. Et non ſolùm credo, poteſtatem ineſſe Eccleſiæ hoc condendi, ſed credo prò bono ac ſalute animarum, quòd eſſet ſalubre ſtatutum, ut valentes continere & magis mereri, relinquerentur voluntate eorum; non valentes autem continere, poſſent contrahere, quia experientiâ docente contrarius prorſus effectus ſequitur ex illâ lege continentiæ, cùm hodie non vivant ſpiritualiter, nec ſint mundi, ſed maculentur illicito coitu, cum eorum graviſſimo peccato, ubi cum propriâ uxore eſſet caſtitas &c. unde deberet Eccleſia facere ſicut bonus Medicus, ut ſi medicina, experientiâ docente, potiùs officit, quàm proſit, eam tollat, *in cap. cum olim extr. de Cler. conjug.* † Nec abnuit Æ- 19
neas Sylvius, qui cùm jam Pontifex eſſet & Pius II. nominaretur, hoc dictum reliquit: Sacerdotibus magnâ ratione ademtum conjugium, majori autem reſtituendum, ut Platina in Pio II. refert. *pag. 295.* Et notum eſt Cajetani † Cardinalis hac de re judicium 20
hiſce verbis prolatum: Nec ratione, nec autoritate probatur, quod abſolutè loquendo Sacerdos peccet contrahendo matrimonium: nec ordo, in quantum ordo, nec ordo, in quantum ſacer eſt, eſt impeditivus matrimonii; Et poſtea concludit: Sacerdotium non dirimere contractum matrimonii; ſecluſis omnibus legibus, ſtando tantum in his, quæ à Chriſto & Apoſtolis habemus, *tom. 1. opuſc. tract. 27.* Sed cum hæc plenius à Theologis fuerint tractata, ulteriori deductione ſuperſedemus.

Ita † Conſiſtorium Supremum in causâ N. N. contra N. N. Paſtorem in N. N. die 16. Febr. 21
An. 1628. (*Verba Decreti:* Dieweil beyde Theile des gehaltenen Eheverlöbniß geſtändig; So ſeyn ſie daſſelbe durch eheliche Trauung und Beywohnung eheſt zu vollnziehen/und als Chriſtlichen Eheleuten geziemet/ſich gegen einander aller Gebühr zu verhalten ſchuldig; In Verbleibung deſſen wird der widerſpenſtige Theil durch Zwangs-Mittel darzu nicht unbillich angehalten/V.R.W.)

DEFINIT. V.

Non tamen cogendi ſunt miniſtri Eccleſiæ ad ineundum matrimonium, ſi in cælibatu vivere malint.

SUMMARIA.

1. *Non peccant miniſtri Eccleſiæ ad conjugium convolantes.*
2. *Num inviti ad hoc cogendi?*
3. *Deciſio negativa.*
4. *Fundamenta & rationes decidendi.*
5. *Cælibatus exemplis probatur.*
6. *Nec non verbis Chriſti manifeſtis, n. 7.*
8. *Et verbis Apoſtoli. num. 9.*

10. *Pœna*

10. Pœnæ cælibatus hodiè ſunt abrogatæ.
11. Cælibatus non eſt abrogandus.
12. Liberum relinquitur miniſtris Eccleſiæ, an uxorem ducere, an in cælibatu vivere malint.
13. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

1 NEquaquam igitur peccant miniſtri Eccleſiæ ad matrimonium convolantes, quin potius honeſtè ac piè agunt, *Defin. præced.* quod tamen non ita accipi velim,ut neceſſariò omnes,qui in Miniſterio ſunt conſtituti vel conſtitui expetunt,uxorati eſſe debeant, ſed libero ipſorum arbitrio committi debet, num conjugium inire an verò continentiæ dono inſtructi in cælibatu vivere malint. Non equi-
2 dem ignoro, † quosdam perſuaſos eſſe, oneris inſtar conjugium miniſtris Eccleſiæ Lutheranis injungi, *ex Ordinat. Eccleſ. generali 16. Rubr.* Vom Leben und Wandel der Pfarrer und Kirchendiener. §. Derowegen ſie ſich *&c.* ubi hæc leguntur verba: und da ſie noch frey / in den heiligen Eheſtand begeben / und ſich in demſelben in Chriſtlichem Frieden und Einigkeit der gantzen Gemeine zum löblichen Vorbild
3 verhalten ſollen / ꝛc. † Sed falsò inde coactio inducitur: proponitur enim ibidem regula, quomodo gerere ſe debeant miniſtri Eccleſiæ matrimonium contrahere volentes, à quâ procul dubio intelliguntur excepti, qui ſingulari dono continentiæ inſtructi caſte vivere poſſunt & malunt, prout benè *dict. art. 16.* explicat Joh. Gerhard. *in loco de miniſterio eccleſiaſt. §. 330. pag. 520.*

4 Quam explicationem firmat (1.) † dignitas cælibatûs, qui neutiquam in perſonis idoneis continentiæ nimirum dono inſtructis eſt improbandus, vel ſaltem ob commoda ejus ſingularia, veluti Chriſtus quosdam propter regnum cœlorum ſe caſtrare aſſerit, *Matth. 19. verſ. 12.* & Paulus de ſoluto pronunciat, quòd ſollicitus ſit de iis, quæ ſunt Domini, quomodo placeat Domino, *1. Corinth. 7. verſ. 32.* virgo cogitet, quæ ſunt Domini, ut ſit ſancta corpore & ſpi-
5 ritu, *verſ. 34.* (2.) † Exemplum Chriſti, qui nuptiis quidem in Canâ Galilææ interfuit, ſed uxorem non duxit; neque enim ad generationem, ſed ad generis humani redemtionem venerat. Quod imitatus eſt Paulus Apoſtolus *1. Corinth. 7. verſ. 7. & cap. 9. verſ. 5.* ac de duabus filiabus Philippi Evangeliſtæ, quarum mentio fit *Actor. 21. verſ. 9.* commemorat Euſebius, quòd in virginitate conſenuerint, *lib. 3. hiſt. eccleſ. cap. 38.* (3.)
6 † Accedunt etiam verba manifeſta Chriſti Salvatoris, *Matth. 19. verſ. 12.* cùm enim diſcipuli dixiſſent: Si cauſa hominis cum uxore talis eſt, non expedit nubere; ſubjecit Chriſtus: Non omnes capiunt verbum hoc, ſed quibus datum eſt, ac enumeratis tribus Eunuchorum generibus, inter quos eminent illi, qui ſe caſtrant propter regnum cœlorum, addidit: qui poteſt capere, capiat. † Quibus 7
verbis, *inquit Gerhardus,* oſtendit, ab illâ primævâ conjugii inſtitutione & præcepto eidem addito: Creſcite & multiplicamini, exceptos eſſe quosdam, qui vel ad conjugium inhabiles ſunt per naturam, vel peculiari continentiæ dono inſtructi ſunt per gratiam, quo dono illos ad Eccleſiæ ædificationem uti non prohibet, ſed concedit, *in loc. theol. de conjug. §. 490. pag. 754.* (4.) Quò etiam † inclinat D. Apoſtolus, qui poſtquam 8
præceptũ de ineundo conjugio propoſuiſſet, *1. Corinth. 7. verſ. 2.* propter fornicationem unusquisque uxorem ſuam habeat, & unaquæque virum ſuum habeat, ſubjicit ſtatim exceptionem, quòd quidam donum continentiæ habeant, qui in puritate & mundicie vitæ cælibes extra conjugium vivere bonâ conſcientiâ poſſint, *verſ. 8.* dico non nuptis & viduis, bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint ſicut ego; *& verſ. 25.* de † virginibus 9
præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à Domino, ut ſim fidelis, *verſ. 26.* exiſtimo ergò, hoc eſſe bonum &c. Gerhard. *dict. loco. pag. 755.* (5.) † Facit huc ſanctio Impp. 10
Conſtantini, Conſtantii & Conſtantis, quâ pœnas cælibatus, ut nempè hereditate privarentur, qui liberos non habebant, Euſeb. *lib. 4 de vitâ Conſtantini;* infirmarunt hiſce verbis: *Qui jure veteri cælibes habebantur, imminentibus legum terroribus, liberentur atque ita vivant, ac ſi numero maritorum matrimonii fœdere fulcirentur, ſitque omnibus æqua conditio capeſſendi, quod quisque meretur.* Et poſtea: *Quam rem & circa fœminas exiſtimamus, earumque cervicibus impoſita juris imperia, velut quædam juga ſolvimus promiſcuè omnibus, in l. 1. C. de infirm. pœn. cælibat. &c.* Ut maximè
† ergò ſumma ſit dignitas conjugii, idque 11
longè præſtet cælibatui, hic tamen planè non condemnandus nec abrogandus eſt ob commoda ejus peculiaria, † quin potius 12
Clericis pariter ac Laicis permittendum, ut quilibet menſuram donorum divinitus ſibi datorum æſtimet, atq; eligat ſtatum vel matrimonii vel cælibatûs, quem ſine conſcientiæ periculo majore autem cum Eccleſiæ commodô conjunctum eſſe animadvertit.

Ita

b *Im* † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Freybergenſi, die 17. Jun. An. 1611. (Verba* 13
Reſcripti: Was bey uns der Pfarrer zu N. N. wegen Verpachtung des Pfarrguths Aecker geſuchet/ſolches habt ihr inliegend zu vernehmen. Dafern nun bemeldter Pfarrer aus angeführten Urſachen ſich nicht zu verheyrathen gemeynet/ ſo laſſen wir geſchehen/daß er ſeiner Beliebung nach die Pfarr-Aecker und andere Güter ſeinem Schwager verpachten/und er immittelſt ſeines Amts und Studierens abwarten möge; Hierauf an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns begehrende/ ihr wollet den Pacht vollziehen laſſen/ darneben dem Pachtmann anbefehlen/daß er die Aecker dermaſſen beſtelle und pfleglich halte/damit ſie nicht verwüſtet werden/ und in Abnehmung gerathen/ꝛc.)

Definit. VI.

Quando & quibus conditionibus à diverſæ Religionis Pontificiæ & Lutheranæ hominibus contrahi poſſit matrimonium?

SUMMARIA.

1. *Matrimonium à perſonis ejuſdem Religionis ineundum, n. 29.*
2. *Nuptiæ ſunt individua ſocietas.*
3. *Et juris divini communicatio.*
4. *Religionis diviſio dividit ipſum conjugii nervum.*
5. *Prohibentur nuptiæ de jure divino inter diverſæ Religionis homines, n. 6.*
7. *Ratio prohibitionis, n. 8.*
9. *Periculoſa ſunt ejusmodi conjugia, n. 15.*
10. *Exemplo Salomonis id probatur.*
11. *De jure quoque civili prohibita ſunt ejusmodi matrimonia.*
12. *Ut & decretis Conciliorum, n. 13. 14.*
16. *Et communi Theologor. ſententiâ, n. 17.*
18. *Non ſimpliciter & indifferenter hæc prohibitio obtinet.*
19. *Diſtinguendum inter infideles & hæreticos: hosq; pertinaces & doceri paratos.*
20. *Quando conjugium diverſæ religionis hominibus permittendum? n. 21.*
22. *Non prohibitum eſt indifferenter matrimonium inter perſonas Lutheranæ & Catholicæ Religioni addictas.*
23. *Rationes & fundamenta hujus aſſertionis, n. 24. 25. 26.*
27. *Quibus conditionibus ejusmodi matrimonium eſt contrahendum? n. 28.*
30. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 TUtiſſimum procul dubio & conſultiſſimum eſt, ut matrimonio copulentur tales perſonæ, quæ in vera veræ Religionis cognitione & profeſſione invicem conſentiunt, non ſolùm ex matrimonii naturâ ac conditione; ſunt
2 enim nuptiæ † individua ſocietas & conjunctio, §. *nuptiæ. Inſt. de patr. poteſt.* at quomodo verè individua erit, ſi ad ſacra dividitur? inquit Alber. Gentil. *lib. 2. de nupt.*
3 *c. 19.* ſunt etiam † nuptiæ divini juris communicatio, *l. nuptiæ. 1. ff. de rit. nuptiar.* ſed quæ communicatio in cultûs & religionis
4 diverſitate? Dividit ſiquidem † Religionum diviſio ipſum conjugii nervum, quem D. Apoſtolus *1. Cor. 7.* in eo ponit, quòd neuter conjugum ſui poteſtatem habeat, adeò, ut ne quidem ſe ſibi invicem ſubducere poſſint, niſi ad tempus, idque ex mutuo conſenſu, propter jejunia & preces: ubi verò quis annexus eſt mulieri diverſæ religionis, nunquam licebit cum bonâ ipſius gratiâ ſacris vacare, Henn. Arniſ. *de matrim. cap. 6. ſect. 5. numer. 20.* † Sed 5
etiam divina prohibitio obſtat conjugio inter diverſæ Religionis homines contrahendo; Non accipies, inquit Jehova, uxorem de filiabus Cananæorum filiis tuis, *Exod. 34. verſ. 16.* Filiam tuam non dabis filio Cananæi, nec filiam illius accipies filio tuo, *Deut. 7. verſ. 3.* Si adhæſeritis † reſiduis gen- 6
tibus, & affinitatem cum eis contraxeritis, ſciendo ſcietis, quòd DEus non expellet iſtas gentes, *Joſ. 23. verſ. 12.* quod licèt de Cananæis dictum ſit, ad alios tamen diverſæ Religionis homines quin benè extendatur, apparet ex ratione morali additâ à Jehovâ: † ne poſtquam ipſæ (filiæ 7
Cananæorum) fornicatæ fuerint poſt Deos ſuos, fornicari faciant & filios ſuos poſt Deos ſuos, *dict. verſ. 16. Exod. 34.* Item: quia ſeducent filios tuos, ne ſequantur me, & ut magis ſerviant Diis alienis, iraſceturque furor Domini & delebit te citò, *Deuter. 7.*

verſ.

8 *verſ.4.* Eamque repetit † Joſua: Si affinitatem cum reſiduis gentibus contraxeritis, erunt vobis in laqueum, & in rete, & in flagellum, & in ſpinas in oculis veſtris, *dict. cap.23. verſ.13.*

9 Quàm periculoſum enim † fuerit ejusmodi conjugium, liquet ex libro *Judic. cap. 23. v.5. & ſeqq. ibi :* Filii Iſrael habitarunt in medio Cananæi & Hethæi & Amorræi, & duxerunt uxores filias eorum, ipſique filias ſuas filiis eorum tradiderunt, & ſervierunt Diis eorum, feceruntq; malum in conſpectu Domini, & obliti ſunt Dei ſui, ſervientes Baalim. Et memorabile eſt cumpri-
10 mis † exemplum Regis Salomonis, cui à Deo datum erat cor ſapiens & intelligens in tantum, ut nullus ante eum ſimilis ipſi fuerit, nec poſt eum ſurrexerit, *1. Reg. 3. v. 12.* ſed cum adamaret mulieres alienigenas, adverterunt illæ cor ejus, ut ſequeretur Deos alienos, nec fuerit perfectum cor ejus cum
11 Domino, *1. Reg. 11. verſ.3.* † Quare & Impp. Valentinian. Theodoſius & Arcadius ejusmodi matrimonium lege publica prohibuerunt, ne videlicet quis Chriſtianam mulierem in matrimonium Judæus accipiat, neque Judææ Chriſtianus conjugium ſortiatur. Nam ſi quis, inquiunt, aliquid hujusmodi admiſerit, adulterii vicem commiſſum hujusmodi crimen obtinebit, libertate in accuſandum publicis vocibus relaxata, *in l. ne quis. 6. C. de Judæis & Cœlicol.* Ut tacea-
12 mus † decreta Conciliorum, puta Agathenſis, *canon. 67.* Non oportet cùm hominibus hæreticis miſcere connubia, & vel filios vel filias illis dare, ſed potiùs accipere, ſi tamen profiteantur, ſe Chriſtianos eſſe futuros &
13 catholicos, *can. non oportet. 28. qu. 1.* † & in Synodo ſextà *can.72.* ſic ſtatuitur : Non licet virum orthodoxum cum muliere hæretica conjungi, neque orthodoxam cum
14 viro hæretico copulari. Synodi † Laodicenæ: Non oportet cum hæreticis miſcere connubia, vel filios vel filias dare, &c. aliorumque Conciliorum relatorum à Joh. Gerhardo *in loc. de conjugio. §.388. pag. 574.*

Nimirum matrimonium Chriſtiani & orthodoxi cum hæretico vel infideli plurima habet conjuncta incommoda & peri-
15 cula. Præterquam enim † quod periculum graviſſimum impendeat Chriſtiano & orthodoxo deficienti à vera fide & religione, nata ex tali matrimonio ſoboles vix poteſt commodè educari in verà Religione, nec pax & tranquillitas inter conjuges diu conſtare. Et quomodo poteſt congruere charitas, ſi diſcrepet fides? inquit Ambroſius; ut hinc communis ferè ſit † opinio Theologorum orthodoxorum, 16
haut fas eſſe diverſæ religionis hominibus inire conjugium, veluti atteſtatur Facultas Theologica Roſtochienſis *in conſilio:* Ob nicht ſey *communis Theologorum Orthodoxorum ſententia,* daß ein rechtgläubiger Chriſt ſich mit Leuten fremder Religion nicht verehlichen ſol? *ibi:* † und halten es 17
demnach dafür/ daß nicht allein *communis Theologorum Orthodoxorum ſententia* ſey/ die auch in GOttes Wort iſt gegründet/ daß ein recht-gläubiger Chriſt ſich mit Leuten fremder Religion nicht verehlichen ſol: Sondern daß in dieſer Meynung auch viel andere ſeyn unter Calviniſten und Papiſten/ derer Namen wir allhier zu *recenſiren* unnöthig achten/ *rc.* apud Georg. Dedekennum *vol.3. conſ. pag.234. num. 3.* Pii itaque eſt hominis, inquit Gerh. a malo hic declinare; prudentis, pericula præcavendo antevertere; ſancti, à prophano abſtinere; cauti, alieno malo ſapere; inſanitatis, in ignem ſe ſponte conjicere, *dict. loco pag. 573.*

Verùm etſi hæc ita ſe habent, † non ſim- 18
pliciter tamen & indifferenter conjugium diverſæ religionis hominibus diſſvadendum, vulgò exiſtimatur. Diſtingvendum enim omninò hic eſt inter infideles propriè ſic dictos, & hæreticos: Illi propriè dicuntur omnes, qui ſunt extra Eccleſiam, Sacramenti baptiſtici expertes, ut pagani, Turcæ, Judæi, qui in totà religione diſſentiunt à Chriſtianis: Hæretici † verò ſunt, 19
qui per Baptiſmum Eccleſiæ priùs inſerti, ſed in hæreſin poſtmodum prolapſi, in aliquâ duntaxat religionis parte à Chriſtianis diſſident. Quin & diſtingvendum inter hæreticos pertinaces, & inter ſeductos, doceri paratos. Quamvis ergò cum infideli-
bus, † iisque hæreticis, qui in hæreſi ſuâ per- 20
tinaciter ſe perſeveraturos profitentur, nequaquam ſit concedendum matrimonium, quin & tutiſſimum ſit, tales perſonas conjugio copulari, quæ in religione verà conveniunt, ut uno ore & corde verum Deum juxta præſcriptum verbi cœleſtis invocare & colere poſſint: attamen ſi hæ-
retica perſona pertinax † non ſit, ſed ſpem 21
faciat converſionis certam, permitti cum eà poſſe matrimonium, arbitratur D. Joh. Gerh. *in dict. loc. de conjug. §. 387. circa fin.* Ex quo
nec inter perſonas † Catholicæ & Lutheranæ 22
religioni addictas conjugium ſimpliciter e-
rit prohibitum. (1.) Idq; † eò minus, quia per 23
Pacificationē religioſam res in Imperio Romano eò devenit, ut utraq; tam Lutherana quàm pontificia toleretur religio, nec cuiquā propter religionis diverſitatem inferatur moleſtia, Joh. Sleid. *l.24. hiſt. p. 784.* Waremund.

mund. ab Ehrenberg. *in meditat. fœder. pag. 223. & pag. 261.* Samuel à Remching. *de pace relig.* apud Goldaſt. *in polit. imper. part.*
24 *30.* (2.) Cumqve † ſpes ſit, perſonam heterodoxæ religionis ad veram & orthodoxam religionem ſe converſuram, quis non vel ob hanc unicam cauſam matrimonium ejusmodi annueret, & ſalutem animæ
25 promoveret? (3.) Quin & † DEUS permittit Iſraelitis, ex aliis gentibus fœminas bello captas in uxores ducere, *Deut. 21. verſ. 11.* quia non erat veriſimile, captivam mulierculam Dominum ſuum eò pertracturam, ut avitæ religioni nuncium
26 mitteret. Quò † & faciunt exempla Judæ, *Gen. 38. verſ. 1.* & Joſephi, *Gen. 41. verſ. 45.* Davidis ducentis uxorem filiam Regis Geſſur. *2. Sam. 3.* Arniſ. *de matrim. cap. 6. ſect. 5. n. 49.*

Nihilominus eautè procedendum in conceſſione matrimonii inter perſonas Lutheranæ & Catholicæ religioni addictas. † 27
Proſpiciendum nimirum de duobus: (1.) Utrum ſpes ſit converſionis in perſonâ pontificiæ religionis, nec ullum ex hoc conjugio metuendum periculum Lutherano conjugi. (2.) Et ut † conveniant de libe- 28
ris procreatis in verâ Lutheranâ religione educandis, præſtita deſuper cautione. Qvæ duo ſi probè obſerventur, haut prohibendum eſt matrimonium: in caſu vero contrario neutiqvam permittendum. † At 29
certè ſemper melius eſt, tutiſſimum ac conſultiſſimum, tales matrimonio copulari perſonas, quæ in verâ veræ religionis profeſſione invicem conſentiunt, ut uno ore ac corde Deum invocent ac colant, Joh. Gerh. *dict. loco p. 570.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem P. S.* zu *M. die 5. Maji An. 1620. (Verba* 30
Sententiæ informatoriæ: Uns iſt euer Schreiben/ betreffende die vorhabende Verehlichung eurer Tochter mit *C. T.* ſo der Päbſtiſ. *Religion* zugethan/ recht eingehändiget worden/ und haben wir euer Begehren nach Nothdurfft daraus verſtanden. Hierauf wir auch zur Antwort euch nicht bergen wollen; Wann ihr ſamt eurer Schwieger und Tochter Beliebung traget / gedachten *C. T.* zum Eydam und Mann auf- und anzunehmen/ deſſen hiernebens vergewiſſert ſeyd / daß eure Tochter in unſerer wahren und ſeligmachenden *Religion* dermaſſen *fundi*ret und gegründet/ daß nicht zu befahren/ ſie etwa von dem Manne ins künfftige verführet/ und zu dem Pabſtthum verleitet / viel ehe aber er durch ſie zu unſerer göttlichen Lehre wiederum gebracht werden möchte; So iſt euch ungewehret/ und ſtehet in eurem und der Eurigen Gefallen/ ob ihr dem bittlichen Suchen und Werben *C. T.* ſtatt geben wollet/ und auf dieſem Fall köntet ihr eure Tochter/ daß ſie in ihrer *Religion* un*perturbi*ret bleiben / die Kinder auch / ſo der Allmächtige in währendem Eheſtande beſcheren thäte/ in unſerer Evangeliſchen Lutheriſchen Lehre entweder ſelbſt/ oder nach ihrem Tode durch andere zu erziehen/ Macht haben ſolle/ gnugſame Verſicherung aufrichten laſſen. Da aber entweder ihr oder eure Tochter euch eines andern beſorgen thätet / (wie dann freylich nicht allezeit dergleichen Ehe zwiſchen zweyen widerwärtigen *Religions*-Perſonen ohne Gefahr und Beſchwer iſt) ſo werdet ihr euch ſelbſt auf allen Theilen der Gebühr nach zu bezeigen und zu verhalten wiſſen. Ob aber iemand *de facto* euch oder den eurigen dißfalls etwas aufrücken/ oder hieran/ weil in dieſen Landen es gar ungewöhnlich iſt/ daß ungleicher *Religion* zugethane Perſonen einander ehelichen/ ſich ärgern möchten/ können wir unſers Theils nicht wiſſen/ welches wir euch zur Antwort ertheilen wollen/ und ſeynd euch freundlichen Willen zu erzeigen geneigt / ꝛc.)

DEFINIT. VII.

Sponſalia à diverſæ Religionis hominibus contracta nequaquam ſunt diſſolvenda.

SUMMARIA.

1. *Quibus conditionibus matrimonium inter perſonas diverſæ Religionis permittendum?*
2. *Nunquam tale conjugium temere diſſolvendum eſt. n. 7.*
3. *Ex ſententiâ B. Lutheri.*
4. *Rationes & fundamenta hujus ſententiæ. n. 6.* (*ſa.*
5. *Fornicatio ſola legitima divortii cau-*
8. *Sæpè quod fieri non debet, factum tamen haut reſcinditur.*
9. *Multa impediunt matrimonium con-*

trahendum: at contractum non diſſolvunt.

10. Nec diſſolvenda ſponſalia ob diſparitatem Religionis.

11. Conſenſus, non concubitus facit nuptias.

12. Quod de nuptiis diſpoſitum, obtinet etiam in ſponſalibus.

13. Appellatione conjugum veniunt perſonæ deſponſatæ.

14. Refellitur opinio Canoniſtarum.

15. In Veteri Teſtamento conjugia Iſraëlitarum cum Cananæis prohibita fuerunt. n. 16. (*n.18.*

17. Non autem cum cæteris gentibus.

19. Alia hic ratio Veteris & Novi Teſtamenti.

20. Sententia Conſiſtorii Supremi.

NOn itaque ſimpliciter inter diver-
ſæ religionis homines permitten-
1 dum eſt matrimonium, ſed † cer-
tis conditionibus, ſi nimirum ab-
ſit metus deceptionis & defectus à Religio-
ne orthodoxâ: utque liberi ex illo conju-
gio procreati in verâ pietate & religione in-
formentur ac educentur, præſtita deſuper
cautione, *Defin. præced. in fin.* At inito
2 jam matrimonio † vel contractis ſaltem
ſponſalibus inter homines diverſæ religio-
nis, firma habentur ea indifferenter, nec te-
merè ſunt diſſolvenda, Beza *de repud.*
Beuſt. *de matr. part. 2. c. 37.* Philipp. *in
loco de conjug.* Joh.Gerh. *in loco de conjug.*
3 *§. 392. p. 584.* Quæ † & ipſa fuit ſententia
B.Lutheri *in explicatione cap. 7. ad Corinth. 1.*
§. Wie ſolte dann nicht das Chriſtliche
Gemahl/ ꝛc. (1.) obſtat enim prohibitio di-
4 vina: † Quos Deus conjunxit, homo ne ſe-
paret, *Matth. 19. verſ. 6.* nec unquam Jehova
præcepit diſſolvere matrimonia fidelium
cum infidelibus, nedum cum diverſæ religi-
onis conjuge contracta; ut nec hinc ſine au-
toritate divina diſſolvi debeant, Henning.
Arniſ. *de matrim. cap. 5. ſect. 5. n. 40.* Beuſt.
dict. loco. Gerh. *dict. loco. §. 391. in pr.* (2.)
5 Cumqve † fornicatio ſola eſt legitima divor-
tii cauſa, *Matth. 5. v. 32.* Quicunque dimiſerit
uxorem ſuam, excepta fornicationis cauſâ,
facit eam mœchari, & *Matth. 19. v. 9.* Qui-
cunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob for-
nicationem, & aliam duxerit, mœchatur;
Utique ob diverſitatem religionis haut fieri
6 debet ſeparatio. (3.) † Quo & pertinet il-
lud Apoſtoli: Si quis frater uxorem habet in-
fidelem, & hæc conſentit habitare cum illo,
ne dimittat illam: Et ſi qua mulier habet
virum infidelem, & hic conſentit habitare
cum illâ, non dimittat virum; ſanctificatus
eſt enim maritus incredulus per uxorem, &
ſanctificata eſt uxor incredula per maritum,
alioqui filii veſtri immundi eſſent, nunc au-
tem ſanctificati, *1. ad Corinth. 7. verſ. 12.*
7 Hoc † ſi ita in matrimonio cum infideli ini-
to, multò magis certè obtinebit in conjugio
à duobus fidelibus, diverſæ tamen religionis
hominibus contracto. (4.) Et licet ab ini-
tio re adhuc integrâ non facilè nec ſimplici-
ter permitti debeat ejusmodi matrimonium,
† attamen jam contractum nequaquam 8
diſſolvi debet, quia ſæpè, quæ fieri non de-
bent, ſi tamen facta fuerint, non reſcindun-
tur, *l. 1. §. biduum. ff. quando appelland. ſit
& intra quæ tempora. l. relegatorum. 7. §. ad
tempus. 4. ff. de interd. & releg. l. 1. §. 1. ff. de
feriis. l. quid ergò. 13. §. pœna. ff. de his qvi not.
infam. l. moris. 9. §. iſtæ. 11. ff. de pœn. l. in ambi-
guis. 85. §. 1. ff. de reg jur.* † & multa impediunt 9
matrimonium contrahendum, quæ jam con-
tractum non diſſolvunt, *l. patre furioſo. 8.*
ibique Gloſſa, *in verb. retinere. ff. de his qui
ſui vel alieni juris ſunt.* Theod. Reink. *de re-
gim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 1. cap. 5. n. 24.*
Fachin. *5. controv. 40.* eſtque conjugium ra-
tum, licèt non ſit legitimum, *can. ult. cauſ. 28.
quæſt. 1. cap. cum cauſâ. extr. de raptor.*

Nec aliud habendum de ſolis ſponſali-
bus, † nondum ſubſecutâ benedictione ſa- 10
cerdotali vel nuptiis, quia inter ſponſalia &
nuptias quoad indiſſolubilitatem nulla eſt
differentia, ſiquidem † conſenſus, non con- 11
cubitus facit nuptias, prout in ore eſt omni-
um, *l. nuptias. 30. ff. de Reg. Jur. l. ſufficit. ff. de
ſponſal. l. ſi donationum. C. de nupt. can. ali-
ter. cauſ. 30. quæſt. 5. can. honorantur. cauſ. 32.
quæſt. 2.* quare † quod de nuptiis legitur di- 12
ſpoſitum, id quoque obtinet in ſponſalibus,
*l. tutor. §. 1. l. oratio. ff. de ſponſal. l. in ſponſali-
bus §. 1 ff. eod. tit. l. cui fuerit. ff. de condit. &
demonſtr.* Bartol. *1. l. cum pater. ff. ad L. Pom-
pej. de parricid.* Alber. Gentil. *in tract. de
nupt. lib. 2. cap. 25. poſt pr.* Nicol. Boer. *deciſ.
22. n. 33. & ſeqq.* Anton. Natta *conſil. 282. n. 1.
& ſeqq.* Domin. Card. Tuſch. *tom. 7. pract.
concluſ. lit. S. concluſ. 511. num. 58.* Atque † 13
hinc appellatione uxoris nuptæ ſponſa quo-
que venit, quemadmodum etiam ſponſus
mariti nomine continetur, juraq; in uno lo-
quentia locum quoque habent in altero, *l. ſi
ſponſa. ff. de jure dot. l. lex Julia. ff. de fundo
dotal. l. aſſiduis. §. 1. C. qui potior. in pign. hab.*

Cæterum † non curamus hic Cano- 14
niſtarum argumenta, quibus diſſolutio-
nem

nem matrimonii inter fidelem & infidelem contracti probare ſatagunt, Dom. de Soto *4. ſent. diſt.39.* Gratian. *29. quæſt. 1.* Panormit. *cap.1.de ſponſal.* Didac. Covarr. *part.2. matrim. cap.6. §. ult. cap. 7.§.4.n.8.* Mart. *1.Reg.3.* Ex aſſe enim ea refellit Henn. Arnis. *dict. ſect.5.* & Gerhard. *dict. loco.* im-
15 primis verò urgent, † quòd DEUS in Veteri Teſtamento connubia Iſraelitarum cum Cananæis prohibuerit, *Exod.34. verſ.16. Deuter.7. verſ.3.* quod mandatum Esdras ſic expoſuit, matrimonia cum infidelibus conſummata eſſe reſcindenda, *Eſdr.9.verſ.10.* Sed parum inde infertur,
16 quia peculiare fuit † hoc præceptum judiciale ad Judæos duntaxat pertinens, ex quo Chriſtiani in Novo Teſtamento haut obligantur: Siquidem cum Cananæis ſaltem, Ammonitis ac Moabitis, non autem
cum † cæteris gentibus ob cauſas quaſ- 17
dam peculiares ejusmodi matrimonia hoc modo fuerunt prohibita, ut etiam contracta fuerint diſſolvenda; Nam ſi ab-
ſolute † ac ſimpliciter non potuiſſet con- 18
ſtare matrimonium inter Iſraelitas & alios populos, non ſanè permiſſum fuiſſet Judæo ducere mulierem captivam, quod
tamen factum eſt, *Deut.21. verſ.11.* † Quin 19
& in Veteri Teſtamento DEUS populum Iſraeliticum ab omnibus gentibus ſeparatum in peculium ſibi elegerat; ſed in Novo Teſtamento deſtructa eſt maceria, quâ Judæi à gentilibus dirimebantur, *Epheſ. 2.verſ. 14.* veluti ſic reſpondet aliaque Canoniſtarum argumenta refutat Gerh. *dict.loco.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Johann. Schollens Pfandes-Einhabern 20
der Herrſchafft Egenburg in Oeſterreich *die 18.Martii An.1614.(Verba Sententiæ:* Als ihr uns einen Ehehandel zwiſchen euch und Daniel Eckers zu Miſtelbach in Oeſterreich Tochter Sibyllen berichtet / und euch darüber in Rechten zu unterrichten gebeten. Demnach ſprechen wir verordnete *Præſident* und *Aſſeſſores* des Ober-*Conſiſtorii &c.* darauf für recht: Habt ihr euch mit gedachter Sibyllen in eine Heyrath eingelaſſen/und ſie iſt euch in Beyſein Vater/ Mutter und anderer ehrlichen Herren und Freunde/ bis auf des Prieſters Hand verſprochen worden. Ob nun wol die Obrigkeit des Orts Herr Gundacker von Lichtenſtein ꝛc. in dieſe Heyrath / es ſey denn daß ihr euch zuvor zu der Römiſchen Catholiſchen Kirchen öffentlich bekennet/ nicht *conſentiren* wil; So iſt er doch derentwegen dieſe Ehe zu hindern/oder euren Schwäher in Strafe zu nehmen nicht befugt/ſondern es wird ſeines *diſſenſus* ungeachtet dieſe geſchloſſene Heyrath durch eheliche Trauung und Beywohnung billich vollzogen / V.R.W.)

DEFINIT. IIX.

Nec tum ſponſalia ob religionis diverſitatem ſunt diſſolvenda, ſi magiſtratus ex receptâ conſvetudine in ea non conſenſerit.

SUMMARIA.

1. *Magiſtratus Catholici qvandoq; diſſolvunt matrimonium cum perſonâ Lutheranæ religionis contractum.*
2. *Conſvetudo talis à Magiſtratu Miſtelbachenſi in Auſtriâ allegata.*
3. *Num talis conſvetudo jure ſubſiſtat?*
4. *Conſvetudo tantum valet, quantum lex ſcripta, n.6.*
5. *Quæ Princeps poteſt, ea & poteſt conſvetudo.*
7. *Deciſio negativa.*
8. *Fundamenta & rationes decidendi. num.9.13.16.*
10. *Non valet conſvetudo irrationabilis.*
11. *Conſvetudo rationabilis qvænam eſt de jure canonico?*
12. *Quænam de jure civili?*
14. *Pacificatio religioſa permittit conjugium inter perſonas pontificiæ & Lutheranæ religionis.*
15. *Contraria conſvetudo per pacem religionis abrogata.*
17. *In matrimonio non ſolùm qvod licet, ſed & qvod honeſtum eſt, attendi debet.*
18. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 Odio quandoque proſequuntur Magiſtratus Catholici Religionem Evangelicam orthodoxam in tantum, ut ſponſalia inter ſponſam pontificiæ religioni addictam, ſponſumque Lutheranum contracta diſſolvere adnitantur, providere nimirum cupientes, ne fœmina catholica ad veram & ortho-

thodoxam convertatur religionem à mari-
2 to; quam in rem à † Magiſtratu Miſtel-
bachenſi in Auſtriâ prætenſa fuit conſue-
tudo, ne ſine ſcitu & permiſſu conjugium
inter diverſæ religionis homines contra-
hatur, quin & contractum diſſolvatur:
3 Hinc † diſceptatum, an conſuetudini pa-
rendum, ac rumpenda rurſus eſſent ſponſa-
lia? Quod equidem dici potuiſſet ex naturâ
conſuetudinis, quæ legem imitatur tàm
quoad juris auctoritatem, quàm pœnam
transgredientium, §. *ſine ſcripto. Inſt. de jur.*
4 *natur. gent. & civil.* tantum enim valet †
conſuetudo, quantum lex ſcripta, *l. 32. ff. de
leg.* Hugo Donell. *1. comm. 10.* Duar. *de ll.
cap. 11.* Joh. Azor. *inſt. moral. lib. 5. c. 17. in pr.
part. 1.* & æquiparatur regiæ auctoritati, Al-
ber. Riminald. *vol. 2. conſil. 135. v. ita quod li-
cet.* Imperiali juſſioni, Hier. Schurff. *conſil.*
5 *72. num. 29.* † quæque poteſt Princeps, poteſt
& conſvetudo, Joach. Mynſing. *cent. 4. ob-
ſerv. 24.* Theod. Reinking. *de regim. ſecul. &
eccleſiaſt. lib. 2. claſſ. 2. cap. 9. n. 6.* Quamobrem
6 ſicut delinquit is, † qui legibus contravenit,
cap. 2. & ibi Dd. *extr. de major. & obedient.*
ita quoque ille, qui conſuetudini, & utrius-
que transgreſſor punitur, *can. in his. diſtinct.
4.* Gloſſ. *in cap. ex literis. extr. de conſuet.*
Andr. Tiraquell. *in præfat. de retract. lignag.
n. 75.* ubi ex Baldo ſcribit, facientem aliquid
contra conſuetudinem peccare mortaliter.

Sed licet conſuetudo ejusmodi probe-
7 tur, † nequaquam tamen ſubſiſteret, nec
ſufficiens eſſet ad dirimenda ſponſalia. (1)
Sit enim vis & effectus hujus longè firmis-
8 ſimus, tam firmus tamen † haut eſt, ut dero-
gare queat ſanctioni divinæ: Quos Deus
conjunxit, homo non ſeparet, *Matth. 19.
verſ. 6.* Ex quâ firmiter argumentari licet:
Quæ ſponſalia jure divino, naturali & po-
ſitivo ſunt rata, illa ſolâ populi alicujus
conſuetudine non debent nec poſſunt red-
9 di irrita; † Talia verò eſſe ſponſalia à di-
verſæ religionis hominibus contracta, non
facilè quisquam inficias ibit, & bona ex parte
demonſtravimus *Defin. præced.* Joh. Ger-
hard. *in loc. theol. de conjug. §. 395. p. 586.*
10 (2.) Nec ulla † valet conſuetudo, quæ non
eſt rationabilis, *c. conſuetudo. diſt. 1. cap. cum
tanto fin. in fin. extr. de conſuetud.* Alexand.
conſil. 196. n. 3. lib. 6. Petr. Rebuff. *tom. 3.
Conſt. Reg. tit. de conſuet. num. 42. & 44.* Joh.
Schneidevvin. *in §. ex non ſcripto. 9. n. 4. Inſt.
de jur. nat. gent. & civil.* Andr. Gail. *libr. 2.
obſervat. 31. n. 1.* Jacob. Schult. *part. 2. quæſt.
76. num. 116.* Dicitur autem conſuetudo
rationabilis † de jure Pontificio illa, quæ 11
non nutrit peccatum, non tendit contra
verbum DEI præſcriptum vel libertatem
Eccleſiæ, *cap. ult. extr. de conſuet. cap. Eccle-
ſiæ S. Mariæ extr. de conſtit.* Joh. Azor. *lib. 6.
inſt. moral. cap. 17. verſ. mihi tamen videtur.
part. 1.* De jure autem † civili quæ bono 12
publico non refragatur & privatorum uti-
litati providet, Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr.
jud. qu. caſ. 82. n. 7.* At quis non anim-
advertit, conſuetudinem de diſſolvendis
ſponſalibus præcepto divino repugnare?
Matth. 19. v. 6. † quis non videt, bono pu- 13
blico pariter & utilitati privatorum adver-
ſari, ſi impediatur conjugium, per quod
genus humanum propagatur, & gloria Dei
promovetur? Joh. Harppr. *in §. nuptiæ au-
tem. n. 91. & ſeqq. Inſt. de patr. poteſt.* præ-
ſertim ſi conjunx ſeductus ad veram DEI
cognitionem & religionem orthodoxam
per ejusmodi conjugium converti poſſit.
(3.) † Pacificationem porrò religioſam ſi at- 14
tendamus, diverſitatem religionis, Luthe-
ranæ & pontificiæ ſponſalibus ac matri-
monio haut obeſſe fateri nos oportet: ad-
eoque nec conſuetudinem contrariam,
quam per dictam pacificationem abroga-
tam † novimus *in Receſſ. Imp. de Anno 1555.* 15
§. Und ſoll alles/das in hievorigen Reichs-
Abſchieden / Ordnungen oder ſonſt be-
griffen und verſehen/ſo dieſem Friedſtand
in allen ſeinen Begriff/*Articuln* und Pun-
cten zu wider ſeyn oder verſtanden wer-
den möchte/demſelben nichts benehmen/
*derogi*ren noch abbrechen ꝛc. (4.) † Et quis 16
tandem negare auſit, honeſtati valdè repu-
gnare diſſolutionem ſponſaliorum, quan-
tumvis inter diverſæ religionis homines
contractorum. Poſito ergò, quod de jure li-
ceret diſſolvere hæc ſponſalia, attamen vel
ſaltem ob honeſtatem abſtinendum eſſet ab
ejusmodi divortio & conſuetudinis obſer-
vantiâ, † quia in matrimoniis non ſolùm 17
quod licet, ſed & quod honeſtum eſt, ſpecta-
ri ſolet, *l. ſemper in conjunctionibus. 42. ff. de
rit. nuptiar. l. ſemper. 197. ff. de Reg. Jur.*
Schrader. *ad tit. de nupt. part. 2. n. 71.* Al-
ber. Gentil. *lib. 5. de nupt. cap. 13.*

Ita † *Conſiſtorium Supremũ in eâdem causâ.* (*Verba Sententiæ:* Wäre auch gleich dieſes Orts 18
über Rechtsverwährte Zeit herbracht/ daß kein Unterthaner ſeine Tochter ohne
der Obrigkeit Bewilligung einem Evangeliſchen Religions-Verwandten eheli-
chen verſprechen dürffte/ und gleichwol Daniel Eckart euch ſeine Tochter laſſen/
oder dieſelbe/ungeachtet wie es GOTT ſchicken möchte / euch nachfolgen wol-
te/ deſſen ſie nach einmal erlangter ihrer Eltern Bewilligung zu thun wohl
be-

befugt; So könnet ihr mit unverletztem Gewiſſen von ihr nicht abſetzen/ſondern wäret die Ehe mit ihr Chriſtlichen zu vollnziehen pflichtig/V.R.W.)

Definit. IX.

Benè faciunt Nobiles à matrimonio cum plebejis abſtinentes, ac conjuges nobilitate pares ſibi eligentes.

SUMMARIA.

1. *A nobilitatis dignitate haut excludendi ſunt, qui eam à Principe ſummo noviter ſunt adepti.*
2. *Nobilitas tamen proavorum præpollet.*
3. *Inter æquales dignitate præfertur de ſangvine meliori creatus.*
4. *Abſtinere debent Nobiles à matrimonio plebejorum.*
5. *Rationes hujus aſſertionis, n. 12.*
6. *Lege Hebræorum liberi ancillas uxores ducere prohibebantur.*
7. *Et lege XII. tabb. ingenui libertinas.*
8. *Probibebatur etiam eâ lege matrimonium inter liberos & ſervos.*
9. *Non præſumitur matrimonium inter perſonas inæquales.*
10. *Ejusmodi conjugia alunt diſcordias.*
11. *Eſtq́ harum nuptiarum infelix eventus.*
13. *Intereſt Reipublicæ, nobiles conſervari familias.*
14. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 ETſi à verâ Nobilitatis dignitate & inſigniis excludendi haut ſunt, qui
ob ſingularia merita ſummi Principis beneficio recens nobilitatem
ſunt adepti, Thomas Companell. *de monarch. Hiſpan. cap. 14.* attamen æquum eſt,
ut avorum virtuti prærogativæ quid tribua-
2 tur, quodque † illi magis coruſcent, qui
priſcis proavorum meritis propriam virtutem adjecerunt, Joh. Bodin. *lib. 3. de Republ.*
cap. 8. p. 554. verſ. & quidem duobus &c. nam
3 † ubi duo ſunt dignitate æquales, præfertur
procul dubio is, qui de meliori creatus eſt
ſangvine, ut voluit Baldus *in l. nemini. C. de*
advocat. diverſ. judic. Theodor. Reinking.
de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. c. 11. n. 20.
4 Nequaquam ergò vitio vertendum † Nobilibus, quin potiùs ipſorum generoſitati ac
virtuti adſcribendum, ſi merita & laudes parentum unà cum ſangvine in liberos & poſteros propagare ſtudeant, pari nobilitate
fulgentes conjuges eligendo, & à matrimonio plebejorum abſtinendo. Quod utique i-
5 pſos facere decet, (1.) † quia in matrimoniis
contrahendis æqualitas perſonarum imprimis attendi debet, non ſolùm quoad opes &
fortunas, ſed etiam quoad ſtatum vitæque
conditionem, in quâ præcipuè honeſtatis &
dignitatis ipſius familiæ ratio eſt habenda,
Bart. *in l. ſi divortio. 21. ff. de verb. obligat.*
Bald. *in l. 1. C. de colluſ. deteg.* Joh. Gerhard.
in loc. theol. de conjug. §. 399. pag. 591, Nicol.
6 Reuſn. *lib. 1. deciſ. 4. n. 2.* † ex quo etiam lege
Hebræorum liberi ancillas uxores ducere
prohibebantur, de quâ Joſeph. *lib. 4. anti-*
7 *quit. Judaic. cap. 6.* (2.) Et ſancitum † hinc
quondam fuit lege XII. tabb. ut ne inter
patricios & plebejos connubii jus eſſet, ut
& lege Papiâ, ne libertinis cum ingenuis,
præſertim Senatorii Ordinis eſſet connubium, *l. oratione. 16. l. lege Papiâ. 23. & l. Se-*
natoris filiæ. 47. ff. de rit. nupt. ut † nec libe- 8
ris cum ſervis, *l. Proculus. 67. ff. de jur. dot. l. ſi*
neget. 7. ff. de agnoſ. liber. ubi contractum inter liberum & ancillam matrimonium pro
nullo haberi traditur, ita ut ex eo concubitu concepti, ſervi naſcantur, *l. 3. C. de in-*
ceſt. nupt. Reuſner. *dict. loc. n. 3. & ſeqq.*
(3.) † Idque adeò verum eſt, ut inter inæqua- 9
les honeſtate perſonas non ſolùm ætate, ſed
etiam genere ac opibus diſpares jure non
præſumatur matrimonium, *l. ſi donationum.*
22. l. imperialis. 23. §. imò etiam 7. C. de nupt.
Bald. *lib. 2. conſil. 123. & lib. 3. conſil. 2. in dub.*
ult. v. Sed quia iſta interpellatio &c. Andr.
Tiraquell. *de legib. connub. l. 12. n. 28. & 31.*
Joſeph. Marſcard. *de probat. vol. 2. concluſ.*
1026. n. 7. Cephal. *conſ. 52. n. 63.* (4.) † Metuen- 10
dum porrò, ne per conjugium plebejorum
cum nobilibus contractum lites & diſcordiæ inter conjuges gignantur, quibus tamen omnibus modis eſt obviandum. Sanè ut æqualitatem dotis ac donationis
propter nuptias taceamus, quam & ipſam
Impp. inter conjuges conſervari volunt,
Auth. æqualitas. & l. lege Leonis. 10. C. de
pact. convent. Auth. dos dota. C. de donat.
ant. nupt. † haut rarò infelices eſſe eventus 11
nuptiarum, quæ inter nobiles genere & plebejos ſeu ignobiles contrahuntur, quin
& propterea ſæpiſſimè ab agnatis nobilibus
novo conjugi plebejo mala quoque inferri,
ac inimicitiam inter ipſos ali compertum
habemus, † ut profectò non malè cecinerit 12
Ovidius *in Epiſt. 8.*

Quà malè inæquales veniunt ad aratra juvenci,
Tàm premitur magno conjuge nupta minor.

Non honor eſt, ſed onus ſpecies læſura ferentes,
Si qua voles aptè nubere, nube pari.

13 (5.) † Ac tandem bonum exigit publicum, ut ex nobili matrimonio nobilis procreetur ſoboles: quia Reipublicæ intereſt, nobiles conſervari familias, *l. 1. §. 13. ff. de ventr. inſpic. l. 9. C. de quæſt.* Förſter. *de ſucceſſ. lib. 3. cap. 4. n. 20.* hominesque majoribus ſuis dignos naſci & eorum veſtigia imitari: nam quod flores ſunt in pratis, id nobiles in Republica, ex Obrecht *in diſp. de Regal. th. 115.* Reinking. *dict. cap. 10. n. 11.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem C. à N. in Z. die 7. Oct. An. 1630. (Verba* 14
Sententiæ: Edler und Ehrenveſter/ beſonders guter Freund. Als ihr uns ein Schreiben in Ehe-ſachen euch/u. eines Handwercks-Mañs Tochter belangende/ überſendet/und euch nicht allein/was geiſt-und zuläßlichen Rechtens zu *informiren*/ſondern auch eurem Gewiſſen mit Rath /Gutachten und Beſcheid zu Hülffe zu kommen gebeten; Demnach erachten wir verordnete *Præſident* und Räthe des Churfl. S. Ober-*Conſiſtorii* in Rechten gegründet und zu erkennen ſeyn. Habt ihr nach eurer vorigen Haußfrauen tödtlichem Abgang nunmehr im Alter bey allerhand Leibesbeſchwer und Unpäßlichkeit / um welcher Willen ihr Pflege und Wartung benöthiget / eines Handwercks-Manns und Dratziehers Tochter (welche über 3. Jahr bey euch in Dienſten geſtanden/euer Tochter Kinder treueſtes Fleiſſes gewartet/ der Gottesfurcht/Erbarkeit/Gehorſams/ Demuth/ Zucht und Tugend ſich befliſſen/) in euer Hertz gefaſſet/ derſelben eure Liebe ergeben/ und ſie zu ehelichen euch beſtändig vorgeſetzt; Als aber eure Freunde ſolches vermercket/und ihnen eingebildet/ob durch dieſe Vermählung euch und ihrem Adelichen Geſchlechte Verkleinerung und Nachtheil zugezogen werden wolte/ dahero bey dem *Judice ſeculari* ſo viel erhoben/daß ihr im Wirtshauſe in *Arreſt* genommen/und nicht alleine euch der Verehlichung zu enthalten/ bey 2000. Ducaten/ſondern auch dem Pfarrer die *Copulation* zu verrichten *inhibiret* worden; Alles nach mehrerm Inhalt eures Schreibens und angehefftetet Frage. Wiewol euch nun rathſamer wäre/ eine ſolche Perſon/die am Stande/und ſonſten euch nicht ſo gar ungleich/zu erwehlen/in Betrachtung/ ungleiche Heyrath ſelten wohl ausſchläget/denn ie gröſſere Gleichheit/ie beſtändigere Liebe und Freundſchafft/ dargegen was am Stande/ Herkommen/Vermögen/und ſonſten ungleich iſt/nicht veſte verbunden werden / oder in die Länge nicht Beſtand haben kan/da auch ſchon zwiſchen beyden Eheleuten Fried und Einigkeit erhalten wird/ ſo muß doch zum wenigſten einer von Adel/der eines armen Bürgers Tochter ehlichet / von ſeines gleichen ſich ſchimpffen und verſpotten/und das Weib nicht allein von denen von Adel/ ſondern auch ihres Mannes Kindern und Geſinde ſich verachten laſſen/ um welcher Urſach willen bey den alten Römern/ Sachſen und noch heute zu Tage im Königreich Denemarck zwiſchen denen von Adel und Unadel keine Verehelichung zugelaſſen/V.R.W.)

DEFINIT. X.

Contrahere tamen matrimonium cum plebejis perſonis Nobiles haut prohibentur, ſed jure illud inter eos ſubſiſtit.

SUMMARIA.

1. *Probibitum non eſt matrimonium inter nobilem & plebejam perſonam.*
2. *Multò minùs tale conjugium eſt diſſolvendum.*
3. *Fundamenta & rationes hujus deciſi. n. 4.*
5. *Inter Dominum & ancillam hodie legitimum conſiſtit matrimonium.*
6. *Non modò de jure divino & naturali ſubſiſtit matrimonium inter nobilem & plebejam perſonam.*
7. *Sed etiam de jure Canonico.*
8. *Ut & de jure civili.*
9. *Ejusmodi conjugia hodie rara non ſunt.*
10. *Non ſunt mutanda, quæ longævâ conſvetudine obtinuerunt.*
11. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

Bene itaque faciunt Nobiles, ſi cum æqualibus ratione nobilitatis contrahant matrimonium, & à conjugio cum plebejis abſtineant, *Def. præced.* Prohibitum † tamen id non eſt, ſi contrahentes bonum conſilium capeſſere ; nolint. 1
Nam

Nam etſi ſtatûs diſparitas eſt impedimen-
tum contrahendi matrimonii diſſvadens,
attamen non eſt impedimentum prohi-
2 bens, multò minus conjugium jam † con-
tractum diſſolvens, ſed nobilis ignobi-
lem, dives pauperem, dominus ancillam
ducere poteſt, Gerh. *in loco de conjug.* §.
399. p.592. Nicol. Reuſner. *lib. 1. deciſ. 4.* (1.)
3 † Quanquam enim antiquo jure civili ma-
trimonia inter impares honeſtate & di-
gnitate perſonas certis de cauſis prohibi-
ta erant, ac non aliter poſtea legibus
Impp. permiſſa, niſi dotalia inſtrumenta
confecta fuiſſent; ex lege tamen Juſtinia-
ni Imperatoris, licet inſtrumenta ea haut
4 intercedant, † omninò rata & firma ſunt,
ſine aliqua perſonarum diſtinctione, mo-
dò liberæ & ingenuæ ſint mulieres, nulla-
que nefariarum vel inceſtarum conjun-
ctionum ſubſit ſuſpicio, *l. imperialis. 23.* §.
imo etiam. 7. de nupt. Reuſner. *dict. loc. n. 18.*
5 (2.) † Quin & hodie inter dominum & an-
cillam legitimum conſiſtit matrimonium;
Nam etſi quondam nuptiæ haut legitimæ
habebantur, ſi alteruter contrahentium
vel ſervus vel peregrinus eſſet, *§. ſi adver-
ſus. 12. Inſt. de nupt. l. ex facto. 17. §. ex facto. 5.
ff. ad SCtum Trebellian. l. ancillis. 3. C. de
inceſt. & inut. nupt.* verùm quia matrimo-
nium juris divini eſt inventum, nec non
participat quid de ſeminibus juris natu-
ralis, † inter Chriſtianos neutiquam diver- 6
ſitas ſtatuum, conjugium debet impedi-
re: quare & jure Canonum hodie inter
ſervos & ancillas ſive inter ſe, ſive cum al-
terutrâ perſonâ liberâ, æquè juſtum eſt
conjugium, † uti conſtat ex *cap. 1. & tot. tit.* 7
de conjug. ſervor. Baſil. Monner. *in tract. de
matrim. part. 4. c. 4.* Joh Harppr. *in pr. Inſt.
de nupt. n. 2.* (3.) † Non itaque eſt, quod Le- 8
gem XII. tabularum, aliasque priſcas leges
attendamus, poſtquam novimus, eas ho-
die antiquatas & ſublatas eſſe; veluti de
Lege XII. tabb. abrogatâ teſtatur Livius
lib. 4. & Dionyſ. *lib. 11.* Reuſn. *dict. deciſ. 4. n.
33.* (4.) † Neque novum hodiè eſt aut infre- 9
quens, ſed uſu & conſvetudine compro-
batum, quòd nobiles perſonæ cum plebe-
jis & ignobilibus ſæpè contrahant matri-
monia, veluti communis teſtatur experi-
entia, & in medio ſunt exempla complu-
ra. At † minimè ſunt mutanda, quæ lon- 10
gævâ conſvetudine obtinuerunt, *l. minimè.
23. ff. de legib.* Laurent. Sylvan. *conſil. 3. n. 43.*
quin potius conſvetudo in omnibus at-
tendi debet, *l. 1. §. ult. ff. de ventr. inſpic. l. ſi
ſervus. 50. §. ult. ff. de legat. 1. quod ſi nolit. 31.
§. ſi asſidua. ff. de ædil. edict. l. ſemper in ſtipu-
lationibus. 34. ff. de Reg. Jur. l. 3. §. ult. ff. de
teſtib.*

Ita † Conſiſtorium Supremum in eâdem causâ. (*Verba Sententiæ:* Wofern ihr dennoch 11
deſſen allen unerwogen eure gefaſſete *intention* zu ändern nicht gemeynet; So
ſeyd ihr aus Zulaſſung Geiſtlichen und Landüblichen Rechtens/ weil dißfalls kein
widriges Geſetz verhanden / oberwehnte eure Dienerin zu ehelichen nicht allein
befugt/ ſondern auch/da zwiſchen euch allbereit eine verbündliche Zuſage ge-
ſchehen/ſolches zu thun ſchuldig. Derowegen der angelegte *Arreſt* und ausge-
brachte *pœnal-inbibition*, als an ſich ſelbſten *null* und nichtig/ hinwieder zu *relaxir*en
und zu *caſſir*en; In deſſen Verweigerung habt ihr bey der Landesfürſtl. Obrigkeit/
und ſonſten/eure Nothdurfft zu ſuchen wohl Fug; Inmaſſen denn auch das *Mini-
ſterium* dergleichen *inbibition*en zu *parir*en nicht verbunden/V.R.W.)

DEFINIT. XI.

Mulier plebeja ſi nubat Viro nobili, & ipſa ſit nobilis, & liberi ex hoc matrimonio procreati verè habentur Nobiles.

SUMMARIA.

1. *Intereſt Reipublicæ, nobiles familias conſervari.*
2. *Nobiles mariti tribuunt fœminis nobiliſſimam dignitatem.*
3. *Plebeja ergò ſi nubat Viro nobili, ipſa ſit nobilis.*
4. *Et eſt vidua nobilis, marito nobili defuncto.*
5. *Uxor nobilis amittit nobilitatem, ſi nubat marito plebejo.*
6. *Uxor ſequitur conditionem mariti.*
7. *Liberi ex patre nobili & fœminâ plebejâ procreati ſunt nobiles.*
8. *Quia ſequuntur conditionem patris.*
9. *Ejusmodi conjugium haut præjudicat Nobilitati.*
10. *Nobilitas paterna, adjectâ maternâ, ſit ſplendidior.*

11. *Liberi ex hoc conjugio procreati in feudis ſuccedunt.*
12. *Explicatur* tit. 29. FF. 2.
13. *Liberi nobiles ex concubinâ plebejâ progeniti, & per ſubſequens matrimonium legitimati efficiuntur Nobiles.*
14. *Secundùm quam ſententiam quotidie pronunciatur.*
15. *SententiaConſiſtorii Supremi.*

1 OBſtare tamen dixeris favorem Reipublicæ, cujus † non parum intereſt, nobiles familias conſervari, *l. 1. §. 13. ff. de ventr. inſpic. l. 9. C. de quæſt.* Förſt. *de ſucceſſ. lib. 3. c. 4. n. 20.* At parum momenti habet hæc ratio ad impediendum inter nobilem virum & mulie-
2 rem plebejam matrimonium: (1.) † Poſtquam novimus, maritos nobiles tribuere fœminis nobiliſſimam dignitatem, *l. fœminæ. ff. de Senator.* quorum radiis illæ coruſcant, *l. ult. in verb. ſentiat mulier. viri fulgorem. C. de nupt. Novell. 150.* Hinc Impp. Valent. Theod. & Arcadius: Mulieres, inquiunt, honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eorum perſonâ ſtatuimus & domi-
3 cilia mutamus, *l. mulieres. C. de dignitat.* † ex quo dubium non eſt, quin fœmina plebeja nubens viro nobili & ipſa fiat nobilis, ac pro fœminâ nobili habeatur, prout communis Dd. concluſio firmat, Andr. Alciatus *in l. pronunciatio. §. familiæ. n. 6. ff. de V. S.* Felin. *in cap. novit. ille. n. 2. extr. de judic.* Andr. Tiraquell. *de nobilitat. cap. 18. n. 3.* Tiber. Decian. *vol. 3. conſil. 19. num. 237.* Regner. Sixtin. *lib. 2. conſil. Marpurg. 9. n. 36. & ſeqq.* Herm. Vultej. *lib. 3. conſil. 17. num. 46. & ſeqq.* Thedor. Reinking. *de Regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 5. cap. 11. num. 33.* Hieronym. Treutler.
4 *conſil. 115. n. 20. & ſeqq.* † Quod & procedit in plebeja viduâ mariti nobilis, ut videlicet nobilis cenſeatur, dum vidua eſt, *l. cum te.* ubi Bald. *C. de nupt. l. filii. §. vidua. ff. ad muncip. l. fœminæ. in fin. ff. de Senator.* Tira-
5 quell. *dict. cap. 18. n. 5.* † quemadmodum econtra uxor alioquin nobilis per matrimonium cum ignobili viro contractum efficitur ignobilis, Bartol. *in l. 1. C. de dignit.* Gvid. de Pap. *deciſ. 196. & deciſ. 349.* Scilicet
6 † uxor ſemper ſequitur conditionem mariti, prioremque dignitatem amittit, *dict. l. fœminæ. ff. de Senator. l. ingenuæ. C. de Murilegulis. lib. 11.* Tiraquell. *dict. loc. n. 18.* (2.)
7 Ex quo porrò ſequitur, liberos ex † ejuſmodi matrimonio progenitos verè nobiles eſſe atque haberi, Theodor. Reinking. *dict. cap. 11. n. 23.* Nicol. Reuſner. *lib. 1. deciſ. 4. num. 30.* Non etenim incerti juris eſt filium ex juſto matrimonio natum patre nobili, quamvis mater ſit ignobilis, verè ac propriè nobilem eſſe; † cùm pater & non mater nobi-
8 litet; † ſequitur namque filius conditionem patris & non matris, *l. cum legitimæ. 19. ff. de ſtat. homin.* ubi JCtus in hunc modum ſcribit: *Cum legitimæ nuptiæ factæ ſunt, liberi patrem ſequuntur.* Et ſequuntur liberi conditionem patris quoad familiam, h. e. agnationem, ut gloſſa interpretatur *in §. 1. Inſt. de legit. agnat. tutel.* ſicut & quoad dignitatem & honorem, *l. liberos. 10. ff. de Senator. l. eos. 21. l. exemplô. 36. l. nullus. 44. C. de decur. lib. 10.* Unde pateſcit, † matri- 9
monium nobilis viri cum fœminâ ignobili contractum: nequaquam præjudicare nobilitati, quo minus iſta in ſobole conſervetur ac in poſteros propagetur, licèt inficias haut eamus, † nobilitatem paternam adjectâ ma- 10
ternâ fieri ſplendidiorem, omnibusque numeris abſolutam per tradita M. Anton. Natt. *conſil. 637. num. 18.* Tiber. Decian. *vol. 3. reſponſ. 19. num. 337.* (3.) Receptum † hinc por- 11
rò eſt, ut ex ignobili matre, pâtre tamen nobili nati ad feuda in Camerâ & Saxoniæ Electoratu admittantur, quo de fidem faciunt Regn. Sixtin. *dict. conſil. Marpurg. 9.* Vultej. *dict. conſil. 17.* Hier. Schurff. *cent. 1. conſil. 1. n. 17.* † Eoque facit text. *in 2. FF.* 12
tit. 29. ubi ad hoc, ut filii nati ex ignobili matre à ſucceſſione repellantur, pactum requiritur ſpeciale, Borch. *de feud. cap. 7. part. 2. num. 56. §. filii nati.* Cui conſequens eſt, pacto ejusmodi non interveniente liberos pari jure, quo ex nobili matre ſunt nati, quoad ſucceſſionem feudalem cenſeri ex argumento à contrario ſenſu, Tiraquell. *de nobilit. cap. 17. & 18.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. cap. 7. membr. 2. n. 44 & ſeq.* (4.) † Et quod 13
magis eſt, nati ex parte nobili & concubinâ plebejâ, ac per ſubſequens matrimonium legitimati, nobiles verè exiſtunt, & in feudis ſuccedunt, Didac. Covarr. *in Epit. de ſponſal part. 2. cap. 1. n. 5.* Palœot. *in tract. de nothis & ſpuriis. cap. 19. n. 12.* Pariſ. *lib. 2. conſil. 13. n. 22.* Cephal. *conſil. 435. n. 64. lib. 3.* Jacob. Menoch. *de præſumt. l. 3. præſumt. 1. n. 4. & lib. 2. conſil. 199. n. 48. & 49.* ita in Senatu Pedemontano deciſum, teſtatur Octavian. Cacheran. *deciſ. 154. in fin.* quin † & juxta hanc 14
ſententiam quotidie conſuli & judicari refert Schurff. *dict. conſ. 1. n. 17.* & tenorem ſententiæ ponit Reuſner. hisce formalibus: Hat einer von Adel mit ſeiner *Concubin* in der Unehe 5. Kinder gezeuget / welche er nunmehr / weil ſie ſich ſeiner alleine gehalten / geehlichet / und ſie zur Kirchen geführet / und ihm ehelich trauen laſſen;

ſen; So ſind die Kinder durch folgende Ehe/und in Krafft derſelbigen alle ehelich/ und ihres Vaters in allen ſeinen hinterlaſſenen Gütern natürliche Erben worden/und haben demnach ſeine Brüder an ſolcher Verlaſſenſchafft keine Foderung/Reuſn. *dict. deciſ.4. in fin. n. 41.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in eâdem causâ.* (*Verba Sententiæ*: So ſeyd ihr (als einer 16
von Adel) aus Zulaſſung Geiſtlichen und Land-üblichen Rechtens/ weil dißfalls kein widriges Geſetz vorhanden/ oberwehnte eure Magd und Dienerin (ſo Bürgerlichen Standes und eines Handwercks-Mannes und Dratziehers Tochter iſt) zu ehlichen nicht allein befugt/ſondern auch/da zwiſchen euch eine verbündliche Zuſage geſchehen/ ſolches zu thun ſchuldig: Und dieweil durch dieſe Verehelichung eure geweſene Dienerin ihres Geſchlechts Namen verleuret / euren Adelichen Stand und Namen an ſich nimmt/auch eures Adelichen Geſchlechts und Würden theilhafftig wird / und die mit ihr ins künfftige erzeugte Kinder vor Adeliches Geſchlechts zu halten; So können dahero euere andere Kinder und Anverwandte mit Beſtande nicht ſagen/ daß durch dieſe Heyrath euerm und ihrem Geſchlechte Verkleinerung und Nachtheil zugezogen werde/ ꝛc.)

DEFINIT. XII.

Quo ætatis anno permiſſum ſit inire conjugium & nuptias contrahere?

SUMMARIA.

1. Finis matrimonii proprius eſt procreatio ſobolis. n. 2.
3. Matrimonium unde dictum?
4. In contrahendo conjugio ætatis ratio habenda eſt.
5. Quænam juſta ætas ad matrimonium ſecundum Ariſtotelem?
6. Diverſæ Philoſophorum hac de re opiniones.
7. Legislatorum quæ ſententia?
8. Quænam Juſtiniani Imperatoris?
9. Explicatur Novell. 100. cap. 2. v. novimus &c. *n. 10.*
11. Puberes quinam dicantur?
12. Quandoque annus cœptus pro completo habetur.
13. Jus canonicum qualem requirat ætatem ad matrimonium?
14. Impuberes liberos procrearunt.
15. Quænam verior hac de re ſententia?
16. Intereſt Reipublicæ, hominibus eam repleri.
17. Conciliatio opinionis Philoſophorum cum ſententiâ Imp. Juſtiniani.
18. Deciſio hujus quæſtionis. n. 19. 20. 21.
22. Ratio differentiæ inter maſculum & fœmellam ad ætatem & matrimonium aptam.
23. Sententia Conſiſtorii Supremi.

1 NOn coire ad procreationem, eſt facere injuriam naturæ, inquit Clemens Alex. *2. pædag. cap. 10.* cum quo convenit Juſtinus Martyr. allegatus ab Henn. Arniſ. *de matrim. cap. 2. ſect. 4. n. 8.* quando ait: Chriſtianos procreandorum tantùm liberorum causâ uxores ducere, cum cæteri voluptatis ſtu-
2 dio ſibi adſciſcant. Ut non † immeritò dixerit Sara Abrahamo: Quæ præcipua conjugii cauſa eſt, propter quam utique natura virum junxit mulieri, deſunt nobis liberi, referente Philon. *lib. de Abrah. in Orat. Saræ ad maritum.* Nimirum primarius matrimonii finis eſt procreatio ſobolis, i-
3 pſâ indigitante † voculâ matrimonii, quod ex hoc appellatum perhibetur, ut non aliam ob cauſam debeat fœmina nubere, quàm ut mater fiat, Arniſ. *dict. ſect. 4. n. 8.* ex quô perſpicuam, † in contrahendo conjugio 4
hujus ætatis rationem fore habendam, quæ juſta eſt ad liberos procreandos: cui & porrò addimus, quæ diſcretionem & judicium confert contrahentibus ad res œconomicas adminiſtrandas.

Non ſolùm ergò princeps Philoſophorum Ariſtoteles graviter monet: Mares eſſe conjungendos † cum fœminis pauló 5
ante trigeſimum ſeptimum annum, puellas verò circa ætatem 18. annorum nuptui eſſe tradendas, quòd utriusque ſexûs vires tum maximè corroborentur. *lib. 7. polit. cap. 16.* ſed & alii Philoſophi aliud maſculis & fœminis nuptiarum tempus præſcribunt, † quorum diverſas & diſcre- 6
pantes opiniones refert Melch. Jun. *part. 2. quæſt. polit. 28.* Cypræus *in tract. de connub. jure part. 1. de ſponſal. cap. 9. §. 2. n. 9. & ſeqq.*

Henn.

Henn. Arniſ. *dict.cap.2.de matrim. ſect.3.* à
7 quibus multum diſcrepant † Legislatores, qui annum ætatis decimum quartum maſculis, duodecimum verò fœminis in conjugio contrahendo præfiniunt, ſcilicet quòd hoc tempore mares pubeſcant, & fœminæ reperiantur viri potentes, *pr. Inſt. de nupt. l.9. ff. de ſponſal. l.4.ff. de rit. nupt. l.pen.§.3.ff.*
8 *quod falſ. tut. geſt.* Licet † Imp. Juſtinianus annum decimum quintum determinaſſe ad hoc videatur, quando ait: Novimus eos, qui vehementer citiùs contrahunt nuptias, non minus quindecim annorum ad hoc procedere, *in Novell. 100. cap. 2. verſ. novimus*
9 *&c.* quem † textum, ne prioribus adverſetur, explicat Accurſ. de conſvetudine hominum frequentiore, quod ſcilicet plerumque homines hunc annum ætatis in nuptiis con-
10 trahendis obſervent. Sed rectius forſan † per decimum quintum annum intelligit ibidem decimum quintum annum inchoatum & decimum quartum completum, Conrad. Oleman. *ad lib. 1. diſp. jur.* Giphan. *diſp. 3. n. 17. in fin.* nec enim hic ſufficit annus decimus quartus in maribus & duodecimus in fœminis inchoatus, ſed præcisè completi
11 ſint, neceſſe eſt, † quia puberes maſculi dicuntur, qui annum decimum quartum compleverunt, & fœminæ viri potentes, quæ annum duodecimum exceſſerunt, *pr. Inſt. quib. mod. tut. fin.* Johan. Harppr. *ad dict. pr. Inſt. de nupt. n. 17.* licèt aliis in cau-
12 ſis ex peculiari ratione † annus cœptus pro completo habeatur, *l. ad rempublicam. 8. ff. de muner. & honor. l. à quâ ætate. 5. ff. qui*
13 *teſtam. fac. poſſ.* Minori adhuc † ætate contentum eſt jus canonicum, ſi malitia (quæ in coeundi potentiâ & diſcretione conjugalis conſenſus conſiſtit, unde & malitia prudentia appellatur) illam ſuppleat, *cap. puberes. 3. cap. de illis. 9. cap. ult. de deſponſ. impub* propterea quòd uſu fuit compertum,
14 † maſculos ante annum decimum quartum liberos genuiſſe, & fœminas ante duodecimum annum peperiſſe, cujus aliquot exempla refert Andr. Tiraquell. *de legib. connub. part. 6. num. 37.* Kornmann. *in tract. de virginit. c. 6.* Guibert. *de matrim. cap. 3. n. 46. & ſeqq.* Joh. Coraſ. *lib. 6. miſcell. jur. cap. 23. n. 4* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 1. caſ. 57. n. 32. & ſeqq.* Henn. Arniſ. *dict. cap. 2. ſect. 3.* Diſſentientibus ita Legislatoribus cum Philoſophis circa definitionem
15 juſtæ ætatis ad contrahendas nuptias, † Imperatores & JCtos hâc in re longè ſapientiores Philoſophis extitiſſe, dicit Joh. Harppr. *in dict. pr. n. 14. Inſt. de nupt.* propterea quod arbitrati fuerint, Reipublicæ
16 † intereſſe, eam ſtatim liberis hominibus repleri; nec non adulteriis & ſtupris civitatem exonerandam eſſe, *l. 1. ff. ſolut. matr. l. cum ratio. 7 §. ſi plures. ff. de bon. damnat.*

Verum † enim vero, ſive annos ſive ha- 17
bitum corporis ſpectes, nec è re ſuâ, multò minùs è publicâ faciunt, qui licentiâ hâc Juſtiniani utuntur contra Philoſophorum ſententias, ut benè advertit & multis demonſtrat Arniſ. *dict. loc.* Saltem enim non prohibet Juſtinianus Imperator poſt annum duodecimum fœminas, aut mares poſt annum decimum quartum matrimonium, ſi res ferat, contrahere; ſed nec jubet, nec ſvadet, Alber. Gentil. *de nupt. lib. 5. cap. 2.*
Quid ergò faciendum? † Nequaquam cer- 18
tè ante annum decimum octavum à maſculis præſertim ad nuptias properandum, quippe ante quem ætatis terminum pueris vix ſufficit ſua ipſorum ars vel induſtria, ut ſe alant, Coraſ. *in l. precibus. n. 18. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Alciat. *in l. pueri. 204. ff. de verb. ſignif.* quomodo verò uxorem & liberos alere poterit, qui ſe ſolum non poteſt?
Et † rectius faciunt, qui doctrinamPhilo- 19
ſophorum ſequuntur ad matrimonium non convolantes, priusquam evaſerint in viros, h.e. in tales, qui virtute (à qua nomen viri derivatur, vel potius virtutis à viro. Cicero 2. *Tuſc. quæſt.*) pollent; quam percipere licet ex *arte poët.* Horat.

Imberbis juvenis tandem, cuſtode remoto,
Gaudet equis, canibusq; & aprici graminis campi,
Cæreus in vitium flecti, monitoribus aſper,
Utilium tardus proviſor, prodigus æris.
Sublimis, cupidusq; & amata relinquere pernix.

quantumvis ſufficiat, mulierem † ratione 20
ætatis talem reverà eſſe, h. e. mulierem, cujus nomen non comprehendit, niſi virginem viripotentem, *l. muliebris. 13. ff. de V. S.* Quod ſi tamen maſculus major quatuor-
decim † annis, aut puella major duodecim 21
annis cupiditates ſuas reprimere & concupiſcentiam frenare nequeant, ſatius erit, ut matrimonium ineant, nuptiasque contrahant, quàm vagas libidines ſectentur, adeoque ſcelere nefario mortalique peccato ſe polluant, *1. Corinth. 7. verſ. 2. & 9.* Alber. Gentil. *lib. 5. diſp. de nupt. cap. 2.* Chriſtoph. Beſold. *in diſcurſ. de nupt. cap. 8. n. 4. p. 37.*
& ſeq. ubi inter alia ſcribit: † Legumlato- 22
res differentiam inter maſculum & fœmellam ideò feciſſe, quòd putaverint, ad complexum maritalem majus requiri robur in mare, quam in fœminâ, indeque conſtet, illum magis laſſari & citiùs fœminâ ſatiari, citiusque etiam immodico Veneris uſu incidere in morbos.

Ita

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Superintendentis Annæbergenſis An. 1609.* 23 (*Verba Sententiæ:* Auf eure an uns gethane Frage /darüber ihr euch Rechtens zu unterrichten gebeten/ erkennen und ſprechen wir verordnete *Præſident* und Räthe des Churfl. S. Ober-*Conſiſtorii* für recht: Hat Hans Wehle in ſeinem 19. Jahr ſich mit Peter Fiſchers ſel. nachgelaſſenen Witwen/vermittelſt ſeines Großvatern *conſenſus*, in Ehegelöbniß eingelaſſen/welches durch öffentliche Hochzeit und Chriſtliche *Ceremonien* zu vollnziehen allbereit ein gewiſſer Tag angeſetzet worden; So iſt der Rath daſelbſten/oder iemand anders ſolches zu hindern nicht befugt/ſondern wird ihres Vorgebens und inſonderheit/ was etwa gemeldtes Wehlens Vater dißfalls in ſeinem *Teſtament* verordnet haben ſol /ungeachtet /weil er zum Eheſtande alt genung /mit der Hochzeit billich verfahren/ ihme auch hierzu und zu künfftiger Haußhaltung /wofern er haußzuhalten tüglich iſt / das Seinige gefolget/ V.R.W.)

Et † *ad reqviſitionem* Hanſen Weingerbers zu Oelau/*die 2. Martii An. 1613.* (*Verba Sententiæ:* 24 Iſt euer Vetter Martin Weingerber / nachdem er das Schneiderhandwerck gelernet/mit Chriſtian Ferbers Tochter Anna Marien daſelbſten in Kundſchafft gerathen/hat auch dieſelbe lieb gewoñen und zuehelichen begehret/immaſſen dañ die Jungfrau gleichesfalls Beliebung zu ihme trägt /auch beyderſeits Eltern darzu geneiget/worzu aber die Obrigkeit des Orts nicht einſtimmig ſeyn/noch dieſe Verehlichung/weil gedachter Martin Weingerber noch eben jung iſt/zugeben wil. Ob er nun wol kaum das 17. Jahr ſeines Alters erfüllet/die Jungfrau aber bereit über 18. Jahr alt/und er an ſeinem Ort zu heyrathen nicht veraltet / derwegen noch wohl eine Zeitlang warten könte/welches ihme auch vielleicht zuträglicher und nützlicher wäre. Demnach aber beyde Perſonen einander mit Liebe zugethan/und nach erlangtem *Conſens* ihrer Eltern die Ehe zu vollnziehen gäntzlichen entſchloſſen / wozu denn Weingerber auch ſeines Theils gnungſame Jahr erreichet / alſo daß ihme/wann er ſeiner Gelegenheit nach auſſer der Ehe ohne Verletzung ſeines Gewiſſens nicht länger verbleiben mag/dieſes Ehrenwerck nicht zu widerrathen; So wird die Vollziehung der Ehe ihnen billich verſtattet/und mag dißfalls von der Obrigkeit nicht verwehret werden/ V.R.W.)

DEFINIT. XIII.

Viro ſexagenario nuptias, præſertim cum juvenculâ contrahere diſſvadendum: haut tamen ejusmodi conjugium omninò prohibendum, multò minus contractum jam diſſolvendum eſt.

SUMMARIA.

1. *Monſtroſum contrahitur matrimonium à juvene cum vetula, n. 2.*
3. *Quod ætatis diſparitas non admittit.*
4. *Ut nec conjugium ſexagenarii cum juvenculâ puellâ octodecim annorum.*
5. *Cauſæ diſſvadentes hoc matrimonium, n. 7. 9.*
6. *Sexagenarius præſumitur inidoneus ad generandum.*
8. *Modicum adjutorium præſtare valet ſexagenarius juvenculæ.*
10. *Metuendæ ex hujusmodi conjugio rixæ atqve diſcordiæ.*
11. *Conſultius eſt ſenibus à matrimonio abſtinere. n. 14.*
12. *Examinatur Davidis exemplum, cui decrepito Abiſag à Sunem fuit adducta. n. 13.*
15. *Lutheri ſententia de ejusmodi matrimonio.*
16. *Non indifferenter improbanda ſunt conjugia ſenum.*
17. *Nec generalis regula vel prohibitio hic obtinet.*
18. *Multò minus ejusmodi conjugia jam contracta ſunt diſſolvenda.*
19. *Rationes ac fundamenta hujus aſſertionis.*
20. *De jure civili matrimonia decrepitorum permiſſa.*
21. *Exempla hujus matrimonii.*
22. *Cicero ſexagenarius Publiam virginem matrimonio ſibi copulavit.*
23. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

Re-

1 REfert Balthaſ. Mentzer. *de matrim.*
p.124. cordatam quandam viduam
ſexagenariam à formoſo juvene de
matrimonio ſolicitatam reſpondiſ-
ſe: *Niſi planè mihi perſvaderem, opes poti-*
ùs meas, quàm meipſam quæri, petitioni
2 *fortaſſis annuerem.* Prudenter † ſatis, quod
ſi omnes vetulæ crederent, vix unquam de
monſtroſo inter juvenem & vetulam con-
jugio cauſa admirationes præberetur. At cer-
3 tè † ætatis diſparitas, quæ heic maxime at-
tendi debet, ejusmodi nuptias haut admittit,
ſicuti nec eas, quas ſexagenarius vir cum ju-
vencula appetit. Uti enim viro, qui tot an-
nos vixit, ad novum convolare matrimoni-
um ſimpliciter eſt diſſvadendum; ita multò
4 magis ipſi abſtinendum erit à conjugio †
cum puella juvencula octodecim annorum
contrahendo, prout multis demonſtrat
Henn. Arniſ. *de matrimon. cap. 2. ſect. 4.*
Andr. Tiraquell. *de ll. connub. lege 6.* Joh.
Gerhard. *in loco de conjug. §.397. & 398.*
pag.589. & ſeq. Cypræus *de ſponſal. cap. 9.*
5 §.8. (1.) Ceſſat † enim hoc in matrimonio
finis conjugii principalis, qui in prolis gene-
ratione conſiſtit, unde matrimonium con-
trahere non poteſt, qui non poteſt generare,
cap. 2. ubi Abb. *extr. de frig. & malef.* So-
cin. *in l. 1. ff ſolut. matrim.* Atqui ætatis de-
crepitæ qui ſunt, quibus nempe ſenili mara-
ſmo virtus vitalis & prolifica emori incipit,
vix poſſunt ſpem prolis concipere, ſi vel
maximè juvencularum in amplexu hæ-
6 reant; nam & de jure civili † ſexagenarius
præſumitur inidoneus ad generandum, *l. ſi*
paterfamilias. 15. §. in arrogatione. 2. ff. de
adopt. Laudenſ. *in cap. ſicut. §. Titius. ſi de*
feudo fuerit controv. & quinquagenaria ad
concipiendum, *l. ſi ſterilis. 21. in pr. ff. de act.*
7 *emt. l. ſi major. C. de legit. hered.* (2.) † Al-
terum quoque conjugii finem, qui eſt mu-
tuum adjutorium, ſi penſitemus, nec is hoc
in matrimonio obtinebit; præterquam e-
nim, quod non abſolutè & ſimpliciter, ſed
æquè cum reſpectu ad uſum conjugalem
in generatione & educatione liberorum
adjutorium iſtud accipi debeat, Johann.
Gerharh. *in dict. loc. de conjug. §. 233. pag.*
8 *353. in fin.* † modicum certè vel nullum in
adminiſtratione rei familiaris auxilium &
adjutorium ſenex decrepitus uxori præſta-
9 re valet, Ger. *dict. loco.* (3.) † Et quod-
nam libidinis remedium, quod tertium ma-
trimonii finem conſtituit, in ejusmodi con-
jugio quærendum, poſtquam incendium
libidinis in ſenibus & vetulis non amplius
fervet, ac ſi vel maximè concupiſcentiæ
ſtimulos ſentiunt, illi tamen in conjugio
cum juvenculis non tam extingvuntur,
quam accenduntur, Henning. Arniſ. *dict.*
ſect. 4. n. 19. (4.) † Ut taceamus inimiciti- 10
am & diſcordiam ex ejusmodi conjugio me-
tuendam: teſtatur namque experientia, vi-
ros juvenes citò faſtidium capere vetula-
rum, ac alienos qværere nidos, qvod à fœ-
minis juvenculis decrepitorum matrimonio
junctis itidem fieri videmus, Neviz. *lib. 2.*
ſylv. nupt. n. 19. Arniſ. *dict. loco. n. 23. &*
24. Joh. Gerh. *dict. §.398.* Ut hinc nemo
dubitet, † conſultius fore ſenibus à matri- 11
monio prorſus abſtinere, quam illud cum ju-
venculis appetere. Niſi quis exemplum Da-
vidis, Abiſag Sunamitidem à proceribus ſibi
adductam ne in extremo quidem ſenio re-
pudiantis, *1. Reg. 1.* rejiciat. † Quod ta- 12
men parum ad rem facit. Præterquam enim,
ut Martyr excipit, exempla Davidis omnia
non ſunt trahenda ad conſeqventiam, non
tàm ad conjugii uſum, quam ad corporis ſe-
nilis miniſterium illa videtur à Davide ad-
miſſa, Joh. Gerh. *in loco de conjug. §. 323.*
& 355. Quâ enim † fronte non tantum 13
Adonias patris uxorem, matrem ſuam in u-
xorem petere à Salomone potuiſſet, ſed Bat-
ſabæa quoque filio autor eſſe, ut traderetur
in notorium & verbo DEI vetitum ince-
ſtum, *1. Reg. 2.* ſi Abiſag vero & legitimo
matrimonio Davidi juncta fuiſſet, Arniſ.
dict. ſect. 4 n. 28. Atqve hæc † contra ſe- 14
num matrimonia præſertim cum juvenculis
ineunda diſputantur & adducuntur ab Era-
ſmo *in lib. de Chriſt. matrim.* Cypræo *de*
ſponſalib. c. 9. §. 8. Arniſ. *de jur. connub. c. 2.*
ſect. 4. Albert. Gentil. *lib. 5. diſp. de nupt.*
cap. 3. Andr. Tiraqvell. *de legibus connub. l.*
6. gloſſ. 1. part. 6. n. 7. Chriſt. Beſold. *lib. 1.*
polit. cap. 10. §. 3. n. 28. & in diſcurſ. de nupt.
cap. 8. n. 5. † Quo & facit illud Lutheri: 15
Wenn ein alter Mann ein junges Weib
nimmt/ das iſt ein häßliches Spectackel/
denn an einem alten kan keine Hoffart
noch Luſt ſeyn/ weil die Gelegenheit hin-
weg iſt. Es iſt ie nichts ſchönes noch ſtar-
ckes an ihme mehr/ darum iſt ein alter
Mann und ein junges Weib wider die
Natur/gleich und gleich paaret ſich am be-
ſten zuſammen. *in colloq. menſal. ſub tit.*
Vom Eheſtande. *fol. 311.*

Quæ etſi ita ſe habeant, † non tamen 16
indifferenter conjugia ſenum præſertim
cum fœminis mediocris ætatis diſſvaden-
da, multo minus cum juvenculis jam con-
tracta ſunt diſſolvenda. Cùm enim con-
jugii ineundi cauſæ, & contrahentium
perſonarum conditiones atqve ætatum
differentiæ plurimùm varient, non poteſt
generalis qvædam † regula vel prohibitio 17
generalis præſcribi. Nam ſi mediocris ſal-
tem diſparitas inter contrahentes exiſtat,
non

non propterea ſtatim diſſvadendum erit
matrimonium, ſed tùm demum, ſi diſpari-
18 tas ſit longè maxima. † At nunquam diſ-
ſolvendum, ſi jam fuerit contractum, Joh.
Gerh. *in loco de conjug. §. 397.* Idque (1.)
19 † Quia nullibi in jure divino conjugium
iſtud legitur prohibitum, ut hinc meritò
obtinere debeat regula, quod permiſſum
cenſeatur omne id, quod prohibitum non
eſt, Gerhard. *dict. §. 397. & §. 233. in fin.* (2.)
20 † Quin & licèt maſculi majores ſeptuage-
nariis, & fœminæ majores quinquagena-
riis fuerint, nihil tamen impedit, quò mi-
nus de jure civili nuptias contrahere poſ-
ſint, ut apertè Imp. Juſtinianus ſancivit *in
l. ſancimus. 27. C. de nupt. l. ſi major. 12. C. de*
21 *legit. hered.* (3.) † Accedunt etiam exempla
ſummorum virorum, veluti Abrahami,
qui anno ætatis centeſimo & quadrageſimo
Keturam elegantem puellam duxit, atque ex
eâ aliquot ſuſcepit liberos, *Gen. 25.* Gerh. *dict.*
§. *233.* Arniſ. *dict. ſect. 4. n. 28.* Maſiniſſæ Numi-
diæ Regis, qui puerum quadrimum, nomine
Methymnatum nonagenarius reliquit, Va-
ler. Maxim. *lib. 4. cap. 4.* Plin. *lib. 7. natur.
hiſtor. cap. 14.* Catonis Cenſorii, qui octua-
geſimum agens annum filiam Salonis, cli-
entis ſui adoleſcentulam duxit, & ex eâ
alterum Catonem procreavit, Joh. Harppr.
ad pr. Inſt. de nupt. n. 28. ubi plura addu-
cit exempla, & inter alia etiam † Cice- 22
ronis, qui ſexagenarius Publiam virginem
matrimonio ſibi copulavit, ex Plutarcho *in
Cicer.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem C. à N. in Z. die 7. Octobr. An. 1630.* (*Verba* 23
Sententiæ. Wiewol auch nun rathſamer wäre/ bey eurem angezogenen ſechtzigjäh-
rigen Alter und Leibes-Beſchwerung anderweit Verehlichung einzuſtellen/ und
bey guter Wartung des Gebeths und Gottesdienſts in dieſen betrübten Zeiten
deſto fleißiger zu pflegen / oder da ihr mit unverletztem Gewiſſen auſſer dem Ehe-
ſtande nicht leben köntet/ eine ſolche Perſon/ die euch am Stande und Alter nicht
gar ungleich/ zu erwehlen/ ꝛc. Wofern ihr aber dennoch dieſes alles unerwogen/
eure gefaßte *Intention* zu ändern nicht gemeynet; So ſeyd ihr aus Zulaſſung
Geiſtlichen und Landüblichen Rechtens / weil dißfalls kein widriges Geſetz vor-
handen/ oberwehnte eure Dienerin zu ehlichen nicht allein befugt/ ſondern auch/
da zwiſchen euch allbereit eine verbindliche Zuſage geſchehen/ ſolches zu thun
ſchuldig/ V. R. W.)

DEFINIT. XIV.

Adulter in uxorem ducere poteſt eam, quam conſtante matrimonio per adulterium polluit.

SUMMARIA.

1. *Fruſtra non movetur hæc quæſtio.*
2. *Sed quandoq; locum invenit, num. 3.*
4. *Decidenda eſt affirmativè.*
5. *In quam ſententiam reſponderunt Scabini Lipſienſes.*
6. *Ut & Facultas Juridica in Academiâ Giſſenâ.*
7. *Nec non in Academiâ Tubingenſi.*
8. *Pariter reſpondet Conſiſtorium Miſenenſe & Wittenbergenſe.*
9. *Ut & Conſiſtorium Lipſienſe.*
10. *Fundamenta & rationes decidendi. n. 18.*
11. *Leges civiles licèt hoc matrimonium damnent, permittit tamen id Jus canonicum.*
12. *Jus canonicum in cauſis matrimonialibus obſervari ſolet.*
13. *Theologis quoq; hæc opinio arridet.*
14. *A quâ etiam B. Lutherus non eſt alienus. num. 15.*
16. *Nec adverſatur juri divino.*
17. *Examinatur factum Davidis ducentis Bathſebam viduam Uriæ.*
19. *Sententia Conſiſtorii Supremi. Dresdenſis.*

1 DIxeris forſan, hâc quæſtione opus
non eſſe, ſi Magiſtratus juſtâ ſeve-
ritate in adulteros animadvertat,
juxta præceptum Jehovæ. Si mœ-
chatus quis fuerit cum uxore alterius, &
adulterium perpetraverit cum conjuge
proximi ſui, morte moriantur & mœ-
2 chus & adultera, *Levit. 20. verſ. 16.* Sed
multis † modis fieri poteſt, ut adul-
teri pœnam mortis jure ſic diſponen-
te aufugiant. Quid ſi enim præſcriptio-
nem quinquennii in ſimplici adulterio
opponerent? Quid ſi marito adultero
conjunx innocens condonâſſet? vel ſal-
tem defuncta præſumtivè delictum remi-
ſiſſet? Vel quid ſi juſtâ ex cauſâ Magiſtra-
tus gratiam reis feciſſet? Sæpè omninò
accidit, † ut remiſſo mortis ſupplicio
Cc arbi-

arbitraria ſaltem imponatur pœna adulterii reis, ut videre eſt *in practicâ meâ criminali, part. 2. quæſt. 55. 57. 58. 59. 60. & 61.* ubi quæſtio hæc moveri poteſt. Quam af-
4 firmativè † decidendam exiſtimo cum Ludolpho Schardero *ad tit. Inſt. de nupt. n. 86. & 87.* Molrad. *de matrim. num. 124. in fin.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in ſyntagm. jur. lib. 9. cap. 13. n. 3.* Chriſtoph. Beſold. *part. 2. conſil. 55. num. 27. & ſeqq.* Melch. Kling. *de cauſ. matrim. Rubr. de adult. pag. 26.* Sigism. Finckelthuſ. *obſervat. 25.* Speckhan. *cent. 3. claſſ. 1. quæſt. 7. n. 4. fol. 112.* Nebelkr. *lib. 1. de-*
5 *ciſ. 13.* quos in ſententionando † ſecuti fuerunt Scabini Lipſienſes hiſce formalibus: Hat ein Wittber/ von welchem eure Frage meldet / einer Weibs-Perſon die Ehe verſprochen und zugeſagt. Wenn er nun gleich bey ſeines vorigen Weibes Leben mit gedachter ſeiner itzigen Braut allbereit fleiſchlichen zugehalten und geehebrochet hätte; So möchte ihnen doch nunmehr die Ehe nicht verboten werden / ſondern es ſeyn beyde Perſonen die Ehegelöbniß durch die Prieſterliche *copulation* zu vollziehen ſchuldig/ ut dixi *in Juriſpr. Forenſ.*
6 *ad Conſt. Elect. 20. definit. 16. part. 4.* † Eamque in ſententiam reſpondit etiam Facultas Juridica in Academiâ Giſſenâ, teſte Nebelkr.
7 *dict. deciſ. 13.* nec non in Academiâ † Tubingenſi, referente Beſoldo *dict. conſil. 55.*
8 *num. 66. in fin.* & conſentiunt † Conſiſtoria Miſnenſe ac Wittebergenſe, apud Georg. Dedekenn. *tom. 2. conſil. theol. vol. 3. ſect.*
9 *9. num. 10. & 11. fol. 231. & 232.* † & Lipſienſe, referente Finckelthuſ. *dict. obſervat. 25. numer. 31.*

Idque juſtis ex cauſis ac fundamentis:
10 (1.) † quia jus canonicum hoc caſu inter adulterum & adulteram conjugium permittit, *cap. denique. 2. ibi: mortuo viro, cum quo verum connubium fuit, fieri poteſt conjugium, cum quo præceſſit adulterium. cauſ. 31. quæſt. 1. can. ſi quis vivente. 5. dict. quæſt. 1. cap. ſignificaſti. 6. extr. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.*
11 (2.) † Licet igitur leges civiles hoc matrimonium damnent. *l. Claudius. 13. ff. de his quæ ut indign. l. 27. C. ad Leg. Jul. de adult. Novell. 134. cap. 12.* ſufficit tamen, jure
12 canonico id eſſe permiſſum, quippe † quod in cauſis matrimonialibus obſervari ſolet, Matth. Weſenb. *part. 1. conſil. 44. num. 37. & part 3. conſil. 125. n. 9.* Albert. Gentil. *de nupt. lib. 1. cap. 17. & 18.* Petr. Weſenb. *conſil. 13. num. 1. 2.* præſertim, quando de jure divino contrarium haut reperitur diſpoſitum, Bajard. *in addit. ad Jul. Clar. §. adulterium. n. 77.* (3.) † Quare & hæc ipſa ſententia 13
Theologis arridet, Chemnit. *in loco de conjug. fol. 207. Rubr. alius caſus.* Johann. Gerhard. *in loco de conjug. §. 383.* Tarnov. *lib. 1. de conjug. cap. 50.* Petr. Martyr. *in locis comm. pag. 583.* Danæus *in ethic. chriſt. lib. 2. cap. 14.* Bidenbach. *de cauſ. matrimon. pag. 105.* Philipp. Melanchth. *in loco theol. Rubr. de conjugio. tit. de errore. verſ. alius caſus.*
Quin † & ipſemet Lutherus iis conſentit, his- 14
ce ſcribens verbis; Impedimentum criminis vocant, ſcilicet ubi quis duxerit prius pollutam adulterio, aut machinatus fuerit in mortem adulteris conjugis, quò cum ſuperſtite contrahere poſſit. Obſecro unde iſte rigor hominum in homines, qualem nec Deus unquam exiget? an ignorare ſe ſimulant, Bathſebam uxorem Uriæ utroque crimine impleto, id eſt, præpollutam adulterio & occiſo viro, tamen ductam à Davide ſanctiſſimo viro? Si lex divina hæc fecit, quid faciunt homines tyranni in ſuos conſervos? *in lib. de capt. Babylon. cap. de matrimonio. tom. 2. latin. fol. 281.* allegatus à Gerhard. *dict. §. 383.* † Et rur- 15
ſus: Die Laſter und Sünde ſol man ſtraffen / aber mit anderer Strafe / nicht mit Eheverbieten. David brach die Ehe mit Bathſeba/ und nahm doch ſie hernach zur Ehe / und zeugete den König Salomon mit ihr / *tom. 2. Jenenſ. german. lib.* vom ehelichen Leben / *part. 1. fol. 149.* §. die ſechſte. (4.)
† Et hinc juri quoque divino non adver- 16
ſatur hoc matrimonium, prout ex allegato Davidis exemplo apparet, *2. Sam. 11. v. 27.* Nec eſt, quod quis nobis objiciat verba ibidem annexa: Diſplicuit † hoc, quod 17
fecerat David coram Domino, Balthaſ. Mentz. *de conjug. pag. 169.* Vel enim ad ipſum adulterium & homicidium Davidis in Uriâ commiſſum hæc verba ſunt reſtringenda: Vel, licet Propheta Nathan Davidem graviſſimè propterea reprehenderit, conjugium tamen per id haut fuit diſſolutum; Alioquin David per omnem ſuam vitam, quamdiu Bathſebam in matrimonio habuit, in peccato mortali vixiſſet, quod nec credendum, nec aſſerendum eſt, Oſiand. *in comm. ad lib. 2. Reg. cap. 11. in fin.* (5.) † Accedit porro, quòd hac 18
ratione non ſolùm utriusque partis conſcientiæ, ſed etiam fœminæ violatæ conſulatur, quæ aliàs forſan nunquam ſortiri poſſet commodum conjugium, Finckelthuſ. *dict. obſervat. 25. numer. 14.* quin & proles ex hâc illicitâ copulatione prognata ſit legitima, Beſold. *dict. conſil. 55. num. 46. & ſeqq.*

Im

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem M. Michaëlis* Niederſtetters/ *Superin-* 19
tendentis Freybergenſis, die 8. Octob. An. 1608. (*Verba Sententiæ*: Als ihr uns berichtet/ was maſſen *N.N.* bey Lebzeiten ſeines Weibes *N.N.* fleiſchlichen erkannt und geſchwängert/ aber mit der Obrigkeit ausgeſöhnet/ und nachdem ſein Weib allbereit vor ſieben Jahren geſtorben/ nunmehr gedachte *N.N.* zu ehelichen begehret/ und hierauf/ ob nach Gelegenheit des zuvor begangenen Ehebruchs unter bemeldten Perſonen die Ehe zu verſtatten/ euch in Rechten zu unterrichten gebeten/ Demnach erkennen und ſprechen wir vor Recht/ etc. daß oberwehnte beyde Perſonen einander zu ehelichen befugt/ V.R.W.)

DEFINIT. XV.

Modò adulter vel adultera vitæ prioris conjugis haut fuerint inſidiati: nec conjuge vivente ſibi invicem matrimonii fidem dederint.

SUMMARIA.

1. *Movetur objectio contra matrimonium adulteri cum adulterâ contrahendum.*
2. *Refellitur rurſus ea.*
3. *Nec indifferenter, ſed certis conditionibus matrimonium hoc permittendum.*
4. *Si nempe non præceſſerint inſidiæ contra vitam prioris conjugis.*
5. *Nec conjuge vivente fides de matrimonio ſit data.*
6. *Absq; ſolennibus nuptiæ hæ peragendæ.*
7. *Sententia Conſiſtorii Miſnenſis.*
8. *Sententia Conſiſtorii Lipſienſis. n. 9.*
10. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 RES nihilominus mali videtur exempli, ſi ejusmodi conjugium permittatur, quod propterea in Republicâ benè conſtitutâ haut quaquam ferendum. *arg. l. obſervandum eſt. 47. ff. de judic. l. exemplo pernitioſum eſt. 7. C. de probat.* præſertim quia matrimonium hoc caſu habetur adulterii prioris quædam continuatio, Beza *in tract. de divort. pag. 236.*
2 Sed nec † hoc quicquam negotii facit, nec concedenda adulterii continuatio per matrimonium, quod & hoc caſu eſt legitimum, atteſtante Papa *in c. ſignificaſti 6. extr. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.*
3 Nec † ſimpliciter ac indifferenter permiſſum eſt adulteris conjugium, ſed certo reſpectu certisque conditonibus, quæ
4 ſcandalum removent. Nimirum (1.) † ſi adulter vel adultera vitæ prioris conjugis haut fuerint inſidiati: de inſidiis enim, ſi conſtet vel ſaltem ſuſpicio ſubſit gravis, indulgendum iis non eſt, ut copulentur. quin potiùs crimen id ſeverè coercendum, *cap. ſuper hoc. 3. cap. ſignificaſti. 6. extr. de eo qui duxit in matrim. &c.* Joh. Gerh. *in loco de conjug. §. 383.* Jacob. Thoming. *deciſ. 28.*
5 *num. 7.* Schrader. *de nupt. num. 88.* (2.) † Nec conjuge vivente adulteri dederint ſibi invicem fidem de contrahendo poſt obitum conjugis matrimonio, *dict. cap. ſuper hoc. 3.* & *dict. cap. ſignificaſti. extr. de eo qui duxit in matrim.* Gerh. *dict. loc.* Sigism. Finckelth. *obſervat. 25.* (3.) † Utque eò magis ſuppri- 6
matur ſcandalum, copulari debent adulteri omiſſis ritibus nuptiarum ſolennibus: nec enim appetere valent nuptias honorificas, qui ad publicam obſtricti ſunt pœnitentiam, *c. ſi quis. ſ. cauſ. 31. quæſt. 1.* Veluti judicavit † Conſiſtorium Miſnenſe: Daß 7
die Ehe zwiſchen oberührten beyden Perſonen/ ungeachtet/ daß von Päbſten die Ehe in einem ſolchen Fall *propter fidem datam & commiſſum adulterium* verboten/ nach der heiligen göttlichen Schrifft Lehre und Meynung zu Vermeidung fernerer Sünden/ und dadurch dem Gewiſſen/ zu rathen/ da es ihnen ein Ernſt und ſie Gewiſſen hätten/ mag zugelaſſen werden/ doch daß die beyde Verbrecher zu Verhütung ſchädlicher Einführung und Aergerniß an einem fremden und andern Ort *ſine omni ſolennitate* und ohne einige öffentliche Gepränge *copuliret* werden/ &c. apud Georg. Dedekenn. *tom. 2. conſil. theol. vol. 3. ſect. 9. n. 10.* Et Conſiſtorium † Lipſienſe *Menſ.* 8
Jun. anno 1632. Ob nun wol dieſe vorhabende Verehlichung faſt ärgerlich ſcheinet/ und ein böſe Exempel giebt/ auch von etlichen Theologen als eine *continuation* des Ehebruchs angeſehen und gehalten werden wil. Dennoch aber und dieweil in

göttlichen Rechten angeregte Verehlichung nicht verboten / und die päbſtlichen Rechte ausdrücklich ſolche zulaſſen / und nur allein gewiſſe Fälle ausnehmen/ auch durch dieſe Heyrath ſo wol dem Gewiſſen gerathen/ als die zu Fall gebrachte Weibes-Perſon *reſtituir*et und zu Ehren gebracht wird/ über diß nicht allein *Lutherus* und *Melanchthon*, auf dero Meynung dieſer Lande *Conſiſtoria remittiret* und gewieſen ſeyn / ſondern auch andere vornehme *Theologi* und Rechtsgelehrte einhelliglich dergleichen Ehe zulaſſen und verſtatten;

9 So † ſeyd auch ihr/wofern ihr euch mit N. *N.* nicht allbereit bey eures Weibes Leben verbunden / die Ehe einander zugeſagt/ und ſolche nach gedachtes eures Weibes Tode zu vollziehen verſprochen / mit ermeldter *N.N.* euch/bevorab eurem Erbieten nach / zu *H.* als an welchem Orte ihr euch nunmehr häußlichen niederzulaſſen/ weſentlich zu wohnen / und eure bürgerliche Nahrung anzufangen und zu treiben gäntzlichen gemeynet / auf vorhergehende Aufbietung Chriſtlichem Gebrauch nach/ jedoch ohne ſonderliches Gepränge/ *copulir*en und ehlich trauen zu laſſen/wohl befugt/ꝛc. apud Finckelth. *dict. obſ. 25. n.31.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in eâdem causâ* (*Verba Sententiæ:* Demnach erkennen 10
und ſprechen wir vor Recht / wofern dieſe beyde Perſonen dem verſtorbenen Weibe nicht nach ihrem Leben geſtellet/noch allbereit damals einander die Ehe zugeſaget/ſo ſeyn ſie itzo/ iedoch zu Verhütung Aergerniß ohne Gepränge und öffentlichen Kirchgang einander zu ehelichen befugt/ V.R.W.)

Et † *Superintendenti ac Senatui Freybergenſi, die 24. Sept. An. 1608.* (*Verba Reſcripti :* 11
Wir haben euer des Superintendentens Schreiben wegen *N.N.* mit *N.N.* welche er hiebevor bey Lebzeiten ſeines Eheweibes fleiſchlichen erkañt und geſchwängert/ Verehlichung verleſen hören; Hierauf nun iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren an euch / Ihr wollet uns / auf was maſſen und wie weit berührter *N.N.* mit der weltlichen Obrigkeit ausgeſöhnet und der Strafe erlaſſen worden / auch wie bemeldte beyde Perſonen ſich ſonſten in ihrem Leben verhalten / inſonderheit aber / ob die gemeine Sage ſey/ daß ſie noch bey Lebzeiten des Eheweibes/von zukünfftiger Ehe mit einander *tractiret*, förderlichſt berichten/damit wir uns darauf ferner der Gebühr zu bezeigen haben mögen/ꝛc.)

DEFINIT. XVI.

Non permittendum eſt Hermaphroditis matrimonium contrahere, priusquam ex inſpectione de ſexu potiori conſtet.

SUMMARIA.

1. *Ad matrimonium non facilè admittendi, qui ad generationem ſobolis ſunt inidonei.*
2. *Non permittendum mulieri, ut Eunucho nubat.*
3. *At num Hermaphrodito?*
4. *Deciſio negativa.*
5. *Niſi ſexus, quem altera deſiderat pars contrahens, prævaleat.*
6. *Fundamenta & rationes decidendi. n. 11.*
7. *Hermaphroditus cenſetur ejus eſſe ſexûs, qui prævalet.*
8. *Hermaphroditus, in quo virilia prævalent, poſthumum heredem inſtituere poteſt.*
9. *Ac teſtis in Teſtamento idoneus adhibetur.*
10. *In feudo quoque ſuccedit.*
12. *Præcedat inſpectio, priusquam Hermaphrodito permittatur nuptias contrahere.*
13. *Quibus hæc inſpectio comittenda?*
14. *Non permittendum matrimonium Hermaphrodito, qui renuit inſpectionem.*
15. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 16.*

1 Cum principalis conjugii finis ſit generatio ſobolis, non facilè ad matrimonium admitti debent, qui ad generationem minus ſunt idonei, puta Eunuchi & Spadones: etſi enim quidam eorum, quibus teſticuli excìſi, congredi cum uxore poſſunt, tamen commixtio illa tantum abeſt, ut ſaltem libidinem extingvat, nedum liberi inde gignantur, ut pruritum potius in fœmi-

fœmina accendat, *Conſtit. Leonis ad Stylia-*
2 *num.conſtit.98.* quare † non permittendum
mulieri, ut Eunucho nubat, Joh. Gerh.
in loco de conjugio.§.235. pag.358. At num
3 Hermaphrodito † & Androgyno ?(hoc eſt
qui utroque ſexu vel pudendo eſt prædìtus)
quos olim in prodigiis, verùm ſuo ſeculo in
deliciis habitos, ſcribit Plinius *lib.7.cap.3.*
Gellius *lib.9.cap.4.* de quibus ita Martialis:
Maſculus intravit fontes, emerſit utrumque,
Pars eſt una patris, cætera matris habet.
4 Periculoſum ſane eſt, † ejusmodi homini-
bus nuptias permittere, ex quibus altera
pars facile decipi, & in peccatum adulterii
prolabi poteſt, ſi nempe potior non ſit
ſexus ille, quem contrahens cum herma-
phrodito quærit & deſiderat, ideoque ma-
gis diſſvadendum ejusmodi conjugium,
quàm permittendum; niſi hermaphrodi-
5 tus inſtanter urgeat deſiderium, † illeque
prævaleat in eo ſexus, quem pro ratione
conjugis nuptiæ requirunt, nempe ut fiat
maris ac fœminæ conſociatio, Paul.Cypræ-
us *de ſponſal.cap.9.§.13.num.46.* Johan.Ger-
6 hard.*dict.§.235 pag.359.*(1.) † Quod enim
conjugio adverſatur, magnumque ſecum
trahit periculum, ne in adulterii peccatum
fœmina poſtmodùm prolabatur, id ei per-
mittendum non eſſe, quilibet animadvertit,
Bidenbach.*in libr. de cauſ. matrimon. pag.*
102. Gerhard.*dict. loco.* Atqui tale eſt con-
jugium hermaphroditorum, priusquam con-
ſtet de ſexu potiori ad contrahendas cum al-
tero nuptias idoneo. Talis namque ſi non
eſt, perinde habendum, ac ſi cum Eunucho
iniretur matrimonium, quod admitti non
7 debet. (2.) Ac † licet utriusque ſexus ſint
participes Androgyni, & marium fœmina-
rumque conjunctione uti poſſint, tamen
ejus ſexus cenſendi ſunt, qui in iis prævalet
& potentior eſt, *l.quæritur.ff. de ſtat.homin.*
Nam à potentiori ſexu hermaphroditum
cenſeri placuit; unde alii hermaphroditi
maſculi alii fœminei rectè nuncupantur.
8 (3.) † Ex quo porrò fit, ut hermaphroditus,
in quo virilia prævalent, poſthumum here-
dem inſtituere valeat, *l.ſed eſt quæſitum.6.§.*
9 *Hermaphroditus.2.ff.de lib. & poſth.* † &
teſtamento teſtis adhiberi poſſit, *l.repetun-*
darum §.hermaphroditus.1.ff.de teſtib. quod
10 fœminis non licet. Atque † hinc etiam in
feudo ſuccedit hermaphroditus, ſi in eo vi-
rilia prævaluerint, Landrecht/*l.1.artic.4.*
11 Cypr. *dict. cap.9.§ 13. num. 46.* (4.) † Quin
nec ferendum, ut & fœminis & maſculis abu-
tatur, vel pro mare & fœmina ſeſe venditet,
cùm id turpiſſimum ſit & contra rerum na-
turam, Cypræus *dict.loco.*
12 Præcedat ergò inſpectio neceſſe eſt, †
priusquam facultas detur hermaphrodito
conjugium inire ac nuptias contrahere,
ut nempe qui ſexus prævaleat, explore-
13 tur; † quæ inſpectio Medicis & Chirurgis,
quin etiam obſtetricibus quandoque com-
mittenda, quibus ſi duo ſaltem ſint, hæ in re
magis creditur, quàm decem aut viginti te-
ſtibus non Medicis, ut in ſimili dicit Gandin.
in tit.de homicidio. num.24. in fin. verſ. &
propter prædicta jura &c. Alexan. *lib. 2.*
conſil.148.num.1. Quod ſi verò inſpectio-
14 nem hanc hermaphroditus renuat, † admit-
ti nequaquam debet ad contractum matri-
monii, veluti jamdudum reſcripſit Conſi-
ſtorium Miſnenſe: Nachdem ihr in Sa-
chen des *Hermaphrodi*ten *N.N.* ſo viel be-
funden/daß er ohne vorgehende *Inſpection*
und Erkundigung / wie es ſeines Leibes
halben beſchaffen / zum Eheſtande nicht
kan zugelaſſen werden / welches wir ihme
auch vermeldet/er aber darein ſich zu bege-
ben Bedencken gehabt / und von ſeinem
Vornehmen abzuſtehen ſich erkläret/deß-
gleichen auch *N.N.* von ihrer Eheklage auf
unſere Ermahnung abgeſtanden. Als iſt
an euch unſer Begehren/ Ihr wollet gute
Achtung auf ſie beyderſeits haben/ daß ſie
ſich ferner nicht zuſammen halten/der
Hermaphroditus auch anderer Weibes-
Perſonen müßig gehe / damit ferner
Aergerniß abgeſchaffet und verhütet wer-
de: Da er aber nochmals zu der *Inſpection*
auf ſeine Unkoſten ſich anerbieten wür-
de / ſo wollet uns ſolches anhero wiede-
rum berichten/rc. apud Georg. Dedekenn.
vol.3.conſil.theolog.lib.2. ſect.1.num.7.pag.75.

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Senatui Freybergenſi die 26. Auguſti An. 15
1635.(Verba Reſcripti: Wir haben aus euerm des Superintendenten Bericht und
deſſen Beylagen vernommen / was maſſen Thomas H. zu M. ein Spielmann
und beruffener Zwitter oder *Hermaphrodit* mit Annen/Georg F. nachgelaſſenen
Tochter daſelbſt in ein öffentliches Ehegelöbniß ſich eingelaſſen/und beyde Thei-
le dabey verharren wollen/und ihr der Rath/habt ſolches aus dem Beyſchluß mit
mehrern zu erſehen. Wann dann die Nachlaſſung und Vergünſtigung ſolcher
Ehe darauf beruhet *uter ſexus* bey gedachtem Zwitter *prævaleat*, und ob die männli-
che oder weibliche Natur ſtärcker und der andern vorzuziehen/rc. Als iſt an ſtatt

Ihrer Churfl. Durchl. unſer Begehren / Ihr der Rath/wollet einem oder mehr *Chirurgis* bey euch auftragen/ſich dißfalls durch Beſichtigung zu erkundigen/ inſonderheit/ob es ſeines Brudern Auſſage gemäß an dem Zwitter ſich befinde/oder wie es ſonſten ſich allenthalben verhalte / hernach uns ihr zugleich den erlangten Schein mit Zurückſendung der Beylagen zu fernerer Anordnung unverzüglich zu erkennen geben/ꝛc.)

Et † *Henrico à Schönbergk in Frauenſtein ac Superintendenti Freybergenſi,die 18. Maji An.* 16
1610.(Verba Reſcripti: Wir haben euern des Superintendenten eingeſchickten Bericht in Sachen Chriſtoff R. zu H. welcher als ein Mägdlein getaufft/ und mit eines Häuſelers Tochter ſich verlobet/ auch um die *proclamation* und *copulation* angeſuchet / verleſen hören; Begehren derowegen an ſtatt höchſtgedachtes unſers gnädigſten Herrns/ Ihr wollet beyden Theilen und ihren Eltern vor euch zu erſcheinen auferlegen laſſen/ihnen ihr Gebrechen und groſſe Gefahr abſonderlich vorhalten und Fleiß anwenden / ob ſie von ihrem Vorhaben in guten abzuſtehen ſich erklären möchten/im Gegenfall aber klagendes Theil durch einen *Medicum* und zween Barbier oder Bader / auch da es nötig eine Wehemutter nochmals beſichtigen laſſen/und uns/ wie es hierum bewandt/ eigentlich berichten/ꝛc.)

TIT. II.

De

Sponſalibus.

Definit. XVII.

Per publica ſponſalia de præſenti ipſum contrahitur matrimonium.

SUMMARIA.

1. *Differunt ſponſalia à nuptiis.*
2. *Sponſalia dicuntur mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum.*
3. *Sponſalia alia de præſenti, alia de futuro.*
4. *Sponſalia de futuro noſtrates non agnoſcunt.*
5. *Quatenus ſubſiſtat differentia inter ſponſalia & nuptias?*
6. *Sponſalia de præſenti pro nuptiis & vero matrimonio habentur.*
7. *Conſenſus, non concubitus facit nuptias.*
8. *Appellatione nuptæ uxoris ſponſa venit, & ſponſus nomine mariti.*
9. *Etiam jure divino.*
10. *Matrimonium magis, quàm ſponſalia, contractum præſumitur.*
11. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
12. *Sententia ejusdem.*

1 Diſtingvunt equidem jura inter nuptias & ſponſalia, quia aliud eſt nuptias contrahere, aliud promittere ſe contracturum, ſicut aliud eſt mutuam pecuniam dare, aliud promittere ſe daturum, *l. ſi pœnam. 88. ff. de verb. obligat.* quare ſponſalia † dicuntur mentio & repromiſ-
2 ſio nuptiarum futurarum, *l. 1. d. 2. & l. 3. ff. de ſponſal. cap. noſtrates 30. quæſt. 5. cap. ſtatutum 5. §. apparet. 27. quæſt. 2.* Gell. *lib. 4. cap. 4.* Cypræ. *de ſponſal. cap. 2. §. 1. num. 12. & ſeqq.* Sed cùm non uno eodemque modo contrahentur ſponſalia, vel enim de futuro ſaltem
3 vel de præſenti fit promiſſio, unde † alia ſunt ſponſalia de futuro matrimonio, alia de præſenti: Illa Jus canonicum appellitat, quæ per verba temporis futuri contrahuntur, veluti: *Accipiam vel ducam te in uxorem*: at ſponſalia de præſenti, quando contrahentes utuntur verbis temporis præſentis, puta: *Ego te accipio in meam conjugem*, & ipſa reſpondeat: *Ego te accipio in meum maritum, cap. pen. extr. de ſponſalib.* Joachim à Beuſt. *de ſponſal. cap. 8.* Joh. Schneidvvin. *ad tit. Inſt. de nupt. ſub tit. de ſponſal. num. 4.* Differentiam illam ad ſola ſponſalia de futuro reſtringendam arbitramur.

Verùm † quia ſponſalia illa de futuro 4
noſtrates non agnoſcunt, propterea quòd apud Germanos non ſit talis loquendi conſvetudo, & ſub prætextu ac confuſione verborum iſtorum multa vera diſtrahantur conjugia, ut dixi *Reſponſ. Elector. 109. num. 3. lib. 5.* nec differentia † inter ſpon- 5
ſalia & matrimonium ſeu nuptias conſiſtere poteſt, niſi has de ritu ſolenni benedictio

dictionis ſeu copulæ ſacerdotalis accipere
velis (quà de infra *Tit.8.defin.130. & 142.*)
ſed remanent ſola ſponſalia de præſenti,
à jure quidem canonico introducta, *cap.
ſicut.22.cap.pen. de ſponſal.* reverâ tamen
6 nulla, quia † ejusmodi ſponſalia pro nu-
ptiis & matrimonio initiato, licèt nondum
benedictione eccleſiaſtica firmato & con-
ſummato habentur, Beatus Lutherus *in li-
bello* von Eheſachen/ *artic.1.* Joh. Schneid-
vvin. *dict.loco.* Johann Harppr. *in Rubr.Inſt.
de nupt.num.5.* Matth. Weſenb. *in parat.ff.
de ſponſal. num.3.* Joach. à Beuſt *in. tract. de
jure connub. part. 1.quæſt.7. 8. & 9.* Jacob.
Alex. Caret. *lib.1. de ſponſal. & matrimon.*
7 *cap.3.* (1.) † Cum enim conſenſus, non
concubitus faciat nuptias, prout in ore eſt
omnium, *l.nuptias.30.ff. de Reg. Jur.l.ſuf-
ficit. ff. de ſponſal. l.ſi donationum. C. de
nupt. c.aliter.30. quæſt. 5. c.honorantur. 32.
quæſt.2.* fieri certè haut poteſt, ut non con-
trahantur nuptiæ per ſola ſponſalia ipſum-
8 que inchoetur matrimonium. (2.) † Ex quo
porrò fit, ut appellatione nuptæ uxoris
ſponſa quoque veniat, quemadmodum &
ſponſus mariti nomine continetur, jura-
que in uno loquentia locum etiam in altero
obtineant, *l.ſi ſponſa.ff. de jure dot. l.lex Ju-
lia.ff.de fund. dotal. l.tutor.§.1.l. oratio.ff.de
ſponſal. l.cui fuerit.ff.de condit.& demonſtrat.*
Bartol. *in l.cum pater.ff.ad Leg. Pompej. de
parricid.* Alber. Gentil. *in tract.de nupt.lib.2.
cap.23. poſt pr.* Nicol. Boër. *deciſ.22.n.33. &
ſeqq.* Anton. Natta. *conſil.282.num.1. & ſeqq.*
(3.) † Quod nec de jure divino aliter ſe ha- 9
bet, veluti ſponſa appellitatur uxor, *Deut.22.
verſ.24.* quin & conjunx, *Matth.1.verſ.20.* &
ſponſus de jure divino gener dicitur, *Gen.
19.verſ.8.14.* (4.) Unde † & partes contrahen- 10
tes utrinq; ex amore & ardore propenſæ vo-
luntatis magis matrimonium quam ſpon-
ſalia contrahere voluiſſe videntur, *cap. ex
literis.7.cap.tua nos.26.* ubi Gloſſ. & Dd.
extr.de ſponſal. ſcilicet quia regulariter con-
tra eum, qui legem contractûs dicere potuit
apertiùs, ſi non fecerit, interpretatio eſt fa-
cienda, *l.veteribus.39.ff.de pact.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Hans Baumanns *contra* Hanſen Reinhards 11
Tochter und derſelben Mutter/ *die 5. Jun. An.1618.* (*Verba Decreti:* Dieweil Be-
klagte Maria nicht verneinet / daß ihre Mutter in Gegenwart ihres und der
Tochter Vormünden/ auch anderer Gezeugen ſie Klägern ehelichen zugeſagt/ de-
me ſie ihres Theils nicht widerſprochen / ſondern ihrer Mutter Zuſage mit gege-
benem Mahlſchatze und Handgelöbiß beſtätiget; So iſt ſie auch ihres Vorwen-
dens ungeachtet/ gegen ſeiner Abbitte und Zuſage / ſie und ihre Mutter hinfüro
zu lieben und zu ehren/ die getroffene Ehe mit ihme durch die Prieſterliche *copula-
tion* zu vollnziehen ſchuldig/ in deſſen Verweigerung wird ſie darzu billich angehal-
ten/ V.R.W.)

Et † *ad requiſitionem Johannis Tormeyers* zu Reiſſenberg/ *die 6.Aug. An. 1613.* (*Verba* 12
Sententiæ: Habt ihr euch mit Annen Werners in ein Ehegelöbniß eingelaſſen/
und in Beyſeyn der Eltern / auch anderer Gezeugen öffentliche *ſponſalia* ge-
halten/ darbey einander Mahlſchätze gegeben. Ob ihr nun wol in denen Gedan-
cken ſtehet/ daß ihr wiederum abzuweichen/ und euch mit einer andern Perſon zu
verehelichen befugt/ aus Urſachen/ daß bis *dato* noch nicht die Prieſterliche *copula-
tion* vorgangen. Dieweil aber gleichwol die *ſponſalia* und das Ehegelöbniß rich-
tig/ wodurch das *matrimonium* und die Ehe allbereit geſchloſſen / und ihr dadurch
bis auf die Prieſterliche *copulation* verbündlich gemacht worden; So möget ihr
nunmehr demſelben nicht widerkommen / ſondern ihr ſeyd die Ehe durch öffent-
lichen Kirchgang und Prieſterliche *copulation* zu vollnziehen pflichtig/ V.R.W.)

Definit. XVIII.

Tractatus de matrimonio non faciunt ſponſalia de præſenti.

SUMMARIA.

1. *Sponſalia de futuro non obligant contrahentes.*
2. *Sponſalia de futuro per ſponſalia ſubſequentia de præſenti diſſolvuntur.*
3. *Quare non curant noſtrates ſponſalia de futuro?*
4. *Sententia B.Lutheri hâc de re.*
5. *Differunt ſponſalia de futuro à ſponſalibus de præſenti.*
6. *Sponſalia de futuro ſunt ſaltem tractatus de matrimonio.num.7.*

8.In ſponſalibus de futuro locus datur pœnitentiæ.

9.Tractatus de matrimonio neminem obligant.

10.Sententiæ Conſiſtorii Supremi Dresdenſis.num.11.12.

1 AN ergò nulla erunt ſponſalia de fu-
turo matrimonio? Sunt omninò,
quæ tamen in effectu non ligant
contrahentes; nam ſicut ſponſalia
ejusmodi de futuro queunt conſenſu con-
trahi, ita etiam diſſenſu diſſolvi poſſunt uni-
us vel utriusque partis, ſi ſe invicem odiſſe
cœperint, ne inde deterius quid accidat, *cap.
2.extra de ſponſal.* Joach. à Beuſt. *part. 1.de
ſponſal.cap.10.* Johan.Harppr. *ad rubr.Inſt.*
2 *de nupt. num.51.* † quare & ſponſalia de fu-
5 † quòd conſenſus contrahentium neceſſariò requiratur ad ſponſalia, de jure Pontificio pariter & Cæſareo, *l. 2. ff. de ri. nupt. l. cum hic ſtatus. 32. §. ſi mulier. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. cui fuerit. 15. ff. de condit. demonſtr. l. nuptias. 30. ff. de Reg. Jur. Novell. 22. cap. 30. cap. cum locum. 14. c. cum apud. 23. extr. de ſponſal. can. 1, 2. 3. & 4. cauſ. 27. quæſt. 2.*

6 Atque hinc conſenſus † dicitur baſis & fundamentum matrimonii: quin & anima conjugalis contractus, Joh. Harppr. *ad pr. Inſt. de nupt. n. 29.* Joh Gerhard. *in loco de conjug. §. 100.* Ex quo dijudicare licet, non
7 obligare † contrahentes ſponſalia, ſi vi metuvè ad promiſſionem fuerint coacti, nec ejusmodi ſponſalia de jure ſubſiſtere, Bronch. *cent. 3. q. 5.* Joh. Gerh. *in loco de conjug. §. 101. p. 176.* Harppr. *dict. loco. n. 38.* Paul. Cy-
8 præus *de ſponſal. c. 7. §. 7. n. 4.* (1.) † Quin conſenſui nil tam contrarium, quam vis & metus, *c. veniens ad nos. 15. extr. de ſponſal. cap. 2. extr. de eo, qui duxit in matrim. l. Ti-*
9 *tia. 134. in fin. pr. ff. de Verb. obl.* quare † liberrimus ſemper debet eſſe conſenſus in contrahendis ſponſalibus, ex reſcripto Dioclet. & Maxim. Impp. *in l. 14. ibi:* Neque ab initio matrimonium contrahere, neque diſſociatum reconciliare quisquam cogi poteſt; unde intelligis, liberam facultatem contrahendi atque diſtrahendi matrimonii transferri ad neceſſitatem non oportere, *C. de nupt.* Gerhard. *dict. loco.* Harppr. *ad Rubr. Inſt. de*
10 *nupt. n. 38.* (2.) † Idque adhuc clarius expreſſum *in c. cum locum. extr. de ſponſ. & matrim.* ubi Pontifex Alexander III. ita ſcribit: Cum locum non habeat conſenſus, ubi metus vel coactio intercedit, neceſſe eſt, ut ubi adſenſus cujusque requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem ſolo conſenſu contrahitur: & ubi de ipſo quæritur, plenâ debet ſecuritate ille gaudere, cujus eſt animus indagandus, ne per timorem dicet ſibi placere, quod odit, & ſequatur exitus, qui de invitis ſolet nuptiis provenire &c. (3.) † Et quis neſcit in omni con- 11
tractu partium contrahentium ſpontaneum ac liberrimum requiri conſenſum, *l. invitum. 11. C. de contr. emt. l. in commodato. §. ſicut. ff. commod. l. nec emere. C. de jure deliber.* Quidni ergo etiam in matrimonio,
† quod æque inter contractus refertur, *l. ult.* 12
C. de repud. Nov. 22. c. 19. verſ. ſed ſicut in contractu nuptiarum. Novell. 84. cap. 4. in pr. v. ſed falſatis contractibus. cap. ſicut ex literis. 22. cap. tua nos. 26. in fin. cap. cum in tua. 27. cap. ult. extr. de ſponſal. & matrim. Mozz. in tract. de nupt. in pr. Donell. *lib. 2. comm. jur. civil. cap. 20.* Matth. Weſenb. *in §. fuerat. 29. Inſt. de action.* maximè † quia 13
conjugium eſt ſummus amicitiæ gradus, in qua contrahenda imprimis libertas voluntatis requiritur. Joh. Gerh. *in loco de conjug. §. 55. p. 106.* † Nec eſt, quod obſtare exiſti- 14
mes *l. ſi mulier. 21. §. ult. ff. quod met. cauſ. & can. meritò. 15. quæſt. 1.* ubi coacta etiam voluntas aliquo modo pro voluntate habetur: Vere enim aliquo duntaxat modo habetur pro voluntate; ſed talis non eſt, qualis ſufficit in matrimonio, in quo omnino libera & ſpontanea eſſe ac plena ſecuritate gaudere debet, *dict. cap. cum locum. 14. extr. de ſponſal.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Sabinen Michael Rohdens zu Sehrhauſen 15
Tochter/ Klägerin an einem/ Baſtian Colditzen zu Bloßnitz/ Beklagten anders Theils/ *die 15. Febr. Anno 1609.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter nicht in Abrede/ daß er die Klägerin vor deſſen fleiſchlichen erkannt/ und ſie zu ehelichen in den Gerichten zu Gubnitz verſprochen; So iſt er auch ſolcher ſeiner Zuſage förderlichſt nachzukommen ſchuldig/ oder wird von der weltlichen Obrigkeit/ in fernerer Verweigerung/ durch gebührliche Mittel darzu *compelli*ret und angehalten. Er möchte dann/ wie recht darthun und erweiſen/ daß er zu angeregter Zuſagung der Ehe gezwungen worden/ damit würde er in Zeit Sächſ. Friſt billich gehöret/ und ergienge darauf ferner was recht iſt/ V. R. W.)

DEFINIT. XXVII.

Non ſubſiſtunt ſponſalia vi metuvè contracta, licet juramentum intervenerit.

SUMMARIA.

1. Num obligent ſponſalia vi metuvè contracta, ſi juramentum acceſſerit?
2. Juramentum frenum animæ injicit.
3. Conſenſum ſpecialem & expreſſum demonſtrat.
4. Imò, habet clauſula (omni meliori modo.)

5. De

5. *Deciſio negativa.*
6. *Fundamenta & rationes decidendi. n. 10.*
7. *Juramentum ſequitur naturam negotii, cui accedit.*
8. *Nihil addit juramentum actui, ſuper quo interponitur.*
9. *Nec ſupplet conſenſum.*
11. *Non obligat jusjurandum vi metuvè extortum.*
12. *Non purgatur metus per juramentum.*
13. *Concluſum Conſiſtorii Electoralis Supremi.*
14. *Sententia ejusdem Conſiſtorii.*

1 NEquaquam ergò obligantur contrahentes ex ſponſalibus vi metuvè celebratis, *Def. præced.* Quid verò † ſi juramentum acceſſerit? Arctiſſimum equidem hoc eſt rei ſacræ vinculum, per quod cum DEO cenſetur contractum, *cap. debitores. extr. de jurejur.* Natta *con-*
2 *ſil. 506. num. 14.* † adeoque frenum animæ injicit, Port. *conſil. 5. num. 40.* Paris *part. 1. conſil. 69. num. 31.* Andr. Gail. *libr. 1. obſervat. 27. n. 3.* torturamque ſpiritualem non obſervanti infligit, Matth. Weſenb. *conſil. 23. num. 25.* Erneſt. Cothman. *lib. 4. conſil.*
3 *3. num. 86.* quin & † conſenſum ſpecialem & expreſſum demonſtrat, Bald. *in l. 1. num. 4. C. mandat.* Dec. *conſil. 375. numer. 4.* Paris.
4 *dict. part. 1. conſil. 72. num. 18.* † vimque habet clauſulæ (omni meliori modo) Caſtr. *in l. ult. n. 2. C. de non num. pecun.* Octav. Cacheran. *deciſ. 75. n. 7.* Hering. *de fidejuſſor. cap. 24. n. 108.* Vincent. Honded. *lib. 2. conſil. 42. n. 31.* Attamen tam firmum hoc caſu
5 non eſt, quin contrahentes † ob defectum liberi conſensûs ſponſalia annullare queant, Didac. Covarr. *in epit. de matrimon. part. 2. cap. 3. §. 5. num. 1. & ſeqq.* Joach. à Beuſt. *de matrimon. cap. 44.* Albert. Gentil. *lib. 3. de nupt. cap. 9. & 10.* Hieron. de Cæval. *in ſpec. comm. opin. contra comm. quæſt. 604 num. 6. & ſeqq.* Joh. Harppr. *ad pr. Inſt. de nupt. n. 39.* Joh. Schneidewin. *ad tit. de nupt. Rubr.*
6 *de nupt. licit. n. 24.* (1.) † Ex quo enim matrimonium ad ſui ſubſtantiam liberum ac ſpontaneum requirit conſenſum, ita ut coacti ad contrahendum ſponſalia firmiter non obligentur, *Defin. præced.* nec juramento adhibito fortior vis eſt attribuenda, quippe
7 quod † ſequitur naturam negotii & actûs, cui accedit, *l. ult. C. de non num. pecun.* Mod. Piſtor. *vol. 1. conſil. 21. n. 7.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 23. n. 20.* Octav. Cacheran. *deciſ. 21. n. 5.* † nihilque addit actui, ſuper quo interponitur, neque obligationem auget, vel extendit, Bald. *in l. ſi procurator. col. 3. ff. de condict. indeb.* Zaſ. *ad l. 5. n. 23. ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut.* Andr. Tiraquell. *in l. ſi unquam in præfat. num. 165. C. de revoc. don.* Marta *de jurisdict. part. 4. cent. 1. caſ. 16. n. 10.* quin † nec conſenſum ſupplet, Bart. *in l. ſi quis pro eo. n. 15. ff. de fidejuſſ.* Paul Caſtr. *vol. 2. conſil. 122. n. 4.* Vincent. Honded. *libr. 2. conſil. 68. n. 44. & ſeq.* (2.) † Quod & facit textus clarus *in cap. ſignificavit. 2. extr. de eo qui duxit in matrimon. &c.* ubi ſic ſcribit Alexander III. Pontifex: Mandamus, quatenus ſi conſtiterit, quòd eidem O. tanta vis illata fuerit, quòd non ſponte in primam conſenſerit, nec poſt præſtitum juramentum ipſam carnaliter cognoverit: propter hoc non dimittes, quin ad aliam, quam poſteà in uxorem acceperit, revertendi liberam tribuas facultatem &c. (3.) † Nec ipſum juramentum vi & metu extortum jurantes obligat, quippe quod ſervari non debet, *cap. cum contingat. extr. de jurejur.* † nec per juramentum metus purgatur, *dict. cap. ſignificavit.* ubi Gloſſ. *extr. de eo, qui duxit in marimon.* Joach. à Beuſt. *de matrimon. cap. 44. p. 173.* veluti † etiam concluſum à Conſiſtorio Electorali: Dieſe letzte Meynung iſt den Rechten gemäß/ die da ſagen: *Omne juramentum, quod non tendit in interitum æternæ ſalutis, eſſe ſervandum, niſi aut metu vel dolo extortum ſit, cap. cum contingat. extr. de jurejur. cum ſimilibus &c.* ap. Georg. Dedeken. *vol. 3. conſil. theol. lib. 2. ſect. 7. n. 7. §. 5. p. 198.* 8 9 10 11 12 13

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Johannis* Miriſchen/ *Menſ. Jul. An. 1610.* 14
(*Verba Sententiæ:* Hat *Nicolaus Nemanius* durch Gefängniß-Zwang/ harte Bedrohung und Furcht euch dahin gebracht/ daß ihr nicht allein in einem von euch ſelbſt geſchriebenen *Revers* bekannt/ ſondern auch vermittelſt eines geſchwornen leiblichen Eydes beſtärcket: Ihr hättet ſeine Tochter Marien geſchwängert/ und wäret der Vater zum Kinde/ welches ſie unlängſten zur Welt gebracht/ habt auch verſprochen/ ſo viel an euch/ die Tochter zur Ehe zu nehmen/ wenn es mit ihrer Eltern Einwilligung geſchehen könte/ und hierüber euer gantzes Vermögen gegenwärtiges/ und aufn Fall ihr ſie *deſeri*ren würdet/ auch das zukünfftige *pro defloratione* und zu Unterhalt des Kindes/ durch eine Ubergabe unter den Lebendigen ihr/ dem Kinde/ oder nach deren Abſterben ihren Eltern geeignet; So wil euch vor allen Dingen gebühren/ über dieſer Sache in euer Gewiſſen zu gehen/ und daſſelbe zu prüfen/ ob ihr an der zugemeſſenen Schwängerung/ beförderſt mit Vertröſtung der Ehe/ ſchuldig ſeyd/ ob auch ihr bey der Eydesleiſtung die Ehe

zu

zu vollnziehen in Willens geweſen/ oder nicht. Aufn Fall ihr nun daran ſchuldig/ oder den Eyd zu halten Anfangs geſinnet geweſen/ ſo habt ihr deſto mehr Urſach/ euerm Gewiſſen und der verletzten Perſon/ mit Vollziehung der Ehe mit ihr/ zu rathen. Wofern aber die Schwängerung zur Ungebühr euch zugemeſſen würde/ und ihr dieſe Perſon zur Ehe zu nehmen bey der Eydesleiſtung nicht gemeynet geweſen/ auch nochmals gäntzlichen nicht bedacht; So möget ihr mit ihrem Vater dahin handeln laſſen/ daß er euch das *jurament* gutwillig *remitti*re/ und den *Revers* wieder ausantworte; Er thue nun ſolches oder nicht/ ſo ſeyd ihr doch den aus Zwang und Furcht geſchworen Eyd zu halten nicht verbundnen/ ſondern wenn ihr dieſes alſo vor das ordentliche *Conſiſtorium* bringet/ und den angezogenen Zwang/ wie euch zu thun gebühret/ gnugſam ausgeführet/ werdet ihr von des *Nemanii* und ſeiner Tochter ehelichen Zuſprüchen billich *abſolvi*rt und entbunden/ V. R. W.)

Definit. XXIX.

Convaleſcunt tamen ſponſalia vi metuvè contracta, ſi levis fuerit timor, vel ſponſalia ex poſtfacto à contrahentibus ratificata.

SUMMARIA.

1. *Cautè procedendum in dirimendis ſponſalibus, ſi juramentum acceſſerit. n. 2.*
3. *Juramentum eſt ſpecies religionis.*
4. *Unde & dicitur Sacramentum. n. 5.*
6. *Sponſalia coacta ſubſiſtunt, ſi vis ac metus minor inferatur.*
7. *Sufficit metus minor in fœminâ ad diſſolutionem ſponſaliorum.*
8. *Non indifferens eſt metus in maſculo.*
9. *Quâ in re ſpectanda eſt qualitas perſonæ.*
10. *Res hæc judicis arbitrio committenda.*
11. *Sponſalia coacta ſubſiſtunt, ſi per actum ſubſequentem fuerint convalidata.*
12. *Convaleſcunt ſponſalia coacta ex ſpontaneâ ratificatione.*
13. *Non modò verbis, ſed & ipſo facto voluntas declaratur.*
14. *Facta plus habent ponderis, quàm verba.*
15. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

ADeò cum libero pugnant conſenſu
vis ac metus, ut eô ad promittendum adacti contrahentes ſponſalia
iis haut obligentur, quantumvis
jusjurandum intervenerit, *Defin. præced.*
1 quo tamen † caſu cautè ac providè procedendum, ne ſcrupulus injiciatur conſcientiis,
ſed minima quæque ponderentur & examinentur, ipſiq; contrahentes perſvadeantur,
ut ſi cauſa non obſtet prægnans, juratæ promiſſioni ſatisfaciant, & conjugium ineant,
prout apparet ex tenore *ſententiæ in calce*
2 *Definit. præced.* adductæ. † Quo & faciunt
verba in Berathſchlagung des Churfürſtl. Sächſ. *Conſiſtorii:* Beza *de divort. pag. 177.* ſchleuſt dahin/ daß der/ ſo den Eyd geſchworen/ mit gebührlicher Warnung nachzuſetzen/ welches billich geſchicht. Wenn aber dieſes nicht ſeyn könte/ daß alsdenn die abgedrungene *ſponſalia juramento non obſtante* für nichtig und unkräfftig zu erklären/ apud Georg. Dedek. *vol. 3. conſil. theolog. lib. 2. ſect. 7. num. 6. pag. 189.* Eſt namque
† juramentum ſpecies religionis, *l. neque.* 3
36. in pr. ff. de fideicommiſſ. libert. cap. etſi Chriſtus. 26. extr. de jurejur. nec ullum vinculum juramento præſtantius perhibetur ſecundum Cicer. *lib. 1. offic.* unde & ſacramentum † dicitur, quaſi ſacræ rei arctiſſimum 4
vinculum, Joh. Oldendorp. *claſſ. 1. act. 9. in pr.* & omnium gentium ultimam fidem eſſe jusjurandum, ſcribit Dionyſ. Halycarnaſſ. *lib. 6. antiq. Roman.* † indeque gentiles ſa- 5
niores cenſuerunt, ac ſi Jovem fefelliſſet, qui id violat, Deorumque injurias Diis curæ eſſe, ſcribit Cornel. Tacit. *lib. 1. Annal.*

Cæterum ſive juramentum intervenerit, ſive non, ſponſalia etiam coacta obligant contrahentes: (1.) † ſi minor ſaltem 6
vis aut metus promiſſioni anſam dederit. Nec enim omnis indifferenter vis ac metus ſponſalia coacta annihilat, ſed is ſolummodò, qui poſſet cadere in virum vel mulierem conſtantem, veluti ſi contineat periculum mortis vel cruciatûs corporis

poris, l. metum. ff. quod met. cauſ. l. interpo-
ſitas. junct. ibi Gloſſ. in verb. cruciatum. C. de
transact. cap. cum dilectus. ubi Gloſſ. in
verb. metum. & ibidem Panorm. n. 2. extr. de
his quæ vi met. cauſ. fiunt. Alexand. vol. 5.
conſil. 156. n. 6. Joach. à Beuſt. de ſponſal. cap.
44. verſ. ſciendum tamen eſt. pag. 174. Henn.
Arniſ. in comm. polit. de jur. connub. cap. 3.
act. 9. n. 18. Joh. Harppr. ad pr. Inſt. de nupt.
7 num. 38. quamvis minor † ſufficiat metus in
fœminà, quàm in maſculo, quia natura mu-
lieris regulariter eſt infirma & fragilis, l. re-
gula. ff. de jur. & facti ignorant. Gloſſ. cap.
cum locum. extr. de ſponſal. Jaſon. in dict. l.
interpoſitas. C. de transact. Didac. Covarr.
de matrim. part. 2. cap. 3. §. 4. num. 17. & ſeqq.
Dec. in l. 39. ff. de Reg. Jur. Albert. Gentil.
de nupt. lib. 3. cap. 10. Paul. Cypræus de ſpon-
ſal. §. 15. Andr. Tiraquell. de lib. connub. l. 9.
concl. 1. part. 9. n. 160. nec in fœmina fas eſt
quærere tantam perfectionem, quantam
Ariſtoteles in Eth. viro bono præſcripſit.
8 At † nec in maſculo indifferens eſt metus,
ſed quandoque major, quandoque minor
pro ratione ſubjecti, adeò ut Ulpian. metum
omnem æſtimari velit ex affectu ejus, qui
metum patitur, l. metus. 3. ff. ex quib. cauſ.
major. ſeu ex conditione perſonarum ut ex-
9 plicat Dec. dict. loco. num. 3. † ſiquidem in
omni diſpoſitione ſpectanda eſt qualitas per-
ſonæ, ad quam diſpoſitio refertur, l. plenum.
12. §. equitii. ff. de uſu & habitat. Jaſon. in l.
ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de V. O. Felin.
in cap. cauſam. num. 17. extr. de reſcript. Ar.
Pinell. in l. 1. part. 2. n. 75. usque ad fin. C. de
bon. matern. Jacob. Menoch. de præſumt. lib.
3. præſumt. 4. n. 3. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 93.
10 † quà de causà, utrum quis juſto timore per-
culſus conjugiũ promiſerit, judicis arbitrio
& diſquiſitioni relinquendum, ait Ulpian. in
dict. l. metus. 3. ff. ex quib. cauſ. major. Beuſt.
dict. cap. 44. pag. 175.

(2.) † Porrò nec tùm annullanda ſunt 11
ſponſalia vi metuvè contracta, ſi metus per
actum aliquem ſubſequentem, puta per
copulam carnalem voluntariam vel cohabi-
tationem ſpontaneam, aliumvè actum, libe-
rum conſenſum exprimentem purgetur;
tùm ſanè matrimonium metu initum conva-
leſcit, l. 2. C. de his quæ vi metuvè cauſ. cap.
ad id. 21. ubi Panorm. & Præpoſ. extr. de
ſponſal. Pariſ. lib. 4. conſil. 170. num. 25. Paul.
Cypræus de ſponſal. cap. 13. §. 23. Joh. Harppr.
ad dict. pr. Inſt. de nupt. n. 40. Joh. Schneidevv.
ad tit. Inſt. de nupt. in 2. part. n. 23. Maximè
omnium verò † convaleſcunt ſponſalia me- 12
tu contracta, quando poſtea ceſſante causà
metus ſpontanea ratificatio fuerit ſubſecuta,
quia metus ex intervallo purgari poteſt, dict.
l. 2. C. de his quæ vi metuvè cauſ. Octav.
Cacher. deciſ. 177. Joach. a Beuſt. dict. loco.
Nimirum facta quæque à prudente judice
ſunt examinanda ad exquirendam contra-
hentium voluntatem pro ſubſiſtentià ſpon-
ſaliorum & conſummatione matrimonii;
ſiquidem non modò verbis, ſed & ipſo † fa- 13
cto voluntas declaratur, Andr. Tiraquell. de
retract. lignag. §. 32. gloſſ. un. n. 25. quin &
plus eſt factis demonſtrare, quàm verbis di-
cere, l. ſi tamen. 48. §. ei qui ſervum. 3. ff. de ædil.
edict. Gloſſ. 1. in cap. dilecti. 52. verb. facto
provocare. extr. de appellat. Andr. Tiraquell.
de nobilit. cap. 6. num. 9. verſ. ex quo notat
gloſſa Dec. conſil. 586. num. 13. verſ. & plus eſt
jacere &c. factaque † plus habent ponderis 14
ad declarandam voluntatem, quàm verba,
Ludov. Roman. conſil. 291. n. 4. Carol. Molin.
ſuper conſuet. Pariſ. §. 1. gloſſ. 5. verb. Leſief. n.
29. Octav. Cacheran. conſil. 1. n. 73. Jacob.
Thoming. deciſ. 47.

Ita † Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Matthæi Frenckels zu Sehrhauſen/ *die 7.* 15
Februar. An. 1609. (Verba Sententiæ: Hat Johann Siebmann zu eurer Schwe-
ſter Kundſchafft geſuchet/ mit derſelben zun öfftern umgangen / und ſich alſo ge-
gen ihr bezeiget/ ob hätte er eine ſonderliche Liebe auf ſie geworffen/ alſo daß ſein
Vorhaben zu freyen daraus allenthalben zu verſpüren geweſen. Nachdem er
aber das Werck nicht zu Ende bringen wollen/ und ihr euch befürchtet/ es möchte
eure Schweſter von ihme geſchimpffet/ auch wol hierdurch ungleiche Nachrede
ihr zugezogen werden/ habt ihr euch nebens zweyen noch andern Befreunden
an ihn gemacht/ mit harten und bedräulichen Worten ihm zugeſetzt/ bis er end-
lichen eurer Schweſter in Beyſeyn eurer und der andern beyden Befreunden
die Ehe verſprochen und zugeſaget. Ob er nun wol ſolcher ſeiner Zuſage nach-
zukommen nicht gemeynet/ mit Vorwenden/ daß er hierzu gezwungen und mit
harten bedräulichen Worten angehalten worden: Dieweil ihr es aber dennoch
bey den Worten verbleiben laſſen/ nichts thätliches vorgenommen/ noch fernere
Bedrauung wider ihn gebrauchet/ alſo daß keine ſonderbare Furcht ſich bey ih-
me ereignen können/ über diß auch nach beſchehener Zuſage er ferner weit Freund-
ſchafft zu eurer Schweſter geſuchet/ mit ihr ſtets umgangen / und nicht einmal/
ſondern zun öfftern auf ſolche Zuſage der Ehe ſich beruffen/ ꝛc. So hat er ſich
da-

dahero mit ſeinem Einwenden nicht aufzuhalten / ſondern er iſt mit vorbemeldter euer Schweſter die Ehe zu vollziehen ſchuldig / im Fall der Verweigerung wird er von der Obrigkeit durch gebührende Zwangs-Mittel darzu billich *compelliret*/ V.R.W.)

Definit. XXX.

Non cogendi ſunt liberi à parentibus ad connubia eorum, à quibus abhorrent; nec jure ſubſiſtunt ſponſalia ejusmodi ab invitis contracta.

SUMMARIA.

1. *Parentes liberis de matrimonio proſpicere debent.*
2. *Qua in re liberi parere ſunt obſtricti, numer. 4.*
3. *Parentes pro liberis optimum capere conſilium præſumuntur.*
5. *Obedientia & contemtus parentum maximè in matrimonio ineundo conſpici poteſt.*
6. *Ne abutantur poteſtate ſuâ parentes, numer. 9.*
7. *Non ſubſiſtunt ſponſalia ab invitis liberis contracta.*
8. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n. 10. 11. 12.*
13. *Incommoda matrimonii à liberis invitis contracti.*
14. *Explicatio* l. 22. ff. de rit. nupt. *n. 15.*
16. *Metus reverentialis non annihilat ſponſalia liberorum.*
17. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
18. *Ejusdem Sententia.*

1 NOn minimus patriæ poteſtatis eſt effectus, ut parentes liberis de matrimonio proſpiciant, quod ſapientiſſimè à Platone *lib. 6. de legib.* ſcriptum, paterni eſſe officii, moribus civium diligenter examinatis, idoneum ſibi generum & maritum filiæ eligere, Paul. Cypræus *de*
2 *ſponſal. cap. 6. §. 2. num. 1.* quâ in re † liberi parentibus obedientiam præſtare ſunt obſtricti. Naturâ enim æquum eſt, ut parentibus liberi reverenter pareant, atque ipſorum, à quibus tanto labore ad illam usque ætatem ſunt educati, conſenſu quævis agant, *l. 2. ff. de juſt. & jur. l. parentes. 6 ff. de in jus vocand. l. liberi. 48. C. de inoff. teſtam. l. 3. & 4. C. de patr. poteſt.* Cypr. *dict. cap. 6.*
3 *§. 1. numer. 1. & 2.* maximè † cum parentes optimum & ſaluberrimum pro liberis conſilium capeſſere præſumantur, *l. nec in eâ. 22. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Heig. *ad pr. Inſt. de nupt. num. 12.* Quemque honorem, quam obedientiam ex præcepto divino & promiſſione vitæ longævæ parentibus liberi exhibere debent, *Exod. cap. 20. verſ. 12. & cap. 34. verſ. 16. Deuter. cap. 5. verſ. 16.*
4 *Num. 30. 5. & 6.* maximopere † in connubiis attendere eos oportet, ne ſpreto parentum conſenſu & authoritate rem tàm arduam, tantoque conſilio indigentem aggrediantur, Mart. Chemnit. *in 2. part. exam. Concil. Trident. ſub fin. tit. de clandeſtin. matrim.*
5 Neque † etiam ullâ in re aut negotio filiorum obedientia erga parentes illuſtrius conſpici poteſt, vel etiam contemtus, quàm in nuptiis contrahendis. Nec honor major, nec contumelia inſignior parentibus haberi aut inferri poteſt, quàm ſi liberi iis hic obtemperent aut refragentur in re tanti momenti & periculi, Cypræus *dict. §. 1. n. 2.* At caveant parentes, † ne poteſtate ſuâ abutantur, conjiciendo liberos in matrimonium eorum, à quibus abhorrent, quorumque amorem odio perſequuntur. 6

Nec enim ſponſalia † hoc caſu ab invitis & coactis liberis contracta jure ſubſiſtunt, Alexand. Carer. *lib. 4. de ſponſal. & matrim. cap. 10.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 55. pag. 107.* Paul. Cypr. *dict. cap. 6. §. 2. n. 14.* Joh. Harppr. *ad pr. Inſt. de nupt. n. 142.* Alber. Gentil. *lib. 4. de nupt. cap. 12.* Connan. *lib. 8. comment. jur. civil. cap. 4. num. 4.* B. Lutherus *in ſcripto:* Daß die Eltern die Kinder zur Ehe nicht zwingen. Joach. à Beuſt. *de matrimon. part. 2. cap. 45. pag. 185.* Idque (1.) † vel ex hoc unico fundamento, quod matrimonia non debeant eſſe coacta, ſed liberrimus hoc in negotio requiratur conſenſus, *cap. cum locum. 14. extr. de ſpouſal. can. ubi non eſt.* ibi: *Ubi non eſt conſenſus utriusque, ibi non eſt conjugium, etiamſi pater & mater hoc voluerint & fecerint. cauſ. 30. quæſt. 2.* Ex quo perſpicuum eſt, quemadmodum liberi non debent contrahere matrimonium ſine conſenſu parentum, † ita econtra parentes non debere nec poſſe liberos cogere ad ducendas conjuges, quas ipſi elegerunt refragantibus libe- 7 8 9

10 liberis, Beuſt. *dict. l.* (2.) † Idque diſertis verbis reſcriptum ab Impp. Dioclet. & Maxim. Nec filium quidem familias invitum ad uxorem ducendam cogi, legum diſciplinâ permittitur; igitur ſicut deſideras, obſervatis juris præceptis ſociare conjugio tuo, quam volueris, non impedieris: ita tamen, ut contrahendis nuptiis patris tui conſenſus accedat, *in l. 12. C. de nupt.* idemque repetunt *in l. neque ab initio. 14. C.*
11 *eod. tit.* Quò & facit † textus *in l. 13. ibi: Filio familias diſſentiente, ſponſalia nomine ejus fieri non poſſunt. ff. de ſponſal. & l. 21. ibi: Non cogitur filius familias uxorem du-*
12 *cere. ff. de rit. nupt.* (3.) Et † revera abutuntur parentes ſuo imperio & jure, quod in liberos habent, qui eos invitos illas in nuptias conjiciunt, ac cogunt ducere, vel nubere iis, à quibus prorſus abhorrent; Tyrannidem enim exercent & peccant in leges, quas ut domeſticus Magiſtratus ſervare deberent, Seneca *de benefic. libr. 3.* ut rectè ſcripſerit Lutherus: Es iſt ein teufliſch Recht / die Kinder zur Ehe zu zwingen / da kein Hertz iſt im Kinde. Cypræus *dict. cap. 6. §. 2. num. 14.* & Alexand. Carer. Inhumanum profectò, liberos cogere ad ea matrimonia, à quibus toto pectore abhorrent, imò ſervitute durius id judicandum, quia ſervitute multis modis liberari aliquis poteſt, ſed à conjugii vinculo ſola mors liberat, *dict. lib. 4. de ſponſal. & matr. cap. 10.*
13 (4.) † Ut taceamus incommoda horum matrimoniorum, quæ ut plurimum malos habere ſolent exitus, *cap. requiſ. extr. de ſponſal.* quod enim aliquis non diligit, facile contemnit, *c. præſens. 20. quæſt. 3.* Hinc invitas nuptias hæc comitari mala, ait Socrates, perpetuam ſollicitudinem, excruciantem zelotypiam, contextum querelarum, exprobrationem dotis grave affinium ſupercilium, incertos liberorum eventus, interitum generis, heredem alienum & dolores innumeros, Gerhard. *dict. §. 56. p. 107.*

Quid ergò eſt, quod † ſcribit JCtus 14
Celſus: Si patre cogente filius familias ducit uxorem, quam non duceret, ſi ſui arbitrii eſſet, contraxit tamen matrimonium, quod inter invitos non contrahitur, maluiſſe hoc videtur, *in l. 22. ff. de rit. nupt.* Annè dicemus: quando filius non abhorret à re uxoria, licet aliam velit ducere, quam quæ patri placet, tùm omnino ad hujus nuptias adigendum? cum Anton. Fab. *tom. 1. Jurispr. Papin. tit. 9. pr. 4. illa. 1.* Non certe, quia ſponſalia hæc eſſent coacta. Placet ergò † cum Dd. *dict. l. 26.* accipere de co- 15
actione, quæ fit non vi aut minis atrocioribus, ſed ſvaſu & exhortatione, verecundia immutante voluntatem, Joh. Harppr. *dict. pr. Inſt. de nupt. n. 143.* Scilicet ſolus † me- 16
tus reverentialis abſque expreſſo diſſenſu liberorum ſponſalia non annihilat, Joach. à Beuſt. *de matr. part. 2. cap. 44. p. 176.* Berathſchlagung des Churfl. S. *Conſiſtorii,* §. *non obſtat* des Herrn Lutheri apud Georg. Dedeken. *vol. 3. conſil. theolog. lib. 2. ſect. 7. num. 6. pag. 198.*

Ita † *ConſiſtoriumSupremum in causâ* Melchior K. zu Wentzendorff / Klägern an einem / 17
Magdalenen / Hanſen T. Tochter / und Greg. L. Beklagte anders und dritten Theils / *die 8. Novembr. An. 1619.* (*Verba Decreti:* Dieweil beklagte Magdalena geſtändig / daß ſie zuvor mit Klägern hoch und hart verbunden / auch wenn ſie einander nicht ehelichen / ſie nicht gedächten ſelig zu werden; hernach aber von ihrer Mutter und Geſchwiſter zu dem mit gedachten L. gehaltenen Eheverlöbnüß gezwungen worden / inmaſſen die Mutter ſie in die Stube geſchleppet / ihre Hand in L. Hand geſchlagen / und ihr den Mahlſchatz in den Buſen geſtecket / deſſen L. vor uns nicht in Abrede geweſen / ꝛc. Als wird nunmehr die Ehe zwiſchen Klägern und beklagter Magdalenen billich vollzogen / Beklagtem L. aber ſich in andere Wege hinwieder Chriſtlich zu verehlichen verſtatten u. nachgelaſſen / V. R. W.)

Et † *ad requiſitionem M. Danielis Henichens, Superintendentis Annæbergenſis, die 30. Se-* 18
ptembr. An. 1609. (*Verba Sententiæ:* Hat M. Michael G. geweſener Pfarr zu S. ſeine Tochter Mariam Herrn Fabiano C. itzigem Pfarrer zu D. ehelichen zugeſagt / und wiewol gedachte Maria von ihrem Vater und Mutter mit harten Betrauungen und Schlägen darzu gedrungen / daß ſie ihm die Hand geben müſſen / hat ſie doch vor- in- und nach dem Verlöbniß niemals ihren freywilligen *Conſens* und Willen darein gegeben / ſondern ihme ins Angeſicht geſagt / und geſchworen / der Teufel ſolt ſie holen / da ſie ihn nehmen wollen / welches ihre Mutter ſelbſt alles geſtanden / die Tochter auch noch dieſe Stunde beharrlichen darauf beruhet / dannenhero Er C. ſelbſten durch Erkäntniß um Loßzehlung gebeten / ꝛc. So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel / daß angeregtes Verlöbniß zu Recht unkräfftig und unbündig / derowegen auch beyden Theilen in andere Wege Chriſtlichen ſich zu verheyrathen zu verſtatten und nach zu laſſen / oder da es hierum anders bewandt wäre / dieſelbe an uns zu ferner Verhör billich zu verweiſen / V. R. W.)

DEFINIT. XXXI.

Sponſalia ab ebrio contracta rata & valida non ſunt.

SUMMARIA.

1. *Conſenſus eſt baſis & fundamentum matrimonii.*
2. *Non ſubſiſtunt ſponſalia ab ebrio contracta. n. 8.*
3. *Ebrius non poteſt conſentire.*
4. *Comparatur furioſo ac dementi.*
5. *Quin & ignorantibus ac infantibus.*
6. *Ebrietas eſt inſania voluntaria.*
7. *Ebrius mortuo comparatur.*
9. *Diſtinguendum tamen inter magnam & modicam ebrietatem.*
10. *Leviter inebriatus valida contrahit ſponſalia.*
11. *Leviter ebrii parùm diſtant à ſobriis.*
12. *Quibus in caſibus ſubſiſtant ſponſalia ab ebrio contracta?*
13. *Singulæ quæque circumſtantiæ ſunt ponderandæ. n. 14.*
15. *Ebrius ſponſalia contrahens mulctam incurrit.*
16. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 POſtquam conſenſus dicitur baſis & fundamentum matrimonii, quin & anima conjugalis contractus, *l. 2. ff. de rit. nupt. l. cum hic ſtatus. 32. §. ſi mulier. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. nuptias. 30. ff. de Reg. jur.* Joh. Gerhard. *in loc. de conjug. §. 100.* Joh. Harpp. *ad pr. Inſt. de nupt.*
2 *n. 29.* facilè hinc dijudicare licet, non † ſubſiſtere ſponſalia ab ebrio contracta, ut rectè advertunt Didac. Covarruv. *in epit. de matrim. part. 2. cap. 2. n. ult.* Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de rit. nupt. n. 8. dictum hactenus. &c.* Ripa *in l. ult. C. de revocand. donat. quæſt. 22.* Joh. Gerhard. *dict. loco. §. 117.* Joach. à Beuſt. *de nupt. part. 1. cap. 11.* Harppr. *ad dict. pr. inſt. de nupt. n. 43.* Al-
3 ber. Gentil. *l. 3. de nupt. cap. 8.* Ebrius † quippe & poculis usque ad alienationem mentis obrutus neſcit, quid loquitur, quidve facit, nec velle nec conſentire dicitur, *can. qui concupiſcentia. 16. quæſt. 1.* ſed eſt inſtar furioſi menteque capti, qui conſenſu & intellectu carens nuptias contrahere haut poteſt, *l. furor. 8. ff. de ſponſalib. 1. oratione 16. in fin. ff. de rit. nuptiar. cap. dilectus. 24.*
4 *extr. de ſponſal.* Etenim † ebrii & temulenti æque ac furioſi atque dementes, quid agatur, non intelligunt, tanquam à mente & ſemetipſis exulantes: ſiquidem ebrietas non minùs quàm furor mentis quandam inducit alienationem, *cap. à crapulâ. extr. de vit. & honeſt. Cleric.* eſtque privatio intellectûs, per quam oblivio quædam ſui ipſius generatur. Quam ob cauſam etiam
5 ebrii paſſim in jure † ignorantibus comparantur, imò & infantibus ac impuberibus, h. e. iis, qui per ætatem, quicquid vident, legum præſumtione creduntur ignorare, *l. 1. §. impub. ff. de falſ. monet.* Nicol. Reuſner. *lib. 2. deciſ. 14. num. 13.*

† Quemadmodum ebrietas à Senecâ voluntaria dicitur inſania, in quâ nec ratio, nec intelligentia, nec memoria, nec ullum ferè vitæ rectè gerendæ conſilium reperitur, prout communis rerum teſtatur uſus & experientia. Ac tandem jure canonico ebrius † mortuo comparatur, *can. venter. diſt. 35.* in quo omnis ceſſat voluntas & conſenſus. Atque hinc ſponſalia ab ebriis contracta pro nullis habita fuiſſe tàm à Wittebergenſi, quàm Miſnenſi Conſiſtorio, refert Georg. Dedekenn. *vol. 3. conſil. eccleſiaſt. lib. 2. ſect. 7. n. 16. & 17. pag. 207.* 6 7
† Et de iis benè dicit Hemmingius: Quod malè conclutinavit vinum, quod temeritas, quod cœcus amor, quod malè per lenas & lenones ſuos diaconos conjunxerat diabolus, hoc per ſuos miniſtros dirimat Deus, neque enim ſentiendum eſt, eos à Deo eſſe conjunctos, qui malè ſunt conjuncti, *in lib. de conjug. part. 216.* 8

Sed accepta † hæc velim de magnâ atque immodica ebrietate, quæ procul dubio mentis alienationem inducit. Cæteroquin ſi leviter & modicè ebrius contraxerit ſponſalia, haut merebitur veniam recedendi à promiſſione ſemel factâ. Beuſt. *dict. cap. 11.* Gerh. *dict. l.* Qui † enim leviter ſaltem inebriatus eſt, & uſum rationis aliquem adhuc habet, is certè furioſo æquiparari nequit; quare ceſſante æquiparationis causâ ebrio nil quicquam veniæ eſt indulgendum. Quin † & leviter ebrii parùm diſtant à ſobriis ac imò potius ſobriorum numero habentur, ut vult Andr. Tiraq. *in l. ſi unquam. 8. Gloſſ. ſuper verb. donatione largitus. n. 124. C. de rev. donat.* Hippol. de Marſil. *ſing. 276.* 9 10 11

Eſt porrò † & hoc attendendum, an ſobrius ratum habuerit, quod in ebrietate geſtum ac promiſſum eſt: Vel etiam an ebrius 12

quoti-

quotidianæ ingurgitationi ac fallaciis ludificandi honeſtas virgines fuerit deditus; ne hanc aſſertionem nimis extendendo feneſtra aperiatur malitiis. Bene † itaque monet Joach. à Beuſt. ſingulas quasque circumſtantias hic probè conſiderandas & explorandas eſſe, priusquam ad certum deveniatur deciſum, *dict. cap. 11.* Quò & inclinat † die Berathſchlagung des Churfl. Sächſ. *Conſiſtorii ſuper hâc quæſtione in verb.* Uns bedüncket/ daß dieſe Sache ſehr auf den Umſtänden beſtehet und der *qualit*ät *ebrietatis*, da dieſelbige ſehr groß und übermäſſig wäre / *quod mentis exilium inducit*, und der Betrug auf der Braut oder Freunde Seiten lieffe mit unter/ ſo wäre ein ſolcher ledig und loß zu ſprechen/ wann er folgends nüchterner Weiſe nicht *ratifi*ciret/ Kling. *de cauſ. matrim. in tit. de errore qualitatis.* ubi dicit, *etiamſi copula carnalis fuerit ſubſecuta*; ſintemal unverneinlichen / daß in dieſem Fall kein freywilliger *conſenſus* vorhanden/ und weil dieſer Fall offt vorkomt/ wäre rathſam/ hierinnen durch eine *conſtitution* eine Gewißheit zu machen; apud Georg. Dedekenn. *dict. ſect. 7. n. 13. pag. 204.* † Planè ſilentio haut prætereundum eſt, quod licet hoc caſu ebrius ex ſponſalibus in ebrietate contractis non obligetur, pœnam tamen arbitrariam incurrat ob inſignem levitatem & vel ſaltem propter ipſam ebrietatem, quæ mulctam meretur, *Receſſ. imper. Colon. de anno 1512. Reformat. Polit. Anno 1530. in Receſſ. Auguſt. Et de anno 1648. in Receſſ. Imperii* von Zutrincken/ Reiterbeſtallung zu Speyer aufgerichtet *de anno 1570. art. 48. 49. 50. 51. 52. Ordin. Polit. de anno 1577. tit. 8. in fin.* quâ de re pluribus dixi in *Pract. crim. part. 3. quæſt. 146. n. 22. & ſeqq.*

13 14 15

16 *Ita † Conſiſtorium Supremum in cauſâ* Annen Heinrich *H.* zu *E.* Tochter Klägerin an einem/ Chriſtoph *W.* zur *M.* Beklagten anders Theils / *die 18. Octobr. Anno 1619.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter nach ernſter Zurede und erlittener Gefängniß dabey/ daß er ſich in trunckener Weiſe mit der Klägerin verlobet / und ihr nimmermehr hold ſeyn könte / beharret / dahero Klägerin und ihr Vater von ihme loßgezehlet zu werden inſtändig und um Gottes willen gebeten; So iſt ihrem Erſuchen bey geſtalten Sachen ſtatt gegeben/und beyden Theilen ſich anderweit Chriſtlichen zu verehlichen verſtattet/ darneben aber der Strafe und Unkoſten halber dem Schöffer zu Schwartzenberg wider Beklagten und ſonſten die Gebühr befohlen worden/ darnach ſie ſich zu achten/ꝛc.)

TIT. III.

De

Sponſalibus Clandeſtinis.

DEFINIT. XXXII.

Prohibita ſunt ſponſalia clandeſtina: & quibus ex cauſis?

SUMMARIA.

1. *Solus conſenſus facit nuptias.*
2. *Providendum, ne ſponſalia clandeſtinè, ſed in præſentia teſtium contrahantur. n. 10.*
3. *Ob conjugii dignitatem.*
4. *Publicamq; honeſtatem.*
5. *Ex ſponſalibus clandeſtinis multa oriuntur incommoda.*
6. *Quibusdam in locis ſponſalia Magiſtratui denunciantur.*
7. *Ethnici ſponſalia publicè contrahenda ſtatuerunt.*
8. *Adducitur exemplum Booz ex jure divino.*
9. *Quod & apud omnes gentes fuit receptum.*
11. *Sponſalia clandeſtina ſunt prohibita. n. 12.*
13. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
14. *Ejusdem Sententia.*

1 QUantumvis ſolus conſenſus faciat nuptias & ſponſalia, *l. 30. ff. de Reg. jur. l. ſponſalia ſicut nuptiæ. 11. ff. de ſponſal. l. oratio. 16. ff. eod. tit.* attamen cum omnia decenter ac honeſtè in Eccleſiâ Dei peragi debeant, pro-
2 videndum maximè,† ne ſponſalia clandeſtinè, ſed in præſentiâ honeſtorum teſtium contrahantur, Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 142. pag. 223.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. & matrim. part. 1. cap. 13.* Johann. Schneidevvin. *tit. Inſt. de nupt. part. 1. n. 20. & ſeqq.* Paul. Cypræus *de ſponſal. cap. 10. §. 1.* Idque (1.) † non ſolummodò ob conju- 3
gii dignitatem, quippe quod eſt ſancta Dei ordinatio, *Gen. 2. v. 24. Matth. 19. verſ. 4.*

 cujus

cujus opus gloria & decor, dignumque honore cenſetur, quicquid Deus ordinavit &
4 inſtituit, *Pſ. 111. v. 3.* Sed & (2.) † ob publicam honeſtatem, quæ non admittit, in angulo remotis arbitris de conjugio tractare; pugnat namque cum puellari pudicitiâ, virgines ſeipſas deſpondere, nec carent turpitudinis ſuſpicione, quæ clandeſtinè tractan-
5 tur, Gerh. *dict. loc.* (3.) † Et quis non animadvertit incommoda, lites inextricabiles, perjuria ex clandeſtinis ſponſalibus metuenda; ex quo etiam quibusdam in locis receptum, ut ſponſalia vel contrahenda
6 vel contracta denuncientur † Magiſtratui, coram quo verbis perſpicuis contrahentes conſenſum ſuum exponant, non alium in finem, quàm ut publica ſit ſponſaliorum certitudo, quâ omnes poſtea diri-
7 mantur diſcrepantiæ. (4.) † Quam ob cauſam etiam Ethnici naturam ducem ſecuti palam ſponſalia & nuptias faciendas ſtatuerunt: quod Demoſthenes hiſce verbis explicat; Neque enim in tali contractu quisquam nullos teſtes adhiberet, imò his de cauſis & nuptias celebramus & maximè neceſſarios invitamus, quòd non res levis agatur, ſed vita ſororum & filiarum alienæ fidei committitur, quæ ut in tuto collocetur, ſummâ curâ providemus, apud Cypr. *dict. c. 10.*
8 *§. 2. n. 2.* (5.) † Eoque facit exemplum Booz, qui Rutham ducturus decem Senatores in curiam convocavit, ut teſtimonium ferrent, ſe omnia bona Elemelechi acquiſiviſſe, & Rutham Moabitidem Machlonis viduam in uxorem duxiſſe: Vos, inquit, hodie teſtes eritis, *Ruth. c. 4.* Idemque † apud 9
omnes gentes receptum ſemper fuiſſe, ut nempe ſponſalitiis pactionibus adhiberentur teſtes honeſti ac fide digni, multis hanc in rem adductis exemplis probat Cypræus *de ſponſal. dict. cap. 10. §. 3.*

Conſtat hinc manifeſtè, † quàm malè agant 10
contrahentes ſponſalia clandeſtina nullis adhibitis teſtibus, qui de actu ſponſaliorum deponere, aliosque certiores reddere queant, veluti contra ejusmodi deſponſationes graviter diſſerit B. Lutherus *Tom. 6. Jenenſ. germ. fol. 339. & tom. 7. Jenenſ. f. 387.* ut non immeritò ſponſalia hæc † fuerint pro- 11
hibita ſanctione expreſsâ Electorali *in Ordin. Eccleſ. tit.* von Eheſachen. *ſub Rubr.* von Ehegelöbnüſſen. §. Wo auch zwo Perſonen ſich ohne iemands Beyſeyn mit einander in Ehegelöbnüß eingelaſſen / ſo ſol daſſelbe für ein heimliches Gelöbnüß gehalten werden. † Quæ verba etiam repe- 12
tuntur *in Ordin. matrimoniali, de an. 1624. tit.* von Ehegelöbnüſſen. §. Wo auch zwo Perſonen / ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Marien George Grimers Tochter zu Marckers- 13
bach / Klägerin an einem / George Müllern Beklagten anders Theils / *die 11. Nov. An. 1609.* (*Verba Decreti:* Wenn gleich der Klägerin Vorbringen nach Beklagter ohne jemands Beyſeyn ſich mit ihr in Ehegelöbnüß eingelaſſen / welches er aber nicht geſtändig ſeyn / vielweniger daſſelbe vor uns wiederholen wollen; So würde doch ſolches Gelöbniß für heimlich und unkräfftig billich erkañt / V. R. W.)

Et † *ad requiſitionem Matthæi Schnabels* zu Angersdorff / *Menſ. Octobr. Anno 1610.* 14
(*Verba Sententiæ:* Als ihr uns berichtet / wie daß Dorothea Seumers / nach dem ſie bey ihrem Schwager einen Todtengräber über Nacht geherberget / durch Verleitung deſſelben ſich mit Lazaro Korbmannen einem Bader heimlichen ohne gnugſamer Zeugen Beyſeyn in eine Ehe eingelaſſen haben ſolle / darauf er ihr einen halben Thaler / und ſie ihme einen Ortsthaler / den ihr bemeldter Schwager vorgeſetzt / gegeben / aber folgendes Morgens es ſie gereuet / berührten halben Thaler auf den Tiſch geworffen / und die Zuſage mit Vorgebung / daß ſie mit einem Truncke übereilet / und ihre nahe Bluts-Freunde / zuförderſt ihr Vormünder darein nicht gewilliget / zu halten in Verweigerung ſtehet / alles laut euers Berichts / und euch des Rechten darüber zu belernen gebeten habt. Demnach erkennen und ſprechen wir für Recht ꝛc. daß die von zwo Perſonen / ſo keine Eltern gehabt / in niemands Gegenwart beſchehene Eheberedung vermöge Churfürſtl. Sächſ. Ordnung für ein heimliches Gelöbnüß / ſo ohne das wegen ihrer Umſtände nicht richtig / für unbillich erkannt wird / V. R. W.)

Definit. XXXIII.

Nec jure ſubſiſtunt vel obligant ſponſalia clandeſtina absque teſtibus contracta.

SUMMARIA.

1. *D. Chemnitius malè à Bellarmino reprehenſus.*
2. *Duplex ſponſaliorum clandeſtinorum acceptio.*
3. *Largè dicuntur ſponſalia clandeſtina ſine conſenſu parentum contracta.*
4. *Strictè vocantur clandeſtina ſponſalia clam absque teſtibus celebrata.*

5. *Voca-*

5. *Vocatio hæc ſtricta in Reformatis Eccleſiis propria eſt ſponſaliorum clandeſtinorum.*
6. *Eaq; ſponſalia jure non ſubſiſtunt: Et quibus ex fundamentis? n. 8.*
7. *Clandeſtinitas opinionem ſiniſtram fovet.*
9. *Præſumtio fraudis militat adverſus contractum clandeſtinum.*
10. *Sponſalia incidunt in contractum matrimonii.*
11. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
12. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 FRuſtrà reprehendit Bellarminus D. Chemnitium, quòd confundat matrimonia filiorum ſine conſenſu parentum contracta cum matrimoniis clandeſtinis, cum fieri poſſit, ut matrimonium ſit clandeſtinum & tamen cum parentum conſenſu contractum; & contra, ut non ſit clandeſtinum, ſed publicum & coram Eccleſiâ, attamen inſciis & invitis parentibus celebratum, *de matr. c. 19. §. 3.* Diſtinguere enim debuiſſet Bellarminus inter
2 † diverſam clandeſtinorum ſponſaliorum acceptionem, quam duplicem faciunt Eccleſiæ Reformatæ. *Primò* enim largè dicuntur clandeſtina ſponſalia, quæ in præ-
3 ſentiâ quidem teſtium ſunt contracta, † ſed ſine parentum conſenſu. *Deinde* ſtrictè vo-
4 cantur ſponſalia clandeſtina, quæ † prorſus clam & nullis, vel non ſufficientibus adhibitis teſtibus celebrantur, Joach. à Beuſt. *de ſponſal. & matr. c. 13.* Mauſer. *de nupt. pag. 313.* Joh. Gerh. *in loco de conj. §. 144. p. 225.* Joh. Schneid. *ad tit. Inſt. de nupt. part. 1. n. 21. & 22.* Paul. Cypræus *de ſponſal. c. 10. §. 1. n. 5.* Tarnov. *lib. 1. de matr. cap. 1.* Et
5 † quidem poſteriora in Reformatis Eccleſiis propriè dicuntur clandeſtina, quæ ſcilicet clam arbitris & nullis teſtibus intervenientibus fuerunt celebrata, Joach. à Beuſt. *dict. loc.* Petr. Heig. *part. 1. qu. 22. n. 2.* eaque jure haut ſubſiſtunt, nec contrahentes obli-
6 gant, Heig. *dict. loc. n. 33.* (1.) † per text. manifeſtum *in Ordin. Eccleſ. Elect. Sax. ſub tit.* von Eheſachen. *Rubr.* von Ehegelöbnüſſen. §. wo auch zween Perſonen/ ſo beyderſeits keine Eltern haben/ ſich ohne jemands Beyſeyn mit einander in Ehegelöbnüß eingelaſſen/ ſo ſol daſſelbe für ein heimliches Gelöbnüß gehalten/ und da ſie ſich beyderſeits gleich darzu bekennen/ für unbündig erkannt werden. Quæ ſanctio repetitur *in Ordin. matrim. de Anno 1624. punct. 1.* von Ehegelöbnüſſen. §. wo auch
7 zween Perſonen ꝛc. (2.) Habet namque † clandeſtinitas per ſe aliquid ex opinione ſiniſtrâ adhærens, multaque, quæ aliàs minùs probantur, ſi manifeſtè fiant, excuſatione digna creduntur, *l. non exiſtimo. §. ff. de adminiſtr. tutor. l. quoties. 9. §. 4. ff. eod. tit. l. ult. ff. de rit. nupt.* atque † rem 8
ſanctiſſimam & totius vitæ ſummam pertinentem clam arbitris in angulo tractari & expediri, non videtur ferendum, cùm multa dolosè & fraudulenter per clancularios ejusmodi congreſſus perpetrari queant, quæ præcavere boni eſt Legiſlatoris. (3.) Et † 9
quemadmodum hinc contra contractum clàm initum militat præſumtio fraudis & doli, qui ipſum annihilat, ut tradunt Salycet. & Dd. in *l. 2. C. de repud. hered.* Bald. *in l. 3. C. de ſumm. Trin. & fid. cathol.* Aym. Cravett. *conſil. 129. n. 11. & conſil. 178. n.* Joh. Bapt. de Plotis *in repet. l. ſi quando. n. 13. & ſeq. C. unde vi.* ita nec ſponſalia propter eandem fraudis & doli præſumtionem ſubſiſtere poſſunt, quippe cum † & ipſa in con- 10
tractum matrimonii incidant. *pr. Inſt. de nupt. l. f. C. de repud. Novell. 22. c. 19. Nov. 74. c. 4. in pr. c. ſicut ex literis. 22. tua nos. 26. in pr. extr. de ſponſ. & matrim.* Matth. Weſenbec. *in §. fuerat. 29. Inſt. de act.* Albert. Gentil. *lib. 2. de nupt. c. 6.* Paul. Cypræ. *de ſponſal. c. 5. §. ult.* (4.) † In quam ſenten- 11
tiam etiam reſponderunt *Scabini Lipſienſes* nach Waldenburg. *Menſ. Nov. Anno 1635.* hiſce formalibus; Hat ein lediger Geſelle klagende angebracht/ welcher Geſtalt ihme N. N. die Ehe verſprochen und zugeſagt/ auch achtehalb Thaler zum Mahlſchatz von ihme angenommen/ welche ſie ihm aber wieder zugeſtellet/ und nunmehr der verſprochenen Ehe nicht geſtändig ſeyn wolle. Wenn ſich nun gleich ſolches alſo verhielte/ und Klägers Vorgeben nach Beklagte ihm die Ehe zugeſagt/ auch den Mahlſchatz von ihm angenommen hätte. Dieweil er aber dennoch ſelbſten berichtet/ daß kein Zeuge darbey geweſen/ und er mit niemand ſolche Zuſage beſcheinigen könne; So werden dahero die *ſponſalia* für heimlich und unverbündlich gehalten/ und wird demnach Beklagte von Klägers Zuſprüchen billich entbunden und loß gezehlet. Quam ſententiam etiam adduxi in *Juriſpr. Forenſ. ad Conſt. Elect. 20. defin. 7. part. 4.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem M.* Melchior Martini/ Pfarrers zu 12
Roßwein/ *die 25. Apr. An. 1611.* (*Verba Sententiæ:* Auf euern ſchrifftlichen Bericht und angeheffte Frage in Eheſachen Sibyllen Paul S. bey euch zu Roßwein Tochter an einem/ Martin R. am andern Theil/ erkennen und ſprechen wir vor Recht: Ob wol bemeldte beyde Perſonen einander die Ehe verſprochen/ dieweil aber ſol-

ches heimlich geſchehen / und keine öffentliche Verlöbnüß vorgangen / hierüber der Freyer einen andern Bürgers-Sohn erſtochen/ darüber er flüchtig worden/ und ſich nunmehr in die Acht erklären laſſen; So wird der Sibyllen ſich ihrer Gelegenheit nach mit einem andern in Chriſtliche Eheverlöbnüß einzulaſſen billich verſtattet/ V.R.W.)

Definit. XXXIV.

Duo ad minimum requiruntur teſtes ad hoc, ut publica ſint ſponſalia: quæ coram unico ſaltem teſte contracta pro clandeſtinis habentur.

SUMMARIA.

1. *Quodnam requirantur teſtes ad hoc, ut publica contrahantur ſponſalia?*
2. *Non ſufficit teſtis unicus.*
3. *Sed duos ad minimum adhiberi neceſſe eſt.*
4. *Fundamentum hujus aſſertionis. numer. 6.*
5. *Unius excluſio eſt alterius incluſio.*
6. *Pluralis locutio duorum numero eſt contenta.*
7. *Teſtes in ſponſalibus requiruntur ad actum probationis.*
8. *In omni cauſâ duo ſufficiunt teſtes ad probandum.*
9. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
10. *Sententia Ejusdem. n. 12.*

NEquaquam ergò ſubſiſtunt ſponſalia clandeſtina clam arbitris & absque teſtibus contracta, *Defin. præced.* At † quotnam teſtes ſunt adhi-
1 bendi ad hoc, ut publica & obligatoria habeantur ſponſalia? Sanè unicum teſtem haut ſufficere, ſed ſponſalia in præſentiâ unius teſtis celebrata eſſe clandeſtina & invali-
2 da, ſatis expeditum † reddit *Ordinat. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. & Ordin. matrim. de anno 1624. ſub tit.* von Ehegelöbnüſſen. §. Wo auch zween Perſonen/ *in verb.* Sich ohne iemandes Beyſeyn/ oder auch die Gegenwart eines Zeugen alleine mit einander in Ehegelöbnüß eingelaſſen/ ſo ſol daſſelbe für ein heimliches Gelöbnüß gehalten und für unbündig erkannt werden/ ꝛc. Quotnam verò requirantur teſtes ad ſubſiſtentiam ſponſaliorum, verbis ibidem non
3 exprimitur, † colligi tamen inde poteſt, ſufficere teſtes duos ad hoc, ut valida contrahantur ſponſalia publica, ut vult Joh. Gerh. *in loc. de conjug.* §. *145. pag. 225.* Petr. Heig.
4 *part. 1. quæſt. 22. n. 51.* (1.) † Ex quo enim irrita dicuntur ſponſalia in præſentia unius teſtis celebrata, *dict. Ord. Eccleſiaſt. & Ordin. matrim.* haut obſcurè robur tribuitur ſponſalibus, quæ in præſentia duorum contrahuntur teſtium, quia unius excluſio
5 † ſolet eſſe incluſio alterius, Hartm. Piſt. *lib. 2. quæſt. 19. n. 71.* certosque caſus nominatum prohibens reliquos non expreſſos creditur conceſſiſſe, *l. ex eo. 18. ff. de teſtib. l. Imperator. 8. ff. de poſtul.* (2.) Et † cùm 6
prædicta ſanctio Electoralis in genere plurium faciat mentionem teſtium *in verb.* vor ehrlichen Leuten &c. ſubſiſtere videtur in duobus; nam ubi numerus teſtium non adjicitur, etiam duo ſufficiunt, pluralis † enim 7
elocutio duorum numero contenta eſt, *l. ubi numerus. 12. ff. de teſtib. c. quoniam contr. extr. de probat. cap. pluralis. extr. de Reg. jur. in 6to.* Petr. Heig. *dict. quæſt. 22. n. 50.* (3.) † Quid opus etiam pluribus, cum 8
adhibeantur teſtes ad probandum; in ore autem duorum vel trium teſtium omne conſiſtit verbum. *Deuter. 17. verſ. 6. cap. 19. verſ. 15.* Gerhard. *dict.* §. *145.* (4.) † Unde 9
vulgò receptum, ut in qualibet cauſa, tam profanâ, quàm eccleſiaſtica vel ſpirituali duo ſufficiant teſtes ad perfectam probationem inducendam, *can. ſi quis teſtes. 4. quæſt. 3. can. ult. 35. quæſt. 7. cap. in omni negotio. & cap. licet univerſis. extr. de teſtib.* Specul. *in tit. de teſte.* §. *reſtat. in pr.* Lanfranc. *de teſtib. n. 28. in pr.* Joſeph. Maſcard. *de probat. lib. 1. in præf. quæſt. 5. n. 117.* Proſp. Farin. *de teſtib. quæſt. 63. n. 232.* Bertaz. *lib. 2. conſil. 542. n. 1.* Cephal. *lib. 5. conſil. 651. n. 28.*

Ita † Conſiſtorium Supremum in causâ Chriſtinæ, Achatii H. Tochter/ Klägerin an einem/ 10
Georg K. Beklagten anders und Chriſtoph *S. Intervenienten*/ dritten Theils/ *die 10. Febr. An. 1609.* (*Verba Decreti:* Dieweil Klägerin nicht in Abrede / daß Beklagter nur in Gegenwart eines einßigen Zeugens ſich mit ihr verlobt; So wird er von ihren Zuſprüchen der Ehe halben hiermit *abſolvi*ret und entbunden/ꝛc.)

Et † ad conſultationem Johannis Wolffgangi à Schönberg in Pulsnitz die 30. Decembr. Anno 1625. (*Verba Sententiæ:* Hat Paul G. ein *Studioſus* von Franckfurt in euers Unterthanen Matthes R. zu Haußwalde Tochter ſich verliebet/ daß er ſie zu eheli- 11
chen

chen in Willens geweſen/ nachmals aber von ihr nicht allein abgelaſſen/ ſondern auch/ als ihr andere Gelegenheit zu Heyrathen vorkommen/ auf beſchehenes Anſuchen er ſich ſchrifftlich erkläret/ daß er ſie nimmermehr zu ehelichen bedacht ſey. Ob nun wol die von ihme angezogne Urſachen zur Eheſcheidung viel zu ſchwach; Dieweil aber dennoch aus euerm Bericht und dem Einſchluß nicht zu befinden/ daß zwiſchen dieſen Perſonen in Beyſeyn zum wenigſten zweyer Zeugen eine öffentliche Zuſagung der Ehe vorgangen; So mag auch G. wider ſeinem Willen zu derſelben Vollnziehung nicht angehalten/ noch Matthes R. Tochter an anderweit ihr vorſtehenden Ehegelöbnüß hierdurch gehindert werden/ V.R.W.)

Nec non † ad requiſitionem M. Georgii Landvoigts Superintendentens zum Hayn/ 11
Menſ. Jul. Anno 1619. (Verba Sententiæ: Wenn nun gleich ſolche Zuſage und Erklärung in Beyſeyn eines Zeugen geſchehen: Dafern aber doch die Beklagte auf ihres Vormündens und Freundſchafft gebrauchten Rath obige Antwort und Erklärung in Gegenwart zweyer Zeugen zu wiederholen/ und Klägern die Ehe zu verſprechen Bedencken trägt; So iſt daraus kein beſtändig Ehegelöbnüß zu erzwingen/ ſondern es wird daſſelbe für heimlich gehalten/ und dahero Beklagte von Klägers Zuſprüchen der Ehe wegen entbunden und loßgezehlet/ V.R.W.)

DEFINIT. XXXV.

Ex ſolâ contrahentium confesſione non convaleſcunt ſponſalia clandeſtina, priusquam in præſentia teſtium, vel Conſiſtorio fuerint denuò contracta.

SUMMARIA.

1. Num per ſolam confeſſionem contrahentium ſponſalia clandeſtina ratificentur?
2. De jure communi ita dicendum videtur.
3. Deciſio negativa in provinciis Electoratûs Saxonici.
4. Requiritur ergò reiteratio ſponſaliorum in præſentiâ teſtium facta.
5. Præſentia teſtium formam facit ſponſaliorum.
6. Forma præcisè eſt ſervanda.
7. Non tamen plures, quam duo requiruntur hoc caſu teſtes: & quare? n. 8.
9. Nec ſufficit confesſio contrahentium in Conſiſtorio facta ad validandum ſponſalia clandeſtina.
10. At benè ſubſiſtunt ſponſalia per reiterationem in Conſiſtorio denuò factam. num. 12.
11. Autoritas judicialis æquipollet teſtibus juratis.
13. Ad ſubſtantiam teſtamenti requiruntur teſtes.
14. Subſiſtit tamen teſtamentum absque teſtibus coram actis conditum.
15. Coram actis præſumitur adeſſe multitudo hominum.
16. Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 17.

NOn eſt vitium permanens clandeſtinitas ſponſaliorum, ſed benè purgari valet ad hoc, ut contra-
1 hentes firmiter obligentur. At † num per ſolam eorum confeſſionem in præſentiâ teſtium factam? Ita quidem de jure communi videtur dicendum, quia in de-
2 pendentibus à ſimplici voluntate, † confitentium ſtatur illorum confeſſione Bartol. *in l. ſi fortè. ff. de caſtrenſ. pecul.* ac præſens confeſſio præſentem arguit voluntatem, Joh. Coraſ. *lib. 3. miſcell. cap. 4. n. 2.* Joſeph. Maſcard. *de probat. lib. 3. concluſ. 1331. num. 4.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 103. n. 14.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 22. n. 32.* At in provin-
3 ciis † Electoratûs Saxonici confeſſio hæc ad purgandum vitium clandeſtinitatis non ſufficit, ſed requiritur expreſſa ſponſaliorum reiteratio & repetitio promiſſionis reciprocæ coram teſtibus facta, ex ſanctione
† manifeſtâ Electorali *in Ordin. Eccleſiaſt.* 4
ſub tit. Von Ehegelöbnüß §. Wenn aber ꝛc. & *Ordin. matrimon. de anno 1624. punct. 1. §.* Wo auch zwo Perſonen/ *verſ.* So ſol daſſelbe für ein heimlich Gelöbnüß gehalten/ und da ſie ſich beyderſeits gleich darzu bekennen/ dennoch ſo fern unbündig erkannt werden/ bis beyde Perſonen ſolches durch öffentlich Gelöbnüß vor ehrlichen Leuten freywillig wiederholen und beſtätigen/ ꝛc.

Quæ ſanctio nequaquam ratione de-
ſtituitur: † Pro formâ ſiquidem eſſen- 5

 tiali

tiali ſponſaliorum publicorum requiritur, ut contrahantur in præſentiâ teſtium: Ergò ad ipſum promiſſionis actum teſtes adhiberi neceſſum eſt, quia forma præciſè
6 ſervanda, † Jaſon. *in l. quod ſi nominatim. 1. n. 18. ff. de lib. & poſth.* Bald. *lib. 2. conſil. 76. col. 1. verſ. præterea ſtatutum &c.* Nicol. Boër. *deciſ. 1. n. 44.* Andr. Tiraquell. *de leg. connub. gloſſ. 7. n. 106. verſ. neque enim forma impleri poteſt. &c.* Quod autem hoc caſu ad reiterationem ſponſaliorum duo
7 teſtes haut ſufficiant, † ſed trium vel plurium perſonarum præſentia requiratur, prout autumant poſt Bartol. *in l. 2. n. 1. & 2. C. de his qui ex publ. ration. &c. lib. 10.* Barbat. *lib. 4. conſil. 26.* & Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 1035. n. 5.* id aſſerere nolim, præſertim ſi in provinciis Electoratûs
8 Saxonici quæſtio hæc veniat decidenda; † ſiquidem ſponſalia publica coram duobus teſtibus validè contrahuntur, *Defin. præced.* Quidni ergò ad reiterationem, quæ in effectu nova & publica eſt deſponſatio, duo ſufficerent teſtes? Veluti quoque à Scabinis Lipſienſibus pronunciatum dixi, adducto ſententiæ tenore *in Reſponſ. Elector. 109. lib. 5.*

9 Planè † etſi non reconvaleſcunt ſponſalia clandeſtina per confeſſionem contrahentium, præſente quantumvis judice in Conſiſtorio ſive judicio factam, prout contra Beuſt. & Heig. diſputavimus *dict. Reſponſ.*
109. n. 19. attamen hoc certum eſt, † quod 10
ſponſaliorum clandeſtinitas purgetur per reiterationem & promiſſionem in Conſiſtorio ſive judicio, poſtquam fides & autoritas judicialis non modò teſtibus jura-
tis † æquipolleat, ſed & præpolleat, *arg. l.* 11
omnium. 19. l. ſancimus. 27. C. de teſtam. l. in donationibus. 31. C. de donat. Herm. Vultej. *vol. 1. conſil. Marpurg. 24. n. 4.* Et quis
non animadvertit, † in Conſiſtoriis ac judi- 12
ciis plures reperiri perſonas & Aſſeſſores, ut nunquam non reiteratio ſponſaliorum in Conſiſtorio coram pluribus & ad minimum duobus teſtibus facta cenſeatur. Ex
quo etiam † teſtamentum, quod alias ad 13
ſui ſubſtantiam teſtium præſentiam requirit, *l. heredes palam. 21. §. ult. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. hac conſultiſſimâ. 21. C. de teſtam. Receſſ. Imper. Colonienſ. de anno 1512. tit.* von Teſtamenten. §. Nun die Form eines Teſtaments. *verſ.* Vor ſiben Zeugen/ꝛc.
coram actis † conditum absque aliis teſtibus 14
validum habetur, *dict. l. omnium. 19. & l. ſancimus. 27. C. de teſtam.* Hart. Piſtor. *lib. 3. quæſt. 28. n. 4.* Donell. *lib. 6. comm. 6.* Joh. Köppen *deciſ. 45. n. 14.* Nicol. Boër. *deciſ. 228. n. 3.* Hier. Schurff. *cent. 1. conſil. 77. n. 3.*
Scilicet † quòd veriſimile ſit, coram actis 15
ſemper adeſſe multitudinem hominum fide dignorum, qui de ultimâ voluntate teſtatoris teſtimonium perhibere queant, Hart. Piſtor. *dict. quæſt. 28. n. 12.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Magdalenen/ Elien S. zu Freyberg Tochter 16
an einem/ *Johannis A.* anders Theils/ *die 7. Septemb. Anno 1614.* (*Verba Decreti:* Dieweil beyde Theile ihre vor deſſen heimlich gethane Zuſage der Ehe wegen/ nach dem *1. Jun. Anno 1613.* in Beyſeyn ehrlicher Leute nicht wiederholet/ noch itzo vor uns ſolche zu wiederholen durch fleiſſige Zurede ſich bewegen laſſen wollen; So wird angeregtes heimliche Ehegelöbnüß für unkräfftig hiermit erkannt/ und beyden Theilen ihrer Gelegenheit nach in andere Wege ſich Chriſtlichen zu verheyrathen nachgelaſſen. A. aber wegen ſeiner groſſen Vermeſſenheit andern zum Abſcheu von dem Rath zu Freyberg 8. Tage lang mit Gefängnüßſtrafe billich belegt. Er iſt auch darüber der Magdalenen die 20. fl. aufgewendete Unkoſten/ ſeinem Erbieten nach/ auf Michaelis und künfftige Oſtern iedesmal zum halben Theil zu entrichten ſchuldig/ V. R. W.)
Et † *in causâ Chriſtinen, Achatii H.* Tochter/ Klägerin an einem/ Georgen *K.* Be- 17
klagten am andern/ und Chriſtoff *S. intervenienten* dritten Theils/ *die 10. Febr. Anno 1609.* (*Verba Decreti:* So wird Beklagter von der Klägerin Zuſprüchen der Ehe wegen hiermit *abſolvirt* und entbunden. Mit dem *Intervenienten* aber iſt ſie die vor uns wiederholete eheliche Zuſage durch gewöhnliche Trauung und Beywohnung förderlichſt Chriſtlichen zu vollnziehen ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. XXXVI.

Clandeſtina ſponſalia absque teſtibus contracta rata & firma habentur, ſi copula acceſſerit carnalis.

SUM-

S U M M A R I A.

1. *Num clandeſtina ſponſalia convalidentur per ſubſecutam copulam carnalem?*
2. *Judicium & opinio Facultatis Theologicæ Jenenſis hac de re.*
3. *Examinatur hæc opinio, n. 4.*
5. *Subſiſtunt ſponſalia clandeſtina per copulam carnalem confirmata.*
6. *Quod & ſenſit D. Gerhardus, Theologus Jenenſis.*
7. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis, n. 11. 15. 16.*
8. *Præſumtio pro matrimonio eſt juris & de jure.*
9. *Omnia ſponſalia per concubitum fiunt indiſſolubilia.*
10. *Per copulam carnalem contrahentes fiunt una caro.*
12. *Ex duobus malis minus eſt eligendum.*
13. *Stuprator furtum committit pudicitiæ.*
14. *Fur quod abſtulit, reſtituere debet.*
17. *Multa impediunt matrimonium contrahendum, quæ tamen contractum haut diſſolvunt.*
18. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 19.*
20. *Ejusdem Sententia.*

CONvaleſcunt itaque ſponſalia clandeſtina, ſi in præſentiâ teſtium vel judicialiter fuerint repetita & denuò contracta, *Defin. præced.* Quin
1 & absque reiteratione illâ ſolenni, † ſi copula acceſſerit carnalis: De quo tamen quis dubitet, ſi inhærere velit judicio Facultatis Theologicæ Jenenſis, quod hiſce verbis con-
2 ſignatum legitur apud Georg. Dedekenn. † Euer Schreiben Hanſen N. und Marien N. begangene leibliche Unzucht und heimliche Ehegelöbnüß belangend / darinnen ihr von uns verſtändiget zu ſeyn begehret/ weſſen ihr euch der Ehe halber zu verantworten/haben wir empfangen. Und fügen hierauf euch zu vernehmen / daß in dergleichen Fällen bey Chur- und Fürſtlichen Sächſiſchen/ ſo wol auch andern Chriſtlichen *Conſiſtori*en dahin zu ſprechen verſehen und geordnet iſt: Wofern ſolche Perſonen ſich mit einander zuvor nicht verlobt/ob ſie ſchon ihrer heimlichen Verlöbniß gegeneinander bekäntlich und geſtändig ſeyn / daß dennoch ſolches ſofern unbündig erkannt werde / bis beyde Perſonen daſſelbe durch öffentliche Gelöbniß vor ehrlichen Leuten freywillig wiederholen und beſtätigen. *vol. 3. conſil. theol. lib. 2. ſect. 6. num. 8. pag. 187.* Urgent nempe Theologi Jenenſes reiterationem ſponſalio-
3 rum publicam & ſolennem; † Quod ſi ita acceptum velint, ut cogantur hoc caſu contrahentes publicè ſponſalia clandeſtina reiterare, non mulùm diſſentiunt, quia ſolennitas iſta parum ad rem facit, nec effectu nuptiarum inſecutarum quidquam addit vel detrahit, modò facultas pœnitendi ipſis ſit ademta, quæ alias extra caſum ſubſecutæ copulæ carnalis per ſolam reiterationem publicam præciditur, ut diximus *Defin. præced.*
4 Cæteroquin † ſi hæc mens non eſt Theologorum Jenenſium, vereor ne aliud in Conſiſtoriis harum provinciarum ſit receptum, nempe ſubſiſtere ac convaleſcere ſponſalia clandeſtina per copulam carnalem
confirmata, ad hoc, ut contrahentes † per 5
benedictionem ſacerdotalem conſummare ea teneantur, Paul. Cypræus *de ſponſ. c. 10. §. 10.* Joh. Harppr. *ad Rubr. Inſt. de nupt. n. 32. & ſeqq.* Joh. Schneidevvin. *ad tit. Inſt. de nupt. part. 1. n. 24.* Joach. à Beuſt. *de ſponſ. & matrim. part. 1. c. 14. p. 25. v. niſi ad clandeſtina ſponſalia acceſſiſſet copula &c.* Hemm.
de conjug. p. 209. † quorum in ſententiam 6
tranſit etiam Dn. Joh. Gerhard. ipſe, Theologus Jenenſis celeberrimus *in loc. de conjug. §. 146. p. 228.* Non certè absque fun-
damentis & rationibus urgentiſſimis. (1.) † 7
Ipſum namque matrimonium per copulam ſponſalia ſubſecutam contractum cenſetur, propterea quòd actus ſubſequens ad executionem contractûs præcedentis geſtus præſumatur. Et præſumuntur carnali conjunctione ſe commiſcentes, cùm ſponſalia præceſſerint, nuptias contrahere potiùs, quam fornicatione atque ita mor-
tali peccato ſe inquinare voluiſſe; quæ † 8
præſumtio eſt juris & de jure, nec ullam in contrarium admittit probationem, Carrer. *in tract. de ſponſal. & matrim. lib. 1. cap. 12.* Didac. Covarr. *in epitom. de ſponſal. part. 1. cap. 4. §. 1.* Jacob. Menoch. *de præſumt. lib.
3. præſumt. 1. num. 6.* Ex quo † per regu- 9
lam quaſi generalem, quòd ante benedictionem ſacerdotalem omnia ſponſalia, ſive pura, ſive conditionata, ſive jurata, ſive injurata, prius non diſſoluta, modò non ſint nefanda, ſimpliciter faciat indiſſolubilia concubitus ſive copula carnalis, docent Theologi & JCti Tubingenſ. in Reſponſo *Menſ. Apr. An. 1624.* communi prævia deliberatione per Chriſtophorum Beſoldum conſcripto, quod verbotenus refert Joh. Harppr.

ad rubr. Inſt. de nupt. n. 72. usque ad n. 210.
10 imprimis videatur *n. 126.* ſcilicet † quod
per copulam carnalem contrahentes fiant
una caro, *cap. 2. extr. de converſ. conjug.*
can. lex divina. 27 quæſt. 2. in quo effectu
conjunctio Chriſti cum Eccleſiâ per incar-
nationis myſterium repræſentatur *ad Epheſ.*
5. verſ. 31.

11 (2.) † Nec quidquam æquius videtur,
quàm ut quis id, quod alteri abſtulerit, quo-
ad ejus facere poteſt, reſtituat, reponat &
recompenſet: Atqui vix aliter pudicitia
erepta reſtitui poteſt, niſi is, qui virginem
vitiavit, eam ducat, ſi hoc ante concubitum
promiſerit, Joh. Gerh. *dict. §. 146.* Quam-
vis enim nec hoc caſu turpitudo prorſus
aboleatur, *arg. l. palam ff. de rit. nupt.*
nullum tamen remedium intermitti debet,
quo læſæ ex parte ſubveniatur; eſtque ex
12 † duobus malis minus eligendum, & corri-
gendum pro poſſe, quod pro voluntate
corrigi nequit, ſecundùm verſiculos vul-
gares:

Ita vita eſt hominũ, quaſi cùm ludas teſſeris,
Si illud, quod maximè opus eſt, jactu non
cadit.
Illud, quod cecidit forte, in arte ut corrigas.

Paul Cypræus *dict. §. 10 n. 2. in fin.*

13 (3.) † Accedit porrò, quod ſtuprator hac
ratione furtum committere dicatur, eri-
piens virgini dotem optimam ac pretioſiſ-
ſimam, quæ ſemel amiſſa recuperari nullâ
arte vel ratione poteſt, Neviz. *in ſylvâ nupt.*
quò & facit illud Lutheri: Dann dieweil
die Ehe ein öffentlicher Stand von GOtt
geordnet/und nicht ein Winckelgeſchäffte
noch finſter Werck iſt / und wer ſie im
Winckel und Finſternüß ſuchet oder
heimlich annim̃t / der iſt ein Ehedieb/und
hat ſie geſtohlen / und nicht redlich mit
GOtt und ſeines Worts Gehorſam be-
kommen / wie es doch ſolchem Stand ge-
eignet. *In libello* von Eheſachen. Æquum
ergò eſt, ad inſtar actionis furti, ut † ad 14
ejus, quod abſtulerit, reſtitutionem tenea-
tur is, qui eripuit virginitatem, Cypræus *dict.*
§. 10. n. 3.

(4.) Quin & non parum intereſt mulie-
ris ſtupratæ ejusque familiæ, ut hoc caſu
† clandeſtina ſponſalia in effectum dedu- 15
cantur & per matrimonium conſummen-
tur: Illius quidem, ne ob ſemel amiſſam
pudicitiam palam quæſtum facere incipiat,
prout eſt natura fœminarum proclivis ad
libidinem; & quia facilimum, puellam re-
rum imperitam & eam, quæ ſemel pudi-
citiæ limites eſt egreſſa, in fraudem impel-
lere. Hujus verò, quia contumelia per
ſtuprum puellæ illata familiæ alia ratione
aboleri nequit, niſi ea ducatur.

(5.) † Nec eſt, ut nullitatem ſponſalio- 16
rum multùm hic attendamus, poſtquam
illa per concubitum fuerunt ratificata. Et-
ſi ergò ab initio ea neminem ligant, nec
per ſe valent, per concubitum tamen ra-
tificata diſſolvi haut debent, ſiquidem mul-
ta † impediunt matrimonium contrahen- 17
dum, quæ tamen contractum non diſſol-
vunt, *l. patre furioſo.* junct. gloſſ. *in verb.*
retinere. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni
juris. cap. quemadmodum. n. 20. in fin. extr.
de jure jur.

Ita † Conſiſtorium Supremum in causâ Annen / Chriſtoph *F.* zu *R.* Tochter / Klägerin 18
an einem / Chriſtoph *M.* Beklagten anders Theils / *die 15. Martii Anno 1615.* (*Ver-*
ba Decreti: Dieweil Beklagter bekannt/daß er an der Klägerin gefreyet/ ſich mit
ihr heimlich verlobet / und ſie darauf fleiſchlichen erkannt; So iſt er in Sächſi-
ſcher Friſt die Ehe ohne Gepränge mit derſelben zu vollziehen ſchuldig. In beharr-
licher Verweigerung wird er von der weltlichen Obrigkeit durch gebührliche
Mittel darzu billich angehalten / V. R. W.)

It. † ſimili in causâ N.N. contra N.N. die 25. Julii Anno 1627. (*Verba Decreti:* Dieweil 19
Beklagter der Schwängerung und ehelichen Zuſage in keiner Abrede geweſen;
So iſt er die Klägerin zu ehelichen ſchuldig / wie ſie denn darauf mit beyderſeits
Einwilligung vor uns durch den ordentlichen Stadt-*Diaconum* allhier öffentlich
getrauet worden / ꝛc.)

Et † ad requiſitionem Martini S. von *G. die 20. Aug. An. 1611.* (*Verba Sententiæ:* Hat euch *M.* 20
F. bezüchtiget / ob hättet ihr ſie geſchwängert / zuvor aber ihr die Ehe verſprochen
und zugeſaget / mit dieſen Worten: Sie ſolte nur das Beyſchlafen geſchehen
laſſen / es ſchadete ihr nichts / ſolte auch gleich ein anders erfolgen und ſie ſchwan-
ger werden / ſo wollet ihr ſie eheligen / ehe denn es offenbar würde und an Tag
käme / inmaſſen ihr denn die Schwängerung nicht verläugnen können / ſondern
euch darzu bekannt. Ob ihr nun wol ferner der verſprochenen Ehe nicht ge-
ſtändig; Dieweil ihr aber gleichwol der mit ihr gepflogenen *converſation* nicht in
Abrede ſeyn könnet / aus beygefügter *Regiſtratur* auch eines und das ander /
wodurch ihr verdächtig gemacht werdet / zu vernehmen; So erſcheinet dar-
aus ſo viel / daß ihr auf vorgehende gnugſame Verwarnung vor der Gefahr des
Mein-

Meineydes/ daß ihr der Klägerin der Ehe halben nichts verſprochen/ auch zu ihr dieſe Worte (wenn ich dich zu Schanden bringe / wil ich dich wol ehelichen/ ehe denn es offenbar werde/) nicht geredet habt/ vermittels eines leiblichen Eydes zu erhalten ſchuldig. Ufn Fall ihr aber euch des Eydes verweigern/ oder ſo viel bey euch befinden würdet / daß allerdings dergleichen Handlung und heimliches Gelöbniß vorgangen; So wäret ihr daſſelbe nunmehr/ weil ihr Klägerin darauf zu Fall bracht/ mit ihr durch die prieſterliche *copulation* zu vollnziehen ſchuldig/ V. R. W.)

DEFINIT. XXXVII.

Spes ſaltem facta & tractatus de contrahendis ſponſalibus, ſubſecutâ copulâ carnali, ad conſummationem matrimonii obligant.

SUMMARIA.

1. *Tractatus de ſponſalibus carnali copulâ confirmati obligant ad conſummationem matrimonii.*
2. *Quod exemplo declaratur.*
3. *Fundamenta & rationes hujus deciſi. numer. 7. 8.*
4. *Præſumtio pro matrimonio non admittit probationem in contrarium.*
5. *Sponſalia quoque per concubitum redduntur indiſſolubilia.*
6. *Non fallendæ ſunt puellæ à ſtupratore per ſpem matrimonii.*
9. *Identitas rationis idem jus facit.*
10. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 11.*

NOn miretur quiſquam , ſponſalia
clandeſtina per copulam carnalem
ita corroborari , ut contrahentes
ad conſummationem matrimonii
1 obligent, cùm eundem † attribui videamus
effectum præparatoriis ſaltem ſponſalio-
rum, ſi concubitus vel commixtio carnalis
2 acceſſerit. Finge: † juvenem aliquem fe-
ciſſe ſpem puellæ de contrahendis ſponſa-
libus , quæ tamen clandeſtinè nondum
fuerunt contracta , vel tractaſſe de futuro
matrimonio cum puella, eamque carnaliter
cognoviſſe. Non certè tum conſumma-
tionem matrimonii declinare poterit, ſi ſtu-
3 prata hoc petat : (1.) † Ex quo enim de
mente ſaltem ac voluntate concumbentium
futurâ apparet, non præſumendi ſunt for-
nicationis cauſa ad copulam carnalem ac-
ceſſiſſe , ſed potiùs ut commixtione hac
ipſum conſummarent ſponſaliorum actum
4 & contractum; nempe quia † præſumtio
hæc pro matrimonio, juris & de jure ha-
betur, in tantum, ut nullam admittat pro-
bationem in contrarium , Didac. Covar-
ruv. *in Epit. de ſponſalib. part. 1. cap. 4. §.
1.* Jacob. Menoch. *de præſumt. lib. 3. præ-
5 ſumt. 1. n. 6.* Cumque † hinc omnia in-
differenter ſponſalia reddantur indiſſo-
lubilia, ut diximus *Definit. præced. n. 7.* quid-
ni etiam hoc caſu ejuſmodi effectus attri-
bueretur copulæ carnali? (2.) † Maximè, 6
quia non poteſt non imprægnator videri fe-
feliſſe miſeram puellam, quæ ſpe futuri ma-
trimonii lactata libidini ejus ſe expoſuit,
juxta illud Ovidii:

Fallere credentem non eſt operoſa puellam
Gloria, ſimplicitas digna favore fuit.

Et rurſus:

Vel quia credulitas damno ſolet eſſe puellis,
Verbaque dicuntur veſtra carere fide.

ut ſanè iniquiſſimum eſſe, malitiis indulge-
re & viam ad matrimonium ſtupratæ præ-
cidere. (3.) † porrò & hoc caſu probè pon- 7
derandum, quod omnes illæ rationes, qui-
bus clandeſtina ſponſalia per copulam car-
nalem convalidari diximus *Defin. præced.*
hoc etiam caſu, ſi tractatus ſaltem de con-
trahendis ſponſalibus præceſſerint , locum
obtineant, † ut proinde vel ſaltem ex identi- 8
tate rationis idem deciſum hic ſit repeten-
dum, ſiquidem identitas † rationis idem jus 9
facit, *l. illud quæſitum eſt. 32. ff. ad Leg. Aquil.
l. quædam. 9. §. numularios. 5. ff. de edendo.
l. his ſolis. 7. C. de revocand. donat.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ N. N. contra N. N. die 25. Aug. An. 1615.* (*Verba Decreti:* 10
Dieweil Beklagter/ daß er bey der Klägerin u. ihrer Mutter Freyens vorgegeben und die Tochter darauf geſchwängert/ nicht in Abrede geweſen; So iſt er durch eheliche Trauung und Beywohnung in Zeit Sächſiſcher Friſt die Ehe mit ihr zu vollnziehen ſchuldig / oder wird in deſſen Verweigerung von der weltlichen Obrigkeit durch gebührliche Mittel darzu billich *compelliret* und angehalten/ V. R. W.)

Et † *in causâ* Annen/ George E. Tochter von der Oelſa *contra* Caſpar B. zu Seiffers- 11
dorff/

dorff/ Beklagten anders Theils/ *die 29. April. An. 1608.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter des Beyſchlaſens/ und daß er Klägerin ſie zu nehmen Vertröſtung gethan/ geſtändig; So iſt er auch ſolcher ſeiner Vertröſtung nachzuſetzen/ und ſie durch Chriſtliche Trauung und Beywohnung förderlichſt zu ehelichen ſchuldig; In Verbleibung deſſen wird er von der weltlichen Obrigkeit darzu *compelliret* und angehalten/ V. R. W.)

Definit. XXXIIX.

Clandeſtina quoque ſunt ſponſalia, ſine conſenſu parentum contracta.

SUMMARIA.

1. *Clandeſtinè contrahuntur ſponſalia absque teſtibus.*
2. *Quandoq; etiam in teſtium præſentia.*
3. *Conſenſus parentum eſt de formâ ſponſaliorum eſſentiali.*
4. *Duplicia ſunt ſponſalia clandeſtina. n. 5.*
6. *Clandeſtina etiam ſunt ſponſalia ſine conſenſu parentum contracta. n. 9.*
7. *Sententia B. Lutheri de hiſce ſponſalibus.*
8. *Quid juris hac in re in provinciis Electoratûs Saxonici?*
10. *Objectio ex definitione nuptiarum deſumta.*
11. *Diluitur objectio.*
12. *Explicatur* l. 1. ff. de rit. nuptiar.
13. *Methodus definiendi Modeſtino JCto conſueta. n. 14.*
15. *Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n. 16.*
17. *Decretum Supremi Conſiſtorii.*

1 Diximus ſuprà *Defin. 32.* clandeſtinè contrahi ſponſalia absque teſtibus, quæ propterea haut valida habentur, Joach. à Beuſt. *de ſponſal. & matrim. part. 1. cap. 13.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 141. pag. 223.* Paul. Cypr. *de ſponſal. cap. 10. §. 1.* Joh. Schneidevvin. ad *tit. Inſt. de nupt. part. 1. n. 20. & ſeqq.* Sed &
2 fieri poteſt, ut † in præſentia teſtium celebrentur ſponſalia clandeſtina, ſi nempe conſenſus parentum non accedat, quem
3 tamen jura pro formâ ſponſaliorum † eſſentiali requirunt, *pr. Inſt. de nupt. l. Paulus. 1. ff. de ſtat. hom. l. oratione. 16. §. 1. l. nuptiæ. 18. l. filius familias. 35. ff. de rit. nupt. l. ſi ut pro-*
4 *ponis. 7. C. de nupt.* Nimirum † duplici modo clandeſtina dicuntur contrahi ſponſalia; *Primò* proprie & ſtrictè, quando prorſus clam & nemine præſente ſunt inita, *cap. 1. 2. & 3. extr. de ſponſalib.* † *Deinde* etiam
5 largè, quando quidem in præſentiâ teſtium ſunt contracta, attamen ſine conſenſu parentum. Cùm enim in hiſce deſit publica parentum autoritas, expreſsâ Dei lege in
6 liberorum nuptiis requiſita, † ideo haut immerito clandeſtinorum ſponſaliorum cenſui eadem adſcribuntur, ratione appellationis petitâ non tam à loco, quàm à modo, quòd contra leges & jus publicum, quod conſenſum parentum requirit, contrahantur, Joh. Gerh. *dict. loc. §. 144. in fin.* Beuſt. *de ſponſal. dict. cap. 13. §. clandeſtina verò ſponſalia &c.* Tarno. *lib. 1. de matrim. cap. 1.* Paul. Cypr. *pag. 341.* Joh. Schneidevvin. *dict. tit. de nupt. part. 1. n. 21.* Mauſer. *de nupt. pag. 313.*

Cùm † quibus convenit etiam B. Lutherus, quando ſcribit: Heimlich Verlöbniß heiſſe ich/ das da geſchicht hinter Wiſſen und Willen derjenigen/ ſo die Oberhand haben/ und die Ehe zu ſtifften Recht und Macht haben/ als Vater und Mutter/ und was an ihrer ſtatt ſeyn mag/ dann ob gleich tauſend Zeugen bey einem heimlichen Verlöbniß wären/ ſo es doch hinter Wiſſen und Willen der Eltern geſchähe/ ſollen ſie alle tauſend nur für einen Mund gerechnet ſeyn/ als ſie ohne Zuthun ordentlicher und öffentlicher Macht ſolches meuchlings und im Finſtern helffen anfangen/ und nicht im Licht handeln/ *in lib. de cauſ. matrimonial.* Et ſatis † expreſsè vocantur ejusmodi ſponſalia clandeſtina *in Ordinat. Eccleſiaſt. Elector. ſub tit.* von Eheſachen. §. von Ehegelöbniſſen. *in verb.* Es ſollen ſich keine Kinder ohne Vorwiſſen und Einwilligung ihrer Eltern verloben/ und wenn gleich ſolches geſchehen/ ſol ein ſolches Verlöbniß/ ungeachtet/ ob daſſelbe in anderer Leute als Gezeugen Beyſeyn geſchehen/ für heimlich gehalten werden/ &c. Quæ verba etiam repetuntur in *Ordinat. matrimon. de Anno 1624. puncto primo* von Ehegelöbnüſſen/ &c. Ex quibus manifeſtò liquet, ſponſalia eſſe † clandeſtina, ſi non acceſſerit conſenſus parentum, ut maximè 7 8 9

mè in præſentia plurimorum teſtium fuerint contracta.

Nec eſt, quòd clandeſtinitatem hanc ſponſaliorum de jure civili incognitam exiſtimemus cum Anton. Guibert. *libr. 1. quæſt. jur. memorab. cap. 12. & in comm. de ſponſ. & ma-*
10 *trim.* † propterea quia in definitione nuptiarum haut exprimitur conſenſus parentum, *l. 1. ff. de rit. nupt.* Præterquam enim,
11 quòd implicitè ſaltem fiat mentio † hujus conſensûs in vocabulo conjunctionis, ut autumat Borch. *in tract. de gradib. pag. 46.* diſtinguendum eſt inter nuptias legitimas, quæ parentum conſenſum ſemper includunt, *pr. Inſt. de nupt. & l. 2. ff. de rit. nupt.* &
12 † nuptias abſolute ac in ſe conſideratas, quæ definiuntur *in dict. l. 1. ff. de ritu nupt.* Nec enim legitimas definire nuptias mens fuit Modeſtini, qui autor habetur *dict. l. 1.* ſed ſubſiſtit ille in generali & abſtracta deſcriptione, † quæ definiendi methodus fuit 13
Modeſtino vulgaris. Ita namque legis virtutes abſtractè aſſignat in *l. 7. ff. de legib.* cum tamen Chryſippus non definiat niſi bonam legem, quæ ſit regula juſtorum & injuſtorum, *l. 2. ff. eod. tit.* † Et uſucapionem de- 14
finit Modeſtinus adjectionem dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti, in *l. 3. ff. de uſurp. & uſucap.* nec includit titulum aut bonam fidem, ſine quibus præſcriptio non ſubſiſtit, *§. 1. Inſt. de uſucap. & longi temp. præſcript.* Henn. Arniſ. *de conjug. cap. 3. ſect. 10. n. 47.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem M. Adami P. die 6. Jan. Anno 1611. (Verba* 15
Sententiæ: Habt ihr in eurer Jugend/da ihr ein *Scholar* ohngefehr von 19. Jahren aus der Fürſten-Schul Grimma kommen/ *Anno 1601.* Marien B. ein Ehegelübde gethan/und iſt ſolches ohne Vorbewuſt und *conſens* eurer Eltern geſchehen; So iſt dieſes eine *deſponſatio clandeſtina*, und Inhalts Churfl. S. Kirchen-Ordnung an ſich ſelbſt nichtig und unbündig/ V. R. W.)

It. † *ad petitionem Henrici à Taubens* zu Reichſtadt/ *die 29. Maji An. 1635.* (*Verba Sen-* 16
tentiæ: Iſt C. S. ohngefehr vor 4. Jahren an einem Orte zu Gaſte geladen/und Abends ziemlich berauſchet mit H. W. S. Tochter in einem Geſpräch ſo weit kommen/ daß er/ wiewol ohne Vorwiſſen ſeines Vaters/ in deſſen Gewalt er damals geweſen/ ſich mit derſelben verlobet/ und auf ernſtes Zureden ſolche Zuſage folgendes Morgens frühe bejahet/ deme aber ſein Vater/ ſo bald er es erfahren/ ſolches in Ernſt verwieſen und widerſprochen ꝛc. So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel/daß aus Mangelung der väterlichen Einwilligung ſolches Verlöbnüß für heimlich und unbündig zu halten/ V. R. W.)

Et † *in cauſa M. G.* Klägerin an einem/ *I. S.* Beklagten anders Theils/ *die 1. Aug. An-* 17
no 1618. (*Verba Decreti:* Dieweil Inhalts Churfl. S. Kirchen- und Ehe-Ordnung keine Kinder ohne Vorwiſſen und Einwilligung ihrer Eltern ſich in Verlöbnüß einlaſſen/ und wann ſolches geſchehen/daſſelbe für heimlich gehalten und für unbündig erkannt werden ſol. Und aber die Klägerin beyzubringen nicht vermocht/ daß Beklagter mit ſeiner Eltern Vorwiſſen und Einwilligung ſich mit Ihr verlobet; So wird dieſes Verlöbniß für heimlich und unbündig gehalten und erkläret; Inmaſſen wir daſſelbe hiemit dafür halten und erkennen/ ꝛc.)

Definit. XXXIX.

Non ſolum de honeſtate, ſed etiam de neceſſitate juris naturalis, civilis & divini conſenſus parentum ad nuptias liberorum requiritur.

SUMMARIA.

1. *Non conveniunt Canoniſtæ de hac quæſtione.*
2. *Pleriq; conſenſum paternum ad nuptias liberorum ex ſola honeſtate, non neceſſitate requiri autumant.*
3. *Quorum opinio refellitur, n. 5.*
4. *Sententia Johannis Gropperi.*
6. *Jus quoq; pontificium neceſſitatem conſenſus paterni nuptiis liberorum imponit.*
7. *Neceſſarius eſt conſenſus parentum in nuptiis liberorum de jure naturali.*
8. *Apud omnes ferè populos.*
9. *Ut & de jure civili.*
10. *Rationes hujus rei.*

11. *Nec non de jure divino.*
12. *Quod demonſtratur dictis biblicis.*
13. *Et exemplis Patriarcharum, n.14.*
15. *Exempla juſſui divino conformia neceſſitatem imitationis introducunt.*
16. *Aliud fundamentum ex conjugio Adami deſumtum.*
17. *Quod probatur autoritate B. Lutheri.*
18. *Bellarminus opponit contraria exempla.*
19. *Non ſemper exemplis, ſed legibus eſt judicandum.*
20. *Refellitur Bellarminus remiſſivè.*
21. *Sententiæ Conſiſtorii Supremi, n.22.*

1 NOlumus hic tangere & examinare tradita Pontificiorum & Canoniſtarum, qui vel propter decretorum varietatem ambigentes nil certi de parentum conſenſu ad nuptias liberorum neceſſariò definire præſumuntur,
2 † vel communiter ex honeſtate tantùm, non ex neceſſitate illum requiri autumant, Gloſſ. *in c. ſufficiat. 27. qu. 2.* Abb. *lib. 2. conſil. 65. in pr.* Petr. de Anchor. *conſ. 21.* Pariſius *vol. 3. conſil. 29.* Didac. Covarr. *in tract. de ſponſal. part. 2. cap. 3. §. 8. n. 1.* Dec. *ad l. nuptias. 30. num. 8. ff. de Reg. jur.* Petr. Greg. Tholoſan. *in ſyntagm. jur. univerſ. libr. 9. c. 3. n. 7.* Alexand. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.*
3 Franc. Vivius *libr. 1. opin. 124.* quibus † opponimus reſcriptum Evariſti Pontificis, quod hiſce conſignatum legitur verbis: Aliter legitimum non fit conjugium niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur, uxor petatur, & à parentibus ſponſetur & legibus dotetur, *in can. 1. cauſ. 30. quæſt. 5.* Quo de
4 † Johannes Gropperus (citatus à Martin. Chemnit. *part. 2. exam. Concil. Trident. ſub fin. tit. de clandeſt. matrim. fol. 268.* & Bellarm. *lib. 1. de matrim. cap. 20.*) ita graviſſime inquit: Evariſti canonem plane ſanctiſſimum cuperemus in Eccleſiam Concilio generali revocari ob clandeſtina illa matrimonia tollenda, quæ nunc paſſim non palam, ſed furtim inter pueros & puellas citra parentum conſenſum per lenones & lenas copulantur: vel inter ſtultos & temulentos ſolâ causâ libidinis, non Dei reſpectu, ſed diaboli inſtinctu conjunguntur. Cui plane
5 † conforme extat Leonis decretum in *can. non omnis. cauſ. 32. quæſt. 2.* ubi circa ejus finem hæc leguntur verba: *Paternus conſenſus deſideratur in nuptiis, nec ſine eo legitimæ nuptiæ habentur.*
6 † Ex quo perſpicuum, jus etiam pontificium ad nuptias liberorum conſenſum requirere paternum de neceſſitate: nam ſine quocunque quid eſſe non poteſt, id maximè & neceſſarium eſt, Ariſtot. *lib. 5. metaphyſ. cap. 5.* Scaliger. *exercit. 250. ſect. 3.*

Sed quicquid ſit, ſufficiat ſaltem neceſſitas
7 † juris naturalis, quo æquum eſt, ut parentibus liberi reverenter pareant, atque ipſorum, à quibus tanto labore ad illam usque ætatem educati ſunt, conſenſu quævis agant, *l. 2. ff. de juſt. & jur. l. parentes. 6 ff. de in jus vocand. l. liberi. 28. C. de inoffic. teſtam. l. 3. & 4. C. de patr. poteſt.* ac multò magis conjugium ineant, Paul. Cypræ. *in tract. de ſponſal. cap. 6. §. 1. n. 2. & ſeq.* Baſil. Monner. *de matrim. part. 3. cap. 1. & 2.* Ex quo † omnium fere gentium, cumprimis 8
verò Græcorum & Romanorum hiſtoriæ luculenter indicant, absque parentum conſenſu & auctoritate nuptias inire liberis permiſſum neutiquam fuiſſe, ut cernere eſt apud Gellium *lib. 2. noct. Atticar.* & Ambroſ. *epiſt. 43.* Henning. Arniſ. *de conjug. cap. 3. ſect. 10. n. 9.*

Nec † de jure civili quicquam dubii re- 9
ſtat, quin de neceſſitate paternus adhiberi debeat conſenſus in nuptiis liberorum, *pr. Inſt. de nupt. l. Paulus. 11. ff. de ſtat. homin. l. oratione. 16. §. 1. l. nuptiæ. 8. l. filius familias. 35. ff. de rit. nupt. l. ſi ut proponis. 7. l. nec filium. 12. l. in conjunctione. 20. C. de nupt.* non † ſolùm ratione patriæ poteſta- 10
tis, ſed etiam ne alicui invito agnaſcatur heres, *§. ſed ſi quis. 7. Inſt. de adoption. l. in bello. 12. §. medio tempore. 3.* ubi Bartol. *ff. de capt. & poſtlim. reverſ.*

Aliter res ſeſe non habet † de jure di- 11
vino, tum propter reverentiam, honorem & obedientiam, quam hoc jure liberi parentibus debent, *Exod. cap. 10. verſ. 12. Deut. 5. verſ. 16. Num. 30. verſ. 5.* quæ reverentia & obedientia in hunc etiam porrigenda eſt caſum, quo liberi rem tam arduam, tantoque conſilio indigentem aggredi moliuntur, Chemnit. *dict. loc. fol. 269.* tum
† ob ſingulare DEI præceptum. *Exod. 34.* 12
verſ. 16. Non accipies uxorem filiis tuis de filiabus earum, *Deut. 7. verſ. 3.* Filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo, *Jerem. 29. verſ. 6.* Date filiis veſtris uxores, & filias veſtras date viris, *Eccleſ. 5. verſ. 27.* Trade filiam, & grande opus feceris, *1. Cor. 7. verſ. 38.* Qui matrimonio jungit virginem ſuam, bene facit; qui non jungit, melius facit. Cui etiam accedunt † exempla; ita namque Agar 13
ac-

accepit filio ſuo Iſmaeli uxorem de terra Æ-
gypti, *Gen. 21. verſ. 21.* quod ſingulariter no-
tari meritò jubet B. Luther. quia Iſmaël erat
homo ferus & agreſtis, nec tamen recuſavit
de conſilio matris uxorem ducere. Abraham
ablegat Eleazarum ad conciliandas filio Iſaa-
14 co nuptias, *Gen. 24. v. 3.* † Iſaacus filium
Jacobum mittit in Meſopotamiam, ut uxo-
rem de filiabus Laban accipiat, *Gen. 28. v. 1.*
Laban de filia ſua Rachele dicit ad Jacobum:
Melius eſt, ut tibi eam dem, quàm alteri viro,
Gen. 29. v. 19. Judas dedit uxorem filio ſuo,
Gen. 38. v. 7. Thamar Regis filia diſpoſitio-
nem de conjugio ſuo remittit ad parentis ar-
bitrium, *2. Sam. 13. v. 3.* Et Angelus conſuluit
Tobiæ, ut à patre Raguele uxorem ducat,
15 *Tob. 6. v. 13.* † Quæ aliaque exempla inſtitu-
tioni & mandato divino conformia procul
dubio imitationis neceſſitatem introducunt,
Johan. Gerhard. *in loc. de conjug. §. 62. in fin.*
Mart. Chemn. *dict. loc.*

Et ſuadet tandem hoc ipſum primorum
parentum conjugium, eo modo inſtitutum,
16 † ut nec Adamus ſuo arbitrio ſibi ſponſam
eligeret, nec Eva ſuo conſilio ſponſum ſibi
quæreret, ſed ut Dei voluntas intercederet,
qui parentis locum obtinuit, *Luc. 3. v. 38.* at-
que Evam utpote filiam ſuam Adamo addu-
xit & ampla cum dote eandem ipſi dotavit.
17 Quò † reſpiciens B. Lutherus ſic ſcribit: A-
damus Evam conditam non rapit ex ſolo ar-
bitrio, ſed expectat Deum adducentem, ſicut
Chriſtus quoque dixit: Quos DEUS con-
junxit, homo non ſeparet. Et videtur hac
ipſa actione Deus parentibus præire, & quid
ipſorum quoque in poſterum officii eſſet,
monſtrare voluiſſe, illud ſcilicet, ut filiis ju-
ſto ætatis tempore de uxoribus proſpiciant,
& filiabus maritos hoc freti divino auxilio
adducant, *in comm. Gen. 2.* Inſurgit † equi- 18
dem contra id Bellarm. adducens exempla
Eſavi, *Gen. 26. v. 34. & cap. 28. v. 9.* Jacobi,
ducentis uxorem unam juxta conſilium pa-
rentum ſuorum, ſed alias tres & præſertim
duas ancillas parentibus omninò inſciis,
Gen. 29. & 30. Tobiæ, uxorem ducentis in
aliena regione parentibus ignorantibus,
Tob. cap. 7. At quia † non omnibus indiffe- 19
renter exemplis, ſed legibus ſtandum & ju-
dicandum eſt, *l. nemo. 13. C. de ſentent. &
interloc. omn. judic.* nec videndum, quid ali-
qui ante nos fecerint, ſed quid ille, qui ante
omnes eſt faciendum mandavit. † Satisque 20
porrò & ſufficienter ab aliis ad exempla iſta
fuerit reſponſum, aſſertioque hæc latius de-
ducta, imprimis à Gerhard *dict. loc. & §. 77.*
Chemnit. *loco allegato.* Joh. Harppr. *in pr. Inſt.
de nupt. n. 86. & multis ſeqq.* Bidembach. *in
promt. connub. in append. cap. 1. qv. 1.* nolo
facibus ſolem adjuvare, quod ſupervacui im-
pendii & laboris eſſe Anacletus Pontifex ſcri-
pſit *in cap. ſi omnia. 6. qv. 1.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Johannis Georgii à* Schönberg in Pulß- 21
nitz/ *die 3. Sept. Anno 1638.* (*Verba Sententiæ:* Iſt H. P. ein lediger Geſell ſeines
Handwercks ein Fleiſchhauer und euer Unterthaner zu Pulßnitz geſinnet / nach
GOttes Willen Dorotheen/ H. G. Tochter ehelichen zu heyrathen; Sein Vater
aber P. P. wil ſich nicht darzu verſtehen/ noch ſeine väterl. Einwilligung geben/ mit
Anziehen/ der Sohn hätte ihn niemals darum begrüſſet/ die genannte Dorothea
wäre keine Arbeiterin/ und er der Sohn hätte ehemalen ſelbſt verſchworen / dieſe
Perſon zu heyrathen. Ob nun wol der Sohn hinwieder einwendet / daß er den
Vater um ſeinen *Conſens* erſuchen laſſen / der ihn auch hierzu vor deſſen gegeben/
und nur eine Zeit hero ſeine Meynung geändert/ und wäre die Dorothea in ihres
Vatern Hauſe zur Arbeit wohl gezogen ꝛc. Dennoch aber und dieweil der leib-
lichen Eltern *Conſens* und Einwilligung nicht nur *de honeſtate*, ſondern auch natür-
licher/ göttlicher und weltlicher Rechte Verordnung nach *de neceſſitate* zu der Kin-
der Verehlichung erfodert wird: So kan auch in dieſem Fall der Vater wider
ſeinen Willen zu mehr-berührtem *Conſens* nicht genöthiget / noch die vorhabende
Ehe zu Werck gerichtet werden/ ꝛc.)

Et † *ad conſultationem* F. K. zu Rößla/ *die 6. Febr. An. 1611.* (*Verba Sententiæ:* Habt 22
ihr euch mit M. S. einer Wittben in Ehe-Gelöbniß eingelaſſen und ihr die Ehe
verſprochen. Ob nun wol ſolches in Beyſeyn gewiſſer hierzu erbetenen Zeugen ge-
ſchehen; Dieweil aber gleichwol/ euerm eigenen Bericht nach / euer Vater dar-
um keine Wiſſenſchafft getragen/ noch ſeinen *Conſens* und Jawort hierzu gegeben/
welches doch nach göttlichen und weltlichen Rechten nöthig iſt; So mag ſelbiges
Ehegelöbniß zu Recht nicht beſtehen/ V. R. W.)

Definit. XL.

Non ergo ſubſiſtunt ſponſalia absque parentum conſenſu contracta, ſed pro nullis & invalidis declarari debent.

Summaria.

1. Conſenſus paternus num impediat libertatem nuptiarum?
2. Matrimonia debent eſſe libera.
3. Conjugium conſenſu parentum contractum habetur liberrimum.
4. Libertas prohibitionem juris includit.
5. Nuptiæ ſine parentum conſenſu contractæ ſunt ipſo jure nullæ. n. 9.
6. Ratio hujus aſſertionis.
7. Quæ fiunt contra leges & præcepta DEI, cenſentur nulla.
8. Per ſententiam Conſiſtorii nuptiæ hæ pro nullis ſunt declarandæ.
10. Quibus ex fundamentis? n. 12.
11. Quod ipſo jure nullum, id pro nullo declarari & reſcindi jura permittunt.
13. Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 14. 15.

1 SEd annon conſenſus parentum liberam impedit facultatem contrahendi nuptias, quæ ex ſolo contrahentium arbi-
2 trio dependere, † matrimoniaque libera eſſe debent? *l. Titia. 134. ff. de verb. obligat. l. nec filium. l. neq; ab initio. 14. C. de nupt.* Non certè hoc aſſerendum, quin
3 † potius matrimonia & tum libera cenſentur, quando cum voluntate & conſenſu parentum contrahuntur, quia lex matrimoniis adſcripta libertatem conjugii haut tollit, ut ex ipſa libertatis definitione videre licet, ſci-
4 licet † quæ prohibitionem juris ſemper includit, §. *1. Inſt. de jur. perſon.* ex quo nec
5 liberæ poſſunt eſſe nuptiæ, quæ † irrequiſito parentum conſenſu ſunt prorſus nullæ, ut verè ſcripſerit B. Lutherus: Das heimliche Verlöbniß/ weil da noch keine Ehe im Werck/ und der Magd und ihren Eltern noch keine thätliche Verletzung geſchehen/ ſondern noch gantz in der Eltern Verboth und Gewalt ſtehet/ ſol gäntzlich verhindert und für keine Ehe gehalten werden/ *Tom. 5. Jenenſ. fol. 238.* Quod nec mirum cuiquam
6 videbitur, † ſiquidem matrimonium absque conſenſu parentum initum cum jure pariter divino atque humano pugnat, *Deſin. præced.* Ergo prorſus nullum habetur, *l. non dubium. 5. C. de Lib. l. jubemus. 10. C. de SS. Eccleſ.*
7 Nam † quæ fiunt contra præceptum DEI & præſcriptum legis, penitùs nulla cenſentur. Johann. Harppr. *ad pr. Inſt. de nupt. n. 131.*

Quo ipſo † tamen ſententiam judicis ſeu Conſiſtorii declaratoriam excluſam nolim. 8
Etſi enim ejusmodi nuptiæ ob defectum conſensûs paterni ipſo † jure ſint nullæ & in- 9
validæ, §. *ſi adverſus. Inſt. de nupt. l. 13. §. 6. in fin. ff. ad Leg. jul. de adult. l. 2. ff. de rit. nupt.* nequaquam tamen cognitio Conſiſtorii hac in re omitti debet, ſed præviâ eâ, ſententia declaratoria accedat neceſſe eſt, Joach. à Beuſt. *de ſponſal. part. 1. c. 22. & ſeqq.* (1.) † Quia 10
ſæpe lites oriri ſolent ex ſponſalibus contractis & promiſſis, quæ vel una pars ſimpliciter negat, vel requiſita neceſſaria omiſſa contendit, aut ad certas conditiones reſtringit, alterâ parte contradicente: quo caſu ſine prævia cognitione & autoritate judicis negotium determinari haut poteſt, ut hinc judicium pariter & ſententia expectari debeat, Beuſt. *dict. cap. 22.* (2.) † Nec abſonum in 11
jure habetur, ut quod ipſo jure nullum eſt, reſcindatur, & pro nullo declaretur, prout apparet ex *l. maximum vitium. 14. C. de lib. præter. Novell. 115. c. 3. §. ult.* (3.) † Quò 12
& faciunt verba *Ord. Eccl.* manifeſta: Und wann gleich ſolches geſchähe/ ſol ein ſolches Verlöbniß für heimlich gehalten/ und für unbündig erkannt/ und die Perſonen in unſern Landen nicht getrauet werden. *ſub tit.* Von Eheſachen. §. von Ehegelöbniſſen/ *& in Ord. matrim. de Anno 1624. punct. 1. in pr.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* M. P. Klägerin an einem/ J. H. Beklagten an- 13
ders Theils/ *die 27. Auguſti Anno 1617.* (*Verba Decreti*: Dieweil Beklagter ſeinem eigenen Bekäntniß nach ohne ſeines Vaters Vorwiſſen und Einwilligung mit der Klägerin ſich verlobet/ ſie mit vergeblichen Tröſtungen ins vierdte Jahr aufgehalten/ und doch ſie von Hertzen niemals geliebet/ noch zu ehelichen im Sinne gehabt; So wird dieſes Verlöbniß für heimlich gehalten/ und für un-

kräff-

kräfftig erkannt/ inmaſſen wir ſolches alſo halten und hiemit dafür erklären/ ꝛc.)

Et † in causâ Marthen G.G. Tochter zu N. Klägerin an einem/ J.S. Beklagten an- 14
ders Theils/ *die 1. Aug. An. 1618.* (*Verba Decreti:* Dieweil Inhalts Churfl. S. Kirchen- und Ehe-Ordnung keine Kinder ohne Vorwiſſen und Einwilligung ihrer Eltern ſich in Verlöbniß einlaſſen/ und wann ſolches geſchehen/ daſſelbe für heimlich gehalten und für unbündig erkannt werden ſol: Und aber die Klägerin beyzubringen nicht vermocht/ daß Beklagter mit ſeiner Eltern Vorwiſſen und Einwilligung ſich mit ihr verlobet/ Beklagter auch ſein Vater durch unſern angewandten Fleiß zu Vollnziehung der Ehe nicht zu bewegen geweſen/ darauf die Klägerin bey ſo geſtalten Sachen ſich ferner zu ihme zu nöthigen ſelbſten Bedencken getragen; So wird auch dieſes Verlöbniß für heimlich und unbündig gehalten und erkläret/ inmaſſen wir daſſelbe hiermit dafür halten und erkennen/ und beyden Theilen in andere Wege ſich Chriſtlichen zu verehelichen verſtatten und nachlaſſen/ ꝛc.)

Et † in causâ Sabinen E.B. Tochter *contra* M.L. Pfarrern zu N. in Böhmen/ *die* 15
28. Jan. An. 1620. (*Verba Decreti:* Wann gleich die von Beklagtem verneinte eheliche Zuſage beygebracht würde; So wäre doch ſolche wegen ſeines Vaters beharrlichen *diſſenſus* und *contradiction* für heimlich und unbündig zu achten/ dafür wir ſolches hiermit erklären/ derwegen Beklagtem mit der *intervenientin* auf vorgehende *proclamation* die Ehe zu vollnziehen nunmehr billich verſtattet wird/ ꝛc.)

DEFINIT. XLI.

Sponſalia ſine parentum conſenſu contracta per ſubſequentem eorum ratihabitionem, non niſi ex tempore ratihabitionis convaleſcunt.

SUMMARIA.

1. *Conſenſus parentum præcedere debet nuptias liberorum.*
2. *Nec datur locus ratihabitioni.*
3. *Perinde ut nec in additione hereditatis.*
4. *Ex tempore ratihabitionis demum convaleſcunt denuo ſponſalia. n. 8.*
5. *Secundùm quosdam parum intereſt, ſive præcedat, ſive ſequatur parentum conſenſus.*
6. *Quorum opinio refellitur.*
7. *Sententia D. Chemnitii hac de re.*
9. *Mandaſſe dicitur, qui ratum quid habet.*
10. *Fallit quandoq́ hoc axioma.*
11. *Nec procedit in nuptiis liberorum.*
12. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
13. *Decretum Ejusdem.*

1 IN tantum conſenſus parentum neceſſarius habetur, ut eum præcedere, inque ipſo negotio ſtatim interponi Imperator juſſerit, *pr. Inſt. de nupt.* Ex quo ſe-
2 quitur, † ratihabitioni locum haut dari, *l. Paulus. 11 ff. de ſtat. homin. l. quid ergo. 13. in pr. ff. de his, qui not. infam. l. ſi uxor. 13. §. ſi quis uxorem. 6. ff. ad Leg. Jul. de adult.*
3 *l. manifeſtum. 9. C. de nupt.* perinde † ut in additione hereditatis receptum, *l. ſi quis mihi. 25. §. juſſum. ff. de acquir. vel amitt. hered. l. ſervo. 65. in pr. ff. ad SCtum Trebell.* Baſil. Monner. *in tractat. de matrim. part 3. cap. 8. 9. & 10.* Jacob. Cujac. *lib. 3. obſerv. 5.* Joh. Gerhard. *in loc. de conjug. §. 92.* Joh. Harppr. *ad pr. Inſt. de nupt. n. 111.* Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. c. 46.* Henn. Arniſ. *de conjug. cap. 3. ſect 10. n. 40.* Albert. Gentil. *libr. 4. de nupt. c. 3* Non tamen omni effectu deſtituitur ratihabitio, † ſed hoc o- 4
peratur, ut convaleſcant ſponſalia ex tempore ratihabitionis, *l. ſi ut proponis. C. de nupt. l. dotis promiſſio. 68. ff. de jure dot.* Gerh. & Harppr. *dict. loc.*

Parum † hinc referre quis dixerit cum 5
Mauſer. *in comment. Inſt. de nupt.* ſive præcedat, ſive ſequatur conſenſus parentum, dummodò interveniat, quia, ut modò diximus, vel ſaltem ex poſtfacto ſponſalia valent. Sed † tempus convalidationis ne- 6
gligere heic impium eſſet propter mandatum Jehovæ & vitium clandeſtinitatis ex omiſſo parentum conſenſu contractæ, prout graviter monet Martin. Chemnit. *in diſput. contra clandeſt. deſponſat. quæ ad calcem. part. 3. locor. eſt adjecta. th. 10. hiſce verbis:* Non † rectè dicitur ni- 7
hil referre, ſive præcedat conſenſus pa-

rentum, ſive initium fiat à clandeſtinis deſponſationibus contra Dei mandatum factis, & poſtea parentum conſenſus ex intervallo aliquo ſubſequatur. Fieri poteſt, ut juxta jus civile forſan non multùm referat ad hoc, ut ſit politica copulatio, ſed ut ſit divina conjunctio juxta verbum DEI, permultùm refert. DEUS enim in ſuo verbo patefecit & præſcripſit certam formam, quâ fiat conjunctio divina in conjugio, & quæ cum illa forma pugnant, impia & damnata ſunt. *Hactenus Chemnit.*
8 † Non ergo clandeſtina deſponſatio ſubſequente parentum conſenſu confirmatur per quandam ratihabitionem retrò ſeſe extendentem: ſed patriâ poteſtate de integro novus inducitur contractus ſponſaliorum, ut juxta formam divinitùs præſcriptam legitima fiat conjunctio, & conſcientiæ contrahentium certò ſtatuere poſſint, ſe eſſe divinitùs conjunctos, Gerhard. *dict. §. 92. pag. 166.*

Nec † officit quicquam vulgatum illud axioma: quòd mandaſſe dicatur, qui ratum habuit, ac ratihabitio retrotrahatur, ita ut actus poſterior firmus anteriorem infirmum ſtabilitate ſua confirmet, & adeò perinde ſit, ac ſi in contractûs matrimonii ingreſſu conſenſus interpoſitus fuerit, *l. ſemper qui. 60. & l. hoc jure. 125. §. 1. ff. de Reg. Jur. l. ult. C. ad SCtum Macedon. cap. ratihabitionem. 10. extr. de Reg. in 6to.* 9
Fallit ſiquidem axioma iſtud † in actibus iis, in quibus lex pro forma mandatum & juſſum ſive conſenſum requirit, quoniam à legis expreſſâ formâ non poteſt nec debet recedi, *l. conſtitutionibus. in fin. ff. ad municipal.* Bald. *in l. ſi uxorem. 5. C. de condit. inſert.* Bartol. *in l. bonorum. 24. ff. rat. rem haberi.* 10
† Ut nec hinc nuptiæ liberorum, ad quarum formam ſubſtantialem conſenſus parentum requiritur, accedente eo, jure ratihabitionis retrotractæ, & ab initio contractûs firmæ & validæ cenſeri queant. 11

Ita † Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem M. H. zu S. *die 14. Sept. An. 1616. (Verba Sententiæ:* Habt ihr euch mit Margarethen / P. L. Tochter in ein Chriſtlich Ehe-Gelöbniß eingelaſſen/ihr auch darauf einen Ring geſchenckt. Ob nun wol ſolches in Beyſeyn gewiſſer hierzu erbetenen Gezeugen geſchehen/und von denſelben euch beyderſeits Glück gewünſchet worden. Dennoch aber und dieweil ihr ſelbſt nicht in Abrede ſeyn möget/daß ihr Vater/ſo annoch am Leben/nicht darbey geweſen/ noch einige Wiſſenſchafft hierum getragen / weniger ſeinen Willen und *Conſens* darzu ertheilet; Auf ſolchen Fall würde es von Zeit ſolches ertheilten *Conſenſus* für kräfftig und gleichſam von neuen geſchloſſen und *contrahi*ret nicht unbillich gehalten / V. R. W.) 12

Et † in causâ M. R. contra S. R. die 3. Aug. Anno 1636. (Verba Decreti: Dieweil beyderſeits Eltern in dieſe Verlöbnüß nicht gewilliget / auch auf beſchehenes Zureden aus beweglichen Urſachen nochmals ihren *Conſens* zu dieſer Verehlichung zu geben/ nicht zu vermögen geweſen/ ꝛc. So wird ſie für heimlich und unkräfftig erkannt/und mag auch hinfüro nicht beſtehen / wie wir ſie dann hiermit für nichtig erklären und erkennen/ V. R. W.) 13

Definit. XLII.

Sufficit conſenſus parentum tacitus in nuptiis liberorum contrahendis, modò ſit certus, non ex verbis ambiguis præſumtivè collectus.

SUMMARIA.

1. *Bene faciunt liberi, conſenſum parentum expreſſum ad nuptias requirentes.*
2. *Sufficit tamen conſenſus eorum tacitus. n. 3.*
4. *Qui tacet, conſentire videtur.*
5. *Patientia cum ſcientia habetur pro conſenſu.*
6. *Etiam de jure divino.*
7. *Conſenſus quia facti, probari debet.*
8. *Nec ſufficit ambiguus conſenſus.*
9. *Quid ſi pater ſponſam filii appellitet filiam?*
10. *Nec certus inde colligi poteſt conſenſus.*
11. *Incertitudo perimit omnem probationem.*
12. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

Tutiùs

1 TUtiùs omninò agunt liberi, ſuisque
conſcientiis rectiùs conſulunt, ſi ex-
preſſum parentum conſenſum de
matrimonio ineundò requirant,
quia ſemper periculum ſubeſt, ne pro tacito
parentum conſenſu illud interpretentur,
quod nihil minus eſt, quàm conſenſus, Joh.
Gerhard. *in loc. de conjug.* §. 88. *in fin.* atta-
2 men † quin tacitus eorum ſufficiat conſenſus
in contrahendis liberorum nuptiis, ambigere
non licet ex mente & ſententia Juliani, qui fi-
liæ patrem conſentire intelligi ſcripſit, niſi e-
videnter diſſentiat, *l. in ſponſalibus. 7. §. 1. ff. de*
3 *ſponſal.* ſicuti † viciſſim, quæ patris voluntati
non repugnant, conſentire intelligitur ex
4 ſententia Ulpiani *in l. 12. ff. eod. tit.* † nimirum
qui tacet, conſentire videtur, *cap. qui tacet.
43. extr. de Reg. jur. in 6to. l. item quæritur.
13. §. qui impleto. 11. ff. locat.* Joſeph. Maſcard.
5 *de probat. concluſ. 1360. n. 1.* † & habetur
patientia cum ſcientia pro conſenſu, *l. utili-
tatem. 1. §. magiſtrum autem. 5. verſ. cæ-
terum, ſi ſcit.* ubi Gloſſ. *in verb. impoſuiſſe.
ff. de tribut. action. l. in rebus. 4. §. item qui.
in fin. ff. de precar.* Natta *lib. 2. conſil. 274.
n. 11.* Jacob. Menoch. *lib. 2. præſumt. 74. n. 6.
& 8.* Dec. *conſil. 409. n. 6.* Quare & de jure
6 divino † votum filiæ Deo factum ratum ha-
betur, ſi pater illud cognoverit ac tacuerit,
Num. 30. v. 4. Quidni ergo etiam rata erit
promiſſio matrimonii à filia alteri facta, ſi pa-
ter eam cognoverit & tacuerit, h. e. ſi tacito
conſenſu eam approbaverit?

Sed hoc ita, † ſi tacitus probetur conſenſus: 7
eſt quippe conſenſus facti, quod non præſu-
mitur, *l. in bello. 12. §. facta. 2. ff. de capt. &
poſtl. reverſ.* quin & certa ac indubitata de-
bet eſſe probatio, quia † in matrimoniis con- 8
trahendis non recipitur conſenſus ambi-
guus, ſed certus & clarus exigitur; Erneſt.
Cothmann. *Reſponſ. 86. n. 7.* Hieron. Vehus.
conſil 5. n. 6. inter conſilia matrimonialia. lib. 2.
Petr. Franc. *conſil. 64. n. 9. inter conſil. ma-
trim. lib. 2.* Quid enim † ſi parens filii ſpon- 9
ſam filiam ſuam dilectam appellitaret? Non
certè tacitus inde colligi poſſet conſenſus,
cum plerique ſenes puellas indifferenter filia-
rum titulo ac nomine ſoleant honorare; Ex
hoc † dubio itaque intellectu nil certi infe- 10
rendum erit, poſtquam ex verbis ambiguis
& obſcuris colligi nequeat conſenſus, Dio-
nyſ. Gothofr. *in l. cum proponas. 16. C. de
pact. lit. e.* Cothman. *Reſponſ. 8. n. 62.* Fran-
ciſc. Hottoman. *conſil. 8. p. 134.* † & perimit 11
incertitudo omnem probationem, *arg. l. duo
ſunt Titii. 30. ff. de teſtam. tutel. l. item a-
pud. 15. §. cui non. 9. ff. de injur.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem* Hanſen L. zu Ronneburg / *die 30. Dec.* 12
An. 1610. (*Verba Sententiæ:* Obwol hierdurch allein/ (daß ihr oder eure Tochter die Annen S. mit welcher ſich euer Sohn Hans L. ohne euern/als des leiblichen Vaters Vorbewuſt in Eheverlöbniß eingelaſſen haben ſol/zu Gaſte eingeladen/ und ihr als ein alter grauer Mann / eurem Gebrauch nach auch gegen andern Jungfrauen/ſie liebe Tochter geheiſſen/) der *conſenſus paternus*, ſo zu der Söhne oder Töchter Verheyrathungen von nöthen/gnugſam nicht erwieſen wird/ ꝛc.)

Definit. XLIII.

Negligi haut debet in nuptiis liberorum patris conſenſus, licet ſit impius & crudelis.

SUMMARIA.

1. Furioſi parentis autoritas certo modo neceſſaria in nuptiis liberorum.
2. Quisnam ille modus?
3. Quid juris in patre impio, paupere vel crudeli?
4. Et hujus conſenſus in nuptiis liberorum eſt neceſſarius.
5. Fundamenta & rationes hujus deciſ. num. 7. 9.
6. Erubeſcimus ſine lege loqui.
8. Lex divina de honorandis parentibus eſt generalis.
10. Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n. 11.

QVod controverſum erat jure ve-
teri circa adhibendum patris fu-
rioſi conſenſum ad nuptias libe-
1 rorum, id † hodie clara Imper.
Juſtiniani ſanctione eſt deciſum in
l. ſi furioſi. 25. C. de nupt. ita ut ſive fi-
lius ſive filia ſit, ſine patris autoritate
matrimonium certo modo contrahere
queant. Eſt verò modus † ille: ut præ- 2
ſente curatore patris furioſi conſtitua-
tur dos vel donatio propter nuptias à cu-
ratore filiæ aut filio, adhibito judicio no-
biliorum ſive principum totius familiæ,
itemque Magiſtratûs aut Epiſcopi ipſius

 civi-

civitatis, *dict. l. ſi furioſi. l. tàm dementis. 28. C. de epiſcop. audient.*

3 At † quid juris in patre impio, ebrioſo, prodigo, paupere vel crudeli? Nequaquam hujus conſenſus negligi debet † in nuptiis li-
4 berorum, Paul. Cypræus *in tract. de ſponſ. c 6. §. 5.* Tarnov. *in tract. de conjug. lib 1. cap. 73. quæſt. 2.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. § 91.* Joh. Harppr. *in pr. Inſt. de nupt. n. 111.* (1.)
5 † Nullibi enim diſtinguunt jura inter qualitates parentum, ſed indifferenter eorundem conſenſum nuptiis liberorum adhiberi jubent, *pr. Inſt. de nupt. l. Paulus. 11. ff. de ſtat. homin. l. oratione, 16. §. 1. l. nuptiæ. 18. l. filiusfamilias. 35. ff. de rit. nupt. l. ſi ut proponis. 7. l. nec filium. 12. l. in conjunctione. 20. C. de nupt.* Ergo nec noſtrum erit diſtin-
6 guere; & † erubeſcimus ſine lege loqui, *Novell. 18. cap. 5.* Jaſon. *in l. præſes provinciæ. 12. n. 3. C. de transact.* Matth. Weſenb. *conſil. 2. n. 1.* Franc. Vivius *deciſ. 358. n. 4* Aym. Cravett. *conſil. 25 n. 9.* (2.) † Quin potiùs expreſ- 7
ſe Impp. Diocleт. & Maxim. conſenſum patris, qui filiam expoſuit & alere noluit, ad ejus nuptias requirunt in *l. patrem qui filiam. 16. C. de nupt.* (3.) † Neque lex divina de hono- 8
randis parentibus ullam addit conditionem, ſed indiſtinctè reverentiam & obedientiam parentibus præſtandam à liberis exigit, *Exod. cap. 20. v. 12. Deut. 5. v. 16.* utque ſervi obedire jubentur heris non ſolum beneficis & mitibus, ſed etiam diſtortis & difficilibus, *1. Petr. 2. v. 18.* ſic & liberi ſunt obſtricti honorare parentes, etiam impios & flagitioſos. (4.)
† Quod & probe obſervavit Patriarcha Ja- 9
cob requirens conſenſum Labani in Rachele ſibi elocandâ; ut maxime is erat inſignis veterator & idololatra, *Gen 29. v. 19.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Marien L. zu Radewalt / *die 2. Auguſti* 10
An. 1609. (*Verba Sententiæ:* Hat N. L. um eure Tochter Gertrauden gefreyet und ihr allerhand Verheiſchung gethan/es auch ſo weit gebracht/daß ihme dieſelbe in Beyſeyn zweyer Zeugen ehrlichen verſprochen worden: Nachdem er aber auf eine andere Weibes-Perſon ſein Hertz und Gemüth geworffen/wil er ſeinem Verſprechen nicht nachkommen/mit Vorwenden / daß ſein Vater in das mit eurer Tochter gehaltenes Ehe-Gelöbniß nicht gewilliget/noch davon Wiſſenſchafft getragen. Wenn es nun gleich eurem Vorgeben nach mit N. L. Vatern alſo beſchaffen wäre/daß er ein ruchloſer Menſch/der ſich ſeiner Kinder wenig angenommen/noch dieſem ſeinem Sohne einigen Vorſchub und Hülffe gethan / ſondern derſelbe ſich bey andern ſeinen Befreunden Raths und hülfflicher Hand erholen müſſen; So hat doch dem Sohne nicht gebühret/ohne des Vatern *Conſens* und Einwilligung ſich zu verehelichen / derwegen das Verlöbniß mit eurer Tochter für heimlich und unbündig zu achten/und N. L. ſich anderweit zu verehelichen wohl befugt/ V. R. W.)

Et † ad requiſitionem M. Zachæi Fabers zu Kempnitz/*die 12 Oct. An. 1611.* (*Verba Sententiæ:* Obwol G. B. und gemeldte Anna einander die Ehe verſprochen haben mögen; Dieweil aber B. nicht beweiſen kan/daß ſolches mit der Eltern/inſonderheit aber des Vatern Vorbewuſt und Einwilligung geſchehen/ dieſelbe auch nochmals ihren *conſens* darein zu geben Bedencken tragen; So wird angeregte Zuſage/ des von B. wegen des Vaters Perſon und Beſchaffenheit ferner gethanes Einwendens ungeachtet / für heimlich und unbündig billich erkennet/ ꝛc.) 11

DEFINIT. LIV.

Matris conſenſus æque ac patris ad nuptias liberorum requiritur; ſine quo ſponſalia ab iis contracta pariter ſunt clandeſtina & invalida.

SUMMARIA.

1. *Controverſum eſt de jure civili, an matris conſenſus ad nuptias liberorum requiratur?*
2. *De jure divino autem hæc quæſtio affirmativè decidenda.*
3. *Sponſalia liberorum abſque conſenſu matris inita ſunt nulla.*
4. *Non ſolùm ex obſervantia Conſiſtoriorum Evangelicorum.*
5. *Quæ ſanctione Electorali approbata.*
6. *Sed etiam ex rationibus & fundamentis certis.*
7. *Quænam hæ rationes, quæque fundamenta? n. 9. 10. 11.*
8. *Lex divina de parentibus honorandis non diſtinguit inter patrem & matrem.*

12. Pro-

12. Probatur hæc aſſertio exemplis. n. 13.
14. De jure civili patre vivente neceſſarius haut eſt matris conſenſus.
15. Secus quando pater eſt defunctus.
16. Quid ſi hiſce in terris pater & mater ab invicem diſſentiant?
17. Vir eſt caput mulieris.
18. Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 19. 20.

1 Diſputent Dd. quicquid velint, an ex honeſtate ſaltem vel etiam neceſſitate conſenſus matris de jure civili ad ſponſalia & nuptias liberorum requiratur, ut videre eſt apud Dionyſ. Gothofr. *in notis ad l 25. ff. de rit. nupt.* Hottom. *in diſp. de ſponſal. c. 2.* Joh. Harppr. *in pr. Inſt. de nupt. n. 82. & ſeqq.* Donell. *libr. 13. comm. jur. civil. c. 20. pag. 206.* Chriſt. Beſold. *in diſcurſ. jurid. polit. de nupt. cap 9. n. 2.* Helffric. Ulric. Hunn. *in reſol. jur. lib. 1. tract. 3. quæſt.*
2 *14.* non immerito hac † in quæſtione juri divino, quod eſt lucerna pedum noſtrorum, *Pſal. 119. v. 105.* inhæremus, edocti ex eo, quòd non minùs conſenſus matris, quàm patris attendi debeat in ſponſalibus liberorum, adeò
3 ut illo non requiſito † ſponſalia æque ſint clandeſtina & invalida: idque obſervantia Conſiſtoriorum hactenus comprobavit in
4 † terris Statuum Evangelicorũ, Jo. Schneidvvin. *ad tit. Inſt. de nupt. n. 38.* Joach. à Beuſt. *de matrim. cap. 47.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug §. 86. pag. 161.* Ern. Cothman. *conſil. 10 n. 97.* Dan. Moller. *libr. 1. Semeſtr. 47.* Paul. Cypr. *de ſponſal. cap. 6. §. 6.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 5.* Henn. Arniſ. *de conjug. cap. 3.*
5 *ſect. 10 n. 27.* Et † clara hac de re extat ſanctio Electoralis Saxonica in *Ordin. Eccleſ. ſub tit.* von Ehe-Sachen. §. von Ehe-Gelöbniß. *ibi:* Es ſollen ſich keine Kinder/ Söhne oder Töchter ohne Vorwiſſen und Einwilligung ihrer Eltern/ als des Vatern/ der Mutter verloben ꝛc. *Et poſtea:* Und wenn gleich ſolches geſchähe/ſol ein ſolches Verlöbniß für heimlich gehalten und für unbündig erkannt werden/ ꝛc. Quæ & repetitur in *Ordin. matrim. de Anno 1624. punct. 1. in pr.*

6 Liberi itaque † matrimonium contracturi non ſolùm patris, ſed etiam matris conſenſum & aſſenſum requirant neceſſe eſt, quò validum pariter negotium agant, ſuisque
7 conſcientiis conſulant. (1.) † Ex quo enim propter reverentiam, honorem ac obedientiam, quam liberi parentibus debent, conſenſus horum ad ſponſalia requiritur, matris perſona & adſenſus nequaquam excludi de-
8 bet, quia † lex divina de honorandis parentibus patri matrem diſertis verbis conjungit, *Exod. 20. v. 12. Deut. 5. v. 16. Matth. 15.*
9 *v. 4. Eph. 6. v. 2. Prov. 1. v. 8.* (2.) † Quin & jus hoc tribuunt matri vel ſolæ moleſtiæ, quas in geſtatione, partu & educatione liberorum ſuſtinent, quæ videntur ſuperare eas, quas patres ipſorum nomine tolerant, *Gen. 3. v. 16.* veluti hanc rationem urget Tobias ſenior filio dicens: Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus; memor enim eſſe debes, quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te in utero ſuo, *Tob. 4. v. 3. & 4.* (3.)
† Et ſi parentum conſenſus ideo à liberis in 10
nuptiis eſt requirendus, quia præſumuntur optimum capeſſere conſilium & rectiſſimè liberis proſpicere, *l. pen. ff. de bon. libert.* utique non negligendus erit matris conſenſus, quippe quæ tenerrimo & arctiſſimo amore liberos tanquam ſui partes complectitur.
(4.) † Aut ſi rationem in eo ponere mavis, 11
ne invitis parentibus heres agnaſcatur, ſi
conſenſus ejus fuerit neglectus. (5.) † Ac- 12
cedunt porrò exempla illorum liberorum, qui matris conſenſum requiſiverunt, à Spiritu Sancto commendata, ita namque Hagar filio ſuo Iſmaëli uxorem duxit, *Gen. 21. v. 21.* Rebecca cum Iſaaco de nuptiis Jacobi filii conſultat, *Gen. 27. v. 46.* & Simſon patri ac matri propoſitum de uxore è Philiſtæis ducenda a-
perit, *Judic. 14. v. 2.* † Ut taceamus exempla 13
alia multorum præſtantiſſimorum virorum, quæ copioſè ex profanis adducunt hiſtoriis Joach. à Beuſt. *de jur. connub. dict. cap. 47. f. 216.* & Paul. Cypr. *dict. cap. 6. p. 185. & ſeqq.*

Quin † nec jus civile omninò adverſa- 14
tur; Etſi enim lubens conceſſerim, vivente patre ejus autoritatem matri haut immeritò anteponi ob fragile & infirmum muliebre conſilium, quodque mater liberos in poteſtate non habeat, *§. fœminæ. 10. Inſt. de adop-*
tion. attamen † defuncto patre matris ad- 15
ſenſum de jure civili negligendum tantum abeſt, ut potius expreſsè hic requiratur, *in l. 1. & l. 10. C. de nupt.* Schneidvv. *dict. loc.* Harppr. *in pr. Inſt. de nupt. num. 85.* Borch. *de gradib. p. 52. & ſeqq.* Ex quo porro in-
ferendum, † ſi pater à matre in nuptiis libe- 16
rorum diſſentiat, hiſce etiam in provinciis patris conſenſum prævalere, Joh. Gerhard. *dict. loc. de conjug. §. 87.* Paul. Cypræ. *de ſponſal. cap. 6. §. 8.* maxime quia † 17
vir eſt caput mulieris, *1. Cor. 11. v. 3.* ac divina ordinatione dominus ejusdem conſtitutus, *Gen. 3. v. 16. 1. Corinth. 14. v. 33.* Beuſt. *dict. cap. 47.* Bidembach. *de cauſ. matrim. pag. 22.*

Im

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſa E. viduæ H. ab E.* Klägerin an einem/ *C. ab E. & C.* 18
S. viduæ T. P. Beklagte am andern und dritten Theil/ *die 22. Aug. Anno 1621.* (*Ver-*
ba Decreti: Dieweil durch unſere fleißige zu Gemüthführung der Klägerin müt-
terliche Einwilligung zu dieſer Ehe-Sache nicht zu erlangen geweſen/ſondern ſie
ihres mütterlichen Rechtens vor allen Dingen wieder erſetzet ſeyn/und die beſche-
hene Zuſage für heimlich und unbündig erkannt haben wollen / darauf auch Be-
klagter ihr eine Chriſtliche Abbitte gethan/und das zwiſchen ihnen vorgegangene
Ehe-Verlöbniß in ihre mütterliche Hand *reſigni*ret und geſtellet; So wird daſ-
ſelbe für heimlich und unbündig billich erkanut und erkläret: Jnmaſſen wir ſol-
ches hiermit dafür erkennen und erklären/ V. R. W.)

It. † *in cauſâ A. viduæ C. N.* Klägerin an einem/ihre Tochter *S.* und *C. K.* Beklagte an- 19
ders und dritten Theils/ *die 16. Decembr. Anno 1629.* (*Verba Decreti:* Dieweil Be-
klagte geſtändig geweſen/daß ſie ohne der Klägerin/als ihrer Mutter/Einwilligung
ſich mit einander verlobet und Mahlſchätze gewechſelt; So wird ſolches Verlöb-
niß für heimlich und unkräfftig billich gehalten/erkannt und erkläret/wie wir daſ-
ſelbe hiermit dafür erkennen/und erklären/*caſſi*ren und aufheben/und werden hier-
über beede Beklagte/daß ſie dem vierdten Geboth und Churfl. S. Ehe-Ordnuug
zuwider gehandelt/ andern zum Abſcheu von der weltlichen Obrigkeit in will-
kürliche Strafe nicht unbillig genommen/ V. R. W.)

Et † *in cauſâ N. N. contra N. N. die 11. Nov. An. 1635.* (*Verba Decreti:* Daß der Klägerin 20
angezogenes Ehe-Verlöbniß aus Manglung beklagtes mütterlichen *conſenſus* für
heimlich und unkräfftig zu erkennen und zu erklären/wie wir ſolches hiemit dafür
erkennen und erklären / ꝛc.)

DEFINIT. XLV.

Avi quoq; aviæq; conſenſus in nuptiis nepotum neptumque eſt neceſſarius, parentibus defunctis.

SUMMARIA.

1. *De jure civili quid habendum de conſenſu avi?*
2. *Ratio paterni conſensûs ad nuptias liberorũ neceſſarii, in quonam conſiſtat?*
3. *In nuptias nepotis avus & pater ſimul conſentire debent.*
4. *Sufficit autem conſenſus avi, ſi neptis nubat.*
5. *Honor & reverentia parentibus debita eorum exigit conſenſum.*
6. *Avi aviæq; conſenſus æque eſt neceſſarius ac conſenſus parentum. n. 7. 9.*
8. *Parentum nomine veniunt avus aviaq;.*
10. *Defunctis demum parentibus avi aviæq; conſenſus attenditur. n. 11.*
12. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 NEpote uxorem ducente & avus & pater conſentire debet, neptis verò ſi nubat, voluntas & auctoritas avi ſufficiet, inquit Paulus JCtus *in l. oratione. 16. ff. de rit. nupt.* Ni-
mirum de jure civili tam ratione patriæ po-
2 teſtatis, † quàm ſucceſſionis, ne invito ſuus
agnaſcatur heres, conſenſus parentum ad nu-
ptias liberorum requiritur, *pr. Inſt. de nupt.*
§. ſed ſi quis. 7. Inſt. de adoption. Ne ergo
3 patri invito heres agnaſcatur, & † ipſum
conſentire oportet, ut maximè avo ſuperſtite
paterno nepotes in patris poteſtate haut
4 ſint, *§. ult. Inſt. de patr. poteſt.* Quæ † ra-
tio cùm metuenda haut ſit in nepte, nec avò
defuncto, recidat ea in poteſtatem patris, ſed
maneat in tutela mariti, ſolius avi conſenſus
in nuptiis ejus ſufficit, *l. cum nepos. 6. & l. ſi
quis nepotem. 10. ff. de adoption.* Joh. Harppr.
in pr. Inſt. de nupt. n. 54. Helffr Ulric. Hunn.
*lib. 1. var. reſolut. jur. civil. tract. 3. quæſt. 16.
pag. 168. & ſeq.*

Sed † cùm hodie in terris Statuum Evan- 5
gelicorum quoad conſenſum nuptiis libero-
rum adhibendum non tam patria poteſtas,
quam reverentia & obedientia parentibus
debita attendatur, nunquam horum con-
ſenſus negligi debet. Quo ipſo † tamen 6
& avi & aviæ conſenſum incluſum velim.
(1.) Quia procul dubio iis honos & reveren-
tia † debetur ex ordinatione divina, quæ in- 7
ter parentes ſeu aſcendentes haut diſtinguit,
Deut. 5. v. 16. Matth. 15. v. 4. (2.) † Quin & 8
avus aviaq; parentum nomine veniunt ac
comprehenduntur, *pr. Inſt. de grad. cognat.
l. appellatione. 51. l. juſta. 201. ff. de V. S.*
Joh. Harppr. *ad pr. num. 19. Inſt. de*

patr.

9 *patr. poteſt.* (3.) † Eſtque hoc ipſum expreſſe
ſancitum in *Ordin. Elect. Saxon. ſub tit.*
Von Ehe-Sachen. §. Von Ehegelöbniſ-
ſen / *in verb.* Jhrer Eltern / als des Vatern /
der Mutter / des Großvaters und der
Großmutter / ꝛc.

10 Cum mica ſalis nihilominus † id ac-
cipi debet, nimirum ut defunctis demum
parentibus ratio habeatur conſensûs avo-
rum, qui præcisè neceſſarius non eſt, ſi
pater ac mater in vivis etiamnum exi-
ſtant, prout perſpicuum † redditur ex 11
verbis *dictæ Ordinat. Eccleſiaſt.* Es ſollen
ſich keine Kinder ohne Vorwiſſen und
Einwilligung ihrer Eltern / als des Va-
tern / der Mutter / und da die nicht vor-
handen / des Großvaters oder der Groß-
mutter verloben. Quæ verba etiam repe-
tuntur *in Ord. matrim. de Anno 1624. punct. 1. in pr.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ N.N. contra N.N. die 26. Octobr. Anno 1628.* (*Ver-* 12
ba Decreti: Daß die zwiſchen Klägern und der Beklagten ohne ihrer Großmut-
ter Einwilligung beſchehene Zuſage und Ehegelöbniß als nichtig und unbündig zu
*caſſi*ren / wie wir hier ſolches hiemit *caſſi*ren und aufheben / und beyden Theilen in
andre Wege ſich hinwiederum Chriſtlich zu verehlichen verſtatten und nach-
laſſen / V.R.W.)

DEFINIT. XLVI.

Tutorum & agnatorum conſenſus in contrahendis ſponſalibus præcisè neceſſarius haut eſt; ſed valida ſunt ſponſalia publica illis invitis inita.

SUMMARIA.

1. *Nuptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant ii, in quorum poteſtate ſunt contrahentes.*
2. *Curatoris conſenſus ad nuptias neceſſarius non eſt.*
3. *At num conſenſus tutoris?*
4. *puberibus ſaltem nuptias contrahere licet.*
5. *Quæſtio tamen fruſtranea non eſt.*
6. *Deciſio negativa.*
7. *Fundamenta & rationes decidendi. num. 10. 12. 13.*
8. *Ceſſante ratione juris, ceſſat ipſa diſpoſitio.*
9. *Inter tutorem & pupillam nuptiæ ſunt prohibitæ.*
11. *Abſq; autoritate legis nihil temere eſt aſſeverandum.*
14. *Nec fratrum & proximorum conſenſus ad nuptias requiritur. n. 16.*
15. *Eadem ratio idem jus facit.*
17. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 NUptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi
conſentiant omnes, id eſt, qui coë-
unt, quorumq; in poteſtate ſunt, in-
quit Paul. *in l. 2. ff. de rit. nupt.* ſeu
ut loquitur B. Luther. Was an Eltern ſtatt
mag ſeyn / *in libell. de cauſ. matrim.* Quæ
verba rectiſſime accipit Joach. à Beuſt. *de
ſponſal. c. 21.* de avo & proavo potius, quam
perſonâ extraneâ, tutoris vel curatoris: Sanè
2 † quoad hujus perſonam res plana eſt; quia
enim curator non perſonæ, ſed rebus datur,
nequaquam hujus ratio in nuptiis minorum
habenda, nec ejusdem conſenſus eſt neces-
ſarius, ex reſcripto Severi & Antonini, quod
hiſce verbis refert Paulus JCtus: Ad officium
curatoris adminiſtratio pupillæ pertinet; nu-
bere autem pupilla ſuo arbitrio poteſt, *in l.
ſciendum. 20. ff. de rit. nupt. l. in copulandis.
8. C. de nupt.* Joh. Sichard. *ad l. ſi pater. 4.
n. 2. & 3. C de ſponſal.* Alber. Gentil. *de nupt.
l. 4. c. 14.* Joh. Harppr. *in pr. Inſt. de nupt. n. 156.*
Henn. Arniſ. *de conjug. cap. 3. ſect. 11. n. 2.*

In tutore † verò res dubio non caret, poſt- 3
quam hic perſonæ & moribus præſidet, *§. 1.
Inſt. de tut. §. certæ autem rei. 4. Inſt. qui te-
ſtam. tutor. dar. poſſ. l. quia perſonæ. 14. ff.
de teſtam. tutel.* niſi hanc diſputationem pro-
pterea quis exiſtimaverit fruſtraneam, quia
† puberibus ſaltem nuptias contrahere licet: 4
at pubertate tutela finitur, *pr. Inſt. quib. mod.
tut. finitur.* Sed fieri poteſt, † ut ab impuberi- 5
bus ſponſalia de nuptiis futuris contrahan-
tur; vel à tutoribus ultra pubertatem tutela
continuetur, quibus in caſibus quæſtio hæc
neutiquam ſuo effectu deſtituitur; Quam
negative † decidendam arbitramur, non ſci- 6
licet præcisè opus eſſe conſenſu & autoritate
tutoris in nuptiis pupillorum, nec ſponſalia
irrequiſito tutorum conſenſu invalida haberi
cum Joach. à Beuſt. *de ſponſal. c. 21.* Joh.
Gerhard. *in loc. Theol. de conjugio. §. 94.*
Arniſ. *dict. ſect. 11.* Petr. Heig. *part. 1.
quæſt. 22. num. 10. & ſeqq.* Paul. Cypr.
de ſponſal. cap. 6. § 9. num. 15. Johann.
Schneid-

Schneidvvin. *ad tit. Inſt. de nupt. part. 2. n. 40.*
7 (1.) † Diximus enim *Defin. præced. num. 5.*
parentum conſenſum ad nuptias liberorum
potiſſimum requiri ob honorem & reveren-
tiam, quam parentibus debent, quodque ex
pietate paterna, quam nullus affectus vincit,
optima conſilia pro liberis capere intelligan-
8 tur; quæ ratio in tutore ceſſat, † ut hinc etiam
diſpoſitio illa ad perſonam tutoris extendi
haut debeat, *arg. l. inter ſtipulantem. 83. §. ſa-
cram rem. 5. ff. de V. O.* quinimo Impp.
9 matrimonium inter tutorem † & pupillam,
ut & inter pupillam ac tutoris filium prohi-
buerunt, quod vererentur, ne tutor cum da-
mno pupillæ diteſceret, *l. non ſolùm. 67. in*
10 *pr. ff. de rit. nupt.* (2.) † Nec inducenda eſt
clandeſtinitas ſponſaliorum absque lege &
juris autoritate, nulla ſiquidem extat ſanctio,
quæ ſponſalia absque conſenſu tutorum ini-
ta pro clandeſtinis & invalidis haberi jubeat
11 ac velit, ut nec † temere id ſit aſſeverandum,
*l. diſſentientis. 5. C. de repud. cap. 18. in fin.
extr. de ſentent. excomm.* Jaſon. *in l. illam.
19. n. 8. C. de collat.* Franc. Vivius *deciſ. 358.*
12 *n. 4.* (3.) † Eoque faciunt textus in *l. ſi
puella tutores. 6. ff. de ſponſal. & l. ſi pater.
4. C. de ſponſ.* ex quibus apparet, ſponſalia
ex arbitrio tutorum nec reſcindi nec con-
trahi poſſe. (4.) † Quod ſi etiam dixeris, 13
conſenſum parentum in nuptiis liberorum
propterea attendendum fore, ne ipſis invitis
agnaſcatur heres, *l. 12. §. 3. ff. de capt. &
poſtl. reverſ.* eò minus ſane tutoris conſen-
ſum adhiberi neceſſum erit, quippe quod
hæc ratio in perſona tutoris metuenda haut
ſit.

Quæ omnia eo etiam collimant, † ut nec 14
fratrum, agnatorum, conſanguineorum &
affinium conſenſum ſponſalia contrahentes
requirere & obſervare cogantur, quia ſcilicet
prædictæ rationes & haſce excludunt perſo-
nas ab arbitrio & directione nuptiarum, ut
hinc bene † ad juris identitatem liceat infer- 15
re, *l. illud quæſitum eſt. 22. ff. ad Leg. Aquil.
l. quædam. 9. §. numularios. 2. ff. de edendo.
l. his ſolis. 7. C. de revocand. donat.* † Quod 16
& diſertè expreſſum ab Imp. Gordiano in *l.
copulandis. 8. ibi: in copulandis nuptiis nec
cognatorum nec affinium ulla autoritas poteſt
intervenire. C. de nupt.* Joh. Gerh. *dict. loc.
§. 96. in pr.* Beuſt. *dict. cap. 21.* Arniſ. *dict.
ſect. 11. p. 241.* Mauſer. *de nupt. p. 350.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem M. K.* zu *L. die 20. Sept. Anno 1607.* (*Ver-* 17
ba Sententiæ: Habt ihr euch mit einer von Adel H. von P. welche numehr über 30. Jahr alt iſt/und eine Zeit hero keine *Alimenta* und Unterhalt von ihren Brüdern erlangen können / in Beyſeyn Ehrlicher von Adel und geiſtlicher Perſonen ehelichen verlobet und verſprochen / hernach ihre Vormündere und Brüdere ihren Willen darzu zu geben ſchrifftlich und mündlich erſuchet/ welches die Vormünde auf die Brüder geſchoben/dieſe aber/daß ſie zwar euch nichts ungebührliches zumeſſen könten / jedoch ihre Schweſter euch zu verehlichen nicht gemeynet wären/ und es wil obgedachte Helena ihrer Zuſage nochmals geſtändig ſeyn / und keinen andern/als euch zur Ehe haben; So wird euch angeregtes Ehe-Gelöbniß mit mehrerwähnter Helena / ihrer Vormünder und Brüder angezogenes Einwendens und verweigerten *conſenſus* ungeachtet/ Chriſtlicher Weiſe zu vollziehen billich verſtattet/und das jenige/was auf Erkäntnüß der Schöppenſtüle ihr aus dem Lehen gebühret/entrichtet/ V. R. W.)

Definit. XLVII.

Conſenſum tamen tutorum & proximorum ad nuptias exquirere & impetrare pietas pariter atque honeſtas ſvadet.

SUMMARIA.

1. Neceſſariò non requiritur conſenſus tutorum & proximorum ad nuptias.
2. Ipſum tamen exquirere pium atq; honeſtum eſt. n. 6.
3. Tutores ſuccedunt in locum parentum.
4. Patre furioſo exiſtente tutoris conſenſus adhiberi debet.
5. Furioſus pro mortuo habetur.
7. Tutores ac curatores pupillam elocare dicuntur.
8. Non tam conſenſus, quàm conſilium tutorum hoc caſu exigitur.
9. Proximorum quoq; conſilium exquiri, pietas ſvadet.

10 Pro-

10. Proximi ſuccedunt quaſi in locum parentum.
11. Statuta quorundam locorum hac de re.
12. Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 13.

1 PRæciſè ergo & neceſſario haut requi-
ritur ad nuptias conſenſus tutorum &
agnatorum, nec pro clandeſtinis &
invalidis habentur ſponſalia irrequi-
ſito eorum conſenſu contracta, *Defin. præced.*
2 † Nihilominus ipſorum conſenſum exqui-
rere, pietas pariter & honeſtas exigit, ut be-
ne notant Joh. Gerhard. *in loc. de conjug.*
§. 94. pag. 169. Joach. à Beuſt. *de ſponſal. cap. 21.*
Paul. Cypræ. *de ſponſal. cap. 6. §. 9.* (1.) Quia
3 † tutores ſuccedunt in locum parentum, eo-
rumque nomina quarto decalogi præcepto
continentur: cur non ergo iis eadem reve-
4 rentia præſtaretur? (2.) † Quò & facit,
quòd patre furioſo exiſtente tutoris adhiberi
debeat conſenſus, *l. ſi furioſus. C. de nupt.*
ex quo non malè ad caſum defuncti parentis
5 inferendum, quia furioſus pro mortuo † ha-
betur, quippe cui nec eſt mens nec voluntas,
6 *l. furioſi. 40. ff. de Reg. jur.* (3.) Et † cùm
pupilli aliis in contractibus ſine tutoris au-
toritate ſe obligare non poſſunt, æquum ſa-
nè & honeſtum eſt, ut in conjugio ineundo
tanquam re maximi momenti tutoris con-
ſenſum adhibeant, Gerhard. *dict. loc.* (4.)
7 Idque haut † obſcurè evincitur ex eo, quod
tutores ac curatores pupillam elocare dican-
tur, *l. ſi tutor vel curator. 7. C. de interdict.*
matrim. inter pupillam & tutorem. l. 1. l. ult.
C. de rupt. l. 6. ff. de ſponſal. l. un. C. ſi re-
ctor provinc. Dd. *in l. 1. C. de ſponſal. &*
l. 1. C. de nupt.
Nimirum † non tam conſenſum, quam 8
ſcientiam & conſilium tutorum exigi cen-
ſent Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 22. n. 10.* Henn.
Arniſ. *de connub. cap. 3. sect. 11. n. 4.* Multò
magis verò id obtinet in † agnatis & pro- 9
ximis, quorum conſilium etiam exquirere
honeſtas ac pietas ſuadet, & rectiſſime rebus
ſuis & conſcientiæ tranquillitati conſulunt,
qui parentibus deſtituti fratrum & proximo-
rum cognatorum conſenſum in matrimonio
ineundo expetunt: quia & hi † ſuccedunt 10
quaſi in locum parentum, Joh. Gerhard. *dict.*
loc. §. 96. pag. 170. Arniſ. & Beuſt. *dict. loc.*
& comprobat hoc praxis omnium ferè gen-
tium, Cypræ. *dict. cap. 6. §. 9.* † nec non ſta- 11
tuta quorundam locorum, ut videre eſt apud
Gerh. Beuſt. Heig. & Arniſ. *in locis allegatis.*
Neq; eorundem arbitrium & conſilium hoc
caſu negligendum eſſe manifeſtè liquet ex *l.*
cum de nuptiis. 1. & l. in conjunctione. 20.
C. de nupt.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Præfecto Leiſnicenſi, die 7. Jan. An. 1629.* 12
(*Verba Reſcripti:* Wir haben euern des Superintendenten eingeſchickten Be-
richt in Ehe-Sachen zwiſchen H. P. dem Jüngern zu N. und M. K. verleſen hö-
ren/welchen ihr der Schöſſer hierbey zu befinden. Und iſt hierauf an ſtatt Ihr.
Churfl. Durchl. unſer Begehren/ beyde zugleich wollet die Partheyen und *inter-*
*eſſen*ten noch einſten und alſobald vor euch beſcheiden / der Magdalenen Brüdere
und Vormunden Einwilligung in guten zu erlangen Fleiß anwenden / in Ver-
weigerung deſſelben ihnen auferlegen/ rechtmäßige Urſachen binnen 8. Tagen an-
zuzeigen/und uns ihr dieſelben zu fernerer Verordnung ehiſt zu erkennen geben/
in deſſen Verbleibung aber ihr der Superintendens auf der Verlobten Anſu-
chen die *proclamation* und *copulation* nichts deſto weniger anordnen/ ꝛc.)
Et † *Senatui* zur Zſchopa / *die 18. Maji, An. 1618.* (*Verba Reſcripti:* Was wir in Ehe- 13
Sachen T. M. zur Zſchopa Klägers an einem / C. A. S. nachgelaſſene Tochter
Beklagte anders/und J. H. *intervenien*ten dritten Theils *dato* vor Recht erkennt
und geſprochen/ſolches habt ihr aus inliegender Abſchrifft zu befinden; Begehren
derohalben an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns/ihr wollet Beklag-
te neben ihrem Vormunden und Brüdern vor euch beſcheiden/derſelben/ daß ſie
dem vierdten Geboth zuwider mit zweyen ohne ihres Vormunden und Brüder
Rath und Vorwiſſen in Ehe-Sachen ſich eingelaſſen/ Verweiſung thun/darne-
benſt ihrem Vormunden und Brüdern auferlegen / daß ſie künfftig ihre Tochter
und Schweſter beſſer in acht nehmen ſollen / auch andern zum Abſcheu 10. Tha-
ler Strafe zu milden Sachen anzuwenden/ von ihr einbringen / und uns ſolche
förderlichſt anhero ins Ober-*Conſiſtorium* überſenden/ V. R. W.)

DEFINIT. XLIIX.

Non conveniente tutore cum matre in elocatione pupillæ ac filiæ, arbitrio Conſiſtorii deciſio eſt committenda.

Gg SUM-

SUMMARIA.

1. Num matris vel tutoris conſenſus in nuptiis puellæ præferendus?
2. Ratio pro matre.
3. Cauſa & ratio pro tutore.
4. Exemplum Romanorum ex Livio adducitur.
5. Deciſio quæſtionis hujus ex jure civili. n. 6.
7. Conſiſtorii deciſio res hæc committenda.
8. Conſiſtorii Wittebergenſis judicium.
9. Sententia Conſiſtorii Supremi.

1 Fieri poteſt, ut defuncto patre & conſti-
tuto filiæ tutore is non conſentiat ma-
tri filiam elocanti, ubi diſceptari ſolet,
cujus conſenſus prævaleat? Pro matre
2 ſiquidem † facit Ordinatio Eccleſiaſtica in
Saxoniæ Electoratu, quæ conſenſum illius
præcisè requirit ad nuptias liberorum in tan-
tum, ut eo non requiſito ſponſalia ſint clan-
deſtina & invalida, *ſuprà Defin. 44.* quod
3 † tamen haut metuendum in caſu deficientis
conſenſus tutoris, *ſupr. Defin. 46.* Nihilo-
minus conſilium ejus habetur perfectius ju-
dicato matris, quæ ceu mulier imbecillitate
mentis communiter laborat, quin & filiabus
nimium quandoque indulget, ut conſilio tu-
toris magis ei proſpectum videatur. Diſce-
4 ptationis hujus exemplum † legitur apud Li-
vium *lib. 4. decad. 1.* de puella patrimonii
herede, cujus forma etiam in vulgus erat no-
ta, de qua inter matrem puellæ & ejus tuto-
rem ortum erat diſſidium, cuinam foret elo-
canda? Cùm enim mater nobili, tutor verò
plebejo eam dare vellet, res componi inter
privatos parietes non potuit, ventum igitur
ad jus, & poſtulato matris ac tutoris utrin-
que audito, Magiſtratus ſecundùm matris
arbitrium jus nuptiarum dedere, Liv. *d. loco.*
5 Rectiſſimè † ſane deciſum, quod & dubio
hoc in caſu comprobatum ab Impp. Severo
& Antonino hiſce verbis: Cùm de nuptiis
puellæ quæritur, nec inter tutorem & ma-
trem & propinquos de eligendo futuro ma-
rito convenit, arbitrium Præſidis provinciæ
6 neceſſarium eſt, in *l. 1. C. de nupt.* † Cum
quo deciſo etiam convenit Reſcriptum Impp.
Honor. & Theod. Si inter honeſtos compe-
titores matrimonii oriatur fortè certamen, ut
quæratur, cui potiſſimum puella jungenda
ſit: Si puella cultu verecundiæ propriam no-
luerit voluntatem depromere coram poſitis
propinquis, judici deliberare permiſſum, cui
meliùs adulta ſocietur, in *l. in conjunctione.*
20. C. de nupt. Placuit † nimirum, ejusmodi 7
in caſu arbitrio judicis committi, quodnam
conſilium & tutius pariter & perfectius exi-
ſtimet, & ſecundùm iſtud rem controverſam
decidi, Joh. Gerhard. *in loco de conjug. § 95.*
† Hinc Conſiſtorium Wittebergenſe judi- 8
care haut dubitavit: Auf den Fall und Ehe-
Handel / darauf ihr von uns Recht und
Belehrung gebeten/ achten und unterrich-
ten wir die Verordneten des *Conſiſtorii* zu
Wittenberg/nach fleißiger Erwegung des
Handels: Hätte die Tochter ungezwun-
gen neben ihrer eheleiblichen Mutter in
den Geſellen/davon die Frage meldet/ ge-
williget/ und ihme darauf ein Ehe-Lübde
zugeſagt; So würden ſolche *ſponſalia*, un-
geachtet / daß die Mit-Vormunden und
Blut-Freundſchafft darein nicht *conſenti-*
ret/für bündig gehalten / und könte nach-
mals keines weges zertrennet werden; A-
ber der Jungfrauen Vaters Brudern und
den andern Freunden werdet ihr Recht
und Klage wider den Stieffvater / daß er
wider ſeine Zuſage und Gewohnheit des
Orts ohne ihr Vorwiſſen die Stieff-
Tochter zu verheyrathen ſich unterſtandē/
hiemit billich vorbehalten ꝛc. apud Georg.
Dedeken. *vol. 3. lib. 2. ſect. 4. n. 49. pag. 172.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem D. L.* zu *R. die 6. Sept. An. 1609.* (*Verba Sen-* 9
tentiæ: Seyd ihr nach A. S. Abſterben ſeiner Tochter M. E. nachdeme ſich die
Mutter anderweit verehlichet/zum Vormunden beſtätiget worden; Als nun eure
Verflegte einen Freyer bekommen/ſie auch anfänglichen gute Luſt darzu getra-
gen/habt ihr in Anſehung ſeines ehrl. Herkommens/und daß er bey ſeinem Hand-
werck ein Weib wohl ernehren kan/euer Vollwort darzu gegeben/daß es alſo nur
an dem öffentl. Verlöbniß gemangelt. Nachdeme aber immittelſt ein ander Freyer
ſich gefunden/zu welchem die Mutter beſſere Beliebung träget/wird vorgedachte
eure Verpflegte hierinnen ſtutzig gemacht / ob ſie dißfalls eurem oder der Mut-
ter

ter Vorſchlag folgen ſolle/inmaſſen denn von euch beyderſeits Urſachen angeführet worden. Dafern ihr euch nun deßwegen nochmals nicht vergleichen köntet; So würde dieſe Sache an das *Conſiſtorium* nicht unbillich gebracht und darinnen entſchieden / V.R.W.)

DEFINIT. XLIX.

Liberi quantumvis majorennes & patriâ poteſtate ſoluti nuptias ſine parentum conſenſu validè haut contrahunt.

SUMMARIA.

1. *Majorennes num de jure civili absq; conſenſu parentum nuptias contrahant validas?*
2. *Nuptiæ puellarum absq; periculo diu differri nequeunt.*
3. *Filius emancipatus validè nuptias celebrat absq; patris conſenſu de jure civili. n. 4.*
5. *Non etiam filia emancipata.*
6. *Moribus noſtris omnes indifferenter liberi conſenſum parentum in nuptiis contrahendis expetere debent.*
7. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis, n. 8. 9. 12.*
10. *Verba univerſalia majoris ſunt efficaciæ, quàm generalia.*
11. *Verba univerſalia non admittunt reſtrictionem.*
13. *Objectio contra hanc aſſertionem.*
14. *Refellitur objectio.*
15. *Conſenſus eſt ſtricti juris, non extendendus.*
16. *Sententia Conſiſtorii Supremi. n. 17.*

1 DE jure civili majorennes æque ac minorennes liberi ſine conſenſu patris nuptias contrahere prohibentur, licet in filiabus aliud conſtitutum quidam exiſtiment ob text. in *l. viduæ.*
2 *18. C. de nupt. nempe* † quòd puellarum nuptiæ absque periculo tamdiu protrahi & differri non poſſint ac maſculorum, Paul. Cypr.
3 *de ſponſal. cap. 7. §. 14.* Filium † verò emancipatum absque patris conſenſu uxorem ducere poſſe, de jure civili expeditum eſt, *l. filiusfamilias. 25. ff. de rit. nupt. l. non tantùm. 3. §. ſi emancipatus. 5. ff. de bonor. poſſ. cont. tabul.* quod tamen ita moderan-
4 dum vulgò arbitrantur, † ut in matrimonio contrahendo ſaltem in conſilium patris conſenſus & judicium adhibeatur, Cypr.
5 *dict. cap. 7. §. 13. n. 1. in fin.* † Et rurſus ab hac ſanctione excipiunt filiam emancipatam, quæ ſemper obſtricta ſit conſenſum paternum exquirere, *dict. l. viduæ,* ſcilicet quòd plus periculi ſit in filia, quàm filio, propter ſexûs fragilitatem & conſilii infirmitatem, à qua tamen opinione alii diſſentiunt, *arg. l. 20. C. de nupt.* Dionyſ. Gothofr. *ad dict. l. filiusfam. 55. lit. Z.* Atque hæc quidem ex principiis juris civilis, quod neceſſitatem conſenſus paterni ex poteſtate patria deducit.

† In terris vero Statuum Evangelicorum, 6
imprimis vero in provinciis Electoratus Saxonici indifferenter liberi neceſſum habent conſenſum parentum in nuptiis contrahendis adhibere, absque ratione ætatis & factæ emancipationis. (1.) † Etenim quia præ- 7
ceptum de honorandis parentibus, ex cujus explicatione conſenſus paterni neceſſitas à noſtratibus petitur, *ſupr. Defin. 44. num. 7. & Defin. 45. n. 5.* generale eſt, omnes omnino liberos obligans, nequaquam vel ætatis majorennis, vel factæ emancipationis exceptione effici poteſt, ut certi ſint, conjunctionem ſuam eſſe divinæ voluntati & legi conformem, Joh. Gerhard. *in loc. de conjug. §. 93. p. 167.* (2.) † Quod & ſatis aperte deci- 8
ſum in *Ordinatione Eccleſiaſtica Elect. Saxon. tit.* von Ehe-Sachen. §. von Ehe-Gelöbniß. *& Ordin. matrim. de Anno 1624. punct. 1. in pr. ibi:* Es ſollen ſich keine Kinder/Söhne oder Töchtere/weß Alters die ſeynd / ohne Vorwiſſen und Einwilligung ihrer Eltern/ꝛc. verloben. Und wenn gleich ſolches geſchehen / ſollen ſolche Verlöbniß für heimlich gehalten / und für unbündig erkannt werden/ ꝛc.

 Non

9 Non modò enim † expreſsè verba hæc majorennem ætatem includunt, (weß Alters die ſeyn/) ſed & haut obſcurè liberos emancipatos comprehendunt, quia univerſaliter loquuntur, ut liquet ex particula (kei-
10 ne) quæ eſt univerſalis. Verba autem † univerſalia majoris ſemper ſunt efficaciæ, quàm generalia, omniaque includunt, quæ cogitari poſſunt, Bartol. *in l. generalia. §. uxori. ff. de uſufr. legat.* Mynſ. *Reſponſ. 3. decad. 15.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 5. num. 71. & ſeqq.* Burſat. *conſ. 16. n. 48.* quin
11 & efficiunt, † ut reſtrictionem non admittant, quæ aliàs reſtrictionem reciperent, Octav. Cacheran. *deciſ. 94. num. 10.* Dec. *conſ. 66. num. 2.* & vim habent ſpecialis expreſſionis, Cæphal. *conſil. 59. num. 116.* Aym. Cravett. *conſ. 467. n. 3.* idemque operantur, ac ſi de ſingulis in ſpecie facta eſſet mentio,
12 Surd. *deciſ. 265. n. 30.* (3.) † Eoque facit *l. 18. C. de nupt.* ubi hæc leguntur verba: *Viduæ intra quintum & viceſimum annum degentes, etiamſi emancipationis libertate gaudent, tamen in ſecundas nuptias ſine patris ſententia non conveniant, &c.*

Nec obſtat, quòd liberi emancipati † 13
volente patre ſemper nuptias contrahere cenſeantur, quippe cujus voluntate facta eſt emancipatio, *l. non poteſt. 31. ff. de adopt.* Gothofr. *ad dict. l. 25. lit. b. ff. de rit. nupt.* Joh. Harppr. *in pr. Inſt. de nupt. n. 50.* Nequaquam † enim concedimus, patrem fi- 14
lium emancipantem in nuptias ejus futuras conſentire, ſiquidem nuptiæ diſtant ab ipſa emancipatione, & eſt voluntas atque conſenſus ſtrictiſſimi juris, † nec de caſu ad 15
caſum extendendus, Andr. de Iſern. *in cap. imperialem. in pr.* ubi & Afflict. & Dd. *de probib. feud. alien. per Frider.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem* H. S. zu Z. *die 13. Aug. Anno 1616. (Verba Sententiæ:* Hat ſich eure Tochter M. mit G. H. einem Barbierer und Witwer daſelbſten in ein Ehegelöbniß eingelaſſen/ geſtalt denn in Beyſeyn unterſchiedener Perſonen öffentliche *ſponſalia* gehalten worden: Nachdeme aber des Bräutigams Vater ſolches erfahren/ wil er damit nicht zu frieden ſeyn/ weil er ſeinen *conſens* niemals darein gegeben/ noch deßwegen von ſeinem Sohne angelanget worden/ dahero Zweiffel entſtehet/ ob nicht ſolches Ehegelöbniß für heimlich/ ungültig und unverbündlich zu halten. Wiewol nun bemeldter G. H. vorgiebt/ daß er bereit nach erſt getroffener Heyrath ſich von ſeinem Vater begeben/ eine ſonderbare Haußhaltung angeſtellet/ und von ihme geſchieden worden/ welches zu Sachſen-Recht *pro emancipatione* zu halten: Demnach er nicht mehr unter der väterlichen Gewalt zu befinden/ auch bereit unlängſt *majorennis* geweſen. Dennoch aber und dieweil Inhalts Churfl. Sächſ. Kirchen-Ordnung/ zu der Kinder Verehlichung ohne Unterſcheid ihres Alters und Zuſtandes der Eltern *conſens* nothwendig erfodert wird/ welches auch dem Gehorſam und Ehrerbietung/ ſo nach göttlichem Recht ſie den Eltern zu erzeigen ſchuldig/ allerdings gemäß iſt; So werden oberwähnte *ſponſalia* für heimlich/ ungültig und unverbündlich billich gehalten/ V. R. W.) 16

Et † *ad requiſitionem* D. P. F. zu H. *die 15. Septembr. An. 1634. (Verba Sententiæ:* Hat 17
euere Tochter A. eines *Doctoris* und vornehmen Amts-Perſon nachgelaſſene Wittib wider euern Willen und offtmals beſchehene väterliche Warnung/ auch wider ihre eigene Zuſage/ die ſie euch unlängſt/ da ihr derſelben die gemeine Sache vorgehalten/ mit einem Handſchlag gethan/ ſich mit C. B. einem jungen Geſellen von 24. Jahren in ein Eheverlöbniß eingelaſſen/ und es ſeyn beyde Perſonen Vorhabens/ ehiſtes Tages *ſponſalia publica* zu *celebri*ren/ und nicht von einander zu laſſen/ ꝛc. So ſeyd ihr nicht allein eurer Tochter A. mit C. B. gehaltenes Eheverlöbniß zu hinterziehen befugt; Sondern es wird auch daſſelbe/ wenn es gleich in Beyſeyn etlicher Zeugen und alſo *publice* geſchehen/ Inhalts Churfl. S. Kirchen-Ordnung/ und dieſes Orts dißfalls auf Gottes Wort und das vierdte Geboth *fundirter obſervanz* wegen euers nicht erlangten *conſensûs* für heimlich und unbündlich billich erkannt und erkläret. Solte aber etwa eingewendet werden/ daß berührte *ordination* und *obſervanz* bey euch nicht gültig; So wäre euch doch unbenommen/ bey eurem ordentlichen Ehe-Gerichte um *inhibition*, auch darneben um gütliche

Ver-

Verhör/und in Entſtehung ſühnlicher Vereinigung um rechtliches Erkäntniß zu bitten / V.R.W.)

DEFINIT. L.

Diſſolutis ob defectum conſensûs paterni ſponſalibus liberorum clandeſtinis, ipſi præterea pœnâ carceris arbitrariâ mulctantur.

SUMMARIA.

1. Sponſalia ſine parentum conſenſu contracta ſunt clandeſtina & nulla.
2. Præterea & liberi ob id mulctandi.
3. Fundamenta & rationes hujus caſtigationis. n. 5. 8.
4. De jure civili quoque inobedientes liberi puniuntur.
6. Reipublicæ intereſt delicta puniri.
7. Pœna liberorum in Ordinatione Eccleſiaſt. Elect. Saxon. fundata.
9. Fructus pœnarum in quo conſiſtat?
10. Mulcta hoc caſu eſt arbitraria.
11. Pœnâ legis non determinatâ, ſuccedit arbitraria animadverſio.
12. Liberi inobedientes arbitrariè mulctandi. *(16. 17.*
13. Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 14. 15.
18. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

1 Nullum itaque dubium eſt, quin ſponſalia absque conſenſu parentum contracta ſint invalida & clandeſtina, ac pro nullis declaranda: in quo tamen haut ſubſiſtendum, ſed cùm per illicitos ejusmodi liberorum conatus non
2 modò ipſi contra legem † & præceptum Decalogi quartum inobedientes extiterint, ſed etiam injuriam haut levem parentibus intulerint, fieri haut poteſt, ut non pœnâ judicentur digni, Joach. à Beuſt. *de ſponſal. cap. 20.* (1.) Nec enim leve delictum habetur inobe-
3 dientia & deſpectus parentum, † quod lapidibus obrui jubet ſacra Scriptura Deut. *cap. 21. verſ. 18. & ſeq. ibi: Lapidibus eum obruet populus univerſus & morietur, ut auferatis malum de medio veſtri, & univerſus Iſraël*
4 *audiens pertimeſcat.* † Veluti etiam de jure civili conceſſum eſt patri, caſtigandum offerre filium judici ſententiam dicturo, *l. ſi*
5 *filius. 3. C. de patr. poteſt.* † Hinc Meland. *in idea ſtud. polit. fol. 15.* Pater, *ait*, filium refractarium & immorigerum in carcerem conjiciendum curare, ad voluntatemque ſuam eum judici caſtigandum tradere poterit, Dd. *in §. in poteſtate. Inſt. de his, qui*
6 *ſui vel alien. jur. ſunt.* (2.) † Quin & Reipublicæ intereſt delicta puniri, *l. ita vulneratus. ff. ad Leg. Aquil. ſi longius. §. 1. ff. de judic. l. in delictis. §. cum Dominus. ff. de nox. action. l. Stychum aut Pamphilum. ff. de ſolut. l. qui ſervum. 20. in pr. ff. de interrog. in jur. faciend. l. per omnes. 6. C. de defenſor. civit. l. ſi operis. 14. C. de pœn.* Vincent. de Franch. *deciſ. Neap. 98. n. 2.* Jacob. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 127. n. 64. & part. 4. quæſt. 140. n. 51.* (3.) Idemque † innuit *Ordinatio Elect. Sa- 7*
xon ſub Rubr. von Ehe-Sachen. *tit.* von Ehe-Gelöbniſſen. *& Ordinatio matrim. de anno 1624. punct. 1.* ex qua non modò ipſimet liberi, ſed & ii, qui opem & auxilium dederunt ad nuptias clandeſtinas celebrandas pœnæ ſubjiciuntur. (4.) † Etſi nulla alia pœ- 8
næ indicendæ adeſſet ratio, vel ſaltem propter exemplum caſtigatio omitti haut debet, quò alii hinc corrigantur, & à ſimili inobedientia abſtineant; † in quo mulctarum 9
fructus omnium maximus conſiſtit, Joh. Bodin. *lib. 7. de Republ. cap. 4. n 21.* Anton. Hering. *de fidejuſſ. cap. 10. n 344.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 37. n. 27.* Gilken. *ad tit. C. de ſumma Trinit. num. 116.*

Cæterùm † quia nullibi certa hoc caſu de- 10
terminata eſt pœna, liberi pro arbitrio judicis carcere mulctabuntur; legibus enim ſi pœna expreſſa haut eſt, † arbitraria ſuccedit 11
animadverſio, Jaſon. *in l. jubere. 4. n. 17. ff. de juriſd. omn. jud.* Ludolph. Schrader. *in tract. de feud. part. 10. ſect. 19. n. 122. verſ. eam ob cauſam.* Jacob. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 104. num. 9.* Andr. Tiraquell. *de pœn. leg. temp. cauſ. 31. n. 34.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 1. quæſt. 86. n. 8. verſ. aut à jure communi ſtatuto &c.* Veluti † quoque aliis in caſibus & 12
delictis judicis arbitrio committitur, quâ pœnâ arbitrariâ filios protervos & contumaces mulctari velit, Matth. Weſenb. *in paratit. ff. ad Leg. Pomp. de Parricid. n. 12. in fin.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Marthen H.P.Tochter / *contra* J.H. zum S. 13
die 27. Aug. An.1617. (*Verba Decreti*: So iſt dieſes ohne Beklagtens Vatern Vor-
bewuſt gehaltenes Verlöbniß für heimlich und unkräfftig zu achten/immaſſen wir
ſolches dafür erkennen: Es iſt aber Beklagter die verurſachte Unkoſten auf vor-
gehende *liquidation* und *moderation* der Klägerin zu erſtatten ſchuldig / und wird
hierüber/daß er dem vierdten Geboth zuwider ohne ſeines Vaters Vorwiſſen und
Einwilligung ſich verlobet / und ſo leichtfertig mit dem Heil. Eheſtande umgan-
gen/ andern zum Exempel von der weltlichen Obrigkeit auf 8. Tage mit Gefäng-
niß-Strafe billich belegt / V.R.W.)

It. † *in causâ* Marthen G.G. Tochter *contra* J.S. *die 1. Aug. An.1618.* (*Verba Decreti:* 14
Es wird aber Beklagter / daß er dem vierdten Geboth und angedeuteter Ehe-
Ordnung zuwider ohne ſeiner Eltern Vorwiſſen und Einwilligung mit betheuer-
lichen Worten ſich verlobt/andern zum Abſcheu mit Gefängniß-Strafe billich
belegt / V.R.W.)

It. † *in causâ B. L. contra F.S. die 18. Aug. An.1620.* (*Verba Decreti:* Es iſt aber Beklag- 15
ter den gefoderten Abtrag/welchen wir aus richterlichem Amt auf 12. Thaler ge-
mäßiget/ in Sächſ. Friſt zu erſtatten ſchuldig / und wird hierüber von der weltli-
chen Obrigkeit wegen ſeiner Leichtfertigkeit / daß er ſich zweymal und zwar ohne
ſeiner Eltern Einwilligung verlobet / andern zum Abſcheu auf 14. Tage lang mit
Gefängniß-Strafe billich beleget / V.R.W.)

It. † *in causâ* Marien H.T. Tochter/ *contra* G.S. *die 31. Maji Anno 1622.* (*Verba De-* 16
creti: Obwol das angezogene Verlöbniß aus Mangelung der Eltern *conſens* für
heimlich und unkräfftig billich gehalten wird; So iſt doch Beklagter der Klägerin
für den Mahl-Schatz/ verurſachte Schäden und aufgewandte Unkoſten 12. gute
Schock/ ſeinem Erbieten nach/ itzo Johannis und künfftig Michaelis / jedesmal
den halben Theil zu erſtatten ſchuldig / und wird hierüber andern zum Exempel
auf 8. Tage lang mit Gefängniß-Strafe nicht unbillich belegt/ V. R. W.)

It. † *in causâ* E. M. H. T. Tochter/ *contra* A.L. *die 25. Octobr. Anno 1616.* (*Verba De-* 17
creti: Es iſt aber Beklagtens Vater ſeinem Erbieten nach der Klägerin für ihre
Forderung an geliehenem Gelde / Schäden und Unkoſten binnen 14. Tagen
25. fl. zu entrichten ſchuldig/und wird hierüber auf unſere Anordnung ſein Sohn/
daß er dem vierdten Geboth zuwider ohne ſeiner Eltern *conſens* ſich mit der Klä-
gerin verlobt / andern zum Exempel mit wilkührlicher Strafe billich belegt/
V. R. W.)

Et † *Superintendenti ac Quæſtori Freybergenſi, die 20 Aug. An. 1617.* (*Verba Reſcripti:* 18
Als begehren an ſtatt Ihr. Churfl. Gn. wir hiermit / ihr der Schöſſer wollet er-
meldten M.M. alſobald vor euch erfordern/und daß er ſo leichtfertig mit dem hei-
ligen Eheſtande umgegangen / und ohne ſeiner Mutter Vorwiſſen und Einwil-
ligung dem vierdten Geboth zuwider/mit der Suſannen ſich verlobet/auch ehe er
durch rechtliches Erkäntniß von ihr loß worden / mit der P.V. in ein Ehegelöb-
niß ſich eingelaſſen / ihn auf 8. Tage lang bey Waſſer und Brodt mit der Ge-
fängniß-Strafe belegen/rc.)

Definit. LI.

Ex cauſa clandeſtinitatis, ſponſalibus diſſolutis, reſtituendæ ſunt invicem arrhæ.

SUMMARIA.

1. *In argumentum nuptiarum vulgò arrhæ dari ſolent.*
2. *Quo nomine ut plurimùm annuli traduntur.*
3. *Hodie etiam catenæ & armillæ.*
4. *Origo arrharum ſponſalitiarum.*
5. *Ratio donationis arrharum quænam?*
6. *Diſſolutis ob clandeſtinitatem ſponſalibus reſtituuntur arrhæ.*

7. Fun-

7. Fundamenta hujus aſſertionis. num 8. 12. 13.
9. Arrha eſt ſymbolum & teſſera matrimonii promiſſi & complendi.
10. Datione arrharum contrahentes obligantur.
11. Et firmiora redduntur ſponſalia.
14. Reſtitutio eſt repoſitio in priſtinum ſtatum.
15. Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n. 16.

1 IN argumentum nuptiarum & ad majo-
rem ſponſaliorum ſolennitatem atque
prohibitionem vulgò arrhæ dari ſolent,
l. arrbis. C. de ſponſal. der Mahlſchatz
2 oder Handtreu/ † quo nomine ut plurimum
annuli traduntur, ut conſtat ex *l. cuicunq;.*
§. pen. ff. de inſtit. act. Paul. Cypræ. *de ſpon-*
ſal. cap. 11. §. 4. & 5. Joach. à Beuſt. *de ſpon-*
3 *ſal. cap. 5.* † hodie etiam catenæ & armillæ
4 aureæ vel aureæ monetæ. Eſtque † hæc res
antiquiſſima, & à primordio mundi origi-
nem traxiſſe videtur, velut legitur de inter-
nuntio Abrahæ, quod Rebeccæ, quam herili
filio uxorem petebat, γαμήλια aurea & ar-
gentea arrhæ loco dederit, nimirum in au-
rem auream dimidii ſicli pondo, & duas ar-
millas denum aureorum pondo, *Gen. 24.* Hu-
5 jus † arrhæ ratio in eo potiſſimum videtur
conſiſtere, ut ſit pignus, teſſera vel ſymbo-
lum, ſignum incurrens in oculos & demon-
ſtrans eam perſonam, cui annulus vel arrha
traditur, deſponſatam eſſe, Cypr. *dict. cap. 11.*
§. 4. num. 2.

6 Quid ergo juris, † ſi ob clandeſtinitatem
& defectum conſenſus paterni, ſponſalia pro
nullis & invalidis declarentur? Reſtitui tum
7 invicem debent arrhæ: (1.) † per textum in
*l. mulieris juris ſui. 5. verſ. Quæ ita cuſtodiri
cenſemus, ſi non propter perſonam vel condi-
tionem vel aliam cauſam legibus vel genera-
libus conſtitutionibus interdictum futurum
matrimonium conſtare prohibetur; tunc e-
nim quaſi nullo facto, utpote ſine cauſa eaſdem
arrhas præſtitas, tantummodò reddi conſe-
quens eſſe præcipimus. C. de ſponſal. & ar-*
8 *rbis, &c.* † Ex quo ſane clariſſimum eſt, ſi
nulla ob impedimentum vel prohibitionem
aliquam ſint ſponſalia, reddi debere arrhas:
quare id obſervandum in caſu quoque præ-
ſenti, ubi ob defectum conſenſus paterni in-
valida & nulla habentur ſponſalia. (2.)
† Omnium porrò Interpp. ſententiâ ac votô 9
annulus ſeu arrha ſponſalitia eſt ſymbolū ac
4. *Diſpoſitio generalis non comprehendit factum jurejurando confirmatum.*
5. *Deciſio quæſtionis propoſitæ.*
6. *Admonendi ſunt parentes, ut parcant liberorum conſcientiis.*
7. *Fundamenta & rationes deciſionis, n. 12. 14.*
8. *Sponſalia clandeſtina ſunt nulla & irrita.*
9. *Juramentum ſequitur naturam actûs, cui accedit.*
10. *Neque auget neque extendit obligationem.*
11. *Juramentum contra leges & bonos mores præſtitum ipſo jure eſt nullum.*
13. *Juramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*
15. *Abſurda non ſunt aſſerenda.*
16. *Opinio Lutheri hac de re.*
17. *Conſilium Conſiſtorii Dresdenſis.*
18. *Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n. 19.*

1 CAveant ergò liberi, ne irrequiſitò parentum conſenſu ad ſponſalia convolent, perſuaſi, ex poſtfacto parentes adigi poſſe ut conſentiant, ſi cauſam diſſensûs probabilem ac juſtam af-
2 ferre nequeant, quia † vel ſolus contemtus paterni conſensûs ſufficientem diſſentiendi
3 cauſam præbet, *Defin. præced.* At quid ſi † ſponſalia liberorum clandeſtina juramento fuerint confirmata: annon tanta vis ei tribuenda ut parentes absque alia diſſensûs cauſâ ratificare illa teneantur? nec enim diſpoſitio generalis † comprehendit factum ju- 4
rejurando confirmatum, *l. ſi quando. §. generaliter.* ubi Jaſon. *C. de inoff. teſtam.* Matth. de Afflict. *deciſ. 5. n. 2.*

Non certè exiſtimandum, liberos hoc medio parentum conſenſum eludere poſſe; † ſed non obſtante juramento ex diſ- 5
ſenſu

ſenſu parentum, deficiente quantumvis aliâ prohibitionis causâ, nulla & irrita ſunt ejusmodi ſponſalia, ut benè ſentiunt Joach. à Beuſt. *in tract. de jure connub. part. 2. c. 48.* Bidenbachius *in prompt. connub. in append. cap. 1. quæſt. 1. pag. 519.* Joh. Harppr. *in pr. Inſt. de nupt. n. 134. & ſeqq.* Bocer. *claſſ. 1.*
6 *diſp 9. th 15.* Non equidem negaverim, † parentes hoc caſu admonendos eſſe, ut niſi cauſæ ſint graviſſimæ, non facilè talia liberorum juramenta reſcindant, ſed conſcientiis ſuorum parcant: attamen inviti ad id nequa-
7 quam cogi poſſunt. Nam † (1.) *Num. 30. v. 4. 5. & 6.* ita ſcriptum legitur: *Mulier ſi quippiam voverit & ſe conſtrinxerit juramento, quæ eſt in domo patris ſui, & in ætate adhuc puellari, ſi cognoverit pater votum, quod pollicita eſt, & juramentum, quo obligavit animam ſuam, & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita eſt & juravit, opere complebit. Sin autem ſtatim, ut audierit, contradixerit pater: & vota & juramenta ejus irrita erunt, nec obnoxia tenebitur ſponſioni, eò quòd contradixerit pater, &c.* Quòd ſi ergò votum Jehovæ factum ob diſſenſum parentum diſſolvitur, quantò magis votum indigniſſimo proco datum ex parentum tanquam ſuperiorum diſſenſu reſcindendum, imò prorſus damnandum dixerimus.

8 (2.) † Ex quo etiam ſponſalia clandeſtina ſine conſenſu parentum contracta nulla & irrita judicantur, *ſuprà Defin. 40.* hoc ipſo nec juramento accedente ſubſiſtere poſſunt, quippe cui vis fortior attribuenda haut eſt,
9 ſed ſequitur † illud naturam negotii & actus, cui accedit, *l. ult. C. de non num. pecun.* Andr.
10 Gail. *lib. 2. obſervat. 23. n. 20.* neque † obligationem auget vel extendit, Zaſ. *ad l. 5. n. 23. ff. de condict. cauſ. dat. causâ non ſecutâ.* Andr. Tiraquell. *in l. ſi unquam, in præfat. n. 165. C. de revoc. donat.* Marta *de jurisdict. part. 4. cent. 1. caſ. 16. n. 10.*

11 (3.) † Eſt porrò juris haut incogniti, quod juramentum contra mentem vel in fraudem legis & contra bonos mores præſtitum, exemploque pernicioſum non ſit obligatorium, ſed ipſo jure nullum, *l. non dubium. 5. in fin.* ibique Jaſon. *C. de legib. cap. non eſt obligatorium. 58. extr. de reg. jur. in 6to. l. juris gentium. 7. §. & generaliter. 16. ff. de pact.* Gail. *2. obſervat. 42. n. 3. & ſeq.* juramen-
12 tum † verò liberorum ſponſalibus clandeſtinis additum pernicioſum pariter & contra bonos mores ac jura manifeſta præſtitum eſſe, ecquis inficias ibit?
13 (4.) † Nec debet juramentum eſſe vinculum iniquitatis, *can. inter cætera. 22. quæſt. 4. cap. quanto. 18. §. ſi falſam. extr. de jurejur. cap. 1. §. quia verò. extr. eod. tit. in 6to.* Dec. *conſil. 180. n. 4.* quod ſanè fieret, ſi liberis permiſſum eſſet, parentes ſuos, à quibus multis vigiliis & ſumtibus in pietate ac honeſtate educati, clandeſtino ejusmodi conjugio contriſtare, patriâque poteſtate defraudare.

(5.) † Et quis non videt, ſi juramentum 14
iſtud valeret, per id anſam dari liberis, quandocunque velint, hac cautelâ in ſponſalibus uti, & ſic patriæ poteſtati ac conſenſui paterno ſe ſubducere, quod perabſurdum foret,
ideoque † non aſſerendum, *l. nam abſur-* 15
dum. 7. junct. l. præced. ff. de bon. libert. l. 1. §. & reſtituendi. verſ. eſt enim abſurdum. ff. de publ. & vectigal. l. ult. §. etenim abſurdum C. de autor. præſt. l. ſi quis jusjurandum. 11. & l. ſeq. §. 1. C. de reb. credit.

(6.) † Accedit porrò ſententia B. Lu- 16
theri, quam hiſce expreſſit verbis: Es ſollen auch nichts helffen/ ob in der heimlichen Gelöbnüß Gemahlſchätze/ Handgelübde/ Eyd oder Pflicht gefallen/ Gott gebe/ es ſagen darzu alle *Canoniſten* was ſie wollen: Hie habe ich Befehl und Wort/ dort aber iſt es eine lautere Leichtfertigkeit und gilt allhie/ wenn es gleich für einen Meineyd gehalten würde/ gar nichts/ *juramentum enim non eſt vinculum iniquitatis,* Es gilt nicht/ denn es iſt wider GOtt/ und wenn es gehalten wird/ ſo wird Gott nur mehr erzürnet. Es iſt nicht die Frage/ was das Kind gethan/ geſchworen/ verEydet/ oder wie es ſich verſchworen und vermaledeyet habe/ ſondern ob es Chriſtlich und recht gethan habe. Hat nun das Kind wider GOttes Willen gethan/ und erkennet und bekennet ſolches/ ſo hat kein Menſche Macht/ das Kind an ſeiner Buſſe und Bekehrung zu hindern/ wer es auch thut/ es ſey Obrigkeit/ oder Unterthanen/ *Theologus* oder *Iuriſt,* der handelt wider GOtt und ſein eigen Gewiſſen/ und kan dieſer Sünden halben nicht ruhig ſeyn. *in libello* von Eheſachen. Beuſt. *dict. loc. pag. 196.*

(7.) † Cum quo etiam convenit *Con-* 17
ſilium Conſiſtorii Dresdenſis: Wir ſeyn auch derſelbigen Meynung/ daß ſolcher leichtfertiger Eyd den Eltern als den *tertiis* ihr Recht/ ſo ſie *in jure divino & humano* erlanget/ nicht nehmen/ *l. 3 ff. de jurejur. in fine cum ſimilibus.* und auch ſonſten/ *tanqvam contra bonos mores* nicht beſtehen könne; Haben alſo bishero geurtheilet/ ꝛc. apud Georg. Dedekenn. *vol. 3. lib. 2. ſect. 4. n. 36. pag. 166.*

Ita

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Johannis F.* zu *N. die 6. Auguſt. Anno 1606.* 18
(*Verba Sententiæ*: Hat ſich euer Sohn B. mit Annen S. T. Tochter bekannt gemacht/und als er eine Zeitlang mit ihr Freundſchafft gepflogen/ ſich dahin erkläret/daß er ſie ehelichen wolte/wogegen ſich bemeldte Anna auch ihres Theils verbunden/und einander Mahlſchätze darauf gegeben. Ob nun wol daſſelbe in Beyſeyn anderer Perſonen geſchehen/beyde *Contrahenten* auch bey dieſem Ehegelöbnüß zu verharren/und von einander keinerley Wege zu laſſen ſich hoch verpflichtet/und vermittelſt Eydes betheuret. Dennoch aber und dieweil ihr als leiblicher Vater darum nicht Wiſſenſchafft getragen/ weniger euren *conſens* hierzu gegeben/ oder darum von eurem Sohn erſuchet und angeſprochen worden/inmaſſen euch nochmals ſolches Ehegelöbnüß allerdings zuwider/und ihr nicht geſchehen laſſen könnet oder wollet/daß euer Sohn ſich mit der Annen T. vereheliche; So mögen vorerwehnte *Sponſalia*, ungeachtet der eydlichen Verpflichtung/ zu Recht nicht beſtehen/ſondern ſie werden für *null* und nichtig gehalten und dafür billich erkläret/ V. R. W.)

Et † *ad conſultationem Abrahami Crollii* zu Breßlau/ *die 26. Jan. An. 1632.* (*Verba Sententiæ*: 19
Und es hat der Sohn im veſten Vertrauen/ daß der Vater ihme hierinnen ferner nicht widerſprechen möchte/mit der Jungfrau in Beyſeyn zween ehrlicher Leute nicht allein *ſponſalia purè celebri*ret / ſondern auch förder ſolche unterſchiedlich mit handgegebener Treue und eydlichen Betheurung *confirmi*ret/und hiemit die Jungfrau zu dergleichen Gegenverlöbnüß bewogen/darauf eines dem andern zum Angebinde und Gegenverehrung güldene Ringe und Armbänder überſendet. Nunmehr wolle dem Sohn ſeiner Eltern *conſens* auszuwircken ſchwer fallen/und doch zu Bezeugung kindlicher *Obſervanz* ſolchen nochmals zu erheben er alle fürträgliche Mittel verſuchet/ *eventualiter* aber/wenn derſelbige nicht zu erlangen/nichts deſto weniger ſein gethanes/auch mit theuren Eydſchwüren wiederholtes und bekräfftigtes Verſprechen um etlicher angezogenen Urſachen willen aufrichtig und redlich zu Wercke richten/ꝛc. So wird bemeldtes Ehelöbnüß/weil es ohne der Eltern *Conſens* geſchehen/ wofern dieſelbe bey ihrem *Diſſenſu* nochmals beharren/ und die Verehelichung nicht verſtatten wollen/alles oberwehnten Anführens ungeachtet/ für heimlich und unbündig billich erkannt und erkläret/ etc.)

DEFINIT. LIX.

Conſenſus parentum ad nuptias liberorum ſemel datus ab iis rurſus revocari haut poteſt.

SUMMARIA.

1. *Parentes ſi ſemel in nuptias liberorum conſenſerint, rurſus diſſentire non valent.*
2. *Hujus aſſertionis fundamenta & rationes quænam? n. 15.*
3. *Contractus ſui naturâ ſunt irrevocabiles.*
4. *A matrimonio ſemel contracto reſilire non licet.*
5. *Quia eſt individua vitæ conſuetudo.*
6. *Cur apud Romanos ſponſa cingebatur?*
7. *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
8. *Qui ſemel in actum conſenſit, rurſus pœnitere nequit.*
9. *Quod exemplis demonſtratur. n. 10.*
11. *Filius ſine conſenſu patris mortis causâ donare haut poteſt.*
12. *Si tamen pater ſemel conſenſerit, nequit pœnitere.*
13. *Qui non poteſt actum ſolus de novo facere, nec illum revocare valet.*
14. *Pater liberorum nomine nuptias ſolus contrahere haut poteſt.*
16. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 CEſſat porrò vitium clandeſtinitatis, ſi parentes in nuptias liberorum ſemel conſenſerint: nec enim tum ſponſalia annullare, nec rurſus diſſentire, vel cauſam diſſensûs allegare iis fas eſt. Quandoquidem (1.) † conſenſus ſemel acceptatus tranſit in pactum ſeu contractum. 2
Imola *in cap. cum contingat. 28. col. 14. extr. de jure-*

de jurejur. Alexand. *in l. 1. in pr. circa fin. ff. de pact.* Roman, *conſil. 433. n. 12.* Atqui cer-
3 tum eſt, † quod contractus ſui naturâ ſint irrevocabiles, *l. ſicuti. 5. C. de obligat. & action. l. in commodato. 17. §. ſicut. 3. ff. commod.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 8.*
4 *n. 109.* (2.) † Nec quenquam latet, matrimonium adeò firmum eſſe, ut neutri contrahentium liceat reſilire, ne quidem mutuo diſſenſu, quia contractus conjugii eſt perpetuus & indiſſolubilis, ſecundum inſtitutionem ejus primævam in Paradiſo, & ordinationem Chriſti, *Matth. 5. & 19. Marc. 10. Luc. 16. 1.*
5 *Corinth. 7.* unde † individua dicitur vitæ conſuetudo, Matth. Weſenbec. *part. 3. conſil. 125. n. 15.* Joach. à Beuſt. *de ſponſ. part. 1. cap. 58.* Petr. Heig. *part. 3 quæſt. 16. n. 4. &*
6 *ſeqq.* Ex quo † apud Romanos ſponſa quondam cingebatur nodoſiſſimâ ex lanâ zonâ, ſponſo magnâ curâ ſolvendâ, ut dum illi ſolvendæ incumberet, quam indiſſolubili modo ſponſæ annexus eſſet, admoneretur, Panciroll. *l. 1. Memor.* Quod ſi ita eſt, utique nec parentum conſenſus ad liberorum contrahentium nuptias datus poterit revocari, re-
7 pugnante juris principio, † quod acceſſorium ſequatur naturam rei principalis, *l. 2. ff. de pecul. legat. l. nihil dolo. 129. §. 1. & l. cum principalis. 178.* ubique Dec. & Cagnol. *ff. de Reg.*
8 *jur. c. acceſſorium. 42. eod. tit. in 6to.* (3.) † Eſtque regula juris certiſſima, quòd illi, qui conſenſum ſuum ad actum aliquem præſtitit, regulariter non permittatur pœnitere, vel conſenſum ſuum revocare, *l. per fundum. 11. ff. de ſervit. præd. ruſt. l. ult. ff. comm. prædior. l. in diem. 9. ff. de aquâ & aquâ pluv. arcend. l. de acceſſionibus. 14. §. ult. ff. de diverſ. &*
9 *tempor. præſcript.* veluti † in terminis ſtatuti, quo uxor ſine conſenſu mariti contrahere haut valet, ſi is ſemel conſenſerit, rurſus conſenſum ſuum revocare non poteſt, prout multis firmat argumentis Andr. Tiraquell. *de legib. connub. gloſſ. 8. quæſt. 14. n. 125. & ſeq.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. Rubr. 4. §. in gloſſ. verb. ſanz. licence. circa med. verſ. nunquid autem, &c.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 8. ſect. 8. n. 101.* Et † ſi Dominus feudi 10
ſemel præſtiterit conſenſum ad hoc, ut Vaſallus feudum alienare poſſit, nequaquam licet ipſi rurſus pœnitere ſuumque conſenſum retractare, Rol. à Valle *conſil. 97. dub. 2. n. 53. & 54 lib. 1.* Aym. Cravett. *conſil. 888. n. 4.* Schrad. *dict. ſect. 8. n. 102.* (4.) † Ex quo 11
porro ſit, ut licèt filiusfamiliâs ſine conſenſu patris ſui mortis causâ donare haut poſſit, *l. tam is. 25. §. 1. ff. mort. cauſ. donat.* ſi tamen pater † filio mortis causâ donanti ſemel con- 12
ſenſerit, conſenſus hic ſit irrevocabilis, Petr. Peck. *in tract. de teſtam. conjug. lib. 3. cap. 3. n. 3. & ſeqq.* Andr. Tiraquell. *de leg. connub. gloſſ. 5. n. 91.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 1. n. 25.* (5.) Accedit tralatitium illud, quòd † 13
is, qui non poteſt ſolus actum de novo facere, non valeat etiam actum illum ſeu contractum revocare, *l. tria prædia. 31. §. fin. cum gloſſ. ult. ff. de ſervit. præd. ruſtic.* Jaſon. *in Auth. ſi qua mulier. col. 8. verſ. ergò ſuccedit. C. de SS. Eccleſ.* Jam verò † pater libero- 14
rum nomine ſolus nuptias contrahere haut poteſt, *ſupr. Defin. 26. can. ſufficiat. 27. quæſt. 2. can. ubi non eſt. 30. quæſt. 2.* Paul. Cypr. *de ſponſal. cap. 7. §. 1. n. 6.* Ergo nec matrimonium, ſi in id ſemel conſenſerit, improbare, nec conſenſum revocare. (6.) † Et 15
quis tandem non videt aut animadvertit, conſenſu patris ſemel impetrato jus liberis acquiſitum eſſe, quod certè ipſis ampliùs adimi nequit, *l. id quod noſtrum. 11. ff. de reg. jur.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad conſultationem G. C. zu *R. Menſ. Jun. An. 1628.* (*Verba* 16
Sententiæ: Hat Herr *D. S.* der Rechten *Doctor* euch in ſeine Behauſung erfordern laſſen/ und nach vorgebrachter Werbung ſeinem Stief-Sohn *Julio K.* eure Stief-Tochter Jungfrau Eliſabethen ehelichen zu verſprechen/ auch zu eures Weibes als der Mutter Einwilligung befôrderlichen zu erſcheinen/ von euch begehret/ deſſen aber abſchlägliche Antwort überkommen/ und als er es hierbey nicht verbleiben laſſen/ ſondern auf gleichmäßige Erforderung eures Weibes/ in eurem Abweſen und gethane Ehewerbung/ euer Weib ſich zu zweyen malen erkläret/ daß ihre Tochter zu jung und daſſelbige nicht geſchehen/ noch ſie dem Herrn *Doctor* etwas zuſagen kônne/ ſondern die Sache und gebührliche Erklärung bis auf den Marckt und zu Unterredung mit dem Großvater/ deſſen *conſens* vor allen Dingen müſte darbey ſeyn/ ſolle Anſtand haben/ immaſſen zwar ſolches ermeldter *Doctor in loco judicii* geſtehen müſſen/ aber dargegen vorwendet/ er habe eurem Weibe dieſes alles nothdürfftig abgelehnet/ und ſo viel Urſachen und *motiv*en angezogen/ daß ſie endlich darein gewilliget/ und im Abgehen über den Saal ſich dieſer Worte verlauten laſſen/ wenn es Gottes Wille/ und der Großvater darein willigte/ ſo wäre ſie auch damit zu frieden. Ob nun wol euer Weib nochmals ſolche Heyrath geſchehen zu laſſen nicht gemeynet: Da ſie aber gleichwol dieſer Reden geſtändig/ daß/

daß/ wofern es Gottes und des Großvaters Wille/ ſolches wol geſchehen könte/ und ſie gleichsfalls damit zufrieden wäre/ oder derſelbigen aufn Nothfall mit Zeugen überführet werden möge; So iſt ſie/nachdeme der *Doctor* kurtz hernacher des Großvatern Zuſage zuwege gebracht/ dieſe angedeutete Ehe mit ihrem *diſſenſu* zu hindern/ und den einmal ertheilten *Conſens* zu *revocir*en nicht befugt/ V.R.W.)

DEFINIT. LX.

Sponſalia clandeſtina inſciis ſive invitis & reluctantibus parentibus contracta, ſi copula carnalis acceſſerit, num rurſus annullari & reſcindi debeant?

SUMMARIA.

1. *Liberi quandoque abſque conſenſu parentum ſponſalia clandeſtina per ſacerdotalem benedictionem conſummari faciunt.*
2. *Quæ neutiquam reſcindenda.*
3. *Quid ſi copula ſaltem carnalis acceſſerit?*
4. *Jus civile hæc ſponſalia dirimit.*
5. *Actum nullum facit, qui facit contra legem prohibentem.*
6. *Deciſio negativa.*
7. *Quam ſequuntur noſtrates Theologi & Magiſtratus Evangelici.*
8. *Fundamenta & rationes hujus deciſionis. numer. 9.*
10. *Copula carnalis ratum facit matrimonium, quod per ſe eſt illegitimum.*
11. *Sæpè quæ fieri non debent, facta haut reſcinduntur.*
12. *Multa impediunt matrimonium contrahendum, quæ jam contractum haut diſſolvunt.*
13. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
14. *Ejusdem Decreta. n. 15. 16.*
17. *Conſiſtorium Supremum hodie ab hâc ſententiâ receſſit.*
18. *Qua ex causâ?*
19. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 20. 21.*

1 EO malitiæ & audaciæ quandoque liberi progrediuntur, ut inſciis & invitis parentibus non modò ſponſalia contrahant, ſed & per benedictionem ſacerdotalem, peregrinis forſan in locis, ubi diſſenſus parentum haut facilè explorari poteſt, ea conſummari faciant: ex
2 quo † ſumma parentibus infertur injuria, quippe quòd tum facultas matrimonium perfectum reſcindendi ipſis non competat; prout expeditum eſt, Georg. Dedekenn. *vol. 3. conſ. theol. lib. 4. ſect. 1. num. 12. fol.*
3 *436.* At † quid ſi ſponſalibus inſciis vel invitis parentibus contractis, non quidem benedictio ſacerdotalis, ſed ſaltem copula carnalis acceſſerit? Irrita ac nulla eſſe ejusmodi ſponſalia, non malè forſan dixeris ex mente
4 & ſanctione † Juſtiniani Imper. *in §. ſi adverſus. 12. Inſt. de nupt.* Nam irritum eſt factum contra jus civile, nedum contra jus divinum, *l. jubemus, 10. C. de S.S. Eccleſ. l. non dubium, 5.*
5 *C. de Legib.* & facit actum nullum, † qui facit contra legem prohibentem, Dec. *conſ. 502.* Alciat. *in l. 3. C. de SS. Eccl.* unde vulgô traditum eſt, actum conſummatum infirmari in pœnam ejus, qui legis juſſioni adverſatur, HugoDonell. *l. 13. comm. jur. civil. cap. 20.* Duar. *ad tit. ff. ſol. matrim. cap. 2. verſ. ut tamen liberè dicam.* Beza. *in tract. de repud. & divort. pag. 211.* Hemm. *in libell. de conjug. cap. de cauſ. repudii. pag. 159. & 227.*

Sed † rectiùs edocti Principes plerique & 6
Magiſtratus Evangelici ſponſalia ſine conſenſu parentum contracta accedente copulâ carnali, ſive præceſſerit ſive ſequatur ea, haut reſcindunt, ſed conſummationem per benedictionem ſacerdotalem contrahentibus injungunt, Joach. à Beuſt. *in tract. de matr. c. 47.* Joh. Schneidvvin. *ad tit. Inſt. de nupt. part. 2. n. 35.* Joh. Gerh. *in loco de conj § 146.* Petr. Heig. *in pr. Inſt. de nupt. n. 28.* Paul. Cypræ. *de ſponſal. cap. 10. §. 16.* Joh. Harppr.
pr. Inſtit. de nupt. n. 122. & ſeqq. † ubi etiam 7
autoritatem B. Lutheri, Martini Chemnitii & Melanchth. aliorumque allegat. Quam ſententiam haut obſcure probat *Ordinat. Eccleſ. Rubr.* Von Eheſachen. §. Von Ehegelöbnüſſen. *& Ord. matr. Elect. Sax. de An. 1624. punct. 1.* §. Würden auch ſolche Perſonen. Nec deſtituitur hæc aſſertio rationibus pariter & æquitate: (1.) Quò † enim majora evi- 8
tentur ſcandala, ac ne injuria major vitiatæ deſertæque mulieri inferatur, liberique pro illegitimis & ſpuriis proclamentur, de rigore potius quid remittendum, quàm apicibus juris inhærendum eſt; & obſervandum illud

Moſai-

Moſaicum: habebit eam uxorem, *Deut. 22.*
9 *v. 19.* (2.) Neque † parentes tam præfractè
poteſtate ſuâ abuti debent, ut cum manifeſtâ
mulieris vitiatæ ſeu devirginatæ injuriâ ſe-
parationem, ſibi nil profuturam, quin po-
tius damnoſam cauſentur, præſertim cum
hac occaſione gravioribus delictis aperiatur
10 feneſtra, Harppr. *d. loc. n. 126.* (3.) † Eſt
porrò tralatitium, quòd copula carnalis pur-
get clandeſtinitatem, ratumque faciat con-
jugium, licet per ſe non ſit legitimum, *can.
ult. cauſ. 28. q. 1. cap. cum cauſa. 6. extr. de
raptor.* ut hinc etiam injuſtum matri-
monium ſit matrimonium, *l. ſi uxor. 13. §. 1.
ff. ad leg. Jul. de adult.* (4) † Quin & alias 11
ſæpè, quæ fieri non debent, ſi facta fuerint,
haut reſcinduntur, *l. 1. §. viduum. 5. ff. quan-
do appell ſit. l. relegatorum. 7. §. ad tempus.
4. ff. de interd. & releg. l. 1. §. 1. ff. de feriis. l.
quid ergò. 13. §. pœna. ff. de his qui not. infam.*
Unde † & multa dicuntur impedire ma- 12
trimonium contrahendum, quæ jam contra-
ctum non diſſolvunt, *l. patre furioſo. 8.* ubi
Gloſſ. *in verb. retinere. ff. de his qui ſui vel
alien. jur. ſunt.* Johann. Harppr. *dict. loc.
num. 125.*

*Ita † Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem D. Pauli Laurentii Superintendentis Dres- 13
denſis die 28. Jan. An. 1609. (Verba Sententiæ:* Hat Nicol. B. zu K. Catharinen/ A. N. Tochter/ die Ehe heimlich verſprochen und geſchwängert/ und wolien nunmehr dieſe Perſonen einander zur Ehe nehmen/ ꝛc. So iſt gemeldter N. als der Vater dieſes zu hindern nicht befugt/ ſondern ihr möget deſſelben *diſſensus* ungeachtet beyde Perſonen förderlichſt/ iedoch ohne ſonderliche Gepränge/ wohl *copuli*ren und trauen/ V. R. W.)

Nec non † in causâ S. Hanſen F. Tochter Klägerin an einem/ Chriſtoph Z. Beklagten 14
anders/ und Chriſtinen Paul F. Tochter *intervenient*in dritten Theils/ *die 13. Mart. An. 1611. (Verba Decreti:* Dieweil Beklagter den *4. Januarii* dieſes Jahres vor dem Superintendenten zu Chemnitz in Gegenwart anderer Perſonen bekannt/ daß er ſich mit der Klägerin heimlich ohne Vorbewuſt beyderſeits Eltern verlobet/ auch hernach vor dem Pfarrer zu Waldkirchen/ und nunmehr vor uns/ daß er ſie zugleich fleiſchlichen erkannt habe/ geſtanden; So iſt er/ ſeiner Eltern Widerfechtens ungeachtet/ ſie zum längſten in Zeit Sächſiſcher Friſt zu ehelichen ſchuldig. In deſſen Verbleibung wird er von der weltlichen Obrigkeit durch gebührliche Mittel darzu *compelli*ret und angehalten/ ꝛc.)

It. † Superattendenti Chemnicenſi die 27. April. An. 1607. (Verba Reſcripti: Wir haben 15
euer Schreiben *Gregor H.* und *Juſtinen*, Hanſen K. Tochter/ welche er geſchwängert/ belangende verleſen hören. Wann wir dann daraus befinden/ daß beyde Perſonen einander zu ehelichen begehren/ und nunmehr dieſe Ehe nicht *res integra*; So wollet ihr/ ungeachtet ſein Vater hierein nicht willigen wolte/ bey dem Pfarrer zur Auguſtusburg die Anſchaffung thun/ daß angeregte beyde Perſonen *copuli*ret und getrauet werden mögen/ ꝛc.)

Et † in causâ Siegmund *C. contra* Marien/ Barthel K. Tochter zu *F. die 1. Auguſt. An- 16
no 1607. (Verba Decreti:* Ob nun wol derſelbe ſich darüber beſchweret: Dieweil aber angedeutes Urthel Krafft Rechtens erreichet/ und *parentum conſenſus carnali copula interveniente* nicht zu *attendi*ren/ ꝛc. So verbleibts auch darbey nochmals billich/ ꝛc.)

17 Tantum † roboris & autoritatis attri-
buendum hiſce nemo non exiſtimaverit, quò
minus annuendum parentibus, ſi ob negle-
ctum ſui conſenſum ſponſalia clandeſtina
per copulam carnalem a liberis firmata retra-
ctare cupiant: Accedente imprimis Conſi-
ſtorialium Lipſienſium & Wittebergenſium
obſervantiâ. Attamen Conſiſtorium Su-
premum Dresdenſe non ſemel pronuncian-
do in contrariam ivit ſententiam, ut non
malè fortaſſis aliud hodiè receptum quis di-
xerit. † Quod ſi ita eſt, reverentia jure pa- 18
riter divino & civili parentibus debita cau-
ſam huic correctioni dedit, tanti ſcilicet viſa
Dominis Conſiſtorialibus, ut nec per dire-
ctum jure ac conſenſu ſuo parentes defrau-
dandos judicaverint. In quo quidem acqui-
eſcerem, ſi non per benedictionem ſacerdo-
talem, de qua *ſuprà n. 2.* iis per indirectum
præjudicaretur. Cogitandum igitur hoc
aliis relinquo.

*Ita † Conſiſtorium Supremum in causâ Dorotheæ, filiæ Caſparis K. contra Chriſtianum G die 19
14. Decembr. Anno 1638. (Verba Decreti:* Dieweil Beklagtens leiblicher Vater/ daß er in dieſe Verehlichung willigen mögen/ nicht zu bewegen geweſen; So mag Beklagter zu Vollziehung ſolcher Ehe nicht angehalten werden: Er iſt aber der Klägerin wegen zugefügter Schwängerung und zu Erziehung des Kindes auf unſere Ermäßigung Abtrag zu thun ſchuldig/ V. R. W.)

Iis-

Iisdemque ferè formalibus in causâ Reginæ, filiæ Laurentii H. contra Johannem T. die 25. Sept. Anno 1644.

Et in causâ Marthæ S. contra Martinum M. & Annam, viduam M. die 17. Mart. A. 1648.

20 Quicquid verò † ſit, nuperrimè Sereniſſimus Saxoniæ Elector obſervantiam in Conſiſtoriis Lipſienſi & Wittebergenſi receptam, de qua *ſupr. n. 17.* peculiari Reſcripto confirmavit, & juxta eam in Conſiſtorio quoque Supremo pronunciari juſſit, *ſub dato Zabeltitz die 16. Nov. An. 1648.* Cum verò eam generaliter & indifferenter intellectam noluerit, tenorem Reſcripti quantum ad noſtrum facit inſtitutum, hiſce annectere lubet, ex quo de exceptionibus ac limitationibus luculenter conſtare poteſt.

Sunt autem † Verba Reſcripti Electoralis hæc: So wil nicht unbillich darauf zu gedencken ſeyn/wie ſolcher Argliſt und Boßheit ſamt dem Anlaß zu ſündigen vorgebauet/dem verletzten Gewiſſen und beleidigten Theil gerathen/die Geſchwächte und Kinder wiederum zu Ehren bracht/ die unſchuldigen Eltern in etwas erfreuet/ und weil ohne das unſere *Conſiſtoria* zu Leipzig und Wittenberg auf Vollziehung der Ehe bißhero erkannt/in dieſem Gewiſſens-Fall eine billichmäſſige Vermittelung getroffen werde. Laſſen uns demnach euer hierinnen eröffnetes unterthänigſtes Gutachten gefallen/und befinden auch unſers Theils nicht unbillich/ daß in dieſem Fall gleichformig in unſern *Conſiſtoriis* hinfüro erkannt und geſprochen werde. Wann ſich demnach eine Manns-Perſon/ſo nicht mehr an des Vatern Brodt/und aus deſſen Gewalt/oder ſonſten zu ſeinen verſtändigen Jahren kommen iſt/eine ſonſt unberüchtigte Jungfrau oder Wittib/ welche ſich zuvor wohl verhalten/und von Chriſt-und ehrlichen Eltern erzogen/ohne ſeines Vaters und Mutter Vorwiſſen mit Verſprechung der Ehe beſchläft und zu Fall bringet/ſolche ſeine Eltern auch das Weibesbild oder dero Eltern und Anverwandten vorhero nicht verwarnet/und daß ſie an ihrer beyderſeits Kundſchafft keinen Gefallen trügen/noch zwiſchen ihnen eine Verehlichung verſtatten/oder bey begebendem Unheil darein verwilligen wolten/ausdrücklich ſich vernehmen laſſen/darneben auch keine andere gnugſame erhebliche Urſach ihres *diſſenſus* halber vorzuwenden/und glaublichen beyzubringen vermöchten; Auf ſolchen Fall wird auf die Vollziehung der Ehe billich erkannt/und ſolche durch der Eltern bloſſes Widerſprechen nicht gehindert/ſondern dieſelbe die Ehe mit Verletzung der Gewiſſen nicht zu hinterziehen alles Fleiſſes anermahnet/und Inhalts unſerer Ehe- und Kirchen-Ordnung ihnen die Beſtrafung ihrer ungehorſamen Kinder in andere zugelaſſene Wege vorbehalten. Begehren hierauf gnädigſt/ ihr wollet euch nicht allein ſelbſt ins künfftige darnach achten/ ſondern es auch unſern andern *Conſiſtorien* Krafft dieſes andeuten/und darneben verordnen: wann ſonſten etwas ſonderbar- und erhebliches darbey mit unterlauffen würde/ daß ſie es unterthänigſt berichten/ und unſerer fernern *reſolution* erwarten ſollen. Daran geſchicht unſere Meynung/und wir ſind euch in Gnaden gewogen. *Datum* Zabeltitz den *16. Nov. Anno 1648.* 21

Johannes George Churfürſt.

DEFINIT. LXI.

Quo tamen caſu liberi, novi conjuges ex provinciis Electoratûs Saxonici migrare, & domicilium alibi conſtituere neceſſum habent: quin & carcere puniri, & à parentibus totaliter exheredari poſſunt.

SUMMARIA.

1. *Puniendi ſunt liberi, clandeſtina ſponſalia copulâ carnali corroborantes.*
2. *Triplex pœna iis eſt indicta.*
3. *Prima eſt exheredatio.*
4. *Num hæc in jure civili fundata? n. 7.*
5. *Plerique hoc negant.*
6. *Sanctione tamen Electorali Saxonicâ ea eſt probata.*
8. *Altera pœna eſt carceris.*
9. *Reipubl. intereſt delicta puniri.*
10. *Solum ſtuprum meretur pœnam arbitrariã.*
11. *Quæ eſt carceris in provinciis Electoratus Saxonici.*
12. *Etiam in caſu, quo perſona deſponſata ante benedictionem ſacerdotalem concumbunt.*
13. *Pœna delicto correſpondere debet.*
14. *Tertia pœna eſt emigratio.*
15. *Ne ſcandalum aliis præbeatur.*
16. *Fructus pœnarum in quo conſiſtat? n. 17. 18.*
19. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

NOn tamen exiſtimandum eſt, impunè liberos parentes jure patriæ poteſtatis defraudare; Etſi enim ſponſalia per copulam carnalem ita firmantur, ut diſſenſu ſuo parentes ea infringere nequeant, *Defin. præced.* † mulcta tamen e- 1

jus-

Jusmodi petulantiam & malitiam liberorum coerceri, ipſosque pœnæ ſubjici fas ? veluti ſancitum in *Ord. Eccleſ. Elect. Sax tit.* Von Eheſachen. §. Von Ehegelöbniſſen. *verſ.* Würden auch. & *Ord. matr. de An. 1624.*
2 *punct. 1. verſ.* † Würden auch ſolche Perſonen heimlichen zuſammen kriechen/ und fleiſchlich Unzucht treiben/ ſo mögen die Eltern dieſelben gäntzlichen enterben/ und ſollen ſonſt mit zeitlichem Gefängniß geſtraft/auch in unſern Landen ſich weſentlich aufzuhalten nicht geduldet werden.

Triplex ſanè pœna liberis ejusmodi protervis & inobedientibus indicitur. *Prima* eſt
3 † exheredatio totalis, quâ potiſſimùm autoritas & reſpectus parentum vindicatur. Num de jure civili hæc pœna ſubſiſtat; nolo heic
4 diſputare, † poſtquam Juſtinianus Imper. inter juſtas exheredationis cauſas ſponſalia liberorum clandeſtina copulâ carnali confirmata verbis expreſſis non retulerit in *Nov 115. cap. 3.* quare nec jus exheredationis hic obti-
5 nere vulgò † exiſtimant, Bald. *in l. nec filium. 12. C. de nupt.* Jacob. Cujac. *l. 3. obſerv. 5.* Sichard *in Auth. non licet. n. 4. C. de lib. præter.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 95. n. 15.* Joh. Harppr. *in pr. Inſt. de nupt. n. 148.* Sufficit enim hiſce in provinciis ſanctio Electoralis,
6 qua † parentes ſatis muniti ſunt, nec de ſubſiſtentia teſtamenti & exheredationis ulteriùs dubitandum, *dict. Ordin. Elect. & Ord. matr.* Quin & ſub diſpoſitione Juſtinianea *in dict.*
7 *Novell. 115. cap. 3.* † cauſam illam hoc ipſo comprehenſam dixerim, quòd per imprægnationem ſponſæ ante benedictionem ſacerdotalem non parva toti familiæ inferatur injuria, quæ cauſa ab Imperatore nonnihil eſt attacta in *dict. Novell. 115. c. 3. §. 2. 4. 10. & 11.*
8 *Secunda* pœna eſt † carceris, qua inobedientia & malitia liberorum coercetur: Non abſque ratione, quia haut minimum ab ipſis committitur delictum, quod puniri Reipubli-
9 cæ † intereſt, *l. in delictis. §. cum dominus. ff. de nox. action. l. Stychum aut Pamphilum. ff. de ſolut. l. qui ſervum. 29. in pr. ff. de interr. in jure faciend. l. ſi longius. §. 1. ff. de judic. l. per omnes. C. de defenſ. civit. l. ſi operis. 14. C. de pœn.* Jac. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſt. part. 3. quæſt. 127. n. 64.* Et ſi aliàs ſolum † ſtuprum mulctâ arbitrariâ coercetur, 10
Caſp. Anton. Teſſaur. *in addit. ad patrem Anton. Teſſaur. deciſ. 3. n. 3.* Proſp. Farinac. *part. 5. oper. criminal. quæſt. 147. n. 99. & 303.* Paul. Chirland. *de pœn. omnif. coit. qu. 7. n. 3. ſub fin. verſ. ſi verò nollet.* † quam Sereniſſi- 11
mus Saxoniæ Elector carceris eſſe voluit *in conſtit. 27. in fin. pr.* Und darüber mit zeitlicher Gefängniß geſtraft werden / *part. 4.*
† eamque ad caſum, quo ante benedictio- 12
nem ſacerdotalem perſonæ deſponſatæ concumbunt, extendi diximus in *Pract. crim. part. 2. quæſt. 66. n. 47. & ſeqq.* multò magis utique pœna hæc obtinebit, ſi delicto ejusmodi inobedientia & deſpectus parentum acceſſerit, ſiquidem crimini † mulcta corre- 13
ſpondere debet, *l. perſpiciendum, 11. in pr. l. hodiè. 13. ff. de pœn. l. ſacrilegii. 6. ff. ad Leg. Jul. pecul. l. pedius. 4. §. 1. ff. de incend. l. capitalium. 28. §. ſolent. & §. graſſatores. ff. de pœn. l. 3. de epiſc. audient. l. ſancimus. 22. C. de pœn.* Nicol. Reuſn. *lib. 2. deciſ. 20. n. 65.* Anton. Gometz. *de delict. cap. 3. n. 6. in fin.*

Tertia denique † pœna eſt emigratio: 14
Non enim dignos judicavit Sereniſſimus Saxo liberos, copulâ carnali & clandeſtina deſponſatione parentes ſuos offendentes, ut in provinciis ſuis tolerentur. Quare alio ſe eos conferre, & alibi domicilium ſuum conſtituere juſſit, † ne ſcandalum per illos præbea- 15
tur; quin & alii ab ejusmodi crimine deterreantur, in quo non minimus pœnarum fructus verſatur, Joh. Bodin. *l. 7. de Republ. c. 4. n. 21.* Non modò † enim in pœnis dictandis 16
ſolius delinquentis perſona ac corpus conſiderari debet, ſed & potiſſimum ipſum παράδειγμα, quò alii meliores reddantur & à criminibus deterreantur, Anton. Hering. *de fidejuſſor. cap. 10. n. 344.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt 37. n. 27.* Petr. Gilken. *ad tit. C. de ſumm. Trinit. n. 116.* Unde † ſapientiſſimus omnium 17
veriſſimè dixit: Si deriſorem percuſſeris, ſtultus erit ſapientior, hoc eſt, aliorum plagis emendabitur, *Prov. 19. v. 25.* † Et Cicero *l.* 18
offic. Pœnis, inquit, utimur contra delinquentes, ne quid poſthac committant ipſi, cæteri verò ſint ad delinquendum tardiores.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Margarethen E. H. Witben/und *Joh. de S.* Be- 19
klagte an einem/ *Johan. Baptiſtæ de S.* Klägern anders Theils/ *die 11. Jul. An. 1628.* (*Verba Decreti:* Daraus nunmehr ſo viel zu befinden/ daß dieſes Ehegelöbniß nicht zu hinterziehen: Es mögen aber Beklagte wegen Verachtung des vierdten Geboths und verübten Unzucht/ vermöge Churfürſt *Auguſti Anno 1580. publicirten* Kirchen- und Ehe-Ordnung andern zum Exempel in dieſen Landen ſich weſentlicher Weiſe aufzuhalten nicht geduldet/ und über das allbereit erlittene noch 14. Tage lang mit Gefängniß geſtraft/ auch beklagter Sohn von ſeinem Vater gäntzlichen enterbet werden/ V. R. W.)

DE-

Definit. LXII.

In diſquiſitione pariter cauſarum diſſensûs paterni & diſſolvendis ſponſalibus liberorum clandeſtinis multum arbitrio judicis ex circumſtantiis informando committi debet.

SUMMARIA.

1. *Quando ſponſalia liberorum nulla, remiſſivè?*
2. *Arbitrium judicis eccleſiaſtici hac in re non excludendum.*
3. *Juſtæ diſſensûs paterni in nuptiis liberorum quænam cauſæ? n. 11.*
4. *Si perſona, cum qua ineundum eſt matrimonium, ſit turpis vel inhoneſta.*
5. *Quando rixæ inter parentes & liberos metuendæ.*
6. *Si ſubſit metus ſubductionis è patria poteſtate.*
7. *Vel procus bonis ſponſæ inſidietur.*
8. *Aut delictum queat ipſi imputari.*
9. *Si filia dolo adducta in matrimonium conſenſerit.*
10. *Vel liberi amore temerario ſint cæcati.*
12. *Quando & quibus in caſibus matrimonia liberorum clandeſtina ſint confirmanda?*
13. *Circumſtantiæ hac in re conſiderandæ. num. 14.*
15. *Quodnam hic Magiſtratûs eccleſiaſtici officium?*
16. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 Diximus hucusque de ſponſalibus liberorum clandeſtinis, ſeu inſciis ac invitis parentibus contractis, quando nempè ea pro nullis ſint habenda & declaranda; quibusque ex cauſis parentes cogi nequeant ad aſſentiendum in nuptias liberorum. Cùm autem variæ ſemperque novæ ſoleant occurrere circumſtantiæ, quæ & ipſum variant deciſum, noluimus † Judicem eccleſiaſticum ad certam re- 2
gulam hic obſtrictum eſſe, ſed arbitrio ejus ex circumſtantiis informato relinqui debet, quid ſecundùm jus divinum & eccleſiaſticum ſit decidendum, ac quando tandem ad ſponſaliorum clandeſtinorum diſſolutionem vel conſummationem deveniendum.

3 Imprimis † verò cauſas diſſensûs paterni probè ponderet, an ſufficientes ac juſtæ habeantur: ubi conſiderandum, (1.)
4 an procus vel perſona, † cujus matrimonium liberi appetunt, ſit turpis vel inhoneſtæ vitæ, *arg. l. 12. in fin. & l. 18. C. de nupt.* Johan. Schneidevvin. *ad tit. Inſt. de nupt. part. ſub rubr. de licitis nupt. num. 37.* Melch. Kling. *ad tit. Inſt. de nupt. ſub rubr. de licitis nupt. numer. 8.* B. Luther. *tom. 9. Witteberg. pag. 244. verſ.* Derohalben / ꝛc. (2.)
5 Num ſubſit † ſuſpicio fore, ut ex matrimonio inter liberos & parentes lites & rixæ ſint orituræ, veluti ex Panormit. & Felino conſuluit Jacob. Menoch. *conſil. 69. numer. 43. 44. & 66.* (3.) Cujus † conditionis ſit, qui 6
puellam in matrimonium petit, an non è patria poteſtate filiam ſubducere tentet, Kling. *dict. loc.* (4.) † aut ſaltem ſub præ- 7
textu matrimonii bonis ſponſæ inſidietur, nec tàm filiam amet, quàm divitias quærat, Erneſt. Cothman. *Reſp. 1. n. 253.* (5.) † An 8
non facinus vel delictum aliquod proco imputari poſſit, Martin. Luther. *ad cap. 24. Geneſ. §. quid poteſt &c.* (6.) † Num forſan 9
filia dolo adducta in matrimonium conſenſerit, Melch. Kling. *dict. loco.* Baſil. Monner. *in tract. de matrimon. pag. 45.* (7.) † An li- 10
beri amore temerario quaſi cæcati, aut furore potiùs dementati cum iis matrimonium inire velint, cum quibus neque cœlum neque terram ædificaturi eſſent, quemadmodum loquitur Wigandus *in libello de conjug.* Johann. Harppr. *ad pr. Inſt. de nupt. n. 148.* Erneſt. Cothman. *dict. Reſponſ. 1. n. 246.*

Sunt † certè cauſæ hæ tales ac tantæ, ut 11
vel unica ſaltem longè ſufficiens exiſtimetur ad diſſentiendum à nuptiis liberorum, quas propterea Judex eccleſiaſticus nequaquam negliget vel repudiabit.

In genere † porrò ſi quæſiveris, quibus 12
in caſibus matrimonia liberorum ſine parentum conſenſu contracta ſint confirmanda? & tum judicis cauſarum matri-

tri-

trimonialium arbitrio & diſcretioni multum eſſe committendum dixerim, prout apparet ex traditis Joach. à Beuſt. *de matrim. cap. 46. pag. 210.* Johann. Gerhard. *de con-*
13 *jug. §. 99.* Non † modò enim ætas liberorum, an majorennes vel minorennes fuerint, ſed & parentum humanitas & affectio ponderanda, num ſint duri, improbi & vel tacitè ſponſalia liberorum approbaverint, vel eos prorſus à matrimonio abſtinere juſſerint, ita ut culpa ipſis veniat imputanda.
14 Nimirum † nunquam non circumſtantiæ animum pariter & judiciumMagiſtratûs Eccleſiaſtici informare poterunt, ut quid vel pro liberis vel parentibus ſit decidendum, facilè animadvertere queat. Summatim res
ita † tractanda eſt, ne vel honor & obſervan- 15
tia parentibus debita lædatur, vel omnis matrimonii occaſio liberis præcidatur; Suntque liberi erudiendi, ut causâ etiam juſtâ diſſensûs deficiente parentibus gratificentur: informandi itidem parentes, non convenire, ut poteſtate ſuâ abutantur, ac vota liberorum nimium differant, *l. 12. ff. de ſponſalibus. l. qui liberos. 19. ff. de rit. nupt.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem H. E.* zu *Z. die 17. Nov. An. 1633.* (*Verba Sen-* 16
tentiæ: Als ihr uns in einem Schreiben berichtet/ wie daß einer von Adel bey eurer Befreundin eines Bürgers zu Z. Tochter Kundſchafft und Freundſchafft geſuchet/ Freyens vorgeben/ ihr die Ehe verſpochen/und ſie darauf geſchwängert: Nun wolte er itzo ſolche Ehegelöbniß mit der Prieſterlichen *Copulation* und ehelichen Beywohnung nicht vollziehen/ vorgebende/ ſein Vater hätte darein nicht gewilliget/ wäre auch noch zur Zeit zu willigen nicht gemeynet/dahero ihr genothdränget worden/ an gehörigem Orte klagbar zu werden. Derowegen von uns gebeten/was hierinnen üblichen Rechtens/ durch ein verſchloſſen *Informat-* Urthel euch zu berichten/ ob derjenige von Adel/ ſo ohne Vorwiſſen und Einwilligung ſeines noch lebenden Vaters eurer Befreundin die Ehe verſprochen/ und ſie darauf geſchwängert/ dieſelbe der väterlichen *contradiction* ungeachtet nochmals zu heyrathen/ und das geſchloſſene erweißliche Ehegelöbniß mit der Prieſterlichen *copulation* und ehelichen Beywohnung zu vollziehen ſchuldig/ dabey aber die vornehmſten Umſtände/ welche in Erklärung dieſer Frage wohl zu erwägen/übergangen. Demnach gewarten wir vorhero auf nachfolgende Umſtände eures ausführlichen und unverdunckelten Berichts: *1.* Ob der von Adel einländiſch/ und *ſui juris*, oder noch väterlicher Gewalt unterworffen. *2.* Ob eure Befreundin von ehrlichen Eltern ehrlich gebohren. *3.* Ob beyde Perſonen auſſer dieſes Falls gegen ihren Eltern gehorſam/ auch ſonſten im Leben und Wandel ſich ehrlich und wohl verhalten. 4. Wann und wie ſie in Kundſchafft und Freundſchafft kommen. 5. Wie lang ſie in ſolcher *converſation* geweſen. *6.* Ob ſein Vater hiervon Wiſſenſchafft erlanget und darzu ſtill geſchwiegen/oder ob er alsbald *contradici*ret und *de ſuo diſſenſu* gegen eure Befreundin oder derſelben Eltern *proteſti*ret habe. 7. Wann/wo/in weſſen Beyſeyn/ auch mit was Worten der Sohn ihr die Ehe verſprochen/ und ob ſolches *pure*, oder mit Bedingung väterlicher Einwilligung geſchehen. 8. Ob der Vater jemals um ſeinen *conſens* erſuchet worden/oder weſſen er ſich dißfalls erkläret. 9. Wie alt beyde Perſonen zur Zeit der ehelichen Zuſage geweſen. 10. Ob ſie nach ehelicher Zuſage und erfolgter Schwängerung um Chriſtliche Verzeihung und *ratification* deß von Adels Vatern erſuchen laſſen/und wie derſelbige ſich darauf bezeiget. 11. Ob beyde verlobte Perſonen noch beyſammen ſtehen/ und wo ſie ſich itzo aufhalten/ oder ob nicht vielmehr Beklagter von ſie geſondert/ und ſich derſelben *converſation* gäntzlich entſchlagen/auch ſeines Vatern Gehorſam hinwieder untergeben. 12 Ob ſein Vater/ nachdem ihr klagbar worden/ *judicialiter interveni*ret/ und *de ſuo diſſenſu* nochmals *proteſti*ret. 13. Ob das Kind noch am Leben/ein Sohn oder Tochter ſey. 14. Ob ihre Eltern arm/oder gutes Vermögens ſeyn/ wie viel ſie Kinder haben/und ihrer Tochter zur Mitgifft reichen können und wollen? Wann nun uns ihr hierauf euren Bericht einſenden werdet/wollen wir euch ſo dann mit dem gebetenen *Informat*-Urtheil/ wie auch ſonſten gerne willfahren/ ꝛc.)

TIT. IV.

De

Binis Sponſalibus.

Definit. LXIII.

Binis publicè contractis ſponſalibus priora per benedictionem ſacerdotalem conſummari debent, annullatis ac diſſolutis poſterioribus.

SUMMARIA.

1. Non leve, ſed atrox eſt crimen digamiæ.
2. Omni jure probibitum.
3. Non multum levius crimen binorum ſponſaliorum.
4. Num pœna bigamiæ locum babeat in geminis ſponſalibus?
5. Uxoris & mariti nomine continetur ſponſa & ſponſus.
6. Diſpoſitum de nuptiis locum quoque babet in ſponſalibus.
7. Differunt in totâ ferè Germaniâ nuptiæ à ſponſalibus.
8. Mitior pœna binorum ſponſaliorum quàm bigamiæ.
9. Sponſa propriè non eſt uxor, nec ſponſus maritus.
10. Utraque ſponſalia non ſubſiſtunt.
11. Sed ſaltem priora, diſſolutis poſterioribus.
12. Fundamentum & rationes bujus deciſi. n. 16.
13. Poſteriora ſponſalia nullius ſunt momenti.
14. Sanctio Electoralis bac de re.
15. Qui prior tempore, potior eſt jure.
17. Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n. 18.
19. Ejusdem Reſcriptum.

1 NOn leve, ſed atrox eſt crimen diga-
miæ contra primævam conjugii in-
ſtitutionem commiſſum, quippe
quæ non niſi duas perſonas in carne
unâ vivere permittit, *Geneſ. 2. v. 22. Matth. 5. v. 32. c. 18. v. 25. 1. Corinth. 7. v. 2. & ſeqq.*
2 *Ephes. 5. v. 28. 31. & 33.* nec ſolo jure divino, †
ſed etiam Canonico, civili, gentium ac naturali prohibitum, ut demonſtrat Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 5. caſ. 420. n. 2. & ſeqq.* Joachim. à Beuſt. *in tract. de connub. part. 2. c. 3.* Proſp. Farin. *part. 5.*
3 *oper. crimin. quæſt. 104. n. 1. 2. & ſeqq.* † Nec
multum levius crimen binorum ſponſaliorum, intuitu nuptiarum ſubſequentium contractorum, ſi non ipſamet nuptiæ habeantur, quas conſenſus non concubitus facit, *l. nuptias. 30. ff. de Reg. jur. l. ſufficit. ff. de ſponſal. l. ſi donationem. C. de nupt. c. aliter. 30. quæſt. 5. c. bonorantur. 32. quæſt. 2.* Ex
4 quo † pœnam digamiæ, quæ eſt ultimum
ſupplicium; *Ordin. crimin. Carol. art. 121. Conſt. Elect. 20. part. 4.* etiam ad hoc crimen extendendam quis dixerit, præſertim
5 † cùm uxoris nuptæ appellatione Sponſa
veniat, nec non Sponſus mariti nomine comprehendatur, juraque in uno loquentia in altero quoque locum habeant, *l. ſi ſponſa. ff. de jur. dot. l. 15. §. 24. ff. de injur. l. 5. C. de bon. quæ lib. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſtr. l. lex Julia ff. de fundo dotal.* &
† quod de nuptiis diſponitur, 6
in ſponſalibus etiam obtineat, *l. cui fuerit. ff. de condit. & demonſtr. l. tutor. §. 1. l. oratio. l. in ſponſalibus. §. 1. ff. de ſponſal.* Bartol. *in l. cum pater. ff. ad Leg. Pompej. de parricid. & in l. nihil intereſt. ff. rer. amotar.* Natta *conſil. 282. n. 1. & ſeqq.* Nicol. Boër. *deciſ. 22. n. 33. & ſeqq.* Alber. Gentil. *in tract. de nupt. l. 2. c. 23. poſt pr.* Dom. Card. Tuſch. *tom. 7. pract. concluſ. lit. S. concl. 511. n. 58.* Andr. Tiraquell. *de leg. connub. Gloſſ. 2. n. 1. & ſeqq.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 28. n. 14.* Verùm
† quia de conſuetudine totius ferè Ger- 7
maniæ res aliter ſe habet; nec ſponſalia de præſenti verum faciunt matrimonium, ſed per nuptias demum ac copulam ſeu benedictionem ſacerdotalem hoc perficitur & conſummatur, *Conſt. Elect. 24. p. 2.* Joh. Harppr. *in rubr. Inſt. de nupt. n. 7. & 119.*

 uti-

8 utique pœnam bigamiæ † ad crimen binorum ſponſaliorum tutò extendere haut licet, ut multis demonſtratum dedi *in Pract. crim. part. 2. quæſt. 67.* Idque eò minùs, quia ſponſus mariti appellatione propriè non
9 continetur, † nec nuptæ uxoris verbo ſponſa, *l. ſi quis officium. 38. in pr. l. in eo. 45. §. 2. ff. de rit. nuptiar. l. uxores. 9. cum l. ſeq. ff. de his qui not. infam. l. 1. §. 1. ff. pro dote. l. ſancim. 24. C. de nupt.* Andr. Tiraq. *de leg. conn. Gloſſ. 2. verb. en pouvoir de ſon mary. n. 18. 19.* Salycet. *in l. cum in te. C. de donat. ante nupt. n. 4.* Nicol. de Ubald. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. 4. n. 4.*

Conveniunt tamen in eo cum digamiæ
10 crimine bina ſponſalia, † ut utraque ſubſiſtere nequeant, ſed cum alterutro ſponſo, ſponſavè conjugium per copulam ſeu benedictionem ſacerdotalem ſit conſummandum: ubi ſi quæſiveris, quænam præcedant &
11 valida ſubſiſtant? procul dubio † pro prioribus erit reſpondendum; quibus contrahentes firmiter manent obligati, peremtis ac diſſolutis ſponſalibus poſterioribus, Joach. à Beuſt. *de ſponſ. cap. 15.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 146. p. 328. quæſt. 7.* Paul. Cypr. *de ſponſal. cap. 10. §. 22.* Beat. Luth. *tom. 5. pag. 247.* Bidenbach. *de cauſ. matrim. p. 33.* Joh. Harppr. *in rubr. Inſt. de nupt. num. 33.* Joh. Schneidvvin. *ad tit. Inſt. de nupt. part. 1. n. 18.* Matth. Berlich. *part. 4. concluſ. 28. n. 63.*
12 Alb. Gentil. *tit. de nupt. l. 6. c. 3.* (1.) † Ut enim duarum uxorum quis maritus eſſe non poteſt, ita nec duarum ſponſarum ſponſus: nam qui ſponſam habet, ſponſus eſt, *Joh. 3.* Cùm itaque is, qui primæ fidem dedit, ſponſam habet, ſecundæ conjugium promittere haut poteſt, & è converſo ſponſa, quæ primo deſponſata eſt, ſecundo deſponderi nequit; aliter ſi diceremus, adulterium ab ipſis committeretur, Cypr. *dict. §. 22.* ex quo ergò prius vinculum ligat, † ſequens nullius eſt 13
momenti, *cap. ſicut. 22. extr. de ſponſal.* nec pro conjugio, ſed potiùs adulterio ac ſtupro habetur, Matth. Weſenb. *in gloſſ. marg. ad Joh. Schneidw. dict. loc. n. 18. lit. b.* (2.) † Id- 14
que manifeſta ſanctione Electorali comprobatum eſt, *in Ord. Eccleſ. tit.* Von Eheſachen. §. Von Ehegelöbniſſen. *verſ.* Wenn ſich iemand. *& Ordin. matr. de anno 1624. punct. 1.* §. Wenn ſich iemand mehr denn eins verbündlich verloben würde / ſol er ſchuldig ſeyn / die erſte Perſon / damit er ſich verbündlich verlobet / zu ehelichen. (3.) † 15
Cumque aliàs inter pares, qui prior eſt tempore, potior quoque habetur jure, *cap. qui prior. extr. de reg. jur. in 6to. l. qui generaliter. 2. l. ſi pignus. 8. l. 10. l. 11. & l. 12. ff. qui potior. in pign. l. 2. l. 4. & l. 12. C. eod. tit.* non certè animadvertere poſſum, cur in caſu † præſenti 16
aliud obtinere debeat, quin potius ſponſo ſponſæve priori id juris ac privilegii æquè tribuendum eſt, firmiter ſtante Interpp. communi effato: Das erſte Verlöbniß wird dem andern vorgezogen. Schneidevv. *dict. loc.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Pauli Buchneri & Chriſtophori* Walters zu 17
Dreßden / *die 22. Aug. Anno 1607.* (*Verba Sententiæ:* Hat E. V. bey Margarethen / Erhard A. hinterlaſſenen Tochter eurer Muhmen freyens / daß er ſie nemlichen hertzlich liebe und zur Ehe begehre / auch derentwegen heimziehen / ſeinen Geburts- und Lehrbrieff holen / und nach ſeiner Wiederkunfft beym Handwercke der Kupfferſchmiede Meiſter werden / darzu er zwiſchen Faſtnachten und Mariä Magdalenä *Anno* 1606. Zeit genommen / vorgeben / darauf ſie ihme durch einen Handſchlag zugeſaget worden; er iſt aber bis *dato* auſſen blieben / und ihr habt ſeithero gewiſſe Nachrichtung erlanget / daß ihn nach ſeiner Anheimkunfft eine andere der Ehe wegen belanget / und er / daß er zuvor mit derſelben Verlöbniß gehalten / nicht in Abrede ſeyn können / alles nach mehrerm Inhalt eurer Frage; So bleibet es bey ſolchem erſten Ehegelöbniß nochmals billich / und wird demnach obgedachter Margarethen / als der andern Braut / ſich mit einem andern Chriſtlich zu verehelichen billich verſtattet und nachgelaſſen / V. R. W.)

Et † *ad conſultationem Rudolphi à Binau in Weſenſtein, die 24. Aug. Anno 1608.* (*Verba Sent:* 18
Wir haben aus eurem überſendeten Schreiben und angehefften Rechts-Frage vernommen / welcher geſtalt Anna / Matthes V. nachgelaſſene Tochter / zweyen Perſonen / als erſtlich Hans H. und hernach Peter S. die Ehe öffentlich verſprochen und zugeſaget habe / derer nunmehr keiner dem andern weichen / die Magd auch den erſten nicht zur Ehe haben wolle / daher ihr unſer rechtl. Entſcheidung bedürfftig: Hierauf nun erkennen und ſprechen wir / daß nach Ordnung der Rechte / unter zweyen öffentlichen Verlöbniſſen das erſte dem andern vorzuziehen / rc.)

Nec † *non Superintendenti Pirnenſi M. Danieli Reicharten, die 9. Jul. An. 1637.* (*Verba Re-* 19
ſcripti: Wofern nun eurem Anziehen nach die Beklagte mit *conſens* und Einwilligung ihres Vaters in zweyer Zeugen Gegenwart mit *Intervenienten* Martin

S. all-

S. allbereit vor zweyen Jahren/hernach aber allererſt verſchienen Sonntag *Eſto mihi* aus Unwiſſenheit und in Meynung/daß derſelbe todt wäre/ mit Klägern Petro H. ſich öffentlich verlobet; So bleibet es bey dem erſten Verlöbniß billich/ und wird Beklagte mit dem *intervenienten*/ als erſtem Bräutigam Chriſtlichen *copuli*ret/ꝛc.)

Definit. LXIV.

Contractis binis ſponſalibus, ſi poſteriora rurſus diſſolvantur, pars nocens innocenti expenſas reſtituere tenetur: & arrham perdit.

SUMMARIA.

1. *Contrahens bina ſponſalia infamiâ notatur.*
2. *Pœnamque arbitrariam incurrit.*
3. *Expreſſa hac de re ſanctio in Provinciis Electoratus. n. 4.*
5. *A quonam magiſtratu pœna indicatur?*
6. *Contrahens bina ſponſalia reſtituit expenſas parti innocenti.*
7. *Ratio & cauſa reſtitutionis expenſarum. n. 10.*
8. *Afflicto non eſt addenda ulterior afflictio.*
9. *Delinquens condemnatur ſimul in expenſas.*
11. *Victus victori ſumtus reſtituere tenetur.*
12. *Bina contrahens ſponſalia arrham perdit. n. 13.*
14. *Cedit ea Conſiſtorio.*
15. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 16.*

NOn ſubſiſtendum in diſſolutione ſponſaliorum, quæ ſponſus vel ſponſa prioribus addidit, nec ſatis ea pœ-
1 na eſt tantæ temeritati, ſed † mulctâ graviori malitia hæc coërceri debet. De jure namque civili bina ſponſalia contrahens infamiâ notatur, *l. 1. §. ult. l. quid ergo. 13. §. 1. & §. item ſi alteri. 3. ff. de his qui not. infam.* Gloſſ. *in l. neminem. C. de inceſt. nupt. verb. binas nuptias.* Proſp. Farin. *part. 5. oper. crimin. quæſt. 140. n. 27.* Dan. Moll. *ad Conſt. Elect. 20. n. 11. part. 4.* Matth. Berlich. *part. 4. concl. 28. n. 53.* Modeſt. Piſtor. *vol. 2. conſil. 42.* cui
2 † ſi judex pœnam arbitrariam annectat, nequaquam errabit, ut dixi *in pract. crim. part. 2. quæſt. 67. n. 13. arg. l. eum qui duas. 18. C. ad leg. Jul. de adult. Novell. 117. c. 11. v. ſi autem præter hanc &c. Auth. hodie. C. de repud. junct.*
3 *l. nuptias. 30. ff. de reg. jur.* Idque † ipſum clarius expreſſum in provinciis Electoratus Saxonici a D. Auguſto Electore, qui contrahentes bina ſponſalia, præter notam infamiæ carcere aliave pœna arbitraria puniri juſſit, *in Ordin. Eccl. tit.* Von Eheſachen. *ſub puncto:* Von Ehegelöbn. §. Wenn ſich iemand mehr denn eins verbündlichen verloben würde/ ſol er ſchuldig ſeyn/ die erſte Perſon/ damit er ſich verbündlichen verlobet/ zu ehelichen/ und ſo wol auch die Perſon/ ſo ſich mit derſelben anderweit verlobet/ wofern ſie vom erſten Verlöbniß Wiſſenſchafft gehabt/ anrüchtig ſeyn/ und darüber mit Gefängniß oder ſonſten willkühr-
lichen geſtraft werden. † Quæ verba etiam 4
habentur ac repetuntur *in Ord. matrim. de An. 1624. punct. 1. §.* Wann ſich iemand/ ꝛc.

Sed pœna † hæc plerumque decernitur à 5
Magiſtratu politico, cujus deciſioni, facta ſponſaliorum poſteriorum diſſolutione, cauſa hæc committitur. In Conſiſtoriis autem ultra diſſolutionem duo adhuc decernuntur, quibus pœna delinquentium haut parum aggravatur. *Primum* eſt † reſtitutio expen- 6
ſarum, quas pars innocens fecit tàm in ſponſalibus contrahendis, quàm lite in Conſiſtorio ventilatâ. Ex quò enim decepta fuit & defraudata matrimonio à nocente, juſta hinc
† ipſi competit cauſa repetendi expenſas à 7
falſario & fraudatore, Joachim. à Beuſt. *de ſponſal. c. 15. v. inſuper. ſolet interdum talis &c.* ubi adhuc allegat Panorm. *in cap. gemma. extr. de ſponſ. in fin.* ne duplici gravetur damno & quæ privatur conjugio, ſumtibus etiam impenſis carere neceſſum habeat, † 8
nec enim afflictio ulterior afflicto addi debet, *l. divus. 14. ff. de offic. præſid. l. antep. C. de pœn. l. navis onuſtæ. 4. §. quid ergò. ff. ad Leg. Rhod. de jactu.* & alias quoque † & pœnali- 9
bus delinquens, cui indicitur pœna arbitraria, reſtitutione expenſarum gravari ſolet, ut demonſtravi *in Pract. crim. part. 3. quæſt. 138. n. 16. & ſeqq.* Matth. Berl. *part. 4. concl. 19. n. 16.* Joach. à Beuſt. *ad l. 3. n. 43. v. ſed quando*

ſine aliquâ. ff. de injur. Matth. Weſenb. *ad pr.*
10 *n. 11. Inſt. de publ. judic.* † Ne dicamus, æquitatem pariter & juſtitiam hac in re innocenti favere, in tantum ut ad intereſſe experiri vel injuriarum agere haut prohibeatur, *arg. Conſt. Elect. 12. part. 4.* quidni ergò ſaltem expenſas repetere valeret, cum regulari-
11 ter † victus victori ſumtus reſtituere teneatur, *l. 79. in pr. ff. de judic. l. ult. C. quando, provoc non eſt neceſſ. l. 4. C. de fruct. & lit. expenſ.* Johan. Gœdd. *in l. 7. n. 9 ff. de V. S.* Pract. Papienſ. *in form. libell. act. real. verb. & expenſis. n. 3.* Ventur. de Valent. *in parthen. litig. l. 2. c. 6. n. 11. & ſeqq.*

12 *Alterum*, † quod contrahendi bina ſponſalia ultra diſſolutionem in Conſiſtorio indicitur, eſt amiſſio arrhæ ſponſalitiæ, uſu enim obtinuit, ut facta ſponſaliorum diſſolutione, arrhæ in Conſiſtorio exhibeantur ad hoc, ut † parti innocenti ſua reſtituatur, *l.* 13
mulier juris ſui. verſ. Tunc enim quaſi nullo facto, utpote ſine causâ easdem arrhas præſtitas tantummodò reddi, conſequens eſſe præcipimus. C. de ſponſal. & arrhis. Poſtquam enim facta ſponſaliorum diſſolutione omnia in priſtinum ſtatum ſunt reponenda, *arg. l. quod ſi minor. ff. de minor. 25. annor.* Jacob. Menoch. *vol. 3. conſil. 783. n. 38.* Quintil. Mandoſa. *de inhibit. quæſt. 75. n. 3.* non poteſt non repeti arrha, quam dedit pars innocens, ut id, quod ſuum eſt, recipiat, *vid. ſupr. Defin. 51.* Nocens † verò pars arrham ſuam 14
amittit, & cedit ea Conſiſtorio, quia non compedit indebiti condictio ei, qui fraudulenter & dolosè quid dedit, *l. ſi ob turpem. 8. ff. de condict. ob turp. cauſ. l. 1. C. eod. tit.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Pirnenſi, die 4. Jul. An. 1637. (Verba Reſcri-* 15
pti: Wofern nun eurem Anziehen nach die Beklagte mit Einwilligung ihres Vaters und in zweyer Zeugen Gegenwart mit *intervenienten* allbereit vor 2. Jahren/hernach aber verſchienen Sonntag *Eſto mihi* aus Unwiſſenheit/und in Meynung/daß derſelbe todt wäre/mit Klägern ſich öffentlich verlobet/welcher dahero ſeine Eheklage ſelbſt fallen zu laſſen/ſich erboten/und nur ſeine aufgewandte Unkoſten gefodert; So können wir bey ſolchen Umſtänden geſchehen laſſen/daß ihr die gefoderten Unkoſten auf vorgehende *liqvitation* mäßigen/ Klägern zuſtellen/und darauf Beklagte mit *intervenienten copuli*ren laſſen möget; Hierüber werdet ihr von dieſen beyden 2. Thlr. Ober-*Conſiſtorial*-Gebühr nebens deren zwiſchen Klägern und der Beklagten gefallenen Mahlſchatz abfodern und beydes zugleich anhero überſenden/ ꝛc.)

Et † *Qvæſtori Radebergenſi die 8. Apr. An. 1636. (Verba Reſcripti:* Welcher maſſen vor 16
uns Adam S. von Margarethen H. beyde zu R. am *22. Jan.* der Ehe halber durch ein Urtheil loß geſprochen worden/ſolches werdet ihr euch die Partheyen *in originali* vorlegen laſſen; Wann ihnen dann darneben eine Strafe/ als ihr 4. gute Schock nebens dem doppel-Ducaten/ uns heimgefallenen Mahlſchatzes/ihme aber 2. gute Schock wegen des von ihnen gegebenen Aergerniß auferleget worden/ ſie aber ſolche noch zur Zeit nicht geſchicket; Als iſt an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ihr wollet alſobalden nach Verleſung dieſes bey dem Rath die Verordnung thun/ ſolche verwirckte Strafe und Mahl-Schatz von ihnen unſäumlich einzubringen / und uns anhero verſiegelt zu überſchicken/ ꝛc.)

DEFINIT. LXV.

Gemina ſi fuerint contracta publicè ſponſalia, firma & rata habentur priora, licet copula carnalis ad poſteriora acceſſerit.

SUMMARIA.

1. *Priora ſponſalia per poſteriora non annullantur.*
2. *Quid ſi in poſterioribus ſponſalibus copula intervenerit carnalis?*
3. *Movetur objectio.*
4. *Duo vincula arctius ligant, quàm unum.*
5. *Deciſio pro poſterioribus ſponſalibus, ſi prior ſponſa ſponſo condonare nolit.*
6. *Deciſio pro prioribus ſponſalibus, ſi ſponſa recipere ſponſum velit.*
7. *Fundamenta & rationes decidendi. num. 10.*
8. *Conſenſus non concubitus facit ſponſalia.*

9. *Quo-*

9. Quoad effectum indiſſolubilitatis ſponſalia pro vero habentur matrimonio.
10. Balthaſaris Mentzeri judicium.
12. Allegantur textus ex jure canonico. num. 13.
14. Sanctio manifeſta in provinciis Electoratus Saxonici. 15.
16. Judicium B. Lutheri hac de re.
17. Refellitur objectio. n. 18. 19.
20. Sententia Conſiſtorii Supremi.

1 STat ergò Regula longè firmiſſima, quòd ſi bina contracta fuerint publica ſponſalia, poſterioribus annullatis priora habeantur firma ac rata, Das erſte Verlöbniß wird dem andern vorgezogen/ *Defin. 63.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. cap. 15.* Paul. Cypræus. *de ſponſal. cap. 10. §. 22.* Joh. Schneidevvin. *ad tit. Inſtit. de nupt. part. 1. n. 18.* Joh. Gerhard. *in loc. de conjug. §. 146. pag. 228. quæſt. 7.* Hemming. *de conjug. pag. 210.* Beza *de conjug. pag. 98.* Mentzer. *de conjug. pag. 176.* CaſparErasmus Brochmand. *in*
2 *loco de conjug. quæſt. 25.* At † quid ſi in poſterioribus ſponſalibus intervenerit copula carnalis ſive concubitus? Dixeris forſan, tùm poſteriora præferri prioribus: nec
3 ſine fundamento, † quia ſponſalia per copulam carnalem conſummata, de jure divino longè ſunt fortiora, quàm ſolò conſenſu contracta, nam per copulam duo efficiuntur in carne una, *Gen. cap. 1. Matth. 19. 1. Cor. 6.* quæ potiſſima eſt cauſa, ob quam individuum redditur matrimonium,
4 *cap. ex publico de converſ. conjug.* † & arctiùs ligant atque aſtringunt vincula duo, quàm unum, *Auth. itaque, C. commun. de ſucceſſ.* idque veriſſimum, ſi prima ſponſa nolit cum adultero matrimonium conſummare, quod
5 ipſius arbitrio committendum; nam † tunc procul dubio poſteriora ſubſiſtunt ſponſalia concubitu confirmata, Joachim. à Beuſt. *de ſponſal. cap. 10. p. 14.*

6 At ſi prima ſponſa adultero condonet, † eumque recipere velit, haut obſtante, quod in poſterioribus ſponſalibus intervenerit copula carnalis, ſponſus ad priorem ſibi deſponſatam redire cogitur, & firma etiamnum habentur ſponſalia priora, poſterioribus diſſolutis, Joachim. à Beuſt. *dict. pag. 14. in pr.* Joh. Schneidevvin. *dict. loc. verſ. quæ concluſio ampliatur procedere &c.* & ibidem Matth. Weſenb. *in not. marg. lit. b.* Matth. Berlich. *part. 4. concluſ. 28. n. 67.* Brochmand. *dict. quæſt. 25. verſ. ſed ſub cautione.* Didac. Covarr. *in epit. ſponſ. part. 2. cap. 7. §. 3. n. 5.* Alber. Gentil. *in tract. de nupt. l. 6. c. 3.* Jacob. Thoming. *conſil. 52.* & Modeſt. Piſtor. *conſil. 42. vol. 2.*

7 (2.) † Etſi enim in poſterioribus ſponſalibus ultra conſenſum etiam copula carnalis interceſſit, non tamen idcircò majoris ea ſunt firmitatis & roboris, quàm prima ſolo conſenſu contracta, quippe † quòd conſenſus non 8
concubitus ſponſalia ac nuptias faciat, *l. nuptias. ff. de reg. jur. l. ult. in pr. C. de repud. c. ſufficiat. cauſ. 27. quæſt. 2. cap. cum locum. extr. de ſponſal.* Atque hinc quoad † ef- 9
fectum conſortii ac ſocietatis indiſſolubilis nulla planè exiſtit differentia inter ſponſalia & ipſum matrimonium, ſed per ſponſalia hoc jam inchoatum eſt, ac proinde non magis ſponſaliorum, quàm matrimonii diſſolutio admittenda, ut demonſtravi *Reſponſ. Elect. 108. lib. 5.* veluti doctè diſſerit hac de re † Balthaſ. Mentzer. *in diſp. quam ha-* 10
buit Gieſſ. ſupra quæſt. Num ſponſis ante ſolennem in Eccleſia benedictionem & copulationem concumbentibus publica pœnitentia juſtè imponatur? Menſ. Mart. Anno 1624. quando inquit: *In oculis Dei & vigore ordinationis divinæ, ac vi mutuæ ſponſionis & virtute efficacis obligationis ſponſa de jure non minùs eſt uxor ſui ſponſi, atque ſi jam ſolenniter ipſi tradita & in domum ejus ducta eſſet: ſiquidem inter perſonas deſponſatas verum matrimonium jam inchoatum eſt, de quibus etiam rectè uſurpatur illud: Quod DEUS conjunxit, homo ne ſeparet.* Hactenus *Mentz.* Quod ſi ergò verum † matrimonium per ſubſe- 11
quens adulterium non diſſolvatur, ſi conjux innocens nocenti perdonare velit, prout expeditum eſt *Conſt. Elect. 19. part. 4.* utique nec ſponſalia priora annullari poterunt per adulterium ſponſi ſponſæve cum alia perſonâ, licèt ſub ſpecie poſteriorum ſponſaliorum concumbentis, Joach. à Beuſt. *dict. loc.* Thoming. *dict. conſ. 52. n. 62. & ſeqq.* (2.)
† Eoque facit textus *in cap. ſi inter virum. 31.* 12
extr. de ſponſal. in quo hæc Gregorii IX. Pontificis leguntur verba: *Si inter virum & mulierem legitimus conſenſus interveniat de præſenti, ita quod unus alterum mutuo conſenſu verbis conſuetis expreſſo recipiat, utroque dicente: Ego te in meum accipio: & ego te accipio in meum, vel alia verba conſenſum exprimentia de præſenti: ſive ſit juramentum interpoſitum, ſive non, non licet alteri ad alia vota tranſire; quod ſi fecerit, ſecundum matrimonium de facto contractum, (etiamſi ſit carnalis copula ſubſecuta) diſſolvi debet, & pri-*

13 *primum in ſua firmitate manere.* (3.) † Quod idem traditur *in cap. is qui fidem. 30. extr de ſponſal. & in cap. 1. verſ. ſi autem fecerit. cap. licet præter. 3. verſ. & ſi nupſerit. cap. tuas du-*
14 *dum. ult. extr. de ſponſ. duor.* (4.) † Et adhuc clarior eſt ſanctio Electoralis *in Ord. Eccleſiaſt. tit.* Von Ehesachen. *punct.* Vom Ehegelöbnüß. §. Würde ſich aber die Perſon/ ſo ſich mehr denn eins verbündlich verlobet/ mit der letzten verlobten Perſon fleiſchlichen einlaſſen/ ſo ſol dieſelbe/ ꝛc. *junct.* §. *ſeq. in verb.* Es ſol aber der erſten verlobten unſchuldigen Perſon nichts deſto minder frey ſtehen/ ob ſie ſich mit dem Ver-
15 brecher verſühnen wil/ ꝛc. † Quæ ſanctio legitur repetita *in Ordin. matrim. de An. 1624. punct. 1.* §. Würde ſich aber. *junct.* §. Es ſol aber ꝛc. Quod ſi ergo arbitrio prioris ſponſi ſponſæve relictum eſt, an adultero vel perſonæ nocenti crimen condonare velit; hoc ipſo ſanè deciſum, quòd contrahens bina ſponſalia ad priora redire cogatur, ſi innocens hoc petat, alioquin & condonatio & diſpoſitio illa ſuo deſtitueretur effectu. (5.)
16 † Faciuntque huc verba Lutheri *in libello de cauſ. matr.* ubi ait: Wie wann einer mit der andern Frauen Kinder hätte/ und mit ihr lange Zeit zu Hauſe geſeſſen/ und in eine Nahrung gekommen? Antwort/ es hilfft nichts darzu/ weil er der erſten öffentlich vertrauet und ihr rechter Ehemann iſt/ kan er die andere mit den Kindern nicht behalten.

Nec quidquam negotii facit, † quòd for- 17
tiora habeantur de jure divino ſponſalia per concubitum confirmata, quam nudo conſenſu contracta; quodque duo vincula arctiùs ligent, quàm unum. Ex quo enim ſponſalia quoad effectum indiſſolubilitatis pro vero habentur matrimonio, ut diximus *ſuprà n. 9.* concubitus ſeu copula carnalis nequaquam adjungere valet acceſſionem, vel majus fortiusque vinculum matrimonio reſpectu eſſentiæ matrimonialis, ſed duntaxat reſpectu ſignificati; nam † ut ait Panorm. Matrimo- 18
nii vinculum à capite Eccleſiæ & rerum omnium conditore Deo Optimo Maximo in Paradiſo & in ſtatu innocentiæ inſtitutum unionem & indiſſolubile vinculum recepit, *c. 1. extr. de vot. & vot. redemt. in 6to.* cùm interim inſtitutionis tempore copula non fuerit conſummatum, Panorm. *in dict. cap. ex publico. n. 12. de converſ. conjugat.* † Non er- 19
gò copula carnalis quicquam fortioris efficaciæ ſponſalibus poſterioribus addit, nec novum & alterum vinculum nectit, quia ſponſalia illa ipſo jure ſunt nulla, ut hinc per concubitum in præjudicium priorum ſponſaliorum convalidare, vel fortius ligare & duos in una carne efficere aut quicquam operari nequeant, Jacob. Thoming. *dict. conſil. 52. n. 62. & multis ſeqq.* ubi hæc latiùs tractat & contraria refellit.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Marci F.* zu *A. die 27. Sept. An. 1626.* (*Verba* 20
Sententiæ: Hat Michael W. bey eurer Tochter Sabinen Freyens vorgeben/ euch auch durch ehrliche Leute darum erſuchen und anſprechen laſſen/ welche ihr ihme nachmals in Beyſeyn etlicher Beyſtände und Zeugen öffentlichen verſprochen und ehelichen zugeſaget. Es wil aber verlauten/ daß bemeldter Michael W. nachmals an eurer Tochter brüchig worden/ und zu G. ſich mit einer Wittfrauen eingelaſſen und gleichfalls öffentliche *ſponſalia* gehalten/ welche er auch fleiſchlich erkannt haben ſol. Wann nun gleich ſolches ſich in Wahrheit alſo verhielte; Dafern aber dennoch eure Tochter ihme ſeine Untreu verzeihen wolte/ ſo würde die andere Verlöbniß mit der Wittben für nichtig erkläret/ und wäre Michael W. mit eurer Tochter die Ehe durch prieſterliche *Copulation* zu vollziehen ſchuldig: In Verweigerung deſſen würde er darzu gebührlichen billich angehalten: Immaſſen er auch ſeiner Leichtfertigkeit und Begünſtigung wegen von der weltlichen Obrigkeit in Strafe zu nehmen/ V. R. W.)

DEFINIT. LXVI.

Præferuntur tamen prioribus ſponſalibus poſteriora, ſi per nuptias & benedictionem ſacerdotalem fuerint conſummata.

SUMMARIA.

1. *Num ſponſalia poſteriora, quibus benedictio ſacerdotalis acceſſit, prioribus præferenda?*
2. *Quæſtio hæc ab Interpp. confuſè tractatur.*

3. Ne-

3. *Negativè reſpondent plurimi Dd.*
4. *Per textus juris pontificii.*
5. *Sponſalia quatenus habeantur pro matrimonio?*
6. *Poſteriora ſponſalia ſunt nulla. (lis.*
7. *Opinio hæc Doctorum videtur probabi-*
8. *Deciſio negativa verior.*
9. *Rationes & fundamenta decidendi. num. 18. 22.*
10. *Solus conſenſus matrimonium non planè perficit.*
11. *Sed requiritur conſummatio ulterior.*
12. *Quæ fit per benedictionem ac copulam ſacerdotalem.*
13. *In toto orbe Chriſtiano hæc benedictio introducta.*
14. *Sponſalia matrimonium ipſum non ſunt. n. 15. 16.*
17. *Quomodo differant ſponſalia à matrimonio?*
19. *Duo vincula fortius ligant, quàm unum.*
20. *Proclamatio in Eccleſiis publica futurarum nuptiarum ubique ferè locorum conſueta.*
21. *Finis hujus proclamationis.*
23. *Conjugium deſignat myſterium inter Chriſtum & Eccleſiam.*
24. *Rejicitur Pontificiorum hac de re ſententia.*
25. *Opinio B. Lutheri.*
26. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Difficilior autem eſt quæſtio, ſi binis ſponſalibus publicè contractis poſteriora matrimonio & benedictione ſeu copula ſacerdotali fuerint conſummata, quænam tunc præferenda? Confuſè admodùm ab Interpp. hanc quæſtionem tractatam animadverto: Miſcent
2 ſiquidem † communiter copulam carnalem cum ipſo matrimonio per benedictionem eccleſiaſticam ſive ſacerdotalem conſummato, utriusque eundem ponunt effectum, ut ſcilicet ad priora ſponſalia redire cogatur perſona nocens adultera, ſive copula carnalis ſola, ſive benedictio ſacerdotalis, & ſic verùm matrimonium poſterioribus ſpon-
3 ſalibus acceſſerit, † prout videre eſt apud Matth. Berlich. *part. 4. concluſ. 28. n 66. & ſeq.* Dan. Moller. *in comm. ad Conſt. Elect. 20. part. 4.* Hier. Schurff. *conſil. 57. n 1. & ſeqq. cent. 1.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 3.* Jacob. Thoming. *in conſ. 52.* quod & extat apud Modeſt. Piſtor. *vol. 2. conſil. 42.* Quò & facere videntur tradita pontificum *in cap. ſi inter virum. 31. extr. de ſponſal. cap. 1. cap. licet præter. 3. & cap. tunc dudum. ult. extr.*
4 *de ſponsâ duor.* † qui textus (inquit Berlich.) adeo clari ſunt, ut ſacrilegii inſtar ſit contra illos diſputare, & meritò ſecundum eos in Conſiſtoriis debeat pronunciari, cùm non pugnent cum noſtra Religione, & periculoſum ſit, ex fictâ æquitate & capite ſuo
5 judicare, *dict. concluſ. 28. n. 67.* † Cumque ſponſalia quoad effectum indiſſolubilitatis pro vero habeantur matrimonio, ut diximus *Defin. præced. n. 9.* non multum videtur intereſſe, num benedictio ſacerdotalis vel ſola copula carnalis in poſterioribus ſponſalibus intervenerit, quia primum matrimonium abſque dubio poſteriori præferatur, nec ex adulterio ſupervenienti, pro quo ſubſequens copula habetur, diſſolvi debet, ſi conjux innocens nocenti condonare velit.
Ex quo etiàm † ſponſalia poſteriora ſunt 6
nulla, nequaquam per benedictionem ſeu copulam ſacerdotalem corroborari poſſunt, ſed corruit æquè matrimonium, ac ſi nunquam benedictio ſacerdotalis intercesſiſſet, quia falſo vel potiùs nullo nituntur fundamento, ſponſalibus nempè poſterioribus annullatis, ut fuſius deducit Jacob. Thoming. *dict. conſil. 52.*

Fateor ſanè, † non parum ſtringere hanc 7
rationem, ac memetipſum quondam commoviſſe, ut opinionem Dd. jam commemoratam multum de foliis Sibyllinis participare exiſtimaverim, *in Pract. crimin. part. 2. quæſt. 67. n. 59.* inque eam flectit ſententia Scabinorum Lipſienſium verbotenus relata à Reinh. Roſà *in addit. ad Dan. Moller. dict. Conſt. Elect. 20. n. 12, part. 4.* Sed re exactiùs
ponderatâ † non poſſum non ſentire cum 8
Paulo Cypræo *de ſponſalib. cap. 10. §. 25. & 26.* rectè pariter ac piè præferri anterioribus ſponſalibus poſteriora per benedictionem eccleſiaſticam conſummata, nec audiendam fore ſponſam primam, ſi ſponſo condonare velit; quam ſententiam etiam Conſiſtorio Supremo Electorali complacuiſſe animadverto.

(1.) † Quantumvis enim inficias haut 9
eam, conſenſum facere nuptias, ſponſaliaque quoad effectum indiſſolubilitatis pro matrimonio haberi, quod longè veriſſimum eſt, & ipſemet defendi *lib. 5. Reſponſ. Elect. 108. & Reſponſ. 115. num. 15.* at-
tamen † conſenſus ille matrimonium non 10
planè perficit, nec ſponſalia (ut maximè

pro

pro matrimonio habeantur) verum conjugium ſunt & dicuntur, ſed ad complementum ejusdem (non minus atque emtionis-venditionis contractus conſenſu quidem conciliatur, ſed traditione demum perfectè conſummatur, *l. 1. & l. 2. ff. de peric. & commod. rei vendit*) matrimonii initiati con-
11 ſummatio † ulterius requiritur, *cap. ex publico. 7.* ubi Gloſſ. & Dd. *junct. cap. ex parte. 9. extr. de converſ. conjugat. c. in omnibus. 27. quæſt 2. c. aliter. 30. quæſt. 5.* Petr Peck. *de teſtam. conjug. l. 1 c. 5. n. 6.* Cypr. *de ſponſal. c.*
12 *5. §. 9.* Fit autem † conſummatio per copulam & benedictionem eccleſiaſticam, perinde ut quondam deductio ſponſæ in domum ſponſi non ad ſolennitates tantùm, ſed etiam ad perfectionem & ſubſtantiam matrimonii requirebatur, Franc. Hottom *l. 5. obſervat. 9.*
13 Cypr. *dict. c. 5. §. 5.* in † cujus locum hodiè in orbe Chriſtiano benedictio ſacerdotalis coram facie Eccleſiæ ſucceſſit, *dict. an aliter. canc. conſanguineorum. 3. qu. 1. c. ult. extr. de clandeſt. deſponſat.* Matth. Weſenb. *in paratit. ff. de rit nupt. n. 5.* Peck. *dict. c. 5. n. 6.* Cypræus. *dict. c. 5. §. 6. c. 11. §. 15. & 20.* Henning. Arniſ. *de jur. connub. c. 3. ſect. 12. n. 1. & 10. cum ſeqq.* Joach. à Beuſt. *de jure connub. part. 2. in præfat. verſ. quod vero ad noſtras ceremonias &c.* Johan. Harppr. *in Rubr. Inſt. de nupt. n. 123.* Erneſt. Cothman. *vol. 3.*
14 *Reſp. 34. n. 99.* Etſi ergo † in ſponſalibus plenus eſt partium contrahentium conſenſus, & ita quoad contrahentium voluntatem nihil ipſi matrimonio deeſſe videtur, tamen eo modo & ratione ſponſalia fuêre contracta, ut conjugiū pro perfecto non habeatur, priusquam ſit ab Eccleſia ſolenniter approbatum, confirmatum & benedictum, ut ſcitè tradit Balthaſar Mentzer. *in tract. de con-*
15 *jug. p. 174.* Adeoque ſponſalia † matrimonium ipſum non ſunt; ſed illud præcedunt, ut loquitur idem Mentzerus *in diſſert. ſingulari de quæſt. Num ſponſis ante ſolennem in Eccleſia benedictionem & copulationem concumbentibus publica pœnitentia juſtè imponatur? &c.* Obſervatur, *inquit*, in univerſali praxi apud Chriſtianos, ut ſponſalia nuptias antecedant, diverſamque a nuptiis ha-
16 beant rationem. Cum quo † convenit Kitzel. *in ſynopſ. matrim. cap. 14. theor. 1. lit. a.* in hæc verba ſcribens: *Solo conſenſu de præſenti contractam ſeu initiatum matrimonium quoad ſignificationem plenum & perfectum non cenſetur: nec ante conſummationem ſuam ſacramentum ſeu deſponſationem inter Chriſtum & Eccleſiam deſignat: ſed magis applicatione ſponſaliorum de præſenti venit: faciliùs etiam, quàm matrimonium conſummatum diſſolvi poteſt.* Et paulò poſt: *Matrimonium ut omnibus numeris perfectum & abſolutum ſit, omnesque veri & completi matrimonii effectus producat, ad conſtitutionem ejus non conſenſus ſolùm, ſed etiam conſummatio requiritur.* Hactenus *Kitzel.* † Certiſſimum hinc eſt, ſpon- 17
ſalia & nuptias non coincidere: ſed verum & perpetuum inter ea eſſe diſcrimen, quale eſt inter promiſſionem & promiſſi exhibitionem, inter ſpem & rem, inter Candidatum juris & Doctorem, inter cingendum & cinctum, inter electionem Regis & coronationem, inter præſentationem ad officium & confirmationem, Mentzer. *dict. diſſert.* Quibus ita ſtantibus † non facilè quisquam ne- 18
gaverit, matrimonio potiùs, quàm ſponſalibus faveri; ſponſalia faciliùs, quàm matrimonium diſſolvi; conjugium perfectum initiato præferri; rem ipſam ſpei factæ præponderare; adeoque magis pro ſponſalibus matrimonio ipſo conſummatis poſterioribus, quam prioribus nudis pronunciandum fore; ſcilicet † quia duo vincula fortius 19
ligant ac ſtringunt, quàm unum, *Auth. itaque C. commun. de ſucceſſ.* faciliusque & pluribus de cauſis ſponſalia per repudium: nuptiæ autem longè difficilius & propter ſolùm adulterium atque malitioſam deſertionem per divortium diſſolvuntur, Mentz. *dict. loc.*

(2) † Quin & non parum corroborat 20
hanc ſententiam univerſalis illa & in Eccleſiis ſecundum Auguſtanam Confeſſionem reformatis recepta obſervantia proclamationis; quando trina vice ſponſus & ſponſa in Eccleſia Dei ex ſuggeſtu proclamantur cum hac admonitione, ut ſi quis habeat, quod conſtitutas nuptias juſtè impedire poſſit, hoc ſignificet maturè ante diem nuptiis dictum, cum adhuc res integra ſit, & poſtea taceat, juxta formulam conſuetam (**hat iemand etwas darein zu reden/ der thue es bey Zeit/ oder ſchweige hernach ſtille**) Beuſt. *dict. præf. verſ. quod verò ad noſtras ceremonias &c.* Joh. Harppr. *dict. Rubr. Inſt. de nupt. n. 121.* Idque † hunc in finem, quòd matri- 21
monium per benedictionem ſacerdotalem conſummatum ac perfectum ſuo robore conſtet, neque ex prætenſione aliorum & priorum ſponſaliorum rumpatur ac diſſolvatur. Quod ſi ergò prima ſponſa tacuerit & juſſui Eccleſiæ haut obtemperaverit, conqueri poſtea non habet de ſuo damno, nec benè concordans matrimonium reſcindi, ordoque Eccleſiæ inverti debet.

(3.) † Ut taceamus inſigne ſcandalum, 22
quod ex diſſolutione hujus matrimonii daretur: publicâ ſiquidem benedictione qua-

quaſi à Deo ipſo per os miniſtri ſui loquentis; ſpectantibus Angelis & hominibus perſonæ deſponſatæ copulantur, ut per hoc Deo conſecretur individuæ conſuetudinis vitæ initium, admonente Tertulliano *lib. 2.*
23 *ad uxor.* Beuſt. *dict. præfat.* † à quo tempore matrimonium deſignare incipit ſacramentum ſeu myſterium inter Chriſtum & Eccleſiam, *ad Eph. 5. verſ. 29. & ſeqq. c. cum ſocietas. 17. quæſt. 2. junct. cap. debitum. 5. extr. de bigam. non ordin.* Didac. Covarr. *tom. 1. part. 2. de matrimon. cap. 1. in pr. num. 9. & §. ult. n. 1. cap. 7. §. 4. n. 10. & 21.* Quis ergò conjugium hoc à Deo conſecratum & tantum myſterium rumpere auſit? Non profectò id fieret abſque ſcandalo, quod omnibus modis evitandum.
24 (4.) † Non ergò eſt, ut nobis opponantur textus juris canonici. Dicant enim Pontifices, quicquid velint, non certè autoritas ipſorum tantum valere debet, ut ſcandalo feneſtra aperiatur; ne alias rationes annectamus, quas congeſſit Cypræus *cap. 10. de ſponſal. §. 25.* ubi etiam autoritatem B. Lutheri adducit, † cujus verba hæc ſunt: 25
Wann ichs einer Magd gelobe/und nehme darnach eine andere/ paulò poſt: achte ich/ er ſol bey der erſten bleiben / denn er hat ſich ihr ergeben / und iſt nicht mehr ſein ſelbſt/ darum hat er der andern nicht können geloben/ das der erſten und nicht ſein wäre: Thut ers aber und fähret fort / bis daß er Kinder mit der andern zeuget/ſo bleibe er bey derſelben/ denn ſie iſt auch betrogen und zu gröſſern Schaden kommen/wo er von ihr weichet/denn die erſte / darum hat er an beyden geſündiget / aber die erſte kan ihres Schadens nachkommen / weil ſie ohne Kinder iſt / darum ſol ſie der andern aus Liebe weichen/und einen andern nehmen/ denn ſie iſt frey von ihme/weil er ſie verlaſſen hat/ und ſich einer andern geben. *In libello,* vom ehelichen Leben.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Senatui Dresdenſi, die 9. Maji, Anno 1628. (Verba Reſcripti:* 26
Euch können wir nicht bergen/daß *G. K.* vor dem Williſchen Thore/ ob er wol mit *A. S.* ſich ehelichen verlobet und öffentliche Verlöbniß gehalten/doch deſſen ungeachtet nochmals zu Torgau ſich mit einer andern verlobt/ und dieſelbige ihme heimlich trauen laſſen; Iſt demnach an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ihr wollet von bemeldtem *G. K.* 30. Rthl. verwirckte Strafe/und zu gedachter *A. S.* als der vorigen Braut Abfindung alsbald einbringen und ins Ober-*Conſiſtorium* überſchicken/ etc.)

DEFINIT. LXVII.

Sponſalia publica, licèt poſteriora, præferuntur anterioribus clandeſtinis.

SUMMARIA.

1. *Si publica ſponſalia concurrant cum clandeſtinis, quænam ſint præferenda?*
2. *Ponitur caſus.*
3. *Deciſio pro ſponſalibus publicis.*
4. *Fundamenta & rationes decidendi. num. 7. 10. 14.*
5. *Sponſalia clandeſtina ſunt invalida.*
6. *Contra contractum clàm initum militat præſumtio fraudis & doli.*
8. *Non minimum ponitur fundamentum in Ordin. Eccleſ. & matrimoniali. n. 9.*
11. *Sponſalia præferuntur, quando ſunt obligatoria.*
12. *Unius incluſio eſt alterius excluſio.*
13. *Adducitur textus ex jure pontificio.*
15. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 16.*
17. *Ejuſdem Sententia.*

HÆcque ſe habent in binis ſeu geminis ſponſalibus publicis, in præſentiâ nempe teſtium ad minimum duorum contractis, *ſupr. Def. 34.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 22. n. 51.* Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 145. pag. 225.*
1 Quid † verò ſi concurrant cum publicis ſponſalia clandeſtina, clàm ac nullis vel non ſufficientibus teſtibus celebrata? Mauſer. *de nupt. pag. 313.* Tarnov. *lib. 1. de matrimonio, c. 1.* Paul. Cypræ. *de ſponſal. cap. 10. §. 1. n. 5.* Gerh. *dict. loc. §. 144.* Finge: † contraxiſſe aliquem clandeſtina 2
ſponſalia, qui tamen poſtea in præſentiâ teſtium publicè alteri matrimonium promittat, & ſic cum eâ publica celebret ſponſalia? Vix quopiam diſſentiente præferenda tum erunt † ſponſalia publica, 3

ca, quantumvis ſint poſteriora Caſp. Eraſm. Brochmand. *in loco de conjug. quæſt. 25. verſ. publica ſponſalia præferenda eſſe privatis &c.* Balth. Mentzer. *de conjug. pag. 175. tit. de contrahentibus gemina ſponſalia, verſ. porrò publica ſponſalia.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. cap. 14.* Joh. Schneidwin. *ad tit. Inſt. de nupt. part. 1. n. 24.* Panorm. *in cap. 2. extr. de clandeſt. deſponſat.*

4 (1.) † Diximus enim *ſupr. Defin. 33.* non ſubſiſtere ſponſalia ejusmodi clandeſtina, propterea quod clandeſtinitas habeat ex o-
5 pinione ſiniſtrâ aliquid adhærens, † nec omnia, quæ manifeſtè facta probantur, ſi clam fiant, excuſatione digna creduntur, *l. non exiſtimo. 54 ff. de admin. tutor. l. quoties. 9.*
6 *§. 4. ff. de eod. tit. l. ult. ff. de rit. nupt.* ex † quo etiam contra contractum clàm initum militat præſumtio fraudis & doli, qui ipſum annihilat, Salycet *in l. 2. C. de repud. hered.* Bald. *in l. 3. C. de ſumm. Trinit. & fide Cathol.* Aym. Cravetta *conſil. 129. n. 11.* Quod ſi ita eſt,
7 † cur non ſubſiſterent ſponſalia publica poſteriora? cùm nulla alia adſint, quæ iis impedimento eſſe queant, annullatis ſcilicet
8 ſponſalibus clandeſtinis prioribus. (2.) † Eòque facit *Ordin. Eccleſ. Elect. Sax. ſub tit.* von Eheſachen. *Rubr.* von Ehegelöbnüſſen. §. Wo auch zwo Perſonen/ ſo beyderſeits keine Eltern haben/ ſich ohne jemands Beyſeyn mit einander in Ehegelöbnüß eingelaſſen/ ſo ſol daſſelbe für ein heimlich Gelöbnüß gehalten/ und da ſie ſich beyderſeits gleich darzu bekennen/
9 für unbündig erkennet werden. † quod & repetitum legitur *in ordin. matrim. de Anno 1624. punct. 1. §.* Wo auch zween Perſonen ꝛc. Neminem itaque ligant ſponſalia clandeſtina, nec quisquam iis tenetur, licèt alia haut contraxerit. † Multò minus hinc 10
efficaciæ quid iis tribuendum, ſi publicè ex poſtfacto ſponſalia fuerunt celebrata, quæ ab initio ſtatim contractûs valida ſunt & obligatoria. (3.) † Quin & ſponſalia priora 11
tum demum poſterioribus præferri debent quando per ſe ſunt obligatoria & utraque ſubſiſtunt, ut apparet *ex verb. dict. Ordin. Eccleſ. & Ordin. matrim. §.* Wann ſich jemand mehr/ denn eins verbündlich verloben würde/ ſol er ſchuldig ſeyn/ die erſte Perſon/ damit er ſich verbündlichen verlobet/ zu ehelichen/ ꝛc. quod de clandeſtinis ſponſalibus aſſeri nequit, ut modò diximus:
Quare ea ab hac diſpoſitione cenſentur ex- 12
cluſa: Nam unius † incluſio eſt alterius excluſio, *l. cum prætor. 12. ff. de judic. l. maritus. 20. C. de procurat.* Tiber. Decian. *lib. 7. conſil. 64. n. 11.* (4.) † Et pro ſtabiliendâ hâc ſenten- 13
tiâ vulgò etiam allegant *cap. 2. extr. de clandeſt. deſponſat. in verb. Si enim matrimonia ita occultè contrahuntur, quòd exinde legitima probatio non appareat: ii, qui ea contrahunt, ab Eccleſia non ſunt aliquatenus compellendi.* Probatur † nempe exinde, nullam 14
eſſe vim & efficaciam ſponſaliorum clandeſtinorum, ut hinc ſponſalibus publicis, poſterioribus quantumvis, hautquaquam obeſſe poſſint, Panorm. *in dict. cap. 2.* quod & ſuprà diximus.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſa* Judithen/ *Antonii* K. Tochter/ Klägerin an ei- 15
nem/ *Ambroſii* E. Beklagten anders/ und Margarethen/ des Pfarrers zu L. Tochter *intervenient*in dritten Theils/ *die 13. Novembr. An. 1618. (Verba Decreti:* Dieweil Beklagter nicht verneinen können/ daß er ſich anfänglich mit der Klägerin ohne jemands Beyſeyn/ uñ alſo heimlich verlobet/ hernach aber mit der *intervenient*in öffentliche Zuſage gehalten; So wird das öffentliche Ehegelöbniß dem heimlichen/ unangeſehen ſolches zuvor geſchehen/ vorgezogen/ und Beklagter der Ehe wegen von der Klägerin Zuſprüchen *abſolvi*ret und entbunden/ inmaſſen wir ihn hiermit davon *abſolvi*ren und entbinden/ ꝛc.)

It. † *in cauſa Paul. W.* und ſeiner Tochter *Charitas* Klägern an einem/ Hanſen *H.* Be- 16
klagten anders/ und Dorotheen *S. intervenient*in dritten Theils/ *die 25. Julii Anno 1610. (Verba Decreti:* Dieweil Beklagter deſſen/ was vor dem *Superintendent*en zu Meiſſen in Gegenwart dreyer Zeugen den *5. Martii* jüngſthin/ und deſſelben Abends in Klägers Behauſung vorgelauffen/ nicht in Abrede ſeyn können; So So iſt er ſeinem Erbieten nach mit Klägers Tochter die Ehe förderlichſt zu vollziehen ſchuldig/ und wird dieſes öffentliche deme mit der *intervenient*in heimlich gehaltenen Verlöbniß billig vorgezogen/ V. R. W.)

† *ad requiſitionem Superintendentis Haynenſis die 4. Junii, An. 1610. (Verba Sententiæ: Er* Hat George *L.* ein Schneider-Geſelle ſich mit Jungfer Maria/ Jacob *B.* Tochter/ mit Vorbewuſt und Einwilligung der Eltern/ und in Gegenwart ehrlicher Leute/ als Zeugen/ in ein Ehegelöbniß eingelaſſen; So iſt dieſes für eine öffentliche beſtändige Ehe zu achten/ welche der Jungfrauen vorigen heimlichen *tract*aten mit Michael *H.* vorgehet/ und durch das Aufgeboth und Trauung billig vollzogen wird/ V. R. W.)

De-

Definit. LXIIX.

Sponſalia ſine parentum conſenſu à liberis contracta, licet priora, cedunt poſterioribus, in quæ conſenſerunt parentes.

SUMMARIA.

1. *Sponſalia cum parentum conſenſu contracta præferuntur anterioribus, in quæ parentes haut conſenſerunt.*
2. *Fundamenta & rationes hujus deciſ. numer. 7.*
3. *Defectus paterni conſenſus infert clandeſtinitatem.*
4. *Sponſalia ſine parentum conſenſu contracta ſunt nulla.*
5. *Quod autoritate Beat. Lutheri probatur.*
6. *Contrahentes ſponſalia ſine parentum conſenſu non admittuntur ad conſummatio nem per copulam ſacerdotalem.*
8. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 FAcilè hinc dijudicare licet, nec illa † præferri ſponſalia, in quæ contrahentium parentes haut conſenſerunt, licèt ſint anteriora & in præſentiâ teſtium celebrata: ſed cedunt poſterioribus autoritate parentum contractis.

2 (1.) † Ex quo enim probatum dedimus *Def. præced.* ſponſalia publica poſteriora præferri prioribus clandeſtinis, hoc ipſo evincitur, ſponſalia liberorum ſine conſenſu parentum contracta, quantumvis priora, cedere poſterioribus, ad quæ conſenſum & autoritatem ſuam dederunt parentes: Scilicet † quia defectus paterni conſenſûs infert

3 clandeſtinitatem, & habentur ſponſalia clandeſtina, quæ irrequiſito parentum conſenſu ſunt celebrata, *ſupr. Def. 38.* Joh. Gerh. *in loco de conjugio. §. 144. pag. 225.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. cap. 13.* Mauſer. *de nupt. pag. 313.* Joh. Schneidewin. *ad tit. Inſt. de nupt. part. 1. n. 22.* Tarnov. *lib. 1. de matrim. c. 1.* Paul. Cypr. *de ſponſal. cap. 10. §. 1. n. 5.* (2.) †

4 Expeditum porrò eſt, ſponſalia ſine parentum conſenſu contracta nulla ac invalida haberi, quia cum jure pariter divino atque humano pugnant, *l. non dubium. 5. C. de legib.* *l. jubemus. 10. C. de ſacroſ. Eccleſ.* 5
unde † veriſſimè ſcripſit Beati Lutherus: Das heimliche Verlöbniß / weil da noch keine Ehe im Werck / und der Magd und ihren Eltern noch keine thätliche Verletzung geſchehen / ſondern noch gantz in der Eltern Verboth und Gewalt ſtehet / ſol gäntzlich verhindert / und für keine Ehe gehalten werden / *tom. 5. Jenenſ. fol. 238.* Quomodo ergo validis ac juſtis ſponſalibus obſtare poterunt ea, quæ nulla & invalida habentur? (3.) Quò † & facit, quòd 6
contrahentes ſponſalia abſque parentum conſenſu ad benedictionem ſacerdotalem & conſummationem matrimonii per nuptias in provinciis Electoratûs Saxonici non admittantur, *Ord. Eccleſ. ſub tit.* von Eheſachen. *Rubr.* von Ehegelöbnüſſen. & *Ordin. matr. punct. 1. in pr. verb.* und die Perſonen in unſern Landen nicht getrauet werden. Quod ſi ita eſt, † vel propterea et- 7
iam ſponſalia poſteriora parentum autoritate contracta erunt præferenda, quia hæc ſacerdotali copulâ conſummari nulla vetat ſanctio.

Ita † Conſiſtorium Supremum ad conſultationem H. à T. in R. die 29. Maji, An. 1635. (Verba 8
Sententiæ: Iſt euer Schwager Caſpar *S.* zu *O.* ohne gefehr vor 4. Jahren an einem Ort zu Gaſte geladen / und Abends ziemlich berauſchet mit *H. W. S.* Tochter in einem Geſpräch ſo weit kommen / daß er / wiewol ohne Vorwiſſen ſeines Vaters / in deſſen Gewalt er damals geweſen / ſich mit derſelben verlobet / und auf ernſtes Zureden ſolche Zuſagung folgendes Morgens frühe bejahet / deme aber ſein Vater / ſo bald er es erfahren / ſolches in Ernſt erwieſen / *de ſuo diſſenſu* unterſchiedlich *proteſtiret* / und ihme eine andere Heyrath vorgeſchlagen / deſſen Gehorſam euer Schwager ſich untergeben / der Jungfrau *S.* bisanhero nicht alleine enthalten / ſondern auch mit *C. M.* von *B.* Tochter Jungfrau Annen-Marien in ein öffentliches Ehegelöbniß hernach ſich eingelaſſen / worüber ihme obgedachte Jungfrau Einſpruch gethan / und vor dem Fürſtl. Sächſiſ. *Conſiſtorio* zu Altenburg klagbar worden / alles nach mehrerm Inhalt eurer Frage. Dieweil dann daraus allenthalben ſo viel erſcheinet / daß aus Mangelung der vä-

terlichen Einwilligung/das erſte mit der Jungfrau S. gehaltenes Verlöbniß für heimlich und unbündig zu halten; Alſo kan ſolches auf vorhergehende gerichtliche *Caſſirung* eurem Schwager an itziger Verehlichung und mit Jungfrau Annen-Marien von Brandenſtein gehaltenen Verlöbniß nicht hinderlich ſeyn/V.R.W.)

DEFINIT. LXIX.

Præferuntur tamen ſponſalibus publicis poſterioribus priora clandeſtina, concubitu ſeu copula carnali firmata.

SUMMARIA.

1. *Duplici modo contrahuntur ſponſalia clandeſtina.*
2. *Sponſalia clandeſtina cedunt publicis, etiam poſterioribus.*
3. *Niſi copulâ carnali fuerint confirmata.*
4. *Fundamenta & rationes hujus limitationis. num. 15.*
5. *Copula carnalis omnem clandeſtinitatem purgat.*
6. *Adeò ut contrahentes conſummare teneantur matrimonium.*
7. *Contractum cenſetur matrimonium per concubitum ſponſalia ſubſecutum.*
8. *Omnia ſponſalia per concubitum fiunt indiſſolubilia.*
9. *Per concubitum fiunt contrahentes ſponſalia una caro.*
10. *Æquiſſima iſthæc limitatio. n. 11. 12.*
13. *Sententia B. Lutheri hac de limitatione. n. 14.*
16. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
17. *Ejusdem Sententia.*

1 DUpliciter contrahuntur ſponſalia clandeſtina, vel clàm absque teſtibus, vel ſine parentum conſenſu, ut maximè teſtes acceſſerint, Joach. à Beuſt. *de ſponſal. cap. 13.* Mauſer. *de nupt. pag. 313.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug.* §. *144. pag. 225.* Joh. Schneidwin. *ad tit. Inſt. de nupt. part. 1. n. 21. & 22.* Paul. Cypræus *de ſponſal. cap. 10.* §. *5.* Tarnov. *lib. 1. de matrim. cap. 1.* Quo-
2 cunque † autem modo fuerint contracta, cedunt ſponſalibus publicis, etiam poſterioribus, *Defin. 67. & 68.* Quod tamen patitur limitationem, ſi concubitus acceſſerit: utroque enim modo ſponſalia clandeſtinè
3 celebrata copulâ carnali firmata † præferuntur poſterioribus ſponſalibus publicis, ut uno ferè ore docent Dd. Joh. Gerhard. *in dict. loc. de conjug.* §. *146.* Balth. Mentz. *in tract. de conjug. pag. 175. & 176.* Beza *pag. 98.* Hemming. *pag. 210.* Joachim. à Beuſt. *de ſponſal. cap. 14.* Caſpar. Eraſmus Brochmand. *in loco de conjug. quæſt. 25. verſ. quod ſi verò ad clandeſtina ſponſalia &c.* Johan. Schneidwin. *dict. part. 1. n. 24. verſ. cum hac tamen limitatione &c.* Paul. Cypræus *de ſponſ. c. 10.* §. *17.*
4 (1.) Diximus † enim ſuprà *Defin. 65.* ſi bina fuerint contracta ſponſalia, & utraque firma habeantur, priora poſterioribus præferri, Joach. à Beuſt. *de ſponſal. cap. 15.* Cypræ. *dict. cap. 10.* §. *22* Mentzer. *de conjug. pag. 176.* Brochmand. *dict. quæſt. 25.* Gerhard. *dict.* §. *146.* Jam † verò copula carnalis 5
clandeſtinitatem adeò purgat, ut ſponſalia publicè & cum conſenſu parentum contracta habeantur, adeoque firma ſint & obligatoria, *Supr. Defin. 36. & 60.* in tantum ut
† contrahentes per benedictionem ſacerdotalem ea conſummare teneantur, Cypr. 6
dict. cap. 10. §. *10.* Gerh. *dict.* §. *146. pag. 228.* Beuſt. *dict. cap. 14. p. 24.* Joh. Harppr. *ad rubr. Inſt. de nupt. num. 32. & ſeqq.* Quidni ergò ſponſalia ejusmodi clandeſtina concubitu firmata publicis poſterioribus præferri deberent?

(2.) Quin † & matrimonium per copu- 7
lam carnalem ſponſalia ſubſecutam contractum cenſetur, propterea, quòd actus ſubſequens ob executionem contractûs præcedentis præſumatur geſtus, Didac. Covarr *in epit. de ſponſ. part. 2. c. 4.* §. *1.* Jacob. Menoch. *de præſumt. lib. 3. præſ. 1. n. 6.* unde vulgò traditum legitur, quòd † omnia ſpon- 8
ſalia ante benedictionem ſacerdotalem, ſive ſint pura, ſive conditionata, per copulam carnalem fiant indiſſolubilia, Harppr. *dict. rubr. de nupt. n. 126.* nempe quia † per 9
concubitum contrahentes fiant una caro, *cap. 2. extr. de converſ. conjug. c. lex divina. 27. quæſt. 2.*

(3.) † Accedit porrò æquitas, ut con- 10
ſula-

ſulatur vitiatæ, cui alio remedio vix poterit ſuccurri, nec pudicitia erepta reſtitui, niſi is, qui virginem vitiavit, eam ducet, ſi hoc ante concubitum promiſerit, Mentz. *dict. loco.* Gerh. *dict.* §.*146.* Licet enim nec hoc caſu turpitudo prorſus aboleatur, *arg. l. palam, ff. de rit. nupt.* nullum tamen intermitti
11 debet remedium, quo læſæ † ex parte ſaltem ſubveniatur, Cypræus *dict. cap. 10.* §.*10. in fin.* Cui non obſtant ſponſalia publica poſteriora, quia puellæ priori ejusque parentibus major eſt illata contumelia, quàm poſteriori, cui fides publica data eſt, ad quam nulla alia redit incommoditas, niſi quòd promiſſio de conjugio ei facta non ſerve-
12 tur, eaque quaſi ludibrio ſit; † quæ injuria longè minor habetur, ut volens priori cedere debeat, nec enim ludibrium iſtud cum pudicitiâ ereptâ, quæ dos eſt maxima, comparari valet, Cypr. *dict. cap. 10.* §.*17. n. 1.*

13 (4) Eamq; † ſententiam approbat etiam B. Lutherus *hiſce verbis:* Darum habe ich alſo wollen rathen / wo das öffentliche Verlöbniß noch ohne Beyſchlafen rein iſt/und zuvor ein heimlich Verlöbniß mit Beyſchlafen verhanden/das bekannt/erſchworen und beweiſet wird / ſol die öffentliche vertraute Dirne/ der Billigkeit nach/ weichen / angeſehen / daß ſie den Schatz ihrer Ehren noch gantz hat / und darmit wol zur Ehe kommen kan. Aber dieſe Beſchlafene ihren höchſten Schatz nach unſers Landes Geſtalt verwahrloſet/und zur Ehe nicht wohl komen kan/ꝛc.
14 Et poſtea: † Ob aber iemand vorgeben wolte/daß der öffentlich verlobten Braut/ ſo ſie um der erſten Beſchlafenen willen geſchieden wird/ auch damit unrecht und Schade geſchicht/und für eine Schande möchte gerechnet werden; iſt darauf zu antworten: ſie behält gleichwol ihren höchſten Schatz der Ehren / und iſt ihre Unſchuld auch ehrlich und löblich/ daß ſie betrogen wird / und unverdienet ſolches leiden muß; und ſolte dencken/ wie wölte ſie thun/ wenn ihr vertrauter Buhler zuvor ein ander Weib/oder mit einer andern auch ſich öffentlich anderswo verlobet hätte / da müſte ſie doch geſchieden ſeyn/und ſolches alles leiden; Zudem/ ſo der Betrieger geſtraft wird/wird ihre Unſchuld deſto ehrlicher / und geräth ſolcher Betrug ihr zum beſten. Aber jene arme Dirne hat nun nichts mehr / und mit der Strafe bringet man ihr die Ehre nicht wieder/und iſt ein Weib/ ſo die Ehre verlohren/ gar unwerth/ weil wir nicht ſo hoch achten des Leibes Segen / als die Jüden / und kan doch ja nicht ſolch heimlich Beyſchlafen aufs Verlöbniß für eine Hurerey gerechnet werden / denn es geſchicht ja im Namen und Meynung der Ehe/ welcher Hertz / Meynung oder Namen die Hurerey nicht hat. Darum gar ein groſſer Unterſcheid iſt zwiſchen Hurerey und heimlichem Beyſchlafen auf verlobte Ehe. Und zwar kein Chriſt noch redlich Mann thut anders / wo er ſo fern kommen wäre/daß ers verſähe / und eine Dirne heimlich auf die Verlöbniß beſchliefe/und er ſich bedächte/ er behielte ſie / und lieſſe alle öffentliche Verlöbniß/ ſo hernach geſchehen wären/fahren. Hactenus Lutherus *in Libello* von Eheſachen/ & apud Georg. Dedek. *vol. 3. conſil. theolog. lib. 2. ſect. 9. num. 1. pag. 225.*

(5.) † Et facit huc tandem textus clarus 15
in cap. is qui fidem, 30. ibi: is qui fidem dedit mulieri ſuper matrimonio contrahendo carnali copulâ ſubſecutâ, etſi in facie Eccleſiæ ducat aliam & cognoſcat, ad primam redire tenetur, extr. de ſponſalib. licèt membrum hujus reſcripti poſterius vix ſubſiſtat, ut demonſtravimus *ſupr. Defin. 66.*

Ita † Conſiſtorium Supremum in causâ Sabinen / Hanſen F. Tochter zu W. Kläge- 16
rin an einem/Chriſtoph Z. Beklagten anders/und Chriſtinen/Paul F. Tochter *Intervenientin* dritten Theils/ *die 13. Mart. An. 1611.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter den 4. Jan. dieſes Jahres vor dem Superintendenten zu Chemnitz in Gegenwart anderer Perſonen bekannt / daß er ſich mit der Klägerin heimlich ohne Vorbewuſt beyderſeits Eltern verlobet / auch hernach vor dem Pfarrer zu Waldkirchen/und nunmehr vor uns / daß er ſie zugleich fleiſchlichen erkannt habe/geſtanden: So iſt er/ ſeiner Eltern Widerfechtens ungeachtet / ſie zum längſten in Zeit Sächſ. Friſt zu ehlichen ſchuldig / in deſſen Verbleibung wird er von der weltl. Obrigkeit durch gebührliche Mittel darzu *compelli*ret und angehalten / und das zwiſchen ihme und der *Intervenient*in hernach gehaltene öffentliche Ehegelöbniß / auf ihr ſelbſt itzo geſchehenes Anſuchen / hiermit *caſſi*ret und aufgehoben/der weltl. Obrigkeit die Strafe wider Klägerin und Beklagten wegen geübter Unzucht und ſonſt vorbehaltlichen/V. R. W.)

Et † ad conſultationem Matthæi W. zu O. *die 17. Maji An. 1613.* (*Verba Sententiæ:* Hat eu- 17
er Bruder Joh. W. Margarethen / Arnoldi A. Tochter / liebgewonnen / ſich auch endlichen mit derſelben / jedoch ohne Vorbewuſt der Eltern heimlich ver-

lobt/und es eine Zeitlang dabey verbleiben laſſen/nachmals hat er auf Zureden des Vatern und mit deſſen Einwilligung mit Even *H.* ſich gleichfals verlobt/ und in Beyſeyn gewiſſer hierzu erbetener Perſonen öffentliche Verlöbniß gehalten/ deßwegen er von der erſten Braut Margarethen *A. in Conſiſtorio* belanget worden. Ob nun wol ſonſten die öffentliche *ſponſalia* den vorigen heimlichen vorzuziehen / deßwegen ihr vermeynet / es müſte euers Brudern wegen bey der mit Even *H.* gehaltenen öffentlichen Verlöbniß verbleiben. Dieweil aber dennoch itzterwehnter euer Bruder die vorige Braut nach dem heimlichen Verlöbniß geſchwängert / in welchem Fall die öffentliche Verlöbniſſe keinen Vorzug haben. So iſt er demnach die erſte Braut Margarethen *A.* zu behalten und ſich mit derſelben trauen zu laſſen ſchuldig / die folgende öffentliche Verlöbniſſe aber werden geſtalten Sachen nach billich *caſſi*ret und aufgehoben/ V. R. W.)

DEFINIT. LXX.

Sponſalia purè contracta, licèt ſint poſteriora, præferuntur ſponſalibus conditionatis anterioribus.

SUMMARIA.

1. *Contractis ſponſalibus conditionatis ante conditionis eventum alia contrahi non debent.*
2. *Si tamen id fiat, quænam præferenda?*
3. *Pro conditionatis prioribus reſpondet Cypræus.*
4. *Fundamentum hujus reſponſi.*
5. *Canoniſtæ contrarium ſentiunt.*
6. *D. Gerhardi opinio de hac re.*
7. *Vera eſt Canoniſtarum deciſio pro ſponſalibus puris poſterioribus.*
8. *Ab Interpp. communiter recepta.*
9. *Num ſponſalia conditionata ſint de futuro?*
10. *Differentia horum ſponſaliorum.*
11. *Ratio deciſionis vera.*
12. *Qui prior tempore, potior jure.*
13. *Conditio non adimpleta nihil ponit in eſſe.*
14. *Refellitur fundamentum Cypræi. num.* 15.
16. *Maximè vera eſt hæc deciſio in ſponſalibus conditionatis, ſi parentes conſenſerint.*
17. *Ratihabitio parentum quatenus convalidet liberorum ſponſalia?*
18. *Sententia Conſiſtorii Supremi. num.* 19.

1 NOn equidem inficias eo, contractis ſponſalibus conditionatis præcisè expectandum eſſe conditionis eventum, priusquam ad alia contrahentes convolent ſponſalia, Paul. Cypræus *de ſponſal. cap. 8. §. 4.* Panormitan. *in cap. ſuper eo. extr. de condit. appoſ.* Tarnov. *de matrimon. c. 79. quæſt. 4.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 139. pag. 221. &* ipſemet demonſtravi *ſupr. Defin. 21.* Attamen ſi factum
2 id non fuerit, ſed pendente conditione † contracta ſint purè ſponſalia cum aliâ perſonâ, num præferri debeant conditionatis, ſi poſtea conditio extiterit, dubio haut caret. Finge: Promiſiſſe aliquem puellæ matrimonium ſub conditione, ſi pater ipſius conſentiat, pendente verò conditione cum aliâ purè contraxiſſe ſponſalia, ac poſtea patrem conſentire ſponſalibus prioribus ſub conditione contractis, atque ſic conditionem adimpleri, quænam ſponſalia tùm
3 præferenda? † Pro conditionatis prioribus reſpondendum, arbitratur Paul. Cypræus *in dict. cap. 8. n. 3.* propterea quod exiſtente conditione obligatio retrotrahatur ad tempus promiſſionis non aliter, ac ſi ipſo conventionis momento efficax fuiſſet, † veluti 4
probatur *ex l. potior. 11. §. videamus. ff. qui potior in pignor.* ubi ſi debitor creditori domum ſuam ſub conditione oppignoraverit, & pendente conditione eandem hypothecam alii purè conſtituerit, conditione exiſtente & impletâ creditor primus potior dicitur, eique præfertur, cui poſtea res purè fuit oppignorata; ſcilicet quia conditio poſtea purificata retrahitur ad tempus prioris contractûs, ut pluribus demonſtrat Cypr. *dict. loc.* Ex ſententiâ † verò Canoni- 5
ſtarum ſponſus campelli debet ad conſummationem matrimonii cum eâ, cui tempore poſteriori purè & abſque conditione fidem dedit, Panormit. *in cap. per tuas. extr. de condit. appoſit.* quam tamen ſententiam † 6
ita temperandam putat Joh. Gerhard. ut judicis arbitrium pro ratione circumſtantiarum præcisè ad eam obſtrictum non ſit, quin & voluntati ac judicio patris plurimum tribuatur, penes quem ſit filii ſponſalia rata vel irrita facere, *in loco de conjug. §. 138. pag. 221.* Etſi

Etſi verò ab hoc Gerhardi temperamen-
7 to alienus non ſim,† regulariter tamen cum
Canoniſtis pro ſponſalibus poſterioribus
purè contractis judicandum exiſtimave-
rim, ut maximè conditio priorum ſponſa-
8 liorum extiterit; quod † & communiter
ſentiunt DD. Panorm. ſecuti, teſte Cypr.
dict.§.3.in fin. Joach. à Beuſt. *de ſponſalib. cap. 19. verſ. cæterum, quando ſub conditione, &c. pag. 29.* Joh. Schneidwin. *ad tit. Inſt. de nupt. part. 1. n. 37.* non quidem ex ratione Canoni-
ſtarum à Schneidw. etiam & Beuſtio appro-
9 batâ, quòd † nempè matrimonium condi-
tionale habeat vim ſponſaliorum de futu-
ro, quæ per ſequentia ſponſalia de præſenti
tolluntur, *cap. ſicut ex literis. extr. de ſponſal.*
Non enim ſponſalia de futuro, quia ſunt
ſaltem tractatus de futuris ſponſalibus, ob-
ligationem inducunt, ut diximus *ſuprà De-*
10 *fin. 18. n. 6. 7. & ſeqq.* † quæ tamen ex ſpon-
ſalibus conditionatis infertur, licèt ſit in
ſuſpenſo, ut hinc conditionis exiſtentia ex-
11 pectari debeat, *ſupr. Defin. 21.* Sed † quia
in binis ſponſalibus regulariter priora po-
ſterioribus præferuntur, *ſupr. Defin. 63.* nam
12 qui † prior eſt tempore, potior quoque ha-
betur jure, *cap. qui prior. extr. de reg. jur. in 6to. l. qui generaliter. 2. l. ſi pignus. 8. ff. qui potior in pign.* Jam verò ſponſalia pendente
conditione purè contracta procul dubio
13 ſunt prima atque priora, ſiquidem † condi-
tio nondum adimpleta nihil ponit in eſſe, *l.*
cedere diem. 213. ubi Alciat. & Gœdd. *ff. de verb. ſignificat, l. ſi quis conditione. 8. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Andr. Tiraquell. *in tract. de retract. part. 1. §. 1. gloſſ. 2. n. 22.*

Nec eſt, quod † nobis opponatur, condi- 14
tione exiſtente obligationem retrotrahi ad
tempus contractûs, *dict. l. potior. 11. §. videamus. ff. qui potior in pign.* Etſi enim hoc aliàs
veriſſimum eſt, minimè tamen id præjudi-
care poteſt ſponſalibus interim purè con-
tractis, cùm hîc obex incurrat, qui priorem
obligationem tollit, ut ad id, quod ſubla-
tum ſit, conditio retrotrahi nequeat, veluti
ſcitè notat Matth. Weſenb. *in margin. ad Schneidwin. dict. n. 37. lit. z.* ex † quo enim 15
nunquam bina ſubſiſtere ſimul poſſunt
ſponſalia valida, quia ſunt purè contracta
conditione pendente, hoc ipſo momento
conditionata corruunt, ut fictio retrotra-
ctionis non habere poſſit, ubi pedem figat.
Planè eò minus dubium id habet † in ſpon- 16
ſalibus conditionatis, ſi parentes conſenſe-
rint, quorum autoritas nuptias præcedere
debet, nec locum habet ratihabitio, *l. Paulus. 11. ff. de ſtat. hom. l. quid ergò. 13. in pr. ff. de his qui not. infam.* ſed convaleſcunt † 17
demum ſponſalia ex tempore & momento
ratihabitionis. *l. ſi ut proponis. C. de nupt. l. dotis promiſſio. 68. ff. de jur. dot. ſupr. Defin. 41.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 92.* Joh.
Harppr. *ad pr. Inſt. de nupt. num. 11.* tantum
abeſt, ut retrotractio fingi queat.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Jonæ S.* zu M. *die 22. Jan. An. 1609. (Verba* 18
Sententiæ: Hat euer Schwager C. L. in Beyſeyn etlicher Perſonen Marien George T. Tochter daſelbſt die Ehe verſprochen und zugeſaget / iedoch mit dieſer Bedingung / wann ihr Vater hierein willigen würde / worauf die Maria ihre Zuſage gleichesfals geſtellet. Es hat aber nachmals bemeldter euer Schwager ſich anderweit mit Dorotheen R. eingelaſſen / und mit derſelben öffentliche Verlöbniß gehalten. Ob nun wol anitzo der Marien Vater G. T. ſeinen *conſens* und Einwilligung zu der Tochter Verehlichung gegeben / wodurch ſich die vorbehaltene *condition* ereignete / deßwegen bemeldte Maria auf ſolches erſtes Verlöbniß ſich gründet und in denen Gedancken ſtehet / es müſte ſolches mit ihr vollzogen werden. Dennoch aber und dieweil *pendente conditione* euer Schwager mit Dorotheen R. ohne einige Bedingung und *purè* ſich öffentlich verlobet; So wird dieſe Verlöbniß der erſten billich vorgezogen / und iſt er demnach dieſelbe mit Dorotheen R. durch öffentlichen Kirchgang und prieſterliche *Copulation* zu vollnziehen ſchuldig / V. R. W.)

Et † *ad requiſitionem Philiberti F.* zu L. *die 30. Maji An. 1608. (Verba Sententiæ:* Wenn 19
gleich zu erweiſen / daß eure Schweſter gegen Matthes V. ſeinem Vorgeben nach auf ſein eheliches Anbringen ſich verlauten laſſen / wann der Großvater und die Mutter wolten / ſolte es an ihr nicht mangeln / ihr Wille und Jawort ſolte allezeit dabey ſeyn. Wofern aber vor erfolgtem der Mutter und Großvaters *conſens*, oder einer Zuſammenkunfft und Wiederholung dieſer Eheſache / in zweyer oder mehr Zeugen Gegenwart eure Schweſter auf vorgehabten Rath und Bewilligung ihrer Eltern und Freunde ſich mit einem Wittber ehelich verbunden / und alſo *pura* und *publica ſponſalia celebri*ret hätte; So würden ſolche den vorigen *conditionirten Tractat*en billich vorgezogen. Es wäre aber eure Schweſter Matthes V. auf ſein beſchehenes Anſuchen die aufgewendeten Unkoſten auf vorhergehende *Liquidation* und richterliche *Moderation* zu erſtatten ſchuldig / V. R. W.)

TIT. V.

De

Propinquitate conſangvinitatis matrimonio adversâ.

Definit. LXXI.

Nefariæ & inceſtæ nuptiæ ne contrahantur, omni ſtudio cavendum eſt; ac propterea à Paſtoribus ante proclamationem in propinquitatem inquirendum.

S U M M A R I A.

1. *Abſtinere debent homines ab illicitis nuptiis.*
2. *Diſtingvunt quidam inter nuptias nefarias & inceſtas.*
3. *Rejicitur hæc diſtinctio.*
4. *Prohibitæ ſunt ejusmodi nuptiæ de jure divino.*
5. *Pudor etiam naturalis eas non admittit.*
6. *Sangvinis quoque reverentia nuptiis illicitis obſtat.*
7. *Nec non charitas & prolatatio neceſſitudinis.*
8. *Verba Auguſtini hac de re proferuntur.*
9. *Caveant ergò ſibi ab hac commixtione, qui nuptias contrahunt.*
10. *Paſtoris officio incumbit, in proximitatem inquirere ante proclamationem.*
11. *Qui & inter alios eſt finis non minimus proclamationis.*
12. *Paſtor hac de re negligens mulctam incurrit.*
13. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
14. *Ejusdem Sententia.*

1 NOn ſufficit, ad nuptias contrahendas conſenſum requiri paternum, inque præſentiâ teſtium publicè celebrari ſponſalia; ſed imprimis advertere neceſſum habent contrahentes, ut ab illicitis nuptiis ratione proximitatis in conſangvinitate vel affinitate abſtineant, quas vulgò nefarias & inceſtas vocare ſolent. Diſtingvunt equidem Gloſſographi
2 & Interpp. nuptias † nefarias ab inceſtis, ut ſint nefariæ, quæ inter aſcendentes & deſcendentes, ſive inter parentes & liberos contrahuntur: inceſtæ verò, quarum ex latere, ſive ex transverſo conjuncti in vetitis gradibus autores ſunt, itemque affines, Accurſ. *in rubr. C. de inceſt. & inutil. nupt.* Joach. à Beuſt, *de matrimon. cap. 58. & 59.* Johan. Schneidwin. *ad tit. Inſt. de nupt. part. 3. num. 3.* Förſt. *lib. 6. de ſucceſſion. cap. 49. num.*
3 *4.* Tamen † diſtinctio hæc vel inde corruit, quia nefariæ ac inceſtæ nuptiæ ab Imp. Juſtiniano promiſcuè ponuntur & confunduntur *in §. ergò non omnes. Inſt. de nupt. & Novell. 12.* Nec multum utilitatis ea habet, poſtquam nuptiæ nefariæ pariter ac inceſtæ ſunt inutiles & illicitæ, *tot. tit. C. de inceſt. & inut. nupt.* Meritò † ſanè, quia 4
prohibitio obſtat divina, ne quis ad propinquam carnis ſuæ accedat ad revelandam ejus nuditatem, *Levit. 18. verſ. 6.* Cùm enim conjuges per matrimonii vinculum fiant una caro, *Geneſ. 2. verſ. 24. Matth. 19. verſ. 6.* divinæ inde ſapientiæ conveniens viſum non eſt, eos qui propinquitate carnis jam antè conjuncti erant, per conjugium in unam carnem copulari, Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 238. pag. 362.* Quin † & 5
pudor naturalis nuptias haſce prohibet, qui in contrahendis matrimoniis potiſſimùm attendi debet, teſte Paulo JCto. *in l. adoptivus. 14. §. ſerviles. in fin. ff. de rit. nupt.* Conjugium ſiquidem inter pares, non quidem conditione; amore † attamen, reverentiâ 6
& dignitate conjugali quia conſtare debet, ordini pariter naturæ ac ſangvinis reverentiæ congruens haut videtur, ſi jam ſangvine uniti fœdere maritali jungantur, & reverentia patria, filialis & fraterna in maritalem transformetur. D. Auguſtin. *de civit. Dei. lib. 15. cap. 16.* Joh. Harppr. *ad dict. §. ergò non omnes. 1. Inſt. de nupt. num. 7. & 9.* Acceditporrò † charitas hominum ac neceſſitu- 7
do,

do, quæ hac ratione & lege in plures familias manat & diſpergitur: quia multos ſibi propinquos reddunt, ultrò citroque filias qui dant & accipiunt; quam rationem D.
8 Auguſtinus *dict.5.cap.16.* elegantiſſimè† hisce expreſſit verbis: Cùm nulli, *inquit*, eſſent homines, niſi qui ex illis duobus, Adamo ſcilicet & Eva nati fuiſſent, viri ſorores ſuas conjuges acceperunt. Quod profectò quantò eſt antiquius, compellente neceſſitate: tantò poſtea factum eſt damnabilius, religione prohibente. Habita eſt enim ratio rectiſſima charitatis, ut homines, quibus eſſet utilis atque honeſta concordia, diverſarum neceſſitudinum vinculis necterentur; nec unus in unâ multas haberet neceſſitudines, ſed ſingulæ ſpargerentur in ſingulos: ac ſi ad ſocialem vitam diligentiùs colendam plurimæ plurimos obtinerent, Pater quippe & ſocer duarum ſunt neceſſitudinum nomina. Dum ergò habet quis alium patrem, alium ſocerum, numeroſiùs ſe charitas porrigit, &c. *Hactenus* Auguſtinus. Quæ verba etiam in decretis pontificum reperiuntur, *can. 1. c. 1. uſ. 35. quæſt. 1.*

9 Caveant ergò nuptias† contrahentes, ne contra prohibitionem hanc divinam & naturalem impingant. Quam ob cauſam etiam miniſtri Eccleſiæ ſeu Paſtoris officio incumbit, ante proclamationem† in pro- 10
ximitatem conjungendorum diligenter inquirere; & vetitam commixtionem impedire, veluti haut obſcurè liquet *ex Ordin. matrim. Elect. Saxon. de Anno 1624. in præfat.* §. Haben wir deßhalben. *verſ.* Auf daß nicht allein in den gemeinen vorfallenden Irrungen die Pfarrer und Kirchendiener / etc. Et clariùs ex *Conſtit. provinc. Elect. Sax. p. 189. in fin. ibi:* Wo jemand mehrers oder weiters Berichts benöthiget oder bedürfte/der ſol ſich deſſen zuvor in den *Conſiſtorien*/und bey den *Superattendenten* und Pfarrern erholen / und ehe ſolches geſchehen / zu keiner ehelichen Verpflichtung ſchreiten. Ac certè effectus† non minimus obſervantiæ illius, quâ 11
in Eccleſiâ Dei trinâ vice ſponſus ac ſponſa ante nuptias è ſuggeſtu publicè proclamantur, in eo conſiſtit, ut ſi impedimentum proximitatis obſtaret, hoc innoteſcat, deque eo Paſtor ante copulationem informari poſſet, cui etiam ante proclamationem anſa & occaſio datur in proximitatem inquirendi, Joach. à Beuſt. *de matrim. part. 2. in præfat. verſ. quod verò ad noſtras.* Idque† ſi 12
negligat, à mulctâ immunis haut erit, quippe qui officio ſuo non rectè præfuit; *arg. l. ſi quando, 19. ſub fin. C. de teſtib.*

Ita† *Conſiſtorium Supremum Superattendenti & Præfecto Freybergenſi, die 6. Febr. Anno* 13
1619. (Verba Reſcripti: Wir werden von Andreas K. einem Bergmann / aufm Brandt / um gnädigſte *Diſpenſation*, daß er Marien/ Michael K. Tochter ehelichen möge/mit dem Inſchluß unterthänigſt angelanget / wie ihr daraus zu erſehen. Dieweil aber angezogen wird / daß *Supplicant* und der Braut Mutter Geſchwiſter Kinder / dahero ſie die Verlobten im dritten Grad gleicher Linien einander verwandt / und alſo keine *diſpenſation* vonnöthen; Als begehren an ſtatt Sr. Churfl. Gn. wir hiermit/ Ihr wollet euch mit Fleiß erkündigen / wie es um die angezogene Verwandtniß eigentlich bewandt ſey/ und da es ſich alſo befindet/ Ihr der *Superintendens* ohne Entgeld der *Copulation* halber Anordnung thun/im widrigen Fall aber/da ſie einander im dritten Grad ungleicher Linien zugethan / dem Pfarrer ſeinen Unfleiß in Nachforſchung der Verwandtniß vor dem Aufgeboth in Ernſt verweiſen / die *Copulation* aber nichts minder anordnen / ꝛc.)

Et† *ad conſultationem Philippi Z.* zu *S. die 4. Martii An. 1616. (Verba Sententiæ*: Habt ihr 24
euch mit Annen F. in ein Ehegelöbniß eingelaſſen / und einen gewiſſen Tag zur Hochzeit angeſetzet; Als ihr aber zuvor euch aufbieten laſſen wollen / hat der Pfarrer des Orts in Erkundigung ſo viel befunden / daß wegen naher Anverwandſchafft/indeme ihr mit gedachter Annen F. Geſchwiſter Kinder ſeyd/dieſe Ehe nicht zuläßlich / deßwegen er ſich des Aufgeboths verweigert / weniger die *Copulation* thun wollen; So habt ihr euch deßwegen wider bemeldten Pfarrer nichts zu beſchweren/ ſondern er hat dißfalls ſein Amt in Acht genommen/und was ihme zu thun gebühret/verrichtet/V. R. W.)

Definit. LXXII.

Nuptiæ illicitæ ac ratione proximitatis prohibitæ ut populo innoteſcant & evitentur, ſanctio matrimonialis certo anni tempore à Miniſtro Eccleſiæ publicè ex ſuggeſtu eſt prælegenda, eiq; adhortatio ſevera annectenda

SUM-

SUMMARIA.

1. *Fundamentum nuptiarum vetitarum ponitur in Levit. 18. & 20.*
2. *Negant Pontificii, iſtâ prohibitione Chriſtianos obligari.*
3. *Sed rectiùs noſtrates id affirmant. n. 8.*
4. *Quod legis naturæ eſt, omnes obligat Chriſtianos.*
5. *Probatur aſſertio noſtratium Theologorum n. 6. 7.*
9. *Populo innoteſcere debet ſanctio illa prohibitiva.*
10. *Quare publicè ex ſuggeſtu prælegenda.*
11. *Ex ordinatione Electorali eccleſiaſtica & matrimoniali.*
12. *Ne ignorantiâ delinquentes ſe excuſent.*
13. *Veniam ignorantia meretur.*
14. *Reſcriptum Sereniſſimi Electoris Saxoniæ.*
15. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 FUndamentum nuptiarum vetitarum ponunt vulgò Theologi *in cap. 18. & 20. Levit.* ubi de† gradibus conjugii prohibitis agitur ex profeſſo; Etſi verò ſanctionem illam prohibitivam ſolos Judæos, non etiam alios Chriſtianos obli-
2 gare fervidè contendunt † Pontificii, veluti legere eſt apud Bellarminum *libr. de Sacram. matrimonii. c. 27.* & Gregorium de Valentia *tom. 4. diſput. 10. quæſt. 5. punct. 3. pag. 2264. & ſeqq.* nequaquam tamen hoc iis
3 concedimus, rectiùs edocti à noſtratibus, † legem illam prohibitivam eſſe moralem, eâque omnes omninò homines teneri, Martin. Chemnit. *in loco de conjug. fol. 5453. verſ. oſtendendum. & in exam. Concil. Trident. part. 2. ſeſſ. 8. can. 3.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 290. & ſeqq.* Joachim. à Beuſt. *de matrim. part. 2. cap. 51. in pr.* Monner. *de ma-*
4 *trim. part. 4. c. 3. n. 9.* Ecquis † enim inficias ire auſit, id quod legis naturæ eſt, omnes obligare Chriſtianos, ipſiſmet Pontificiis ultrò fatentibus; Prohibitionem verò graduum conjugii *Levit. 18. & 20.* deſcriptam eſſe legis naturalis, hiſce verbis teſtatur, qui eſt teſtis veraciſſimus, ipſe Deus, non homo mendax: Ne polluamini, *inquit*, in omnibus iis, quibus contaminatæ ſunt univerſæ gentes, quas ego ejiciam ante conſpectum veſtrum & quibus polluta eſt terra, cujus ego ſcelera viſitabo *dict. Lev. 18. verſ. 24. & ſeqq.*
5 Nec enim† gentes dediſſent pœnas violatorum conjugii graduum, niſi ipſa lex naturæ dictâſſet, qui eſſent conjugii gradus prohi-
6 biti. Cui non parùm adſtipulantur † verba Apoſtoli, quando inquit: Auditur inter vos ſcortatio & ejusmodi ſcortatio, quæ ne inter gentes quidem nominatur, adeò, ut quis uxorem Patris habeat, *1. Cor. 5. verſ. 1.* quale conjugium damnatur *dict. Levit. 18.*
7 *verſ. 8.* Et nonne † prohibitio Moſaica de non ducendâ uxore fratris repetita legitur in Novo Teſtamento à Joh. Baptiſt. *Matth. 14. verſ. 4. Marc. 6. verſ. 18.* ex quo ſanè aſſertio noſtra abundè evincitur, † quam pluri- 8
bus tuentur adverſus Pontificios Theologi noſtri, Gerhard. *dict. loco.* Caſpar. Eraſm. Brochmand. *in artic. de conjug. c. 4. quæſt. 29.* ut hinc ſponſalia contrahentes prohibitionem illam Moſaicam pro oculis habere, & à nuptiis illicitis abſtinere debeant.

Sed cùm † plebs ejus notitiam non habeat, providebit pius Magiſtratus, ut ſanctio matrimonialis innoteſcat. Quam ob 9
cauſam Sereniſſimi Electores Saxoniæ ſingulis annis eam binis vicibus publicè à miniſtris Eccleſiæ † populo prælegi juſſerunt, 10
annexâ adhortatione ſeverâ, quò non modò de gradibus prohibitis, ſed & aliis licitarum nuptiarum requiſitis & vitandâ ſcortatione informetur ac erudiatur, prout pateſcit ex *Ordinat. Eccleſiaſt. ſub tit.* von Eheſachen. §. Damit aber. & *Ordin. matrim. in præfat. verſ.* Damit aber † ſolches unabläßlich geſchehen/ uñ ſich niemand durch 11
Unwiſſenheit zu entſchuldigen haben möge / ſo iſt unſer ernſtl. Befehl / daß ihr die Pfarrer alle dieſe Ordnung des Jahres zweymal/als zum erſten / *Dominica 2. poſt Epiphanias*, und wiederum des andern Sonntags ~~nach~~ *Trinitatis*, Vor-oder Nachmittage nach jedes Orts Gelegenheit von der Cantzel der gantzen verſam̃leten Gemeine öffentl. und verſtändlich verleſen ſollet. *Et poſtea*: Daß aus dem Alten oder Neuen Teſtament eine ernſtliche Erinnerung zum Volck geſchehe/ꝛc. Prudenter ſanè, ut † non modò homines 12
de legibus matrimonialibus informentur, veluti jam monuimus, ſed & omnis excuſatio iis præcidatur, ſi forſan ignorantiam prætendere velint, † quæ aliàs veniam me- 13
retur, *l. juris ignorantia. 4. ff. de jur. & fact. ignorant.* Felin. *in cap. quoniam. n. 8. extr. de Simon.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de jur. & facti ignor. num. 4.*

Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Conſiſtorio Supremo, die 9. Maji, Anno 1607. (Verba Re- 14
ſcri-

ſcripti: Begehren hierauf gnädigſt/Ihr wollet bey den *Conſiſtoriis* Verordnung thun/daß den Superintendenten im Lande befohlen werde/damit vermöge unſerer *Conſiſtorial*-Ordnung und *Conſtitution*en der Punct von der Ehe / und wie dieſelbige von wegen der Blutfreundſchafft/und dann von wegen der Schwägerſchafft verboten/des Jahres über den Zuhörern in Kirchen auf eine gewiſſe Zeit erkläret / und was darinnen in acht zu nehmen/angezeiget werde / damit durch dergleichen unordentliche Ehen / und da man keine Erbarkeit in gebührender Acht hat/GOttes Zorn nicht erreget/auch alſo hierdurch zeitliche und ewige Strafen unverſtändige Leute ihnen ſelbſt auf den Halß ziehen; Imaſſen wir denn hiermit ernſtlich befehlen / daß obbemeldter unſer *Conſiſtorial*-Ordnung und *Conſtitution*en gäntzlich nachgegangen / und weder in der Blutfreundſchafft noch Schwägerſchafft zu nahe jemands zu heyrathen verſtattet werde / ꝛc.

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendentibus Circuli Miſnici, die 2. Jun. An. 1625. (Verba* 15
Reſcripti: Und fügen darneben zu wiſſen / daß höchſtgedachter unſer gnädigſter Herr ein *mandat* wegen der Verheyrathung im andern Grad gleicher / und im dritten ungleicher Linien/ſo wol wegen der *diſpenſation*en / wie es damit künfftig gehalten werden ſol / gnädigſt verfertigen laſſen / deſſelben thun auf gnädigſte Anordnung wir jeglichem für ſeine *diœces* die Nothdurfft der Exemplarien hierbey überſenden/an ſtatt ſeiner Churfl. Durchl. begehrende/ihr wollet ſolches unverzüglich allen andern untergebenen *Paſtoribus* zuſchicken / und daran ſeyn / daß es nebenſt höchſtgedachter Seiner Churfl. Durchl. neuen Eheordnung auf den herbey nahenden andern Sonntag *Trinitatis* wie von euch ſelbſten / alſo auch von allen euren untergebenen Pfarrern öffentlich abgeleſen / und das Volck zu ſchuldigem Gehorſam angemahnet werde / etc.)

Definit. LXXIII.

In linea recta inter aſcendentes & deſcendentes omni jure prohibitum matrimonium.

SUMMARIA.

1. *Quænam dicantur nuptiæ nefariæ & inceſtæ?*
2. *Deciſio unde petenda?*
3. *Omni jure prohibentur nuptiæ inter aſcendentes & deſcendentes.*
4. *Inter quos coitus eſt contra omnem pudorem.*
5. *Quem & bruta deteſtantur.*
6. *Unum verbum haſce extinguit libidines.*
7. *Rationes hujus prohibitionis.*
8. *Vera profertur à Deo ratio.*
9. *Prohibitio hæc ſe in infinitum extendit.*
10. *Adamo, ſi etiamnum viveret, mortuâ Evâ non liceret ducere uxorem.*
11. *Rejicienda aſſertio Gretſeri contraria, numer. 12.*
13. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 IN ſpecie ſi quis jam quæſiverit, quænam dicantur nuptiæ illicitæ, ſeu nefariæ ac inceſtæ, quippe gradus conjugii reperiantur prohibiti, non modò ex jure divino ac naturali deciſio petenda; ſed
2 † etiam quid legibus ac moribus receptum ſit, quatenus nempe juri divino haut repugnant, attendi debet, *l. libertinus. 8. l. ſororis. 39. §. 1. & l. ult. ff. de rit. nupt.* Joh. Harppr. *ad §. 1. Inſt. de nupt. n. 1.*

Conveniunt autem jura cum moribus
3 gentium univerſarum in † lineâ rectâ, ut inter aſcendentes & deſcendentes, qui nempe invicem parentum liberorumve ſunt loco, contrahi nuptiæ haut debeant nec poſſint, *Levit. 18. & 20. Deut. 22. in fin. 1. Corinth. 5. §. 1. Inſt. de nupt. l. nuptiæ 53. ff. de rit. nupt. l. nemini. 17. C. eod. tit. Ordin. Ecclaſ. Elect. Saxon. ſub tit.* Von Eheſachen. *membr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüß mit einander einzulaſſen verboten. *& Ordin. matr. punct. 2. verſ.* Die Perſonen / welche den Namen Vaters oder Mutters/ꝛc. Eſt † enim inter haſce perſonas coitus contra omnem pudorem, & 4
in tantum abominabilis, ut etiam † irrationabilia quædam animalia eum fugiant & averſentur, atteſtante Imp. Juſtiniano *in Novell. 12. cap. 1.* cujus rei multa ex pro- 5

probatis autoribus referunt exempla Andr.
Tiraquell. *in leg. ſeptimâ connubial. n. 47.*
Paul. Cypræus *de jur. connub. part. 2. c. 6.* §.
1. n. 3. & ſeqq. Jun. *polit. quæſt. part. 2. quæſt.*
6 *37.* † unumque verbum, inquit Cypræus,
horrendas ejusmodi voluptates extinguit,
cum id nefarium eſſe dicitur, Deo inviſum,
omnium flagitiorum flagitioſiſſimum:
quaſi dicat, ipſius naturæ vox & ſenſus de-
teſtatur ejusmodi conjunctionem, *dict.* §. *1.*
n. 2. ubi in rationes hujus prohibitionis in-
7 quirit, & inter alias † hanc non inelegan-
tem profert, quòd ratio doceat, cognatio-
num gradus & diſcrimina eſſe oportere,
quæ nulla eſſe poſſint, ſi liberi cum paren-
tibus commiſcerentur; *dict. loc. n. 6.* Sed ve-
riſſimam addit mandati rationem ipſemet
8 † Legislator Deus: Quia turpitudo tua eſt,
Levit. 18. v. 7. & 10. Nimirum quia parentes
cum liberis unam repræſentant perſonam.
l. ult. C. de impub. & aliis ſubſtit. conjugi-
um verò ſit inter duas, impoſſibile planè
eſt, hac in lineâ contrahere matrimonium.
9 Quo † ex fundamento in lineâ aſcen-
dente & deſcendente prohibitio in infini-
tum extenditur, benè advertente Broch-
mand. *in art. de conjug. cap. 4. ſect. 7. pag.*
5079. Unde rectè & verè dicitur, non licere
Adamo protoplaſto, † mortuâ ſuâ uxore 10
Eva, ſi hodie reſurgeret vel etiamnum vive-
ret, uxorem ducere, quoniam omnes, quot-
quot vitalem ſpiritum haurimus, ex eo, ceu
communi patre nati ſumus, Gloſſ. *ad* §. *1.*
verb. infinitum Inſt. de nupt. & ibidem Her-
man. Vultejus *numer. 49.* Joach. à Beuſt *de*
matrim. c. 51. Borchmand. *dict. loc.* Johan.
Harppr. *ad dict.* §. *1. Inſt. de nupt. n. 4.* † Ex 11
quo apparet, quam inconſiderata ſit aſſer-
tio Gretſeri, conjugia nempe primi & ſe-
cundi gradûs (etiam in lineâ rectâ) non ita
eſſe intrinſecè mala, ut vel extremâ neceſſi-
tate, vel ſingulari Dei diſpenſatione non li-
cita fieri queant & gradibus lineæ rectæ ul-
tra quartum gradum permiſſa eſſe matri-
monia ſine ulla diſpenſatione, ſi quis eo us-
que viveret, *in diſput. matrim. 1. th. 11. &*
ſeq. † in quo luto etiam hæret Gothofred. *in* 12
ſumm. tit. extr. de conſanguin. §. *item quæri-*
tur. eumque ſecutus Angel. *ibid. in verb.*
matrimonium impedimento. quos proptereà
redarguit Didac. Covarr. *tom. 1. de matrim.*
part. 2. cap. 6. §. *6. n. 12. in fin.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Eliæ R. zu *D. die 27. Maji, An. 1613. (Ver-* 13
ba Sententiæ: Hat ſich eure Tochter Martha anfänglichen mit Urban *G.* verhey-
rathet gehabt; Nachdeme aber der Mann geſtorben / und ſie etliche Jahr hero
im Wittbenſtande gelebt/ hat ſich Matthes *C.* ſo gleiches falls ein Wittber und
ziemlich betagter Mann/ bey euch angeben und vorbringen laſſen/ wie daß er zu
bemeldter euer Tochter eine gute *affection* geſchöpffet/ alſo gar/ daß er/ wenn es
euer Wille wäre/ ſie zu ehelichen gemeynet/ geſtalt denn auch eure Tochter hier-
zu nicht ungeneigt iſt. Es hat aber der Pfarrer des Orts berichtet/ wie daß we-
gen naher Anverwandſchafft/ und weil Matthes *C.* eurer Tochter gleichſam an
Vaters ſtatt wäre/ zwiſchen ihnen die Ehe nicht zuläßlich/ darüber ihr von uns
berichtet ſeyn wollet. Ob nun wol euerm Vorgeben nach mehrerwehnter Mat-
thes *C. in lineâ rectâ aſcendente vel deſcendente* nicht zu befinden / in welcher allein
zwiſchen Eltern und Kindern die Ehe *in infinitum* verboten / ꝛc.)

Definit. LXXIV.

Nuptiæ inter ſuſceptorem ex baptiſmo ſeu patrinum, & alumnam vel baptiſatam contractæ pro illicitis non habentur.

S U M M A R I A.

1. *Subſiſtunt de jure civili nuptiæ inter filiam tutoris ejusdemq́; pupillum.*
2. *Non etiam inter tutorem ejusq́; filium & pupillam.*
3. *Ratio diverſitatis quænam? n. 4.*
5. *Ex conſuetudine Germaniæ aliud obſervatur.*
6. *Num licitæ contrahantur nuptiæ inter ſuſceptorem ex baptiſmo & baptiſatam?*
7. *De jure civili hæ nuptiæ ſunt prohibitæ.*
8. *Quam prohibitionem ad eorum proximos extendunt jura canonica.*

9. *Jura*

9. *Jura etiam Saxonica nuptias has improbant.*
10. *Rejicitur hæc prohibitio.*
11. *Nuptiæ illæ in Eccleſiis Evangelicorum pro licitis habentur.*
12. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 QUantumvis inter filiam tutoris ejusdemque pupillum juſtæ contrahantur nuptiæ, *l. libertum. 64. §. ult. ff. de rit. nupt. l. curatorem. 5.*
2 *C. de interdict. matrim. inter pupillam.* † attamen tutor vel curator, horumque filii à matrimonio pupillæ vel adultæ Senatusconſulto removentur, *dict. l. libertum. 64. §. 1. l. tutor. 36 l. Senatusconſulto. 59. l. quanquam. 62. ff. de rit. nupt. tot. tit. C. de interd. matr. in-*
3 *ter pupill. & tutor.* cujus diverſitatis † rationem vulgò hanc reddunt, quòd caſu poſteriori ſit præcavendum, ne tutor vel filius ejusdem matrimonium ineundo rationes tutelæ ſubterfugiat, *l. ſi tutor. 7. C. eod. tit.* idque vel minis, vel falſis perſvaſionibus.
4 Quod tamen periculum † in caſu priori haut metuendum, quia uxor tutoris filiæ imperandi poteſtatem non habet. Sed fruſtrà de ratione diverſitatis laboramus, poſtquam de jure canonico & conſvetudine
5 Germaniæ † matrimonium etiam inter tutorem & pupillam admittitur, Felin. *in cap. 1. n. 11. extr. de ſponſalib.* Salycet. *in l. ult.* C. *de interd. matrim.* Sichard. *conſ. 1. matr. n. 8.* Joh. Schneidwin. *ad tit. Inſt. de nupt. part. 3. n. 14. verſ. octavo.* Joach. à Beuſt. *de ſponſalib. c. 21. in fin.* Joh. Harppr. *ad §. ſunt & aliæ. 11. Inſt. de nup. n. 3.* Kitzel. *in ſynopſ. matrim. cap. 3. theor. 16. lit. f. & g.*
6 Quid † verò juris in patrino ſeu ſuſceptore ex baptiſmo, & alumna vel baptiſata? Nec inter haſce perſonas licitum ſubſiſtere matrimonium, † probatur *ex l. ſi* 7
quis alumnam, 26. verſ. ea videlicet. C. de nupt. quia baptiſata loco filiæ eſſe putatur. Cumque ex hac ſuſceptione cognationem ſpiritualem naſci exiſtiment † Canoniſtæ, pro- 8
hibitio hæc ad propinquos etiam ab iis extenditur ad aliquot gradus, *tot. tit. extr. de cognat. ſpirituali & cauſ. 30. quæſt. 3. & 4.* Beſold. *in diſcurſ. de nupt. cap 10. num. 11. pag. 56.* Harppr. *in dict. §. ſunt & aliæ. 11. num. 14.* Quò & † pertinet illud juris Saxonici *in* 9
Gloſſ. Landr. *art. 3. n. 7. lib. 1.* Nach der Gevatterſchafft nimmt man kein Erbe/ kommt auch nicht zur Vormundſchafft/ ſondern ſie hindert allein an der Heyrath und dem Eheleben.

Sed nugæ hæ † ſunt Pontificiorum & 10
figmenta cerebrina, nullibi in jure divino (quod in cauſis matrimonialibus potisſimùm attenditur) fundata; quare jam dudum à noſtris Eccleſiis fuêre exploſa, † per- 11
miſſo prædictis perſonis matrimonio, Joachim. à Beuſt. *de ſponſal. & matrim. part. 2. cap. 51. in fin.* ubi etiam adducit autoritatem Philippi Melanchth. *in loco de Conjug. de publ. prohibit. & in Ethic. de arbor. conſangv. & affin.* B. Luth. *in libell.* Vom ehelichen Leben/ *part. 1. fol. 165. & part. 2. fol. 176.* Martin. Chemnit. *in exam. Concilii Trident. part. 2. in fin.* Alber. Gentil. *de nupt. lib. 5. cap. ult.* Paul. Tarnov. *de conjug. lib. 1. cap. 64. & ſeqq.* Beza *in tract. de repud. & divort. p. 13.* Baſil. Monner. *in tract. de matrim. part. 4. cap. 5.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem* Bernhard S. zu T. *die 7. Sept. An. 1612.* 12
(*Verba Sententiæ:* Hat ſich euer Vetter Chriſtian S. nach Abſterben ſeines Weibes mit Jungfrau Chriſtinen M. in ein Ehegelöbniß eingelaſſen/ darein auch ihre Eltern verwilliget und öffentliche *ſponſalia* halten laſſen; Es wil aber darwider eingewendet werden/ daß/ weil bemeldter euer Bruder die Braut aus der Tauffe gehoben/ dergleichen Verlöbniß nicht beſtehen könne. Wenn nun gleich ſolches geſchehen/ und euer Bruder der Braut Pathe iſt; So wird doch/ deſſen ungeachtet/ das Verlöbniß für rechtmäßig gehalten/ und durch den öffentlichen Kirchgang und Trauung von ihnen billich vollzogen/ V. R. W.)

DEFINIT. LXXV.

In cauſis matrimonialibus circa propinquitatem conjugio adverſam non civilis, ſed canonica graduum computatio obſervari debet: & quænam hæc?

SUMMARIA.

1. *Quænam nuptiæ in lineâ collaterali prohibitæ? num. 2.*
3. *Ante omnia noſſe oportet computationem graduum.*
4. *Quæ eſt duplex: Civilis & Canonica.*
5. *Computatio civilis unâ abſolvitur Regulâ.*
6. *Tot nempe ſunt gradus, quot ſunt generationes.*
7. *Computatio canonica tribus conſtat Regulis:* Prima *eſt aſcendentium & deſcendentium.*
8. Altera *collateralium in lineâ æquali.*
9. Tertia *collateralium in lineâ inæquali.*
10. *Non exactè in rationem computationis inquirendum.*
11. *Quænam computatio in cauſis matrimonialibus obſervanda?*
12. *Pro civili haut pauci pugnant.*
13. *A quibus alii diſſentiunt canonicæ computationi inhærentes.*
14. *Computatio canonica in Imperio & provinciis Saxonicis recepta.*
15. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
16. *Ejusdem Sententiæ. n. 17.*

1 Quænam nuptiæ in lineâ collaterali ſint prohibitæ & inceſtæ, ex nomotheſiâ divinâ, *Lev. 18. & 20.* abundanter petere licet. Etſi enim primò generalis adſtruitur Regula: Ut nullus homo ad proximam ſangvinis ſui accedat, *dict. cap. 18. verſ. 6.* attamen explicatur poſtmodum ea per enumerationem graduum prohibitorum, *verſ. 7. & ſeqq.* ubi ſedecim exprimuntur perſonæ, quarum
2 conjugio interdicitur: † quibus ſi addas reliquas in pari gradu conſtitutas, res expedita erit, Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. cap. 4. ſect. 7.* Oſiand. *in Lev. 18.* Joh. Gerh. *in loco de conjug. n. 275.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. & matrim. part. 2. cap. 51.*

3 Noſſe † ergo oportet computationem graduum, h. e. intervallorum, quibus proximi ab invicem per generationem diſtant; generata quippe perſona ſemper gradum
4 adjicit, §. 7. *Inſt. de grad. cognat.* † Eſtque ea duplex: Civilis & Canonica. Illius Regula eſt catholica: *Numera generationes, &*
5 *gradus numeraveris.* † Aſcendendum nempe eſt ab unâ perſonâ, de qua quæritur, gradatim per proximas generationes ad ſtipitem communem, & rurſus deſcendendum in alterâ lineâ ad perſonam usque alteram, de
6 quâ quæritur; † quotque tum generationes intermediæ reperiuntur, tot gradus ſunt ſupputandi, veluti hunc dinumerationis modum oſtendit JCtus Paulus *in l. ult. §. 9. & 16. ff. de gradib. & affin.*

7 Canonica † verò ſupputatio tres continet Regulas. Prima eſt Aſcendentium & deſcendentium: *Quot ſunt perſonæ, de quibus quæritur, computatis intermediis,*
8 *unâ demtâ, tot ſunt gradus.* Altera † Collateralium in lineâ æquali: *Quoto gradu quis*
9 *diſtat à communi ſtipite, eodem inter ſe diſtant.* Tertia † Collateralium in lineâ inæquali: *Quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, eodem inter ſe diſtant. c. quod dilectio. cap. vir. qui extr. de conſangvin. & affin.* Joh. Andr. *in expoſ. arbor. conſang. §. ad inveniendum. & ſeqq.* Didac. Covarr. *part. 2. de matrim. cap. 6.* Bellarm. *de matrim. cap. 24. & 26.* Balth. Mentz. *de conjug. pag. 28. & ſeqq.* † In rationem harum ſupputatio- 10
num exactiùs inquirere nolumus, poſtquam rem ipſam tenemus, rejectis Interpp. canonibus, quos cruces ingeniorum appellitat Borcholt. *de gradibus pag. 10.*

Sed † quænam præferenda, & in matri- 11
monialibus cauſis adhibenda, penſitandum. Sunt enim, qui ſupputationis civilis partes propugnant, † Beza *de repud. & di-* 12
vort. pag. 22. & ſeqq. Zepper. *de legib. Moſaicis. 4. tit. 19.* Alber. Gentil. *lib. 5. de nupt. cap. 6.* Hafenreff. *in loco de conjug. pag. 624. & 631.* Paul. Cypræ. *de ſponſal. & matrim. part. 1. cap. 6. §. 3.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 3. n. 31. & ſeqq.* Borch. *de gradib. pag. 10.* † Alii verò canonicam tuentur, 13
Balthaſ. Mentz. *de conjug. pag. 32.* Martin. Chemnit. *in loco de conjug. p. 537.* Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 253.* Petr. Gregor. Tholoſ. *libr. 9. ſyntagm. jur. univerſ. cap. 30.* Eamque circa † proximitatem matrimonio 14
adverſam in Imperio pariter & terris Saxonicis receptam novimus, ut patet ex *Ord. Eccleſ. Elect. Sax. Rubr.* Von Eheſachen. *tit.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß mit einander einzulaſſen verboten. *& Ordin. matr. punct. 2. §.* Die Perſonen/ die ſeithalben. *& §.* Würde ſich aber. *Conſt. Elect. 22. & 24. part. 4.* Joach. à Beuſt. *de matrim. part. 2. cap. 51.* Cypr. *dict. §. 3. in fin.* Joh. Schneidwin. *ad tit. Inſt. de nupt. Rubr. de arbor. conſangvin. num. ult. & Rubr. de arbore canonicâ. n. 1.*

In

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ Adam S. contra* Marien *B. die 7. Julii Anno 1610.* 15
(Verba Decreti : Dieweil ſich in gehaltener Verhör befunden / daß Adam S. der beklagten Marien Großvaters Brudern Sohn / und alſo *juxta canonicam graduum ſupputationem*, darnach man ſich dißfalls zu richten / ihr im dritten *grad* ungleicher Linien zugethan und verwandt iſt ; So hat in dieſem Churfürſten-thum die Verehlichung nicht ſtatt / V. R. W.)

It. † *ad requiſitionem Rudolphi à Bünau in Weſenſtein die 24. Aug. An. 1608. (Verba Sententiæ*: Als ihr uns berichtet / daß Simon A. Annen / George H. nachgelaſſene Tochter / welche ihme der Blutfreundſchafft wegen alſo zugethan / daß ſie ſei-nes Großvatern Vaters Brudern Tochter iſt / zu Falle bracht und geſchwän-gert habe / und dahero gefraget / ob dieſe Vermiſchung dem Geblüte zu nahe / und höher als gemeine fleiſchliche Unzucht zu ſtrafen : Demnach erkennen und ſprechen wir vor Recht : Weil dieſe Perſonen *ſecundùm ſupputationem canonicam* einander näher nicht / denn im vierdten *grad* ungleicher Linien verwandt ; So mag dieſes *ſtuprum* nur für eine gemeine Unzucht an ihnen geſtraft werden / V. R. W.) 16

Et † *ad conſultationem D. Pauli Laurentii Superintendentis Dresdenſis die 1. Martii Anno* 17
(Verba Sententiæ: Ob wol Nicolaus T. hiebevor ſeines Groß-Vatern Schwe-ſter Tochter-Tochter zur Ehe gehabt / und drey Kinder mit ihr gezeuget / ſo noch alle am Leben / und itzo Dorotheen / derer Groß-Mutter auch ſeines Groß-Va-ters Schweſter geweſen / zur Ehe begehret. Dieweil aber ſolche Perſonen al-lerſeits einander im dritten Glied gleicher Linien dem Geblüt nach verwandt ; So iſt itztgedachter Nicol. T. mit bemeldter Dorotheen ſich zu verehelichen wol befugt / V. R. W.)

Definit. LXXVI.

Quos inter gradus conſanguinitatis connubium ſit vetitum, ex Nomotheſiâ pariter divinâ & legibus ac ſtatutis municipalibus cujusq; provinciæ decidendum.

SUMMARIA.

1. *Nuptiæ quænam ſint illicitæ, ex jure divino manifeſtum.*
2. *In quo nil quicquam hujus rei omiſſum.*
3. *Non modò ratio habenda perſonarum Lev. 18. & 20. nominatim expreſſarum.*
4. *Sed & aliarum, quæ in pari aut viciniore ſunt gradu.*
5. *Ratio hujus aſſertionis.*
6. *Sententia B. Lutheri de hac re.*
7. *Prohibitio divina à plerisque Magiſtratibus ad gradus aliquot remotiores eſt extenſa.*
8. *Ratio hujus aſſertionis. n. 9.*
10. *In matrimonio non ſaltem quid licitum, ſed etiam quid honeſtum eſt ſpectari debet.*
11. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 SUfficere equidem poſſet Nomotheſia divina *Lev. 18. & 20.* publicata ad diſcernendos gradus nuptiarum licitarum atque illicitarum, & dijudicationem connubii ratione proximitatis vetiti,
2 poſtquam in † eâ nihil omiſſum, quod à Deo prohibitum eſt, ſi juſtum adhibeatur moderamen, & æqualis ad ſimiles perſonas fiat extenſio, vel potiùs reductio ad gradus æquales, ut ſuccinctè demonſtrat Caſpar. Eraſm. Brochmand. *in artic.*
3 *de conjug. cap. 2. ſect. 7.* † Nec enim tantummodò prohibentur nuptiæ perſonarum, quæ nominatim *Lev. 18. & 20.* exprimuntur, ut forſan aliquando ſenſerit B. Luther. *tom. 1. germ. Jenenſ. f. 252.* quando ait: Gott rechnet nicht nach den Gliedern / wie die Juriſten thun / ſondern zehlet ſtracks die Perſonen / ſonſt weil Vaters Schweſter und Bruders Tochter in gleichem Glied ſeynd / muß ich ſagen / daß ich entweder meines Brudern Tochter nicht nehmen möchte / oder auch meines Vaters Schweſter nehmen könte : Nun hat GOtt Vaters Schweſter verboten und Bruders Tochter nicht verboten / die doch gleiches Glieds ſeyn. Sed † etiam omnium perſonarum, quæ in eodem pari ſeu æquali aut viciniore ſunt gradi, nuptiæ cenſentur prohibitæ, ne abſurditatis ſanctiſ- 4

 ſimum

ſimum Nomothetam arguamus, ſi liceret
patri ducere filiam ac matri nubere filio;
vel nepti ducere aviam, quia harum perſo-
narum conjunctio expreſsè non eſt inter-
5 dicta: Quin & Deum† non tàm ſeriem ver-
borum, quàm propinquitatem carnis ob-
ſervatam velle, dilucidè apparet ex *v. 6. Le-
vit. 18.* Non accedas ad propinquam carnis
tuæ, Brochmand. *dict. ſect.* 7. Joh. Schneid-
win. *ad tit. Inſt. de nupt. Rubr. in quibus gra-
dibus jus divinum prohibet matrimonium con-
trahi. n. 16.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. & ma-
trim. part. 2. c. 51.* Joh. Gerhard. *in loco de con-
jug.* §. 275. Brentius *in dict. c. 18. Levit.* & ibi-
dem Oſiand. Mart. Chemn. *part. 3. locor. de
conjug. 149.* Bidenbach. *de cauſis matrimon.
p. 44.*

6 In † quam ſententiam etiam tranſiit B.
Lutherus rectiùs informatus, revocando
id, quod ſub Reformationis initium docu-
erat, & prohibitiones Moſaicas ad gradus
reducendo, *in libello de cauſis matrimon. An.
1530. edito, tom. 2. Jenenſ. germ. fol. 257.* ubi
inter alia ait: Der Sipſchafft halber
und Glieder der Freundſchafft wä-
re mein Rath / man lieſſe es bey den
weltlichen Rechten bleiben / ꝛc. quod & in
pronunciando ſequuntur Conſiſtoria
Reformatorum, teſte Schneidwin. *dict.
loc.*

Attamen † plerisque in locis pii Magi- 7
ſtratûs, ceu Dei miniſtri & utriusque tabu-
læ Decalogi cuſtodes prohibitiones Moſai-
cas ad remotiores quoque gradus aliquan-
tulum extendendo, divinis mandatis ſua
quaſi circumduxerunt, non ut† illis vel ſta- 8
bilimentum ceu invalidis, vel limam ceu
impolitis, vel faſtigium ceu imperfectis ad-
hiberent, Joh. Major. *in diſp. de nupt. jure
divino prohib. Anno 1615. Jen. habit. cap. 12. n.
25.* ſed ut † propter vicinitatem illiciti et- 9
iam id, quod jure divino & naturali licitum
eſt, horreatur, D. Auguſt. *lib. 15. de civit. Dei.
n. 16.* Gerh. *dict. loco de conjug.* §. 345. Zeh-
ner. *de gradib. p. 56.* veluti exempla ſanctio-
num & legum provincialium adducit
Gerh. §. 343. ſecundum quas matrimoni-
um ratione proximitatis regulari debeat,
quippe in quibus non ſolùm quod licet, † 10
ſed & quod in quâque provinciâ honeſtum
habetur, ſpectari ſolet, *l. ſemper in conjun-
ctionibus. 42. ff. de rit. nupt. & l. ſemper. 197.
ff. de Reg. jur.* Alber. Gentil. *lib. 5. de nupt.
cap. 13.* Ludolph. Schrad. *ad tit. de nupt.
part. 2. n. 71.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Hanſen H. *incolæ comitatûs Hennebergi-* 11
ci, die 17. Junii An. 1626. (*Verba Sententiæ.* Daß euer Sohn Hans mit ſeines
Großvaters Bruders Tochter-Tochter / vermöge heiliger göttl. Schrifft /
auch Käyſerl. Rechtens / und der Churfl. Sächſ. Ehe-Ordnung ſich in Ehege-
löbniß einzulaſſen wohl befugt; Da aber in der Fürſtlichen Graffſchafft Hen-
neberg ein anders verordnet oder hergebracht iſt; So habt ihr euch darnach
zu achten / V. R. W.)

DEFINIT. LXXVII.

In Eccleſiis atque provinciis Electoratûs & Ducatuum Saxonicorum prohibitio matrimonii ad tertium usque gradum collateralis lineæ inæqualis incluſivè, easque perſonas, quæ ſunt ſibi invicem loco parentum & filiorum, ſe extendit.

SUMMARIA.

1. *In lineâ rectâ connubium prohibetur in infinitum.*
2. *In lineâ collaterali ad leges prohibitionum pariter divinas & provinciales eſt reſpiciendum.*
3. *Pia intentio Magiſtratûs prohibitionem divinam ad gradus remotiores extendentis.*
4. *Quibus in gradibus vetitum eſt matrimonium in provinciis Saxonicis?*
5. *Apparet hoc ex Ordinat. Eccleſiaſticâ & matrimoniali Saxonicâ.*
6. *Prohibitum eſt connubium inter perſonas, quæ ſibi invicem ſunt loco parentum & liberorum. n. 7.*
8. *Schema graduum prohibitorum in Eccleſiis Electoratûs & Ducatuum Saxonicorum.*
9. *Ex quo regulam & informationem petere licet. n. 10.*
11. *Cui obedientiam tenentur præſtare ſubditi.*

12. *Quæ*

12. *Quæ ſunt moris, obſervari debent.*

1 NOn agimus hîc de lineâ rectâ, ubi inter aſcendentes & deſcendentes in infinitum usque connubium eſt prohibitum, ut dixi *ſupr. Defin. 73.* de quo forſan minus dubium. Sed quid in
2 lineâ collaterali obtineat, diſpiciendum: † in quâ utplurimùm Magiſtratus prohibitionem matrimonii ultra gradus in Nomotheſia divinâ *Levit. 18. & 20.* expreſſos extendit, *Defin. præced.* non quaſi leges divinæ eſſent imperfectæ & inſufficientes, vel correctio quædam iis adhibenda; aut melius noverint homines, quæ perſonæ ad matrimonium ſint aptæ, & quousque ſe extendant cognationis gradus, quàm ipſe-
3 met Deus; ſed † ut vallum ac ſepimentum aliquod divinæ prohibitioni adderent, cùm ſint cuſtodes utriusque Decalogi tabulæ; perinde ut hortulani, licet areolas interiores exoticis ſeminibus conſitas vacerris aut clathris ligneis incluſerint, tamen etiam pomariis & oleribus ſepem prætendere ſoleant, ut omnis aditus ad vacerras furibus ac beſtiis tantò firmiùs præcludatur, veluti hoc ſimile adducit Zehner. *de gradib. pag. 56.* Gerhard. *in loco de conjug.* §. *345.*
4 Hoſce † ſecuti Principes ac Electores Saxoniæ Sereniſſimi, prohibitionem matrimonialem divinam ad alios etiam gradus remotiores extendere haut dubitaverunt, ita ut in lineâ collaterali vetitum ſit matrimonium usque ad tertium gradum lineæ inæqualis incluſivè. Quo de fidem facit
5 † *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. ſub tit.* Von

13. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

Eheſachen. *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß mit einander einzulaſſen verboten. §. Die Perſonen / welche ſeithalben / ꝛc. & *Ordin. matrim. de An. 1624. punct. 2. §. 2. ibi:* Die Perſonen / welche ſeithalben einander im dritten Glied ungleicher Linien verwandt ſeyn / ſollen einander nicht ehelichen / als da ſeyn alle die Perſonen / ſo von einerley Eltern Vaters oder Mutters halben gebohren und herkommen / und von ihren gemeinen Eltern anzurechnen / die eine Kindes-Kindes-Kind / die andere Kindes-Kind iſt / und alſo nach der Perſoh / von welcher ſie zugleich ihren Urſprung haben / ihr eines die andere und eines die dritte Perſon iſt / und was auch unter denen einander näher verwand ſeyn mag / dieſe alle ſollen ſich in Ehegelöbniß nicht einlaſſen. Hiſce &
additur † alia prohibitio in gradu remotiori quarto lineæ inæqualis, quæ ſaltem eas reſpicit perſonas, in quibus eſt reſpectus paternæ reverentiæ, quæque ſunt ſibi invicem loco parentum & filiorum, *in verb. dict.* 6
† *Ordin. Eccleſ. & matrimon.* Wie dann auch 7
niemand ſich mit des Großvaters Vatern oder Großmutter Mutter Geſchwiſter / weil dieſelbe der Eltern ſtatt halten / ehelich verloben ſol / ꝛc. Gerh. *dict. loco.* §.
341. Sanctio † hæc vetiti connubii in Ec- 8
cleſiis & provinciis Electoratûs ac Ducatuum Saxonicorum ut clarior fiat, ſchema graduum prohibitorum ſit hoc;



9 Omnes † in hoc ſchemate generationes gradusque expreſſi & nominati non admittunt nuptias, ſed prohibitum eſt hiſce in gradibus connubium, permiſſum verò in reli-

reliquis omnibus non expreſſis remotioribus, præterquam quòd nec cum abavi, atavi aut tritavi, aliorumque aſcendentium fratribus & ſororibus, ſi in vivis eſſent, nuptias inire liceat, *ut infrà Def. 80.* dicemus. Ha-
10 bent † ergò incolæ Electoratûs & Ducatuum Saxoniæ hanc regulam & normam ſibi præſcriptam in contrahendo connubio, ne in leges pariter divinas & provinciales impingant, nec illicitas & inceſtas nuptias contrahant; tenentur enim ſubditi etiam
11 illis legibus, † quas cujusque provinciæ Magiſtratus gravi conſilio & utili fine de prohibitis cognationum gradibus promulgat, obedientiam præſtare, nec ſolùm à matrimoniis in Levitico prohibitis, ſed etiam ab illis, quæ per leges municipales ſunt interdicta, abſtinere, Gerhard. *dict. loc. §. 343. in pr.* † Nam & aliàs Religionis cu- 12
jusque mores & ſtatuta obſervari debent, *l. 1. §. ult. ff. de ventr. inſpic. l. ſi ſervus. 50. §. ult. de legat. 1. l. quod ſi nolit. 31. §. qui aſſidua. ff. de ædil. edict. l. ſemper in ſtipulationibus. 34. ff. de Reg. jur. l. 3. §. ult. ff. de teſtib.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Antonii Clauſſens Prætoris Leiſnicenſis, die 1. 13
Aug. An. 1618. (Verba Sententiæ: Dieweil in der Churfürſtl. Sächſ. Kirchen- und Ehe-Ordnung denen / welche von dem gemeinen Stamme anzurechnen ſeitwerts eines die andere / und eines die dritte Perſon iſt / und ſie alſo im dritten Grad ungleicher Linien / oder welche ſonſten einander näher verwandt ſeyn / die Ehe verboten / in fernern oder weitern Grad aber zugelaſſen: Und in gegenwärtigem Fall beyde Perſonen *in gradu longè remotiori* befunden worden: So mögen ſie auch ungehindert bemeldter Eh-Ordnung ſich mit einander in ein beſtändiges Ehegelöbniß wohl einlaſſen / V. R. W.)

DEFINIT. LXXIIX.

Licitæ non contrahuntur nuptiæ in provinciis Electoratûs & Ducatuum Saxonicorum à duorum fratrum ſororumvè duarum, vel fratris & ſororis liberis.

SUMMARIA.

1. *Specialis demonſtratio prohibitarum nuptiarum in provinciis Saxonicis.*
2. *Illicitæ contrahuntur nuptiæ in primò gradu lineæ æqualis, & ſecundo lineæ inæqualis.*
3. *Ex prohibitione pariter divinâ.*
4. *Et juris Cæſarei.*
5. *Nec non de jure Pontificio.*
6. *Et provinciali Electorali.*
7. *Prohibentur etiam conſobrini nuptias contrahere.*
8. *Non modò in Electoratu Saxoniæ.*
9. *Sed etiam in provinciis aliorum Sax. Ducum.*
10. *Ut & in Marchiâ & Ducatu Würtembergico.*
11. *Secus de jure divino & civili.*
12. *Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n. 13.*

1 SPecialius jam demonſtrabimus, quibus in gradibus permiſſæ ſint nuptiæ hiſce in provinciis, & rurſus in quibus gradibus prohibitæ. A poſterioribus autem ut incipiamus, ex ſchemate *Def. præced.* poſito nemo, opinor,
2 inficias ibit, † nuptias contrahi illicitas & inceſtas in primo pariter lineæ æqualis, nempè à fratribus & ſororibus, ac ſecundo gradu lineæ inæqualis à patruo & fratris filiâ, avunculo & ſororis filiâ; amita & fratris filiô; & matertera & ſoro-
3 ris filiô etiam ex † prohibitione divinâ, *Levit. 18. verſ. 12. & ſeqq. cap. 20. verſ. 19.* cui
4 accedit jus civile. † §. *inter eas quoque perſonas. 2. §. fratris verò. 3. & §. item amitam. 5. Inſt. de nupt. l. nemini. 17. C. de nupt. l. ult. C. de inceſt. & inutil. nupt. l. 2. C. ſi nuptiæ ex reſcript. pet.* & † Pontificium, *cap. non debet. extr. de conſanguin. & affinit. c. de conſangvinitate. c. quædam. 50. qv. 5.* Nec non *Ordinatio Eccl. Electoralis Saxonica* † *ſub tit.* Von Eheſachen. *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß ꝛc. *Ordin. matrimon. de Anno 1624. punct. 2. §.* Die Perſonen / welche ſeithalber ꝛc. Prætermiſſis ergò hiſce gradibus, omnibus indifferenter gentibus ex jure divino prohibitis, tranſimus ſtatim ad gradum ſecundum lineæ æqualis, hoc † ſchemate præfiguratum: 7

Patet

Pater
Mater

Filius | Filia

Neptis | Conſobrini. | Nepos.

Qui facit conſobrinos, duorum nempè fratrum, ſororumvè duarum vel fratris &
8 ſororis liberos, † inter quos prohibitum eſt connubium ex ſpeciali ſanctione in provinciis Electoratûs Saxonici, *Conſtit. Mauritii Elector. de Anno 1543. p. 31. Conſt. de Anno 1557. pag. 187. Ordin. eccleſiaſt. & matrim. dict. loc. Edicto ſpeciali ſub dato Dresd. 31. Maji Anno 1625.* Parilis † extat prohibitio in Du- 9
catibus reliquorum Celſiſſimorum Saxon. Ducum, teſte Baſilio Monero *de matrim. part. 4. cap. 1. n. 14.* Matth. Col. *part 2. deciſ. 2. n 2.* item in † Marchiâ, Scheplitz *in* 10
conſvetud. Marchic. part. 1. tit. 2. §. 1. & Ducatu Würtembergico, Bidenbach. *de cauſ. matrim. tit. de conſangvinit quæſt. 1. pag. 78.* Dico autem ex ſpeciali ſtatuto & lege provinciali hæc obtinere, † quia de jure pariter 11
divino & Cæſareo res aliter ſe habet, ut demonſtratum dabo *infrà Defin.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem* Hanſen G. zu L. *die 21. April. Anno 1618.* 12
(Verba Sententiæ: Habt ihr auf Jungfrau Marien Magdalenen / Martin K. Tochter eine Liebe und Zuneigung geworffen / alſo / daß ihr dieſelbe gäntzlichen zu ehelichen gemeynet / wie ihr denn allbereit deßwegen Werbung thun laſſen. Wenn nun gleich bemeldte Maria Magdalena ſich hierzu verſtehen / dero Eltern auch ihren Conſens geben und darein verwilligen würden: Dafern aber dennoch ihre Mutter euers Vaters Schweſter/und ihr alſo mit gedachter Marien Magdalenen zweyer Geſchwiſter Kinder wäret; So möchte euch / zuwider unſers gnädigſten Churfürſtens und Herrns Ehe-Ordnung/gedachte Marien Magdalenen zu ehelichen nicht verſtattet werden/ V. R. W.)

Et † *ad requiſitionem Superintendentis Chemnicenſis ac Præfecti* in Auguſtsburg / *die 6.* 13
Jan. An. 1619. (Verba Sententiæ: Wir haben euern des Superintendenten eingeſchickten Bericht/darinnen ihr uns die begangene Schwängerung George W. mit Marien/George F. hinterlaſſenen Tochter/und dahero von ihnen begehrte Verehlichung zu erkennen geben/verleſen hören / und ihr der Schöſſer werdet ſolches aus inliegender Abſchrifft befinden. Wann dann aus angezogenem Bericht zu vernehmen / daß bemeldte Perſonen einander *in ſecundo gradu conſangvinitatis lineæ inæqualis* verwandt / und in der Churfl. Sächſ. Kirchen-Ordnung verſehen/ daß ſolche Perſonen in dieſen Landen nicht getrauet / noch geduldet werden ſollen; Als werdet ihr die *ſupplicant*en darauf beſcheiden/ꝛc.)

Definit. LXXIX.

Nuptias quoque illicitas contrahunt in hiſce provinciis conſangvinei collaterales, qui gradu tertio lineæ inæqualis ab invicem diſtant.

SUMMARIA.

1. *Duplici modo contrahuntur nuptiæ illicitæ in gradu tertio lineæ inæqualis.*
2. *Etiam cum parentum conſobrinis.*
3. *Schemate demonſtrantur hæ nuptiæ.*
4. *Prohibitæ ſunt non modò hiſce in provinciis,*
5. *Et quâ ex ratione?*
6. *Sed etiam in Ducatu Würtembergico,*
7. *Ducatu Slesvicenſi.*
8. *Et in Comitatu Hennebergico, nec non Revaliæ.*
6 in pronunciando † ſecuti ſunt Scabini Electorales Lipſienſes *in caſu, quo quis cum defunctæ conjugis ſororis filiâ nuptias celebraverat, Menſ. Jul. An. 1634.* & rurſus: *quando quis avunculi viduam in uxorem*
7 *duxerat, Menſ. Aug. An. 1634.* † utriusque hujus tenorem verbotenus retuli *in Juriſpr. Forenſ. ad Conſt. Elect. 23. part. 4. Defin. 11.* videatur quoque Bidenbach. *in tract. de matrim. cap. 3. q. 5. p. 45.* Etſi enim Moyſes vetat
8 matrimonium in gradu prohibito; † attamen de facto contractum & conſummatum non diſſolvit, ſed tantummodò pœnam addit: Portabunt, *inquit*, ambo iniquitatem eorum, & ſine liberis morientur, *Levit. 20.*
9 neque hinc diſſolvitur connubium † Jacobi cum duabus ſororibus initum, *Geneſ. 29.* nec Abrahami, qui ſororem ex uno eodemque patre, ſed aliâ ex matre duxerat, *Gen. 21.* Quo & facit † illud juris pontificii: quòd ſi 10
duo contraxerint matrimonium, ignari conſanguinitatis, quam poſteà primum reſciverunt, ſeparari haut debeant, ſi cohibitare velint, *c. unic. in verb. ſcienter. extr. de conſang.* Felin. *in cap. examinata. extr. de judic.* † & multa ab initio facilius impediuntur, 11
quam ſi facta fuerint, reſcindantur, *cap. quemadmodum. 25. extr. de jurejur.*

Quod ipſum tamen cum micâ ſalis accipi velim. (1.) Ut † non extendatur hæc aſ- 12
ſertio ad aſcendentes & deſcendentes in lineâ rectâ, & gradum primum lineæ æqualis ob inſigne & deteſtabile ſcandalum, quod ejusmodi connubium dirimi ſuadet, præeunte D. Paulo excommunicante Corinthium, qui novercam ſuam attigerat, Joach. à Beuſt. *dict. cap. 52. in pr.* (2.) † Neque pœ- 13
nam hoc matrimonium excludit: quemadmodum enim inceſtus etiam ſub conjugii prætextu in gradibus prohibitis committitur, ut demonſtravimus *in Pract. crimin. part. 2. qu. 73. n. 89. & ſeqq. & q. 74. n. 87. & ſeqq.* ita † & pœnam inceſtûs hoc caſu ob- 14
tinere quivis facilè conceſſerit, ut diximus *in Juriſpr. Forenſ. ad Conſt. Elector. 23. part. 4. Defin. 12.* licèt eam † in favorem matrimonii 15
ex parte mitigandam exiſtimaverim, *Dict. Defin. 12. n. 5. & 6.* Cæterùm hoc in caſu circumſtantias nunquam excluſas velim, ob quas diſſolutioni, præſertim contractis ſaltem ſponſalibus, locus eſſe poteſt, etiam ex mente B. Lutheri, quem allegat Gerhard. *in loc. de conjug. §. 347. p. 515.* Vide quoque Caſp. Eraſm. Brochm. *in art. de conjug. c. 4. quæſt. 51.*

Ita † Conſiſtorium Dresdenſe ante ejus renovationem, in caſu, quo quis ſororis uterinæ filiam in matrimonium duxerat & nuptias jam conſummaverat, die 16. April. Anno 1585. 16
(*Verba Conſilii:* Als erklären wir uns hiermit nochmals/ wie zuvor/ daß die Ehe

in-

in ſolcher Verwandniß in göttlichen Rechten verboten/ und derowegen von dieſen beyden Perſonen billich hätte nachbleiben ſollen. Weil aber nunmehr zwiſchen ihnen die Ehe allbereit vollzogen/ und nicht mehr *res integra* iſt; So können wir auch nicht rathen/ daß dieſe Ehe wiederum zerriſſen werden ſolte/ aus Urſachen/ daß in H. Schrifft zu befinden/ ob wol Moyſes die Ehe in näher Verwandniß und Blutfreundſchafft verboten/ ſo wird doch dabey nicht vermeldet/ daß er diejenigen/ ſo allbereit in ſolchen *gradibus* zuſammen geheyrathet/ wieder von einander geſcheidet oder getrennet hätte: Zu deme ſeyn auch Exempel/ daß bey den Ertzvätern ſolche und dergleichen Heyrath geduldet worden. Was dann die Strafe der hohen Obrigkeit anlangen thut/ werden dieſe Perſonen durch vornehme/ vertraute/ anſehnliche Freunde bey derſelben um gnädigſte Ausſöhnung unterthänigſt anzuſuchen und zu bitten wiſſen/ ꝛc. Letzlich ihren Gewiſſen betreffende/ müſſen ſie dieſes ihr Beginnen dem getreuen Gott demüthig abbitten / und ſtehet darneben bey ihnen/ ob ſie etwas zu milden Sachen anordnen oder ausſpenden laſſen wollen/ damit auch andere Chriſten ihnen zu ſolchem ihren Eheſtande von GOtt Segen und Wohlfarth erbitten mögen. Das haben E. Gn. welcher wir zu dienen willig/ hinwieder ſich darnach zu richten/ zu begehrter Antwort nicht verhalten ſollen/ ꝛc.) *ap. Georg. Dedekenn. vol. 3. lib. 3. ſect. 3. n. 2.*

Et † in literis ad Sereniſſimum Saxoniæ Electorem, die 27. Aug. Anno 1630. (*Verba Conſilii:* Eu. Churfl. Durchl. haben auf unſern am *12. Julii* nächſthin überſchickten unterthänigſten Bericht Chriſtoph R. zu F. ſo vor etlichen Jahren nach ſeines Bruders Jacob R. Tode deſſelben hinterlaſſene Wittbe in Böhmen ihme trauen laſſen/ und mit ihr 2. Kinder gezeuget/ ſich auch in dieſen Landen aufzuhalten gemeynet/ betreffende/ uns gnädig anbefohlen/ weil dieſes gleichwol ein ärgerlicher Fall/ daß wir die Sachen wohl erwegen/ und E. Churfl. Durchl. ob ſolchem Suchen ſtatt zu geben/ unſer Bedencken eröffnen ſolten/ ꝛc. *junct. verbis poſterioribus:* Jedoch dergeſtalt und alſo/ daß zu Verhütung mehrers Aergerniß der Verbrecher Chriſtoph R. unter dem Amt Auguſtsburg/ u. inſonderheit zu F. nicht zu dulden/ ꝛc.) 17

It. † ad conſultationem Iſaac M. zu *H. die 27. Mart. An. 1618.* (*Verba Sententiæ:* Daß die zwiſchen eurer Tochter Annen und Jacob H. im dritter Grad ungleicher Linien der Schwägerſchafft auf vorgehende öffentliche *Proclamation* durch eheliche Trauung und Beywohnung vollzogene Ehe ſo weit *pro illegitimo conjugio* nicht zu halten/ daß daſſelbige nicht *ratum* ſey/ oder *reſcindi*ret werden ſolle. Dieweil aber gleichwol vor dem dritten Aufgeboth der *Superintendens inhibi*ret/ und ihnen ohne vorgehende *Diſpenſation* mit der *Copulation* verfahren zu laſſen nicht gebühret hat; So werden ſie derentwegen nicht unbillich in willkührliche/ iedoch nach Gelegenheit der angeführten Umſtände in leidliche Geldſtrafe genommen/ V. R. W.) 18

Et † Superintententendi ac Senatui Oſſitienſi, die 2. Maji An. 1614. (*Verba Reſcripti:* Demnach wir aus euerm eingeſchickten Bericht vernommen/ daß Hans Wolff von H. beſchehener *Inhibition* ungeachtet mit ſeines verſtorbenen Weibes Mutter Schweſter Tochter ſich ehelich trauen laſſen; So verbleibets dabey billich. Begehren aber/ ꝛc. Ihr der Amts-Voigt wollet die verwirckte 100. Thlr. Strafe benebenſt euern des Superintendentens Bothenlohn unſäumlich einbringen/ und ſolche 100. Thlr. anhero ins Ober-*Conſiſtorium* überſenden/ ꝛc.) 19

DEFINIT. C.

Sponſalia tamen, licet publica, in gradibus jure divino prohibitis contracta ſunt reſcindenda.

SUMMARIA.

1. *Num reſcindenda ſponſalia in gradibus prohibitis contracta?*
2. *Diſpenſare poteſt Magiſtratus in gradibus jure municipali prohibitis.*
3. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
4. *Quo tamen caſu ſponſalia aliàs reſcinduntur.*
5. *Multò magis reſcindenda ſponſalia in gradibus jure divino prohibitis contracta.*
6. *Ratio hujus aſſertionis. n. 13. 14. 15.*
7. *Faciliùs diſſolvuntur ſponſalia, quàm matrimonium.*

8. Nu-

8. Nuptiæ conſenſu contrahuntur.
9. Quoad effectum indiſſolubilitatis nulla differentia inter ſponſalia & matrimonium.
10. Sponſalia ipſum matrimonium non ſint.
11. Sponſalia nuptias antecedunt.
12. Differentia inter ſponſalia & matrimonium.
16. Ceſſante ratione juris ceſſat jus ipſum.
17. Sententia Conſiſtorii Supremi.

1 QUid verò juris in ſponſalibus, ſi
benedictio ſacerdotalis nondum
acceſſerit? Non equidem negaverim,
in gradibus jure municipali ſolummodo prohibitis ſi celebrata fue-
rint ſponſalia, fas † eſſe Magiſtratui diſpen- 2
ſare, ac licentiam & facultatem per copulam eccleſiaſticam eam conſummare contrahentibus concedere, ſi præſertim acceſſerit concubitus; veluti decrevit

Conſiſtorium † *Supremum in causâ* Marien/Hanſen S. Tochter zu F. Klägerin an 3
einem/ Hanſen F. zu R. Beklagten anders Theils/ *die 20. Sept. Anno 1615.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter nicht verneinen kan/daß er die Klägerin ſeine Muhme und Dienerin/ welche im dritten Grad ungleicher Linien dem Geblüte nach ihm verwandt iſt/ mit der Zuſage/ ſie nimmermehr zu verlaſſen/ geſchwängert; So iſt er auch in Zeit Sächſ. Friſt/die Ehe mit ihr/iedoch ohne Gepränge zu vollziehen ſchuldig/und werden hierüber beyde Theile auf Erkäntniß der Schöppenſtüle in Strafe billich genommen/ V.R.W.

4 Attamen regulariter † hoc in caſu ſpon-
ſalia reſcinduntur, ut diximus *ſupr. Def. 83.*
Ex quo ultrò ſequitur, in gradibus jure divi-
no prohibitis ſponſalia contracta multò ma-
5 gis diſſolvenda fore, † ſi nondum per bene-
dictionem ſacerdotalem matrimonium fue-
rit conſummatum, ita ut diſpenſationi locus
6 non ſit. Nec enim † ſcandalum, ob quod
evitandum nuptias per copulam eccleſiaſti-
cam conſummatas haut reſcindendas dixi-
mus *Defin. præced.* hoc caſu impedimento
7 eſt diſſolutioni: † Quin & aliàs facilius diſ-
ſolvuntur ſponſalia, quàm matrimonium.
8 Etſi enim nudo conſenſu † nuptiæ contra-
huntur. *l. nuptias, 30. ff. de Reg. jur. l. ſufficit.*
ff. de ſponſal. l. ſi donationum. C. de nupt. can.
aliter. 30. quæſt. 5. can. honorantur. 32. quæſt.
9 *2.* & ſic † quoad effectum conſortiis & in-
diſſolubilitatis nulla ferè inter ſponſalia &
matrimonium exiſtat differentia, ut demon-
ſtravimus *Reſponſ. Electorali. 108. libr. 5.* atta-
10 men ſponſalia † ipſum matrimonium non
ſunt; aut ſi omninò ſint, pro inchoato tan-
tùm matrimonio, non conſummato haben-
11 tur: Antecedunt † ſiquidem nuptias, di-
verſamque ab iis habent rationem, Balthaſ.
Mentzer. *in tractat. de conjugio. pag. 174.*
Litzel. *in ſynopſ. matrimon. cap. 14. theor.*
12 *1. lit. a.* † Eſtque inter ſponſalia & ipſum
connubium ſeu matrimonium perpetua hæc
differentia, quæ eſt inter promiſſionem non
promiſſi exhibitionem, inter ſpem & rem,
ut loquitur Mentzer. *in Diſput. ſingul. de*
quæſt. Num ſponſis ante ſolemnem in Eccle-
ſia beuedictionem & copulationem con-
nubentibus publica pœnitentia juſtè impo-
natur? &c.

Cùmque † matrimonii diſſolutio vel 13
propterea ſaltem evitanda ne quos Deus
conjunxit, quibusque ſuam per ſacerdotem
Eccleſiæ promiſit benedictionem, rurſus ſe-
parentur, non certè ſponſaliorum disruptio-
ni hæc ratio obſtare poterit; quare nec à
ſponſalibus ad ipſum matrimonium & vice
verſâ argumentari licet. † Publicâ namque 14
benedictione quaſi à DEO ipſo per os mini-
ſtri ſui loquentis, ſpectantibus Angelis & ho-
minibus, perſonæ deſponſatæ copulantur,
atque hinc Deo individui conſortii initium
conſecratur, Beuſt. *de ſponſal. & matrim. in*
præfat. part. 2. verſ. quod verò ad noſtras ce-
remonias, &c. à quo † tempore demum ma- 15
trimonium incipit myſterium inter Chri-
ſtum & Eccleſiam deſignare, *ad Epheſ. 5. 29.*
& ſeqq. ut profectò abſque inſigni ſcanda-
lo id non rumpatur, quæ tamen ratio in
ſponſalibus planè deficit, † ut benè dixeri- 16
mus, deficiente ratione alicujus juris, ipſum
jus deficere, *cap. cum ceſſante. 60. extr. de ap-*
pellat. l. generaliter. 52. §. 1. C. de Epiſcop. &
Cler. l. cum pater. 77. §. dulciſſimis. 20. ff. de le-
gat. 2.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem D. Pauli Laurentii, die 15. Jun. Anno 1608.* 17
(*Verba Sententiæ:* Demnach ihr uns berichtet/daß Matthes S. Röhrmeiſter vorm Williſchen Thor allhier am vergangenen Pfingſt-Montage mit Marthen/ Hanſen K. Tochter/öffentliche Verlöbniß gehalten/welche itzt allererſt eingenommenem Bericht nach/ ſeines vorigen Weibes halben Bruders Tochter und ihme alſo im andern Grad der Schwägerſchafft ungleicher Linien verwandt iſt/ und derent-

derentwegen unſer Erkäntniß/ ob ſolche zwo Perſonen einander zur Ehe nehmen können/ gebeten. Als erkennen und ſprechen wir hierauf vor Recht; Weil dieſer Grad in heiliger göttlicher Schrifft/ auch weltlichen Rechten verboten/ daß berührtes Ehegelöbniß für nichtig zu achten/ und die *contrahen*ten von ihrem Vornehmen ernſtlich abzuweiſen/ V.R.W.)

DEFINIT. CI.

Prohibitum eſt matrimonium in ſecundo genere affinitatis in lineâ rectâ; quare nec privignus vitrici ſui viduam, nec vitricus viduam defuncti ſui privigni in uxorem ducere poteſt.

SUMMARIA.

1. *Affinitas non propagatione contrahitur.*
2. *Triplex affinitatis genus.*
3. *Et quodnam illud? n. 4. 5. 6.*
7. *Gradus iidem in triplici affinitatis genere.*
8. *Affinitas non mutat gradum.*
9. *Licèt plures intervenerint nuptiæ.*
10. *Olim jus canonicum in omni affinitatis genere nuptias prohibebat.*
11. *Hodie ſecundum & tertium genus ſublatum. n. 12.*
13. *Moribus noſtris in ſecundo etiam affinitatis genere in lineâ rectâ nuptiæ ſunt prohibitæ.*
14. *Quænam Cypræi ſententia hac de re?*
15. *Privignus à vitrici, & hic à privigni viduâ abſtineat.*
16. *Fundamenta hujus aſſertionis.*
17. *De jure etiam divino nuptiæ hæ prohibitæ.*
18. *Nec non de jure civili.*
19. *Rejicienda hic ſanctio juris canonici.*
20. *Prohibitæ quoque ſunt hæ nuptiæ de jure municipali.*
21. *Quidam hanc aſſertionem certis modis limitant. n. 22.*
23. *Conſiſtorii Wittebergenſis hac de re conſilium. n. 24.*
25. *Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n. 26.*

1 QUùm affinitas non propagatione, ſed duorum in unam carnem unione contrahatur; unio verò defuncto conjuge quandoque cum aliis perſonis multiplicetur, ex quo ſanè nova inducitur affinitas, non poteſt non diverſi ea eſſe generis; quod vulgò † triplex 2
conſtituunt: *Primum* eſt, quod mediante unâ perſonâ; *Secundum* mediantibus duabus perſonis: *Tertium* autem tribus mediantibus contrahitur, † ut ex ſchemate hoc colligere licet: 3



4 Hinc quia † perſonâ additâ perſonæ per matrimonialem conjunctionem contrahitur affinitas, Maria conjux Johannis eſt affinis Petro, Chriſtiano, aliisque Johannis conſanguineis in primo affinitatis ge-
5 nere: † Defuncto Johanne ſi vidua nubat Paulo, mediantibus duobus perſonis Paulus fit affinis Petro, aliisque defuncti Johannis conſanguineis in ſecundo affinitatis genere: Mortuâ verò Mariâ † ſi Paulus ducat Martham, tribus perſonis mediantibus inter Martham & Petrum aliosque Johannis conſanguineos in tertio genere contrahitur affinitas. 6

Triplicis hujus affinitatis † gradus diverſi non ſunt, ſed iidem in omni genere: ita ut Petrus in primo lineæ æqualis, 7

 Chri-

Chriſtianus verò in ſecundo gradu lineæ
inæqualis ſit affinis tàm Mariæ, quàm Paulo
& Marthæ, licèt in genere affinitatis diver-
8 ſo; Nempe quia perſona † perſonæ addita
per carnis copulam mutat genus attinentiæ,
non gradum, *Gloſſ. in cap. pen. extr. de con-*
ſanguin. & affinit. Quin & porrò hinc ſe-
quitur, non mutato ſexu non mutari genus
9 affinitatis, † licèt plures intervenerint nu-
ptiæ: Nimirum mulier ſeptimo nubens,
Matth. 22. verſ. 25. nunquam immutavit
genus affinitatis: ſed omnes ac ſinguli mari-
ti ipſius cognatis non niſi primo in genere
fuerunt affines, quia ſexus haut fuit immu-
10 tatus. Etſi verò † olim jus canonicum in
primo genere affinitatis nuptias ad ſepti-
mum usque gradum prohibebat, *c. nulli. 35.*
quæſt. 5. in ſecundo usque ad quartum; in
tertio autem usque ad ſecundum gradum,
Hoſtienſ. *in Summar. extr. de eo qui cognov.*
11 *conſangu. uxor. ſuæ. num. 5.* attamen † ho-
die ſecundum & tertium genus affinitatis de
jure canonico nuptiis impedimento haut
eſt, *cap. non debet. cap. quod ſuper. extr. de*
conſanguin & affinit. Didac. Covarr. *de ma-*
trim. part. 2. cap. 6. §. 7. num. 6. Joh. Schneid-
vvin. *ad tit. Inſt. de nupt. Rubr. de arbore*
12 *affin. num. 11. verſ. ſed hodie &c.* Unde †
diſtinctionem illam diverſorum affinitatis
generum, tantummodò propter canones
antiquos docendi & perſpicuitatis cauſâ to-
lerari, cæteroquin exiguum ejus uſum eſſe
dicit Reinh. Bachov. *in not. ad Treutl. vol.*
2. diſp. 6. th. 3. lit. B. verb. diſſentiunt Cano-
niſtæ.

Moribus tamen † noſtris in ſecundo af- 13
finitatis genere prohibitio conjugii effectu
haut deſtituitur, ſiquidem in lineâ rectâ affi-
nitatis intuitu eas inter perſonas, quæ paren-
tum liberorumvè loco ſibi eſſe cœperunt et-
iam in ſecundo genere nuptiæ habentur ne-
fandæ, Joh. Major. *in diſp. de nupt. cap. 13.*
quæſt. 2. Zehner. *de gradib. pag. 110.* Chytr.
in Levit. pag. 412. Joh. Gerh. *in loco de con-*
jug. §. 353. Quicquid etiam aſſerat † Paul. 14
Cypræ. in Reformatis nempe Eccleſiis hodiè
in ſecundo & tertio affinitatis genere prohi-
bitionem eſſe nullam, *de matrim. cap. 6.*
§. 2. num 3. in fin. quod cum limitatione ex-
audiendum fore notat Gerhard. *dict. loco.*
niſi ſcilicet perſonæ in lineâ rectâ aſcenden-
tium ac deſcendentium locum compleant.
† Quare privignus à vitrici, & hic rurſus à 15
privigni viduâ abſtineat. Prohibitionis ejus
hic typus eſto:



16 (1.) † Obſtat namque reſpectus paternus
& honeſtas naturalis hiſce nuptiis, nec non
proxima carnis propinquitas. Quia conti-
nuata à noverca vel vitrico per ſubſequens
matrimonium copulâ, continuata ſimul
fuit materna novercæ ac paterna vitrici
propinquitas. Eſtque vitricus viduæ privi-
gni inſtar patris; & privignus viduæ vitri-
ci filii loco; ſiquidem vidua cum privigno
ex uxore vitrici nato & ſic filii loco conſti-
tuto facta eſt una caro: & ſic etiam cum vi-
trico, qui pater habetur privigni, vidua e-
jus una facta eſt caro: ut hinc vel ſaltem ra-
tione honeſtatis naturalis matrimonium
17 id judicetur illicitum. (2.) † Quod etiam lex
divina averſatur, in quâ prohibitum, ne pri-
vignus ducat novercam; nec privigna nubat
vitrico; *Levit. 18. v. 8.* quæ prohibitio pro-
pter unitatem carnis ad viduam vitrici &
privigni haut malè extenditur, Gerhard.
dict. loco. Caſpar Eraſmus Brochmand. *in*
art. de conjug. cap. 4. quæſt. 45. (3.) † Et con- 18
venit jus civile, matrimonium in ſecundo
affinitatis genere inter aſcendentes & de-
ſcendentes prohibens, *l. uxorem. ff. de rit.*
nupt. ubi dicitur, uxorem quondam privi-
gni conjungi matrimonio vitrici non opor-
tet, *l. non facilè. 4. §. hoc itaque. 7. ff. eod.*
tit. Quæ † ſanctio juris civilis, quia maxi- 19
mam publicæ honeſtatis habet rationem,
meritò eſt apprehendenda, relictâ juris
canonici diſpenſatione, quia in conjuncti-
onibus non ſolùm id quod licet, ſed &
quod honeſtum eſt, conſiderari debet, *l.*
ſemper. ff. de Reg. jur. Johan. Schneidevvin.
dict. loc. num. 14. (4.) † Accedit denique 20
an-

ſanctio Electoralis manifeſta *in Conſt. provinciali de Anno 1557. ſub Rubr.* Folget nun von Perſonen und Graden/ ſo von wegen der Schwägerſchafft zu ehelichen verboten/ *pag. 185. 186. 187. in verb.* Seines Weibes Stieffmutter/ welche ihr Vater nach ihm gelaſſen. *It.* Ihres Mannes Stieffvater/ welchen ſeine Mutter nach ihr verlaſſen. *It.* des Stieffſohns Weib. *Et poſtea:* der Stieff-Tochter Mann.

Cæterùm aſſertionem noſtram quidam
21 ſic limitant, † ut diſpenſationi Magiſtratûs
ſit locus, ejusque permiſſu nuptias haſce contrahi
poſſe, Joach. à Beuſt. *de ſponſal. cap. 3.*
quo de *infrà Defin. 119.* Alii verò, inter
quos etiam eſt Gerhardus *loco citat.* ejusmo-
22 di † conjugia planè improbanda cenſent, ſi
res adhuc ſit integra: Sin verò copula carnalis
intervenerit, conjugium non facile concedunt
diſſolvendũ eſſe, ſed labem potiùs publicâ
pœnitentiâ expiandã. Placet hic ſubne-
23 ctere † verba Dnn. Conſiſtorialium Witteb. in
Berathſchlagung: Ob die Verlöbnüß *in ſecundo affinitatis genere* ſollẽ zugelaſſen werden/
und einer ſeines Stieffſohns Wittbe zur Ehe nehmen möge? Es iſt nicht ohne/ inquiunt, daß *Beza de divortiis pag. 83. & 101.* die *diſtinction juris canonici in c. non debet. extr. de conſanguin. & affin. ſecundi & tertii generis affinitatis improbire:* Wie dañ die *veteres canones ob publicam honeſtatem* ſolche Ehegelöbnüß auch nicht nachgeben wollẽ/ *ut dicitur in citat. c. non debet, &c. can. nullũ æqualiter. 35. quæſt. 3. & Hemming. de conjug. pag. 16.* Wie dann bishero gleicher Weiſe in den *Conſiſtorien* geſchehen. Und befinden wir in unſerm Urtheils-Buche ein Bedencken/ *Anno 53.* gehalten/ dabey der Herr *Philippus*, *D. Georgius Major*, *D. Lindemannus*, *Schneidewinus* und andere geweſen/ allda der Herr *Philippus* anzeigt/ daß der Herr *Lutherus* gleicher Meynung geweſen/ daß nicht kan verneinet werden/ daß ſolches bey dem gemeinen unverſtändigen Mann viel Nachdenckens und Aergerniß bringe. Derowegen iſt damals auf diß Mittel geſchloſſen/ wann die Perſonen ſich noch nicht mit einander verlobet/ daß ſie mit gebührlichen Vermahnungen von ihrem Vornehmen anfangs abzuhalten; Da aber das nicht geſchehen kan/ und ſie wolten nicht von einander laſſen/ oder aber die Eheverlöbniß ſeyn vollzogen/ ſo wären ſie zu geſtatten/ ꝛc. Et poſtea:
† Der ander Fall aber: Ob einer ſeines 24
Stieffſohns Weib zur Ehe nehmen möge/ iſt noch zweiffelhafftiger. Die *jura civilia* wollen dieſe Ehe *ob duplicem honeſtatem* nicht zulaſſen/ *text. in l. uxorem. 15. ff. de rit. nupt. Schneidw. Inſt. de nupt. num. 13. Idem voluit Beza de divort. pag. 83. qui iſtam legem profert. It. Beuſt. cap. 50. ſecund. part. in fin. Jure canonico* aber wird es verſtattet. Und weil denn hierinnen die *canones à jure civili diſcrepiren*/ ſo wäre dieſer Sachen mit einer *Conſtitution* oder gewiſſen Ordnung zu helffen/ ꝛc. apud Georg. Dedekenn. *vol. 3. lib. 3. ſect. 6. num. 3. pag. 396. & 397.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Pauli S.* zu *B. die 27. Julii, An. 1616.* (*Verba* 25
Sententiæ: Habt ihr euch vor ſechs Jahren mit Annen/ Jeremiä L. Tochter verheyrathet/ mit derſelben zwey Kinder gezeuget/ ſo aber bald nach empfangener Tauffe verſtorben: Nachdem aber bemeldtes euer Eheweib Anna gleichfalls mit Tode abgangen/ ſeyd ihr euch anderweit mit Sabinen Steinbrecherin einer Wittben/ derer Mann eure leibliche Mutter zuvor zur Ehe gehabt/ und alſo euers Stieffvater Wittib iſt/ anderweit zu verehelichen Vorhabens. Wiewol nun ſelbige Perſon/ itzo erwehnter Maſſen euch nur *in ſecundo genere affinitatis* verwandt: Dieweil ſie aber gleichwol euern Stieffvater zur Ehe gehabt/ dahero zwiſchen euch ſolche Heyrath nicht wohl ohne ſonderbares Aergerniß vollbracht werden mag; So ſeyd ihr demnach euch dieſes Verlöbniß zu enthalten und davon abzuſtehen ſchuldig/ V. R. W.)

Et † *ad petitionem Vincentii R.* zu *E. die 2. Junii, Anno 1610.* (*Verba Sententiæ:* Hat 26
euer Schwager Andreas *G.* Annen Marien *B.* zur Ehe genommen/ welche mit ihrem vorigen Ehemanne Melchior *S.* einen Sohn Martinen erzeuget gehabt/ ſo unlängſt mit Tode abgangen/ und ſeine Wittbe Marthen nach ſich verlaſſen; Als nun darauf bemeldtes eures Schwagers Eheweib auch verſtorben/ iſt derſelbe des Martini Wittben zur Ehe zu nehmen Vorhabens. Ob nun wol ihres Theils an Einwilligung und *conſens* nicht zu zweiffeln: Dieweil aber beyde Perſonen *in ſecundo genere affinitatis* in auf- und niederſteigender Linien einander verwandt/ und niemand

ſeines Stieffſohns Wittbe ehelichen mag; So wird ihm dieſe Heyrath nicht unbillich verweigert / und iſt er von ſolchem Vornehmen abzuſtehen ſchuldig / V.R.W.)

DEFINIT. CII.

Nec in lineâ collaterali in ſecundo genere affinitatis licitæ contrahuntur nuptiæ, cum conjugis denatæ fratris viduâ.

SUMMARIA.

1. *Num quis conjugis denatæ fratris viduam ducere queat?*
2. *Proximitas harum perſonarum ſchemate demonſtratur.*
3. *Quidam haſce nuptias permittunt.*
4. *Sed rectiùs alii eas improbant.*
5. *Quibus ex rationibus & fundamentis? n. 6. 11.*
7. *Prohibita remotiore perſonâ, prohibita etiam cenſetur propinquior.*
8. *Quale diſcrimen faciat affinitas ſecundi generis in hiſce perſonis? n. 9.*
10. *Vitanda turbatio conſanguinitatis.*
12. *Publica honeſtas haſce nuptias non admittit.*
13. *In nuptiis non ſolùm quod licet, ſed & quod honeſtum eſt, ſpectari debet.*
14. *Ambroſii dictum hac de re.*
15. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*
16. *Sententia Ejusdem.*

1 AT quid juris in lineâ collaterali in ſecundo genere affinitatis? Finge: Johannem conjugis Mariæ denatæ fratris Pauli defuncti viduam Eliſabetham in uxorem petere, quæ ipſi affinis eſt in gradu primo ſecundi generis affinitatis lineæ æqualis, ut pateſcit † ex typo ſubjuncto: 2



3 Sanè † ſecundo affinitatis generi, quaſi in lineâ collaterali hodie prohibitione deſtituto innitentes, nulli non rectè conjungendas haſce perſonas dicunt, exploſâ ſanctione pontificia *in cap. & hoc quoque verb. relictam fratris uxoris ſuæ nemo ſibi in matri-*
4 *monium ſumat, cauſ. 35. quæ. 2. & 3.* Sed † rectiùs comprobavit prohibitionem harum nuptiarum Beza *in tract. de divort. pag. 60.* Albert. Gentil. *lib. 5. de nupt. cap. 13. in fin.* Balthaſar. Mentzer. *in tract. de conjug. p. 80. & 81.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 356.* Johan. Major. *in diſſ. de nupt. cap. 13. quæſt. 3. num. 59. & ſeqq.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. cap. 4. quæſt. 47.*
5 Non abſque fundamentis: (1.) † Inſolens namque eſt, eas perſonas, quarum liberi contrahere inter ſe matrimonium non poſſunt propter conſanguinitatem, nuptias inter ſe velle conciliare. Nec enim conſobrinis matrimonium hiſce in provinciis inire licet, *ſupr. Defin. 78.* quia ſunt cognati in ſecundo gradu conſanguinitatis. Ergò & horum parentes ab invicem abſtineant, Mentzer. *dict. loco.* (2.) † 6
Quin & ſi filiam Eliſabethæ Johannes ducere non poteſt, prout expeditum *ſuprà Defin. 92.* multò minus cum matre ipſa Eliſabetha nuptias contrahere valebit, † quia ſi per- 7
ſona remotior gradu prohibetur, multò magis propinquior intelligitur prohibita, Gerhard. *dict. loco pag. 528.* (3.) † Nec 8
eſt, quòd ex ſecundo affinitatis genere rationem diverſitatis firmam petamus, quia licèt propriè loquendo uxor fratris uxoris meæ mihi non ſit affinis in primo genere, affinitas tamen ea quàm proximè accedit ad naturam illius propter unitatem carnis inter conjuges; Et † neſcio, *in-* 9
quit Mentzer, quid ſingularis propinquitatis eſſe videatur in hac affinitate, quod in aliis ſecundi & tertii generis exemplis non

10 non reperitur, *dict. pag. 81.* (4.) † Accedit confuſio appellationum & turbatio conſanguinitatis; liberi ſiquidem ex primo matrimonio utrinque ſuſcepti, qui ſunt amitini, vel conſobrini ex ſecundo novo matrimonio, ſortiuntur nomen alienum, Stieffbrü-
11 der und Stieffſchweſtern. † Et rurſus pater per novum illud matrimonium fit illis vitricus, quibus jam ante erat loco parentis, amitæ ſcilicet maritus, ac viciſſim mater per ſubſequens illud matrimonium fit illis noverca, quibus jam ante erat loco matris, avunculi ſcilicet uxor, Mentzer. & Gerhard.
12 *dict. loc.* (5.) † Et licèt præfractè urgere quis velit, ait Mentzer. *dict. loco*, eſſe eam affinitatem non primi, ſed ſecundi generis, proinde ob eam nuptias haut impediri: Reſpondebo, honeſtatis ſaltem publicæ rationem hoc in caſu tantam eſſe debere, ut à tali conjugio homines abſterreantur. Nam
13 † ſi uſpiam, certè in talibus nuptiis locum habere debet illud Modeſtini: In contrahendis nuptiis non ſolum quid liceat, ſed etiam quid deceat & honeſtum ſit, ſpectandum eſſe, *l. ſemper. ff. de rit. nuptiar.* Gerhard. *loco*
14 *alleg.* † & graphicè dicit Ambroſ. Multa ſunt quæ licet facere, ſed non expediunt: Omnia enim licent, ſed non omnia expediunt: omnia licent, ſed non ædificant, *in epiſt. ad Paternum. 88. lib. 8.* Quibus tamen diſpenſationem Magiſtratûs hoc caſu excluſam nolim, de quâ *infrà Defin. 120.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Oſſitienſi die 10. Auguſti, Anno 1614.* (*Verba* 15
Reſcripti: Wir haben euern unlängſt eingeſchickten Bericht/ betreffende Mattheß Bauern/ welchem ihr ſeines verſtorbenen Weibes Bruders Wittben zu ehelichen nachgelaſſen/ verleſen hören. Wañ aber *in computatione graduum* Mann und Weib vor eine Perſon/ und alſo dieſer Fall nicht *ſimpliciter pro ſecundo genere affinitatis* zu achten/ ohne daß auch in Eheſachen/ ſo viel müglich/ Aergerniß zu verhüten/ und vornemlich auf Zucht und Erbarkeit zu ſehen; Als begehren an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. wir hiermit; Ihr wollet euch hinfüro dergleichen Nachlaſſung enthalten/ ſolche Fälle anhero berichten/ und darauf unſere Anordnung gewarten/ ꝛc.)

Et † *ad conſultationem* Hanſen Wolffen von Schönbergs zu Pulßnitz/ *die 6. Septembr.* 16
Anno 1627. (*Verba Sententiæ:* Iſt Lucas Hahnen ſein Weib Martha Hauffin/ und Annen Fechtmannin ihr Mann Martin Hauffe/ als vorgedachter Marthen Bruder *peſte* verſtorben/ daher nunmehr gedachter Lucas Hahn/ und Martin Hauffens Wittib einander die Ehe verſprochen und zugeſagt. Ob nun wol dieſe beyde verlobte Perſonen nur *in ſecundo genere affinitatis* einander zugethan; Dieweil aber ohne der Obrigkeit Vorwiſſen und Nachlaſſen/ (welche ſie Aergerniß zu verhüten hiervon ernſtlich abmahnen ſollen) dergleichen Verlöbniß anzuſtellen ihnen nicht gebühret hätte; So mag ihnen ſolches nach der Schärffe nicht allein verwieſen/ ſondern auch ſie beyde zugleich hierüber andern zum Exempel ihrem Vermögen nach willkührlich/ doch nicht über zehn Thaler/ zu milden Sachen anzuwenden/ und der Kirchen daſelbſt zu berechnen/ geſtraft/ und hernach ihre *proclamation* und eheliche Trauung verſtattet werden/ V. R. W.)

DEFINIT. CIII.

In tertio genere affinitatis nulla hodie prohibitio eſt impedimento nuptiis.

SUMMARIA.

1. *Caſus proponitur.*
2. *Schema tertii generis affinitatis.*
3. *In quo nulla obtinet prohibitio matrimonii.*
4. *Licèt quondam de jure Canonico erat recepta.*
5. *Quæ tamen hodie penitus eſt ſublata.*
6. *Ne prohibitio in infinitum extendatur.*
7. *Abſurdum eſt vitandum.*
8. *Reſpectus tamen paternus hoc etiam in caſu haut plane negligendus, n. 9.*
10. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 FInge: contrahi ſponſalia cum denatæ conjugis ſororis defuncti mariti viduâ quæ eſt affinis in tertio genere conjuncta,
† veluti luceſcit ex ſubjecto ſchemate: 2

 Pater

Pater
Mater

// // 1. Matrimon. 2. Matrimon.

Johannes viduus Mariæ ⁀ Maria filia | Martha filia ⁀ Paulus, Maritus Marthæ ⁀ Eliſabetha vidua Pauli.

3 Non certè exiſtimandum eſt, † prohiberi Johannem ducere Eliſabetham viduam Pauli, qui primo in matrimonio fuit maritus ſororis defunctæ conjugis Mariæ, quidni ergò ſponſalia hæc conſiſterent? Quondam
4 equidem de jure canonico † in tertio affinitatis genere prohibitio extendebatur ad ſecundum usque gradum, *can. pro duorum. 35. quæſt. 3.* Sed per conſtitutionem Innocentii
5 in Concilio Lateranenſi prohibitio hæc † penitùs eſt ſublata, *c. quod ſuper his. extr. de conſanguinit. & affinit.* Joh. Gerh. *in loco de conjug. §. 336. in fin.* Didac Covarr. *de matrim. part. 2. c. 6. §. 7. n. 6.* Joh. Schneidvv. *ad tit. Inſt. de nupt. Rubr. de arbore affin. n. 11.* Ac metuendum, ſi aliud diceretur,
6 † ne ulterius etiam, & ſic in infinitum extendatur prohibitio, & per hoc plura affinitatis genera inducantur, haut absque notâ abſurdi, † quod vitandum, *l. ult. C. de auto-* 7
rit. præſt. l. 1. §. unde quæritur. ff. de public. l. ult. C. per quas perſonas. l. un. §. pro ſecundo. C. de caduc. tollend.

Planè ſi † contingat in lineâ rectâ inter 8
aſcendentes & deſcendentes hoc in affinitatis genere tractari matrimonium, bene omninò faciunt, qui ex causa honeſtatis ſaltem contrahentes à propoſitò dehortantur, ut maximè ſi perſeverent in ſuâ intentione, prohibendum id non ſit; Nam † quæ de 9
ſecundo affinitatis genere monita, commodè huc traducuntur, juſtè dicuntur, honeſtè cuſtodiuntur, Zehner. *de gradib. pag. 120.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Chriſtiani M. zu *A. die 24. Febr. Anno 1610.* 10
(*Verba Sententiæ:* Habt ihr euch hiebevor mit Annen/ Joachim *R.* Tochter verehelichet gehabt/ mit der ihr eine Zeitlang im Eheſtande gelebet/ auch drey Kinder gezeuget. Nachdeme aber vorm Jahre alle die Kinder/ und hernach auch euer Eheweib in der Peſt Todes verfahren/ ſeyd ihr Vorhabens/ mit einer Wittben Chriſtinen D. euch anderweit zu verehelichen/ geſtalt ihr auch das Jawort bereit wegbekommen/ und ſollen öffentliche Verlöbnüß eheſt gehalten werden. Wenn nun gleich ſelbige Chriſtina zuvor mit David *D.* welcher euers vorigen Eheweibes Schweſter Urſulē auch zur Ehe gehabt/ verehelichet geweſen; So möchte euch doch mit mehr erwehnter Chriſtinen *D.* weil ſie euch nur allein *in tertio genere affinitatis* zugethan und verwandt/ Verlöbniß zu halten/ und nachmals ſolches durch öffentlichen Kirchgang zu vollziehen nicht gewehret werden/ V. R. W.)

Definit. CIV.

Inter conſanguineos utriusque conjugis prohibitum haut eſt matrimonium; quare ſororis privignam aliamvè conſanguinei affinem perſonam in uxorem ducere licet.

SUMMARIA.

1. *Vocula affinitatis quandoque latè & impropriè accipitur.*
2. *Propriè contrahitur affinitas ſaltem ab uno conjuge cum alterius conſanguineis.*
3. *Non inter utriusque conjugis conſanguineos.*
4. *Qui affines invicem haut ſunt.*
5. *Schemate hoc declaratur, num. 6.*
7. *Ducere licet ſororis privignam.*
8. *Quod non eſt probibitum, cenſetur permiſſum.*
9. *Paternus reſpectus hic non obtinet. num. 10.*
11. *Duo ſingularia uno in caſu non admittuntur.*
12. *Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n. 13. 14. 15. 16.*

Non

1 NOn inficias eo, voculam affinitatis vulgò multùm extendi, & affines ſalutari, qui proprie tales haut ſunt: ita nimirum loquendi uſu vulgari, vel potiùs abuſu hoc obtinet, Balthaſ. Mentzer *in tract. de conjug. pag. 71. in fin.* Herm. Vultej. *ad pr. Inſt. de nupt. n. 50.* At propriè
2 † affinitas contrahitur ex conjunctione maris & fœminæ, ab uno duntaxat conjuge cum alterius conſanguineis: non etiam à conſanguineis unius cum conjugis alterius conſanguineis, Mentzer. *dict. loc. pag. 70.*

† Nec una cognatio tota alteri fit affinis; 3
ſed cognati mariti fiunt affines uxori; & viciſſim cognati uxoris fiunt affines marito, non etiam † invicem utriusque conjugis 4
cognati, *l. 4. §. 3. ff. de grad. cap. quod ſuper. extr. de conſanguin. & affinit. c. nullum. cap. æqualiter. & ſeq. 35. quæſt. 2.* Joh. Schneidvvin. *ad tit. Inſt. de nupt. Rubr. de arbore affin. num. 9.* id quod † ſequenti ſchemate 5
demonſtratum damus in fratre & ſororis privigna, unde de aliis facillimè judicare licet:



6 Ecce † Martha filia & conſanguinea Pauli eſt affinis patris conjugi ſecundæ, nempe novercæ ſuæ, non etiam ejusdem conſanguineis, adeoque nec Johanni, fratri novercæ. Et rurſus Johannes fit affinis Paulo, ſororis ſuæ marito; non etiam ejusdem cognatis, nec proinde Pauli filiæ Marthæ, ſive ſororis pri-
7 vignæ. Quid ergò obſtat, † quò minùs liceat Johanni ducere Martham ſororis ſuæ privignam? Non certè ulla exiſtit inter eos affinitas, multò minùs conſanguinitas, quæ nuptiis impedimento eſſe poſſet, ut hinc nuptiæ hæ omni jure ſint licitæ, quippe nulli-
8 bi prohibitæ; nam † quod prohibitum non eſt, cenſetur hoc ipſo permiſſum, *arg. l. mutus. 43. §. 1. ff. de procurat. junct. l. quæſitum. 13. ff. de teſtib.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 14. defin. 24. num. 2.* Niſi quis in caſu propoſito reſpectum paternum † connubi- 9
um impedientem nobis objiciat, quòd nempe Johannes ſit inſtar patris Marthæ? Sed cùm ſoror ejus noverca matris locum obtineat, haut † certè ſimilis reſpectus ad Johan- 10
nem fratrem novercæ trahi debet, ne in infinitum extendatur, nec admittunt jura † duo 11
in uno caſu ſingularia, *l. 1. C. de dot. promiſſ. l. 19. ff. ex quibus cauſ. major. l. 8. §. 3. ff. de legat. præſt.* Camill. Borel. *conſ. 64. n. 12.* Frider. Pruckman. *vol. 1. conſil. 10. n. 69.* Didac. Covarr. *lib. 3. var. reſolut. cap. 19. n. 1.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem D. Pauli Laurentii Superintendentis Dres-* 12
denſis die 2. Julii An. 1614. (*Verba Sententiæ:* In Eheſachen Marci *K.* zu Alten Dreßden an einem/ ſeiner Schweſter Stiefftochter Catharinen anders Theils/ derentwegen ihr uns ſchrifftlichen Bericht gethan/ und unſer Erkäntniß begehret/ erkennen und ſprechen wir vor Recht: Dieweil itzo gedachte Catharina von ihrem Vater Peter *H.* mit ſeinem erſten Weibe/ nicht aber mit Marci *K.* den ſie zur Ehe nehmen wil/ Schweſter gezeuget worden/ und dahero ihm mit Schwägerſchafft nicht zugethan und verwandt iſt; So wird ihnen beyden ſich mit einander in den heiligen Eheſtand zu begeben billich verſtattet und nachgelaſſen/ V.R.W.)

It. † *ad ejusdem petitionem die 4. Jan. An. 1610.* (*Verba Sententiæ:* Daß Donat *M.* ſeiner 13
verſtorbenen Schweſter Gertrauden Mannes Tochter Chriſtinen/ welche er mit ſeinem andern Eheweib Annen gezeuget/ zu ehelichen wohl befugt/ V.R.W.)

It. † *ad requiſitionem M. Wenceslai Kölers Paſtoris in Reichſtadt die 12. Jan. An. 1608.* (*Verba* 14
Sententiæ: Dieweil/ wenn keine eigentliche Schwägerſchafft vorhanden/ die Ehe zu Recht verſtattet wird; So mag Chriſtoph *F.* mit ſeines Vatern Brudern Tochter Stiefftochter in ein Chriſtliches Ehegelöbniß ſich wol einlaſſen/ und daſſelbe durch gewöhnliche *copulation* und Beywohnung vollziehen/ V.R.W.)

It. † *M. Georgii* Landvoigts *Superintendentis Haynenſis die 30. Januar. Anno 1608.* (*Ver-* 15
ba Sententiæ: Dieweil die Ehe/ wo keine rechte Schwägerſchafft noch Blut-

Freundſchafft vorhanden/ zu Recht verſtattet wird; So iſt auch Dietrich *T.* zu Glaubitz ſeines verſtorbenen Weibes Schweſter Stiefftochter/wofern ſie Wolff von *M.* mit einem andern Weib erzeugt hat/ zu ehelichen wol befugt/ V.R.W.)

Et † *ad conſultationem* Michael *L.* zu Dreßden/ *die 25. Nov. Anno 1608.* (*Verba Sententiæ:* 16
Als ihr uns berichtet/ daß ihr Vorhabens wäret/ Jungfrau Marien Lucas *M.* Bürgers und Kupfferſchmieds allhier nachgelaſſene Tochter zur Ehe zu nehmen/ welche euch dieſer Geſtalt verwandt ſey/daß gedachter *M.* zwar eure Großmutter Lucien zur Ehe gehabt/ die Tochter Marien aber nicht mit ihr/ ſondern in der andern Ehe gezeuget: Und weil der Jungfrauen Anverwandte dieſe Heyrath dem Geblüte zu nahe zu ſeyn erachteten/ unſern rechtlichen Ausſpruch Euch hierinnen widerfahren zu laſſen gebeten; Demnach erkennen und ſprechen wir vor Recht/ daß wofern es ſich euerm Anziehen gemäß verhält/ die Maria euch weder durch Blutfreundſchafft/ noch Schwägerſchafft verwandt/ und dahero mit derſelben die Ehe zu ſchlieſſen und zu vollnziehen billich verſtattet und nachgelaſſen wird/ V.R.W.)

Definit. CV.

Privignus quoque & privigna matrimonio jungi poſſunt.

SUMMARIA.

1. *Licito junguntur matrimonio comprivigni. n. 4.*
2. *Quia inter eos nec conſanguinitas nec affinitas intercedit.*
3. *Quinam propriè dicantur affines?*
5. *Sententia hæc in jure expreſsé fundata.*
6. *Quam in pronunciando ſequuntur Conſiſtoria Evangelicorum.*
7. *Licèt diſſentiat Anton. Matthæi.*
8. *Cujus opinio rejicitur.*
9. *Explicatio* Levit. 18. verſ. 11.
10. *Confirmatur autoritate B. Lutheri.*
11. *Removetur objectio. n. 12. 13.*
14. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 HInc porrò judicare licet, privignum h. e. mariti filium ex aliâ uxore, & privignam h. e. uxoris filiam ex alio marito, zuſammen gebrachte Kinder/ legitimo jungi matrimonio.



2 Quia † ſcilicet inter comprivignos nulla intercedit conſanguinitas, nec affinitas, ſiquidem affines tantummodò comparatione conjugum dicuntur, ita ut cognati ſeu conſanguinei mariti ſint affines uxoris,
3 & contra, ipſi † verò utriusque conjugis cognati inter ſe affines non habeantur, *Defin. præced. n. 2. & 3. l. non facilè. 4. §. ſed quoniam. 3. verſ. affines. ff. de gradib. & affinib. cap. quod ſuper. 5. extr. de conſang. &*
4 *affin.* Quid ergo obſtat, † quò minus comprivignis connubium inire liceret? Matth. Weſenb. *in Inſt. de nupt. ad §. mariti tamen. 8.* & ibidem Joh. Harppr. *n. 1.* nec non Joh. Schneidevvin. *Rubr. de arbor. affin. n. 9.* Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 357. pag. 530.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. cap. 4. quæſt. 48.* Paul. Cypræus *de matrimon. cap. 6. §. 2. num. 3. pag. 692.*
Quin † & ſententia hæc diſertè eſt fun- 5
data in jure civili: ita enim inquit Juſtinianus: *Mariti filius ex aliâ uxore, & uxoris filia ex alio marito, vel contrà, matrimonium rectè contrahunt; licèt habeant fratrem ſororemvè ex matrimonio poſtea contracto natos. in §. mariti tamen. 8. Inſt. de nupt. l. generali. 34. §. inter privignos. 2. ff. de rit. nupt. l. Titia quæ. 134. in pr. ff. de verb.*
obligat. Ex quo etiam † in Conſiſtoriis Prin- 6
cipum ac Magiſtratuum Evangelicorũ conjugia hæc permittuntur, Gerhard. *dict. loco.*

Nec eſt, quod † Ant Matthæi *in Diſput.* 7
de fundam. quibusdam jur. aliter faciendis. diſput. 12. th. 18. ſententiam hanc juri divino contrariam, adeoque nævum juris Juſtinianei notet *ex Lev. 18. verſ. 11.* ubi prohibetur

hibetur revelare nuditatem filiæ uxoris patris, idque quia eſt cognata patris, id eſt patri tuo cognota reddita eſt per conjugium ma-
8 tris tuæ, rectè propterea reprehenſus † à Brochmand. & Gerh. *dict. locis.* Reinhard. Bachov. *in not. ad Treutler. vol. 2. diſp. 6. th. 3. lit. b. verb. Et mariti filius ex uxore aliâ.*
9 quia † in allegato *v. 11. Levit. 18.* nomine filiæ novercæ, cujus nuptiæ interdicuntur, intelligitur filia non è priore marito nata; ſed quam noverca patri in ſecundo matrimonio peperit; quem verborum intellectum ex Fagio & paraphraſte Chaldæo probat Ba-
10 chov. idemque † placet B. Luthero *in verſione germanicâ:* Du ſolſt der Tochter deines Vaters Weibes/ die deinem Vater gebohren iſt/ und deine Schweſter iſt. Objicitur equidem, quòd hac ratione mani-
feſta videatur committi † tautologia, ſiqui- 11
dem *verſ. præced. 9. ejusdem cap.* agitur de ſorore, ſive ex patre tantummodò, ſive ex
matre natâ. At faciis eſt reſponſio, † ſi di- 12
camus, *verſ. 9.* eſſe generalem, *verſ. verò. 11.* ſpecialem; vel ſaltem loqui de alumnâ, aut adoptivâ, vel quæ ex matre ſtupratâ, aut aliàs illegitima uxore ſit nata, cum Bachov. *dict.*
loc. Vel repeti *dict. verſ. 11.* † eandem legem 13
ob pronitatem hominũ in conjugium cum ſororibus uterinis, Corn. à Lap. *ibidem.* & Gerhard. *citato loco.* Tantumque abeſt, inquit Brochmand. *dict. quæſt. 48.* quod nova ſit, aut inſolens ejusmodi repetitio, ut diſertè perſcripta inveniatur *Deut. 27. verſ. 22.* & quidem hac verborum formâ: *Maledictus qui dormit cum ſorore ſuâ, filiâ patris ſui, vel matris ſuæ, & dicet omnis populus Amen.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Victorini Rhotens, Paſtoris in Sayda, die 12.* 14
Julii, Anno 1608. (*Verba Sententiæ:* Als ihr uns ſchrifftlichen berichtet/ daß Nicol L. älteſter Sohn/ auch Nicol genannt/ ſeiner Stieffmutter Tochter/ welche ſie ſeinem Vatern benebens andern Kindern zugebracht/ zur Ehe nehmen wolte/ und gebethen/ euch Rechtens/ ob ſie ohne Verletzung ihres Gewiſſens dieſe Ehe zu Wercke ſtellen können/ zu berichten. Demnach erkennen und ſprechen wir vor Recht: Dieweil ermeldte beyde Perſonen einander weder dem Geblüte/ noch der Schwägerſchafft nach zugethan; So wird ihnen durch ausdrückliche Zulaſſung der Rechte die Ehe mit einander zu vollziehen billich verſtattet und nachgelaſſen/ V. R. W.)

DEFINIT. CVI.

Nec pater & filius matrem & filiam, vel duas ſorores: nec duo fratres perſonas illas ducere uxores prohibentur.

SUMMARIA.

1. *Variæ proponuntur quæſtiones circa nuptias contrahendas de ſimilibus ejusdem generis perſonis, n. 2.*
3. *Deciſio illarum quæſtionum facilis; & quænam?*
4. *Quinam propriè ſint affines?*
5. *Permiſſæ hæ nuptiæ omni jure.*
6. *Ab aliis tamen diſſuadentur.*
7. *Et quibus ex rationibus ac fundamentis? n. 8. 11.*
9. *Etiam ſpecies mali debet vitari.*
10. *Infelicia quandoque ſunt ejusmodi matrimonia.*
12. *Quid hoc in caſu firmiter ſtatuendum?*
13. *Sub diſtinctione res deciditur. n. 14.*
15. *Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n. 16. 17. 19.*
18. *Ejusdem Reſcriptum.*

1 Variæ hoc in genere perſonarum circa nuptias contrahendas moveri ſolent quæſtiones, nempe: *An pater & filius duas ſorores ducere, & viciſſim duæ ſorores patri & filio nubere; An mater & filia duobus fratribus nubere, & viciſſim duo fratres matrem & filiam ducere: An pater & filius matrem & filiam ducere, & viciſſim mater & filia patri & filio nubere; An pater & filia ſororem & fratrem, & vicisſim ſoror & frater patrem & fi-*
liam matrimonio ſibi jungere; † *An mater &* 2
filius fratrem & ſororem, ac viciſſim frater & ſoror matrem & filium ſibi ſociare; An

duo fratres duas ſorores ducere, & viciſſim duæ ſorores duobus fratribus nubere; An frater & ſoror ſororem & fratrem diverſæ cognationis ſibi jungere queant? Haſce quæſtiones conjungit Johann. Gerhard. *in*
3 *loco de conjug.* §. *358.* † quarum deciſio facilis, ſi fundamento inhæreamus generali, quod neque cognatio, neque propriè affinitas in prædictis perſonis intercedat: Licet enim conſanguinei omnes viri ſint affines uxoris, & omnes conſanguinei uxoris ſint
4 viri affines, inter † conſanguineos tamen uxoris & viri ex eorundem ſcilicet viri & uxoris conjugio nulla prorſus affinitas eſt contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. Sunt hæc verba Pontificis Innocentii III. *in cap. quod ſuper*
5 *his. 5. extr. de conſanguin. & affin.* † tantum abeſt, ut juris vel divini vel humani extet hiſce de nuptiis prohibitio; ſed plena ac plana ubique eſt conceſſio, Panormit. *in dict. cap. 5. num. 1.* Didac. Covarr. *tom. 1. de matrimon. part. 2. cap. 6. & 7. n. 6.* Gerhard. *dict. loco* Baſil. Monner. *in tract. de matrim. part. 4. cap. 2. n. 9.* Chriſt. Beſold. *in diſcurſ. de nupt. cap. 10. num. 9. pag. 55.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. cap. 4. quæſt. 49.* Joh. Harppr. *ad* §. *mariti tamen. 8. n. 4. Inſt. de nupt.* Frider. Pruckman. *vol. 2. conſil. 11. n. 14.*

6 Sunt † nihilominus, qui nuptias haſce diſſuadent, non modò ob vitandam cognationis & nominum confuſionem, ne qui pater eſt, idem quaſi gener & filius fiat: & viciſſim is qui filius eſt, fiat quaſi pater & ſocer: aut ex duobus fratribus unus fiat pater,
7 alter filius, vel ambo affines, & ſic deinceps; † ſed etiam propter remotionem ſcandali, quod per ejusmodi connubia infirmioribus ac rudioribus datur, quippe qui ex ignorantiâ propriæ affinitatis facilè inde turbantur,
8 † quin & ex hoc inceſtarum nuptiarum occaſionem arripiunt, Beza *in tract. de repud. & divort. p. 59.* Auguſt. *de civit. Dei. 16.* Gerh. *dict. loco.* Harppr. *in alleg.* §. *8. n. 5. Inſt. de nupt.* ut non immeritò heic locum obtineat illud Apoſtoli, *ad Theſſal. 5. verſ. 22.* Ab † omni ſpecie mali abſtinete; item A- 9
poſtolicæ admonitiones de ſcandalo in rebus alioqui etiam licitis vitando, *Rom. 14. verſ. 19. 1. Corinth. 8. verſ. 7.* Addit porrò Gerh. *dict. loco. p. 533.* † experientiæ teſti- 10
monio multiplici conſtare, iſtiusmodi matrimonia raró fuiſſe felicia, ſed eadem conſecuta eſſe vel ſterilitatem, vel orbitatem, vel præmaturum alterutrius conjugum obitum, vel ſobolem degenerem, vel continuos alterutrius morbos, vel rei familiaris anguſtiam, aliavè mala & incommoda. Ac certè † poſt- 11
quam genus humanum longè latèque eſt hodie propagatum ac multiplicatum, nulla omninò neceſſitas urget conſanguineos, ut in iisdem familiis quærant uxores, ſed magna ubique ſuppetit fœminarum copia, ex quibus ſponſam ſibi deligere, & hac ratione amicitias, affinitates & cognationes latiùs ſpargere poſſunt; quas aliasque rationes congeſſit Gerh. *citat. loc.*

Quid † ergò eſt? Nimirum ſi nondum 12
interceſſerit promiſſio vel deſponſatio efficax, nec dum arctiſſimo amoris vinculo ejusmodi perſonarum animi fuerint conglutinati; non malè facere exiſtimaverim eos, qui nupturientes à propoſito ſuo abducunt vel ſaltem ex aurea illâ Modeſtini JCti Regulâ: Semper ſcilicet in conjunctionibus non ſolùm quid liceat, ſed etiam quid honeſtum ſit, conſiderari debere, *l. ſemper. ff. de rit. nupt.*
† Sin verò admonitione iſta poſthabita in 13
ſententia nupturientes firmiter perſiſtant, vel etiam ſponſalia jam fuerint contracta, cum nec jure divino vel poſitivo ſint prohibita, prætenſaque honeſtas publica magis facti habeatur quàm juris, contrahentes in licito & legitimo propoſito turbandi non ſunt,
† nec gravanda conſcientia, ubi nullum eſt 14
peccatum, Haſenreff. *in loc. comm. lib. 3. loc. 10. de conjug. verſ. ubi tamen &c.* Joach. à Beuſt. *de matrimon. part. 1. cap. 55. verſ. ut autem per hoc.* Gerh. *citat.* §. *358. in fin. pag. 534.* Harppr. *in dict.* §. *8. n. 5. Inſt. de nupt.* Joh. Kitzel *in ſynops. matrim. cap. . theor. 12. ſub lit. b. ad fin. pag. 53.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad petitionem Chriſtophori W.* zu Aumà/ *die 22. Julii Anno 1609.* (*Verba Sententiæ:* Hat euer Schwager Hans Ottman/ nachdeme ſein ander Weib mit Tode abgangen/ ſich mit Jungfrau Amalien *L.* hinwiederum verehlichet; Derſelbe aber hat in der erſten Ehe einen Sohn erzeuget/ welcher auch zu ſeinen mannbaren Jahren kommen/ und vorgedachter Jungfrauen Amalien Mutter Frauen Marien L. zu heyrathen Vorhabens. Wenn nun gleich etliche des Orts in denen Gedancken ſtehen/ ob wäre ſolche Ehe vor unzuläßlich zu halten. Dieweil aber dieſe Perſonen eine beſtändige *affection* gegen einander tragen/ und weder in heiliger Schrifft/ noch weltlichen Rechten dergleichen Ehe verboten; So wird erwehnten beyden Perſonen die Ehe zu ſchlieſſen und zu vollziehen billich verſtattet/ V. R. W.) 15

It. †

It. † *ad requiſitionem* Annen *M.* zur Sitta/ *die 2. Junii, An. 1614.* (*Verba Sententiæ:* Hat 16
Melchior St. ein Wittber unlängſten eure Schweſter Jungfrau Saren geeh-
lichet: Es hat aber derſelbe in ſeiner vorigen Ehe einen Sohn/ auch Melchior ge-
nannt/gezeuget/welcher nachdem er zu ſeinen männlichen Jahren kommen/ euch
als ſeiner Stieffmutter Schweſter zur Ehe begehret. Da ihr nun gute beſtändige
Beliebung und *affection* zu ihm traget; So ſeyd ihr euch mit ihme zu verheyra-
then wol befugt/und es mag ſelbige Ehe nicht gehindert werden/ V.R.W.)

It. † *ad conſultationem Superintendentis Oſſitienſis die 2. Martii, An. 1617.* (*Verba Sententiæ:* 17
Hat Oßwald *A.* vor wenigen Wochen bey Anna-Marien *L.* Freyens vorgeben/
es iſt auch damit ſo weit kommen/daß ſie mit beyder Eltern Verwilligung öffentli-
che Verlöbniß angeſtellet. Wann nun gleich bemeldtes Oßwald *A.* Bruder
Georgius vor etlichen Jahren der Anna-Marien Schweſter Sabinen zur Ehe ge-
habt; So mag doch dahero zwiſchen vor beniemten Oßwalden und der Anna-
Marien *L.* das Eheverlöbnüß nicht verboten werden/ ſondern es wird ihnen ſol-
ches nicht unbillich nachgelaſſen/und nachmals die Ehe durch prieſterliche *copula-
tion* vollzogen/ V.R.W.)

Nec non † *Superattendenti Annabergenſi & Præfecto Wolckenſteinenſi die 17. April. An. 1635.* 18
(*Verba Reſcripti:* Wir haben euern des Superintendentens eingeſchickten Be-
richt wegen der von Elia *R.* an Annen/ Martin *P.* Tochter ſeiner Stieffmutter
leiblichen Schweſter verübten Unzucht verleſen hören/und ihr der Schöſſer habt
ſolchen hierbey zu befinden. Begehren hierauf an ſtatt Jhrer Churfl. Durchl.
Jhr der Superintendens wollet die geſuchte *copulation* anordnen/ auch mit der
öffentlichen Kirchenbuſſe/ wenn ſie des Orts bräuchlichen/ wider ſie verfahren/
Jhr der Schöſſer aber wegen verübter Unzucht das Weib mit Gehorſam/ und
ihn *R.* mit Gefängniß-Strafe belegen/ 2c.)

Et † *ad requiſitionem Johannis Rutæ Archidiaconi Biſchoffswerdenſis die 29. Auguſti, Anno* 19
1626. (*Verba Sententiæ:* Daß Michael *R.* und Balthaſar *F.* Schwäher und Eydam
nach ihrer vorigen beyden Weiber Abſterben mit zweyen Schweſtern / nemlich
Jacob *S.* beyden Töchtern in Ehegelöbnüß ſich einzulaſſen wol befugt/V.R.W.)

DEFINIT. CVII.

Abſtinendum eſt à matrimonio cum ſponſâ fratris defuncti & ſponſæ defunctæ ſorore.

SUMMARIA.

1. *Ex nudâ deſponſatione non oritur perfecta affinitas.*
2. *Sed tantummodò ex congreſſu maritali.*
3. *Sponſus & ſponſa nondũ ſunt una caro.*
4. *Sententia Auguſtini hac de re.*
5. *Contrahendæ non ſunt nuptiæ cum ſponsâ fratris aut ſponſæ ſorore. n. 9.*
6. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis,* [illegible] *(ata.*
7. *Ex ſponſalibus oritur affinitas inchoata.*
8. *Sponſus judicio Dei maritus cenſetur, & ſponſa uxor.*
10. *Honeſtas publica matrimonium hoc impedit.*
11. *In matrimoniis quid decet & honeſtum eſt, ſpectari debet. n. 12.*
13. *Probatur hæc ſententia textibus juris. n. 14.*
15. *Allegatur judicium Facultatis Theologicæ Roſtochienſis.*
16. *Quid ſi Magiſtratus diſpenſare velit?*
17. *Sententia Conſiſtorii Supremi. n. 18.*
19. *Ejuſdem Reſcriptum.*

1 NOn auſim affirmare, ex nudis ſponſalibus quantumvis publicè contractis propriam & abſolutam oriri affinitatem matrimonium impedientem: Nullibi enim in verbo Dei conjugium cum conſanguineis ſponſi vel ſponſæ contractum improbatur, quin potiùs † ad affinitatem per copulam carnalem contractam prohibitio reſtringitur hoc ipſo, quo jus divinum vetat, quemquam ad carnem carnis ſuæ accedere ad revelandum nuditatem 2

3 tatem ejus. Atqui ſponſus † & ſponſa per conjugalem copulam nondum ſunt facti una caro, Joh. Gerh. *in loco de conjug. §. 361. pag. 537.* Hinc verè dixit Auguſtinus: Non
4 dubium † eſt, illam mulierem haut pertinere ad matrimonium, cum quâ commixtio ſexûs non docetur fuiſſe, allegatus à Gratiano *in can. non eſt dubium. 27. quæſt. 2.* Balthaſ. Mentzer. *de conjug. pag. 131.*

5 Nec † tamen propterea cum ſponſâ fratris defuncti, ſponſævè defunctæ ſorore nuptias contrahi ſuaſor eſſe vellem, quin potiùs ab hoc matrimonio abſtinendum exiſtimaverim cum Mentzer. *dict. loco.* Johan. Gerhard. *citat. §. 362.* Paulo Cypræo *de matrim. cap. 6. §. 2. n. 3. verſ.* Wenn die Ehe durch ein öffentlich ꝛc. Joh. Harppr. & Dd. *comm. ad §. ſi uxor. tua. 9. Inſt. de nupt.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. cap. 4.*
6 *quæſt. 42.* (1.) † Etſi enim per ſolum congreſſum maritalem perfecta & conſummata
7 dicitur affinitas, per nudam tamen † deſponſationem jam eſt inchoata, fidesque conjugalis data, quæ & ipſa aliquam reverentiam implicat, ob quam à nuptiis ſponſi ſponſævè conſanguineorum ſibi meritò quis temperat, Gerhard. *dict. §. 362* Reinhard. Bachov. *in notis ad Treutler. vol. 2. diſput. 6. th. 5. lit. C. & D.* Mentz. *cit. loc.*

8 (2.) † Atque hinc ſponſus judicio Dei maritus cenſetur, ac ſponſa pro uxore habetur, *Deuter. 22. verſ. 24. Matth. 1. verſ. 19. & 20.* ſponſaque violans fidem datam adultera judicatur, eâdemque afficitur pœnâ, quâ in adulteras animadvertitur, *Deuter. 22. v. 24.*
9 *Hoſ. 4. verſ. 13.* ac † eapropter ſequi videtur, inquit Brochmand. *dict. quæſt. 42.* non licere, ut quisquam ducat fratris defuncti ſponſam, cùm fratriam ducere non ſit permiſſum. *Levit. 18. verſ. 16.*

10 (3.) † Porrò ſi non prohibitio expreſſa, attamen honeſtas ſaltem publica nuptiis hisce impedimento eſt, Mentzer. & Bachov. *locis cit.* Harppr. *dict. §. ſi uxor. n. 1. Inſt. de nupt.* in matrimoniis ſiquidem non ſolum
11 exquiſita juris ratio eſt attendenda; † ſed & inſuper advertendum, an deceat quod agi-
12 tur, Hartm. *lib. lit. 6.* nec † ſolùm quod licet, ſed & quod honeſtum eſt, ſpectari debet. *l. ſemper in conjunctionibus. 42. ff. de rit. nupt. l. ſemper. 197. ff. de Reg. jur.* Alber. Gentil. *lib. 5. de nupt. cap. 13.*

13 (4.) † Accedit ſanctio manifeſta Juſtiniani Imperatoris *in §. ſi uxor. Inſt. de nupt.* ubi hæc leguntur verba: *Conſtat, nec ſponſam filii nurum eſſe, nec patris ſponſam novercam eſſe, rectiùs tamen & jure facturos eſſe, qui ab hujusmodi nuptiis abſtinuerint.* † Quò 14
& facit reſcriptum Zenonis: Licèt quidam Ægyptiorum idcircò mortuorum fratrum ſibi conjuges matrimonio copulaverint, quod poſt illorum mortem manſiſſe virgines dicebantur, arbitrati ſcilicet, quod certis legum conditoribus placuit, cum corpore non convenerint, nuptias non videri eſſe contractas, & hujusmodi connubia tunc temporis celebrata, firmata ſunt: tamen præſenti lege ſancimus, ſi quæ hujusmodi nuptiæ contractæ fuerint, eas earumque contractores, & ex his progenitos antiquarum legum tenori ſubjacere, nec ad exemplum Ægyptiorum (de quibus ſuprà dictum eſt) eas videri fuiſſe firmas, vel firmandas, *in l. 8. C. de inceſt. & inut. nupt.*

(5.) † Et notabilia ſunt tandem verba 15
Facultatis Theologicæ Roſtochienſis *in Conſilio ſuper quæſtione: An quis defuncti fratris ſponſam ducere queat?* Ita namque ajunt: Ob wol Gottes Wort *in terminis terminantibus* dieſen *caſum*, des verſtorbenen Bruders Braut betreffende / nicht ebener maſſen mit ausdrücklichem Verboth *decidi*ret / wie wegen deſſelben hinterlaſſenen Frauen zu meyden / *Levit. 18. v. 16.* geſchicht / daß dennoch in demſelbigen dermaſſen von der verlobten Jungfrauen Ehe geredet wird / daß wir *quoad eſſentiam matrimonii* (davon der *uſus in copulâ carnali*, und ehelicher Beywohnung iſt unterſcheiden) beydes gleich halten / und derowegen was *in conjugio conſummato* verboten wegen der Sipſchafft / ſolches verſtehen wir auch nicht unbillich von dem *rato & inchoato per ſponſalia matrimonio.* Dieſe unſere Meynung deutlichen zu vernehmen / achten wir vor nöthig / daß mit Fleiß erwogen werden die Oerter und Sprüche der Schrifft / in welchen entweder die verlobte Braut des Bräutigams Fraue wird genennet / welches geſchicht *Deut. 22. v. 24. Matth. 1. v. 20.* Oder der Bräutigam der Braut Mann / wie zu erſehen *Matth. 1. verſ. 19.* oder auch die Braut / wenn ſie ſich untreu gegen ihren Bräutigam bezeiget / und mit andern in fleiſchlicher Erkäntniß verunreiniget / für eine Ehebrecherin gehalten wird / *Deut. 22. v. 24. Hoſ. 4. v. 13.* Aus welchen / als des H. Geiſtes Urtheils-Sprüchen / wir es dafür halten / daß vor GOtt kein Unterſcheid ſey / ſo viel die Natur / Weſen und Eigenſchafft des Eheſtandes betrifft / *inter inchoatum ſive ratum: & inter conſummatum matrimonium.* Und ſchlieſſen demnach: Was in dem

dem einen ausdrücklichen verboten / ſolches ſey in dem andern nicht nachgegeben/ꝛc. ap. Georg. Dedekenn. *vol.3.conſil. theol.lib.3.ſect.2.tit.2.n.4.fol.351.*ubi & Conſitoriorum deciſa adducit. † Quid juris ve- 16
rò hoc in caſu qvoad diſpenſationem Magiſtratûs, dicam *infra Defin.121.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Nicolai* Rhoſtens/ *Superintendentis Che-* 17
mnicenſis die 27. Mart. An.1610.(*Verba Sententiæ:* Hat der verſtorbene Georg F. zu Erdmañsdorff ſich mit Marien / Valtin F. auch zu Erdmañsdorff Tochter in ein verbündliches Eheverlöbniß eingelaſſen; So kan deſſelben Bruder Jacob F. gemeldte Marien nicht zur Ehe nehmen/V.R.W.)

It. † *ad conſultationem* Paul N. zu Lommatzſch/ *die 15. Jan. An.1619.(Verba Sententiæ:* 18
Dieweil aus eingezogener Erkundigung ſo viel erſcheinet / daß euch von Annen/ George F. zu Sehehauſen verſtorbenen Tochter und ihren Eltern eine Zuſagung der Ehe geſchehen; So wird euch zu Erhaltung Zucht und Erbarkeit ohne unſers gnädigſten Herrns *diſpenſation* derſelben Schweſter zu ehelichen nicht verſtattet/V.R.W.)

Et † *Superintendenti Annæbergenſi die 5. Mart. Anno 1628.(Verba Reſcripti:* Wir haben 19
euern eingeſchickten Bericht / die vom Pfarrer zum Grünhain *M. Bartholomæo* F. mit George P. daſelbſt / und ſeiner verſtorbenen Braut Schweſter verrichtete *copulation* betreffende/verleſen hören. Begehren hierauf an ſtatt Jhrer Churfl. Durchl. ihr wollet bemeldten P. und den Pfarrer vor euch beſcheiden/ jenem/ daß er ſeiner verſtorbenen Tochter Verlöbniß dem Pfarrer verſchwiegen /dieſem aber / daß er vor der *proclamation* nicht beſſer nachgefraget / ernſtliche Verweiſung thun/darneben von P. 5. Thaler Strafe abfordern und anhero überſenden / dem Pfarrer aber / daß er in dergleichen Fällen ſich hinfüro fleiſſiger enkundigen ſol / auferlegen/ꝛc.)

Definit. CIIX.

Nec matrem ſponſæ defunctæ in uxorem ducere licet.

SUMMARIA.

1. Nec filiam ſponſæ defunctæ, nec ejusdem matrem in uxorem ducere licet.
2. Non quidem ob probibitionem, vel autoritatem Papalem.
3. Sed propter publicam honeſtatem, n.4.
5. Fidemque conjugalem per ſponſalia datam.
6. Accedit probibitio juris civilis. n.7.
8. Et juris municipalis Saxonici.
9. Impedit etiam reſpectus parentum haſce nuptias. n.10.
11. Diſpenſatio tamen hoc caſu locum habet.
12. Sententia Conſiſtorii Supremi.

1 EAdemque ratio facit, ut nec filiam ſponſæ defunctæ, nec ejusdem matrem ducere liceat: non quidem ob prohibitionem juris pontificii, quà Pontifex Romanus hoc impedimentum tanquam abſolutè neceſſarium, ac non modò ut matrimonium contrahendum impediens, verùm etiam ut contractum
2 diſſolvens † papali ſuâ autoritate Eccleſiis obtrudere, & conſcientiis laqueos injicere parat; Nec enim ſacra pagina ullibi talia matrimonia contrahi vetat, multò minùs jam contracta diſſolvi jubet,
3 Hemming. *de conjug. pag.123.* Sed (1.) † ob publicam honeſtatem & ſcandali evitationem, cujus in nuptiis contrahendis nunquam non ratio eſt habenda, maximèque adlaborandum, ut ſervetur honeſtas ac verecundia caſtis moribus perſeveret, *l. un. C. de majum. lib.11.* & † ne magis 4
conſiderando quid fiat, quam quid fieri debeat, *l.12. ff. de offic. præſ.* materia peccandi malis præbeatur moribus, *l.1. in pr. ff. ad SCtum Maced.* † Quin & ob id fidem conju- 5
galem jam datam, ac vim mutui conſenſus, qui nuptias facit, *l. nuptias. ff. de Reg. jur.* (2.) † Idque eò minus, quia jus civile nu- 6
ptias haſce deteſtatur. Ita namque ſcribit Paulus JCtus: *Item ejus matrem, quam ſponſam habui, non poſſe me uxorem ducere, Auguſtus interpretatus eſt. fuiſſe enim eam ſocrum. in l. adoptivus filius.14. §. ult. ff. de rit. nupt.* Et Ulpianus: † *Inter me & ſponſam patris mei* 7
nuptiæ contrahi non poſſunt, quanquam no-

noverca mea non propriè dicatur. Sed & per contratrium, ſponſa mea patri meo nubere non poterit, quamvis nurus non propriè dicatur. in l. ſi. qua mihi. 12. §. 1. & 2. ff. eod. tit.

8 (3.) Parilis † extat prohibitio in jure municipali, *Conſt. provinc. de A. 1557. p. 188. fac. 2. ſub Rubr.* Vom Bräutigam und der Braut/das iſt/die ſich mit einander öffentlich verlobet/und doch das eine verſtirbet/ ehe die Hochzeit oder Beylager gehalten. ibi: Der Sohn ſol nicht nehmen ſeiner Braut Mutter. It. Er ſol nicht nehmen ſeines Vaters Braut oder Vertrauete/ welche ſeine Stieff-Mutter ſolte worden ſeyn. *Et ſub Rubr.* Alſo iſt auch von der Tochter zu ſagen / nemlichen. ibi: Die Tochter ſol nicht nehmen ihrer Mutter Bräutigam oder Vertrauten / welcher ihr Stieffvater ſolte geworden ſeyn. It: Sie ſol nicht nehmen ihres Bräutigams Vater/das iſt der/mit welches Sohne ſie ſich zuvor verlobet / und doch mit ihme nicht Hochzeit gehalten. Der Vater ſol nicht nehmen ſeines Sohnes verlobte Braut. Die Mutter ſol nicht nehmen ihrer Tochter verlobten Bräutigam. (4.)
† Cumque ſponſæ mater, patrisque ſponſa 9
loco ſit matris, *dict. l. adoptivus filius. 14. §. ult. in fin. ibi: fuiſſe enim eam ſocrum.* fieri haut poteſt, ut non reverentia ei debeatur, quæ vel ſola nuptias haſce impedit, *§. ergò non omnes. 1. & §. item amitam. 5. Inſt. de nupt.* † Quid enim in tantâ perſonarum 10
copiâ cum eâ inire matrimonium neceſſe eſſet, quæ filia vel mater vulgò putetur, inquit Egvinarius Barò *ad §. ſi uxor. 9. Inſt. de nupt.* Sed † nec heic diſpenſationem Sere- 11
niſſimi Electoris excluſam velim, vid. *infra Defin. 122.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Marci S. zu Ditmannsdorff/*die 25. Jul.* 12
A. 1617. (*Verba Sententiæ:* Habt ihr euch unlängſten mit Adam H. hinterlaſſenen Tochter Jungfrauen Marien mit ihrer Mutter Annen Verwilligung und *conſens* in ein Ehegelöbniß eingelaſſen/und öffentliche *ſponſalia* mit ihr gehalten: Als aber unlängſten dieſelbe an der gefährl. Seuche der Peſt noch vor gehaltener Hochzeit verſtorben/ſeyd ihr gemeynet/mit derſelbigen Mutter Annen G. euch zu verehelichen/wie ihr denn bey ihr dieſes Werck durch Mittels-Perſonen allbereit anbringen laſſen. Wann ſie nun gleich auch ihres Theils zu frieden ſeyn/und ihr Jawort von ſich geben möchte; So wäre doch dieſe Verehlichung nicht zuläßlich/V. R. W.)

TIT. VII.

De

Diſpenſatione Matrimonii in gradibus prohibitis.

Definit. CIX.

Diſpenſare non poteſt Magiſtratus, nec veniam nubendi dare in gradibus lege divinâ prohibitis.

SUMMARIA.

1. *Diſpenſandi jus pontificii nimium extendunt.*
2. *Etiam ad gradus jure divino prohibitos.*
3. *Quod declaratur exemplis.*
4. *Rejicitur hæc ſententia à noſtratibus Theologis.*
5. *Non poteſt diſpenſare Magiſtratus in gradibus jure divino prohibitis.*
6. *Quibus ex rationibus & fundamentis? n. 7. 13.*
8. *Creatura non diſpenſet contra mandatum Creatoris.*
9. *Nec Papa in gratiam Imperatoris contra jus divinum.*

10. *Nul-*

10. Nulla naturæ lex ab homine eſt diſpenſabilis.
11. Leges divinæ de prohibitis gradibus in conjugio ſunt etiam leges naturæ.
12. Quod ratione probatur.
14. Omnis diſpenſatio circa divina mandata eſt prohibita. n. 15. 16.
17. Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n. 18.
19. Ejusdem Reſcripta, n. 20.

1 Nimium jus diſpenſandi, h.e. dandi
veniam nubendi in gradibus pro-
hibitis extendunt Pontificii, adeò
ut excepto gradu conſanguinitatis
primo in linea tam directâ, quam transversâ,
& primo gradu affinitatis in linea directâ,
2 in reliquis gradibus † etiam jure divino
prohibitis ei dent locum, ut legere eſt apud
Bellarm. *lib. de matrim. cap. 27.* Gregor.
de Valentia *tom. 4. diſp. 10. quæſt. 5. punct. 3.*
& Lorin. *comm. in cap. 18. Levit.* Factum
3 † inde, quòd Emanuel Rex Portugalliæ
duas ſorores ſucceſſivè duxerit uxores in-
dultu Pontificis. Rex itidem Angliæ Hen-
ricus IIX. Arturi fratris defuncti uxorem
ex diſpenſatione Pontificum Julii II. Leo-
nis XI. Adriani VI. Clementis VII. Et Rex
Siciliæ Ferdinandus ſororem patris ſui Jo-
hannam in uxorem duxit, diſpenſante Ale-
4 xandro VI. Sed reſpuunt † hanc extenſio-
nem noſtrates Theologi, nec unquam con-
tra prohibitionem divinam ſive in gradibus
à Jehova vetitis, Magiſtratui quantumvis
5 ſummo † facultatem diſpenſandi competere
ſtatuunt, Bernhard. *de præc. & diſp. cap. 5.*
Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 346. pag. 510.*
Caſp. Eraſm. Brochm. *in art. de conjug. cap. 4.
quæſt. 50.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. & ma-
trim. part. 2. cap. 56.*

6 Rectè omninò: (1.) Quia † ejus eſt
ſolvere, cujus eſt ligare, nec ulla lex, quam
ſupremus promulgavit Magiſtratus, à ſub-
ditis remitti, vel contra eam diſpenſari pot-
eſt; Quare quod non ab homine traditum,
ſed divinitùs promulgatum eſt, nullam ad-
mittit diſpenſationem humanam, Gerhard.
7 *dict. loco.* Nam † diſerta DEI vox eſt
*Deut. 4. verſ. 2. Non addetis ad verbum,
quod ego loquor vobis, nec auferetis ab eo.
Cuſtodite mandata Domini DEI veſtri, quæ
8 ego præcipio vobis.* Nec † creatura con-
tra mandatum Creatoris diſpenſare poteſt,
nec Papa contra præceptum divinum, Ol-
drad. Laudenſ. *in conſil. matrimon. conſ. 1.
9 num. 5.* notabiliter hinc ſcripſit Felin: † Si
Imperator vel Rex Romanus haberet uxo-
rem ſterilem, Papam non poſſe diſpenſare,
ut aliam ducat, *in cap. quæ in Eccleſiarum.
num. 23. extr. de conſtit.*

(2.) Nec † ibunt inficias Pontificii, 10
nullam naturæ legem ab homine diſpenſa-
bilem eſſe; Sunt autem leges de prohibitis
conjugii gradibus enumeratæ *Lev. 18. & 20.*
† leges naturæ, ac ea propter tales, quæ di- 11
ſpenſationem humanam non admittant.
Quod ſi de aſſumtione dubitare velis, pro-
ducimus verba Jehovæ: Ne polluamini in
omnibus iis, quibus contaminatæ ſunt uni-
verſæ gentes, quas ego ejiciam ante con-
ſpectum veſtrum, & quibus polluta eſt terra,
cujus ego ſcelera viſitabo, *Lev. 18. verſ. 24.
26. 27.* † Etenim gentes non dediſſent 12
pœnas violatorum conjugii graduum, niſi
ipſa lex naturæ dictaſſet, qui eſſent conjugii
gradus prohibiti, ut bene inferunt noſtrates
Theologi, Caſpar. Eraſm. Brochmand. *in
art. de conjug. cap. 4. pag. 39.* & latiſſimè
Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 294. &
multis ſeqq.*

(3.) † Eoque faciunt dicta Scripturæ: 13
Quisquis ſolverit unum ex mandatis hiſce
minimis, & ita docuerit homines, minimus
vocabitur in Regno cœlorum, *Matth. 5. v. 14.*
Quisquis transgreditur in uno, factus eſt
omnium reus, *Jacob. 2. verſ. 10.* Quibus
minima † etiam circa divina mandata di- 14
ſpenſatio excluditur; Loquuntur enim di-
cta illa de mandatis & præceptis moralibus;
inter quæ etiam prohibitionem graduum
matrimonialium divinam referri ex Luthe-
ranis nemo dubitat, vel ſaltem inde convi-
ctus, quòd transgreſſoribus hujus prohibi-
tionis imponatur pœna capitalis, *Levit. 20.
verſ. 11. 12. 14. 17. 19. 20. 21.* † atque hinc 15
in publica maledictione, quam totus po-
pulus pronunciabat adverſus peccantes, le-
gum quoque matrimonialium transgreſ-
ſiones incluſæ fuerunt hiſce verbis: Male-
dictus, qui dormit cum uxore patris ſui;
Maledictus, qui dormit cum ſorore ſua;
Maledictus, qui dormit cum ſocru ſua,
Deut. 27. verſ. 20. 22. 23. † Idemque in- 16
nuit clauſula legibus de prohibitis gradi-
bus adjecta generalis: Cuſtodite leges
meas ac judicia, quæ faciens homo vivet in
eis, *Levit. 18. verſ. 5.* Gerhard. *dicto loco
de conjug. §. 297.* Brochmand. *dict. cap. 4.
quæſt. 50.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem* Hanſen W. zu Pirna/ *die 19. Decembr.* 17
Anno 1632. (*Verba Sententiæ:* Daß dieſer Fall in GOttes Wort ausdrücklichen
verboten/und ihr dahero Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen *Diſpenſation* euch nicht
zu getröſten/ V. R. W.)

It. † *Martini* F. zu L. *die 20. Jun. An. 1614.* (*Verba Sententiæ:* So wird ſelbige Ehe we- 18
der in Göttlicher H. Schrifft/noch in beſchriebenen Rechten verſtattet/ kan auch
hierinnen nicht *diſpenſiret* werden/ V. R. W.)

Et † *Superintendenti Oſſitienſi, die 23. Febr. Anno 1627.* (*Verba Reſcripti:* In welchem 19
Fall aber weil vermöge Göttlicher H. Schrift die Ehe verboten; So kan auch
darwider keine *Diſpenſation* ſtatt haben/ ꝛc.)

Nec non † *Præfecto in Tharand, die 12. Jun. Anno 1615.* (*Verba Reſcripti:* Was maſſen 20
uns J. S. um *Diſpenſation* N. N. zu ehelichen *ſupplicando* unterthänigſt angelan-
get/ſolches habt ihr inliegende zu befinden. Wann aber dieſe Ehe in Göttlicher
Heil. Schrifft verboten; Als begehren wir hiermit/ ihr wollet ihn von ſeinem
Suchen abweiſen/ ꝛc.)

DEFINIT. CX.

At bene in gradibus prohibitis de jure municipali, quo nec ipſi Magiſtratus & Principes tenentur.

SUMMARIA.

1. *Diverſa eſt ratio graduum de jure provinciali prohibitorum.*
2. *Quibus in gradibus illuſtres perſonæ licitas contrahunt nuptias.*
3. *Judicium Hemmingii hiſce de nuptiis. num. 4.*
5. *Rationes hujus ſingularitatis in perſonis illuſtribus. n. 6.*
7. *Diſpenſare etiam poſſunt Principes, & veniam nubendi hiſce in gradibus dare aliis perſonis inferioribus. n. 9.*
8. *Quibus ex fundamentis & rationibus?*
10. *Principes in ſuis territoriis idem poſſunt, quod Imperator in Imperio.*
11. *Diſpenſatio refertur inter jura Principis.*
12. *Sanctio de diſpenſatione Electoralis manifeſta. n. 13.*
14. *Sententia Conſiſtorii Supremi. n. 15.*

1 ALia verò eſt ratio graduum jure tan-
tummodò provinciali ſeu poſitivo
prohibitorum, ipſâ notante vo-
culâ; Nam *poſitivum* propterea di-
citur, quod in Principis voluntate poſitum
2 ſit; Unde receptâ inter illuſtres † perſonas
conſuetudine modernâ, de qua Hænon. *in
diſput. pandect. 6. th. 4. lit. b.* matrimonia hiſ-
ce in gradibus contrahi videmus. Quâ de re
3 notabiliter ſcripſit Hemmingius hiſce † ver-
bis: Judicio rectè diſcerni inter illuſtres per-
ſonas, præſertim eas, penes quas eſt rerum
ſumma & poteſtas. Eſt enim planè indi-
gnum, communibus legibus Principes con-
ſtringere, ut nullis in rebus eis quicquam,
quod tamen fieri poſſit ſine offenſione DEI
& injuriâ ſubditorum, concedatur, niſi quod
infimis cerdonibus ex lege communi con-
ceditur, cùm tamen multis privatis propter
ſingularia in Rempublicam & Eccleſiam
merita juſtè concedantur privilegia: Inter
illuſtres igitur perſonas nuptiæ concedi ju-
ſtè poſſunt in omnibus gradibus divinitùs
non prohibitis, potiſſimùm cùm inde bo-
num publicum ſperetur. † Nam ſi idem fi- 4
nis monſtrari poterit conceſſionis nuptia-
rum in illuſtribus perſonis, qui eſt prohibi-
tionis in aliis, poterit & conceſſio & prohi-
bitio ſimul ſtare ſine ulla legis communis
injuria. Nam ut conceſſio non pugnans
cum verbo DEI vergit ſæpe in publicum
bonum in illuſtribus perſonis; ita prohi-
bitio humana in aliis ad bonum publicum
refertur. *Hactenus Hemming.* Nimirum
† quum mortales variis DEus diſtinxerit do- 5
nis, certisque regionibus, nationibus & fa-
miliis peculiares quoſdam affectus inſitos
cernere liceat, Machiav. *lib. 3. de Republ. c. 43.*
rectè

rectè Principibus curæ eſt, ob pacem, ſalutem, conſervationem regionum, propagationem familiarum illuſtrium, & bonum publicum cautè agere, & quâ ex gente ducant uxores, circumſpicere.
6 Ut † hinc non poſſint, nec debeant illegitima pronunciari matrimonia Regum ac Principum in gradibus jure municipali prohibitis contracta, cum ipſimet ſint iure illo poſitivo ſuperiores, nec ob æqualium paucitatem facilè conjugia genere & ſplendore ſuo digna invenire queant, Joh. Gerh. *in loco de conjug.* §. *346. pag. 510.*

7 † Ex quo etiam jus diſpenſandi ipſis competit, ut inferioris ſortis homines in gradibus jure municipali prohibitis eorum permiſſu nuptias contrahere valeant, Gerhard. *dict. loco.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal.*
8 *& matrimon. part. 2. cap. 56. pag. 217.* (1.) † *ex Novell. Leonis 109. in verb. Atque hoc quidem, quantum ad communem publicamque Reipublicæ uſum attinet, ita vetitum ſit. Verum ſi Imperator (ut ſæpè accidit) novam familiam conficiens & ſponſalia, & conſecratione peragendam conjunctionem intra præſtitutos annos deſponſandis decreto permittat, id nihil legi adverſabitur. Licitum enim eſt, ut quibus Deus univerſi terrarum orbis tanquam familiæ cujuspiam adminiſtrationem demandavit, hi ſecus quàm lex, quæ ſubditos devincit, præſcri-*
9 *bat, familias cogant.* (2.) † Nec eſt quòd de ſolo Imperatore hoc dictum exiſtimes, poſtquam hodie Principes Imperii eandem in provinciis & diſtrictibus ſuis habeant poteſtatem, quam † Imperator in Imperio uni- 10
verſo, Jacob. Menoch. *vol. 1. conſil. 75. n. 56.* Matth. de Afflict. *deciſ. 305. n. 7.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 24. n. 1.* Waremund. ab Ehrenberg. *de ſubſid. Regni, cap. 15. num. 5.* Frider. Pruckman. *in §. ſoluta poteſtas, cap. 4. membr. 3. effect. 10. n. 22.* Ventur. de Valent. *in parthen. litigioſ. lib. 1. cap. 2. n. 6.* Thom. Michael. *de jurisdict. concluſ. 45.* Bornit. *de majeſt. cap. 14.* (3.) † Atque hinc diſpen- 11
ſatio contra leges poſitivas inter jura Principis refertur, Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 1. claſſ. 2. cap. 12. n. 49.* quare † & Sereniſſimus Sax. Elector in pro- 12
vinciis ſui Electoratûs eam ſibi ſoli vendicavit *in Ord. Eccl. ſub Rubr.* Von beyden *Conſiſtoriis* zu Leipzig und Wittenberg, *num. 8. in fin.* Wann auch in Eheſachen bey den *Conſiſtorien* um *diſpenſation* angeſuchet würde/ ſollen ſich die *Conſiſtorialen* derſelben nicht mächtigen/ſondern ſolches iederzeit an uns gelangen laſſen/ und unſers fernern Beſcheids darauf erwarten. (4.)
† Et verbis clarioribus *in Edicto ſpeciali ſub* 13
dato Dresdæ 31. Maji An. 1624. in calce der Ehe-Ordnung. §. Und ob zwar. *verſ.* So ſol derſelbe ſich im wenigſten nichts verbündliches einlaſſen/ ſondern zuvor uns ſein Vorhaben/ und was ihn darzu ſonderlich verurſacht/ unterthänigſt zu erkennen geben/ und darauf/ ob und wie wir gnädigſt *diſpenſi*ren wolten/unſerer *reſolution* erwarten.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Adami Idenecks Madoſa* von Salopiſchke 14
auf Stakoth/ *die 8. April. An. 1609.* (*Verba Sententiæ:* Daß vermöge göttlicher H. Schrifft/ auch gemeiner Käyſerl. Rechte bemeldte Perſon ohne Verletzung euers Gewiſſens zur Ehe zu nehmen euch unverboten. Wie auch ingleichen/ da das Päbſtiſche Recht/ welches die Ehe bis auf den vierdten Grad *incluſivè* verbeut/ bey euch im üblichen Brauch/oder ſonſten zu Erhaltung mehrer Zucht und Erbarkeit in dieſem Grad der Blutfreundſchafft die Ehe nicht verſtattet würde/ ihr bey der Obrigkeit um *diſpenſation* und Nachlaſſung dißfalls füglichen anſuchen könnet/ V. R. W.)

Et † *ad requiſitionem Johannis H.* zu Wernshauſen/ *die 17. Jun. A. 1628.* (*Verba Sententiæ:* 15
Daß euer Sohn Hans mit ſeines Großvaters Bruders Tochter-Tochter vermöge H. göttlicher Schrifft/auch Käyſerl. Rechtens und der Churfl. Sächſ. Ehe-Ordnung ſich in Ehegelöbniß einzulaſſen wohl befugt: Da aber in der Fürſtl. Graffſchafft Henneberg ein anders verordnet oder hergebracht iſt; So muß von euch zuvor um *diſpenſation* der Landesfürſtlichen Obrigkeit unterthänigſte Anſuchung geſchehen/ V. R. W.)

Definit. CXI.

Non ergò diſpenſare valet Princeps ac Magiſtratus in gradu ſecundo conſanguinitatis lineæ inæqualis, ut quis fratris aut ſororis filiam ducat, & vice verſa.

Summaria.

1. *Contra gradus jure divino probibitos licita non eſt diſpenſatio, n. 3.*
2. *Ne quidem à Papâ & Imperatore.*
4. *At benè diſpenſari poteſt in gradibus jure poſitivo probibitis.*
5. *Ergò nunquam in lineâ rectâ.*
6. *Nec inter fratres & ſorores.*
7. *At num in gradu ſecundo lineæ inæqualis?*
8. *Gradus hic non modò de jure civili probibitus.*
9. *Et jure pontificio.*
10. *Sed etiam de jure divino. n. 11.*
12. *Non ergò locum hîc habet diſpenſatio. n. 13.*
14. *Princeps non eſt ſolutus à dictamine rectæ rationis.*
15. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
16. *Ejusdem Reſcriptum.*

1 Regula ergò ſtat firma, quòd contra gradus jure divino prohibitos, ac *Levit. cap. 18. & 20.* enumeratos licita haut ſit diſpenſatio Magiſtratûs, † 2 adeò ut nec Papa nec Imperator hiſce caſibus poteſtatem diſpenſandi arrogare ſibi queant, Oldrad. Laudenſ. *in conſil. matrimon. conſil. 1. num. 5.* † 3 Non etenim ratione humanâ permitti poſſunt ea, quæ jure divino ſunt prohibita, ut in ſimili dixit Balth. *in Auth. ad hæc. C. de uſur. num. 2.* 4 Sed † benè valet diſpenſatio in gradibus de ſolo jure civili aut municipali prohibitis, *Defin. præced.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. & matrim. part. 2. cap. 56. p. 217.*

Ex quo jam nullo negotio manifeſtum eſt, quibus in caſibus diſpenſationi ſit locus. 5 Sanè † cùm de jure divino in lineâ rectâ inter aſcendentes & deſcendentes in infinitum, *Levit. 18. & 20. Deut. 22. in fin. ſupr. Defin. 73.* 6 † nec non in lineâ transverſali æquali in gradu primo inter fratres & ſorores connubium eſt prohibitum, *Lev. 18. v. 9. ſupr. Defin. 78. n. 2.* procul dubio non erit, qui diſpenſationem hiſce caſibus petere audeat, multò minùs veniam dandi facultatem ſibi ſumat.

7 Quid verò juris † in gradu ſecundo lineæ inæqualis, ſi quis fratris vel ſororis filium filiamvè, aut vice verſâ patruum, amitam, avunculum vel materteram petat in ma-8 trimonium? Non † ſaltem de jure civili, *§. fratris verò. 3. & §. item amitam. 5. Inſt. de nupt. l. 2. C. ſi nupt. ex reſcript. pet. l. ult. C. de inceſt. & inutil. nupt.* & † 9 pontificio, *cap. non debet. extr. de conſanguin. & affinit. can. de conſanguinitate. can. quænam. 30. quæſt. 5.* ſed etiam † jure divino nuptiæ 10 hæ prohibentur, *Levit. 18. verſ. 21.* Nuditatem amitæ tuæ nec retegito, *verſ. 13.* Nuditatem materteræ tuæ ne retegito, propinqua matris tuæ eſt. Ex † quo etiam matrimoni- 11 um cum filio fratris ſororisvè prohibitum eſſe nemo ambigit, poſtquam noſtrorum Theologorum veritati exactiſſimè conformis eſt ſententia, non tantum prohiberi *Levit. 18.* conjugium iſtarum perſonarum, quæ nominatim ibi exprimuntur, ſed etiam omnium, quæ in eodem, pari ſeu æquali aut viciniore ſunt gradu, *ſupr. Defin. 76. num. 4. & ſeqq.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. cap. 2. ſect. 7.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 275.* Martin. Chemnit. *part. 3. locor. de conjug. p. 549.* Beuſt. *de ſponſal. & matrimon. part. 2. c. 51.* † Conſequitur hinc er- 12 gò, Magiſtratui nequaquam fas eſſe, hoc in gradu diſpenſare, veniamque nubendi concedere. Idque tantò minùs, quia hocce connubium cenſetur vetitum ex reſpectu paterno, † quòd patruus, amita, avunculus & ma- 13 tertera ſint loco parentum, *dict. §. item amitam. 5. Inſt. de nupt. Ordin. Eccl. ſub tit.* Von Eheſachen. *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß. §. Die Perſonen/ welche ſeithalber. *in fin. ibi:* Weil dieſelbe der Eltern ſtatt halten/ ꝛc. qui reſpectus in jure naturali & divino eſt fundatus, cui † Princeps 14 contravenire haut poteſt, quippe qui naturam ſubditam non habet, nec ſolutus eſt à dictamine rectæ rationis, Enenckel. *de privil. cap. 8. n. 50. & ſeqq.* Bald. *in l. 2. C. de ſervit. & aqua.* Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8.* Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 1. claſſ. 3. cap. 12. n. 7.*

Ita

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ Sigismundi K. contra* Marien E. *die 20. Febr. An.* 15
1616. (*Verba Decreti:* Wiewol nun Kläger auf ſolchem ſeinen Vorgeben und beſchehener Zuſage nochmals ſtandhafftig beruhet / Beklagte auch ſich endlichen hierzu erkläret. Dieweil aber gleichwol aus eingenommener Erkundigung ſich ſo viel befunden/ daß Beklagte Klägers leiblicher Schweſter Tochter iſt/ in welchem Fall weder nach weltlichen noch göttlichen Rechten die Ehe zuläßlichen/ alſo daß auch in keinerley Wege hierinnen *diſpenſi*ret werden mag; So wird Beklagte von Klägers Zuſprüchen billich entbunden/ und ihnen beyden mit Ernſt unterſaget/ hinfüro von dergleichen unverantwortlichen Vornehmen abzuſtehen/ V. R. W.)

Et † *Superintendenti Oſſitienſi, die 23. Febr. An. 1627.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euren 16
eingeſchickten Bericht in Ehe- und Schwängerungs-Sachen Margarethen/ Peter W. Tochter/ und Hanſen K. betreffende/ verleſen hören/ und daraus befunden/ daß Beklagter der Klägerin in beyden Puncten an ihrer Klage nichts geſtändig ſeyn wollen/ dergleichen auch vor uns geſchehen. Wann dann der Klägerin Vater darneben bekannt/ daß er und des Beklagten voriges Weib eine Mutter gehabt/ dahero die Klägerin und Beklagter einander im andern Grad ungleicher Linien der Schwägerſchafft nach verwandt ſeyn/ in welchem Fall aber vermöge göttlicher H. Schrifft die Ehe verboten / auch darwider keine *diſpenſation* ſtatt hat; Als iſt an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet hinfüro zwiſchen den Partheyen/ wenn ſie ſeitwerts im erſten gleicher / und im andern Grad ungleicher Linien von gantzer oder halber Geburth/ ſie ſeyn gleich nach der Blutfreundſchafft oder Schwägerſchafft einander verwandt / keine Verhör anſtellen/ noch *pro matrimonio* handeln/ auch die Partheyen zu Erlangung der *diſpenſation* nicht an uns *remitti*ren/ ſondern wann das klagende Theil auf euere Erinnerung von ſeiner Klage nicht abſtehen wil/ daſſelbe an des Beklagten weltliche Obrigkeit weiſen/ welche Inhalts der *publicir*ten Kirchen-Ordnung der verwirckten Strafe halber auf Belernung der Schöppenſtüle alsdenn wider die Verbrecher zu verfahren wiſſen wird/ V. R. W.)

DEFINIT. CXII.

Nec in affinitate locum habet diſpenſatio Principis aut Magiſtratûs ſecundo in gradu lineæ inæqualis, ſi quis nempe uxoris prædefunctæ ſororis filiam, parilivè modo ſibi junctam affinem ducere velit.

SUMMARIA.

1. *Deciſio parilis in affinitatis gradu ſecundo lineæ inæqualis.*
2. *Rationes & fundamenta deciſionis. n. 6.*
3. *In hiſce etiam perſonis obtinet reſpectus paternus.*
4. *Qui reſpectus matrimonium impedit.*
5. *Magiſtratus haut eſt ſolutus à dictamine juris naturalis.*
7. *Eadem prohibitio connubii in conſanguinitate & affinitate.*
8. *Identitas rationis idem jus facit.*
9. *Sententia Conſiſtorii Supremi. n. 10.*
11. *Ejusdem Reſcriptum.*

1 EAdemque deciſio obtinet in gradu ſecundo affinitatis lineæ inæqualis, ita ut diſpenſationi nequaquam ſit locus, ſi quis defunctæ uxoris ſororis ſive gloris filiam, vel patrui ſui viduam ducere: aut quod idem eſt, fœmina materteræ defunctæ viduo, vel filio gloris ſuæ, id eſt, ſororis
2 mariti ſui defuncti nubere velit. (1.) † Non ſolùm quia hiſce perſonis de jure divino interdicitur matrimonio, ut probatum dedimus ſupra *Defin. 92. Levit. 18. v. 14. ibi:* Nuditatem patrui tui non revelabis, nec accedes ad uxorem ejus, uxor patrui tui ipſa, *& c. 20. v. 20. ibi:* Qui coierit cum uxore patrui ſui, nuditatem patrui ſui revelavit, portabunt peccatum ſuum, absque liberis morientur, Chemnit. *de conjug. c. 3. Reg. 10.* Beza *de repud. pag. 82.* Joh. Gerh. *in loco de conjug. §. 351. pag. 522.* Hafenreff. *in loc. pag. 634.* Alber. Gentil. *l. 5. de nupt. c. 10. pag. 549.* ex quo firmiſſimum deſumitur argumentum contra diſpenſationem Magiſtratûs, *ſuprà Defin. 109.*

 (2.) †

3 (2.) † Sed etiam quia hiſce in perſonis ob-
tinet reſpectus paternus connubium impe-
diens, *l. non facilè. 4. §. hoc itaque. 7. ff. de*
4 *gradib.* quemadmodum † ergò hujus in-
tuitu cum fratris ſororisve filia permittere
matrimonium nefas eſt, *Defin. præced.* ita
nec in eodem gradu & caſu affinitatis di-
5 ſpenſatio poteſt obtineri, ſcilicet quia † ma-
giſtratus à dictamine juris naturalis, in quo
reſpectus ille fundatur, abſolutus haut eſt,
Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8.* Reinking. *de*
regim. ſecul. & eccleſ. lib. 1. claſſ. 3. cap. 12.
6 *n. 7.* (3.) † Et cur admitteretur diſpenſa-
tio in affinitate, quæ improbatur in conſan-
gvinitate, † poſtquam in utrâque eadem eſt 7
computatio graduum, eademque prohibitio
conjugii, *ſuprà Defin. 88. c. de propinquis. 35.*
quæſt. 2. Balth. Mentz. *de conjug. pag. 72.*
Johann. Schneidvvin. *ad tit. Inſt. de nupt.*
Rubr. de arbore affin. n. 9. Joh. Gerhard. *in*
loco de conjug. §. 336. ut non immeritò heic
locus ſit Regulæ vulgatæ: eadem ratio idem
jus facit, *l. illud quæſitum eſt. 32. ff. ad Leg.*
Aquil. l. quædam. 9. §. numularios. 2. ff. de e-
dendo. l. his ſolis. 7. C. de revocand. donat.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Martini F.* zu L. *die 20. Jun. A. 1614.* (*Ver-* 8
ba Sententiæ: Iſt die Weibes-Perſon/welche ihr zu ehelichen begehret/ eures ver-
ſtorbenen Weibes leiblichen Bruders nachgelaſſene Tochter/und euch alſo im an-
dern Grad der Schwägerſchafft ungleicher Linien verwandt; So wird euch
dieſelbe zu heyrathen weder in göttlicher H. Schrifft/noch in beſchriebenen Rech-
ten verſtattet/kan auch hierinnen nicht *diſpenſiret* werden/ V. R. W.)

It. † Hanſen W. zu P. *die 29. Dec. An. 1632.* (*Verba Sententiæ:* Auf euer an uns getha- 9
nes Schreiben und angeheffte Frage/ob ihr euch aus Zulaſſung göttlicher Heil.
Schrifft mit eures verſtorbenen Weibes Schweſter Tochter Jungfrauen Mar-
then/Martin P. nachgelaſſenen Tochter ehelichen verloben/ und Churfl. Durchl.
diſpenſation erheben möget/erkennen und ſprechen wir/ꝛc. vor Recht: Daß dieſer
Fall in GOttes Wort ausdrücklichen verboten/ und ihr dahero Churfl. Durchl.
zu Sachſen *diſpenſation* euch nicht zu getröſten habt/ V. R. W.)

Et † *Præfecto in Tharand, die 12. Jun. An. 1615.* (*Verba Reſcripti:* Was maſſen uns Ja- 10
cob *S.* von *C.* um *diſpenſation*, damit er ſeines vorigen Weibes Schweſter Tochter
Chriſtinen/Simon D. Witbe ehelichen möge/*ſupplicando* angelanget/ſolches habt
ihr inliegende zu befinden. Wann aber dieſe Ehe in göttlicher H. Schrifft ver-
boten; Als begehren wir hiermit/ihr wollet ihn von ſeinem Suchen abweiſen/ ꝛc.)

DEFINIT. CXIII.

Ex diſpenſatione Magiſtratûs in provinciis quoque Electoratûs & Ducatuum Saxonicorum, duorum fratrum ac ſororum liberi, conſobrini ac patrueles matrimonio jungi poſſunt.

SUMMARIA.

1. *Conſobrinis invicem interdictum eſt matrimonium.*
2. *Non ſaltem in provinciis Electoratûs.*
3. *Sed etiam aliis in Ducatibus Saxonicis.*
4. *Aliorumque in Principum diſtrictibus.*
5. *Quin & in omnibus penè reformatis Auguſtanæ Confeſſionis regionibus.*
6. *Diſpenſationi tamen hoc caſu eſt locus.*
7. *Quia prohibitio non fundata in jure divino.*
8. *Jus etiam civile connubium permittit conſobrinis.*
9. *Diſpenſatio Electoralis hoc in caſu probatur ex ſpeciali Reſcripto. n. 10.*
11. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
12. *Ejusdem Sententiæ. n. 13.*

1 Diximus *ſuprà Definit. 78.* in gradu
ſecundo conſanguinitatis lineæ
æqualis, à conſobrinis nempe h. e.
duabus ex ſororibus prognatis,
patruelibus, ſive duorum fratrum liberis
& amitinis h. e. ex fratre & ſorore proge-
nitis licitas non contrahi nuptias ex pro-
hibitione † ſpeciali in provinciis Electo- 2
ratûs Saxonici, *Ordin. Eccleſ. ſub tit.* Von
Eheſachen. *Rubr.* Welchen Perſonen ſich
in

in Ehegelöbniß. §. Die Perſonen/welche ſeithalben. & *Ordin. matrim. de Anno 1624.*
3 *punct. 2. §. 2.* quæ † prohibitio obtinet etiam in Ducatibus reliquorum Celliſſimorum Saxoniæ Ducum, teſte Baſilio Monnero *de matrimon. part. 4. cap. 1. n. 14.* Matth. Coler.
4 *part. 2. deciſ. 2. n. 2.* quin & alibi † connubium id eſſe interdictum, ex aliis retulimus, *citata Defin. 78.* & in omnibus reformatis Auguſtanæ Confeſſionis regionibus prohi-
5 bitas † reperiri haſce nuptias atteſtatur Tilemannus Heshuſius *in libello* von Ehegelöbniſſen und verbotenen *gradibus. Reg. 4.* Beſold. *in diſc. de nupt. cap. 10. n. 6. p. 52.*
6 Attamen quia † prohibitio hæc in ſolo jure poſitivo & municipali eſt fundata, diſpenſationi datur locus, *ſupr. Defin. 110.* Non
7 enim ulla juris divini ſanctio, † nec ſententia vel ratio *Levit. 18. & 20.* matrimonio conſobrinorum vel patruelium obſtat; quin potius permiſſionem ejus probant exempla in ſacris haut pauca, adducta à me *ſupr. Defin. 86.* Beza *de repud. & divort. pag. 36. & ſeqq.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. & matrim. part. 2. c. 51. verſ. in ſecundo verò gradu.* Quidni ergo diſpenſatio admitteretur? præſertim cum per † hanc res ad jus commune redi- 8
gatur, quo duorum fratrum vel ſororum liberos matrimonio jungi expreſsè permisſum novimus, §. *duorum autem. Inſt. de nupt. l. non ſolùm. 67. §. 1. ff. de ritu nupt. l. uter. 23. ff. de condit. inſt. l. Lucius. 78. §. filia. ff. ad SCtum Trebell. l. celebrandis. 19. C. de nupt.* Et † quo minus de hoc relinqua- 9
tur dubium, verbis ſat manifeſtis hanc diſpenſationem ſibi reſervat Sereniſſimus Saxoniæ Elector in *Edicto ſpeciali ſub dato Dresdæ 31. Maji, Anno 1625.* quod extat *in calce Ord. matrim.* §. Und ob zwar. *verſ.* † Wo- 10
fern aber ja jemand vermeynete/ daß ihn ſein Hertz und Gemüthe allerdinges zu einer ſolchen Perſon trüge/ die ihme im andern Grad gleicher Linien befreundet/ ꝛc. So ſol derſelbige ſich im wenigſten nichts verbündliches einlaſſen/ ſondern zuvor uns ſein Vorhaben/ und was ihn darzu ſonderlich verurſachet/unterthänigſt zu erkennen geben/und darauf/ ob und wie wir gnädigſt *diſpenſi*ren wollen/ unſere *reſolution* erwarten.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ E. ab H. & A. C.* von *B. die 24. Dec. An. 1613.* (*Verba* 11
Decreti: Auf des Churfürſten zu Sachſen und Burggrafens zu Magdeburg gnädigſtes Begehren/ *in diſpenſation*-Sachen *E. ab H.* und Jungfrauen A. C. von B. bedencken Sr. Churfl. Gn. verordnete *Præſident* und Räthe im Ober-*Conſiſtorio:* Dieweil bemeldte beyde Perſonen einander im andern Glied gleicher Linien der Blut-Freundſchaft verwandt/und alſo Geſchwiſter-Kinder ſeyn/in welchem Grad die Ehe in Göttlicher H. Schrift und Käyſerl. Rechten nicht verboten/ ſondern vielmehr nachgelaſſen; So mögen Seine Churfl. Gn. auf geſchehenes unterthänigſtes Anſuchen gegen Erlegung 100. fl. zu milden Sachen dißfalls wol *diſpenſi*ren ꝛc.)

It. † *ad requiſitionem* Hanſen E. zu G. *die 12. Oct. An. 1617.* (*Verba Sententiæ:* Seyd ihr 12
euch nach Abſterben eures vorigen Eheweibes anderweit zu verehelichen Vorhabens/und demnach ihr zu Jgfr. A. M. Heinrich L. Tochter eine gute *affection* traget/ ſeyd ihr dieſelbe zu freyen gemeynet. Ob nun wol bemeldte A. M. euch mit Blut-Freundſchaft verwandt/ indeme ihre Mutter eures Vatern Schweſter/ und ihr alſo mit einander Geſchwiſter-Kinder ſeyd/in welchem Fall bey dieſem Churfürſtenthum die Ehe verboten: Dieweil aber ſo wol in H. Schrift als Käyſ. Rechten dergleichen Heyrathen zuläßlichen; So ſeyd bey dem Churfürſten zu Sachſen und Burggrafen zu Magdeburg unſerm gnädigſten Herrn/ ihr gnädigſte *diſpenſation* in dieſem Fall unterthänigſt zu ſuchen wohl befugt/ V. R. W.)

Et † *ad conſultationem Superintendentis Haynenſis, die 17. Jun. An. 1609.* (*Verba Sententiæ:* 13
Obwol Anna/ Jacob L. des Jüngern Tochter von Peter S. geſchwängert/ und dahero Möbus R. von ihr loßgeſprochen worden. Dieweil ſie aber doch gedachtem Peter S. mit Blut-Freundſchaft im andern Glied gleicher Linien verwandt/ und mit ihme Geſchwiſter-Kind iſt; So mögen ſie ohne vorgehende unſers gnädigſten Herrns *diſpenſation* und Nachlaſſung in dieſen Landen nicht getrauet/noch darinnen weſentlich geduldet werden/ V. R. W.)

DEFINIT. CXIV.

Idemque obtinet in affinitatis gradu ſecundo lineæ æqualis, quoad matrimonium cum patruelium vel conſobrinorum viduo viduaq; contrahendum.

SUM-

SUMMARIA.

1. Eadem graduum computatio & prohibitio matrimonii in conſanguinitate & affinitate.
2. Diſpenſationi locus eſt in gradu ſecundo affinitatis lineæ æqualis.
3. Inter conſobrinos & patrueles matrimonium jure provinciali prohibitum.
4. Secus de jure divino.
5. Diſpenſatio hoc caſu Sereniſſimo Electori Saxoniæ expreſſè reſervatur.
6. Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n. 7.
8. Ejusdem Reſcriptum.

1 EX quò in affinitate pariter & conſanguinitate una eademque eſt graduum computatio, unaque & eadem prohibitio matrimonii, *ſupr. Deſin. 88.* Joh. Gerhard. *in loco de conj. §. 336.* Joh. Schneidvvin. *ad tit. Inſtit. de nupt. Rubr. de*
2 *arbore affinit. num. 9.* non poteſt † non firmiter inferri ex dictis *Definit. præced.* in gradu quoque affinitatis ſecundo lineæ æqualis diſpenſationi locum fore dandum, & annuendum contrahere volentibus ſponſalia cum patruelium, vel conſobrinorum viduo viduaque, vel cum defuncti conjugis patrue-
3 libus aut conſobrinis. Etſi † enim hiſce in provinciis & Ducatibus Saxonicis, nec non pleriſque in diſtrictibus Principum ac Magiſtratuum Evangelicorum conjugium in gradu affinitatis ſecundo lineæ æqualis eſt prohibitum, *Ord. Eccleſ. ſub tit.* von Ehe-Sachen. *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß. §. Wie nun den Perſonen. *Ord. matrim. de Anno 1624. punct. 2.* §. Zum dritten. † Attamen cum de ju- 4
re divino nuptiis hiſce nulla obſtet prohibitio, non eſt quod de diſpenſatione dubitemus, *ſuprà Definit. 109.* maximè † cùm 5
Sereniſſimus Saxoniæ Elector hoc in caſu eam ſibi expreſſè reſervaverit *in edicto ſpeciali de Anno 1625.* §. Und ob zwar. *verb.* Die ihme im andern Glied gleicher Linien entweder befreundet oder verſchwägert. *junct. verb. fin.* Ob und wie wir gnädig *diſpenſi*ren wolten / unſerer *reſolution* erwarten.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem* Michael W. zu Z. *die 20. Apr. An. 1607.* 6
(*Verba Sententiæ:* Iſt Peter K. Mutter euers Vaters leibliche Schweſter geweſen; So wird euch deſſelben nachgelaſſene Witbe / weil ſie euch im andern Glied gleicher Linien der Schwägerſchaft verwandt iſt / ohne ſonderbare des Churfürſten zu Sachſen und Burggrafen zu Magdeburg / unſers gnädigſten Herrns vorgehende gnädigſte *diſpenſation* und Nachlaſſung (darum euch denn unterthänigſt anzuſuchen unbenommen /) zu ehelichen in Seiner Churfl. Gn. Landen nicht verſtattet / V. R. W.)

Et † *ad requiſitionem* Günther von Bünauens zum Löwen- und Hirſchſtein / *die 9. Sept.* 7
Anno 1613. (*Verba Sententiæ:* Mit Wentzel Schmieden aber / ihres vorigen Mannes Mutter Schweſter Sohn / mag ſie ohne vorgehende *diſpenſation* der Evangeliſchen Stände im Königreich Böhmen ſich verbindlichen nicht einlaſſen / noch die Ehe beſitzen / V. R. W.)

Nec non † *Superattendenti Dresdenſi & Wolffgango Theodorico à* Grünrad / zu Seiffers- 8
dorff / *die 8. Febr. Anno 1617.* (*Verba Reſcripti:* Demnach wir auf anderweit George B. demüthig *ſupplici*ren / *diſpenſi*ren und geſchehen laſſen / daß er mit ſeines Vaters Brudern Sohnes Witben / welche er fleiſchlichen erkannt / nunmehr ehelichen getrauet werden möchte; Als iſt an ſtatt Seiner Churfl. Gn. unſer Begehren / ihr der Superintendens wollet erwähnten Perſonen / weil ſie geringes Vermögens ſeyn ſollen / ernſtliche Verweiſung thun / nachmals gegen Erlegung und ins Ober-*Conſiſtorium* Uberſchickung der *Diſpenſation*-Gebühr die *Copulation* ohne Gepränge anordnen / 2c.)

DEFINIT. CXV.

Admittitur quoque diſpenſatio in gradu tertio conſangvinitatis lineæ inæqualis: modò non interveniat reſpectus paternus.

SUMMARIA.

1. Quò remotiores perſonæ in gradu, eò facilior eſt diſpenſatio in nuptiis.
2. Obtinet ergo diſpenſatio in gradu etiã tertio conſanguinitatis lineæ inæqualis.

3. *Quia*

3. Quia hoc in gradu ſaltem jure provinciali nuptiæ ſunt prohibitæ.
4. Diſpenſatio reſervanda hoc caſu Sereniſſimo Saxoniæ Electori.
5. Notabilis limitatio hujus aſſertionis.
6. Veluti in matrimonio cum patruo, amitâ & materterâ &c. magnis.
7. Quo in gradu hæ perſonæ conſtitutæ?
8. Nuptias hoc caſu impedit reſpectus paternus.
9. Qui non ſolum in jure civili & provinciali fundatur.
10. Sed etiam in jure divino.
11. Reſponſum Conſiſtorii Supremi.
12. Ejusdem Sententiæ, n. 13. 14.

1 QVò in remotiore conſangvinitatis gradu nupturientes ſunt conſtituti, eò facilius procul dubio diſpenſationem impetrare poterunt, quia in gradu remotiore tanta non eſt proximitas ſangvinis, qvæ in gradu propinqviore.
2 Poſtquam † ergò diſpenſatio obtinet in gradu conſangvinitatis ſecundo lineæ æqualis, *Defin. 113.* quidni etiam admitteretur in gradu tertio lineæ inæqualis? ſi ſcilicet cum parentum conſobrinis vel patruelibus quis nu-
3 ptias contrahere velit, † quæ ſolo jure provinciali ſunt prohibitæ, *ſupr. Defin. 79.* ut hinc prohibitio juris divini diſpenſationi
4 impedimento haut ſit; eoque minus, † quod verbis expreſſis à Sereniſſimo Saxoniæ Electore fuerit ſibi reſervata *in Edicto ſpeciali ſub dato Dresdæ d. 31. Maji, Anno 1625.* §. Und zwar. *verb.* die ihme im dritten Grad ungleicher Linien befreundet. *junct. verb. fin.* Darauf ob und wie wir gnädigſt *diſpenſi*ren wollen/ unſerer *reſolution* erwarten.

Limitatam tamen velim hanc aſſertio-
5 nem † eo caſu, quo reſpectus magis paternus, quam propinquitas ipſa in gradu tertio lineæ inæqualis matrimonium impedit,
6 puta † ſi quis patruum, avunculum, amitam & materteram magnos, h. e. avi aviæque fratrem vel ſororem connubio ſibi jungi petat. Etſi enim † hæ perſonæ non mi- 7
nùs ſint conſtitutæ in gradu tertio lineæ inæqualis ſecundùm computationem juris canonici, quæ in cauſis attenditur matrimonialibus, *ſupr. Def. 75.* attamen alia adhuc cauſa matrimonii impeditiva hic accedit,
† nempe honor & reſpectus paternus, qui 8
& in gradu quarto ac remotiori impedimento eſt nuptiis: ſiquidem uno qui diſtant gradu à ſtipite in lineâ collaterali, inferioribus ex altero latere exiſtentibus, loco parentum
ſunt habendi, † non ſolùm de jure civili & 9
provinciali, §. *idem amitam 5. Inſt. de nupt. l. 17. §. ult. l. 39. ff. de rit. nupt. l. 17. C. de nupt. Ord. Eccleſ. & matrim. tit.* Von Ehesachen. *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöniß/ꝛc. §. Die Perſonen welche ſeithalben/*ibi:* Weil dieſelbe der Eltern ſtatt
halten. Sed etiam de † jure divino, *Levit.* 10
18. v. 12. 13. 14. Gen. 37. v. 27. ut probatum dedimus *ſuprà Defin. 80. n. 7. & 8.* Quod ſi ergò contra jus divinum nulla eſt admittenda diſpenſatio, *ſupr. Defin. 109.* non certè indulgendum iis, qui caſu hoc veniam nuptiarum petunt. Quâ de re pleniùs *dict. Def. 80.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Wilhelmi* Leidels/*die 10. Jan. A. 1620.* 11
(*Verba Reſponſi:* Auf eure an uns gethane Frage/ob einer ſeiner Mutter Schweſter Tochter-Tochter zur Ehe nehmen und haben könne/und wie es in dergleichen Fällen in höchſtgedachten unſers gnädigſten Churfürſten und Herrn Landen gehalten werde/mögen wir euch zum begehrten Bedencken nicht verhalten. Ob wol im berührten Fall in göttlicher heiliger Schrifft und Käyſ. Rechten die Ehe nicht verboten; So wird doch ohne ſonderbare unſers gnädigſten Herrns *diſpenſation* ſolche Verehlichung in dieſen Landen niemand verſtattet. Es wird aber auf vorgehendes eines oder beyder Theile unterthänigſtes *ſupplici*ren dergleichen *diſpenſation* gemeiniglich bewilliget/und ſeyn euch zu willfahren erböthig.)

It. † *ad requiſitionem* Hanſen B. zu B. *die 5. Nov. An. 1628.* (*Verba Sententiæ:* Obgleich 12
die Ehe zwiſchen euch und eurer Mutter halb-bürtigen Bruders Tochter-Tochter den göttlichen und natürlichen Rechten nicht zu wider iſt. Dieweil aber doch ſolche in der bey dieſen Landen *publicir*ten Ehe-und Kirchen-Ordnung verboten; So wird euch ohne der Landes-Fürſtl. *diſpenſation* dergleichen Verlöbniß und Trauung nicht verſtattet und nachgelaſſen/V. R. W.)

Et † *Georgii Langewirths Superintendentis Haynenſis die 29. April. Anno 1607.* (*Verba Sententiæ:* Dieweil die Ehe im dritten Glied ungleicher Linien der Blutfreundſchafft 13
in dieſem Chur-und Fürſtenthum verboten; So wird Hanſen N. das mit ſeines Vaters Schweſter Tochter-Tochter gehaltene Ehegelöbniß ohne vorgehende des Churfürſten zu Sachſen und Burggrafen zu Magdeburg gnädigſte *diſpenſation* durch den Kirchgang zu vollnziehen nicht verſtattet/V. R. W.)

Nec non † ad petitionem D. Pauli Laurentii Superintendentis Dresdenſis, Menſe Auguſto An. 1610. (*Verba Sententiæ*: Diewel in Göttlicher H. Schrifft / und Käyſ. Rechten die Ehe im dritten Grad ungleicher Linien dem Geblüte nach nicht verboten / und aber Elſa H. Gregor B. als deſſelben Mutters Bruders Sohnes Tochter in ſolchem *gradu* verwandt iſt; So iſt der Churfürſt zu Sachſen und Burggraf zu Magdeburg / unſer gnädigſter Herr / auf der Partheyen unterthänigſtes *ſupplici*ren dißfalls zu *diſpenſi*ren wohl befugt / V. R. W.) 14

Definit. CXVI.

Neque in affinitatis gradu tertio lineæ inæqualis de diſpenſatione dubitandum.

SUMMARIA

1. *Locum quoq; habet diſpenſatio in gradu tertio affinitatis lineæ inæqualis.*
2. *Quibus ex rationibus & fundamentis?*
3. *Eadem ratio prohibiti matrimonii in conſangvinitate & affinitate.*
4. *Hoc in gradu affinitatis ſolo jure provinciali matrimonium eſt prohibitū.*
5. *Contra ſolam juris divini prohibitionem locum non habet diſpenſatio.*
6. *Adducitur ſanctio manifeſta Electoralis hac de re.*
7. *Ceſſat hoc in gradu diſpenſatio, quando intervenit reſpectus paternus. n. 10.*
8. *Quando hoc fit? n. 9.*
11. *Reſcripta Electoralia. n. 12.*
13. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

QVod de diſpenſatione dictum *Def. præced.* quoad conſangvinitatem in gradu tertio lineæ inæqualis, id
1 † quoq; ratione affinitatis intellectum cupio, nempe ut locus ei ſit in gradu tertio affinitatis lineæ inæqualis, ſi quis cum patris vel matris ſuæ conſobrini aut patruelis viduâ, vel cum conjugis ſuæ patrui, amitæ, avunculi & materteræ neptibus nuptias cele-
2 brare velit. † (1.) ob identitatem rationis in conſangvinitate & affinitate, quia, ut ſæpiùs monui, utriusque eadem graduum eſt computatio, eademque matrimonii prohibitio, *can. porrò. 35. quæſt. 5. ſupr. Defin. 88.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 336.* Joh. Schneidevvin. *ad tit. Inſt. de nupt. Rubr. de*
3 *arbore affinit. n. 9.* Quod † ſi ergò in gradu hoc tertio conſangvinitatis obtinet diſpenſatio, utique nec illa in gradu affinitatis eodem eſt Magiſtratui deneganda.
4 (2) † Quin & ſolo jure municipali vel provinciali hoc in gradu affinitatis prohibitum eſſe matrimonium, dedimus probatum *ſuprà Defin. 95.* ut nec hinc ambigendum
5 de jure diſpenſationis, quod à ſola † juris divini prohibitione excluditur, *ſuprà Defin. 109.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. & matr. part. 2. c. 56.* Joh. Gerh. *dicto loco de conjugio. §. 346. pag. 510.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in*
6 *art. de conjug. cap. 4. quæſt. 50.* (3.) † Quo & facit *Edictum* Sereniſſimi Saxoniæ Electoris *ſub dato Dresdæ die 31. Maji An. 1625. §.* Und ob zwar ein ieder. *in verb.* Die ihme im andern Grad gleicher oder im dritten Grad ungleicher Linien entweder befreundet / oder verſchwägert / ꝛc. *junct. verb. final.* Darauf ob und wie wir gnädigſt *diſpenſi*ren wolten / unſerer *reſolution* erwarten.

Porrò † nec heic negligenda eſt admo- 7
nitio de reſpectu paterno *Defin. præced.* adjecto, qui in affinitate non minùs, quàm conſangvinitate obtinet, puta in matrimonio cum viduis patrui magni, avunculi magni, amitæ & materteræ magnæ, h. e. cum avi aviæq; fratrum & ſororum viduis ſuperſtitibus contrahendo. Etſi enim † & hæ 8
perſonæ in gradu affinitatis tertio lineæ inæqualis ſint junctæ, attamen alia adhuc ſubeſt ratio matrimonii impeditiva, quæ in jure divino etiam fundata eſt, nempe reſpectus paternus. Nam † qui amitæ, materteræ &c. 9
nuditatem detegit, carnem patris & matris, *Lev. 18. v. 12. & 13.* quinimò carnem ſuam nudat. *Lev. 20. v. 19.* quod ob rationis identitatem etiam de patruo & amitâ magnâ, vel avunculo magno, eorumque conjugibus eſt intelligendum, propter unitatem carnis, *ſupra Defin. 96.* † Obſtante igitur juris divi- 10
ni prohibitione, diſpenſationi nequaquam locus erit, *ſuprà Defin. 109.*

Ita

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Supremo die 30. Apr. An. 1611. (Verba Reſcripti: Aus angehörter Verleſung eures eingeſchicken Bedenckens haben wir verſtanden/daß weder in H. Schrifft/noch Käyſ. Rechten verboten/die Ehe *in tertio gradu affinitatis lineæ inæqvalis* zwiſchen Perſonen zu vollziehen/ und dahero Chriſtian von S. zu S. mit Jgfr. Marien von S. ſeines verſtorbenen Weibes Vatern halben Bruders Tochter Tochter eine Ehe zu vollziehen bey uns einig und allein zu *diſpenſi*ren und zu bewilligen ſtehe. Wann wir dann ſolches euer Bedencken uns gefallen laſſen; So begehren wir ꝛc. Jhr wollet nunmehr ermeldten von S. iedoch gegen Erlegung 100. fl. mit ſeiner Vertrauten die Ehe vollziehen zu laſſen verſtatten/auch was ſich dißfalls gebühret/anordnen. Daran vollbringet ihr unſere Meynung/wolten wir euch/denen wir ſonſten mit Gnaden gewogen/ zu gnädigſter *reſolution* nicht bergen/ ꝛc.) 11

It. † Superintendenti & Præfecto Freyburgicis, die 2. Jun. An. 1613. (Verba Reſcripti: Was bey uns Sigismund R. zu H. ſeiner mit Georgen R. ſeines Großvatern Brudern Sohnes hinterlaſſener Witben vorhabende Verehelichung betreffende/ anderweit in Unterthänigkeit ſich erkläret und ſuchet/ſolches habt ihr aus der Jnlage zu vernehmen. Wann wir dann geſtalten Sachen nach/ und gedachter Perſonen Gewiſſen zu Hülffe zu kommen/die Vollziehung ſolcher Ehe können geſchehen laſſen; Als begehren wir/ ꝛc. Jhr wollet ihrer *proclamation* und ehelicher Trauung halber gebührliche Verordnung thun. Damit aber gleichwol von andern zur Nachfolge dergleichen nicht mehr geſchehen möge/ vor der *proclamation* ſie 50. fl. zur *diſpenſation*-Gebühr erlegen laſſen/und dieſelben anhero in unſer Ober-*Conſiſtorium* einſchicken/ ꝛc.) 12

Et † Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Bernhard S. zu Dreßden/*die 24. Maji Anno 1608. (Verba Sententiæ:* Habt ihr nach eures andern Weibes tödtlichem Abgang/unwiſſende der Churfl. Sächſ. *publicir*ten Kirchen-Ordnung und aus Unbedacht/mit eures erſten Weibes Mutter Schweſter Tochter-Tochter/ welche euch ſeithalben im dritten Glied ungleicher Linien der Schwägerſchafft nach verwandt iſt/ein öffentliches Ehegelöbniß vollnzogen; So wird dieſer Fall aus Zulaſſung göttl. H. Schrifft und Käyſerl. Rechten vor *diſpenſi*rlich billich gehalten/ V. R. W.) 13

DEFINIT. CXVII.

Circa diſpenſationem matrimonii in gradibus prohibitis nihil refert, an perſonæ nupturientes ab utroque, vel uno ſaltem latere ſint conjunctæ.

SUMMARIA.

1. *Diſtinguunt jura Saxonica inter proximitatem ex uno, & utroque latere.*
2. *Illa gradum facit remotiorem.*
3. *At num etiam circa diſpenſationem matrimonii in gradibus prohibitis?*
4. *Diſpoſitio illa Saxonica obtinet ſaltem in materia ſucceſſionis.*
5. *In matrimonio proximitas ſanguinis potiſſimùm attenditur. n. 6.*
7. *Et ratio habetur computationis graduum canonicæ, non civilis.*
8. *Deciſio negativa.*
9. *Quæ in provinciis Electoratûs Saxonici dubio caret.*
10. *Lege non diſtingvente, nec noſtrum eſt diſtinguere.*
11. *Reſcriptum Electorale.*
12. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 QUum jura Saxonica accuratam faciant diſtinctionem inter proximitatem ab uno, & utroque latere, illamque ad gradum remotiorem unum extendant, ita ut frater ex alterutro ſaltem parente conjunctus uno gradu remotior habeatur † fratre utrinque juncto, Landrecht. 2 *lib. 2. art. 20.* ubi Gloſſ. & *lib. 1.* Landr. *art. 3. ibi:* Denn der halbe Bruder tritt in ein Glied weiter denn der vollbürtige Bruder / vix fieri poſſe dixeris, ut hinc non ambigua reddatur † diſpenſatio 3 in gradibus prohibitis, & quandoque

 non

non neceſſaria videatur, præſertim in caſu, quo cum parentum conſobrinis vel patruelibus ex uno duntaxat latere matrimonium eſt contrahendum, ſiquidem hi ex prædictâ juris Saxonici diſpoſitione in quarto reperiuntur gradu haut prohibito.

4 Sed † quod *ſuprà Defin. 81.* à nobis dictum, id heic repetitum volumus, reſtringendam nimirum eſſe ſanctionem illam juris Saxonici ad materiam ſucceſſionis, nequaquam verò trahendam ad cauſas matri-
5 moniales, propterea † quòd in iis non tam graduum numerus, quàm ſanguinis proximitas attentatur, *§. inter eas quoque. 2. verſ. ſanè in verb. ſive ab eodem patre, eademquè matre nati fuerint, ſive ex altero eorum &c.*
6 † *Conſt. Elect. 22. ibi*: Einander Bluts halber verwandt / eine Blut-Schande begangen wird. *& Conſt. 23. in verb.* Mit verbotenen Grad der Blut-Freundſchafft. *part. 4.* quin nec computationis graduum Saxonicæ, vel civilis, ſed † canonicæ ratio 7
habeatur, Joh. Schneidvvin. *ad tit. Inſt. de nupt. Rubr. an inter jus comm. & Saxon. quoad computationem graduum ſit differentia.* ibique Matth. Weſenb. *in not. lit. c.*

Non itaque † à petitione diſpenſationis 8
exemtæ ſunt perſonæ, quæ vel conſangvinitatis vel affinitatis ratione in gradu prohibito reperiuntur conſtitutæ, quantumvis in uno tantum parente proximitas ſit fundata: quare & *Edictum* † *Electorale de diſpenſatione* verba ponit generalia: Die ihme im 9
andern Grad gleicher/ oder im dritten Grad ungleicher Linen entweder befreundet oder verſchwägert/ꝛc. nec ullam facit diſtinctionem conſanguinitatis & affinitatis ex uno vel utroque latere, ut hinc nec † 10
noſtrum ſit diſtinguere, *l. de pretio. ff. de public. in rem action. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præſt.* Bald. *lib 1. conſ. 35.* Virgil. Pingitz. *quæſt. 3. n. 4.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Supremo Dresdenſi die 15. Auguſt. Ann. 1612. 11
(*Verba Reſcripti:* Mit der Inlage hat uns Gabriel von S. zu S. unterthänigſt erſuchet und angelanget/ dieweil er ſich anderweit zu verehelichen gemeynet/ die Jungfrau aber ſeines verſtorbenen Weibes Vatern halben Bruders Tochter Kind wäre / daß wir hierunter ihme unſere gnädigſte *diſpenſation* widerfahren laſſen möchten. Damit wir uns nun mit gebührendem Beſcheid zu bezeigen haben; So begehren wir ꝛc. gnädigſt/ ihr wollet uns/ ob in ſolchem Fall die *diſpenſation* zuläßlich / euer Gutachten förderlichſt nebenſt dem Inſchluß überſenden/ daran vollbringet ihr unſere Meynung/ und wir ſind euch ſonſten mit Gnaden gewogen/ꝛc.)

Et † Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Andreæ R. zu D. *die 25. Febr. A. 1616.* (*Verba* 12
Sententiæ: Seyd ihr nach Abſterben eures Ehe-Weibes euch anderweit zu verehelichen Vorhabens/ und nachdeme ihr eures Groß-Vaters Schweſter Tochter Jungfrauen Anna Marien T. ſo euch im dritten Grad ungleicher Linien verwandt iſt/ lieb gewonnen/ habt ihr dieſelbe um die Ehe anſprechen laſſen/ welche ſich hierzu willig erfinden laſſen. Ob nun gleich dero Mutter eurem Groß Vater nur allein von halber Geburth verwandt/ und deſſelben halb-bürdige Schweſter iſt; So mag euch doch dahero ohne ſonderbare Churfl. gnädigſte *diſpenſation* die Ehe mit bemeldter Annen Marien T. nicht zugelaſſen werden/ V. R. W.)

DEFINIT. CXIIX.

Non minus in conſanguinitate & affinitate ex fornicatione, quàm legitimo matrimonio ortâ, contrahentes in gradibus prohibitis nuptias, diſpenſatione opus habent.

SUMMARIA.

1. *Proximitas ex fornicatione nuptiis obeſt.*
2. *In matrimonio jus ſanguinis & pudor naturalis attenditur.*
3. *A matrimonio vulgò quæſita abſtinendum.*
4. *Etiam de jure divino.*

5. Ma-

5. Maximè in provinciis Electoratûs Saxonici.
6. Opus ergò hoc caſu eſt diſpenſatione in gradibus prohibitis.
7. Sententia Conſiſtorii Supremi, n. 8.

1 Vix dubium eſſe poteſt, quin conſangvineis pariter & affinibus ex fornicatione etiam procreatis nuptias in gradibus prohibitis con-
2 trahere haut fas ſit, poſtquam in † matrimonio ineundo pudor naturalis & jus ſangvinis inſpici debeat, *l. adoptivus. 14. §. 2. ff. de rit. nupt. l. non omnes. 144 ff. de rit. nupt. l. non omnes. 144. ff. de Reg. Jur.* Andr.
3 Rauchbar. *part. 2. quæſt. 13. numer. 7.* ex † quo à matrimonio etiam vulgò quæſitæ abſtinendum, *l. 14. §. 2. l. 44. §. 3. l. nihil. 54. ff. de rit. nupt. l. liberi concubinas. 4. C. de nupt.* Johann. Gerhard. *in loco de conjug. §. 282.* Alber. Gentil. *lib. 5. de nupt. cap. 9.*
4 Quod non modò juri civili, † ſed etiam ſacræ Scripturæ conveniens eſſe in conſangvinitate pariter & affinitate, demonſtratum dedimus *ſuprà Definit. 82. & 97.* † Et 5
minus hac de re dubium eſt in provinciis Electoratûs Saxonici, ob expreſſam ſanctionem *in Conſtitutione provinciali de Anno 1580. in fin. pag. 192. in verb.* Ja auch welche etwa auſſerhalb der Ehe gezeuget/ und des Geblüts halben durch das natürliche Recht mit einander verwandt ſeyn/ unter welchen Perſonen keine Ehe-Verbindung noch Vermiſchung geſchehen ſolle / ꝛc. † 6
Prohibitis ergò hoc caſu nuptiis, opus utique habebunt contrahentes diſpenſatione, ſi proximitas conſangvinitatis vel affinitatis connubio obſtet.

Ita † Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Erneſti S. zu D. *die 22. Jun. Anno 1609.* 7
(*Verba Sententiæ:* Iſt euer Schwager Nicol B. ſich mit Jungfrauen Gertrauten/ Hanſen W. Tochter in Ehegelöbnüß einzulaſſen Vorhabens; Es wird aber berichtet/ daß dieſelbe von gedachtes Nicols Großvatern Bruder in der Unehe gezeuget worden/ und alſo der Blutfreundſchafft nach ihme *in tertio gradu lineæ inæqvalis* verwandt. Dafern ſichs nun alſo verhält/ ſo mag dieſe Ehe ohne ſonderbare unſers gnädigſten Herrns *Diſpenſation* und Zulaſſung nicht verſtattet werden/ V. R. W.)

Et † ad petitionem Hanſen G. zu E. *die 8. Febr. Anno 1618.* (*Verba Sent.:* Dieweil ihr 8
ſelbſten berichtet/ daß bemeldte Anna S. von eures Großvatern Schweſtern Sohn beſchlafen und zu Fall bracht worden/ daß ſie euch dergeſtalt im dritten Grad ungleicher Linien der Schwägerſchafft nach verwandt iſt; So mag euch die Verehelichung mit ihr ohne Churfl. gnädigſte *Diſpenſation* nicht nachgelaſſen werden/ V. R. W.)

DEFINIT. CXIX.

Ex diſpenſatione Magiſtratus in ſecundo affinitatis genere privignus vitrici ſui viduam, & vitricus viduam defuncti privigni in uxorem ducere poteſt.

SUMMARIA.

1. In ſecundo genere affinitatis conjugium in lineâ rectâ eſt prohibitum.
2. Non ſolum ex causâ honeſtatis.
3. Sed etiam ob Sanctionem juris civilis.
4. Quæ ab Electore Saxoniæ eſt petita.
5. Annum hoc caſu locum babeat diſpenſatio Magiſtratûs?
6. Negativam quidam tuentur ſententiam.
7. Quo ex fundamento, quaque ex ratione.
8. Refellitur id fundamentum? n. 9.
10. Affirmativa ſententia verior; & qvare?
11. Conſiſtoria in noſtris Eccleſiis affirmativam amplectuntur.
12. Conſentit Facultas Theologica Roſtochienſis
13. Et Facultas Theologica Jenenſis.
14. Sententia Conſiſtorii Supremi.

1 Diximus *ſuprà Definit. 101.* in ſecundo etiam genere affinitatis eas inter perſonas, quæ parentum liberorumvè loco ſibi ſunt, nuptias eſſe vetitas: Ex quo privignus à vitrici, & hic rurſus à privigni viduâ, item privigna à novercæ, & hæc rurſus à privignæ viduo abſtinere debeat:
2 non ſolùm ob rationem honeſtatis, † quæ in matrimonio multum attenditur, *l. ſemper. ff. de Reg. jur.* Joh. Schneidvv. *ad tit. Inſtit. de nupt. Rubr. de arbor. affinitat. n. 14.* ſed et-
3 iam † propter expreſſam Juris civilis prohibitionem, *in l. uxorem. ff. de rit. nupt. l. non facilè. 4. §. hoc itaque. 7. ff. eod. tit.* quæ ſan-
4 ctione † Electorali manifeſtis verbis legitur repetita *in Conſt. provinciali de anno 1557. ſub Rubr.* Folget nun von Perſon und Graden / ſo von wegen der Schwägerſchafft zu ehelichen verboten / *p. 185. 186. & 187.*

5 At † nonnè Magiſtratus vel Princeps hoc caſu ſaltem diſpenſare, & prædictis perſonis veniam ac poteſtatem contrahendi matrimo-
6 nium dare poterit? Negativa † opinio videtur placuiſſe Joh. Gerhardo *in loco de conjug. §. 353.* Joh. Majori. *in diſp. de nupt. c. 13. qv. 2.* Zehner. *de grad. p. 110.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. c. 4. quæſt. 45.*
7 non ſine fundamento; † Quia perſonæ hæ ſunt invicem loco parentum ac liberorum, ut hinc reſpectus & reverentia paterna obſtare videatur diſpenſationi: Cumque jus divinum novercam privigno, & privignam vitrico jungi matrimonio prohibeat, *Levit. 18. v. 8.* eaque prohibitio propter unitatem carnis ad viduam vitrici & privigni extendatur, ſatis hinc manifeſtè excluſa videtur diſpenſatio, quæ contra jus divinum locum non ha-
8 bet, *ſuprà Definit. 109.* † Sed vereor, reſpectum paternum & prohibitionem divinam nimiùm extendi; quod ſi concederetur, non malè forſan ex rationis identitate, unione ſcilicet carnis inter conjuges, & quartum ac quintum affinitatis genus fingi poſſet, & ſic
9 † in infinitum usque prohibitio divina extenderetur, quod abſurdum pariter eſſet, & favori nuptiarum adverſaretur.

Negamus ergò, matrimonium † prædi- 10
ctis perſonis ita eſſe interdictum, ut locus haut ſit diſpenſationi, quam in Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis Conſiſtoria hoc caſu admittunt, Joach. à Beuſt, *de ſponſal. & matrim. part. 2. quæſt. 53.* † Ejusque rei fidem 11
facit *conſilium Conſiſtorii Witteberg. ſuper hac quæſtione, in verb.* Der ander Fall aber / ob einer ſeines Stieff-Sohns Weib zur Ehe nehmen möge / iſt noch zweiffelhafftiger. *junct. verb.* Und weil dann die *Canones à Civile Jure diſcrepi*ren; So wäre dieſen Sachen mit einer *Conſtitution* oder gewiſſen Ordnung zu helffen. Das iſt aber gewiß / daß ſolche *prohibitio*, welche *ratione honeſtatis publicæ* geſchehen / *per Diſpenſationem* kan erlaſſen werden. Derowegen haben wir *ob publicam honeſtatem* die Eheverlöbnüß anderer Geſtalt nicht / denn mit Zulaſſung der hohen Obrigkeit für kräfftig erkannt. apud Georg. Dedekenn. *vol. 3. conſil. Theolog. lib. 3. ſect. 6. num. 3. fol. 397.* † Cui adſentitur Facultas 12
Theologica Roſtochienſis *in conſilio:* Ob man ſeines verſtorbenen Stieff-Vaters Weib ehelichen / und wann ſolches geſchehen / behalten möge? *in verb. fin.* Doch wäre hierbey unſer Rath / daß gedachter Heinrich N. auch bey unſerm gnädigſten Landes-Fürſten oder dem *General-Superintenden*ten um *Diſpenſation* dißfalls mehrer Verſicherung halben Anſuchung thäte. apud Dedekenn. *dict. ſect. 6. n. 10. f. 399.*
† Nec non Facultas Theologica Jenenſis *in* 13
conſilio: Ob einer ſeiner verſtorbenen Mutter Stieffvaters hinterlaſſene Wittbe freyen möge? *in verb.* Daß demnach einiges Verboth in Gottes Wort ausgedrucket / uns nicht bewuſt / dadurch dergleichen verſchwägerten Perſonen ſich mit einander zu verehelichen abgeſtricket werde / wir zwar der Meynung ſeyn / wofern das Eheverlöbniß und Aufbietung nicht aus ſonderbarer Gefährung und *in præjudicium Magiſtratûs* beſchehen / daß die hohe Obrigkeit hierinnen zu *diſpenſi*ren befugt ſey / ꝛc. apud eundem *dict. fol. 399. n. 9.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Pauli* S. zu B. *die 27. Julii, Anno 1616.* 14
(*Verba Sententiæ:* Nachdem aber bemeldtes euer Ehe-Weib / Anna / gleichfalls mit Tode abgangen / ſeyd ihr euch anderweit mit Sabinen S. einer Witben / derer Mann eure leibliche Mutter zuvor zur Ehe gehabt / und alſo euers Stieff-Vaters Witwe iſt / anderweit zu verehelichen Vorhabens. Wiewol nun ſelbige Perſon itzt-erwähnter maſſen euch nur *in ſecundo genere affinitatis* verwandt. Dieweil ſie aber gleichwol euren Stieff-Vater zur Ehe gehabt / dahero zwiſchen euch ſolche Heyrath nicht wol ohne ſonderbares Aergerniß vollbracht werden mag; So ſeyd ihr demnach euch dieſes Verlöbniß zu enthalten und davon abzuſtehen ſchuldig. Es wäre denn / daß der Chur-Fürſt zu Sachſen und Burggraf zu Magdeburg / ꝛc. unſer gnädigſter Herr / auf euer unterthänig-

nigſtes Anſuchen hierinnen gnädigſt *diſpenſi*ren/und dieſe Ehe verſtatten wolte/ ſolches hättet ihr euch dißfalls zu erfreuen/V.R.W.)

Definit. CXX.

Diſpenſationi quoque locus eſt in nuptiis cum conjugis denatæ fratris viduâ contrahendis.

SUMMARIA.

1. *Caſus hic refertur ad ſecundum genus affinitatis.*
2. *In quo nuptiæ haut probibentur.*
3. *Vetitæ tamen ſunt nuptiæ cum conjugis denatæ fratris viduâ.*
4. *Et quibus ex cauſis, remiſſivè?*
5. *Diſpenſari nihilominus poteſt hoc caſu à Magiſtratu.*
6. *Ex obſervantia Conſiſtoriorum Evangelicorum.*
7. *Probatâ à Theologis & JCtis Wittebergenſibus. n. 8.*
9. *Nec non Conſiſtorio Dresdenſi.*
10. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 11. 12.*

1 Etſi caſus hic matrimonii ad ſecundum affinitatis genus refertur, quod exploſa juris pontificii ſanctione *in cap. & hoc quoque. 35. quæſt. 2. & 3.*
2 impedimento hodiè nuptiis † haut eſt, *cap. quod ſuper. extr. de conſanguin. & affin.* Didac. Covarr. *de matrim. part. 2. cap. 6. §. 7. n. 2.* Joh. Schneidvvin. *ad tit. Inſtit. de nupt. Rubr. de arbore affin. numer. 11. verſ. ſed hodiè.*
3 † attamen cum conjugis denatæ fratris vidua matrimonium inire haut licet, Balth. Mentzer. *in tract. de conjug. pag. 80. & 81.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 356.* Joh. Major. *in diſput. de nupt. cap. 13. quæſt. 3. n. 59. & ſeqq.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. cap. 4. quæſt. 47.* Alber. Gentil.
4 *lib. 5. de nupt. cap. 13. in fin.* † Cauſas hujus prohibitionis recenſuimus *ſupr. Defin. 102.* quas hic repetere ſuperſedemus.
5 Diſpenſari autem benè poteſt † in caſu hoc matrimonii, ſiquidem nulla extat prohibitio expreſſa ejusmodi nuptiarum in jure divino; quid ergò obſtat, quò minùs facultatem diſpenſandi tribuamus Magiſtratui?
6 *ſupr. Definit. 110.* accedente † obſervantiâ Conſiſtoriorum Evangelicorum. Idque eò magis, quia jam factâ promiſſione efficaci ne quidem matrimonium hoc diſſvadendum
7 exiſtimaverunt † Theologi & JCti Wittebergenſes, atteſtante Joachim. à Beuſt. *de ſponſ. & matrimon. part. 2. cap. 55.* ubi ait: Ne autem per hoc detur hominibus imperitis occaſio committendi inceſtum, judex debet in caſu ſuprà dicto, quando res eſt integra, has perſonas graviter admonere, ut à tali matrimonio abſtineant propter ſcandalum. Si verò res non eſſet integra, ſed celebrata jam fuiſſent ſponſalia, vel aliàs efficax promiſſio inter has perſonas facta, tunc eis ſine dehortatione & admonitione poſſet hoc matrimonium permitti. Et ita † re deli- 8
berata concluſerunt Theologi & Juriſperiti Wittebergenſes *Anno 1553.* ſecundum quam deliberationem poſteà in caſu de facto contingente reſponſum fuit. *Hactenus Beuſt.* Quò cum convenit planè *Conſiſtorium Dresdenſe in Reſponſo ſuper* † *ejusmodi caſu*: 9
Daß dißfalls die Ehe unter denen Perſonen/ſo *in ſecundo genere affinitatis* einander verwandt/ nicht verboten/ ſondern zuläßlich. Weil aber der gemeine Mann ſich hierinnen ärgern und zur Blut-Schande Anleitung nehmen möchte; So ſeyd ihr ſchuldig/ wann die obgedachte Perſonen noch zur Zeit ſich ehelich und verbündlich nicht verſprochen hätten/ſie mit allerley ernſtlicher Vermahnung von ſolchem ihren Vornehmen abzuhalten. Wofern ſie aber ſich mit einander allbereit verbunden/ ſo würde ihnen die Vollziehung auf vorgehendes der Kirchen Aufgeboth durch Chriſtlichen Kirchgang und eheliche Beywohnung billich erlaubet/ geſtattet und nachgelaſſen. apud Georg. Dedekenn. *vol. 3. conſil. theol. lib. 3. ſect. 6. n. 29. fol. 409.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi, die 29. Septembris Anno* 10
1618. (Verba Reſcripti: Auf Georgen N. Bürgers zu Dreßden *Supplication* wegen ſeiner Verehlichung mit ſeines verſtorbenen Weibes Bruders Wit-

ben Annen S. wird dieſer Beſcheid gegeben: Dieweil *Supplicant* die *Diſpenſation*-Gebühr allbereit entrichtet: Als wird der Herr Superintendens allhier ſeiner *Proclamation* und *Copulation* halber Verordnung zu thun wiſſen/ ꝛc.)

It. † *Superintendenti & Senatui Oſſitienſi, die 12. Sept. An. 1614.* (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer eingeſchickter Bericht in Eheſachen Barthel S. und Annen S. ſeines vorigen Weibes Brudern Witbe bey euch betreffende/ gebührlichen vorgetragen worden. Wann dann dieſe Perſonen allbereit ſich öffentlich verlobet; Als laſſen wir es dabey bewenden/ und ihr der Superintendens werdet gegen Entrichtung 5. Thaler *Diſpenſation*-Gebühr ins Ober-*Conſiſtorium*, die Gebühr anzuordnen wiſſen/ ꝛc.) 11

Et † *Superintendenti Pirnenſi, die 1. Nov. An. 1620.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern eingeſchickten Bericht/ die Verehelichung zwiſchen Chriſtoph N. und ſeines verſtorbenen Weibes Bruders Witben betreffende/ verleſen hören. Wann wir dann geſtalten Sachen nach ſolche Verehelichung *permitti*ret und zugelaſſen; Als iſt an ſtatt des Churfürſten zu Sachſen und Burggrafens zu Magdeburg/ ꝛc. unſer Begehren/ ihr wollet auf der *Supplicant*en Anſuchen die begehrte *Proclamation* und *Copulation* gebührlichen anordnen/ ꝛc.) 12

DEFINIT. CXXI.

Sponſam fratris defuncti, & ſponſæ denatæ ſororem, ut quis ducat, Magiſtratus diſpenſare poteſt.

SUMMARIA.

1. *Sponſam fratris, & ſponſæ ſororem ducere haut licet.*
2. *Perſonæ deſponſatæ vocantur conjuges.*
3. *In nuptiis ratio honeſtatis publicæ habenda.*
4. *Num hoc in caſu liceat Magiſtratui diſpenſare?*
5. *Negativa placet Facultati Theologicæ Roſtochienſi & quibusdam aliis. n. 6.*
7. *Sed alii affirmativam amplectuntur ſententiam.*
8. *Quæ & verior: & quibus ex fundamentis? n. 11.*
9. *Deſponſatæ perſonæ propriè non ſunt conjuges.*
10. *Quod probatur ex autoribus.*
12. *In quam ſententiam etiam tranſit D. Joh. Gerhard. n. 13.*
14. *Et amplectuntur eam Conſiſtoria Electoralia Saxonica. n. 15.*
16. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 ABſtinendum eſſe à matrimonio cum ſponſâ fratris defuncti, ſponſæque defunctæ ſorore, diximus *ſupr. Defin. 107.* non ſolùm quod per nudam deſponſationem affinitas ſi non ſit conſummata, attamen jam inchoata, † unde ſponſus
2 judicio DEI maritus cenſetur, & ſponſa pro uxore habetur, *Deut. 22. v. 24. Matth. 1. v. 19. & 20.* ſed etiam quia honeſtas publica nu-
3 ptiis hiſce obſtat, cujus † ratio maximoperè hic eſt habenda, *l. ſemper in conjunctionibus. 42. ff. de rit. nupt. l. ſemper. 197. de Reg. jur.* Alber. Gentil. *l. 5. de nupt. c. 13.*

4 † Quid ſi verò nupturientes diſpenſationem petant, num iis venia à Magiſtratu vel Principe danda erit? Poteſtatem diſpenſandi hoc caſu non competere reſpondit †
5 Facultas Theologica Roſtochienſis *in deciſione quæſtionis:* Ob einer ſeines verſtorbenen Bruders Braut zur Ehe nehmen könte/ *ſub dato 16. Febr. An. 1616.* hiſce verbis: Solte aber *Magiſtratus politicus* hierüber zu *diſpenſi*ren unterthäniglich erſuchet werden/ müſte man zuvor im Gewiſſen verſichert ſeyn/ daß dieſe Meynung/ von des Brudern Braut nicht zu ehelichen/ nur ſchlecht *juris poſitivi* wäre/ welches viel anders aus der H. Schrifft/ wie zuvor erwieſen iſt/ abzunehmen. Auch mögen endlich keine *Exempla*, wie ſcheinlich auch dieſelben ſeyn könten/ *in Contrarium* gelten/ wie unzweiffelhafftig wahr: *Non exemplis, ſed legibus eſſe judicandum.* ap. Georg. Dedek. *vol. 3. conſ. theol. l. 3. ſect. 2. tit. 1. n. 4. f. 352.* † quam 6
in ſententiam etiam inclinat Balth. Mentz. *in tract. de conjug. p. 131.* & Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. c. 4. quæſt. 42.*

E contra † verò, quòd diſpenſationi Ma- 7
giſtratûs hoc caſu ſit locus, tuentur Joach. à Beuſt. *de ſponſal. & matrim. part. 2. cap. 54. circa fin.* Joh. Gerh. *in loco de conjug.* §. *263. in fin.* Beza *de repud. p. 88.* Hem. *in tract. de conjug. p. 123.* Quæ opinio veriſimilior videtur Conſiſtoriis Evangelicis. (1.) † Ut ma- 8
ximè

ximè enim in ſacrâ Scripturâ ſponſus pro marito, & ſponſa pro uxore habeatur, *Deut. 22. v. 24. Matth. 1. v. 19. & 20.* quin & ſponſa fidem violans adultera dicatur, pœnaque adulterii afficiatur, *dict. cap. 22. Deut. Hoſ. 4. v. 13.* intuitu tamen matrimonii mox conſummandi hoc fit; nec enim deſponſatæ per-
9 ſonæ † ſunt verè conjuges, vir & uxor, nec ſponſalia (ſolo indiſſolubilitatis caſu excepto) pro vero habentur matrimonio, ſcilicet perfecto & conſummato, ut multis deducit Balth. Mentz. *in diſſertatiuncula ſingulari ſuper quæſtione: Num ſponſis ante ſolennem in Eccleſiâ copulationem & benedictionem concumbentibus publica pœnitentia juſtè imponatur?* Paul. Cypr. *de ſponſal. cap. 5.* & Joh. Harppr. *ad rubr. Inſt. de nupt. n. 183. & ſeqq.*
10 † Et verè hinc ſcribit Gregorius: Divinæ legis eſt mos, ſponſas appellare conjuges; non quòd jam ſint uxores, ſed quod à parentibus uxores fieri debeant, *in can. qui deſponſatam. 27. qu. 2.* Nec non Auguſtinus: Angelus Mariam conjugem nominavit, quia futura erat uxor. Et Beda *ſuper Lev.* Sponſam Moſes dixit uxorem, non quæ tunc erat, ſed quæ futura erat uxor, Harppr. *dict. loco.*
11 *n. 180.* † Tantum ſcilicet abeſt, expreſſam juris divini prohibitionem diſpenſationi Magiſtratûs hoc caſu obſtare, ut nec per veram conſequentiam inducere eam liceat.
12 (2.) Eandemque † ſententiam complacuiſſe Dn. Joh. Gerhardo, pateſcit *ex ipſius literis, ſub dato Calend. Decembr. Ann. 1635. ad Virum quendam magni nominis perſcriptis, in quibus hæc habentur verba:* Sponſa in Scripturis vocatur uxor, ſcilicet promiſſa, ſperata, pacta, ut eruditè explicat Cypræus, cujus ſententiam in tomis locorum ſum ſecutus, & ex Theologicis fundamentis declaravi. Si abſolutè & in omnibus ſponſa eſſet uxor, ſponſus etiam ante nuptias ei cohabitare poſſet, eſſet etiam ſponſæ defunctæ heres, nec propter alias cauſas diſſolutiones ſponſaliorum fieri poſſent, quam ipſius conjugii. † Cum noſtro Ordinario 13
D. Arumæo hac de re ſermones contuli, is præjudicia quædam retulit, quòd Magiſtratui in hoc paſſu permiſſa ſit diſpenſatio; Vocatur juſtitia publicæ honeſtatis: Ergò non eſt impedimentum matrimonii contrahendi ſimpliciter neceſſarium, ſed pertinet ad regulam Modeſtini: In nuptiis non ſolùm quid licitum, ſed etiam quid honeſtum reſpiciendum. Qua R. V. M. pollet prudentia planè ſingulari, eligat, quod videbitur commodius, ne ſcandala oriantur, nec tamen benè concordantia ſponſalia temerè diſſolvantur. *Hactenus Gerhard.*

(3.) † Cum quo planè conveniunt Conſiſtoria Electoralia Sax. in der Berathſchlagung: Ob einer ſeines verſtorbenen Bruders Braut zur Ehe nehmen könte / quando inquiunt: Dieſe Frage wird auch etliche mal in die *Conſiſtoria* gebracht / die dann *ob publicam honeſtatem* ſolche Ehevetlöb- niß nicht zugelaſſen / noch für beſtändig in Rechten erkennen / weiſen auch die *diſpenſation* an hohe Obrigkeit / ꝛc. *junct. verb. fin.* Nachdeme aber die *prohibition* allein *juris poſitivi*, und nicht *divini* iſt; † So hat es keinen Zweiffel / daß die hohe Obrigkeit (welches die *Canones* dem Kirchen-Regiment zulaſſen) hierinnen zu *diſpenſiren* berechtiget / apud Georg. Dedekenn. *dict. l. 3. ſect. 2. tit. 2. num. 6. fol. 352. & 353.* 14 15

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Pauli* R. zu L. *die 15. Jan. A. 1619. (Verba Sententiæ:* Dieweil aus eingezogener Erkundigung ſo viel erſcheinet / daß euch von Annen / George F. zu S. verſtorbenen Tochter / und ihren Eltern eine Zuſagung der Ehe geſchehen; So wird euch zu Erhaltung Zucht und Erbarkeit / ohne unſers gnädigſten Herrns *diſpenſation*, derſelben Schweſter zu ehelichen nicht verſtattet / V. R. W.) 16

DEFINIT. CXXII.

Ex diſpenſatione Principis ſponſæ quoque defunctæ matrem, ejusvè filiam in uxorem ducere licet; & quâ conditione?

SUMMARIA.

1. *Num diſpenſatio locum habeat in matrimonio cum matre aut filiâ ſponſæ defunctæ?*
2. *Quibus perſonis nuptiæ ſunt interdictæ de jure civili.*

3. Et provinciali ſeu municipali.
4. Accedit etiam reſpectus paternus.
5. Qui tamen reſpectus hoc caſu redditur dubius. n. 6.
7. Deciſio affirmativa pro diſpenſatione; & quæ rationes decidendi? numer. 13. 14. 15.
8. Quam tuentur Theologi orthodoxæ Religionis celeberrimi.
9. Judicium D. Hoë hac de quæſtione.
10. Literæ & ſententia D. Höpffneri.
11. Profertur ab Höpffnero objectio.
12. Quæ rurſus ab eo diluitur.
16. Judicium Conſiſtorii Dresdenſis.
17. Sententia Conſiſtorii Lipſienſis hac de re.
18. Cautela diſpenſationi hoc caſu adhibenda. n. 20.
19. Ex coitu etiam illegitimo oritur affinitas.
21. Cautela probata à Dn. D. Hoë.
22. Nec non à Conſiſtorio Dresdenſi.
23. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.
24. Ejusdem Sententia.

1 Difficilior aliquo modo videtur quæſtio: *Num Magiſtratui fas ſit diſpenſare, ut quis matrem vel filiam ſponſæ defunctæ ducat in uxorem?* propter reſpectum paternum, qui hic intercedit. Præterquam enim, quod matrimonii
2 hujus prohibitio † expreſſa reperiatur in jure pariter civili, *l. ſi qua mihi. 12 §. 1. & 2. & l.*
3 *adoptivus filius. 14 §. ult. ff. de rit. nupt.* † & provinciali *in Conſt. Electorali de An. 1557. pag. 188. fac. 2. ſub Rubr.* Von dem Bräutigam und der Braut / die ſich mit einander
4 öffentlich verlobet/ꝛc. † vel ſolus ille reſpectus connubium impedit cum ſponſæ defunctæ matre vel filia, quia fuit ſocrus & privigna, *dict. l. adoptivus filius. §. ult. verb. finalibus: fuiſſe enim eam ſocrum. ſupr. De-*
5 *fin. 108.* Verùm enim verò † quemadmodum deſponſatio ſola verum, perfectum ac conſummatum haut efficit matrimonium, ut diximus *Defin. præced. n. 9. & 10.* ita nec verus heic ſubeſt reſpectus paternus matrimo-
6 nii impeditivus, quippe † qui non ex deſponſatione ſed mixtione ſanguinis demum oritur.

Hac itaque ratione non obſtante, diſpen-
7 ſationi hoc caſu omninò † locum eſſe exiſtimaverim, propterea quòd per ſolam deſponſationem nec vera affinitas, nec matrimonium fuerit contractum *ſecundum tradita Defin. præced.* adeoque nec ulla obſtet prohibitio divina, quæ diſpenſationem remorari queat: Sola enim juris civilis aut municipalis interdictio vel honeſtas publica impedimento diſpenſationi haut eſt, *ſuprà Defin. 109. & 110.* Cum-
8 que † quæſtio ea in Conſiſtorio Supremo Electorali multùm aliquando fuerit agitata, pro diſpenſatione reſpondere haut dubitaverunt orthodoxæ Religionis Theologi longè celeberrimi Dn. D. Matth. Hoe ab Hoenegg, D Joh. Gerhardus & D. Heinricus Höpffnerus, omnes piæ memoriæ & cùm in vivis eſſent, fautores mei ſingula-
res. Ita † namque verba habent D. Hoë *in* 9
conſilio deſuper dato die 16. Febr. Anno 1636. Aus Erinnerung des Eydes / den ich vor 32. Jahren *in promotione* öffentlich geſchworen/ daß ich in wichtigen Sachen nicht *præcipitanter* und für mich alleine etwas thun wolte/ habe ich auch nicht unterlaſſen/ zweyer berühmter gewiſſenhaffter und vortrefflicher *Doctorum Theologiæ*, als Hn. *D. Heinrici Höpffneri* zu Leipzig/ und Hn. *D. Johannis Gerhardi* zu Jena *judicium* zu bitten / welche denn beyde dahin ſchloſſen / daß dieſe Verehlichung wider GOttes Wort und das Gewiſſen nicht/ ſondern von der hohen Obrigkeit könne *diſpenſi*ret werden. Et rurſus: Wann nun *extra controverſiam*, daß dergleichen Verehlichung in GOttes Wort nicht verboten/und daß aus unſerm *Collegio* eben *in terminis terminantibus* die *diſpenſation* vor dieſem erfolget; So erwarte ich billich/was bey fernerer *deliberation* das *conclusum* ſeyn möchte/ ꝛc. Et † quia literæ 10
D. Höpffneri multum declarationis huic rei addunt, verbotenus eas inſerere hiſce lubet, quarum tenor eſt: *Idem caſus, quem M. V. mihi expendendum propoſuit, heri 27. Nov. ad Conſiſtorium Lipſienſe fuit delatus ſub nominibus fictitiis, nempe Martini* Schäffers *Dresdenſis, & fœminæ, cujus filia* Anna Spieſſen/ *vidua viro illi deſponſata, ſed ante nuptias defuncta fuerat. Reſponſum eſt, Magiſtratus ſummi diſpenſationem poſſe locum habere, quia interdicti divini de non ducendâ ſocru, ratio deſiit, quæ eſt mixtio ſanguinis. Nondum enim ſponſus cum ſuâ ſponsâ factus fuerat una caro: proinde & mater ſponſæ nondum ſponſo fuit caro carnis ejus.* † *Nec* 11
obſtat ratio, quæ in contrarium afferri poteſt: Nemo debet ſocrum ſuam ducere; At mater defuncta eſt ſocrus ſponſi; Ergò matrem ſponſæ defunctæ ſponſus non debet ducere. Ut enim ſponſalia efficiunt tantùm inchoatum matrimonium: † *Ita etiam affi-* 12
nita-

nitatem tantum inchoatam: Siquidem ſponſa
nomen uxoris habet, Deut. 22. v. 23. & Matth.
1. v. 20. ob conſenſum in matrimonium, non
propter uſum matrimonii. Et quando Deut.
22. ſponſa ab alio compreſſa dicitur eſſe mor-
tis rea, hoc fit ob violatam fidem, quam ſpon-
ſo dedit, ac ſervare potuiſſet, non aſſentiendo
in alienum concubitum. Hic autem ſponſus fi-
dem datam ſervaret ſponſæ, ſi ea in vivis eſſet,
ac matrimonium promiſſum conſummaret.
13 *Hinc itaque concludo: † In quo facto Locum*
non habet ratio interdicti divini, id quoque
hactenus à DEO non eſt interdictum; Sed
cùm quis ſuæ ſponſæ ante matrimonii conſum-
mationem obeuntis matrem ducit, locum non
habet ratio, propter quam interdictum divi-
num Levit. 18. factum eſt: Ergò cum quis ſuæ
ſponſæ ante matrimonii conſummationem de-
functæ matrem ducit, hoc non eſt à DEO in-
terdictum. Unde proclivis eſt conſequentia:
Si hoc non eſt à DEO interdictum, de illo et-
iam ſummus Magiſtratus diſpenſare poteſt.
Quamvis enim non immeritò ſollicitus ſit, ne
tale quid facturis promiſcuè concedat, ac legi-
bus etiam interdicat, ob meliorem ſanguinis
14 *reverentiam; tamen † quia jure poteſt, inter-*
dum diſpenſare utile fuerit, ad oſtendendam
tum *differentiam inter interdictum divinum*
& humanum, quorum illud prorſus nulli eſt
diſpenſabile, de hoc autem remitti poſſe o-
mnes conſentiunt; tum *libertatem Chriſtia-*
nam adverſus neceſſitatem interdicti pontifi-
cii, quo definitur ex ſponſalibus ſimpliciter
oriri affinitatem, quæ matrimonium impedi-
15 *at. Poſſem aliud † argumentum adducere*
à diſpenſatione ſummi Magiſtratûs circa con-
jugium duarum ſororum, patri & filio nuben-
tium, quam non illicitam eſſe probat praxis;
cum tamen ex tali matrimonio conſequatur
magna cognationis confuſio, non tantùm quo-
ad inchoationem, ſed & conſummationem ma-
trimonii, ut pater filio fiat affinis & ſororius:
viciſſim filius patri affinis & ſororius, & ſoror
una patri nuptum data fiat ſocrus alterius ſo-
roris, & hæc illius ſocrus, &c. quale incom-
modum in hac diſpenſatione non occurrit, præ-
ſertim ſi ſpectetur etiam liberorum ex uſu
conjugii, quo filius ac pater duas ſorores ha-
bent, procreatorum varia habitudo. Sed hæc
M. V. longè meliùs perſpecta habet; Ego tan-
tùm ſignificare volui, in quam partem incli-
naret noſtrum Conſiſtorium. Hucusque li-
16 teræ D. Höpffneri. Quibus † aſſentitur *Con-*
ſiſtorium Supremum in conſilio ſuper hac re
confecto ad requiſitionem Seren. Dn. Electo-
ris, hiſce verbis: Ruhet demnach einig
und allein bey Eu. Churfl. Durchl. ob
dieſelbe in Anſehung derer von *Supplican-*
ten Eu. Churfl. Durchl. geleiſteter lang-
wierigen und unterthänigſten Dienſte/
vor dißmal aus ſonderbaren hohen Churfl.
Gnaden zu *diſpenſi*ren gnädigſt gemeynet.
† Eamque ſententiam complacuiſſe etiam 17
Conſiſtorio Lipſienſi apparet *ex Reſponſo*
ejus informativo hiſce verbis concepto: Ob
nun wol eurer verſtorbenen Braut Mut-
ter euch an Mutter-Statt getreten / und
ihr derſelben kindliche *reverenz* und Ehrer-
bietung zu erweiſen ſchuldig/ auch dahero
ihr Zucht und Erbarkeit wegen ſie zur Ehe
zu nehmen nicht befugt. Dennoch aber
und dieweil dieſer Fall in göttlichen Rech-
ten ausdrücklich nicht verboten/ auch die
Ehe mit eurer verſtorbenen Braut durch
den Beyſchlaf nicht vollbracht worden/
und alſo die *commixtio ſangvinis* wirckli-
chen nicht erfolgt iſt; So iſt die hohe Lan-
des-Obrigkeit im gegenwärtigen Fall zu
*diſpenſi*ren wohl befugt/ V. R. W.

Cæterùm † cùm ratio diſpenſationis hoc 18
caſu in eo potiſſimùm conſiſtat, quòd nec
propriè affinitas per ſolam deſponſationem
ſit contracta, nec facta commixtio ſangvinis,
ut ex *literis jam allegatis* luculenter apparet,
præcavendum maximè, ne cauſa hæc vel
clam ſaltem interveniens Magiſtratum fallat,
& diſpenſationem illicitam efficiat, † poſt- 19
quam ex coitu etiam illegitimo affinitas con-
trahitur, *l. 14. §. 2. & 3. ff. de rit. nupt. l. 4. C.*
de nupt. c. nec eam. 35. quæſt. 3. Gloſſ. *in l. 4.*
§. affines. in verb. per nuptias. ff. de grad. & af-
fin. Felin. *in cap. per tuas. n. 2. extr. de prob. 5.*
Mauſer. *in §. affinitatis. Inſt. de nupt.* Andr.
Rauchb. *part. 2. qv. 13. n. 7.* Joh. Gerh. *in loco*
de conjug. §. 282. in fin. Joh. Schneidvv. *ad tit.*
Inſt. de nupt. Rubr. de arbore affin. n. 5. † Con- 20
ſultum ideoque videtur pro ratione circum-
ſtantiarum & perſonæ diſpenſationem pe-
tenti juramentum ei injungere, quò à præ-
ſumtione commixtionis carnalis cum defun-
ctâ ſponsâ ſe purget, priusquam fiat diſpenſa-
tio; quò etiam inclinat † Dn. D. Höe ab 21
Hoëneg. *in ſuprà allegato conſilio circa fin.*
hæc verba addens: So erwarte ich billich/
was bey fernerer *Deliberation* das *Conclu-*
ſum ſeyn möchte/ und ob etwan *in omnem e-*
ventum und zu beſſerer unſerer Verwah-
rung N. N. ernſtlich zu befragen wäre/ ob
er an Eydes ſtatt könne ausſagen / oder
gleich gar eydlich erhalten / daß er ſeiner
vorigen Braut nie ſchuldig worden wä-
re/ 2c. † Et Conſiſtorium Dresdenſe *in con-* 22
ſilio ſuo ſuprà citato hiſce verbis: Ob Eu.
Churfl.

Churfl. Durchl. gnädigſt *diſpenſi*ren/ und auf ſolchen Fall die gnädigſte Verordnung thun wollen/ daß erwähnter N. N. vor allen Dingen vermittelſt eines leiblichen Eydes bey uns erhielte/ daß er ſeine vorige Braut/ der itzigen leibliche Tochter/ ob ſie wol nach dem Verlöbniß in ſeinem Hauſe weſentlich ſich aufgehalten/ und darinnen auch verſtorben/ jedoch nicht fleiſchlich erkannt habe/etc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum, die 2. Maji An. 1634.* (*Verba Signaturæ ſive Reſcripti*: M. M. 23
zu F. iſt bewilliget worden/ daß er ſich mit ſeiner verſtorbenen Braut Mutter verehelichen möge/ darnach ſich der Superintendens zu achten/etc.)

Et † *ad requiſitionem Salomonis Nicolai, Paſtoris* zu Liebroſſa/*die 4. Aug. Anno 1635.* (*Verba* 24
Sententiæ: Hat ſich ungefehr vor 2. Jahren ein junger Geſell mit einer Witwen in euerm anvertrauten Kirchſpiel/welche mit ihrem vorigen Manne im Ehebette Kinder erzeuget/ſo noch am Leben/in ein öffentlich Ehegelöbniß eingelaſſen/ ehe aber die Hochzeit können vollzogen werden/iſt vorgedachte Witwe/des erwähnten jungen Geſellen verlobte Braut/Todes verblichen/und hat unter andern eine mannbare eheleibliche Tochter nach ſich verlaſſen/welche mehrgenannter junger Geſelle anitzo zu ehelichen begehret/alles nach mehrerm Inhalt eurer Frage. Wofern nun derſelbe junge Geſell an Eydes ſtatt vor euch ausſaget/daß er in ſeinem Gewiſſen verſichert ſey/daß er mit ſeiner vorigen Verlobten ſich fleiſchlich nicht vermiſchet/dahero ſolcher böſen *Converſation* halber kein gegebenes Aergerniß zu beſorgen; So mag ihme mit ihrer Tochter in ein Ehegelöbniß ſich einzulaſſen wohl verſtattet werden/V. R. W.)

DEFINIT. CXXIII.

Quo tamen caſu, quantum fieri poteſt, diſpenſatio declinanda.

SUMMARIA.

1. *Non facilè diſpenſandum, ut quis ſponſæ defunctæ ducat matrem aut filiam.*
2. *Ne hinc ſcandalum in Eccleſiâ oriatur.*
3. *Præſertim ſi Scripturæ dicta ſiniſtre interpretentur.*
4. *Qua in diſpenſatione difficilis quoque eſt Sereniſſimus Elector.*
5. *Literæ requiſitoriæ Electorales ad Conſiſtorium Supremum.*
6. *Reſolutio Conſiſtorii ſubmiſſa, n. 7.*
8. *Ejusdem Reſcriptum.*

1 QUicqvid tamen ſit, negari haut poteſt, caſum hunc matrimonii quam proximè ad caſus prohibitos accedere: quare facilis non ſit Princeps & Magiſtratus in diſpenſando, ſed circumſtantias quasvis benè ac maturè ponderet, priusquam det ve-
2 niam nuptiarum. Verendum † enim omninò, ne ingens hinc oriatur in Eccleſiâ ſcandalum, præſertim apud plebem, quæ inter affinitatem inchoatum & conſummatam vix di-
3 ſtingvere novit; quin & † ex dictis Scripturæ malè intellectis facilè perſvaderi ſibi patitur, contra jus etiam divinum diſpenſari poſſe.
4 In caſu ergò ejusmodi, † cum quis veniam ſponſæ defunctæ matrem ducendi peteret, non modò valdè ambiguus fuit Sereniſſimus Saxoniæ Elector, conſilium Supremi Conſiſtorii deſuper requirens, ſed vix precibus ullis Sereniſſimæ matris, vel perſvaſionibus adigi potuit, ut diſpenſationi locum daret.

Quod ut rectiùs percipiatur, ac de difficultate hujus rei conſtet, & Sereniſſimi Electoris pariter ac Conſiſtorii verba attexere lubet: † Ita verò inquit Saxo Sereniſ- 5
ſimus *in Reſcripto ſub dato Parchin. 21. Novembr. Anno 1638.* Aus dem Einſchluß habt ihr zu erſehen/ welcher Geſtalt wir von A. M. um gnädigſte *Diſpenſation*, Krafft deren er ſich mit ſeiner verſtorbenen Braut Mutter C. K. verehelichen möchte/ unterthänigſt *ſupplicando* angelanget werden. Nun ſtellen wir die von *Supplican*ten angezogene *Exempla* dahin. Stehen aber darinnen noch etwas an/ ob eben die *Moti*ven/ ſo man zur ſelben Zeit die *Diſpenſation* zu ertheilen gehabt/ auch in gegenwärtigem Fall mögen ſtatt haben. So müſte auch gleichwol in den *Diſpenſationibus* eine Maße gehalten/ und die *Exempla* nicht zur Regul gema-

gemachet werden. Aber wie dem allen/ſo begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet uns euer unterthänigſtes Gutachten hierüber gehorſamſt eröffnen/und unſerer *reſolution* alsdann erwarten; Daran geſchicht unſere Meynung ꝛc. † Reſponſum autem Conſiſtorii Supremi hæcce verba profert; Unſers Theils halten wir/iedoch ohne einige Maßgebung und unvorgreifflich unterthänigſt dafür/ es ſolte am ſicherſten und dem Gewiſſen zum beſten gerathen/auch zu Erhaltung Zucht und Erbarkeit am dienlichſten ſeyn/wann *Supplicant* von dieſem ſeinen Suchen gutwillig abſtünde/weil dieſer *caſus* in Käyſ. Rechten verboten/und Gott im 2. B. Moſ. 22. v. 24. die Braut des Brautigams Weib nennet/ deroſelben Schänder mit ebenmäſſiger Strafe/ wie einen Ehebrecher belegt/daraus etliche *Theolog*en ſchlieſſen wollen/daß verlobte Perſonen vor ſeinem göttl. Angeſichte den Eheleuten gleich geachtet/ und bey beyden einerley Verboth der *graduum* ſtatt habe. Wiewol hingegen andere / auch vornehme *Theolog*en nicht in geringer Anzahl in gegenwärtigem *paſſu* das *contrarium ſtatui*ren/zu geſchweigen des groſſen Aergerniſſes/ welches aus ſolcher Verheyrathung bey dem gemeinen und unberichteten Volcke entſtehen/und *in conſequentiam* gezogen/ auch dannenhero zu Blutſchande Anlaß und Urſach gegeben werden kan. In Anſehung deſſen/ im Namen und an ſtatt E. Churfl. Durchl. *Supplicant* an ſeinem bey uns vor deſſen eingegebenen unterthänigſten Suchen/auf reiffe Berathſchlagung und einhelligen Schluß von uns allbereit gäntzlichen abgewieſen worden/ beſage eingelegter und von *Supplicant*en in ſeiner an Eu. Churfl. Durchl. anderweit unterthänigſten *Supplication* verſchwiegenen *ſignatur &c.* † Beruhet demnach einig und allein 7
bey E. Churfl. Durchl. ob dieſelbe dieſes ungeachtet vor dißmal aus ſonderbaren hohen Churfl. Gn. *diſpenſi*ren/ und auf ſolchen Fall die gnädigſte Verordnung thun wollen/ꝛc. Daß zu Abwendung beſorglichen groſſen Aergerniß beyde Perſonen *in loco tam illuſtri* und Eur. Churfl. Durchl. Haupt Reſidentz-Stadt weder *proclami*ret noch *copuli*ret würden/ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſa N. N. die 9. Oct. An. 1635.* (*Verba Reſcripti:* An Statt 8
und im Namen Churfl. Durchl. zu Sachſen unſers gnädigſten Herrn iſt dem *ſupplican*ten zum Beſcheid zu ertheilen befohlen worden/ daß ſeinem Suchen bey ſolcher Beſchaffenheit der Sachen und denen befundenen Umſtänden ohne ſonderbare groſſe Aergerniß nicht könte ſtatt gegeben / noch ſeiner verſtorbenen Braut leibliche Mutter zu ehelichen *diſpenſi*ret werden/ꝛc.)

DEFINIT. CXXIV.

Nunquam facilis ſit Princeps ac Magiſtratus ad diſpenſandum in gradibus prohibitis.

SUMMARIA.

1. *Diſpenſatio locum habet in gradibus jure poſitivo prohibitis.*
2. *Nempe in gradu ſecundo æqualis, & tertio inæqualis lineæ.*
3. *Non ſit facilis Magiſtratus in diſpenſando.*
4. *Quare & quibus ex rationibus? n. 10.*
5. *Incommodum ex diſpenſatione timendum.*
6. *Sanctio Electoralis hac de re.*
7. *Diſpenſatio eſt privilegium.*
8. *Nimia privilegia contentionis materiam præbent.*
9. *Crebrior diſpenſatio avertenda.*
11. *Reſcripta Sereniſſimi Saxoniæ Electoris, n. 12.*

1 Dubium fere nullum habet, quin Princeps ac Magiſtratus in gradibus jure poſitivo prohibitis diſpenſare & matrimonium permittere queat, *ſuprà Definit. 110.* Johann. Gerhard. *in loco de conjug. §. 346. pag. 510.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. & matrim. part. 2. cap. 56. verſ. interdum tamen, p. 217.* † Ex quo in Electoratu & Du- 2
catibus Saxonicis in gradu ſecundo lineæ æqualis & tertio inæqualis, tàm ratione conſanguinitatis, quàm affinitatis, ex diſpenſatione licitas contrahi nuptias expeditum eſt, ut diximus *ſuprà Defin. 113. 114. 115. & 116.*

Non † properent tamen Magiſtratus ad 3
diſpenſandum, ſed parci ac difficiles hàc in re ſint, præſertim in gradu, qui divinitùs prohibito gradui eſt proximus, videlicet in ſecundo lineæ æqualis gradu, quin & in conſanguinitate diſpenſatio fiat rariùs, quàm in affinitate, ut benè monet Gerh. *cit. loco.* Beuſt. *dict. pag. 217.* (10) † Verendum enim, ne ex frequentiore venia ac 4
con-

conceſſione matrimonii in gradibus prohibitis diſpenſatio fiat diſſipatio boni ordinis ac honeſtarum legum, Aym. Crav *conſil. 135.*
5 *n. 45. & ſeqq.* † Et ſæpius quando diſpenſatur, obſervantia quaſi introducitur, quæ prohibitionem in deſuetudinem abire facit, occaſionemque ſubditis absque diſpenſatione etiam ſponſalia contrahendi præbet. (2.)
6 † Quod & benè animadvertit Saxo Sereniſſimus *in Edicto ſub dato Dresdæ 31. Maji, An. 1625.* quando ait: Und ob zwar ein jeder wol Gelegenheit haben kan / da er nur ſelbſt Luſt darzu hat / ſich alſo zu verehelichen / daß es der Verwandtniß nicht zu nahe / noch unſern Verordnungen zuwider iſt / dahero es auch keiner *diſpenſation* bedürffte / geſtalt wir dann am liebſten ſähen /
7 daß ſolche gantz verbleiben möchten. (3.) † Cumque diſpenſatio nihil aliud ſit, quam privilegium perſonis certis datum, vel propterea etiam hæc rarior eſſe debet, quia uſu
8 compertum eſt, nimia † privilegia ſubditis indulta perpetuam contentionis & litium materiam adverſus alios præbere, Philipp. Cominæ. *lib. 8. comm. p. 601.* Froſſard. *lib. 2. hiſtor. de occaſione belli Flandrici.* (4.)
9 Qua † de cauſa crebriorem diſpenſationem Sereniſſimo Electori diſſvadere neceſſarium duxit *Conſiſtorium Supremum in literis ſub dato 4. Octobr. Anno. 1603.* in quibus hæc leguntur verba: Wann aber in E. Churfl. Gn. *publicirten* Kirchen Ordnung die Ehe im andern gleichen Grad der Schwägerſchafft verboten / und *Supplicant* keine erhebliche Urſach deßwegen anziehen können / Eu. Churfl. Gn. auch wir unterthänigſt hiermit berichten müſſen / daß die Ehe-verlöbniſſen unter dem gemeinen Mann in ſo naher Schwägerſchafft ſehr einreiſſen / und man ſich ſchier deroſelben gnädigſten *diſpenſatio*nen mißbrauchen wil; So wird auch dieſer *caſus* nebens dem vorigen E. Churfl. Gnaden zu dero fernern gnädigſten *reſolution* von uns unterthänigſt heimgeſtellet / ob ſie ihres Theils *Supplican*ten von ſeinem Suchen wollen abweiſen laſſen / ꝛc.

Nimirum † quia hodie genus humanum 10
tam latè propagatum & in familias innumeras ac infinitas excrevit, ita ut nunquam non nupturientes pro lubitu & ad ſatietatem conjuges ſibi eligere queant, non opus eſt a ſanctione bonarum legum recedere & contra jus poſitivum diſpenſare, præſertim ſi ruſtici ac plebeji veniam petant.

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Supremo, die 6. Maji, An. 1607. (*Verba Reſcripti:* 11
Würdige / Veſte und Hochgelahrte / liebe andächtige Räthe und Getreue. Nachdeme uns von Zeit an unſrer angenommenen Churfl. Regierung / und bishero vielfältige Bittſchrifften vorgetragen / darinnen geſuchet worden / daß in Verlöbniſſen und Verheyrathungen derjenigen Perſonen / ſo entweder mit Blutfreundſchafft oder Schwägerſchafft einander verwandt und zugethan / wir zu *diſpenſi*ren geruheten / welches wir auch auf erlangten Bericht bisweilen bewilliget / darneben aber vermercken / daß ſolche Suchungen gar zu gemein werden wollen: Als ſind wir entſchloſſen / dergleichen Bitt- und *Supplication*-Schrifften hinfüro nicht mehr anzunehmen / vielweniger Bewilligung darüber zu geben; Sondern begehren hiermit gnädigſt / ihr wollet bey den *Conſiſtoriis* Verordnung thun / daß den Superintendenten im Lande befohlen werde / damit vermöge unſerer *Conſiſtorial*-Ordnung und *Conſtitutio*nen der Punct von der Ehe / und wie dieſelbe von wegen der Blutfreundſchafft / und dann von wegen der Schwägerſchafft verboten / des Jahrs über den Zuhörern in Kirchen auf eine gewiſſe Zeit erkläret / und was darinnen in acht zu nehmen / angezeiget werde / ꝛc. Inmaſſen wir denn hiermit ernſtlich befehlen / daß obbemeldter unſrer *Conſiſtorial*-Ordnung und *Conſtitutio*nen gäntzlich nachgegangen / auch unter Bauern und gemeinen Leuten keine *diſpenſation in lineâ æqvali tertii conſangvinitatis gradus*, ſo wol da in Schwägerſchafft und *in primo genere affinitatis, in tertio gradu lineæ æqvalis* etliche Perſonen zu nahe zuſammen zu heyrathen in willens / hinfüro nicht verſtattet / ſondern gäntzlich abgeſchaffet werde / darum und da dergleichen Fälle vor euch kommen / ihr dieſelbe ohne unſere fernere *reſolution* zu entſcheiden wiſſen werdet. Wolten wir euch / denen wir mit Gnaden gewogen / zu endlicher Nachrichtung nicht bergen / ꝛc.)

Et † Superintendenti Freybergenſi, die 30. Sept. An. 1612. (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer Be- 12
richt in Eheſachen Sigmund R. zu Hermsdorff und George R. Witben in Unterthänigkeit vorgetragen worden. Wann dann daraus zu befinden / daß dergleichen Ehe nicht zuläßlich / und bemeldte Perſonen kein öffentlich Verlöbniß gehalten / auch ſonſten allenthalben *res intregra* ſey: Als iſt hiermit unſer gnädigſtes Begehren / ihr wollet ſie von ihrem Vorhaben Krafft dieſes abweiſen / ꝛc.)

DE

DEFINIT. CXXV.

In Supremo duntaxat Conſiſtorio diſpenſatio in gradibus prohibitis petenda: non autem abſque certâ pecuniâ vel mulctâ decernenda.

SUMMARIA.

1. *Poteſt diſpenſare Princeps in gradibus jure municipali prohibitis.*
2. *Quia legibus Princeps eſt ſolutus.*
3. *Atque hinc juri poſitivo certa ex cauſa derogare poteſt.*
4. *In jure municipali autoritas Principis pro ratione habetur.*
5. *In Conſiſtorio Supremo diſpenſatio petenda.*
6. *Et quâ ex cauſâ.*
7. *Clara hac de re eſt ſanctio Electoralis.*
8. *Multa Principi permittuntur, quæ judicibus inferioribus ſunt prohibita.*
9. *Non decernenda diſpenſatio abſque mulcta.*
10. *Cauſa & ratio hujus mulctæ.*
11. *Pecunia diſpenſationis vectigal appellitari poteſt.*
12. *Reſcripta Sereniſſimi Electoris Saxoniæ. n. 13. 14. 15.*

1 FAs nihilominus eſt Principi, in gradibus jure civili ac municipali prohibitis diſpenſare, ſi hoc ipſi placeat, & rationabile videatur: Nec enim Magiſtratus ac Princeps propriis ligatur legi-
2 bus, † qui jure poſitivo dicitur ſolutus, *l. 31. ff. de legib. l. 14. §. 1. ff. de manumiſſ. l. 3. C. de quadr. præſcript. l. 26. C. de donat. inter*
3 *vir. & uxor.* quique † Reſcriptis ſuis juri huic ex certa cauſa derogare poteſt, legisque gratiam facere, Zaſ. *ad l. princeps. n. 12. in fin. ff. de legib.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 14. n. 6.*
4 ſcilicet † quia in jure municipali & legibus poſitivis auctoritas Principis & legislatoris pro ratione eſt, *arg. l. puto. junct. l. 1. §. initium. ff. de poſtul.* ſufficitque ſi dicat, hoc juſtum eſſe arbitramur, ut ex Franciſc. de Scal. dicit Bald. *ad dict. l. 1.*
5 Patet hinc (1.) † non indifferenter quibusvis in Conſiſtoriis cauſam diſpenſationis tractandam, eamque decernendam eſſe; ſed ſoli Conſiſtorio Supremo poteſtas hæc eſt
6 reſervata, † quippe quod Electorem Sereniſſimum repræſentat, cumque Senatu Eccleſiaſtico ita coadunatum eſt, ut quandoq; ipſamet Serenitas ſua per Conſiſtorium poteſtatem ſupremum exerceat, *ſuprà lib. Defin. 12.*
7 Quò & † facit clara ſanctio Electoralis *in Ord. Eccl. ſub Rubr.* von beyden *Conſiſtoriis* zu Leipzig und Wittenberg. *§. 8. verſ.* Wann auch in Ehe-Sachen bey den *Conſiſtorien* um *diſpenſation* angeſuchet würde/ ſollen ſich die *Conſiſtorialen* derſelben nicht mächtigen/ ſondern ſolches jederzeit an uns gelangen laſſen / und unſers fernern Beſcheids darauf erwarten. † Et alias quo- 8
que multa Principi permittuntur, quæ ab aliis inferioribus judiciis fieri nequeunt, *l. 1. §. quæſtioni. & § ult. ff. de quæſt. l. divi fratres.* & utrobique Dd. *ff. de pœn.* Regn. Sixtin. *vol. 2. conſil. Marpurg. 14 n. 49.* nec enim ulla lex valet coarctare curiam Principis, quia eſt lex animata in terris, *Auth. de conſulib. §. pen. in fin.*
(2.) † Non ſolet decerni diſpenſatio 9
abſque certa pecuniæ mulctâ, quam ſolvere tenentur nupturientes ac diſpenſationem petentes. Prudenter omninò, ne facilè † 10
pro impetranda venia Magiſtratum compellent, quin potiùs pecuniæ amantes à petito hoc abſtineant. Diſpenſationis itaque pecuniam ſive mulctam, ſive vectigal appellitare velis, non multum aberraveris, † poſt- 11
quam etiam vectigalia, quæ ad conſervandam publicam honeſtatem imperantur, juſtiſſima, utiliſſima, ſanctiſſima, honeſtiſſimaque cunctis videntur, atteſtante Joh. Bod. *lib. 6. de Republ. c. 2. p. 1034.* Herm. Lather. *de cenſu. lib. 1. c. 5. n. 25.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superattendenti & Senatui Freybergenſibus, die 18. Jan.* 12
An. 1613. (Verba Reſcripti: Uns iſt euer unterthänigſte Bericht / Michael B. mit Sabinen/weiland Joachim B. bey euch Tochter betreffende/ vorgetragen worden/laſſen denſelben an ſeinen Ort dahin geſtellet ſeyn; Dieweil aber dieſen Perſonen zuwider unſerer Kirchen-Ordnung (welche jährlich bey euch von der Cantzel abgeleſen wird / und ihnen nicht unbekannt ſeyn ſoll) ſich zu verehelichen nicht nachgelaſſen; Als begehren wir hiermit gnädigſt / ihr wollet bey-

den Perſonen freyſtellen/ob ſie von ihrem vorgenommenen Ehe-Verlöbniß abſtehen/und einander müßig gehen wollen; Im Gegenfall aber ihr der Rath ſie entweder mit Gefängniß-Strafe 14. Tage belegen/ oder an ſtatt derſelben 50. fl. von ihnen einbringen/ſolche anhero in unſer Ober-*Conſiſtorium* überſenden / und darauf ihr der Superintendens der *Proclamation* und *Copulation* halber Verordnung thun/ ꝛc.)

Et † *iisdem die 24. Febr. An. 1613.* (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer des Superintendenten 13 unterthänigſter Bericht/ Hanſen N. zu O. mit Marien Hanſen H. nachgelaſſener Witwen/welche ihme *in tertio gradu affinitatis lineæ æqualis* verwandt/ vorhabende Verehelichung betreffende / gebührlichen vorgetragen worden. Dieweil aber dieſe Verehelichung zuwider unſerer *publicirt*en Kirchen-Ordnung vorgenommen wird/und wir darein ſchlechter dinge und ohne Beſtrafung nicht verwilligen können; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet gedachten Perſonen/wofern ſie von angeregter Ehe nicht abzuſtehen gedencken/entweder auf 4. Wochen mit Gefängniß/oder 50. fl. Geld-Strafe/ ſolche in unſer Ober-*Conſiſtorium* anhero *ad pias cauſas* einzuſenden/ belegen / und wann deren eines oder das ander alſo würcklichen erfolget/ alsdenn ihr der Superintendens ihrer *Copulation* halber Verordnung thun / ꝛc.)

It. † *Conſiſtorio Supremo die 20. Apr. Anno 1611.* (*Verba Reſcripti:* Wann wir dann ſol- 14 ches euer Bedencken uns gefallen laſſen; So begehren wir hiermit gnädigſt / ihr wollet nunmehr ermeldtem N. N. jedoch gegen Erlegung 100. fl. mit N. N. die Ehe vollziehen zu laſſen verſtatten/auch was ſich dißfalls gebühret/anordnen/daran vollbringet ihr unſere Meynung/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti ac Præfecto Freyburgicis, die 2. Jun. Anno 1613.* (*Verba Reſcripti:* 15 Wann wir dann geſtalten Sachen nach die Vollziehung ſolcher Ehe-Verlöbniß können geſchehen laſſen; Als begehren wir hiermit gnädigſt / ihr wollet ihrer *Proclamation* und ehelicher Trauung halber gebührliche Verordnung thun. Damit aber gleichwol von andern zur Nachfolge dergleichen nicht mehr geſchehen möge/ vor der *Proclamation* ſie 50. fl. zur *Diſpenſation*-Gebühr erlegen laſſen/ und dieſelben anhero in unſer Ober-*Conſiſtorium* einſchicken/ ꝛc.)

Definit. CXXVI.

Ante impetratam diſpenſationem in gradibus prohibitis ſponſalia contrahentes ultra pecuniam diſpenſationis carcere puniuntur.

SUMMARIA.

1. *Contrahuntur quandoq; ſponſalia in gradibus prohibitis absq; diſpenſatione.*
2. *Quod non fit absq; contemtu Magiſtratûs. n. 3.*
4. *Ideoq; ultra pecuniam diſpenſationis carceris pœna hoc caſu obtinet locum.*
5. *Quibus ex rationibus & fundamentis? n. 9. 11.*
6. *Duplex committitur delictum hoc caſu.*
7. *Inceſtus peculiarem meretur pœnam.*
8. *Contemtus Principis peculiari mulctâ vindicari debet.*
10. *Pœnæ debent correſpondere delictis.*
12. *Reſcripta Sereniſſimi Electoris. n. 13.*
14. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi, n. 15.*

1 EO audaciæ quidam nupturientes progrediuntur, ut licet pecuniam vel mulctam diſpenſationis ſolvere nolint, aut paupertate ſuppreſſi nequeant, à nuptiis tamen in gradibus jure municipali prohibitis haut abſtineant, ſed ſponſalia contrahant publica etiam ante impetratam diſpenſationem, præveniens nempe Ma-
2 giſtratum, ac † certò confidentes, re non amplius integrâ diſpenſationem etiam absque ullâ mulctâ obtentum iri, veluti conqueritur Sereniſſimus Saxoniæ Elector † *in Edicto ſub dato Dresdæ 31. Maji Anno 1652.* hiſce 3 verbis: Daß wir doch die Zeit unſerer geführten Chur-Fürſtl. Regierung gar ein anders erfahren / indeme ihrer viel eigenmächtiger Weiſe ſich in den verbotenen *Gradibus* hoch-betheuerlich gegen einan-

einander verknüpffet / bey etlichen auch wol fleiſchliche Unzucht darzu kommen / und wann die Gewiſſen alſo verſtrickt geweſen / allererſt hernach unſere *diſpenſation* geſuchet / und mit Anführung deſſen / daß ſie ohne Verletzung ihrer Gewiſſen von einander nicht laſſen können / und die Verwilligung gleichſam abnöthigen wollen / ꝛc.

4 Sed profectò † fallere ſatagentes Magiſtratum ſeipſos maximè fallunt ac decipiunt, tantumque abeſt, mulctam diſpenſationis eos effugere, ut & ultra hanc pœna carceris arbitraria iis imponatur. Rectiſſimè omninò:
5 (1.) † ob Regulam juris certiſſimam, & ab omnibus ferè probatam, quòd plura delicta non unicâ, ſed pluribus plecti debeant pœnis, per textum manifeſtum *in l. nunquam plura. ff. de privat. delict.* Proſp. Farinac. *in prax. crim. lib. 1. tit. 3. qu. 22. n. 1.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 84.* Didac. Covarr. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 10. n. 8.* Petr. à Placha *in Epit. delictor. cap. 1. n. 18.* Nicol.
6 Reuſner. *lib. 2. deciſ. 20. num. 2.* Quis † verò non animadvertit duplex delictum à deſponſatis commiſſum? *Primò* enim non absque ſcandalo in gradibus prohibitis ſponſalia contraxerunt, ex quo inceſtus ab ipſis eſt
7 perpetratus, † qui peculiarem meretur pœnam, ut multis probatum dedimus *in Pract. crim. part. 2. q. 73. & 74.* tantum abeſt, ut mulcta diſpenſationis iis ſit remittenda. † *De-* 8
inde etiam contemtus Magiſtratus in non impetranda diſpenſatione crimen incurrit pœnâ arbitrariâ dignum, Jaſ. *in l. jubere. n. 17. ff. de jurisdict. omn. judic.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 1. quæſt. 86. n. 8. verſ. aut à jure communi ſtatuto &c.* Ludolph. Schrader. *in tract. de feud. part. 10. ſect. 19. n. 122. verſ. eam ob cauſam.* Jacob. Scult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 104. n. 9.* (2.) Atque † hinc non ſufficit mulcta 9
diſpenſationis in caſu, quo absque petitione veniæ ſponſalia prohibita fuerunt contracta, ſed aggravanda, vel duplicanda erit coërcitio, ſiquidem pœnæ commenſurari † de- 10
bent delictis, *l. 1. ff. de jur. patronat. l. 3. C. de epiſcop. audient. l. ſervos. 8. C. ad Leg. Jul. de vi publ.* Anton. Gometz. *de delict. cap. 3. n. 60. in fin. & de furt. num.* Reuſner. *dict. deciſ. 20. n. 6.* (3.) † Quod & innuunt 11
verba Sereniſſimi Electoris *in citato Edicto. verſ.* Im widrigen Fall / und da jemands / wer der auch wäre / ſich heimlich hinfüro verknüpfte oder öffentliche Verlöbniß vorher hielte / hernach aber allererſt um unſere *diſpenſation* mit Vorwenden ſeines beſtrickten Gewiſſens anhielte / ꝛc. *junct. verbis ſequentibus:* Sondern wir wollen auch den Ungehorſam in andere Wege bey den Verbrechern ernſtlich zu beſtrafen wiſſen.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Præpoſito ac Superintendenti Kembergenſi & Præfecto* 12
Wittebergenſi die 28. Aug. Anno 1612. (*Verba Reſcripti:* Demnach wir aus angehörter Verleſung euers unterthänigſten Berichts vernommen / daß zuwider unſerer *publicir*ten Kirchen-Ordnung Andreas T. von A. mit Marien / *Balthaſar M.* Tochter / ſo einander *in tertio gradu lineæ inæqualis* der Blut-Freundſchafft verwandt / ſich verlobet; Als begehren wir hiermit gnädigſt / du der Schöſſer wolleſt gedachte Perſonen andern zum Exempel auf 8. Tage lang abgeſondert mit Gehorſam belegen / und wenn ſie dieſe Strafe ausgeſtanden / ihr der Superintendens auf vorhergehende Erlegung 5. Thlr. *diſpenſation*-Gebühr / der *proclamation* und Trauung halber Verordnung thun / und angeregte 5. Thlr. in unſer Ober-*Conſiſtorium* anhero überſenden / ꝛc.)

Et † *Superintendenti Annabergenſi ac Præfecto Lauterſteinenſi, die 30. Sept. Anno 1613.* 13
(*Verba Reſcripti:* Welcher maſſen uns um unſere gnädigſte *diſpenſation* Chriſtoph D. Mietmüller zu O. damit er Nicol. J. zu L. Tochter / mit welcher er ſich allbereit verlobet / ihre Groß-Mutter aber ſeines verſtorbenen Weibes Mutter Schweſter geweſen / zur Ehe nehmen dürffte / in Unterthänigkeit angelanget / das habt ihr hierbey zu befinden. Dieweil aber ſolche Ehe in unſerer Kirchen-Ordnung verboten; Als können wir es ihnen ungeſtraft nicht hingehen laſſen. Begehren derowegen hiermit gnädigſt / du der Schöſſer wolleſt von ihnen die gewöhnliche Gebühr als 5. Thlr abfordern / und anhero in unſer Ober-*Conſiſtorium* überſenden / darauf ſie etliche Tage mit Gefängniß belegen / und wann ſolches geſchehen / alsdann ihr der Superintendens ihrer *proclamation* und *copulation* wegen Verordnung thun / ꝛc.)

Nec non † *Conſiſtorium Supremum Günthern à Bünau in Lauenſtein, & Superattendenti Pirnenſi, die 15. Januarii, Anno 1612.* (*Verba Reſcripti:* Demnach wir 14

aus euern abſonderlichen Berichten vernommen/daß Michael S. zu F. und Regina/ Matthes S. Tochter daſelbſt wegen ihrer Verehelichung von einander zu ſetzen nicht gemeynet; Als begehren wir ꝛc. ihr der Superintendens wollet dieſen Perſonen gegen Entrichtung 5. Thlr. gewöhnlicher *Diſpenſation*-Gebühr/ welche ihr alsdann anhero zu überſenden wiſſen werdet / und eher nicht die *proclamation* und *copulation* widerfahren laſſen / ihr der Gerichts-Herr aber beyde Theil/weil ſie ſich ohne unſers gnädigſten Herꝛn Erlaubniß zuwider der *publicirten* Ehe-Ordnung in Ehegelöbniß eingelaſſen/ andern zum Exempel auf 8. Tage mit leidlichem Gefängniß ſtrafen. Möchten wir euch nicht bergen/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti Annæbergenſi ac Præfecto Schwartzenbergenſi die 14. Febr. An. 1612.* 5
(*Verba Reſcripti*: Als begehren wir ꝛc. ihr der Superintendens wollet dieſen Perſonen gegen Entrichtung gewöhnlicher *Diſpenſation*-Gebühr / welche ihr alsdann anhero zu überſenden wiſſen werdet/und eher nicht die *proclamation* widerfahren laſſen/ ihr der Schöſſer aber beyde Theil / weil ſie ohne unſers gnädigſten Churfürſten und Herꝛn Erlaubniß zuwider der *publicir*ten Ehe-Ordnung ſich miteinander verlobet/ andern zum Abſcheu etliche Tage mit leidlichem Gefängniß ſtrafen / ꝛc.)

DEFINIT. CXXVII.

Arbitrio tamen Magiſtratûs relinquendum, an ſponſalibus in gradu prohibito jam contractis diſpenſare velit, nec ne?

SUMMARIA.

1. *Contrahentes ſponſalia in gradu prohibito ante diſpenſationem, pœnâ coërcentur.*
2. *Libera diſpenſandi facultas Magiſtratui haut adimenda eſt.*
3. *Non facilè Magiſtratus ſponſalia jam contracta dirimit.*
4. *Extorqueri tamen non poteſt diſpenſatio invito Magiſtratu. num. 6.*
5. *Clara hac de re ſanctio Electoralis.*
7. *Quid ſi perſonæ deſponſatæ abſtinere nolint?*
8. *Non tolerantur tùm in Electoratu Saxoniæ.*
9. *Reſcripta Electoralia. n. 10.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NEquaquam ergo ab exolutione pecuniæ diſpenſationis ſe liberabunt, qui nuptias in gradu prohibito ante impetrationem veniæ contrahunt, quin potiùs pœnæ arbitrariæ obno-
2 xios ſe reddunt, *Defin. præced.* † nec tamen per id libera diſpenſandi facultas Magiſtratui adimitur. Quid enim ſi diſpenſare nolit? Sanè non facilè præſumendum
3 poſt † contracta ſponſalia ac re non ampliùs integrâ diſpenſationem denegatum iri: ex quo enim prohibitio ſaltem in jure civili vel municipali eſt fundata, recedendum potiùs ab ea videtur, quam ut ſponſalia, quæ ratione indiſſolubilitatis pro matrimonio habentur, ut dixi *lib. 5. Reſponſ. Elect. 108.* rurſus dirimantur.

† Attamen extorqueri haut poterit di- 4
ſpenſatio, ſi eam Magiſtratus renuat, quod ſanè arbitrio ejus liberrimo reſervatur, veluti
apparet † ex *Edicto Elect. ſub dato Dresdæ* 5
31. Maji, An. 1625. in verb. Im widrigen Fall / und da jemand/ wer der auch wäre/ ſich heimlich hinfüro verknüpffte / oder öffentliche Verlöbniß vorher hielte / hernach aber allererſt um unſere *diſpenſation* mit Vorwendung ſeines beſtrickten Gewiſſens anhielte; Auf ſolchen Fall ſol nicht allein keine *diſpenſation* künftig erfolgen/ꝛc.
Haut etenim adeò indulgendum † 6
eſt malitiæ affectantium nuptias prohibitas, ut per id jure ſuo diſpenſandi Magiſtratus defraudari debeat, quin potiùs à ſponſalibus ejusmodi contra leges municipales nulliter contractis receden-

dum,

dum. Quod ſi tamen perſonæ deſponſatæ
7 obligationem conſcientiæ prætendant, † ne præjudicium inde fiat Magiſtratui, è provinciis Electoratûs Saxonici emigrare, aliò ſe conferre, & ſponſalia per benedictionem ſacerdotalem conſummare ipſis permiſſum erit, † juxta tenorem *citati Edicti Electoralis.* 8
§. Da auch andere. *in verb.* So wollen und verordnen wir/daß ſolche Perſonen in dieſem Churfürſtenthume und Landen weder getrauet/ noch darinnen gedultet werden/ quà de re vide *ſupr. Defin. 83.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Præfecto Dresdenſibus die 20. Jan. Anno 1613.* (*Verba Reſcripti:* Was bey uns George P. zu G. wegen einer *diſpenſation*, damit er ſeiner Mutter Schweſter Sohnes Wittib ehelichen möge/in Unterthänigkeit ſuchet/ſolches habt ihr aus der Inlage zu vernehmen. Wann dann dieſen Perſonen zuwider unſerer Kirchen-Ordnung ſich mit einander zu verloben nicht gebühret hätte; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ihr wollet ihnen freyſtellen/ ob ſie von ihrem Ehegelöbniß abſtehen wollen: Im Gegenfall aber du der Schöſſer ſie entweder mit Gefängniß-Strafe 14. Tage belegen / oder an ſtatt derſelben 10. Thlr. von ihnen einbringen/ſolche in unſer Ober-*Conſiſtorium* überſchicken/und darauf ihr der Superintendens der *proclamation* und *copulation* halber Verordnung thun/ ꝛc.) 9

Et † *Superintendenti Freyburgico die 10. Aug. Anno 1612.* (*Verba Reſcripti:* Was an uns Sigmund R. zu H. einer *diſpenſation* halber unterthänigſt gelangen laſſen/ſolches habt ihr aus dem Inſchluß zu vernehmen. Hierauf begehren wir hiermit gnädigſt / ihr wollet euch bey unſerm Oberhauptmann / ob zwiſchen dieſen Perſonen noch kein öffentliches Verlöbniß gehalten/erkundigen/und in ſolchem Fall ſie von ihrem Suchen abweiſen laſſen/da ſie ſich aber allbereit öffentlichen verlobet / und dahero oder ſonſten *res* nicht mehr *integra* wäre/alsdann uns / wie ſie ſich verhalten/was beyder Perſonen Vermögen/auch ob ſonſten keine andere Verhinderniß verhanden/mit Widerſendung des Inſchluſſes förderlichſt berichten/ ꝛc.) 10

Nec non † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem D. Pauli Laurentii Superintendentis Dresdenſis die 10. Maji, Anno 1609.* (*Verba Sententiæ:* Ob nun wol zwiſchen dieſen Perſonen/welche einander im dritten Grad der Schwägerſchafft ungleicher Linien verwandt/nicht mehr *res integra* iſt; So können ſie doch vermöge unſers gnädigſten Herrns Kirchen-Ordnung / ohne ſonderbahre *diſpenſation* und Nachlaſſung in dieſen Landen nicht getrauet werden/derowegen ihr ſie hierauf beſcheiden werdet / V. R. W.) 11

DEFINIT. CXXIIX.

Diſpenſationem nuptiarum in gradibus prohibitis petentes, ſi jam carnaliter ſe commiſcuerint, mulctam diſpenſationis pariter ſolvunt, & pœnam ſtupri luunt: nec una alteram conſumit.

SUMMARIA.

1. *Quid ſi ante diſpenſationem copula carnalis ſponſalibus acceſſerit?*
2. *De quo conqueritur Sereniſſimus Saxoniæ Elector.*
3. *Obtinet tum pœna ſtupri, ultra mulctam diſpenſationis.*
4. *Quo caſu plura fuerunt commiſſa delicta.*
5. *Delictis ſingulis ſingulæ competunt pœnæ.*
6. *Multiplicatis delictis, multiplicantur pœnæ.*
7. *Non conqueri habent delinquentes de hac ſeveritate.*
8. *Verba Edicti Electoralis allegantur.*
9. *Reſcriptum Electorale.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOn certè ratio diverſa eſt, ſi petentes diſpenſationem matrimonium contrahendi in gradibus prohibitis ſe jam carnaliter commiſcuerint, quòd non raro accidit, veluti † conquéritur 2
Sereniſſimus Saxoniæ Elector *in Edicto ſub dato Dresdæ die 31. Maji, Anno 1625.* §. Ob wol unſere hochgeehrte Vorfahren.

 in

in verb. Indeme ihrer viel eigenmächtiger Weiſe ſich in den verbotenen *Gradibus* hoch-betheuerlich gegen einander verknüpffet / bey etlichen auch wol fleiſchliche
3 Unzucht darzu kommen/ ꝛc. † Eò minùs ſanè hic dubium eſt, ultra pecuniam diſpenſationis, ad quam perſonæ deſponſatæ ſunt ob-
4 ſtrictæ, pœnam quoque obtinere, † quantò plura fuerunt commiſſa ſimul delicta, inceſtus nempe, ſtuprum & contemtus Magiſtratûs, quorum ſingulum quoque ſuam meretur pœnam ac coercitionem; Singulis nam-
5 que delictis ſingulæ † competunt pœnæ, ſicut altera alteram non conſumat. *l.27. & l.48. ff. ad Leg. Aquil. Neratius. 11. §. 2. ff. de ſervo corrupt. l. 1. §. hunc tamen. 1. l.2. §. 1. ff. de tutel. & rat. diſtrah. l. nunquam. 60. ff. de obligat. & action. l. vulgaris. 21. in fin. pr. ff. de furt. l. facienda. 8. §. 2. ff. arbor. furt. cæſar. l. ſi ſtuprum. 25. l. pater. 41. ff. de injur. l. 6. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Quin &
6 ob multiplicationem † delictorum pœna ſemper augenda & multiplicanda eſt, *l. capital. 28. §. ſolent. & §. graſſatores. ff. de pœn. l. 1. ff. de jur. patron. l. 3. C. de epiſc. audient. l. ſervos. 8. C. ad Leg. Jul. de vi publ.* Anton. Gometz. *tom. 3. variar. reſol. tit. de delict. n. 60. in fin. & tit. de furt. n. 5.*

Non itaque eſt, quòd delinquentes de ſeveritate conquerantur, † ſi diſpenſationem 7
obtinentes ultra mulctam pecuniæ Conſiſtorio pro venia & facultate matrimonium conſummandi exolvendam, pœnam quoque ſtupri vel pœnitentiæ eccleſiaſticæ (Kirchen-Buſſe) luant, vel absque diſpenſatione impetratâ è ditionibus Electoratûs Saxonici emigrare cogantur. † Quò reſpexit Serenis- 8
ſimus Saxo *in citato Edicto de An. 1625. §.* Da auch andere ſich gelüſten lieſſen/ in denen von uns verbotenen *gradibus* nebens der heimlichen Verlobung ſich fleiſchlichen zu vermiſchen/ in Meynung durch dieſes Mittel unſere Zulaſſung deſto ehe zu erlangen; So wollen und verordnen wir/ daß ſolche Perſonen in unſerm Churfürſtenthume und Landen weder getrauet / noch darinnen geduldet werden/ ꝛc.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti Pirnenſi & Præfecto Hohenſteinenſi, die* 9
27. Oct. An. 1613. (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer des Superintendenten unterthänigſter Bericht/ Andreas S. zum H. betreffende/ welcher ſich mit ſeines Groß-vaters leiblichen Schweſter Tochter Marthen/ Lucas G. nachgelaſſener Witwen in ein öffentliches Verlöbniß eingelaſſen/ und ſie *impregni*ret / gebührlich vorgetragen worden. Wann ſie dann diß falls wider unſere Kirchen-Ordnung gröblichen verbrochen; Als können wir ſolches ihnen ungeſtraft nicht hingehen laſſen / und begehren hiermit gnädigſt/ ihr wollet gedachte Perſonen vor euch erfordern/ und ihnen ſolches in Ernſt verweiſen/ und du der Schöſſer ſie eine Zeitlang mit Gefängniß-Strafe belegen / wenn ſolches geſchehen/ alsdann ihr der Superintendens gegen Erlegung 5. Thlr. *Diſpenſation*-Gebühr / welche ihr in unſer Ober-*Conſiſtorium* einzuſchicken wiſſen werdet/ ihrer *proclamation* und ehelichen Trauung wegen gebührliche Verordnung thun/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi, ac Wolffgango Theodorico à* 10
Grünrad in Seiffersdorff/ *die 18. Febr. An. 1619.* (*Verba Reſcripti:* Demnach wir auf anderweit Georgen B. zu O. demüthig *ſupplici*ren geſchehen laſſen/ daß er mit ſeines Vatern Brudern Sohnes Witwen daſelbſten/ welche er fleiſchlich erkannt/ nunmehr ehelichen getrauet werden möchte. Als iſt an ſtatt hochgedachtes unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren / ihr der Superintendens wollet erwähnten Perſonen/ weil ſie geringes Vermögens seyn ſollen/ ernſtliche Verweiſung thun/ nachmals gegen Erlegung und ins Ober-*Conſiſtorium* Uberſchickung 5. Thaler Meißniſcher Wehrung *Diſpenſation*-Gebühr / die *Copulation* ohne Gepränge anordnen/ und wann ſolches/ ſo wol die gewöhnliche Kirchen-Buſſe geſchehen/ ihr der Gerichts-Herr beyde Perſonen 8. Tage lang mit leidlicher Gefängniß-Strafe andern zum Exempel belegen / ꝛc.)

DEFINIT. CXXIX.

Perſonæ in gradibus prohibitis deſponſatæ, ſi mulctam diſpenſationis ob paupertatem ſolvere nequeant, carcere diuturniore puniuntur.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Quid ſi perſonæ deſponſatæ ob paupertatem ſolvere nequeant pecuniam diſpenſationis.*
2. *Contractis jam ſponſalibus, non facilè denegatur diſpenſatio.*
3. *Pecunia tamen diſpenſationis exigi poteſt.*
4. *Debitores non ſolvendo exiſtentes in carcerem publicum conjiciuntur.*
5. *Quod ad cauſam præſentem haut extendi debet.*
6. *Mulcta diſpenſationis pro pœna habetur.*
7. *Deciſio quæſtionis.*
8. *Quid juris ſi reus homicidii ſolvere nequeat Wergeldum?*
9. *Qui non habet in ære, luat in corpore.*
10. *Reſcriptum Sereniſſimi Saxoniæ Electoris.*
11. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n.12.*

1 QVid verò ſi perſonæ contrahentes ſponſalia in gradibus jure civili ac municipali prohibitis tantâ premantur paupertate, ut mulctam diſpenſationis exolvere nequeant, ut maximè Princeps vel Magiſtratus veniam nuptiarum iis dare ac diſpenſare velit. Etſi enim facultas diſpenſandi arbitrio Magiſtratûs liber-
2 rimo committitur, † non facilè tamen contractis jam ſponſalibus, accedente præſertim copulâ carnali, renuit diſpenſationem, ceu re non ampliùs integrâ, *ſupra Defin. 127. num. 3.*
3 † quo caſu etiam à nupturientibus mulcta ſive pecunia diſpenſationis exigitur, quid ergo ſi media ſolutionis deficiant? Dixeris
4 forſan, † reos hoc caſu perinde ac alios debitores non ſolvendo exiſtentes in carcere publico tamdiu fore detinendos, uſque dum pecuniam colligant & mulctam prædictam ſolvant, juxta *Conſtit. Elect. 22. part. 2.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. c. 1. n. 143.* Anton. Hering. *de fidejuſſ. c. 6. n. 256.* Jac. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. qu. 110. n. 56.*

Sed malè † ſanctio iſta ad caſum præſentem extenditur, poſtquam carcer publicus eſt 5
pœna decoctorum, eorumve qui propriâ culpâ haut ſolvendo exiſtunt; adeoque paupertate fortuitâ preſſos non comprehendit;
† quin & dum mulcta diſpenſationis magis 6
pro pœnâ, quàm debito civili habetur, neque hoc intuitu carcerem publicum huc extendere licet. Reſtat ergo hoc medium, ut
remiſſâ † diſpenſationis mulctâ, graviore 7
ac diuturniore carcere puniantur perſonæ
deſponſatæ, veluti in caſu † homicidii 8
culpoſi receptum, ut ſi reus ad Wergeldum condemnatus, id ſolvere nequeat, pœna ipſi indicta exaſperetur, de quo *in Pract. mea crim. part. 1. qu. 34. n. 48. & ſeqq.* Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 12. part. 4. n. 8.*
Matth. Berlich. *part. 4. concluſ. 11. n. 23.* † cum 9
generalis ſit Regula, quòd quis non habet in ære, luat in corpore, *l. ſi quis id. §. in ſervos. 3. ff. de jurisdict. l. ult. ff. de in jus vocand. l. quicunq. 4. C. de ſerv. fugit. l. 1. in fin. ff. de pœn.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Præfecto Dresdenſibus die 20. Jan.* 10
Anno 1613. (Verba Reſcripti: Was bey uns N.N. wegen einer *diſpenſation*, damit er ſeiner Mutter Schweſter Sohnes Witwe ehelichen möge/ in Unterthänigkeit ſuchet/ſolches habt ihr aus der Inlage zu vernehmen. Wann dann dieſen Perſonen zuwider unſer Kirchen-Ordnung ſich mit einander zu verloben nicht gebühret hat; Als begehren wir hiermit gnädigſt / ihr wollet ihnen freyſtellen / ob ſie von ihrem Ehegelöbniß abſtehen wollen: Im Gegenfall aber du der Schöſſer ſie entweder mit Gefängniß-Strafe eine Zeitlang belegen / oder 10. Thlr. von ihnen fordern/ ſolche in unſer Ober-*Conſiſtorium* einbringen/und darauf ihr der Superintendens der *proclamation* und *copulation* halber Verordnung thun/ ꝛc.*)*

Nec non † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Pirnenſi & Præfecto Hohenſteinenſi, die* 11
18. Sept. An. 1611. (Verba Reſcripti: Wir haben euer des Superintendentens Schreiben wegen Thomä S. ſo mit Annen/ Jacob L. nachgelaſſener Tochter/ als ſeines verſtorbenen Weibes Mutter Schweſter Tochter ſich verlobt / verleſen hören. Wann dann in dieſer Sachen *res* nicht mehr *integra*; Als iſt an ſtatt Seiner Churfl. Gn. unſer Begehren/ wofern die Partheyen die gewöhnliche *Diſpenſation*-Gebühr nemlich 5. Thlr. Unvermögens halber nicht entrichten können / ihr der Schöſſer wollet beyde Theil eine Zeitlang mit Gefängniß-Strafe belegen / und darauf ihr der Superintendens ihnen die *proclamation* und *copulation* verſtatten/ möchten wir euch nicht bergen/ ꝛc.)

Et † *Günthero à Bünaw in Lauenſtein, ac Superintendenti Pirnenſi, die 9. Oct. Anno 1611.* 12
(*Verba Reſcripti:* Wir haben euern des Superintendenten Bericht / wegen Mel-

chior L. und Annen Barthol T. Witwen / ſo einander im andern Grad gleicher Linien der Schwägerſchafft nach verwand/vorhabender Verehlichung verleſen hören. Wann dann daraus zu befinden/daß des gehaltenen ehelichen Verlöbniß halber *res* nicht mehr *integra* iſt / und die *contrahenten* ihr Unvermögen angezogen; Als begehren an ſtatt Sr.Churfl.Gn. wir hiermit / ihr der von Bünau wollet ſie auf 8. Tage lang in gefängliche Hafft nehmen / und darauf ihr der Superintendens ihnen die *proclamation* und *copulation* widerfahren laſſen/ ꝛc.)

TIT. IIX.

De

Matrimonii Conſummatione per nuptias, earumq; Ritibus ſolennibus.

Definit. CXXX.

Sponſalia ipſum matrimonium non ſunt, ſed per nuptias demum hoc conſummatur.

SUMMARIA.

1. *Multi ſponſalia & ipſum matrimonium confundunt.*
2. *Sponſa in ſacris literis uxor vocatur.*
3. *Quatenus per ſponſalia contrahatur matrimonium? n. 7.*
4. *Sponſalia ſunt matrimonium inchoatum, non conſummatum.*
5. *Sponſa uxor ſaltem ſperata, promiſſa & futura. n. 6.*
8. *Quomodo differant ſponſalia & matrimonium?*
9. *Differunt ratione nominis.*
10. *Quoad diverſas definitiones.*
11. *Ratione formæ.*
12. *Sponſalia ſunt ſpes ſaltem matrimonii.*
13. *Differunt quoq; ratione finis.*
14. *Nec non ratione diverſorum effectuum.*
15. *Et adjunctorum.*
16. *Nuptiæ purè, ſponſalia verò ſub conditione quandoq; contrahuntur.*
17. *Moribus noſtris differunt ſponſalia à matrimonio.*
18. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
19. *Ejusdem Sententia.*

1 PLerique ſibi perſuaſum habent, nullam omninò eſſe differentiam inter ſponſalia & matrimonium, in oculis præſertim DEI, propterea quòd ſolus conſenſus faciat nuptias, ſubſtantiamque matrimonii formalem con-
2 ſtituat: unde † ſponſa in ſacris literis uxor appellitatur, *Geneſ. 29. verſ. 21. Deuteron. 22. verſ. 23. Matth. 1. verſ. 20.* Sed error committitur notabilis circa diſtinctionem matrimonii inchoati, & conſummati. De-
3 mus enim, † contrahi matrimonium ſive conjugium per ſponſalia, adeò ut perſonæ deſponſatæ jam ſint invicem obligatæ, nec rurſus pœnitere queant, utraq; licet pars diſſentiat, per id tamen matrimonium haut con-
4 ſummatum eſt, ſed † duntaxat inchoatum, veluti rectiſſimè diſtinguunt Balth. Mentz. *in libell. de conjugio pag. 170. & ſeqq. & in Diſputat. quam habuit Gieſſ. ſuper quæſt. Num ſponſis ante ſolennem in Eccleſia copulationem & benedictionem concumbentibus publica pœnitentia juſtè imponatur? Menſ. Mart. An. 1624. th. 45.* Joh. Gerh. *in loco de conjug. § 168 pag. 252.* Joh. Harppr. *ad Rubr. Inſt. de nupt. n. 180.* Quin nec † ſponſa in ſa- 5
cro Codice propterea vocatur uxor; quòd inter ipſas nulla ſit differentia, ſed quia ſponſa eſt uxor ſperata, pacta, promiſſa & futura: Inſolens quippe non eſt in ſacris, denominationem rei ab eventu futuro peti, ut multis demonſtrat exemplis Gerhard. *dict. pag. 252.* Cui plane aſſentitur Beda *ſuper Levit.* † quan- 6
do inquit: Sponſam Moyſes dicit uxorem, non quæ tunc erat, ſed quæ futura erat uxor. Sponſa à prima fide deſponſationis conjunx appellatur, non quòd in ipſa deſponſatione fiat conjunx, ſed quia ex fide, quam ex deſponſatione ſibi invicem debent, poſtea conjuges efficiuntur.

† Ac-

7 † Accuratè igitur & propriè loquendo nomine matrimonii venit non initium & promiſſio matrimonii in ſponſalibus facta, ſive matrimonium inchoatum, ſed conſummatum benedictione, traditione & deductione in domum mariti, Harppr. *dict. loco*.

8 Cæterùm † quò de fundamentis pariter hujus aſſertionis, ipsâque diverſitate exactiùs conſtet, differunt ſponſalia à nuptiis ſive

9 matrimonio (1.) † ratione nominis ſive appellationis, quia ſponſalia dicuntur à ſpondendo, h.e. promittendo; matrimonium autem ab eundo in unum. Quemadmodum ergo aliud eſt promittere, aliud facere quod promiſſum eſt; ita quoque aliud eſt deſponſatio, aliud effectus deſponſationis, matri-

10 monium. (2.) † Quoad diverſas definitiones: Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum: matrimonium vero dicitur maris & fœminæ conjunctio, individuam vitæ ſocietatem ac conſuetudi-

11 nem continens. (3.) † Ratione formæ: quia pactione & promiſſione de futuro conjugio perficiuntur ſponſalia, at nuptiæ tra-

12 ditione & cohabitatione præſenti. (4.) † Ex quo porrò id diſcriminis eluceſcit, quòd differant ſponſalia à matrimonio, ut ſpes alicujus rei à re ipſa, veluti ſponſalia dicuntur ſpes matrimonii *in l. ſi puellæ. 6. ff. de re ſponſal. l. ſi uxor. 13. §. divi. 3. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Sponſalia fiunt verbis; ſed matrimonium re ipsâ & factò ratificatur.

13 (5.) † Ratione finis: Sponſaliorum etenim finis eſt, ut futuro tempore nuptiæ ſequantur, exploratis priùs contrahentium animis; Nuptiarum autem finis eſt, ut ad prolis generationem, mutuum adjutorium, & ſcortationis evitationem individuo nexu contrahentes copulentur. (6.) † Effectum 14

quoque ſponſaliorum & matrimonii ſi accuratiùs penſitemus, differentiam fateri cogimur: Poſtquam uxor marito debet affectum & amorem conjugalem; non etiam ſponſa: Illa eſt in poteſtate mariti; non hæc: Illa ad portionem admittitur ſtatutariam in foro Saxonico, ſponſo defuncto; non etiam ſponſa: Illi adminiſtratio rei familiaris incumbit; at minimè ſponſæ: Illa ſequitur domicilium mariti; ſponſa nequaquam: Illa cogitur ſequi peregrinantem maritum; ſponſa non ſequi tenetur. (7.) † Ex ad- 15

junctis præterea obſcura haut eſſe poteſt differentia inter ſponſalia & ipſum matrimonium: quia in nuptiis certa eſt ætas definita jure civili; non etiam in ſponſalibus, quare à primordio ætatis contrahi poſſunt ſponſalia, modò contrahentes intelligant, quid agant, nec ſint minores ſeptem annis: † Nu- 16

ptiæ ſemper purè celebrantur; at ſponſalia etiam ſub conditione. Plures cumulant differentias Paul. Cypræ. *de ſponſal. cap. 5. per tot.* Joh. Gerhard. *de conjug. §. 169.* Joh. Harppr. *dict. rubr. Inſt. de nupt. n. 182. & ſeqq.* ubi adducit *conſilium Facultatis Juridicæ Tubingenſis nomine* à Chriſtophoro Beſoldo *Menſe Aprili An. 1624. conſcriptum*, † qui 17

hac de re provocat ad mores Eccleſiarum reformatarum, quibus receptum, ut quæcunq; etiam præceſſerint ſponſalia, ſponſus ac ſponſa interrogentur: Ob ſie einander zu der Heil. Ehe nehmen wolten? Nicht ob ſie zuvor einander zum ehelichen Gemahl genommen?

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* B. zu N. Klägern an einem / Marien Hanſen 18
N. Tochter / und ihre Mutter anders und dritten Theils / *die 5. Jun. An. 1618.* (*Verba Decreti:* Dieweil beklagte Maria nicht verneinet / daß ihre Mutter in Gegenwart ihres und der Tochter Vormunden / auch anderer Zeugen mehr ſie Klägern ehelich zugeſaget / deme ſie dann ihres Theils nicht widerſprochen / ſondern ihrer Mutter Zuſage mit gegebenem Mahlſchatze und Handgelöbniß beſtätiget / und alſo mit ihme öffentliche Verlöbniß gehalten; So iſt ſie auch ihres Vorwendens ungeachtet gegen ſeiner Abbitte und Zuſage / ſie und ihre Mutter hinfüro zu lieben und zu ehren / die Ehe mit ihme zu vollnziehen ſchuldig / V. R. W.)

It. † *ad requiſitionem Caſpari* S. zu O. *die 27. Febr. An. 1606.* (*Verba Sententiæ:* Hat 19
euer Sohn George ſich mit Marien K. verlobet / und weil er nunmehr ſeiner Geſchäffte wegen in Polen zu verreiſen / iſt er die Braut mit ſich zu nehmen gemeynet / ſo aber ihre Mutter keines weges zugeben wil. Dahero ihr berichtet ſeyn wollet / ob ſolches euers Sohnes Vorhaben durch die Mutter verhindert werden möge. Ob nun wol euerm Vorgeben nach zwiſchen bemeldtem euern Sohn und der Braut öffentliche *ſponſalia* oder Ehegelöbniß vorgangen. Dieweil aber dennoch die Hochzeit nicht gehalten / dahero die Braut auch noch zur Zeit für ſein Ehe-Weib nicht zu achten / weniger die Ehe vollzogen worden; So mag bemeldtem euern Sohn die Braut vor der Hochzeit mit ſich hinweg zu nehmen nicht verſtattet werden / V. R. W.)

Definit. CXXXI.

Permittenda haut eſt deſponſatis cohabitatio ante matrimonium per benedictionem ſacerdotalem conſummatum.

SUMMARIA.

1. *Sponſalia differunt à matrimonio per benedictionem ſacerdotalem conſummato.*
2. *Qualis conſenſus in ſponſalibus intercedat?*
3. *Non permittenda cohabitatio ante conſummatum matrimonium deſponſatis.*
4. *Sponſa ad ſocietatem individuam obligata haut eſt.*
5. *Graviter peccant ante benedictionem ſacerdotalem concumbentes.*
6. *Quia ludibrio habent Eccleſiam, n. 7. 10.*
8. *Ex manu DEI conjuges acceptari debent.*
9. *Ethnici fecerunt nuptiarum auſpicium à benedictione.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii.*

1 QVam multùm differant ſponſalia à
matrimonio benedictione ſacerdo-
tali, traditione ſponſæ in poteſta-
tem mariti, & deductione in domum ejus
ratificato & conſummato, ex dictis *Defin.
præced.* luculenter pateſcit. Quantumvis
2 igitur in † ſponſalibus plenus ſit partium
conſenſus, & ita quoad contrahentium vo-
luntatem nil ipſi matrimonio deeſſe videa-
tur, attamen eo modo & ratione ſponſalia
fuêre contracta, ut conjugium pro perfecto
non habeatur, priusquam ſit ab Eccleſia ſo-
lenniter approbatum, confirmatum & bene-
3 dictum. † Ideoque nec concedendum per-
ſonis deſponſatis, ut ante ſolennem Eccleſiæ
benedictionem & confirmationem coha-
bitent, ac invicem conſueſcant, Balthaſ.
Mentz. *de conjugio. p. 171.* Joh. Gerh. *in lo-*
4 *co de conjug. §. 169. p. 254.* (1.) † Nec enim
ſponſa ad individuam vitæ ſocietatem eſt
obligata, ut uxor, *Defin. præced. n. 10.* ex quo
etiam copula carnalis ante benedictionem ſa-
cerdotalem nequaquam permiſſa cenſetur,
quin potiùs graviſſimo implicantur peccato,
5 † qui fervidæ libidini indulgent, ac effreni
impetu ſtatim à facta deſponſatione ad con-
cubitum proruunt. (2.) † Nec quisquam 6
inficias ibit, ipſam Jeſu Chriſti Eccleſiam lu-
dibrio habere eos, quicunque ſolenniter de-
nunciari per Eccleſiæ miniſtrum curant ma-
trimonii ſui tanquam futuram conſumma-
tionem, quod ipſi jam ante clam conſummâ-
runt. Quâ fronte petent † ſponſi, ſe per 7
manum & os miniſtri Eccleſiæ, ceu Dei ipſius
copulari, & novum matrimonium benedici,
quod jampridem ipſimet conſummârunt? in-
quit Mentzer. *dict. loc. p. 173.* (3.) † Cum- 8
que ex manu Dei, ejusque benedictione per
ſacerdotem ſponſus acceptare debeat uxo-
rem, ad exemplum Adami, *Gen. 2. v. 22.* turpe
ipſi erit, clam ad matrimonii conſummatio-
nem & cohabitationem convolare, inſciâque
Eccleſiâ conjugium inire, ex quo futura na-
ſcantur Eccleſiæ membra. (4.) † Ac certè 9
ſaniores quoque Ethnici nuptiarum ſuarum
auſpicium à benedictione ſacerdotali fece-
runt, Paul. Cypræ. *de ſponſal. cap. 5. §. 5. & 6.*
quos maximè Chriſtianos imitari decet, le-
gibus Eccleſiæ, bonis moribus, ac publica ho-
neſtate ad hoc obligatos, † ne matrimonio 10
duntaxat inchoato abutantur tanquam con-
ſummato & perfecto, Mentz. *alleg. loc. p. 173.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Superattendenti Oſſitienſi & Præfecto Börlenſi, die 15. Jul. 11
An. 1625. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern des Superintendenten eingeſchickten Bericht wegen eines von Hanſen G. Witwer und Schencken zu B. zu zeitlich gehaltenen Verlöbniß/ und noch darzu vor der *copulation* erfolgten verdächtigen Beyſammen-Wohnung verleſen hören/ und ihr der Gerichts-Verwalter habt ſolchen hierbey zu befinden. Begehren hierauf ꝛc. ihr der Superintendens wollet ihnen Inhalts der Ehe-Ordnung vor Verflieſſung des halben Jahrs einander zu ehelichen ohne vorgehende unſere *diſpenſation* nicht verſtatten/ ihr der Verwalter aber ſie immittelſt von der verdächtigen Beyſammen-Wohnung bey ernſter Strafe abhalten/ ꝛc.)

Defi-

Definit. CXXXII.

Compelli debent deſponſatæ perſonæ, ut per benedictionem ſacerdotalem ſeu nuptias matrimonium perficiant & conſumment.

SUMMARIA.

1. Per ſponſalia inchoatur, non perficitur matrimonium.
2. Contractus uno perficiuntur conſenſu.
3. Matrimonium geminis conventionibus conſtat.
4. Ritus ſponſaliorum quisnam?
5. Sponſalia in ſuſpenſo relinquunt copulam ſacerdotalem.
6. Non ſubſiſtendum in ſponſalibus, & quare? n. 9.
7. Sed compellendi ſunt deſponſati ad conſummationem matrimonii.
8. Quos Deus conjunxit, homo ne ſeparet.
10. Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 11.

1 POſtquam ſponſalia pro inchoato duntaxat, non conſummato & perfecto habentur matrimonio, ut demonſtratum dedimus *ſupr. Defin. 130.* pactionem conjugalem quaſi anomalam eſſe, & à reliquis differre, expeditum inde redditur:
2 Non enim † ut reliqui contractus conſenſu ſemel expreſſo conſtituuntur, prout videre eſt in emtione, venditione, permutatione, ſtipulatione &c. *l. conſenſu. ff. de obligat. & action.* ita & matrimonium unico actu per-
3 ficitur, † ſed geminis conſtat gradibus & conventionibus: una in ſponſalibus, altera in nuptiis conſiſtit; Prior eſt, ut fiant nuptiæ: poſterior ut ſint, *l. in ſponſalibus. §. 1. l. ſponſalia. 11. ff. de ſponſal. can. noſtrates. 30. quæſt. 5.* Paul. Cypr. *de ſponſal. cap 5. §. 37.*
4 *n. 4.* Quod & ritus † ſponſaliorum ubique locorum receptus evincit: Videmus enim, contrahentes ſponſalia in nomine ſacroſanctæ Trinitatis hac ratione hocq; modo conjungi, ut certo tempore, quo viſum fuerit, coram facie Eccleſiæ pactum id connubiale confirmari, & ab ipſo Deo per os ordinarii Miniſtri benedici curent, atque ſic demum matrimonium conſummetur & uſurpetur, Balth Mentzer. *in tract. de conjug. pag. 170.*
5 † Et hoc innuunt verba in contrahendis ſponſalibus uſurpari ſolita: Werden zuſammen geben bis auf prieſterliche Hand; h.e. contrahitur matrimonium usque ad copulam ſacerdotalem, quæ ultimum addit conjugio actum, illudque reddit perfectum.

Non ergo † ſubſiſtendum in ſponſalibus, 6
ſed ad perfectionem matrimonii properandum & ad copulationem ſeu benedictionem ſacerdotalem deveniendum, ſine qua ſponſalia deſtituuntur effectu. Quin & perſonæ † 7
deſponſatæ non ſaltem admonendæ, ſed & ad id compellendæ ſunt: Verendum ſiquidem, ne ſi libero ipſarum arbitrio facultas matrimonii conſummandi relinquatur, temere rurſus nudo diſſenſu ſponſalia diſſolvantur contra regulam Chriſti: † Quos Deus 8
conjunxit, homo non ſeparet, *Matth. 19. v. 6. can. quos Deus. 33. quæſt. 3.* Matth. Weſenb. *part. 3. conſil. 125. n. 13.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. part. 1. cap. 58.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 16. n. 4. & ſeqq.* Henning. Arniſ. *de jure connub. cap. 6. ſect. 3. n. 14. & ſeqq.* Nec † 9
ſine inſigni ſcandalo conſummatio matrimonii vel plane intermittitur, vel in multum differtur tempus; quidni ergo Magiſtratus perſonas deſponſatas ad conſummationem conjugii compelleret?

In † Conſiſtorium Supremum in cauſâ Chriſtiani E. Klägern an einem / Margarethen / 10
Thomä B. Tochter / Beklagte anders Theils / *die 16. Jun An. 1617.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagte nicht verneinen können / daß ſie ſich mit Klägern verlobet / und allbereit auf ihr und ihrer Mutter eigenes gerichtliches Anſuchen dreymal öffentlich auffbieten laſſen; So iſt ſie ihres Vorwendens ungeachtet die Ehe mit Klägern zu vollziehen ſchuldig / in Verweigerung deſſen wird ſie von der weltlichen Obrigkeit darzu billich *compelli*ret und angehalten / V. R. W.)

Et † in cauſâ Hanſen L. Beklagten an einem / Walpurgen / David D. Tochter / Klä- 11
gerin anders Theils / *die 23. Jan. Anno 1618.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter unſerm am *10. Nov.* des nächſt-verwichenen 1617. Jahres geſprochnen Urthel mit würck-

würcklicher Eydes-Leiſtung Folge zu thun Bedencken getragen / Klägerin auch von ihrer Ehe-Klage nicht abſtehen wollen ; So iſt Beklagter die Ehe mit der Klägerin förderlichſt zu vollziehen ſchuldig/in beharrlicher Verweigerung deſſen wird er von der weltl. Obrigkeit darzu billich *compelli*ret und angehalten / V. R. W.)

DEFINIT. CXXXIII.

Conjugium promiſſum conſummare nolentes incarceratione, vel mulctâ pecuniariâ ad hoc ſunt adigendi.

SUMMARIA.

1. *Canoniſtæ non cogunt deſponſatos ad conſummationem matrimonii.*
2. *Sanctio juris pontificii hac de re.*
3. *Ratione politicâ nititur hæc ſanctio.*
4. *Quondam apud Romanos deſponſati liberabantur præſtatione intereſſe.*
5. *Aliud receptum in Eccleſiâ Chriſti.*
6. *Monendi & informandi ſunt primùm renuentes matrimonii conſummationem.*
7. *Poſtea inviti ad illam cogendi.*
8. *Idq; per incarcerationem.*
9. *Quod & placuit Scabinis Lipſienſibus.*
10. *Vel mulctâ pecuniariâ.*
11. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 12. 13. 15.*
14. *Ejusdem Decretum.*

1 NImis indulgent Canoniſtæ perſonis
deſponſatis conjugium conſummare reluctantibus,quas nullâ ſanctione compellendas dicunt, quin
& ad evitandum majus malum tolerandam
potiùs fidei datæ violationem, quàm matrimonium concedendum exiſtimant, innixi
2 pontificiæ † ſanctioni *in c. requiſivit. 17.
extr. deſponſalib.* ubi hæc leguntur verba:
Mulier quædam jurisjurandi religione neglectâ nubere illi renuebat, cui ſe nupturam interpoſito juramento firmaverat, reſpondit Lucius Pontifex, quod cùm libera debeant eſſe matrimonia, monenda ſit potiùs mulier, quam cogenda, cùm coactiones difficiles exitus frequenter habere ſoleant. Ra-
3 tio † hæc eſt politica, quo ſcilicet evitentur
rixæ perpetuæ, capitales inimicitiæ, veneficia, cædes, ſcandala publica &c. Unde etiam de jure Romanorum antiquiſſimo is,qui
4 ſponſalia contraxerat, † ſolutione ejus quod
intereſt liberabatur, ſiquidem incepti eum
pœnituiſſet, Gell. *lib. 4. noct. Attic.* Jo. Gerhard. *in loco de conjug. §. 53. p. 238.* Joh.
Harppr. *ad Rubr. Inſt. de nupt. n. 135.* Sed
5 ratio hæc † in Eccleſiâ Chriſti ſimpliciter locum non habet, nec effatum illud divinum
(Quos DEUS conjunxit,homo non ſeparet)
abrogare poteſt. Inficias equidem haut eo,
6 monendos primùm reluctantes † & ex verbo
Dei informandos eſſe, quò jugo matrimoniali lubenter ſe ſubmittant, ſponſalibus ſemel publicè contractis, quin & ſpatium deliberandi iis concedendum. Attamen ſi parere nolint, nec tamen cauſam reluctationis
juſtam, probabilem ac ſufficientem proferre
queant, nequaquam temeritati ac malitiæ
diſſentientium venia danda, quin potius † 7
inviti ad conſummationem matrimonii
ſunt cogendi, Johann. Gerhard. & Harppr.
dict. loc. Idque per incarcerationem, ut
detineantur in cuſtodia,† usque dum pareant 8
& matrimonium conſumment, Joach. à
Beuſt. *de ſponſal. cap. 61. verſ. hic ſciendum
eſt.* veluti in caſu ſimili proviſum *per Ord.
Eccl. ſub tit.* von Ehegatten / ſo einander
bößlich verlaſſen. *circa fin. in verb.* So ſollen ſie beyde / oder das eine Thel unverſäumlich mit Gefängniß ſo lange geſtrafft
werden / biß ſie einander/ wie ſichs gebühret / ehelich beywohnen. Quod coactionis
medinm † hoc caſu etiam Scabini Lipſienſes 9
probavère, ut dixi *ad Conſt. Elect 20. part. 4.
Defin. 10.* Eſtque inter alios & hic jurisdictionis tuendæ modus in foro receptus,
quo de pluribus *in Pract. crim. part. 2. quæſt.
94. n. 21. & ſeqq.* † Quin & pro rationeper- 10
ſonarum mulctâ pecuniariâ deſponſatos ad
matrimonii conſummationem compellendos eſſe, non facilè quisquam negaverit,
cùm in arbitrio judicis ſit, quâ pœnâ, quoque
medio contumaces coërceri, & ad debitam
obedientiam compelli faciliùs poſſe exiſtimet, Joh. Harppr. *dict. loc. num. 133.* Bidenbach. *in tract. de cauſ. matrim. p. 26. & 27.*
Paul. Cypr. *de ſponſal. cap. 12. §. 6. n. 4.*

Ita

Ita † *Conſiſtorium Supremum Quæſtori Dresdenſi, die 30. Maji, An. 1636.* (*Verba Reſcripti:* 11
Wann wir dann vernommen/daß euch dieſes Orts Gerichte Amtswegen zuſtän-
dig/ dahero auf der Klägerin *implomtion* euch die *execution* unſers geſprochenen
und Krafft Rechtens ergriffenen Urtheils an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädig-
ſten Churfürſten und Herrn wir anbefohlen/ er Valten *M.* aber durch den von
euch angeordneten Gehorſams-Zwang zu gütlicher Vollziehung der Ehe ſich
nicht bewegen laſſen wollen. Als iſt hiermit an ſtatt Seiner Churfürſtlichen
Durchl. unſer anderweit Begehren/ ihr wollet nunmehr gedachten *M.* aus dem
Gehorſam nehmen/und mit Gefängniß-Strafe zur *parition* anhalten; In behar-
licher Verweigerung aber euch auf ſeine Unkoſten im Schöppenſtuhl zu Leipzig
über ihn Rechtens *inform*iren laſſen/ und das Urtheil zu fernerer Anordnung un-
eröffnet einſchicken/ ꝛc.)

It. † *Quæſtori Radebergenſi, die 24. Februar. Anno 1637.* (*Verba Reſcripti:* Was an uns 12
Barbara L. wider Martin *A.* wegen Vollziehung der ihr zuerkannten Ehe *ſuppli-
cando* gelangen laſſen/das habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann ihr Su-
chen den Rechten gemäß: Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer
Begehren/ ihr wollet euch das in dieſer Sachen vor uns *publicir*te Urtheil *in ori-
ginali* vorlegen laſſen/darauf Beklagten alſobald zur Hafft bringen/und denſelben
ehe nicht entledigen/ er habe denn zugeſagt/ ſolchem Urtheil Folge zu thun/ und
Klägerin zu ehelichen/ ꝛc.)

It. † *Quæſtori Torgenſi, die 23. April. An. 1629.* (*Verba Reſcripti:* Als iſt unſer Begehren/ 13
ihr wollet Beklagtem *K.* mit Ernſt nachtrachten/ und zu gefänglicher Hafft brin-
gen/ bey Waſſer und Brodt ſpeiſen/ und denſelben nicht eher entledigen/ er habe
denn mit der *Supplicant*in die Ehe vollzogen/ ꝛc.)

Nec non † *in cauſâ N.N. contra N.N. die 6. Febr. Anno 1628.* (*Verba Decreti:* Dieweil 14
beyde Theile des gehaltenen Eheverlöbniß geſtändig; So ſeyn ſie daſſelbe durch
eheliche Trauung und Beywohnung ehiſt zu vollziehen/und als Chriſtlichen Ehe-
Leuten geziemet/ſich gegen einander aller Gebühr zu verhalten ſchuldig. In Ver-
bleibung deſſen/ wird der widerſpenſtige Theil durch Zwangs-Mittel von der
weltlichen Obrigkeit darzu nicht unbillich angehalten/ ꝛc.)

Et † *Præfecto Radebergenſi, die 22. Octobr. Anno 1628.* (*Verba Reſcripti:* Hierauf iſt un- 15
ſer Begehren/ ihr wollet durch die Gerichten bey euch die Verordnung thun/daß
N.N. alsbald in Verhafft genommen/ und derſelben nicht eher/ bis er ſich mit
Klägerin *copul*iren laſſen/ entlediget werde/ ꝛc.)

DEFINIT. CXXXIV.

Quandoque relegatione puniuntur conjugium conſummare nolentes.

SUMMARIA.

1. *Quid ſi per incarcerationem compelli nequeant perſonæ deſponſatæ ad conſummationem matrimonii?*
2. *Magna quorundam malitia & contumacia.*
3. *Pœna tum relegationis obtinebit.*
4. *Quæ & in Scabinatu Lipſienſi hoc caſu recepta.*
5. *Quando potiſſimum ea locum habeat?*
6. *Relegatio eſt pœna arbitraria.*
7. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
8. *Sereniſſimi Electoris Saxoniæ Reſcriptum.*

1 QVid vero ſi nec per incarceratio-
nem adigi queant perſonæ de-
ſponſatæ, ut per benedictionem
ſacerdotalem conjugium conſumment?
2 Sunt certè quidam adeo † contumaces &
malitioſi, ut nullâ admonitione nulloque
rigore ad ſemitam juſtitiæ ac rectæ vitæ
compelli ſe patiantur, quibus tamen indul-
gendum haut eſt. Quare addenda hoc ca-
ſu erit comminatio relegationis, ſi parere no-
lint. † Quin & ſi in malitia perſeverent, pœ- 3
na emigrationis injungi ipſis debet, Joach. à
Beuſt. *de ſponſalib cap. 61. verſ. hic ſciendum
eſt. in medio. verb. Sponſus autem ad reſpon-
ſum juris Scabinorum poſſet perpetuò re-
legari, vel aliâ pœnâ puniri.* Joh. Harppr.
ad rubr. Inſt. de nupt. n. 133. Paul. Cypr. *de
ſponſ. cap. 15. §. 6.* quam in ſententiam

4 † etiam à Scabinis Lipſienſibus *contra C.E.* zu Dreßden hiſce verbis reſponſum: So wird Beklagter nochmals die Ehe mit Klägerin zu vollziehen durch gefängliche Hafft / in welcher er wegen ſeiner halsſtarrigen Widerſetzigkeit mit Waſſer und Brodt zu ſpeiſen/billich angehalten/ mit der ausdrücklichen *commination* und Bedrauung / da er obangeregtem rechtlichen Erkäntniß mit Vollziehung der Ehe nochmals ſchuldige Folge zu leiſten in Verweigerung ſtehen würde / er mit Landes-Verweiſung in Strafe genommen werden ſol/ ꝛc. dixi in *Juriſpr. forenſ. ad Conſt. Elect. 20. Defin. 10. part. 4.* † Quod medium compellendi tum 5
potiſſimum obtinet, ſi vel pars altera conſummationem non adeo vehementer urgeat, rixas perpetuas metuens, vel alia concurrat cauſa, ob quam de diſſolutione ſponſaliorum non valdè ambigendum, reusque pœnâ contumaciæ eſt coercendus: Nam & † rele- 6
gatio inter pœnas refertur arbitrarias, ut demonſtratum dedi *in pract. crimin. part. 3. quæſt. 133. num. 16.* Bartol. *in l. quid ergo. 13. §. pœna gravior. verſ. quæro. ff. de his qui not. infam. & in l. hodie. 13. ff. de pœn.* ubi Matth. Weſenbec. *num. 3.* Nicol. Reuſner. *lib. 2. deciſ. 16. num. 3.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum* an *Procurator*-Verwalter zu Meiſſen/ *die 28. Aug. An. 1619.* 7
(*Verba Reſcripti:* Demnach von uns bey angeſtellter Verhör George L. und Margaretha/ George K. Wittbe zu M. wegen verſprochener Ehe dergeſtalt gewieſen worden/daß wenn ſie zwiſchen hier und Michaelis einander nicht ehelichen wollen/ſie in den Gerichten zu M. nicht geduldet werden/und kein Theil in andere Wege ſich verheyrathen ſol; Als begehren an ſtatt des Chur-Fürſten zu Sachſen und Burggrafens zu Magdeburg unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ ihr wollet/woferne ſolches von ihnen gegen angeſetzten *termin* nicht geſchehen / Krafft dieſes ihnen auferlegen/daß ſie alſobalden zu Verhütung Aergerniß aus denſelben Gerichten ſich begeben ſollen/ ꝛc.)

Et † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wittebergenſi, die 9. Januar. Anno 1628.* 8
(*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer unterthänigſter Bericht in Ehe-Sachen Michael V. und ſeine verlobte Dorotheen/ Johann G. Tochter bey euch belangende/ welche weder durch Vermahnen und Zureden/noch gebrauchtem Gefängniß-Zwange zu Vollziehung der Ehe zu bewegen geweſen/ gebührlich vorbracht / und ſeyn nunmehr von gedachtem V. um die *ſeparation* mit der Inlage gleichesfals unterthänigſt angelanget worden/ wie ihr daraus zu befinden. Ob ihr nun wol in dieſem und andern Fällen nicht undienlich zu ſeyn vermeynet/wenn dem ſchuldigen Theil eine Zeitlang am Veſtungs-Bau bey euch zu arbeiten zur Strafe auferlegt würde. So tragen wir doch ſolche Strafe in Ehe-Sachen/ſonderlich wider Weibes-Perſonen anzuordnen erhebliches Bedencken; Sondern begehren hiermit gnädigſt/ in gegenwärtigem und künfftigen begebenden Fällen/ wenn bey dem ſchuldigen Theil alles Vermahnen und gebrauchter Gefängniß-Zwang ohne Frucht abgangen/ ihr wollet der weltlichen Obrigkeit/ darunter daſſelbe gehörig/ befehlen/daß ſie die Sache mit allen Umſtänden in unſern Schöppenſtuhl zu Leipzig/ oder Juriſten-*Facul*tät bey euch berichten / ſich daſelbſt rechtliches Erkäntniß erholen/und was daſelbſt/es ſey Landes-Verweiſung oder andere Strafe / geſprochen wird/ an dem Widerſpenſtigen / da er auf ſeiner Halsſtarrigkeit beharret/ gebührlichen *exequi*ren ſollen / ꝛc.)

DEFINIT. CXXXV.

Copulantur quandoque inviti à Paſtore vel Miniſtro Eccleſiæ conjugium promiſſum conſummare detrectantes.

SUMMARIA.

1. *Modus compellendi deſponſatos ad conſummationem matrimonii.*
2. *Relegatione reluctantes puniuntur.*
3. *Quid ſi concubitus acceſſerit ſponſalibus?*
4. *Annon tum ſponſus etiam invitus matrimonio jungi debet ſponſæ?*
5. *Res hæc valdè periculoſa.*
6. *Quare non facile hoc medium tentandum.*
7. *Deciſio affirmativa probatur, n. 8.*

9. *Mo-*

9. Modò præcedat admonitio & informatio ex ſacra ſcriptura.
10 Movetur objectio ex defectu conſenſus.
11. Refellitur ea ex conſenſu antecedente.
12. Magiſtratus quandoq; ſupplet conſenſum.
13. Effectus hujus matrimonii inſignis.
14. Deſertor fuſtigatione punitur.
15. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.
16. Modus copulæ ſacerdotalis hoc caſu obſervandus.

1 ISque modus procedendi plerumque obſervatur in Conſiſtoriis & judiciis adverſus contumaces ſponſalia ad effectum deducere & matrimonium per copulam ſacerdotalem conſummare nolen-
2 tes, ita ſcilicet, † ut in contumacia extrema perſeverantes in provinciis Electoratûs Saxonici haut tolerentur, ſed emigrare jubeantur ac relegentur. Quo tamen medio pa-
3 rum conſultum eſt ſponſæ † jam defloratæ, ſi nempe concubitus acceſſerit, cum virginitas ablata hautquaquam reſtitui, nec macula inde contracta aliter quam per ſubſequens matrimonium purgari & aboleri
4 queat. † Annon ergo tum miſeræ fœminæ ſuccurrendum; & ſponſus etiam invitus cum ea per ſacerdotem vel miniſtrum
5 Eccleſiæ copulandus erit? Fateor † rem hanc valdè eſſe periculoſam & nunquam non metuendum, ne ex ejusmodi nuptiis oriantur homicidia, adulteria, vel ſaltem lites ac
6 contentiones infinitæ, ut non malè † forſan dixeris, ad evitandum majus malum tolerandam potius violationem datæ fidei, quàm coactionem matrimonii, *cap. requiſivit. 17. extr. de ſponſalib.* Joh. Harppr. *ad rubr. Inſt. de nupt. num. 135.* Quod quidem verum eſt, re adhuc integrâ & ſponsâ non de-
7 floratâ. At † ſi concubitus acceſſerit, vix res ita ſe habet, ut non matrimonium ipſo quaſi actu ſit conſummatum, ita ut non magis ſponſo, quam marito, uxorem deſerere liceat, præſertim cùm intereſſe maximum ſponſæ heic verſetur, quod nulla æſtimatione compenſari poteſt.

8 † Non itaque errabit Magiſtratus, ſi circumſtantiis probè ponderatis copulam hoc caſu decernat, & invitum etiam ſponſum ſponſæ per benedictionem ſacerdotalem matrimonio jungi faciat, propter concubitum nempe ſupervenientem, á qua ſententia etiam alienus omnino non eſt Felin. *in conſil. 26. num. 20. & 21.* Rota *in deciſ. 497.* Jacob. Menoch. *conſil. 69. num. 44. & 66.* vid. Harppr. *dict. loco. n. 138. circa fin.* † Prius- 9
quam verò id fiat, præcedere debet gravis pariter admonitio & informatio ex ſacris de vinculo matrimonii diviniſſimo atque fortiſſimo, ut animus ſponſi reluctantis ad obedientiam & conſenſum nuptialem, quantum fieri poteſt, flectatur, & contumacia corrigatur.

Nec eſt, † quod perſeverante ſponſo in 10
contumacia absque conſenſu ejus matrimonium iniri exiſtimetur, cùm tamen liberrimus ad id requiratur conſenſus. *c. cum locum. 14. extr. de ſponſalib.* Vel enim ſufficit conſenſus † ſemel in ſponſalibus contra- 11
hendis datus, quem revocare haut licet, *l. per fundum. 11. ff. de ſervit. præd. ruſt. l. ult. ff. commun. prædior. l. in diem. 9. ff. de aqua & aqua pluv. arcend. l. de acceſſionibus. 14. §. fin. ff. de diverſ. & tempor. præſcript.* Vel ſuppletur † conſenſus à Conſiſtorio & Ma- 12
giſtratu, prout parentum absque cauſa diſſentientium ſuppletur conſenſus in ſponſalibus liberorum, *ſupr Defin. 53. num. 14. & 15.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 22. num. 70.* Contractô † ſic matrimoniô per copulam ſacer- 13
dotalem, invito licèt ſponſo, de inſigni ejus effectu dubitandum non eſt, poſtquam ſponſa deflorata jure quaſi poſtliminii priſtinam conſequitur exiſtimationem, maculâ per matrimonium purgatâ, *arg. cap. ad id. 21. extr. de ſponſal. cap. inſuper. 4. extr. qui matrim. accuſ. poſſ.* Quin † & licèt ſponſus rurſus 14
deſerat uxorem, ipſa tamen innocens eſt, & deſertor maritus pœnam deſertionis, nempe fuſtigationem haut evitabit, *Ordin. Eccleſ. ſub tit.* von den Ehegatten / ſo einander böß-lich verlaſſen. de qua diximus *in Pract. criminal. part. 2, q. 58. n. 65. & ſeqq.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Coldicenſi M. Schreckfuchſen & Præfecto Joh.* 15
Rudolphen, die 10. April An. 1607. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern des Schöſſers Bericht in Ehe- und Schwängerungs-Sachen Hanſen G. von K. und Paulen *T.* zu *S.* Tochter betreffende verleſen hören / und ſeyn darnebenſt / was hiebevor im *Conſiſtorio* Meiſſen dißfalls allenthalben vorgelauffen / erinnert worden. Damit

nun

nun die hierinnen ergangene Urtheil einesmals gebührlich vollnſtrecket / die auflauffende Unkoſten abgeſchnitten und gedachter *G.* der gefänglichen Haft entlediget werden möge; So iſt an ſtatt höchſtermeldtes unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren an euch/ihr wollet ihn eheſter euer Gelegenheit nach euch vorſtellig machen/ihme allerhand zu Gemüthe führen / ſonderlich aber ihr der *Superintendens* wegen ſeiner Halsſtarrigkeit/ und daß er hierdurch Leibes und der Seelen Unheil ſelbſt verurſachen würde / das Geſetz wohl ſchärffen/ tief ins Gewiſſen reden/ und dergeſtalt ſeine Einwilligung zu ſolcher Ehe nochmals in gutem zu erlangen/ an eurem müglichen Fleiß nichts erwinden/aufn Fall aber ſeiner beharrlichen Verweigerung durch einen *Diaconum* ſie beyde nach Anleitung inliegender Form ehelich trauen laſſen / mit ausdrücklicher Verwarnung / wofern er künftig die Flucht an die Hand nehmen/ und nach ſeines Weibes angeſtalten und ausgeübten *Deſertion-Proceß* ſich in dieſem Chur-und Fürſtenthum betreffen laſſen würde/ daß er alsdenn Jnhalts der *publicir*ten Kirchen-Ordnung mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen werden ſolle / uns auch / wie ihr ſolches verrichtet/förderlichſt zu erkennen geben; An deme geſchicht Seiner Churfürſtl. Durchl. Meynung/ ꝛc.)

Welchermaſſen † die eheliche Trauung auf den Fall / wann ein Theil rechtliches Erkäntniß und Gefängniß-Strafe ungeachtet darein nicht willigen wil / verrichtet werden ſol? 16

Erſtlich ſol der Pfarrer oder *Diaconus* auf Erforderung und Anmeldung ergangenes Befehliches nachfolgender Rede ſich gebrauchen: Geliebte Freunde in Chriſto/ es iſt vor einem Ehrwürdigen *Conſiſtorio* zu Meiſſen auf Klage/ Antwort und fernerVorbringen in Ehe- und Schwägerungs-Sachen gegenwärtiger *C.* Paul *T.* zu *S.* Tochter/ Klägerin an einem/ Hanſen *G.* zu *H.* Beklagten anders Theils am *19. April. Anno 1605.* ein Urtheil dieſes Jnhalts eröffnet: Dieweil Beklagter vermöge des am *8. Januarii* deſſelben Jahrs *publicir*ten Urtheils durch einen geſchwornen leiblichen Eyd ſich nicht *purgi*ren / und damit ſo viel erhalten wollen/ daß er der Klägerin keine Ehe verſprochen und zugeſagt; So iſt er auch nunmehr die Ehe durch den Chriſtlichen Kirchgang und gewöhnliche *Ceremonien* / jedoch ohne Gepränge/mit ihr förderlichſt zu vollnziehen ſchuldig; Jn Verbleibung aber deſſen wird er von der weltlichen Obrigkeit durch gebührliche Mittel darzu billich *compelli*ret und angehalten ꝛc. Solches Urtheil hat gegenwärtiger Hans *G.* Kraft Rechtens erreichen laſſen/und ſich auf flüchtigen Fuß gemacht; Ob er nun wol hernach von der Klägerin zu gefänglicher Haft gebracht / und darinnen eine Zeit enthalten worden/ ſo hat er doch bis auf dieſe Stunde die eheliche Trauung gütlich nicht willigen wollen; Dannenhero iſt auf des Churfürſtl. Sächſ. Ober-*Conſiſtorii* zu Dreßden Befehlich dem Herrn Superintendenten und Amtſchöſſer allhier nur auf gewiſſe Maſſe / ſolche *Copulation* und Trauung zu verrichten/ aufgetragen worden. Derowegen frag ich dich Hans *G.* nochmaln an GOttes ſtatt/ ob du gegenwärtige *C. T.* zur Ehe haben wolleſt? Antwort: Ja oder Nein. Deßgleichen frag ich dich *C. T.* an GOttes ſtatt / ob du gegenwärtigen Hans *G.* zur Ehe begehreſt und haben wolleſt? Antwort: Ja.

Wofern nun beyde Theile Ja geantwortet/ſo wird die *Copulation* Jnhalts der Kirchen-*Agenda*, ſonſten aber mit dieſen Worten verrichtet: Lieber Hans *G.* ob du wol auf meine an GOttes ſtatt dir fürgehaltene Frage mit Nein geantwortet / oder gar nichts antworten wollen; Dieweil aber doch wohlermeldtes *Conſiſtorii* Urtheil und Befehl an deine ſtatt Ja geſagt/welche deiner ordentlichen Obrigkeit Stimme in ſolchem Fall für GOttes Stimme zu halten; So bleibt es dabey billich/ was GOtt zuſammen fügt / ſol kein Menſch ſcheiden. Weil denn gegenwärtiger Hans *G.* und *C. T.* auf rechtliches Erkäntniß vermittelſt der Obrigkeit Hülffe hinfüro ehelich bey einander wohnen ſollen; So ſpreche ich ſie ehelich zuſammen im Namen des Vaters und des Sohnes und des heiligen Geiſtes / Amen.

Folget die Vermahnung aus der Kirchen-*Agenda*, *&c.*

DEFI-

DEFINIT. CXXXVI.

Sponſa pro conſequendis alimentis unà cum fœtu in bona Sponſi, conſummationem conjugii detrectantis, immitti poteſt.

SUMMARIA.

1. *Rariùs inviti copulantur per benedictionem ſacerdotalem.*
2. *Prævalet ſemper monitio exactæ coactioni.*
3. *Sponſus conſummationem matrimonii detrectans ſponſam deſerit.*
4. *Mitiori hac deſertio coërcetur pœnâ.*
5. *Deſertor aliam uxorem ducere nequit.*
6. *Sententia Lutheri hac de re.*
7. *Sponſa deſerta pro conſequendis alimentis in bona ſponſi immittitur.*
8. *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
9. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis, num. 11.*
10. *Pœna privationis non alios, quàm ſuos teneat autores.*
12. *Necare videtur, qui alimenta non præbet.*
13. *De jure civili ſponſus tenetur ad intereſſe ſponſæ deſertæ.*
14. *Sponſus deſertor amittit arrhas.*
15. *Quibusdam in locis dimidiam partem dotis ſolvere cogitur.*
16. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 INvitus igitur quandoque ſponſus per copulam ſacerdotalem matrimonio jungitur ſponſæ: quod tamen, quia periculoſum, rariùs accidit, *Defin. præced.* Sæpius autem, quando videt ſponſum obſtinatè repugnare, ut nullo pacto flecti poſſit, moni-
2 tione potius, † quàm exactiſſimâ utitur coactione, Paul. Cypræ. *de ſponſalib. cap. 12. §. 6. num. 4. in fin.* Quo tamen caſu, ſi in contumacia ſponſus perſeveret, pœnam ſui delicti, quod deſertionem quandam annexam ha-
3 bet, ſuſtinet; Etſi † enim ante perfectum matrimonium vera haut exiſtat deſertio, quàm proximè tamen ad crimen hoc accedit
4 contumacia illa, quæ & ipſa punibilis, † mitiori quantumvis pœnâ relegationis, cui additur fuſtigatio, ſi poſt conſummatum matrimonium conjunx diſcedat, *Defin. 134. & De-*
5 *fin. præced. in fin.* † Porrò licèt pœna mitior indicatur ſponſo contumaci, puta carceris aut mulcta pecuniaria, ſemper tamen ita aggravatur ea, ut aliam ſibi conditionem quærere prohibeatur, qui ſponſam deſeruit, quare vitam cælibem agere cogetur, quod &
6 ipſum ſatis eſt ſupplicii, † nec diſplicuit B. Luthero dicenti: Welcher nach öffentlichem Verlöbniß zu ſeinem Gemahl nicht wil/ ſol ohne Ehe bleiben. *It.* Wenn zwey mit einander verlobt ſeyn / und es bey derſelben Verlöbniß bleibet / daß keines das andere ſein Lebenlang kan verlaſſen/ apud Cypræ. *dict. §. 6. num. 3.*

Sed hac ratione parùm dixeris conſultum ſponſæ innocenti, ſi præſertim concubitus acceſſerit, eaq; imprægnata fuerit? Ita ſane eſt: Attamen † quò ſaltem alimentorum ratione 7
ipſi ſubveniatur, immitti debet unà cum partu in bona ſponſi fugitivi vel abſentis, ſi quæ habet, veluti reſponderunt † Scabini Lipſien- 8
ſes *contra C. E.* zu Dreßden/ *Menſ. Jun. Anno 1620.* Da er obangeregtem rechtlichen Erkäntniß mit Vollnziehung der Ehe nochmals ſchuldige Folge zu leiſten in Verweigerung ſtehen würde/ er mit Landes-Verweiſung in Strafe genommen / auch die Klägerin ſo dann nichts weniger/ als ob ſie ehelichen mit ihme getrauet/ in ſeine Güter eingewieſen werden ſol. Quod & placuit Conſiſtorio Supremo. Rectè omninò:
† (1.) quia ſi conjugium per copulam ſacer- 9
dotalem fuiſſet adimpletum & conſummatum, alimenta ei haut deneganda fuiſſent, alimentatio ſiquidem inter onera matrimonii refertur, quæ marito incumbit, *l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot.* Bartol. & Salycet. *in l. ult. §. præterea. 2. C. eod. tit.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 42.* quare nec per ſponſi contumaciam jure hoc privari debet. † Nec 10
enim pœna privationis alios quàm ſuos tenet autores, & ceſſat ea, ubi delictum non eſt, *l. Gracbus. 4. C. ad leg. Jul. de adult.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 3. Defin. 3. num 3.* (2.)
† Idque tantò minus, ſi gravida ſit ſponſa, 11
vel jam pepererit, procul dubio namque

que tum ſponſus infantem alere tenebitur, *l. nec filium. C. de patr. poteſtate. cap. cùm haberet. in fin. extr. de eo qui dux. in matrim.* Ant. Teſſaur. *deciſ. 3. num. 7.* Matth. Coler. *part. 3. deciſ. 176. num. 89. & ſeq.* Joach. à Beuſt. *de matrim. part. 1. cap. 29. verſ. ſi tamen caſus.* Joh. Bojard. *ad Jul. Clar. §. ſtu-*
12 *prum. num. 10. verſ. item adde.* † in tantum, ut necare videatur partum, ſi alimenta non præbeat, *l. necare. 4. ff. de lib. agnoſc.* (3.)
13 Quod nec à jure communi eſt alienum: † quo ſponſæ deſertæ tenetur ſponſus ad id, quod intereſt propter illatam contumeliam, ut quæ ab eo contemta & ludibrio fuit habita, Acurſ. & Salycet. *in l. 1. C. de ſponſalib.* non minima verò pars eſt intereſſe alimentatio & lucrum bonorum. Quò & facit, † quòd e- 14
jusmodi ſponſus amittat arrhas datas, easque duplicatas reſtituere teneatur, qui matrimonium adimplere recuſat, *l. ult. C. de ſponſal.* & quod donationis causâ propter nuptias datum eſt, *l. conſenſu. C. de repud.* Quin & quibusdam † in locis ſtatuta eum, qui ſpon- 15
ſalibus renunciat & deſponſatam ducere renuit, puniunt, ut mulctæ nomine dimidiam partem dotis ſolvere cogatur, notante Kirchovio, *conſil. 28. german.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Senatui Pirnenſi, die 25. Febr. An. 1633.* (*Verba Reſcripti:* 16
Was an uns Anna Maria S. wegen ihrer und deroſelben Kindes *alimenti*rung / auch *immiſſion* in Chriſtoph R. väterliches und mütterliches Erbtheil abermals demüthig gelangen laſſen / das habt ihr aus dem Inſchluß zu vernehmen / wenn dann gedachter R. ſo viel ergangener Befehliche ungeachtet bishero zur Hafft nicht gebracht / und zu der verſprochenen Ehe-Vollziehung nicht angehalten werden mögen / nunmehr aber ſeine Eltern / (welche ſolche Ehe-Vollziehung ferner nicht zu hindern vor uns zugeſaget) verſtorben; Als iſt an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren / ihr wollet *Supplican*tin nebenſt ihrem Kinde zu Chriſtoph R. Antheil in ſeine väterliche und mütterliche Verlaſſenſchafft / er ſey gleich noch am Leben / oder todt / unverzüglich einweiſen / und daran ſeyn / daß ihr ſolcher Antheil vermittelſt eines *inventarii* eingeräumet und gefolget werde / ꝛc.)

Definit. CXXXVII.

Proclamatio novorum ſponſorum trina in ſolenni Chriſtianorum cœtu nuptiis præmitti debet.

SUMMARIA.

1. *Sponſalia non ſunt ipſum matrimonium.*
2. *Conſenſus maritalis nuptias facit.*
3. *Non etiam conſenſus ſponſalis.*
4. *Conſenſus ſponſalis à maritali quomodo differat?*
5. *Proclamatio fieri debet novorum conjugum ante nuptias.*
6. *Ritus proclamationis quis ſervandus?*
7. *Proclamatio univerſali orbis Chriſtiani obſervantiâ introducta.*
8. *Manifeſtâ ſanctione Electorali probata.*
9. *Et in Concilio Tridentino decreta.*
10. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 11.*

1 Abundè hactenus demonſtratum dedimus, ſponſalia ipſum matrimonium haut eſſe, ſed hoc illa ſubſequi, eaque demum ad matrimonii effectum deduci: Cui parum offi-
2 cit, † quòd ſolus conſenſus faciat nuptias, *l. nuptias. 30. ff. de Reg. jur. l. cum hic ſtatus. 32. §. ſi mulier. 13. ff. de donat. int. vir. & uxor.* quia hoc de conſenſu matrimoniali ſeu maritali eſt exaudiendum, eo ſcilicet, qui in copulatione ſacerdotali ad ipſum dirigitur matrimonium, non etiam † de 3
conſenſu ſponſali in promiſſionem ſaltem futurarum nuptiarum directo, ut probè notat Paul. Cypræ. *de ſponſal. cap. 5. §. 1.* † Nam qui ſponſalia contrahit, non hoc 4
agit, ut ſtatim maritus fieri, & matrimonium conſummare velit, ſed ut ſponſus fiat, hoc eſt, ſponſalia conſtituat, quæ poſtea intervallo temporis matrimonium

um vel nuptiæ ſequantur, Cypr. *dict. loc. num. 5.* Quod intervallum ad hoc etiam re-
5 quiritur, † ut trina proclamatio novorum
conjugum nuptiis præmitti queat.

Nam ut in Chriſtianorum conjugio
omnia ritè & ordine peragantur, piè introdu-
6 ctum eſt, ut diebus Dominicis trinâ vice, † in-
terpoſitâ ſemper ſeptimanâ integrâ, ſponſus
& ſponſa in ſolenni Eccleſiæ cœtu ex ſugge-
ſto publicè proclamentur, Joach. à Beuſt. *de
connub. part. 2. in præfat. verſ. quod verò ad
noſtras ceremonias &c. pag. 97.* Balth. Ment-
zer. *in tract. de conjug. pag. 170. & 171.* Joh.
Gerhard. *in loco de conjug. § 463. pag. 716.*
7 Idque (1.) † non modò de conſuetudine &
obſervantiâ univerſali, in toto orbe Chriſtia-
no, præſertim verò Eccleſiis ſecundùm Au-
guſtanam Confeſſionem reformatis, ubivis
receptâ, de qua atteſtatur Facultatis Theolo-
gicæ & Juridicæ Tubingenſis Reſponſum,
*Menſe April. Anno 1624. à Beſoldo cummuni
præviâ deliberatione conſcriptum, & à Johan.
Harppr. relatum in Rubr. de nupt. n. 121.* quam
ſaluberrimam conſuetudinem maximo ſtu-
dio decet conſervare Eccleſiæ miniſtros, mo-
nente Mentzer. *dict. pag. 171.* (2.) † Sed etiam 8
ex manifeſta ſanctione Electorali in provin-
ciis Saxonicis, quæ habetur *in Ordinat. Eccle-
ſiaſt. art. generali. 13. verſ.* Es ſollen aber.
Eſtque repetita *in Ordinat. matrimon. de An-
no 1624. punct. 5.* von der *Copulation* und
Hochzeit/ *verſ.* Es ſollen aber die Perſonen/
ſo ſich in ehelichen Stand zu begeben be-
dacht/ zuvor drey Soñtage nach einander
öffentlich aufgeboten werden / ꝛc. (3.)
† Quin & trina hæc denunciatio jamdudum 9
eſt decreta & mandata *in Concilio Tridentino.
Seſſ. 24. cap. 1.* hiſce verbis: *Ante matrimonii
conſummationem trinæ denunciationes in Ec-
cleſia fiant &c.* Mentzer. *dict. loco.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Miſnenſi, die 12. Febr. Anno. 1620.* (*Verba* 10
Reſcripti: Wir haben aus euerm eingeſchickten Bericht vernommen / daß Do-
rothea R. das mit Hans G. gehaltene Ehe-Verlöbniß gebührlich zu vollnziehen
zugeſagt/ und gebeten / daß in zween Sonntagen nach einander die *proclamation*
ergehen möge. Wann aber höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns *publicirte*
Kirchen-Ordnung beſaget/ daß die Perſonen / ſo ſich in ehelichen Stand zu bege-
ben bedacht/ zuvor drey Sonntage nach einander öffentlich aufgeboten werden
ſollen; Als iſt hiermit an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren / ihr
wollet euch ſolcher Verordnung gemäß bezeigen/ ꝛc.)
Et † *in causâ* Peter H. *die 10. Aug. Anno 1612.* (*Verba Reſcripti:* Auf Peter H. Bür- 11
gers und Sattlers zu Dreßden *ſupplication*, daß er mit ſeiner verlobten Lucretien/
George R. nachgelaſſener Tochter daſelbſt auf nächſten Sonntag zum andern
und drittenmal möge *proclami*ret werden / wird dieſer Beſcheid ertheilet: Weil
Supplicantens Suchen der *publicir*ten Kirchen-Ordnung zuwider iſt; So hat
man demſelben ſtatt zu geben Bedencken/ ꝛc.)

DEFINIT. CXXXIIX.

Non proclamandi ſunt novi conjuges, ſi de impedimento aliquo nuptiarum appareat: quin potiùs ut obſtaculum, ſi quod lateat, exquiratur & removeatur, denunciatio publicè facienda.

SUMMARIA.

1. *Ritus proclamationis differentiam facit inter ſponſalia & matrimonium.*
2. *Proclamatio actus intermedius ſponſaliorum & nuptiarum.*
3. *Finis proclamationis quinam?*
4. *Non facienda eſt proclamatio, ſi de impedimento nuptiarum appareat.*
5. *Officium Parochi Eccleſiæve miniſtri ante proclamationem.*
6. *Certior reddi debet miniſter Eccleſiæ de impedimento nuptiarum.*
7. *Allegatur ad hanc rem ſanctio Electoralis expreſſa.*

8. *Effectus hic proclamationis probatur ex Ordin. Eccleſiaſt.*

9. *Nec non ex Concilio Tridentino.*

10. *Et formulâ proclamationis conſuetâ.*

11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOn minimam ergo inter ſponſalia & matrimoniũ perfectum conſtituit differentiam ritus proclamationis, actus quaſi intermedius ad hoc præ-
2 ciſè neceſſarius, † ut de qualitate ſponſaliorũ judicetur, an talia ſint, quæ ſubſiſtere & per copulam ſacerdotalem ad matrimonii effe-
3 ctum deduci queant & debeant, in quo † genuinus ac proprius publicæ proclamationis effectus ſe exerit, ut ſcilicet impedimentum nuptiarum, ſi quod lateat, per denunciationem publicam exquiratur, ventiletur, ac deſuper ſententia feratur, priusquam conjugium conſummetur, Joach. à Beuſt. *de jure connub. part. 2. in præfat. verſ. quod verò ad noſtras. pag. 97.* Balth Mentzer. *in tr. de conjug. pag. 170.* Gerh. *in loco de conjug. §. 463.*

4 Quod † ſi ergo impedimentum ejusmodi ſe offerat, ne quidem ulterior facienda proclamatio, priusquam id removeatur. Eamque ob cauſam Parochus ſive Eccleſiæ miniſter,
5 † à quo trinundina denunciatio & copulatio novorum conjugum requiritur, ab ipſis deſponſatis perſonis, earumque parentibus, tutoribus, cognatis, &c. accuratè prius inquirere debet, an deſponſatio facta ſit cum conſenſu parentum vel tutorum: an forſan pars alterutra vinculo aliorum ſponſaliorum ſit ligata: an prohibitio graduum in conſanguinitate vel affinitate iis obſtet: an in publico Eccleſiæ conventu perſonæ deſponſatæ ſacrâ Euchariſtiâ fuerint uſæ: & ſi ſint juniores, an fundamenta doctrinæ Chriſtianæ & Cate-
6 cheſin rectè didicerint? Quæ omnia, † ſi non prius cognoſcantur, deque iis certior fiat Eccleſiæ miniſter, ad denunciationem ac copulationem properare haut debet, prout verbis clariſſimis ſancitum *in Ordin. Eccleſ. Elect.*
7 *Saxon. art. gen. 13. & Ord. † matrim. punct. 5. verſ.* Erſtlich wann neue Ehe-Leute ſich bey dem Pfarrer jedes Orts anmelden/ ſol der Pfarrer ſie eigener Perſon/ und da ſie noch im Jungfrau-Stand/ auch ihre Eltern/ Vormunden oder nächſte Anverwandte ſo bey dem Verlöbniß geweſen/ zu ſich erfordern/ und ſie befragen/ ob diß Verlöbniß mit der Eltern oder Vormunden Wiſſen und Bewilligung geſchehen; Ob ſich keines unter ihnen beyden hiebevorn mit einem andern ehelich verlobet; Ob ſie einander nicht mit Blut-Freundſchafft oder Schwägerſchafft verwandt/ daß ſie nach Göttlichen und Käyſerlichen Rechten/ auch unſers Landes *Conſtitution* und jüngſt ausgegangener Ehe-Ordnung einander nicht ehelich beywohnen könten/ und da zwiſchen ihnen eine Freundſchaft/ in welchem *Gradu &c.* Der Pfarrer ſol auch mit Fleiß erkundigen: Ob ſie öffentlich in der Kirchen mit der Gemeine GOttes das hochwürdige Sacrament des Leibes und Blutes Chriſti empfangen haben/ und da es junge Leute: Ob ſie auch ihren Catechiſmum gelernet/ ohne deſſen Erkäntniß ſie nicht aufgeboten werden ſollen.

Non itaque eſt, † quod de inſigni procla- 8
mationis effectu ambigamus: quem & (1.) ipſiſſima Sereniſſimi Electoris verba exprimunt, *dict. Ord. Eccl. & matr. §.* Es ſollen aber die Perſonen/ *in fin. ibi:* Und wann keine Hinderniß befunden/ alsdann eingeſegnet und zuſammen gegeben werden.
(2.) † Nec non *Decretum Concilii Tridenti-* 9
ni, Seſſ. 24. cap. 1. ibi: *Ante matrimonii conſummationem trinæ denunciationes in Eccleſia fiant, ut ſi aliqua ſubſunt impedimenta, fa-*
cilius detegantur. (3.) † Quin & formula 10
proclamationis eundem prodit effectum: addi namque ſolet admonitio, ut ſi quis habeat, quod conſtitutas nuptias juſtè impedire poſſit, hoc ſignificet maturè ante diem nuptiis dictum, cum adhuc res ſit integra, *Cap. cum inhibitio. extr. de clandeſt. deſponſ.* poſtea taceat, nec matrimonium bene concordans turbet, hiſce verbis: Hat jemand was drein zu reden oder dawider anzuzeigen/ der thue es bey Zeiten/ oder ſchweige hernacher ſtille. Joh. Harppr. *ad rub. Inſt. de nupt. n. 121.* Joach. à Beuſt. *dict. loc.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Freybergenſi, die 19. Auguſti, An. 1629. (Ver-* 11
ba Reſcripti: Was an uns *M. Victorinus Polantus* Pfarrer zu Roßwein wegen des ausländiſchen *Nicolai E.* vorhabenden Verehelichung gelangen laſſen/ das habt ihr hierbey zu befinden. Begehren hierauf ꝛc. ihr wollet den Pfarrer zu Roßwein ſchriftlich beſcheiden/ daß wofern bemeldter E. beglaubten Schein/ daß er unverehlichet/ auch keine Eltern habe/ oder dieſelbe mit dieſer Heyrath zufrieden vorweiſen und darneben unſerer Chriſtlichen Religion von Hertzen zugethan ſey/ und vor der Verehelichung bey uns *communici*ren wolle/ ſich erklären werde; So möge alsdann gedachter Pfarrer/ wenn ſonſten keine andere Hinderung vorhanden/ die Perſonen auf ihr Anſuchen der Gebühr nach *proclami*ren uñ *copuli*ren laſſen/ ꝛc.)

Definit. CXXXIX.

Ex ſpeciali Principis vel Conſiſtorii diſpenſatione omitti poteſt proclamatio novorum conjugum.

SUMMARIA.

1. *Omitti non debet proclamatio novorum conjugum.*
2. *Facienda eſt proclamatio etiam in loco nativitatis & educationis conjugum.*
3. *Quâ in re cautè procedendum.*
4. *Num ex ſpeciali diſpenſatione omitti queat proclamatio?*
5. *Affirmatur hoc, ſi cauſa adſit rationabilis.*
6. *Proclamatio de jure divino non mandata.*
7. *Magiſtratus juri poſitivo valet derogare.*
8. *Concilium Tridentinum permittit hoc caſu diſpenſationem.*
9. *Neceſſitas legi ſubjecta haut eſt.*
10. *Reſcriptum Electorale.*
11. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 INſignis quia eſt proclamationis effectus, *Defin. præced.* ea nequaquam intermitti debet, ſed conſuetudinem denunciationis hujus publicæ ſaluberrimam maximo ſtudio obſervare debent Eccleſiæ miniſtri, Balth. Mentzer. *in tract. de conjug. pag. 171.* usque adeo, ut non ſolùm eo in loco, in quo
2 ſponſus & ſponſa degunt, ſed etiam in eo, † in quo uterque vel alteruter ipſorum natus & educatus eſt, proclamatio è ſuggeſtu Eccleſiæ ſit facienda, ejusdemque precibus conjugium novum commendandum. Ne tamen hoc caſu, ſi præſertim ſponſus vel ſponſa peregrè advenerit, fraus ac fallacia committatur,
3 teſtimonium † proclamationis à Paſtore illius loci requiri debet, Joh. Gerh. *in loco de conjug. § 363. pag. 716.* quòd & ſaluberrimè proviſum *in Ordinat. Eccleſ. art. general. 13.* §. So dann die neuen Ehe-Leute. *& Ordin. matrim. de anno 1624. punct. 5.* §. So dann die neuen Ehe-Leute/ſie ſeyn jung oder alt/ welche ſich auffzubieten begehren/ nicht in einer Stadt oder einem Dorffe wohnen/ ſol der junge Geſelle von dem Pfarrer / in deſſen Kirchſpiel die Jungfrau wohnet/ ſo ihm verlobet iſt / ein Zeugniß nehmen an ſeinen Pfarrer / da er gebohren oder erzogen / und ſich daſelbſten/als da er bekannt/ auch aufbieten laſſen/und derhalben nachmals dieſem Pfarrer ein Zeugniß von ſeinem Pfarrer bringen/ohne welches ihn der Pfarrer nicht aufbieten noch trauen ſol. Ex quo ſanè pateſcit, multum intereſſe Eccleſiæ, ut ritè peragatur, non omittatur proclamatio novorum conjugum.
4 Quid autem † ſi à Principe vel Conſiſtorio remiſſionem proclamationis perſonæ deſponſatæ petant? Haut equidem crediderim absque cauſa id impetratum iri; quòd † ſi 5
verò juſta nitatur ratione petitum, nil obſtat, quò minùs Elector Sereniſſimus vel nomine ejus Conſiſtorium diſpenſare queat. (1.)
† Nec enim quemquam fugit, ritum hujus 6
proclamationis publicæ jure divino mandatum haut eſſe, ſed piâ obſervantia in Eccleſia introductum & à Sereniſſimo Saxoniæ Electore *in Ordin. Eccleſ. art. gen. 13.* confirmatum, ac poſtea *in Ord. matrim. dict. punct. 5.* renovatum. Quidni ergo hac in re † juſtâ 7
ratione commotus, gratiam remiſſionis facere poſſet? quippe qui juri poſitivo derogare, legisque gratiam facere valet, Zaſius *ad l. princeps. n. 12. in fin. ff. de legib.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 14. num. 6.* (2.) † Quin 8
& Concilium Tridentinum *Seſſion. 24. cap. 1.* id probat hiſce verbis: *Ante matrimonii conſummationem trinæ denunciationes in Eccleſia fiant, ut ſi aliqua ſubſunt impedimenta, faciliùs detegantur: niſi Ordinarius ipſe expedire judicaverit, ut prædictæ denunciationes remittantur: quod illius prudentiæ & judicio ſancta Synodus relinquit.*

(3.) † Cumque absque juſta neceſſitatis causâ remisſio proclamationis vix impetretur, vel propterea heic conniven- 9
dum videtur, quia neceſſitatis telum nulli ſubjectum eſt legi, *l. ff. de offic. proconſ. l. 7. §. 3. ff. quod vi aut clam.* Andr. Tiraquell. *de retract. lign. §. 26. gloſſ. 1. n. 19. & ſeqq.* Hier. de Cævall. *in ſpecul. opin. comm. quæſt. 906. num. 50. & ſeqq.* Andr. Gail. *l. 1. obſervat. 102. n. 6. & ſeqq.* Aym. Cravett. *conſil. 1. pro gen. n. 8. & ſeqq.* Weſenb. *conſil. 40. num 28.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti N.N. die 30. Jun. Anno 1628. (Verba* 10
Sententiæ: Uns iſt euer unterthäniger Bericht eines Böhmiſchen von Adel

Johan.

Johan. N. Diener und Dienerin eheliche *Copulation* betreffende / gebührend vorgetragen worden. Wann wir denn gnädigſt zufrieden/ daß angeführter Urſachen halben angeregte *copulation* ohne vorgehende *proclamation* gegen erwehntes von Adel Erbieten beſchehen möge; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet ſolches gebührlich anordnen/ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum in causâ Caſpar R.* und Annen / Valentin H. Tochter zu 11
M. *die 23. Sept. An. 1608.* (*Verba Decreti:* Hat derowegen gebeten/ weil berührtes Urtheil Krafft Rechtens vorlängſt erreichet/ihn dabey gebührlich zu ſchützen/und ihme ſeine verlobte und zuerkannte Braut/da es füglich geſchehen könte/ im Ober-*Conſiſtorio* ehelich trauen zu laſſen. Ob nun wol vermöge Churfl. Kirchen-Ordnung die neuen Ehe-Leute zuvor / und ehe dann ſie ihren Kirchgang halten / drey Sonntage nach einander von der Cantzel *proclami*ret und aufgeboten werden ſollen. Dieweil aber aus angezogenen Urſachen und zu Verhütung anderer Ungelegenheit wir *Supplican*tens Suchen vor unbillich nicht erachtet; So haben wir in Anſehung deſſen/und weil obgemeldte Anna damit auch zufrieden geweſen/geſtattet und nachgelaſſen/ daß ſie ohne vorhergehende *proclamation* getrauet werden mögen; Inmaſſen ſie dann heute *dato* vor und im Ober-*Conſiſtorio* in Beyſeyn vieler Leute durch Herrn *Heinricum* Mittelſtadt *Diaconum* allhier öffentlich und ehelich *copuli*ret und getrauet worden/ ꝛc.)

Definit. CXL.

Contrahi quoque & anticipari poteſt proclamatio novorum conjugum, ita ut unicâ vice unâque dominicâ bina ac trina fiat denunciatio.

SUMMARIA.

1. *Proclamatio ex diſpenſatione ſpeciali omitti poteſt.*
2. *Modò non ſit venalis.*
3. *Sed juſta diſpenſationis cauſa exiſtat.*
4. *Quid ſi anticipatio proclamationis petatur?*
5. *Properant quandoq; perſonæ deſponſatæ ad matrimonii conſummationem.*
6. *Diſpenſatio tùm locum habet.*
7. *Et quare?*
8. *In caſu neceſſitatis, quæ injuſta ſunt, juſtiſſima cenſentur.*
9. *Reſcriptum Sereniſſimi Saxoniæ Electoris.*
10. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 Dubium itaque non eſt, quin proclamatio novorum conjugum ex ſpeciali diſpenſatione intermitti queat. Qua in re tamen Magiſtratus facilis
2 haut ſit, † multò minùs veniam & remiſſionem hanc vendat: Absque ſuſpicione enim ſacrilegii fieri vix poteſt, ut acceptâ pecuniâ promulgationes iſtæ omittantur, licèt apud Pontificios inconſuetum hoc non ſit, Balth.
3 Mentzer. *in tract. de conjug. pag. 171.* At † juſtâ exiſtente causâ nil eſt, quod diſpenſationem poſſit impedire. Quæ tantò faciliùs erit impetranda, ſi non remiſſio proclamatio-
4 nis totalis,ſed ejus† anticipatio petatur, quantò minùs per eam ab obſervantia & ordinatione eccleſiaſtica receditur. Etenim accidit
5 quandoque, † ut neceſſariâ ex causâ perſonæ deſponſatæ properent ad matrimonii conſummationem, nec ſine jactura tam diu eam differre queant, ut vicibus diſtinctis trina fiat proclamatio: Quo caſu eam contrahere ac
deſuper diſpenſare † Magiſtratui fas eſt, ita 6
nempe, ut unâ die ac vice bina vel etiam trina conjunctim fiat denunciatio. Nam ſi totalis proclamationis intermiſſio rationabili ex cauſa Magiſtratûs arbitrio committitur, *Defin. præced.* quidni † etiam abbreviatio tem- 7
poris trinundinæ proclamationi deſtinati permitti deberet? Urgente ſiquidem neceſ-
ſitate, etiam † quæ injuſta ſunt, juſtiſſima 8
cenſentur, ut pulchrè declarat Joh. Bodin. *lib. 5. de Republ. cap. 5.* Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 5. cap. 4 num. 87.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superattendenti Torgenſi, die 10. Octobr. Anno 1623.* 9
(*Verba Reſcripti:* Auf inliegendes Caſpar G. bey euch unterthänigſtes *Supplici*ren begeh-

begehren wir hiermit gnádigſt/ wofern ſonſt keine Hinderniß verhanden/ ihr wollet mit der *proclamation* und *copulation* auf 8. Tage *anticipiren*/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi, die 6. Octobr. An. 1610. (Verba* 10
Reſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht wegen Elien K. vorhabender Verehlichung verleſen hören; Wann wir dann geſtalten Sachen nach geſchehen laſſen können/ daß gedachtem K. zu Verhütung der Nachfolge/ als einem beſtellten Soldaten/ auf ſonderlichen Befehlich morgendes Sonntages/ das andere und dritte Aufgeboth zugleich widerfahren möge; So werdet ihr ſolches gebührlichen zu Wercke richten/ ꝛc.)

Definit. CXLI.

In caſu extremæ neceſſitatis absque ſpeciali quoque Magiſtratûs Superioris diſpenſatione omiſſa proclamatione novi conjuges copulari poſſunt.

SUMMARIA.

1. *Proclamatio novorum conjugum nuptiis præmittenda.*
2. *Princeps contra jus poſitivum diſpenſare valet.*
3. *In caſu extremæ neceſſitatis absq; diſpenſatione ſpeciali omitti poteſt proclamatio, n. 4.*
5. *In caſu neceſſitatis receditur â Regulis juris.*
6. *Semper neceſſitas diſpenſationem habet annexam.*
7. *Caute hac in re procedendum, n. 10.*
8. *Ex cauſa neceſſitatis nil contra prohibitionem divinam agere licet.*
9. *Stultitiam ſuam neceſſitatis prætextu Saul palliare haut potuit.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 CUm ex obſervantia pia ac rationa-
bili, inque Ordinatione Eccleſiaſticâ
confirmatâ, *ſupr. Defin. 137.* procla-
matio novorum conjugum nuptiis
præmitti debeat, eam omitti haut fas eſt abs-
2 que licentia Magiſtratûs ſuperioris, qui †
contra jus poſitivum diſpenſare valet, Ja-
ſon. *in l. ult. n. 4. & ſeqq. C. ſi contra jus vel
util. publ.* Bartol. *in extravagan. ad repri-
mendum. verb. non obſtantibus.* Andr. Gail.
3 *lib. 1. obſervat. 14. n. 6.* Niſi forſan † talis
accideret caſus neceſſitatis, qui ne minimam
pateretur moram nec tantillum temporis
ſpatium admitteret, ut pro obtinenda di-
ſpenſatione Principem compellare liceat,
veluti ſi ſponſus Reipublicæ vel militiæ
causâ ſit in procinctu itineris vel peregrina-
4 tionis. Quo † caſu miniſtri Eccleſiæ non
impetratâ etiam diſpenſatione tutò procla-
matione omiſsâ ad ipſam progredientur
5 copulationem; † quia in caſu neceſſitatis
recedere licet à regulis juris communis &
prohibitivi, Jaſon. *ad l. de pupillo. §. pro-
pterea. ff. de novi oper. nunciat.* Zaſ. *lib. 1.
conſil. 21. num. 11.* Lex namque debet eſſe de
poſſibili, *can. erit. autem. diſt. 4.* at neces-
ſitas impoſſibile quiddam præſupponit, ideo-
que ſemper habet diſpenſationem annexam,
6 propter quam non ſubditur legi, ex † Thoma
de Aquino, Hieron. de Cævall. *in ſpecul.
commun. opin. quæſt. 906. num. 53.* Theodor.
Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 2.
claſſ. 3. cap. 1. n. 51.*

Cautè † tamen procedere debent hoc 7
caſu Eccleſiæ miniſtri, ne à novis conju-
gibus decepti in leges matrimoniales impin-
gant, vel nuptiis inceſtis manum apponant
auxiliantem: nunquam enim tantam mere-
tur neceſſitas veniam, ut contra prohibitio-
nem divinam † quicquam agere vel delin- 8
quere liceat, *l. palam. 43. §. non eſt ignoſcen-
dum. 5. ff. de rit. nuptiar.* Gloſſ. *in c. ſi quis.
verb. pœniteat. extr. de furt.* Andr. Gail.
lib. 1. obſerv. 102. n. 13. unde licèt † Saul ſtul- 9
titiam ſuam pallio neceſſitatis colorare adni-
tebatur coram Samuele, dicens: *Neceſſitate
compulſus obtuli holocauſtum Domino*; no-
luit tamen hanc excuſationem acceptare Sa-
muel; reſpondens: *Stultè egiſti, nec cuſto-
diviſti mandata Domini Dei tui*; ex quo ipſe
ac poſteritas ejus fuit rejecta, *1 Sam. 13. v. 12. &
ſeqq.* Theodor. Reinking. *dict. lib. 2. claſſ. 3.
cap. 3. n. 87.* Nil † quicquam igitur inter- 10
mittant Eccleſiæ miniſtri, unde certiores fieri
poſſint de obſtaculis & impedimentis nuptia-
rum, priusquam ſepoſito in caſu neceſſitatis
proclamationis ritu ad copulationem novo-
rum conjugum deſcendant.

Ita

Ita † *Conſiſtorium Supremum Archidiacono Chemnicenſi, die 24. Maji An. 1611. (Verba Reſcripti*: Auf euer an uns gethanes Schreiben mögen wir euch in Antwort nicht bergen: Würde ein fremder Soldat im Fortziehen ſeyn / und euch Kundſchafft vorlegen/daß er mit Vorbewuſt beyderſeits Eltern/ wo dieſelbe noch am Leben/ ſich verlobt; So möget ihr ihn (wofern ſonſt keine Verhinderung verhanden) mit derjenigen Perſon/mit welcher er ſich ehelich eingelaſſen/ohne Aufgeboth wol *copuli*ren/ ꝛc.) 11

DEFINIT. CXLII.

Copula & benedictio ſacerdotalis neceſſariò requiritur ad conſummationem conjugii, nec omitti poteſt.

SUMMARIA.

1. *Conſummari debet matrimonium per actum ultimum.*
2. *Qui in copula ſacerdotali conſiſtit.*
3. *Matrimonium ſua habet ſolennia.*
4. *Variæ nuptiarum ſolennitates.*
5. *Duæ hodie ſunt nuptiarum actiones.*
6. *Benedictio ſacerdotalis ſucceſſit in locum deductionis ſponſæ in domum.*
7. *Deſcriptio hujus ritus ex Gerhardo adducitur.*
8. *Num copula ſacerdotalis ſit de ſubſtantia matrimonii?*
9. *Maxime requiritur ad conjugii conſummationem, nec omitti debet. n. 12.*
10. *Ritus hic antiquiſſimus & à Deo inſtitutus.*
11. *A Chriſto in Teſtamento Novo comprobatus.*
13. *Nititur etiam jure naturali.*
14. *Et eſt apud Gentiles receptus.*
15. *Eſt medium diſtinguendi legitimum conjugium à vagis libidinibus.*
16. *Commoda copulæ ſacerdotalis quænam?*
17. *Teſtimonium præbet benedictio ſacerdotalis conjugii conſummati.*
18. *Quare copulationes à Parocho conſignari debent.*
19. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 Conjugium ſive matrimonium ut omnibus numeris ſit perfectum & abſolutum, omnesque veri & completi matrimonii effectus producat, ultimus ad conſummationem ejus accedat actus neceſſe eſt, Kitzel. *in Synopſ. matrim.*
2 *cap. 14. theor. 1. lit. a. &c.* qui hodie † in copulatione ac benedictione ſacerdotali conſiſtit, tanquam in conjugii requiſito formali & ſolenni. Ut enim aliis in actibus, ita etiam
3 † in matrimonio ſolennia quædam ſunt peragenda ſecundum leges atque mores cujusq; loci, *can. quæ contra mores, 2. diſt. 8.* Panorm. *in cap. extr. de ſponſalib.* Didac. Covarr. *tom. 1. part. 2. de matrimon. cap. 7. in pr. n. 7.*
4 *& ſeqq.* Unde variæ † gentium ferè omnium moribus fuerunt receptæ ſolennitates, variisque ritibus nuptiarum feſtivitas celebrata, de quibus latiſſimè Henning. Arniſ. *de jur. connub. cap. 3. ſect. 12. n. 18. & ſeqq.* Joach. à Beuſt. *in tract. de jur. connub. part. 2. in præfat. §. fuerunt. & gentium ritus.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 461.* Hugo Donell. *lib. 3. comm. 20. verſ. reſtat ritus & ſolennitas.*

Noſtris moribus † nuptiæ duplici conſtant actu, ſolenni copulà ſacerdotali, & convivio nuptiali, quod ultimum tamen præcisè neceſſarium haut eſt, at bene copula & benedictio † coram facie Eccleſiæ ſacerdotalis, quæ in orbe Chriſtiano ſucceſſit hodie in locum deductionis ſponſæ in domum, *can. aliter. 30. quæſt. 4. can. conſanguineorum. 3. quæſt. 4. cap. ult. extr. de clandeſtin. deſponſat.* Martin. Chemnit. *in exam. Concil. Tridentin. Seſſion. 24. cap. 1.* Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de rit. nupt. num. 5.* Petr. Peck. *de teſtam. conjug. lib. 1. cap. 5. n. 6.* Paul. Cypræ. *de ſponſal. cap. 5. §. 6. & cap. 11. §. 15. & 20.* Erneſt. Cothmann. *vol. 3. Reſponſ. 34. n. 99.* Joh. Harppr. *ad Rubr. Inſt. de nupt. n. 123.* Joach. à Beuſt. *dict. loco.* Eaque † à Joh. Gerhardo hiſce deſcribitur verbis: quòd ſit ritus eccleſiaſticus, quo ſponſus & ſponſa antegreſſis ſponſalibus, & trina denunciatione præcedente, comitantibus parentibus, cognatis, vici-

(right margin: 5 at "Noſtris moribus"; 6 at "dictio † coram"; 7 at "Eaque †")

vicinis & aliis honeſtis perſonis ad templum ſolenniter deducuntur, ac explorato priùs matrimoniali utriusque partis conſenſu, datis invicem dextris, alicubi etiam annulis, ab Eccleſiæ miniſtro in nomine Patris, Filii & Spir. S. copulantur, de divinâ conjugii inſtitutione ejusdemq; finibus, de officio utriq; in poſterum incumbente, de cruce conjugio additâ, & conſolatione cruci opponendâ admonentur, ac piis precibus & benedictione eccleſiaſticâ, addito χειροθεσίας ritu, Deo commendantur. *Hactenus* Gerhard. *dict. loco.* §. *462.*

8 †Etſi verò dubitetur, an conſecratio hæc ſacerdotalis coram Eccleſiâ ad ſubſtantiam & eſſentiam conjugii per ſe requiratur, quam litem noſtram haut facimus, vid. Ar-
9 niſ. *dict. ſect. 12. n. 12.* † attamen ceu teſtimonium publicum legitimè & non clanculùm contractarum nuptiarum præcisè ea accedat neceſſe eſt, nec omitti poteſt, vel ſaltem ex juſſu Eccleſiæ, quæ aliàs conjugium pro nullo & irrito habet, *Ordinat. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. art. gener. 13. & Ordinat. matrim. de Anno 1624 punct. 5.* Caſpar. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. cap. 4. quæſt. 52.* Joh. Gerhard. *dict.* §. *462.* idque non ſine rationibus & fundamentis: (1.)
10 † Quis non enim in tanti momenti negotio quale eſt conjugium, primævum, antiquiſſimum, & ab ipſometDeo inſtitutum ſequeretur ritum, deqnò docet ſacra hiſtoria, quod cùm Eva è coſtâ Adami exſtructa erat, Adam non ſuo arbitrio eam ſibi ſumſerit in uxorem, ſed Deus Evam adduxit ad Adamum, ipſamque ei in uxorem ſociavit, ac utrique benedixit, *Gen. 2. v. 22. & c. 1. v. 27.*
11 (2.) † A quo ritu eò minùs recedendum, quia in Novo Teſtamento Chriſtus Salvator cauſam indiſſolubilitatis conjugii in illo maximè fundat, inquiens: Quos Deus conjunxit, homo ne ſeparet. *Matth. 19. v. 6.* Cùm
12 † verò hodie immediata ejusmodi conjunctio divina deficiat, intermediâ ſaltem Sacerdotum operâ ut fiat, neceſſe eſt, Brochmand. *dict. loco. pag. 615. in fin.* (3.) † Et 13
quare omitteretur conſecratio ſacerdotalis? quæ etiam jure nititur naturali, quod inde perſpicuum redditur, quia omnes ferè gentes honeſtatis amantes adhibuerunt in ſolenni iſtâ conjugum copulatione miniſtrum ſacrum, prout videre eſt ex traditis Paul. Cypr. & Arniſ. *dict. loco.* † Quo & fa- 14
cit illud Platonis: Feſta quædam erunt legibus deſignanda, in quibus ſponſus & ſponſa conveniant, ſacra fiant, & hymni à Poëtis noſtris nuptiis celebrandis convenientes, *lib. 5. de Republ.* (4.) † Vix etiam, *inquit* 15
Brochm. citat. loco, dabitur ullum tutius medium & remedium, quo vagæ & libidinoſæ conjunctiones diſtingui poterunt ab honeſtâ maris & fœminæ conjunctione, quàm quòd honeſtum conjugium publicè fiat, & quidem à publico verbi divini miniſtro.
(5.) † Et ne commoda taceamus novorum 16
conjugum, vel propterea ſaltem benedictio ſacerdotalis eſt adhibenda, quò ſcilicet de dignitate Ordinis matrimonialis, cui dant nomen, & de officiis juxta normam verbi utrique parti debitis admoneantur & informentur; quin & per precesDeo conſecrentur, divinamque benedictionem in conjugio impetrent, Gerhard. *cit. loco. pag. 615.*
(6.) † Ac tandem benedictio ſacerdotalis eſt 17
teſtimonium firmiſſimum conjugii verè conſummati, & coram facie Dei, Angelorum & Eccleſiæ confirmati. Quam ob
cauſam † Parocho incumbit, in libro peculiari conjugum à ſe copulatorum nomina, 18
diem & locum contracti matrimonii deſcribere, eundemque ſucceſſori ſuo relinquere, Concil. Trident. *Seſſ. 14. cap. 1.* Gerhard. *in loco de conjug.* §. *463. in fin.* quò caſu poſtea contingente de veritate contracti matrimonii conſtare queat.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem* Magdalenen K. zu G. *die 24. Mart. An.* 19
höchſtgedachter Seiner Churfl. Gn. unſer Begehren / Ihr wollet euch ſolcher Verordnung gemåß bezeigen / und darauf obgedachter Perſon *copulation* in der erſten Faſtenwochen ohne ſonderliche Geprånge und ſtarcker *Muſicen*, gegen Erlegung 5. Thlr. vor die *diſpenſation*, anordnen / ꝛc.)

Definit. CLIII.

Non facilè tamen diſpenſandum & quò propius inſtat feſtum Paſchatos vel Natalitiorum Chriſti, tantò difficiliùs venia nuptiarum celebrandarum eſt concedenda.

SUMMARIA.

1. *Pia eſt ſanctio prohibitarum nuptiarum tempore Quadrageſimæ & Adventûs.*
2. *Ratio hujus ſanctionis quænam?*
3. *Non facilè contra legem hanc prohibitivam diſpenſandum.*
4. *Incommoda ejuſmodi diſpenſationis.*
5. *Nec omni indifferenter tempore diſpenſandum.*
6. *Pio Magiſtratui lex certa diſpenſationis non præſcribenda.*
7. *Exemplum nuptiarum habitarum poſt Dominicam Reminiſcere ex diſpenſatione.*
8. *Quo propiùs feſtum inſtat, tantò difficiliùs eſt diſpenſandum.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Pia & religioſa eſt ſanctio Magiſtratuum, quâ tempore Quadrageſimæ & Adventûs feſtivitas nuptialis ce-
2 lebrari prohibetur, quò ſcilicet † homines à vanitatibus rerum temporalium pompæque inſtructione liberi, meditationibus ſacris eò commodiùs vacare & pœnitentiam agere poſſint. Non facilè igitur quicquam de hac pietate remittendum eſt, † nec diſpenſationi annuendum, ſi 3
non cauſa probabilis & juſta exiſtat, quæ veniam mereatur. Præterquam enim † 4
quod anſa detur hoc modo, tempore ſacris deſtinato ebrietati & laſciviæ indulgere, ſemper verendum, ne per licentiam diſ-

diſpenſationis ipſa legis autoritas vileſcat,
& per conniventiam ſanctio prohibitiva
5 penitùs abrogetur. Quin & † petitâ di-
ſpenſatione conſiderandum, quid tempo-
ris adhuc reſtet ad natalitias usque Chriſti,
vel feſtum Paſchatos; quantò propiùs enim
hoc accedit, tantò difficilior erit diſpenſa-
6 tio. Licèt igitur pio † Magiſtratui ac Prin-
cipi hoc in reſervato poteſtatis certa lex
haut ſit præſcribenda, vel temporis mo-
mentum, quo exercere illud debeat, defini-
7 endum, nam † & poſt Dominicam Remi-
niſcere veniam nuptiarum datam fuiſſe *Ge-
orgio Rudolpho à S. & Brigittæ à P. in Proto-
ſynedrio Dresdenſi*, eoque nomine *die 7. Mar-
tii Anno 1628. reſcriptum* novimus. Atta-
men † diſpenſatio ita temperanda, quò ſal- 8
tem in primordio Quadrageſimæ vel Ad-
ventûs fiat, ne animi ad ſacra ſemel verſi
iisque intenti rurſus diſtrahantur, ac vani-
tatibus pomparum ita implicentur, ut cogi-
tationes in modico temporis, quod reſtat,
vix recolligi queant, quo ipſo aliis non mi-
nimum præbetur ſcandalum.

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Oſſitienſi, die 25. Novembr. Anno 1611. (Ver- 9
ba Reſcripti: Was maſſen Frantz F. zu W. um *Diſpenſation*, damit ſein Sohn Hans T. mit ſeiner Verlobten/Catharinen von V. auf den 10. *Decembr.* nächſtkünfftig *copuli*ret werden möge/ *ſupplicando* angelanget/ das habt ihr inliegende zu befinden. Wann aber dieſe geſuchte Copulation der Zeit nach der Churfl. Kirchen-Ordnung zuwider/ und weil ſie etwas tieff in die Advents-Zeit hinein fiele/ohne ſonderliche Aergerniß nicht abgehen würde. Als tragen wir hierinnen zu *diſpenſi*ren Bedencken/ hiermit/rc. begehrende/ Ihr wollet *Supplicant*en neben gebührlicher Verweiſung darauf beſcheiden/ und ihme vermelden/ daß er die Copulation bis zu anderer gelegener und in der Kirchen-Ordnung zugelaſſener Zeit verſchieben ſolle/rc.)

DEFINIT. CLIV.

Inſtituendæ non ſunt nuptiæ die dominico aut feſto.

S U M M A R I A.

1. *Nuptiæ ſunt res ſacra.*
2. *Quænam verè ac propriè dicantur res ſacræ?*
3. *Res ſacræ quædam in ſe ſanctæ non ſunt.*
4. *Qualis eſt copula nuptialis.*
5. *Diebus igitur feſtis & dominicis nuptias celebrare non licet.*
6. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. num. 9.*
7. *Feſtivitas nuptialis quænam vitia ſecum trahat?*
8. *Sanctio Electoralis Saxonica hac de re.*
10. *Lutherus jamdudum Wittebergæ hanc prohibitionem probavit.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOn prohibendas eſſe nuptias die
dominico aut feſto dixeris forſan,
propterea † quod nuptiæ ſint res
ſacra, quam diebus ſacris tractare
liceat? Sed probè diſtingvendum eſt inter
res ſacras: quædam enim pertinent ad re-
gnum Chriſti, quædam ad politiam tempo-
ralem: utræque † equidem ſunt ſacræ, hoc
2 eſt, bonæ Deoque placentes; ſed illæ verè
ſunt ſanctæ & ſanctificationi Sabbathi
competentes, ut eſt prædicatio & auditus
verbi, uſus Sacramentorum, preces, piæ
lectiones & meditationes, quibus nomen
divinum ſanctificatur, ſalusque animarum
promovetur; Reliquæ † vero ad vitam ſpe- 3
ctant naturalem, & bonæ quidem ſunt, at
non in ſe ſanctæ, ſed ipſæmet ſanctificantur
per verbum & ordinationem Dei. Ad quas
etiam nuptiæ referuntur, † quæ à Deo au- 4
tore conjugii ſanctificantur, ad Sabbathi
verò ſanctificationem non pertinent, Fri-
der. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 2. cap. 13.
caſ. 8. pag. 488.*

†Quare nec ritus nuptiales diebus domi- 5
nicis aut feſtis regulariter celebrare licet;

(1.) Siqui-

6 (1.) Siquidem † qui nuptias parant, multis aliis negotiis & vanitatibus temporalibus ſunt occupati, quibus & ipſi & alii à cultu ſacro avocantur; at remota vult Deus impedimenta omnia cultûs ſui *Exod. 31. v. 14.*
7 ne dicamus † quòd feſtivitas nuptialis ſecum trahat vitia ebrietatis & laſciviæ, maximè pugnantia cum Sabbathi ſanctificatione. Quemadmodum ergò (*Verba ſunt Friderici Balduini*) peccant contra ſecundum præceptum, qui nomen Dei blasphemant, contra ſeptimum, qui furtum faciunt, contra quintum, qui occidunt: ita & contra tertium graviter delinquunt, qui vel comeſſationibus vel carnalibus voluptatibus aliis indulgent, aut occaſionem eam ad rem intempeſtivis ſuis nuptiis præbent, Balduin.
8 *d. caſ. 8.* (2.) † Quare & Sereniſſimus Saxo nuptias in diebus dominicis & feſtivis abrogatas voluit, *Ordin. Eccleſ. art. gener. 13.* §. Damit auch. & *Ordin. matrim. de An. 1624. punct. 5.* §. Damit auch vermöge göttliches Befehlichs und Ordnung der Sabbath geheiliget / und die Leute von dem Gehör göttlichs Worts nicht abgezogen werden / ſollen die Hochzeite nicht auf den Sonntägen oder andern Feyertägen / ſondern auf den Werckeltägen in der Wochen gehalten werden. (3.) † Quo 9
etiam pertinet Sanctio prohibitiva Impp. Leonis & Anthemii; *Dies feſtos*, inquiunt, *Majeſtati altiſſimæ dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari &c. in l. ult. C. de feriis.* Quin & à majoribus ſancitum eſſe ſcribit Brentius, ut duobus diebus ante Dominicum nec nuptiæ nec alia publica convivia celebrentur, non quòd hæc per ſe ſint illicita, nec quod ex meritis jejuniorum conſtet expiatio peccatorum, ſed ut ſobrietate duorum dierum homines redderentur aptiores ad ſectandum unum illum neceſſarium, hoc eſt, ad audiendum verbum Dei, & ad percipiendam doctrinam Religionis in die dominico, *in homil. 96. in Lucam.* Eandemque † ob cauſam jamdudum Witteber- 10
gæ B. Lutherum nuptias die dominicâ abrogâſſe, meminit Balduin. *dict. caſ. conſc. 8. pagina 487.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superint. & Senatui Dresdenſi, die 15. Martii An. 1619.* (*Verba* 11
Reſcripti: Wir können euch nicht bergen / daß wir unlängſten euern Unterthanen Hanſen G. zu Z. daß er am verbotenen Feſttage zuwider der Kirchen-Ordnung ſeine Hochzeit angeſtellet / auch deßwegen den Superintendenten zu Pirna ſchadloß zu halten ſich verpflichtet / um 10. Thlr. geſtraft / und ſolche innerhalb vierzehen Tagen ins Ober-*Conſiſtorium* zu liefern / ihme auferlegt haben. Wann er aber dieſen nicht nachkommen / ſondern bis *dato* ungehorſam auſſen blieben; Als iſt an ſtatt höchſtgedachter Ihr. Churfl. Gn. unſer Begehren / ihr wollet bemeldte Strafe von ihme Hanſen G. mit Hülffszwang unſäumlich einbringen / und uns dieſelben noch vor den *ferien* einſchicken / ꝛc.)

DEFINIT. CLV.

Quâ conditione ſaltem ex diſpenſatione ſpeciali vel obſervantia loci receptâ, nuptiæ in die Sabbathi vel feſto celebrandæ?

SUMMARIA.

1. *Diſpenſare poteſt Magiſtratus, ut die dominico aut feſto celebrentur nuptiæ.*
2. *Quia prohibitio præciſè fundata non eſt in jure divino.*
3. *Exemplum factæ diſpenſationis hoc caſu.*
4. *Ex obſervantiâ quorundam locorum diebus dominicis nuptiæ inſtituuntur.*
5. *Obſervantia æquiparatur permiſſioni Principis.*
6. *Quâ conditione diſpenſatio pariter & obſervantia ſubſiſtat? n. 9.*
7. *Sanctio Electoralis hac de re.*
8. *Ratio prohibitionis quænam?*
10. *Reſtringit ratio legem prohibitivam.*
11. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 12.*

LIcèt verò hæc ita ſe habeant, & prohibitio prædicta pia pariter & rationabilis ac Chriſtiana ſit, dubitandum tamen haut eſt, quin limitationem patiatur † in caſu factæ diſpenſationis ſpecialis: Nec enim manus Principis

adeo

adeò ſunt conſtringendæ, ne ordinationi prohibitivæ derogare, & ex causâ rationabili in feſto etiam ac dominico die feſtivi-
2 tatem nuptialem permittere queat, † quia nullus eſt textus biblicus impedimento diſpenſationi, forſan verò nuptiarum celebratio diebus feſtivis inſtituenda ex ſacris probari poſſet, poſtquam iis diebus honeſta convivia, quibus ipſemet Salvator interfuit, ſacris peractis habita fuêre. Obſtante igitur ſolâ prohibitione juris poſitivi, quidni Magiſtratus diſpenſare valeret?
3 *Veluti † diſpenſationem impetravit tubicen quidam campeſtris*, ein Feld-Trompeter / *ut nuptias inſtitueret tertio die Paſchatis die 5. April. Anno 1620.*
4 Quin † & obſervantiâ quorundam locorum novimus introductum, ut diebus etiam dominicis nuptiales feſtivitates celebrentur: à quâ non penitùs recedendum, quia obſervantia vim obtinet veritatis, *l.* 1.
5 ibique Bald. & Sichard *C. de Servit.* † & æquiparatur Regiæ autoritati ac permisſioni Principis, Hier. Schurff. *cent. 1. conſil. 72. num. 29.* Alber. Riminald. *vol 2. conſil. 135. verſ. ita quod licet.*

Sed obſervantia pariter & diſpenſatio
6 ita temperanda, † ut peractis demum ſacris nuptiæ celebrentur, vel ſi copulatio ac benedictio ſacerdotalis manè fiat, cœna tamen inſtituatur veſpertina. Quâ de re clara eſt Sanctio Electoralis *in† Ordin. Eccleſiaſt. art. general. 13. & Ordin. matrim. de Anno 1624. punct. 5.* §. Damit auch vermöge göttliches Befehlichs *in verb.* Sollen die Hochzeiten nicht auf den Sonntagen oder andern Feyertagen / ſondern auf den Werckeltagen in der Wochen / oder da es einig Bedencken oder Urſach / darum es ſchädlich vorfallen ſolte / ungeachtet deſſelben / ehe nicht auf den Sonntagen oder andern heiligen Tagen / denn nach der Veſper und gehaltenem Catechiſmo angefangen und vollbracht werden. Nimirum † ratio prohibitionis in eo conſiſtit, ut ſanctificetur dies Sabbathi per prædicationem verbi, adminiſtrationem Sacramentorum, preces & ſacras meditationes, neque homines comeſſationibus ac voluptatibus carnalibus à tractatione ſacrorum detineantur, quò & verba reſpiciunt Sereniſſimi Electoris, *loc. citat.* Damit der Sabbath geheiliget / und die Leute von dem Gehör göttliches Worts nicht abgezogen werden / ꝛc. † Peractis verò ſacris, ratio hæc ceſſat, quidni ergò tum nuptias celebrari permitteretur; quia ceſſante ratione prohibitionis ipſa ceſſat prohibitio, & reſtringit † ratio legem prohibitivam, *l. ex his ſolis. C. de revoc. donat.* Peter. Gilken *ad Auth. ex teſtam. num. 7. C. de collat.* Eberh. *in Topic. in loco à ration. leg. ſtrict.* 7 8 9 10

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Freybergenſi, die 10. Jan. Anno 1631. (Verba Reſcripti: Als werdet ihr Supplicanten beſcheiden / daß er Sonntags vor / oder nach der Frühe-Predigt ſich trauen laſſen / und gegen den Abend ein klein *Convivium* anſtellen möge.) 11
Eidem † die 29. Octobr. Anno 1630. 12

DEFINIT. CLVI.

In ſeptimanâ poſt vocem Jucunditatis nuptiæ ita ſunt inſtituendæ, ne tertia dies nuptialis incidat in feſtum Aſcenſionis Chriſti.

SUMMARIA.

1. *Ratio Pontificiorum, cur prohibitæ ſint nuptiæ tempore quadrageſimali?*
2. *Ex quâ licitæ aliis in feſtis.*
3. *Permiſſæ à Pontificiis in feſto Pentecoſtes.*
4. *Fallax ratio Pontificiorum.*
5. *Omnibus in feſtis nuptiæ ſunt prohibitæ.*
6. *Quod probatur ex generalitate Sanctionis Electoralis.*
7. *Ordinatio generalis generaliter eſt intelligenda.*
8. *Diſpoſitio generalis operatur etiam in ſingulis ſpeciebus.*
9. *Abſtinendum à nuptiis die Aſcenſionis Chriſti.*
10. *Quid faciendum, ſi dies nuptialis tertia in hoc feſtum incidat?*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 RAtionem ſi quæſiveris à Pontificiis,
cur tempore quadrageſimali & pa-
ſchali nuptias inſtituere haut liceat,
uno reſpondebunt ore, quia lege
eccleſiaſticâ omnes Chriſtiani in Paſchate
ad communionem accedere tenentur, ad
quam ſe præparare debent, cum Bellarmi-
no *lib. de matrim. cap. 31.* Quæ ſi vera eſt
2 ratio, † non utique prohibitum erit, actum
celebrare nuptialem in feſto Pentecoſtes,
Aſcenſionis, quod eſt felix clauſula totius
itinerarii Chriſti, & Conceptionis, quod
eſt omnium feſtorum metropolis. Nec
etiam de hiſce feſtis clara extat prohibitio
nuptiarum, Johan. Gerhard. *in loco de con-*
3 *jug.* §. *468. & 469.* Quin † & Concilium
Tridentinum in feſto Pentecoſtes nuptias
fieri permiſiſſe propterea quòd rarior eo
tempore ſit communio, ſcribit Bellarm.
4 *dict. loc.* Sed † fallax eſt cauſa prohibitio-
nis hæc Pontificiorum; aut ſi vera eſt, non
in eâ ſola ſubſiſtendum, ſed & alia addenda,
nempe celebritas feſtorum, in quibus ſepo-
ſitis occupationibus temporalibus & vo-
luptatibus ſuſpenſis carnalibus ſacra tra-
ctantur, perinde ut in Sabbatho. Conſe-
5 quitur hinc ergò, † quod prohibitio nuptia-
rum ad omnia indifferenter feſta extendi
debeat, idque hoc ipſo fecit Saxo Sereniſſi-
mus, dum generaliter loquitur de feſtis, † 6
inque iis nuptias inſtituere vetat *in Ordinat.*
Eccl. art. general. 13. & Ordin. matrim. de
Anno 1624. punct. 5. §. Damit auch. *verb.*
Sollen die Hochzeiten nicht auf den
Sonntagen oder andern Feyertagen ge-
halten werden. Eſt † namque ordinatio 7
generalis generaliter intelligenda, *l. de pre-*
tio. 8. ff. de public. in rem act. l. 1. §. *generali-*
ter. ff. de legat. præſt. & † operatur diſpoſi- 8
tio generalis tantum in ſpeciebus, quan-
tum ſpecialis expreſſio ſingulorum, *l. 1.* §.
cum urbem. ff. de offic. præfect. urb. l. Julianus.
ff. de legat. 3. Theod. Reinking. *de regim. ſe-*
cul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 10. c. 39.

† Facilè hinc colligere licet, die quoque 9
Aſcenſionis Chriſti a feſtivitate nuptiali
abſtinendum eſſe. Quin & licèt in ſepti-
manâ poſt Vocem Jucunditatis, in quâ fe-
ſtum id celebratur, nuptiæ prohibitæ non
ſint, † attamen inſtitui ita debent, ut feſtum 10
id excipiatur, nec dies tertia nuptialis in
hoc incidat, vel ſaltem ad diem usque ſe-
quentem differatur; quò ſcilicet absque
impedimentis ſacra tractentur, & occaſio
comeſſationibus & voluptatibus carnali-
bus præcidatur, *l. ult. C. de feriis.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Miſnenſi, die 24. April. An. 1610. (Verba Re-* 11
ſcripti: Aus angehörter Verleſung euers eingeſchickten Berichts haben wir vernommen/ welcher maſſen Philipp Jacob A. mit ſeiner verlobten Braut Marien Andreas K. nachgelaſſener Tochter bey euch Dienſtags nach *Vocem Jucunditatis* ſchierkünfftig Hochzeit zu halten/ und wegen des Feſts der Himmelfarth Chriſti den dritten Hochzeit-Tag bis auf den Freytag zu verlegen entſchloſſen/ derowegen er um gebührliche Verordnung gebeten: Wann wir dann geſtalten Sachen nach und um derer von euch wegen gedachtes Philipp Jacoben A. angezogenen Urſachen willen geſchehen laſſen können/ daß beyde verlobte Perſonen gegen ſolcher Zeit getrauet werden / iedoch daß der dritte Hochzeit-Tag entweder gäntzlichen eingeſtellet/ oder des Bräutigams Erbieten nach bis auf den Freytag verſchoben werde; Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ ihr wollet ihn hierauf beſcheiden / und der Copulation halber gebührliche Verordnung thun/ ꝛc.)

DEFINIT. CLVII.

Choreæ decentes & honeſtæ licèt prohibitæ non ſunt, attamen tempore publici luctûs ab iis eſt abſtinendum.

SUMMARIA.

1. *Choreæ conviviorum nuptialium appendices.*
2. *Non majores ineptiæ in orbe, quàm ſaltationes.*
3. *Rigoroſum judicium de choreis Guilielmi Lugdunenſis.*
4. *Concilium Laodicenum & Verdenſe quid de iis ſenſerit?*
5. *Multi choreas deteſtantur.*

6. Pro-

6. *Probant eas B. Lutherus & multi alii Theologi. n. 7.*
8. *Saltatio eſt res adiaphora.*
9. *Choreæ per ſe non improbandæ.*
10. *Ex piorum exemplis in ſacrâ ſcripturâ.*
11. *Et effectu ac commodo earundem ſingulari, n. 12.*
13. *Modò ſint choreæ honeſtæ & decentes.*
14. *Abuſus ſaltationum prohibitus.*
15. *Tempore luctûs publici rectè prohibetur muſica inſtrumentalis & ſaltatio.*
16. *Idque ſub pœnâ arbitrariâ.*
17. *Reſcriptum Sereniſſimi Electoris.*
18. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 SOlent plerumque choreæ conviviorum nuptialium eſſe appendices; quæ num licitæ ſint, nolumus jam diſputare, contenti judicio Julii Cæſaris Sca-
2 ligeri, † qui dixiſſe fertur: Se non vidiſſe majores ineptias in orbe, quàm ſaltationes, ut non forſan ſine causâ Fridericus III. Imperator, referente Æneâ Sylvio, febricitare maluerit, quàm ſaltare. At rigoroſum ni-
3 mis † eſt judicium Gvilielmi Lugdunenſis, choream ſic definientis: quòd ſit circulus, cujus centrum eſt diabolus, à quo omnes virgines ſeu mulieres ducantur in ſiniſtrâ
4 manu in ſignum malitiæ; Et Decretum † Concilii Laodiceni ac Verdenſis: quòd non oporteat Chriſtianos euntes ad nuptias plaudere vel ſaltare, ſed venerabiliter cœnare vel prandere, ſicut Chriſtianos decet,
5 quâ † de causâ multi choreas deteſtantur, quos cumulat Joh. Gerhard. *in loc. de conjug.* §. *471.*

Quod tamen de inhoneſtis, laſcivis & impudicis choreis procul dubio intelligendum. Cæteroquin choreas abſolutè & ſimpliciter damnare indiſcreti eſſet judicii.
6 Aliter † enim ſentit de hiſce B. Lutherus ita ſcribens: *Quod peccata & vitia in choreis committantur, non ipſis choreis adſcribendum, perinde ut cibo & potui Epicuriſmus inde proveniens acceptus referri nequit, ſi cuncta honeſtè peragantur, unà cum reliquis convivis nuptialibus ſaltare poteris. Fides & charitas ſaltando non excutiuntur, ac infantes ſine ullo probro vel caſtitatis periculo ſaltant.* Hactenus Luther. *in Poſtill. eccleſiaſt. Do-*
7 *min. 2. poſt Epiphan.* † Cum quo etiam convenit Brentius: *Quamvis multum mali,* inquit, *ex choreis oriatur, & habeant non admodum obſcura pericula, tamen per ſe non ſunt impiæ, & ab honeſtis honeſtè fieri poſſunt, in cap. 14. Matth. pag. 528.* & aſſentiuntur Förſterus *in Diſput. catechet. decad. 2. ex decal. prob. 10.* Meiſner. *part. 1. philoſoph. ſobr.*
8 *ſect. 2. cap. 4. quæſt. 2.* † Eſtque ſaltatio in ſe conſiderata res adiaphora, in ſcripturis ſacris nec prohibita nec præcepta, ac portio quædam civilis converſationis & lætitiæ in conviviis nuptialibus demonſtrari
9 ſolitæ, † quare non poſſunt nec debent ſimpliciter improbari, ſed ex intentione potiſſimum de iis judicium fieri, quia actiones ex intentione & fine æſtimantur. Nec parùm † huc faciunt exempla piorum, quos 10
ſaltâſſe legimus, nempe Davidis, *2. Sam. 6. verſ. 14.* mulierum Iſraëliticarum, *1. Sam. 18. verſ. 6.* & puerorum in hiſtoriâ evangelicâ ſodalibus ſuis acclamantium: Cecinimus vobis & non ſaltâſtis, *Matth. 11. verſ. 17.*
Quin † & choreæ in conviviis nuptialibus 11
commodo & effectu ſuo haut deſtituuntur, quia harum occaſione juvenes & virgines ſibi invicem innoteſcunt, mores utrinque explorantur, & conjugalis amoris primordia jaciuntur: unde illud Germanorum dicterium; Es wird keine Hochzeit verbracht / dabey nicht einer neuen gedacht.
Cum † vero conjugium ſit ex numero lici- 12
torum, choreæ ceu ad conciliationem ejus medium honeſtum nequaquam repudiari poſſunt, † modò ſint decentes ac modera- 13
tæ, quales ſanctio Electoralis permittit *in Ordinat. Eccleſiaſt. art. general. 8. verb.* Daß der Tantz bey Tage und Sonnenſchein / bey gewiſſer Poen / ehrlich / ohne einig Verdrehen / und unzüchtiges Geberde / an einem öffentlichen gemeinen Orte und in keinem Winckel zu halten verſtattet werde / ꝛc. † Non ergò choreæ per ſe ſed abu- 14
ſus ipſarum & ſaltationes laſcivæ, impiæ & inhoneſtæ improbantur: quâ in re circumſtantiæ quæque penſitandæ, & reſpectus perſonarum ac temporis habendus, quo de fuſiùs ſcripſit Joh. Gerh. *cit. loc.* §. *473.*

Planè vix dubium eſt, † quin tempore 15
luctûs publici ex obitu forſan Principis ac Magiſtratûs, aut calamitatis alterius, ſaltationes & Muſicam inſtrumentalem Magiſtratus rectè prohibeat, ita ut pro ratione temporis de ſolennibus nuptiarum & voluptatibus carnalibus quid remittatur, cui præcepto ſubditi pii lubentes parent. Quin ad id obſtricti ſunt, † ſi mulctam pecuniari- 16
am aliamvè arbitrariam evitare velint. Quia transgreſſores mandati haut ſunt exemti à coërcitione, quæ in caſu pœnæ non determinatæ eſt arbitraria, Jaſon. *in l. jubere. 4. num. 13. ff. de jurisdict. omn. jud.* Andr. Tiraquell. *de pœn. leg. temp. cauſ. 13. num. 34.*

Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 1. quæſt. 86. num. 8. verſ. aut à jure communi ſtatuto.* Ludolph. Schrader. *in tract. de feud. part. 10. ſect. 19. n. 122.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Senatui Liebenwerdenſi, die 18. Sept.* 17
Anno 1626. (Verba Reſcripti: Uns iſt euer des Raths unterthänigſter Bericht/ daß zuwider unſerm Ausſchreiben euer Mitbürger Zacharias C. ſich unterſtanden/einen Tantz zu halten/ und darzu ſelbſten zu fiedeln/ gebührlichen vorgetragen worden. Begehren darauf hiermit gnädigſt/ Ihr der Rath wollet beſagten C. angeregter Verbrechung halber mit vier ſilbern Schocken Strafe der Kirchen zum beſten belegen/ da er aber ſein Unvermögen vorwendet/ vier Wochen mit Gefängniß ſtrafen/ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Bartholomæi R.* zu *W. die 27. Novembr. An.* 18
1622. (Verba Sententiæ: Habt ihr eurer Tochter unlängſten eine Wirthſchafft ausgerichtet/ und weil des andern Tages die Hochzeit-Gäſte luſtig geweſen/ auch zu tantzen begehret/ habt ihr drey Geiger beſtellet/ ſo aufwarten müſſen/ dabey auch etliche junge Geſellen mit den Weibsbildern getantzet/der Bräutigam aber zuſamt der Braut uñ andern Gäſten haben ſich deſſen verweigert/aus Urſachen/ daß bey dieſer Trauer-Zeit durch Churfl. gnädigſtes *Edict* alle Muſicen und Täntze verboten. Ob ihr nun wol in denen Gedancken ſtehet/ daß weil die Muſica und das Tantzen an ſich ſelbſt nicht zu verbieten/ einige Strafe dißfalls nicht ſtatt haben möge. Dieweil aber gleichwol erwähnter maſſen bey itziger Trauer-Zeit ſolches alles einzuſtellen/ geſtalt dann das Churfl. gnädigſte *Edict* hiervon öffentlich abgeleſen und angeſchlagen worden; So haben ſich dahero weder ihr und die Spielleute noch auch diejenigen/ ſo getantzet/ der willkührlichen Strafe/ſo ihnen von der Obrigkeit deßwegen auferleget werden möchte/nicht zu entbrechen/ V.R.W.)

TIT. IX.

De

Secundis Nuptiis.

Definit. CLIIX.

Diſſoluto per mortem naturalem matrimonio, integrum eſt ſuperſtiti conjugi, ad ſecundas nuptias convolare.

SUMMARIA.

1. *Improbatæ fuerunt nuptiæ ſecundæ apud Ethnicos. n. 2. 3.*
4. *Poſtea etiam à Montaniſtis.*
5. *Alii nuptias iteratas ſacerdotibus ſolùm interdixerunt.*
6. *Rurſus eaſdem alii disſvaſerunt.*
7. *Quid de iis ſentiant Pontificii, remiſſivè?*
8. *Errores hi omnes à noſtratibus rejecti & refutati.*
9. *Subſiſtunt nuptiæ ſecundæ poſt diſſolutum per mortem primum conjugium.*
10. *Quod probatur ex Ordin. matrim. Elector. Saxon.*
11. *Ex jure civili.*
12. *Exemplis ſacris.*
13. *Atque dictis D. Apoſtoli Pauli. num. 14. 15. 16.*
17. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
18. *Ejuſdem Reſcriptum.*

1 INtemperantiæ notâ laborarunt apud Ethnicos ſecundæ ſive reiteratæ nuptiæ, quas polygamiam ſucceſſivam
2 vocare conſveverunt. De iis † enim ita ſcribit Tacitus: *Melius quidem adhuc eæ civitates, in quibus tantùm virgines nubunt, & cum ſpe votoque uxoris ſimul transigitur, ſic unum accipiunt maritum, quomodo unum corpus unamque vitam: nec ulla cogitatio ultra, nec longior cupiditas, ne tanquam maritum, ſed tanquam matrimonium ament.*

3 *ament. de moribus gent.* † Et Valerius Maxim. *Quæ uno contentæ matrimonio fuerant, coronâ pudicitiæ honorabantur, lib. 2. cap. 1. n. 3.* Error certè Ethnicis adſcribendus, in iisque
4 forſan tolerabilior. † Sed idem & alios poſtea invaſit; Nuptias ſiquidem ſecundas à Montaniſtis novimus damnatas, licèt Montanus ipſemet duas ſimul uxores habuerit in conjugio, Priſcillam & Maximil-
5 lam, teſte Nicephoro *lib. 4. cap. 22.* † Alii verò iteratas nuptias ad minimum Sacerdotibus interdixerunt, Auguſtin. *de bono conjugal. cap. 18.* Ambroſ. *lib. 1. de officiis.*
6 *cap. 50.* † Rurſus alii easdem disſvaſerunt, non ſecus ac ſi quid incontinentiæ & impuritatis haberent, Auguſt. *de bono viduit.*
7 *cap. 7.* † Quid de iis ſentiant Pontificii, videre eſt apud Bellarm. *lib. 1. de cler. cap. 23.* Serram contentionis cum iis trahere eorumque tradita ad veritatis lapidem revo-
8 care noſtri jam inſtituti non eſt, † ſed laborem hunc alii jam dudum in ſe ſuſceperunt & feliciter abſolverunt, latiſſimè Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 4. c. 13. caſ. 3.* Beza *in tract. de polygam. c. de alterâ polygamiâ. pag. 30. cum ſeqq.* Paul. Tarnov. *in tract. de conjug. lib. 1. cap. 28. & ſeqq.* Hunnius *in comm. ſuper Matth. cap. 19.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de miniſterio eccleſiaſtico. cap. 2. quæſt. 11.* Rittershuſ. *in Novell. part. 4. cap. 3. & ſeqq.* Henn. Arniſ. *de jur. connub. cap. 5. ſect. 3.* Speckhan. *cent. 2. quæſt. jur. claſſ. 2. quæſt. 1.*

9 Nos † ſubſiſtimus in veritatis puncto ab aliis jam obtento, nempe diſſoluto per mortem naturalem matrimonio conjugem ſuperſtitem tutò ac bonâ conſcientiâ ad ſecundas nuptias convolare, veluti expedi-
10 tum † reddit noſtris in provinciis *Ordinatio matrimon. de An. 1624. punct. 5. §.* Was endlich Wittber und Wittben anlangt.
Et de jure civili haut obſcurè † idem pa- 11
teſcit ex *l. liberorum. 11. §. Pomponius. ff. de his qui not. infam. & l. 1. C. de ſecund. nupt.*
Quin etiam ex ſacris id demonſtrare † dif- 12
ficilè haut eſt, vel ſaltem exemplo Abrahami patris credentium, qui mortuâ Sarâ Keturam duxit, *Geneſ. 25. verſ. 1.* Et Abigail mortuo Nabal nupſit Davidi, *1. Sam. 25. verſ. 42.* Permiſſionem porrò ſi velis ex-
preſſam, audi verba Pauli: † Mulier alli- 13
gata eſt legi, quanto tempore vir ejus vivit: quod ſi obdormierit vir ejus, libera eſt ad nubendum, cui vult, tantùm in Domino, *1.*
Cor. 7. verſ. 39. † Et rurſus: Quæ ſub vi- 14
ro eſt mulier, vivente viro alligata eſt legi; ſi autem mortuus fuerit vir, ſoluta eſt à lege; igitur vivente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro, ſi autem mortuus fuerit vir ejus, liberata eſt à lege, ut non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro, *Rom. 7.*
verſ. 2. & 3. † Item: Volo juniores viduas 15
nubere, filios procreare, matresfamiliâs eſſe, nullam occaſionem dare adverſario maledicti gratiâ, *1. Tim. 5. verſ. 14.* Quæ, ut & alia fundamenta ex ſacris adducit & pro more ſuo enucleat, ac latiùs hac de re diſſerit Gerhard. *in loco de conjug. §. 178. &*
multis ſeqq. † Stabilitur enim ex jure divi- 16
no hæc ſententia adeò, ut acceſſerit etiam conſenſus eorum, qui aliàs ſecundis nuptiis interdum infenſiores ſunt: Ita namque ſcribit Hieronymus *in Epiſtol. 11. ad Gerontiam;* Paulum *1. Tim. 5. verſ. 14.* ſecunda, & ſi neceſſe eſſet, etiam tertia aperire matrimonia incontinentibus, ut abſtrahat à ſatanâ.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Pauli G.* zu *M. die 25. Januar. Anno 1618.* 17
(*Verba Reſcripti:* Hat euer Bruder Valentin G. hiebevor mit ſeinem erſten Eheweibe fünff Kinder gezeuget/ ſo noch alle am Leben/ und als bemeldtes ſein Eheweib verſtorben / hat er anderthalb Jahr darauf ſich anderweit verheyrathet/in welchem Eheſtande gleichesfals vier Kinder/als zween Söhne und zwo Töchter / davon aber die eine hinwiderum geſtorben/erlanget ; Und als kurtz verwichener Zeit das andere Eheweib auch mit Tode abgangen / iſt er ſich zum dritten mal mit einer Wittben zu verehelichen Vorhabens. Wann nun gleich die Kinder erſter Ehe allbereit erwachſen/und nicht gerne zugeben wollen / daß bemeldter euer Bruder/zumale bey ziemlichen Jahren/zur dritten Ehe ſchreite; So mag ihme doch ſolches nicht verweigert werden / ſondern er iſt/ der Kinder erſter Ehe Einwendens ungeachtet / mit vorerwehnter Wittben die Ehe zu vollziehen wol befugt/ V.R.W.)

Et † *Superintendenti Chemnicenſi, die 9. Junii Anno 1613.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben 18
euern gethanen Bericht in Eheſachen Hanſen T. von G. und George T. Wittben/derer Ehemann den 15. Nov. abgewichenen 1612. Jahres mit Tode abgangen/verleſen hören; Begehren derohalben / wofern ermeldte Wittbe nicht ſchwangers Leibes/ ſonſten auch der nahen Verwandniß halben keine Verhinderung vorhanden iſt / Ihr wollet aus angezogenen Urſachen von *dato* in Monatsfriſt der *Proclamation,* und darauf der *Copulation* halber gebührliche Anordnung thun/ꝛc.)

DEFI-

DEFINIT. CLIX.

Intra annum luctûs tamen viduæ ad vota ſecunda tranſire prohibentur.

S U M M A R I A.

1. *Vidua intra annum luctûs ad vota ſecunda properare nequit.*
2. *Quod de jure civili expeditum eſt.*
3. *Romani veteres ſaltem menſes decem luctûs uxori conſtituerunt.*
4. *Sed poſtea Impp. hiſce duos adhuc menſes adjecerunt.*
5. *Rationes hujus additamenti quænam? n. 6.*
7. *Jus canonicum liberam nubendi facultatem viduæ concedit quovis tempore. num. 8. 9.*
10. *Num ſanctio juris civilis vel pontificii recipienda?*
11. *Refellitur ratio juris pontificii ex jure divino deſumta. n. 12.*
13. *Inhærendum hac in re diſpoſitioni juris civilis.*
14. *Quibus ex cauſis & rationibus?*
15. *Clara hac de re eſt ſanctio in provinciis Electoratûs Saxonici.*
16. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
17. *Ejusdem Reſcripta. n. 18. 19.*

1 INtegrum tamen annum expectare debet vidua, priusquam ad ſecundas convolet nuptias. Quod quidem de jure civili expeditum eſt, quo vidua intra
2 annum luctûs † nubens infamiâ notatur, *l. liberorum. 11. ff. de his qui infam. notant. l. 2. C. de ſecund. nupt.* ne ſcilicet fiat ſeminis confuſio, *dict. l. 11.* & publica lædatur honeſtas, Henn. Arniſ. *de jure connub. cap. 5.*
3 *ſect. 4. n. 8.* Quantumvis † enim Romani veteres decem duntaxat menſes luctûs uxori conſtituerint, veluti inquit Plutarch. *in Num: Mulieres à morte maritorum decem menſes viduæ permanebant. Quod ſi quæ intra decimum menſem nupſiſſet, eam leges Numæ vaccam prægnantem immolare jube-*
4 *bant.* † Valentinianus tamen ac Theodoſius Impp. duos adhuc menſes adjecerunt, ſicque annum integrum luctui à fœminâ tri-
5 bui voluerunt, *dict. l. 2. C. de ſecund. nupt.* † vel quia mulier undecimo etiam menſe parere queat, cui propterea longius fuit præſcribendum tempus, ut autumat Connan. quem refellit Paul. Cypræ. exinde, quòd partus ſub initium undecimi menſis editus duntaxat legitimus cenſeatur, *Novell. 39. in*
6 *tract. de ſponſal. cap. 13. §. 91. n. 3.* † vel quòd per immaturitatem nuptiarum manes acerbi mariti juſtâ indignatione ſuſci-
7 tentur, Apulejus *lib. 8.* Sed † jus canonicum à ſanctione hac juris civilis divortium fecit, poteſtatem intra annum etiam luctûs nubendi concedens, uti legere eſt *in can. Euphemium. verb. Non fiunt infames lege canonum omnes, quos leges ſeculi infames pronunciant. junct. verſ. Quod etiam de eâ fateri cogimur, quæ intra tempus luctûs nubit, cum matrimonia hodie regantur jure poli, non jure fori, & jure poli mortuo viro mulier ſoluta eſt à lege viri, & nubat cui vult. cauſ. 2. quæſt. 3.* † cui adſentitur Pontifex 8
Urban. III. *in cap. ſuper illa. verb. Quod cùm Apoſtolus dicat: Mulier viro ſuo mortuo ſoluta eſt à lege viri ſui, in Domino nubat cui voluerit, per licentiam & autoritatem Apoſtoli ejus infamia aboletur. extr. de ſecund. nupt.* Et † Innocent. III. *in cap. ult. Cum ſecun-* 9
dùm Apoſtolum mulier mortuo viro ſuo ab ejus ſit lege ſoluta & nubendi cui vult, tantùm in Domino, liberam habeat facultatem, non debet legalis infamiæ ſuſtinere jacturam, quæ licet poſt viri obitum intra tempus luctûs (ſcilicet unius anni ſpatium) nubat, conceſsâ ſibi tamen ab Apoſtolo utitur poteſtate, cum in his præſertim ſeculares leges non dedignentur ſacros canones imitari, extr. eod. tit.

† Annùm ergò jure civili miſsô jus ca- 1
nonicum ſequamur? Dixeris ita: quia in jure divino Pontifices ſe fundant. Sed paratum inde ei præſidium non eſt, quin potiùs ſiniſtrè verba Apoſtoli *1. Corinth. 7. verſ. 39.* adducuntur, † ut demonſtrat Joh. 1
Gerhard. *in loco de conjug. §. 199.* & ſaltem notanda limitatio ab Apoſtolo adjecta (*Nubat cui velit in Domino*) quæ vult, ut in vero Dei timore novum contrahatur matrimonium, nec quicquam contra honeſtatem Deo gratam & hominibus probatam ſuſcipiatur: † quis verò non vi- 1
det, nuptias intra annum luctûs à viduâ contractas honeſtati multum adverſari, quippe

quippe arguentes levitatem, procacitatem ac libidinis intemperiem, fuſiùs hac de re Gerh. *citat. loco* & Arniſ. *dict. ſect. 4. n. 5. &*
13 *ſeqq.* † Non itaque eſt, ut ſanctione innitamur pontificiâ, ſed hac in re tutò ſequimur diſpenſationem juris civilis, quod intra annum luctûs vota ſecunda in viduâ deteſta-
14 tur; properatio † ſiquidem nimia ad nuptias ſecundas honeſtati publicæ repugnat, ſanguinis confuſionem & prolis incertitudinem introducit, ac malefici ſuſpicionem confirmat, Alber. Gentil. *de nupt. lib. 6. c. 22.* Cypr. *dict. c. 3. §. 91. & 92.* Arniſ. *dict. ſect. 4. n. 8.* Salycet. *in l. decreto. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* † Hancq; juris civilis prohibitio- 15
nem in provinciis Electoratûs verbis diſertis confirmavit Sereniſſimus Saxo *in Ordinat. matrim de anno 1624. punct. 5. §.* was endlich/ *verb.* Wann dann ſolches der Erbarkeit und natürlichen Pflicht zuwider; So wollen wir/ daß hinfüro eine Wittbe ein gantzes Jahr ihre Trauerzeit halten/ und vor Ausgang deſſelben ſich wieder zu verehelichē oder Hochzeit anzuſtellen nicht Macht haben ſol/ etc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem* Chriſtani S. zu *R. die 27. Auguſti, An. 1621.* 16
(*Verba Sent.* Seyd ihr euch mit Barbaren/ Valentin *S.* Wittben zu verehelichen Vorhabens/ geſtalt ihr denn allbereit Eheverbung thun laſſen/ es hat aber der Pfarrer des Orts/ als er ſolches erfahren/ ihr Einhalt gethan/ und ſie erinnert/ daß ſie ſich allerdings in acht nehmen/ und wegen neulichen Todesfall ihres vorigen Ehemannes nicht übereilen ſol. Ob nun wol die anderweit Verehelichung ihr nicht verſaget werden kan. Dieweil aber ein halb Jahr von ihres vorigen Mannes Valentin *S.* Abſterben verfloſſen/ und eine Wittbe binnen währendem gantzen Trauer-Jahr zur andern Ehe zu ſchreiten nicht befugt; So habt ihr euch darnach billig zu achten/ und mag euch vor Ausgang ſolches Trauer-Jahrs bemeldte Barbara nicht verehlicht werden/ V. R. W.)

It. † *Superintendenti ac Senatui Dresdenſi, die 11. Maji, An. 1612.* (*Verba Reſcripti*: Wol- 17
let auch hinfüro daran ſeyn/ daß die geſetzte Traur-Zeit an Mannes- und Weibes-Perſonen fleißig gehalten werde ꝛc.)

It. † *Superintendenti Annæbergenſi, die 16. Maji, 1614.* (*Verba Decreti*: Auf euern anhero 18
gethanen Bericht in Eheſachen Michael *G.* und Marien/ Hanſen *N.* Wittben/ derer Mann den *1. Octobr.* abgewichenen 1613. Jahres Todes verblichen/ begehren/ ꝛc. wir hiermit/ Ihr wollet die Perſonen dahin beſcheiden/ daß ſie Ausgangs der bevorſtehenden Pfingſten/ bey uns wiederum anhalten mögen/ ꝛc.)

Et † *eidem Menſ. & An. eodem* (*Verba Reſcripti*: Wir haben euern eingeſchickten Be- 19
richt in Eheſachen Chriſtoff. *S.* und Catharinen/ Chriſtoff H. Wittben/ derer Mann vor 27. Wochen verſtorben ſeyn ſol/ verleſen hören. Begehren derohalben/ ꝛc. Ihr wollet dieſe Perſonen dahin beſcheiden/ daß ſie nach *Johannis Baptiſtæ* nächſtkünfftig bey uns wiederum anſuchen/ und fernern Beſcheids gewarten mögen/ ꝛc.)

DEFINIT. CLX.

Vidui quoque à morte prioris uxoris tempore luctûs ſemeſtris à novo matrimonio abſtinere debent.

SUMMARIA.

1. *Nulla lege viri uxores lugere compelluntur, n. 3.*
2. *Seminis confuſio in viris non metuenda.*
4. *Abſtinere nihilominus debent vidui à ſecundis nuptiis intra ſemeſtre.*
5. *Quibus ex cauſis & fundamentis?*
6. *Honeſtas publica id ſuadet.*
7. *Viri ad nuptias ſecundas properantes apud viros graves notam levitatis incurrunt.*
8. *Certa extat lex prohibitiva in provinciis Electoratûs Saxonici.*
9. *Adducitur exemplum Abraham.*
10. *In Germaniâ & Galliâ mariti lugent uxores*
11. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 12.*
13. *Ejuſdem Decretum.*

1 FOeminis lugere honeſtum, viris meminiſſe, inquit Tacitus. Nec † enim ullâ lege viri uxores lugere compelluntur; quare iis ſtatim matrimonium contrahere licitum dixeris, † quia 2
nempe nulla ſeminis confuſio inde ſit me-

3 metuenda, Harmenopulus *lib. 4. tit. 7.* † Et viris certum lugendi tempus haut eſſe præfinitum, quia nullum honeſtum, ait Seneca *Epiſt. 63.* Sed licèt vidui expreſſâ aliquâ lege divinâ vel civili ad luctum fortè non ob-
4 ligentur, † attamen durante ſpatio ſemeſtri poſt obitum conjugis prioris eos à novo matrimonio abſtinere, æquum omninò eſt, Joh. Gerh. *in loco de conjug.* §. *200.* Paul. Cy-
5 præ. *de ſponſal. c. 13.* §. *96.* (1.) † Quamvis enim turbatio ſanguinis ſeminisque confuſio in viris ceſſet, alia tamen ratio prohibitionis, publica nempe honeſtas obſtat, quo minùs viduis mox aliam ducendi uxorem
6 detur facultas. Nec † enim maritali & ſincero amore vir eam videtur amplexus, cujus memoriam ſtatim à morte ipſis deponit nec absque publico ſcandalo in rogo prioris conjugis novæ maritales accendentur
7 faces. Fieri hinc † non poteſt, ad vota ſecunda mox properantes apud viros bonos & graves levitatis & incontinentiæ haud inſimulari, ut maximè de jure pœnam infamiæ non incurrant, Paul. Cypræ. *dict.* §.
8 *96.* (2.) † De quo ſanè minus dubium eſt in provinciis Electoratûs Saxonici propter claram prohibitionem *in Ordin. matrim. de anno 1624. punct. 5.* § Was endlich Wittber und Wittben anbelanget/ ſo anderweit zur Ehe ſchreiten wollen / erfahren wir/ daß etliche ihrer abgeſtorbenen Ehegatten allzu zeitlich vergeſſen / und mit Aergernüß wiederum zum Eheſtande eilen. *junct. verb.* So wollen wir / daß hinfüro ein Wittber zum wenigſten ein halbes Jahr die Trauerzeit halte/ und vor Ausgang deſſelben ſich wieder zu verehlichen/ oder Hochzeit anzuſtellen / nicht Macht haben ſol. (3.) † Et præeuntem habent vidui 9
Abrahamum, inter cujus nuptias ſecundas & mortem Saræ prioris conjugis intervallum aliquod temporis fuiſſe interjectum Moſaica deſcriptio oſtendit, Gerh. *citat.* §. *200.* † in Germaniâ quoque & Galliâ uxores 10
pariter viros, & contra maritos uxores elugere, veſtemque lugubrem aliaque inſignia h. e. faſciam & pullas veſtes annum vel ſupra geſtare, teſtatur Paul. Cypræ. *dict.* §. *96. in fin.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Biſchoffswerdenſi, die 17. April. Anno 1612.* 11
(Verba Reſcripti: Wir haben aus eurem eingeſchickten Bericht vernommen / daß Johann *W.* Bürger und Leinweber bey euch nach Abſterben ſeines Weibes/ ehe 7. oder 8. Wochen recht vorüber/ihme eine andere gefreyet/derowegen ihr euch der Strafe halber zu unterrichten gebeten; Hierauf iſt an ſtatt Seiner Churfl. Gnaden unſer Begehren/wann gedachter *W.* bis Ausgangs eines halben Jahres mit dem Aufgeboth und ehelichen Trauung nicht warten wil / ihr wollet ihn anhero weiſen / etc.)

Ita † *Superintendenti & Senatui Dresdenſi, die 11. Maji Anno 1612. (Verba Reſcripti:* Wel- 12
cher maſſen uns Gottſchalck *S.* allhier wegen ſeiner angeſtellten Hochzeit um *diſpenſation ſupplicando* angelanget / ſolches habt ihr inliegende zu vernehmen. Wann wir dann aus dem Kirchenbuch befunden / daß *Supplicant*en Weib nur am dritten Sonntage des Advents verrückten 1611. Jahres begraben worden/ und alſo an der beſtimmten Trauerzeit noch 5. Wochen zu erfüllen geweſen. So hätten wir wol Urſach / ihn derentwegen / und daß er ſolches euch dem Superintendenten verſchwiegen / auch bis die Hochzeitgäſte allbereit eingeladen worden / bey uns nicht geſucht / andern zum Abſcheu in ernſte Strafe zu nehmen / oder bis nach verfloſſener Trauerzeit abweiſen zu laſſen. Dieweil er aber ſolcher Geſtalt an Verfertigung der Herrſchafft Arbeit verhindert/auch in groſſen Schimpff und Schaden geſetzet würde; Als begehren wir hiermit/ Ihr wollet ihm dißfals ſcharffe Verweiſung thun/und gegen Erlegung 10. gantzer Rthlr. halb in das Ober-*Conſiſtorium*, die andere Helffte den Vorſtehern der Sophien-Kirchen/ ihr der Superintendens ſeiner *copulation* halber die Gebühr anordnen / auch hinfüro daran ſeyn / daß die geſatzte Trauerzeit von Mannes- und Weibes-Perſonen fleißig gehalten werde / etc.)

Et † *in causâ* Marien / *Georgii F.* Tochter / Klägerin an einem/ Martin *R.* Beklag- 13
ten anders Theils/ *die 16. Nov. An. 1610. (Verba Decreti:* So iſt er doch vor den zugezogenen Schimpff und verurſachte Unkoſten/ſeiner Bewilligung nach / Klägerin von dato innerhalb Monatfriſt 6. Thaler zu entrichten ſchuldig/und wird hierüber/ daß er ſobald nach ſeines vorigen Weibes Tode an unterſchiedlichen Orten freyenshalben ſich eingelaſſen / von der weltlichen Obrigkeit mit willkührlicher Gefängnüß-Strafe andern zum Abſcheu billig belegt/ V. R. W.)

DEFI-

DEFINIT. CLXI.

Subſiſtunt quidem ſponſalia tempore luctûs contracta, ſed conſummatio matrimonii per nuptias ſuſpendi debet.

SUMMARIA.

1. *Duplex cauſa probibitionis, ne tempore luctûs ſecundæ contrahantur nuptiæ.*
2. *Utraque ſat firma, ſed una duntaxat viros obligat.*
3. *Durante luctu, honeſtè haut contrahuntur ſponſalia.*
4. *Quia publica obſtat honeſtas.*
5. *Manibusque defuncti conjugis injuria infertur.*
6. *Non connivendum ejusmodi levitati.*
7. *Verba Arniſæi de hac levitate.*
8. *Contractis licet ſponſalibus, copula tamen ſacerdotalis differri debet.*
9. *Quam ad rem allegantur verba Sanctionis Electoralis.*
10. *Levitas novorum conjugum ſupprimenda.*
11. *Reſcriptum Electorale.*
12. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

Duabus potiſſimùm de cauſis tempore luctûs nuptiæ ſecundæ prohi-
1 bentur: Ne † ſcilicet ſanguinis fiat confuſio, *l. liberorum. ff. de his qui notant. infam.* Et quia affectio erga defunctum conjugem absque inſigni ſcandalo properationem non admittit, Henning. Arniſ. *de jure connub. cap. 5. ſect. 4. n. 8.* u-
2 traque † ſat firma; Sed prior viduas ſolummodò concernit, poſteriori verò mariti conſtringuntur, ne ad vota ſecunda nimi-um properent, *Defin. præced.* Facile hinc ju-
3 dicare licet, † nec ſola ſponſalia durante luctu honeſtè contrahi; Ut maximè enim in viduâ ex nudis ſponſalibus turbatio ſanguinis & ſeminis confuſio metuenda haut ſit,
4 ſemper † tamen publica obſtat honeſtas, quæ ſponſalia differri ſuadet. Rarò ſiquidem abeſt ejusmodi feſtinatio à ſuſpicione ſtupri aut veneficii, & ingratus eſt conjunx, memoriam & familiam defuncti tàm te-
5 mere obliterat, † imò injuriam manibus ejus infert. Joh. Goraſ. *lib. 3. miſcellan. cap. 1. n. 15.* animamque in ſepulchro contriſtat,
6 *Novell. 22.* † Nec connivendum huic levitati, quam ſi confirmaverimus, unaquæque mulier, *inquit Henn. Arniſ.* paciſcetur nuptias novas, antequam paret tumulum marito, aut iisdem oculis, quibus defleet tumulandum, alliciet in thalamum noviter ſuccenturiandum; quod † an honeſtè fiat, vel 7
ſine probro, nolim aliunde æſtimare, niſi ex publicâ famâ, & quæ vulgò circumferuntur in id genus præcoces nuptias dicteriis, *dict. c. 5. ſect. 4. in fin.* Abſtineant itaque vidui viduæque à novis ſponſalibus, tempore luctûs adhuc durante, ne ſiniſtram incurrant ſuſpicionem.

† Contracta nihilominus ſubſiſtunt 8
ſponſalia, ſed effectus conſummationis per nuptias differri debet usque poſt luctum, ne ſcandalum ſcandalo addatur, vel quod adhuc latet, omnibus manifeſtetur. † Quo 9
& reſpexiſſe videtur Sereniſſ. Saxon. Elect. *in Ordin matr. de Anno 1614. punct. 5. §. ult. in verb.* Und vor Ausgang des Trauerjahrs ſich wieder zu verehelichen oder Hochzeit anzuſtellen nicht Macht haben ſol. Prohibitum nempe imprimis voluit Saxo Sereniſſ. ultimum matrimonii actum, nempe copulam & benedictionem ſacerdotalem, ex quo † facili negotio colligere 10
licet, ſponſalibus contractis ad nuptias haut deveniendum eſſe, priusquam tempus luctûs effluxerit, quo levitas novorum conjugum, quantum fieri poteſt, ſupprimatur, nec illorum exemplo alii inficiantur, Ariſt. 2. *Ethicor.* Jodoc. Damhouder. *in prax. rer. crim. in proœm. n. 5. & 6.*

Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Superattendenti Pegavienſi, die 10. Febr. An. 1623. (Verba Reſcripti: Wir haben euern begehrten unterthänigſten Bericht wegen Joh. 11
D. vorhabender anderweit Verehlichung / ſo wol ſein unterthänigſtes *ſuppliciren* / verleſen hören. Wann wir dann befinden / daß ohne öffentliches Aergerniß die Trauung bey noch währender ſeiner Trauerzeit ſo bald nicht verſtattet werden könte; So mag zwar die *proclamation* bey geſtalten Sachen ihren Fortgang haben; Begehren aber hiermit gnädigſt / ihr wollet mit der *copulation* biß nach den Oſter-Feyertagen inne halten / und obgedachten Johann D. dahin beſcheiden; Hieran geſchicht unſere gefällige Meynung / ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Oſſitienſi & Præfecto Borlenſi, die 15. Jul. An.* 12
1625. (Verba Reſcripti: Wir haben euern des Superintendenten eingeſchickten Bericht/wegen eines von Hanſen G. einem Witber zu Börlen zeitlich gehaltenen Verlöbniß / und noch dazu vor der *copulation* erfolgten verdächtigen Beyſammenwohnung/verleſen hören / und ihr der Gerichtsverwalter habt ſolchen hierbey zu befinden. Begehren hierauf / ꝛc. Ihr der Superintendens wollet ihnen Inhalt der Ehe-Ordnung vor Verflieſſung des halben Jahrs einander zu ehelichen ohne vorgehende unſere *diſpenſation* nicht verſtatten / ihr der Verwalter aber ſie immittelſt von der verdächtigen Beyſammenwohnung bey ernſter Strafe abhalten/ ꝛc.)

Definit. CLXII.

Ex diſpenſatione ſpeciali nuptiæ intra tempus etiam luctûs celebrantur: quæ diſpenſatio à ſolo Electore vel Conſiſtorio Supremo impetranda.

SUMMARIA.

1. *Severa eſt ſanctio juris civilis de viduâ intra annum luctus nubente.*
2. *In foro Saxonico vidua luxurioſè vivens bona ſibi debita non perdit.*
3. *Ergo nec intra annum luctus nubens.*
4. *Sanctio juris civilis in foro Saxonico eſt abrogata.*
5. *Stat nihilominus ipſa prohibitio de nubendo intra annum luctus.*
6. *Ex quâ transgreſſores arbitrariè puniuntur.*
7. *Diſpenſare poteſt Magiſtratus ſuper hac prohibitione.*
8. *Juri municipali Princeps poteſt derogare.*
9. *Diſpenſatio hæc Sereniſſimo Electori expreſſè eſt reſervata.*
10. *Quam inferiora Conſiſtoria ſibi arrogare non valent. n. 12.*
11. *Quia eſt de reſervatis Sereniſſimi Electoris.*
13. *Reſcripta Electoralia. n. 14.*
15. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 16.*

1 SEvera nimis eſt ſanctio Impp. quâ vidua intra annum luctûs nubens non modò infamiâ notatur, ſed & omnium hereditatum, legatorum, fideicommiſſorum & mortis causâ donationum eſt expers, *l. 1. C. de ſecund. nupt.* quare jus Sa-
2 xon. ab eâ receſſit, † adeò ut nec luxurioſè vivens intra annum luctûs vidua perdat bona titulo hereditatis, legati vel donationis ſibi delata, prout verba habent manifeſta juris Saxon. *in art. 5. lib. 1.* Landr. Ein Weib mag mit Unkeuſchheit ihres Leibes ihre weibliche Ehre kräncken / ihr Recht verleuſt ſie damit nicht / noch ihr Erbe. Andr. Goldb. *in tract. de gerad. c. 9. num. 7.* Joach. à Beuſt. *in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 959 poſt med. verſ. poteſt etiam quæri.* Matth. Berlich. *part. 4. concluſ. 31. n. 23.* Autor Conſult. Conſtit. Saxon. *tom. 1. part. 4. quæſt. 12. numer. 3. & ſeqq. & tom. 2. part. 4.*
3 *quæſt.* 42. Ex † quo facilè colligendum, viduam intra annum luctûs nubentem bonis hereditariis haut privandam eſſe, ne melioris ſit conditionis vidua luxurioſè vivens,
quam alteri nubens. † Ut hinc *dict. l. 1. &* 4
tot. tit. C. de ſecund. nupt. in foro Saxon. abrogatam eſſe dubium haut ſit, Chriſtoph. Zobel. *in addit. ad Gloſſ. latin.* Landr. *lib. 3. art. 45. & l. 1. art. 45.* Matth Coler. *part. 1. deciſ. 64.* Joh. Schneidwin. *in tit. Inſt. de nupt. ſub Rubr. de divort. n. 33.*

Manet nihilominus prohibitio, † quâ 5
etiam in foro Saxonico non modò vidua, ſed & viduus intra tempus luctûs à votis ſecundis abſtinere obſtringuntur, *ſuprà Def.*
159. & 160. in tantum, ut † transgreſſores du- 6
rante luctu ad nuptias ſecundas properantes faciant ſe reos coërcitionis arbitrariæ, ut diximus *in Pract. crimin. part. 2. quæſt. 65. n. 81.* Sed metuendum id non habent, ſi diſpenſationem ſpecialẽ impetraverint. † Nec enim quisquã inficias ibit, Magiſtratui hoc caſu diſpenſare permiſſum eſſe, cum nulla in ſacris reperiatur ſanctio prohibitiva, ſed jure ea nititur civili ac municipali, † cui derogare Principi fas eſt. Andr. Knichen *in tract. de jure territ. c. 1. num. 179.* Theodor. Reinking.

king. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 5. cap. 6. num. 9.* Joh. Dauth. *de teſtam. n. 36.*
9 *& 86. verſ. tùm quod Princeps.* † Quà de re verbis loquitur expreſſis *Ordinat. matrim. Elector. Saxon. de anno 1624. punct. 5. in fin.* Und vor Ausgang des Trauer-Jahrs ſich wieder zu verehelichen oder Hochzeit anzuſtellen nicht Macht haben ſol / es geſchähe dann mit unſrer ſonderbaren *Diſpenſation, &c.*

10 † A ſolo tamen Sereniſſimo Electore vel Conſiſtorio Supremo, quod vice Suæ Serenitatis fungitur, diſpenſatio eſt impetranda, non etiam à Conſiſtoriis inferioribus, *tùm* quia caſus † diſpenſationis eſt de 11
Reſervatis Principum, quæ inferioribus haut ſunt conceſſa, Carol. Molin. *in conſuet. Pariſienſ. tit. 1. §. 3. gloſſ. 4. numer. 16.* Didac. Covarr. *pract. quæſt. cap. 4. num. 1.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 4. cap. 19. n. 126.* † *tùm* quòd 12
Suæ Celſitudini hanc poteſtatem Sereniſſimus Saxo reſervaverit, *dict. Ordin. matr. verb.* Es geſchähe denn mit unſrer ſonderbaren *Diſpenſation* und eigener gnädigſter Verwilligung.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wittebergenſi, die 10. Febr. Anno 1623.* (*Verba* 13
Reſcripti: Uns iſt zugeſchicket worden/was ihr wegen Joh. D. zu T. *Proclamation* und *Copulation* an den Superintendenten daſelbſt *ſub dato* den 15. *Jan.* vor einen Befehlich abgehen laſſen/ ꝛc. Begehren hiermit gnädigſt / wann ins künfftige um *Diſpenſation* bey noch währendem Trauer-Jahre Hochzeit zu machen angeſuchet wird / Ihr wollet die Partheyen an unſer Ober-*Conſiſtorium remitti*ren/ und ohne unſern Befehlich keine *Diſpenſation* iemanden widerfahren laſſen; Daran vollbringet ihr unſere gefällige Meynung/ꝛc.)

Et † *Superintendenti* in Pommern/ *die 18. Jan. An. 1627.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben 14
euern eingeſchickten Bericht wegen derer / welche zu verbotener und noch währender Trauer-Zeit in anderweit Verehelichung ſich einlaſſen/ verleſen hören. Wann wir uns dann ohne Mittel zu verbotener und währender Trauer-Zeit zu *diſpenſi*ren vorbehalten; Als begehren wir hiermit gnädigſt / ihr wollet auf alle begebende Fälle der *Diſpenſation* halber die Perſonen an uns weiſen; Darnach ihr euch zu achten/ und vollbringet hieran unſere gefällige Meynung/ꝛc.)

Nec non † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Pirnenſi, die 13. Sept. An. 1615.* (*Verba* 15
Reſcripti: Auf inliegendes Matthes K. deſſen Eheweib ungefehr vor 14. Wochen geſtorben ſeyn ſol/ wegen ſeiner anderweit vorhabenden Verehlichung beſchehenes Suppliciren/begehren an ſtatt Seiner Churfl. Gn. wir hiermit/wofern ſonſten keine Verhinderung vorhanden / ihr wollet gegen Erſtattung fünff Thaler gewöhnlicher *Diſpenſation*-Gebühr ins Ober-*Conſiſtorium* auf vorgehende *Proclamation* den Sonntag nach Michaelis damit anzufangen / die Copulation anordnen/ꝛc.)

Et † *eidem, die 28. Jan. 1618.* (*Verba Reſcripti:* Welcher Geſtalt uns Philipp Ernſt 16
A. deſſen Eheweib den 21. Sept. des nächſtabgelauffenen 1617. Jahres verſtorben ſeyn ſol/damit er auf nächſtkommenden Sonntag *Eſto mihi copuli*ret werden möge/ *ſupplicando* angelanget/ſolches habt ihr inliegende zu befinden. Hierauf iſt/ꝛc. unſer Begehren/ihr wollet Supplicanten beſcheiden/daß er ſeine Trauer-Zeit aushalte / in Verweigerung und wofern ſonſten keine Hinderniß vorhanden/ihn fünff Thlr. *Diſpenſation*-Gebühr entrichten laſſen / ſolches anhero ins Ober-*Conſiſtorium* überſenden / und alsdann mit ſeiner *Proclamation* und *Copulation* verfahren laſſen/ꝛc.)

DEFINIT. CLXIII.

Non facilè nec ſine causâ diſpenſandum circa prohibitionem nuptiarum tempore luctûs, ſi præſertim paucæ effluxerint ſeptimanæ ab ultimo conjugis defuncti die.

SUMMARIA.

1. *Poteſtas diſpenſandi ad certam cauſam non eſt reſtringenda.*
2. *Principis placitum pro lege habetur.*
3. *Non licet ſine causâ diſpenſare. n. 16.*
4. *Qui habet ſupremam poteſtatem, obſervare debet ſupremam honeſtatem.*
5. *Abſque causâ Princeps non recedit à jure communi.*
6. *Princeps eſt lex animata.*
7. *Jurisque cuſtos.*
8. *Quare præſumitur jure potiùs uti, quam plenitudine poteſtatis.*

9. *Quatenus & quando Principis placitum pro lege habeatur?* n. 10.
11. *Non valet Principis voluntas pro lege.*
12. *Nec poteſt Princeps pro lubitu contra jus diſpenſare.*
13. *Rejicitur plenitudo poteſtatis, ubi deficit cauſa,* n. 14. 15.
17. *Non diſpenſandum, ſi multum adhuc reſtet temporis luctuoſi.*
18. *Scandalum vitari debet.*
19. *Impetrantes diſpenſationem ſolvere tenentur mulctam pecuniariam.*
20. *Et quâ ex causâ?*
21. *Reſcripta Electoralia.* n. 22.
23. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta.* n. 24. 25.

1 NOn adſtringendam fore Principis ac Magiſtratûs poteſtatem in caſu diſpenſationis nuptiarum tempore luctûs prohibitarum ad certam aliquam cauſam, ſed liberrimo ejus arbitrio jus diſpenſandi relinquendum dixeris for-
2 ſan propterea, † quod Principis placitum ſit inſtar legis, ejusque habeat vigorem, §. *ſed & quod Principi.* ubi Dd. *Inſt. de jur. nat. gent. & civil.* Herman. Kirchner. *de legato lib. 2. cap. 2. n. 130.* Sed graviter peccant auribus Principis hoc inſuſurrantes, certò
3 perſvaſi, † nec licitum, nec Principis autoritate dignum eſſe, ſine ratione & causâ diſpenſare: Ex quo enim, qui ſupremam te-
4 nent poteſtatem, † obſervare debent ſummam honeſtatem & æquitatem, ut ex Baldo ſcribit Cardin. Tuſch. *lit. P. concluſ. 669. numer. 16. verb. Princeps,* non certè præſumuntur uſpiam à jure communi recedere
5 velle, † niſi magna ſubſit cauſa, Neviz. *in ſylv. nupt. lib. 6. num. 57.* Alex. *conſil. 2. num. 6.* & ratio vel utilitas publica id flagitet, Caſtr. *ad l. 3.* & ibi Johann. Dauth. *C. de teſtam.* Don. Garſ. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.*
6 *3. cap. 4. n. 44.* Eſtque † Princeps lex animata, *Novell. 105. cap. 2. in fin.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 42. num. 3.* legum ſervus, *l. digna vox. C. de legib.* ac veri germanique juris viva effigies, Zaſ. *lib. 2. conſil. 10. num.*
7 15. † juris cuſtos, *l. ult. de legib.* ac fons juſtitiæ, *Clem. un. de probat.* Gloſſ. *in l. relegati. verb. ex aliquâ. ff. de pœn.* Gail. *lib. 2. obſer-*
8 *vat. 58.* & ibi Bernh. Græv. † Quare præſumitur jure communi potiùs, quàm plenitudine poteſtatis uti, *l. 43. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. l. 35. C. de inoff. teſtam. l. 4. C. de legib.* Bald. *in l. benè à Zenone. C. de quadr. præſcript.* Ludolph. Schrader. *vol. 1. conſil. 19. num. 46.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5. n. 47.*

Nec quodvis indifferenter placitum
9 Principis pro lege habetur, † ſed id ſolummodò, quod honeſtâ ac legitimâ nititur ratione. Sicut enim non quævis vox judicis eſt ſententia, *l. ex ſtipulatione. C. de ſent. interlocut. omn. judic.* Aldobrand. *in dict. §. ſed & quod Principi. Inſt. de jur. nat. gent. & civil.* ita † non omne, ſed illud demum, 10
quod ex juſtâ & probabili causâ legis condendæ animo Principis placuerit, legis vigorem habebit, Vasq. *illuſtr. controverſ. cap. 2. n. 2.* & notabiliter ſcribit Wilhelm. Ferdin. ab Effern. † illam politicorum tradi- 11
tionem, voluntatem Principis pro lege valere, falſiſſimam eſſe, ſolis Tyrannis uſitatam, indignam Chriſtianis Principibus, qui voluntatis ſuæ terminos habent mandata Dei & juſtitiæ, *in manual. polit. lib. 3. punct. 9. p. 453.* Quin & inſanientium † potius, 12
quàm Jurisprudentium loquelam eſſe, qui aſſerunt, Principem pro lubitu contra jus omne diſpenſare, & quadrata rotundis mutare poſſe, ex Valaſc. dicit Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 5. n. 5.* Dauth. *de teſtam. in explicat. l. ex imperfecto. C. de teſtam. n. 1. in addit.* Frideric. Pruckm. *in §. ſoluta poteſtas. c. 3. n. 3. &*
4. † Non itaque annuendum plenitudini 13
poteſtatis, quæ nullâ nititur causâ & ratione, ſiquidem verè loquendo Tyrannis & plenitudo tempeſtatis rectiùs appellatur, quàm poteſtatis, Beſold. *de appellat. c. 1. v. 35.* nec non diſputationis flagitium, Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 4. c. 16.* quare & à JCtis † pro genuinâ poteſtatis 14
ſpecie non agnoſcitur, Carol. Tapia *ad l. ult. ff. de Conſt. Princip. c. 1. n. 77.* Georg. Enenkel. Baro *de privileg. lib. 3. c. 5.* Nicol. Betſ *de pact. fam. illuſtr. cap. 8. pag. 411.* Petr. Syring. *de pace religioſ. th. 17. lit. e.* Everhard. à Middelb. *loc. legal. 129. tit de plenit poteſt.* † Ea- 15
que plenitudinis jura an ab homine, an verò à diabolo ſint prolata, † dubitat Waremund. ab Ehrenberg. *de ſubſid. Regni. cap. 15. n. 16.* Et ſi qui ſunt, qui cortrarium ſentiant, ii magis mihi Placentiam tendere videntur, quàm Veronam, inquit Parlador. *2. rer. quotid. cap. ult. p. 1. §. 7. n. 10.*

† Cauſam itaque ſi non animadvertat 16
Princeps, temperet ſibi potiùs in diſpenſando, quàm ut levitati viduorum luctûs tempore ad vota ſecunda convolantium indulgeat. Idque tantò magis, † ſi paucas ſal- 17
tem ante ſeptimanas conjunx obierit. Fieri namque vix poteſt, ut non ingens per diſpenſationem præbeatur ſcandalum, † quod 18
maxi-

maximè evitari debet, Aym. Cravett. *conſil. 264. n. 7. & conſil. 294. n. 8.* Dec. *in l. ult. n. 6. C. de edicto divi Hadr. tollend.* Jacob. Menoch. *remed. 1. de recuper. poſſeſſ. n. 319. & ſeqq.*

19 Plane hanc ipſam ob cauſam obtinuit,† ut petentes diſpenſationem mulctam aliquam pecuniariam ſolvere teneantur, quò
tantò difficiliùs † pro venia impetranda 20
Principem compellent. Quin & æquum eſt levitatis ſuæ aliquam luere pœnam eos, qui affectibus carnalibus reſiſtere nolunt, quos propterea jus civile infamiâ notavit, *l. 2. C. de ſecund. nupt.* Henning. Arniſ. *de jur. connub. cap. 5. ſect. 4. n. 1.*

Ita † *Sereniſſ. Sax. Elect. Superattendenti Libenwerdenſi, die* 1. *Oct. A.* 1630. *(Verba Reſcripti:* 21
Uns iſt euer unterthänigſter Bericht wegen etl. Soldaten/ ſo Witber und ihre Trauerzeit noch nicht ausgeſtanden / derowegen um *diſpenſation* ihnen andere trauen zu laſſen/unterthänigſt angehalten/gebührlichē vorgetragē worden. Begehren darauf hiermit gnädigſt / Ihr wollet uns jedwedern *caſum in ſpecie*, die von ihnen angeführte Urſachen/dabey der Witben Zuſtand im Leben uñ Wandel/wie auch ihr Alter und Vermögen / ſo wol wie lange der vorige Mann todt geweſen/ zu unſerer Verordnung förderlichſt zu erkennen geben/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorio Wittebergenſi, die* 10. *Febr. An.* 1623. *(Verba Reſcripti*: Uns iſt zugeſchicket 22
worden/was ihr wegen Joh. D. zu T. *proclamation* und *copulation* an den Superintendenten daſelbſt/ *ſub dato* 15. *Jan.* für Befehlich abgehen laſſen. Nun können wir nicht ſehen / weil ſein Weib nur 13. Wochen todt geweſen / wie ohne Nachtheil der allgemeinen öffentlichen Erbarkeit und ohne Aergerniß der Kirchen zu T. die *diſpenſation* ſtatt haben könne. Dahero wir dem Superintendenten / wie ihr in der Inlage zu befinden/gnädigſt befohlen / mit der *copulation* in Ruhe zu ſtehen/ ꝛc.)

Nec non † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi, die* 10. *Jun. A.* 1607. *(Ver-* 23
ba Reſcripti: Wir haben euer Schreiben/Martin L. zu K. welcher Marien/Peter S. Witbe/derer Mann vor 28. Wochen mit Tode abgangen/zu ehelichen in Willens/und daß ihme ſolches nachgelaſſen werden möchte/belangende / verleſen hören. Und können um angezogener Urſachen willen geſchehen laſſen/daß gegen Entrichtung 5. Thlr. *diſpenſation*-Gebühr nach Verflieſſung einer Monatsfriſt ihnen beyderſeits die *proclamation* 3. Sonntage nacheinander / und folgends darauf die *copulation* widerfahren möge/inmaſſen ihr dißfalls gebührliche Anordnung zu thun / und angedeutete 5. Thlr. förderlichſt anhero zu überſenden wiſſen werdet; Wolten wir euch nicht bergen/ etc.)

It. † *Superintendenti Pirnenſi, die* 11. *Febr. A.* 1614. *(Verba Reſcripti:* Wir haben euern ein- 24
geſchickten Bericht in Eheſachen Jonas B. zu N. und Juſtinen/Martin F. Witben daſelbſt verleſen hören. Wofern es nun an dem / daß euerm Anziehen nach gemeldte Wittib wegen ihres verſtorbenen Ehemannes kaum noch ein Viertel-Jahr zu trauren/ſonſten auch keine andere Verhinderung vorhanden; Als begehren auf ſolchen Fall/ etc. wir hiermit / Ihr wollet gedachten Perſonen auf vorhergehende gewöhnliche *proclamationes* aus angezogenen Urſachen gegen Entrichtung 5. Thlr. *diſpenſation*-Gebühr ins Ober-*Conſiſtorium* die *copulation* vor bevorſtehender Faſtnacht widerfahren laſſen/etc.)

Et † *Superintendenti Chemnicenſi, die* 9. *Jun. An.* 1613. *(Verba Reſcripti:* Wir haben eu- 25
ern anhero gethanen Bericht in Eheſachen Hanſen T. von G. und Georg T. Witben/derer Ehemann den 15. Nov. abgewichenen 1612. Jahres mit Tode abgangen/verleſen hören. Begehren derhalben / etc. wofern ermeldte Witbe nicht ſchwangers Leibes / ſonſten auch der nahen Verwandniß halber keine Verhinderung vorhanden iſt / Ihr wollet aus angezogenen Urſachen von dato in Monats Friſt der *proclamation* und darauf der *copulation* halber gebührliche Anordnung thun/ zuvor aber zu Verhütung künfftiger Nachfolge 5. Thlr. *diſpenſation*-Gebühr von ihnen einbringen / und anhero ins Ober-*Conſiſtorium* überſenden / etc.)

DEFINIT. CLXIV.

Sufficiens ac juſta diſpenſationis habetur cauſa ad matrimonium ſecundum tempore luctûs conſummandum, ſi prior maritus ante obitum lecto decumbens longè ægrotaverit, vel debitum conjugale non præſtiterit.

S U M M A R I A.

1. *Levitas viduarum in nubendo quandoque magna.*
2. *Earumq; animi flexibiles.*
3. *Certum ideoque tempus lugendi priores maritos iis præfinitum.*
4. *Quod tamen per diſpenſationem mutari poteſt.*
5. *Cauſa diſpenſationis quænam juſta, Magiſtratui committendum.*
6. *Juſta eſt cauſa morbus diuturnus vel abſtinentia defuncti mariti à debito conjugali.*
7. *Rationes & fundamenta hujus aſſertionis. n. 9. 11. 12.*
8. *Ceſſante causâ prohibitionis ipſa ceſſat prohibitio.*
10. *Afflicto non eſt addenda afflictio.*
13. *Reſcriptum Electorale.*
14. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 *Quam mihi ex mulierculis dabis*, inquit Seneca, *vix retractis à rogo, vix à cadavere revulſis, cui lachrymæ in totum duraverint menſem*, *Ep. 63.* Mobiles ſcilicet ſunt & quamcunque in
2 partem flexibiles animi mulierum; † ut hinc difficile iis ſæpè ſit defunctum maritum lugere, quamvis minùs honeſtè, nec pudicè. Quare levitate huic jura occurrere volue-
3 runt, † certum lugendi tempus ſub pœnâ infamiæ definiendo, *l. 2. & tot. tit. C. de ſecund. nupt.* quæ licet hodie in foro Saxonico ceſſaverit, ipſa tamen remanſit prohibitio,
4 *ſupr. Defin. 162. n. 4. & 5.* † quâ etiamnum animi viduarum flexibiles conſtringuntur, niſi diſpenſationem intra luctûs annum nubendi juſtâ ex cauſâ impetraverint.

5 Sufficiens autem † ac juſta quænam ſit cauſa diſpenſationis, decidere noſtrum non eſt, ſed relinquendum id arbitrio Sereniſſimi Electoris ac Conſiſtorii Supremi. Hoc tamen certum, quòd venia nubendi luctu
6 durante tutò concedatur viduæ, † ſi maritus ante obitum per longum tempus ægrotaverit ac lecto decubuerit, vel etiam conju-
7 gale debitum præſtare haut potuerit. (1.) † Nec enim ſanguinis turbatio vel ſeminis confuſio metuenda, quando cauſa deficit conceptionis; ſi præſertim vidua probaverit eam, vel ſaltem juramento obtinuerit, ut heîc meritò locum habeat regula vulgata, † quòd ceſſante prohibitionis causâ, quæ 8
potiſſimum in ſanguinis confuſione conſiſtit, ipſa quoq; ceſſet prohibitio, *c. cum ceſſante. 60. extr. de appellat. l. generaliter. 52. §. 1. C. de Epiſc. & cleric. l. cum pater. 77. §. dulciſſimis. 30. ff. de legat. 2.* Barboſa *in axiom. jur. uſu freq. axiom. cauſa. 40. n. 4.* (2.) † Cumque vi- 9
vente adhuc primo marito, morbo ejus diuturno & abſtinentiâ à debito conjugali vidua haut parùm fuerit afflicta, ſolamen, quod à novo marito expectat, ipſi nequaquam invidendum, quin potiùs promovendum erit feſtinatione nuptiarum, quia † 10
afflicto non eſt addenda ulterior afflictio, *l. divus. 14. ff. de offic. præſid. l. antep. C. de pœn. l. navis onuſta. 4. §. quid ergò. ff. ad Leg. Rhod. de jactu.* (3.) † Nec tanta eſt levitas viduæ, 11
quæ morbo prioris mariti curaque diuturnâ fatigata levamen quærit ex amore novi conjugis, ac ejus quæ ſubitaneâ morte mariti contriſtata in novum amorem feſtinanter proruit, quare nec tantùm hoc caſu ſcandalum exiſtit, nec tàm graviter contra honeſtatem publicam peccatur, † ex quo etiam 12
altera prohibitionis cauſa corruit, non modò ſiquidem ob confuſionem ſanguinis, ſed etiam propter honeſtatem publicam à nuptiis ſecundis intra annum luctûs abſtinendum diximus *ſuprà Defin. 159. & 160.* Henn. Arniſ. *de jur. connub. cap. 5. ſect. 9. num. 8.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Capitaneo & Paſtori in Königſtein/ *die 29. Aug. A. 1610.* 13
(Verba Reſcripti: Wir haben deinen des Hauptmanns Bericht in Eheſachen Annen/ *Broſii K.* Witben an einem/ Peter S. Soldaten bey euch anders Theils verleſen hören/ und ihr der Pfarrer habt daraus und andern Beylagen zu vernehmen/ was maſſen uns gedachte Witbe um *diſpenſation* wegen der Trauer-Zeit demüthig angelanget. Wofern ſie nun ihrem Erbieten nach endlich erhalten würde/ daß ſie nunmehr wol in einem halben Jahr von ihrem verſtorbenen Ehemann fleiſchlichen nicht berühret noch geſchwängert; So können wir bey geſtalten Sachen geſchehen laſſen/ daß ihr der Pfarrer auf vorgehendes gewöhnliches Aufgeboth die geſuchte *copulation* gebührlichen verrichten möget; Wolten wir euch nicht bergen/ und geſchicht daran unſere Meynung/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi, die 13. Jan. A. 1613.* (*Verba Reſcri-* 14
pti: Wir haben euern Bericht in Eheſachen Martin H. zu K. und Reginen
Martin W. Witben daſelbſt verleſen hören. Wofern es nun an deme / daß
gemeldter Witben Ehemann in ſolchem Alter und langwieriger Schwachheit
vor ein und dreyßig Wochen geſtorben / ſonſten auch keine andere Verhinde-
rung vorhanden; Als begehren an ſtatt höchſtgedachter Seiner Churfl. Gna-
den wir hiermit/Jhr wollet gegen Entrichtung 5. Thaler gewöhnlicher *diſpen-
ſation*-Gebühr auf künfftige Faſtnacht / wann die gewöhnlichen *proclamationes*
drey Sonntage nach einander vorher ergangen/dieſen verlobten Perſonen die
copulation widerfahren laſſen / ꝛc.)

Definit. CLXV.

Diſſolutô per divortium matrimoniô luctus quidem tempus haut obſervari debet; ad vota tamen ſecunda nimis properandum non eſt.

SUMMARIA.

1. *Diſſolutô per divortium matrimoniô, innocenti datur facultas ſecundum inire conjugium.*
2. *Etiam ex ſententia B. Lutheri.*
3. *At num intra annum luctus?*
4. *Non dari poteſt locus hoc caſu luctûs tempori*
5. *Quia nullus ſubeſt luctus. n. 6.*
7. *A nimiâ tamen feſtinatione ad nuptias ſecundas abſtinendum.*
8. *Quâ ex cauſa?*
9. *Obſtat etiam feſtinationi præſumtio levitatis & libidinis.*
10. *Explicatio* l. divus ff. de divort.
11. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 SÆpiùs accidit, ut diſſoluto per divor-
tium matrimonio, veluti ob adulteri-
um aliamvè juſtam cauſam, innocenti
detur facultas aliud ineundi matrimo-
nium, quod jure fieri probatur ex *l. conſen-
ſu. 8. §. virum. & § fin. verò C. de repud.* Neviz.
1. ſylv. nupt. n. 106. & ſeqq. Beza *de divort. fol.
178.* Joach. à Beuſt. *de matrim. part. 2. cap.* 24.
Joh. Schneidwin. *in tit. Inſt. de nupt. ſub rubr.
de divort. n. 35. & ſeqq.* Henn. Arniſ. *de jure
2 connub. cap. 6. ſect. 2.* † quibus & adſentitur
B. Lutherus hiſce verbis: Jch kan und mag
nicht wehren / wo ein Gemahl die Ehe
bricht / und kan beweiſet werden öffentl.
daß das andere Theil frey ſey und ſich
ſcheiden möge/und mit einer andern ver-
ehelichen/*tom. 5. Jenenſ. German. lib. de cauſ.
matrim. part. 2. pag. 255.*

3 Sed † annùm hoc caſu differendum erit
matrimonium, usque dum annus effluxe-
rit luctûs? Procul dubio ſanè vivi hominis
nullus eſt luctus, ſed mortuus tantummodò
4 lugere ſolemus, † ex quo nec locus dabi-
tur luctûs anno, ſi per divortium fuerit diſ-
ſolutum matrimonium: Nam ut Cicero de-
5 finit, † eſt luctûs ægritudo, ex ejus, qui charus
fuerit, acerbo interitu, Paul. Cypræ. *de ſpon-
ſalib. c. 13. §. 94. n. 2.* At quænam ægritudo e-
jus, qui conjugii diſſolutionem petiit?
Quænam affectio conjugis innocentis er-
ga nocentem quem odit? Nunquàm † certè 6
eveniet, ut hoc caſu intra luctûs annum
ſecundas contrahi nuptias aſſeri poſſit, quia
nec luctus præſumitur, minùs verè adeſt.

Nihilominus à nimiâ feſtinatione ad
vota ſecunda & † hoc caſu eſt abſtinendum: 7
quod quidem minus dubium habet in mu-
liere; ne ſcilicet de prole dubitandi detur
occaſio, ut loquuntur Impp. *in dict. l. conſen-
ſu. 8. §. hæc niſi. 4. in fin. C. de repud.* Ex quo ſi
dixeris, mulierem prægnantem poſt divor-
tium ſtatim à partu nubere poſſe, prægnan-
tem non poſſe, non malè, ſed juxta men-
tem Impp. id dixeris. † Attamen alia adhuc 8
ſubeſt ratio, nempe honeſtas publica & evi-
tatio ſcandali, quæ mulierem etiam haut
prægnantem, quin & virum poſt diſſolutum
matrimonium ad nuptias ſecundas prope-
rare prohibet, ne ſcil. libidinis causâ ma-
gis, quàm amore virtutis & dolore oppro-
brii divortium petiiſſe cenſeantur. † Nec 9
absque levitatis notâ fieri poteſt, ut mens
contriſtata proruat in alienum amorem.
Eoque ſpectat, quod Papinianus ſcribit *in
l. divus. 8. ff. de divort.* D. Adrianum eum,
qui alienam uxorem ex itinere domum
duxiſſet, & inde ejus uxori repudium mi-

10 ſiſſet, in triennium relegâſſe, † idque duabus de cauſis, ut autumat Paul. Cypræ. quòd ante repudium legitimè factum alterius uxorem domum duxiſſet, h. e. adulteraſſet, & quod intra legitimum tempus eam duxiſſet, quod non licet, *dict. cap. 13. §. 49. in fin.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Johannis* T. zu M. *die 24 Sept. An. 1616.* 11 *(Verba Sententiæ:* Hat ſich euere Schwägerin Sabina C. vor etlichen Jahren mit Abraham F. verehelichet/ mit ihme auch zwey Kinder gezeuget/ nachdeme aber derſelbige an ihr untreu worden/ auch andere Begünſtigungen verübet/ hat ſie um die Ehe-Scheidung beym Ehegerichte angehalten/und dieſelbe neulichſt zu Recht erhalten/dergeſtalt/daß ihr nachgelaſſen/ihrer Gelegenheit nach ſich mit einem andern zu verehelichen/ inmaſſen ſie dann daſſelbe zu thun Willens/ indeme ſich Andreas G. bey ihr angegeben und gefreyet. Wann nun gleich bemeldte eure Schwägerin von ihrem vorigen Manne nicht ſchwanger/ deſſen auch gewiſſe Nachrichtung vorhanden wäre; So möchte ihr dennoch ſo gar bald zur andern Ehe zu ſchreiten nicht verſtattet werden/ ſondern ſie würde nach beſchaffenen Umſtänden eine Zeitlang mit ihrem Vorhaben in Ruhe zu ſtehen/ billich angehalten/ V. R. W.)

Definit. CLXVI.

Non permittendæ ſunt nuptiæ ſecundæ, priusquam de obitu ſeu morte prioris conjugis conſtet, eaque duobus ad minimum teſtibus probetur.

SUMMARIA.

1. *Mulier alligata eſt legi, quamdiu maritus vivit.*
2. *Conjuge defunctô, ſuperſtes ad ſecunda poteſt tranſire vota.*
3. *Modò probetur mors prioris conjugis.*
4. *Nam quilibet vivere præſumitur.*
5. *Finis longævi hominis quisnam?*
6. *Mors ſemper probanda.*
7. *Per duos ad minimum teſtes, nec ſufficit unius depoſitio.*
8. *Quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbum.*
9. *Unius teſtimonium non facit deciſionem.*
10. *Præſertim quando agitur de re magni præjudicii.*
11. *Conſanguinei admittuntur teſtes ad probationem mortis.*
12. *Conſanguinei magis quàm extranei mortem ſcire præſumuntur.*
13. *Teſtes de proprio viſu deponant, neceſſe haut eſt.*
14. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. numer. 15. 16.*

1 MUlier † alligata eſt legi, inquit Apoſtolus, quamdiu vivit vir ejus, ſed ſi obdormierit vir ejus, libera eſt ad nubendum, cui velit, tantùm in Domino, *1. Cor. 7. v. 39.* Nimirum per mortem conjugale vinculum, quo velut lege quâdam uterque conjugum tenetur
2 conſtrictus, diſſolvitur, † ac parti ſuperſtiti poteſtas datur tranſeundi ad vota ſecunda, *l. ſed ſi maritus. 14. §. ſed ſi morte. 3. ff. qui & à quib. manumiſſ. l. liberorum. 11. §. Pomponius. ff. de his qui not. infam. l. 1. C. de ſecund. nupt.*

3 † De morte igitur conjugis neceſſariò conſtare debet, priusquam ad ſecundum deveniatur matrimonium, nec audiendus eſt ſuperſtes ad nuptias properans, ſi non probaverit obitum conjugis prioris. Rectè omninò, † quia vivere quilibet præſumitur, *l. ult. C. de ſacroſ. Eccleſ.* adeò ut cen- 4
tum annorum ſpacium ſit demum † finis 5
longævi hominis, *l. an uſusfructus. 56. ff. de uſufruct. l. ſi uſusfructus. 8. ff. de uſu & uſufr. legato.* Matth. Coler. *ad cap. cum vobis. n. 10. extr. de præſcript.* Petr. Weſenbec. *conſil. 15. n. 74.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 562. n. 26. & ſeqq.* Jac. Menoch. *libr. 4. conſil. 373. n. 12.* † Mors itaque ceu factum ex- 6
trinſecum & accidentale probari debet, maximè quia hoc caſu eſt fundamentum intentionis, *l. 2. §. ſi dubitetur.* ubi Bart. & Dd. *ff. teſt. quemad. aper.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 1073. num. 1.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 14. defin. 39. n. 6.* Non autem

7 autem probabitur † niſi per duos ad minimum teſtes, nequaquam verò depoſitione unius, Bartol. *in dict. l. 2. §. ſi dubitetur. n. 1.* Jac. Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. Remed.* 4. *n.* 675. Sigismund. Finckelthuſ. *obſerv.* 85. *n.* 9. Chriſt. Beſold. *part. 3. conſil. 91. num. 123.*
8 † Siquidem in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum, *cap. in omni. 4. & cap. licet. 23. extr. de teſtib.* nec licet cauſæ finem teſtimonio unius imponere, licet
9 præclaræ curiæ † honore præfulgeat, *l. jurisjurandi. 9. §. 1. C. teſtib.* Proſper. Farinac. *de teſtib. quæſt. 63. cap. 1. n.* 1. Jacob.
10 Menoch. *lib. 1. conſil. 98. n. 12. & 13.* † Quod maximè verum eſt, ſi agatur de gravi rei alicujus præjudicio, Joſ. Ludov. *part. 1. deciſ. 12. n. 9.* Nic. Boër. *deciſ. 288. num.* 1. Cauſam verò hanc matrimonialem maximi eſſe præjudicii vel inde conſtat, quia non probatô conjugis obitu ex permiſſu ſecundarum nuptiarum deteſtabile crimen polygamiæ facilè committi queat.

Planè † qualesnam ſint teſtes, parùm re- 11
fert. Non modò enim extranei, ſed etiam conſangvinei ad probandam conjugis mortem admittuntur; hiſce quippe de obitu deponentibus vel propterea haut minor fides haberi debet, † quia mortem conſan- 12
gvineorum magis quàm extranei ſcire præſumuntur, *arg. l. de tutela. 7. C. de in integ. reſt. l. 9. ff. unde cognati.* Menoch. *dict. Remed. 4. adipiſc. poſſeſſ. num.* 675. Notabile porrò & hoc eſt, † quòd fides attribuatur 13
depoſitioni teſtium, licèt non dixerint, ſemetipſos mortuum vidiſſe, Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 1075. n. 4.* Socin. *in l. ſed & illo. §. circa. n. 2. ff. de reb. dub.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Archidiacono Chemnicenſi, die 13. Jul. An. 1635. (Verba Re- 14
ſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht zwiſchen Chriſtoph S. zu M. und ſeinem Eheweibe verleſen hören; und iſt hierauf an ſtatt höchſtgedachter Ihr. Churfl. Durchl. unſer Begehren / Ihr wollet die Supplicantin beſcheiden/daß/wofern ſie nicht durch zweyer Zeugen Ausſage oder andere Urkunden ihres Mannes Tod beyzubringen vermöge/ꝛc. ſie mit anderweit Verehlichung in Ruhe ſtehen ſolle/ꝛc.)

Nec non † Superintendenti Leiſnicenſi, die 9. Maji An. 1634. (Verba Reſcripti: So iſt unſer 15
Begehren/ihr wollet die Supplicantin beſcheiden/um zweyer Zeugen Ausſage ſich umzuthun/und ſolches einzuſchicken/ꝛc.)

Et † Superintendenti Oſſitienſi, die 23. Mart. An. 1636. (Verba Reſcripti: Wir haben eu- 16
ern eingeſchickten Bericht/welcher Geſtalt Martin W. ein Wittber zu B. Marien/Andreä G. daſelbſten Wittbe / derer itzo gedachter Ehe-Mann im Kriege umkommen ſeyn ſol/zu ehelichen geſinnet/verleſen hören. Dieweil nun Hans S. George K. und George T. bemeldtes Andreä G. Tod eydlich erhalten wollen; So iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/Ihr wollet ſie hierbey befindlichen Eyd ablegen laſſen / und uns ſolches zu fernerer Anordnung zu erkennen geben; Und ihr vollbringet hieran höchſtgedachter Ihrer Churfl. Durchl. gnädigſte Meynung/ꝛc.)

Formula Juramenti:

Ich N. N. ſchwöre/daß mir wohl bewuſt/daß Andreas G. vor 6. Jahren verſtorben/ ſolches auch vom Hauptmann T. und daß er ihn begraben laſſen/ ſelber gehöret habe/ſo wahr mir GOtt helffe/ durch JEſum Chriſtum unſern HErrn/ꝛc.

DEFINIT. CLXVII.

Mors tamen ejus, qui in mari, acie, vel morbo aliquo contagioſo obiit, unius etiam teſtis depoſitione probari poteſt.

SUMMARIA.

1. *Regulariter mors conjugis duobus probatur teſtibus.*
2. *Niſi allegetur mors occulta; & qualisnam illa? n. 3.*
4. *Quæ unica etiam teſte probari poteſt.*
5. *Veluti in Conſiſtorio, Facultate & Scabinatu Lippſienſi pronunciatum.*
6. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n. 7. 11.*
8. *Allegatur ad rem hanc textus juris canonici, n. 9.*

10. *Pro-*

10. *Probatio unico teſte quandoque perficitur.*
12. *Dictum unius dictum nullius.*
13. *Qualis debeat eſſe perſona & depoſitio teſtis unici, cui credendum?*
14. *Sententia Conſiſtorii Supremi. n. 15.*

1 Regulariter itaque mors conjugis duobus ad minimum teſtibus doceri debet, priusquam ſuperſtiti detur facultas ſecundas inire nuptias, *Defin. præced.* Jacob. Menoch. *libr. 6. præſumt. 49. n. 20.* Chriſt. Beſold. *part. 3. conſil. 91. n.*
2 123. Quod tamen limitatum velim † in caſu mortis occultæ, ſi ſcilicet in loco remoto, mari, acie vel morbo aliquo contagioſo conjunx perhibeatur mortuus. Finge
3 enim: † maritum jam plurimos abfuiſſe annos militiæ causâ, & morbo contagioſo vel in acie obiiſſe, de quô certè nequeat
4 conſtare; tum ſanè † unius teſtis depoſitio ſuper ejus morte ſufficiet ad hoc, ut viduæ detur nubendi licentia, Felin. *in cap. veniens. extr. de teſtib.* Anton. Gabriel. *in tit. de teſtib. concl. 35. limit. 13.* Sigism. Finckelthuſ. *obſervat. 85. num. 3. & ſeqq.* Nicol. Boër. *deciſ. 288.* Proſp. Farinac. *part. 5. oper. criminal. quæſt. 140. part. 2. numer. 49. & 54.* Quam
5 in ſententiam † pronunciâſſe quoque Conſiſtorium eccleſiaſticum & Facultatem juridicam Lipſienſem, atteſtatur Finckelthuſ. *citat. obſervat. 85.* ejusdemque farinæ ſententias Scabinorum Lipſienſium adduxi *in Pract. criminal. part. 2. quæſt. 58. num. 46. & in Jurispr. Forenſi ad Conſt. Electoral. 16. Def. 38. part. 1.*

6 Nititurque ea (1.) † textu ſat claro *in Novell. 117. cap. 11. verb. Si qua verò ex hujusmodi mulieribus ſuum maritum audierit eſſe mortuum, neque tunc ad alias eam venire nuptias ſinimus, niſi priùs acceſſerit mulier aut per ſe, aut per ſuos parentes, aut per aliam quamcunque perſonam ad priores numeri chartularios, in quo hujusmodi maritus militabat, & eos ſeu tribunum (ſi tamen adeſt) interrogaverit, ſi pro veritate mortuus eſt ejus con-*
7 *junx &c.* † Ecce tribuni, unius ſcilicet teſtis depoſitio hîc ſufficit ad hoc, ut nuptiæ ſecundæ locum inveniant in viduâ ſuperſtite. Quod idem reperitur ſancitum *in Auth. hodie quantiscunque. C. de repudiis,* deſumta ex *modò allegatâ Novell. 117. cap. 11.*
8 (2) † Et facit quoque huc *cap. in præſentiâ 19. extr. de ſponſal.* in cujus fine hæc leguntur verba: *Quod quantocunque annorum numero ita remaneant, viventibus viris ſuis, non poſſunt ad aliorum conſortium canonicè convolare, nec autoritate Eccleſiæ permittas contrahere, donec certum nuncium recipiant de morte virorum.* † Ex quo ergò nuncius, 9
qui in ſingulari numero hîc exprimitur, fidem certam facit, unico teſte mortem occultam, de quâ *in prædicto* agitur *capit.* probari, fateamur neceſſe eſt. (3.) † Quin & 10
aliàs in caſu, quo plures habere teſtes impoſſibile vel ſaltem difficile eſt, probatio unico teſte perficitur, *l. 1. §. ult. ff. de verb. obligat.* Marſil. *in l. ſi quis. n. 84. ff. de quæſt.* Gabriel. *lib. 1. tit. de teſtib. concluſ. 1. num. 27.* Joſeph. Maſcard. *de probat. lib. 1. in præfat. quæſt. 11. n. 18.* Proſp. Farin. *de teſtib. quæſt. 63. n. 38.* Bertaz. *conſil. 106. n. 8.* Quidni † 11
ergò etiam in morte alicujus occultâ? puta ejus, qui in bello occiſus vel mortuus dicitur, quæ probatio omnium eſt difficillima propter locum belli periculoſum, de quo vulgò aſſeritur: Homines ibi non naſci, ſed mori, Finckelthuſ. *dict. obſerv. 85. n. 4.* Trentacinq. *variar. reſol. lib. 2. reſol. 10. tit. de probat. n. 4. verſ. hæc ſecunda concluſio.* Ludov. Gilhauſ. *in arbor. judic. cap. 6. part. 1. de probat. §. 325. n. 1. verſ. & hoc ulterius &c.*

Cæterùm † ne aſſertio hæc periclitetur 12
ex vulgato illo dicterio; Dictum unius dictum nullius, unde omnium confeſſione unius depoſitioni denegatur effectus probationis, *cap. licet univerſis. cap. veniens. cap. in omni negotio, extr. de teſtib. l. jurisjurandi. C. eod. tit.* Spec. *in tit. de teſte. §. reſtat. n. 7.* Crot. *de teſtib. n. 208. Novell. de teſtib. n. 85.* Dec. *lib. 2. conſil. 92. n. 2.* † tàm qualitatem per- 13
ſonæ teſtis, quàm ejusdem depoſitionis probè attendi neceſſum eſt, ſcilicet ut omni ſit major exceptione, deque proprio viſu, quod interfuerit defuncti ſepulturæ, vel ipſum viderit cadaver, deponat. Cæteroquin vix plenam facit probationem unius teſtimonium, Campeg. *de teſtib. regul. 350. verſ. 9.* Proſp. Farin. *dict. quæſt. 140. num. 66. part. 5. oper. criminal.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 1075. n. 6.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem D. Nicolai Polanti Superintendentis Miſnenſis, die 22. Jan. An. 1608. (Verba Sententiæ: Wir haben euer Schreiben in Sachen George B. welcher vor 8. Jahren mit ſeines Weibes gutem Willen in Ungarn gezogen / ſich allda für einen Kriegsmann gebrauchen laſſen / und darüber verſtorben ſeyn ſol/und ſein hinterlaſſenes Weib betreffende / auch was ihr derentwegen an uns gelangen und ſuchen thut / verleſen hören. Darauf erachten 14

wir

wir in Rechten zu erkennen ſeyn: Würde Donat L. als bemeldtes George B. geweſener Reiſe-und Burſch-Geſelle vor den Gerichten zu Meiſſen vermittelſt gewöhnlichen Zeugen-Eydes ausſagen/daß George B. zu Raab an der rothen Ruhr kranck worden/ und endlich daran in ſeinem Beyſeyn verſtorben/ und von Zeugen ſelbſten und Peter S. auch von Meißen bürtig/ zu Grabe getragen/ und zur Erden beſtattet worden; So hätte dadurch deſſelben hinterlaſſenes Weib ihres Ehemannes tödtlichen Abgang geſtalten Sachen nach nothdürfftig erwieſen. Derowegen ihrem Suchen ihrer Gelegenheit nach ſich anderweit in dē Eheſtand Chriſtl. zu begeben/ billig ſtatt gegeben wird/ V. R. W.)

Et † *ad petitionem Archidiaconi Chemnicenſis, die 15. Jul. An. 1609.* (*Verba Sent.* Auf euern 15
zugeſchickten Bericht und ſchrifftlichen Schein in Sachen Melchior S. Entleibung/ und ſeines Weibes dahero vorhabende fernere Verheyrathung betreffende/ erkennen und ſprechen wir vor Recht: Würde das Weib vor der Obrigkeit/ davon euer Bericht meldet/ ſchrifftliches Zeugniß euch vorlegen/ oder durch eines Zeugen/ welcher bey der angezogenen Entleibung und Begräbniß ſelbſt geweſen/ eydliche Ausſage darthun und erweiſen/ daß ihr Mann vor 10. oder 11. Jahren erſchoſſen und begraben ſey/ ſo wäre ſie ſich anderweit zu verheyrathen/ und die Ehe durch Chriſtliche Ceremonien und Beylager zu vollziehen wohl befugt/ V. R. W.)

DEFINIT. CLXIIX.

Probatur etiam mors conjugis atteſtatione judiciali Magiſtratûs ejus loci, quo conjunx obiiſſe dicitur.

SUMMARIA.

1. *Num famâ mors conjugis probari queat?*
2. *Periculoſa aſſertio quorundam affirmativa.*
3. *Verior deciſo negativa.*
4. *Firma verò eſt probatio mortis per libros Rectorum Eccleſiarum.*
5. *Ut & per atteſtationem judicialem.*
6. *Quæ depoſitioni teſtium æquiparatur.*
7. *Creditur judici in iis, de quibus ut judex deponit.*
8. *Sufficit teſtimonium Magiſtratus absque juramento depoſitum.*
9. *Creditur viro nobili & bono.*
10. *Objicitur* Novell. 117. cap. 11. *qua juramentum requirit.*
11. *Diluitur objectio & explicatur* dict. Novell.
12. *In foro Saxonico creditur judici & Scabinis absque juramento. n. 13.*
14. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 FAmâ porrò vel opinione propinquorum mortem occultam probari, docent Hieron. Magon. *deciſ. Lucenſ. 44. n. 6. & ſeq.* Joſeph. Ludov. *part. 1. deciſ. Peruſin. 12. n. 12.* Franc. Vivius. *lib. 2. deciſ. 243. n. 8. & 9.* Joach. à Beuſt. *ad l. admonendi. 31. n. 1107. ff. de jurejur.* Matth. Ber-
2 lich. *part. 1. concl. 36. n. 83.* Sed valdè † periculoſa eſt hæc aſſertio, quia fama ex incerto autore & plerumq; fallaci procedit, Proſp. Farinac. *part. 5. oper. criminal. quæſt. 140. p. 2.*
3 *n. 61.* non † ergò firmam facit probationem, ſed ei duntaxat adminiculatur, *arg. l. teſtium 3. §. ejusdem. 2 verſ. aliàs numerus. ff. de teſtib.* Felin. *ad cap. veniens. 10 n. 11. extr. de teſtib.* Ludov. *dict. deciſ. 12. n. 16.* Nic. Boër. *deciſ. 288.*
4 *n. 2.* Tutiùs verò eunt, † qui effectum probationis tribuunt libris Rectorum Eccleſiarum, in quibus deſcribere ſolent mortuorum nomina, ut diximus *in Jurisprud. Forenſi ad Conſt. Elect. 16. part. 1. Defin. 38. n. 2.*

Nec minoris efficaciæ eſt probatio mortis, † quæ fit per atteſtationem judicis 5
ſeu Magiſtratûs eo in loco, quo quis obiiſſe perhibetur, qualicunque enim morbo vel caſu è vivis deceſſerit, ad docendum id firma ac ſufficiens eſt atteſtatio judicialis, *arg. l. divus. 14. verſ. cum autem ex literis. ff. de offic. præſid.* † Ac certè eadem, ſi non 6
major fides habenda eſt Magiſtratui, quæ tribuitur teſtibus de re aliquâ deponentibus, *arg. l. omnium. 19. & l. ſancimus. 27. C. de teſtam. l. in donationibus. 31. C. de donat.* Donell. *lib. 6. comm. 6.* Joh. Köppen. *deciſ. 45. n. 14.* Nicol. Boër. *deciſ. 228. n. 3.* Nam creditur † Magiſtratui ac judici in iis, de 7
qui-

quibus ut judex vel Magiſtratus deponit, *cap. ſignificavit. 48. extr. de Appellat.* Ant. Fab. *in. Codic. lib. 4. tit. 14. defin. 7. n. 5.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 950. num. 30.*

Quin nec opus hoc caſu erit, ut à Magi-
8 ſtratu juramentum exigatur, †ſufficit enim jusjurandum ab eo officii ratione ſtatim ab initio ſuſceptæ functionis judicialis præſtitum, ex quo ad dicendam veritatem jam ante eſt obligatus, ejusque depoſitio jurata habetur, Matth. Coler. *part 1. deciſ. 196. n. 3.*
9 Quod ſi etiam † creditur viro nobili & bono, ut ait Gloſſ. *in l. Titio fundus. 73. ff. de condit. & demonſt.* cur non & Judici tanquam viro bono, *l. vir bonus. 18. ff. judic. ſolv.* pro quo aliàs maxima militat præſumtio, *l. ſi*
10 *quis. 2. C. de offic. civil. judic.* Nec eſt † quod Novell. *117. cap. 11. in verb. Ut illi ſacris Evangeliis propoſitis ſub geſtis monumentorum deponant, ſi pro veritate vir mortuus eſt, &c.* nobis adverſari dixeris; ſiquidem non agitur ibidem † de teſtimonio Magiſtratûs publi- 11
co, ſed Chartulariorum, qui nomine militantium in acta referebant, notante Gotofr. *dict. loc. lit. L.* nec non Tribuni militum, qui officium Magiſtratûs haut ſuſtinebant, ut hinc ad infringendam judicialem atteſtationem haut juratam parùm inferatur. Præ-
ſertim † in foro Saxonico, ubi ſpecialiter re- 12
ceptum, ut Judici & Scabinis ſeu Magiſtratui plena tribuatur fides, etiam absque juramento teſtificanti ſuper his, quæ coram eo ſunt geſta, Landr. *l. 3. art. 88* Gloſſ. Weichb. *art. 11.* §. Wäre es auch Sache. non absque
ratione; † quia teſtificatur Judex ſub eo jure- 13
jurando, quod initio ad judicium illud præſtitit, Sie bleiben bey dem Eyde / den ſie anfänglich zum Gericht geſchworen haben / Addit. lat. *ad text. germ. lit. e. art. 7. lib. 1.* Landr.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Archidiaconi Chemnicenſis, die 9. Sept. Anno* 14
1609. (Verba Sent.: Dieweil Anna S. mit des Raths in der alten Stadt Praga beſiegelten Kundſchafft nothdürfftig erwieſen und dargethan / daß ihr Ehemañ Melchior S. Sonnabends nach der H. drey Könige Tag des 1599. Jahres zu Herdlerſche in einer Schencken in den Prageriſchen Gerichten gelegen / bey einem nächtlichen Auffſtand entleibet und umgebracht worden; So iſt nunmehr dieſelbe einen andern Mann zur Ehe zu nehmen / und die Ehe mit ihme Chriſtlich zu vollziehen wohl befugt / V. R. W.)

DEFINIT. CLXIX.

Admittitur quandoque viduus viduavè, ſi mortem conjugis defuncti juramento ſuo probare velit.

SUMMARIA.

1. *Num probatio mortis conjugis committenda ſuperſtitis juramento?*
2. *Nemo teſtis idoneus in propriâ causâ.*
3. *Deciſio affirmativa.*
4. *Rationes & fundamenta decidendi, numer. 7. 9.*
5. *Judex pro ratione ſemiplenæ probationis imponere poteſt juramentum ſuppletorium.*
6. *Vel juramentum purgationis.*
8. *Teſtis admittitur in propria cauſa, ſi veritas aliter nequeat haberi.*
10. *Neceſſitas haut ſubjecta eſt legi.*
11. *Neceſſitas reddit juſtum, quod per ſe injuſtum eſt.*
12. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi, n. 13.*

1 NUnquam audiendum fore dixeris viduum viduamvè ad vota ſecunda ſe accingentem, ſi juramento ſuo conjugis obitum probare ac obtinere velit, quia teſtis fieret in
2 propriâ causâ, † quod valdè abſonum, *l. nullus ff. de teſtib. l. omnibus.* & ibi Dd. *C. eod. tit.* Jaſon. *in l. dictantibus. n. 2. C. de teſtam.* Matth. de Afflict. *deciſ. 400. numer. 7.* Proſp. Farinac. *de teſtib. quæſt. 60. numer. 2.* Hect. Æmil. *in tract. de teſtib. verb. teſtis actor. fol. 35. numer. 1. & ſeqq.* Bertaz. *libr. 1. conſil. 170. numer. 7.* Placuit nihilominus † 3
probationem hanc quandoque juramento conjugis ſuperſtitis committi, ſi ſcilicet habeatur fide dignus, aliæque accedant præſumtiones adminiculantes.
(1.) † Nec enim tum foret abſurdum, ju- 4
ramentum injungere parti litiganti vel ſuppletorium vel purgatorium, quod cer-

certè juris autoritate ita eſt receptum, quicquid etiam de prohibitione teſtimonii in causâ propriâ proferat, inveteratoque Pragmaticorum errori jusjurandum hoc adſcribat Anton. Fab. *de error pragmat. decad. 19.*
5 *error. 1.* Fas ſcilicet eſt judici, † ſi viſum fuerit, parti litiganti juramentum ſuppletorium deferre, modo de ſemiplena conſtet probatione, *l. admonendi. 31. ff. de jurejur l. bonæ fidei. 3. C. eod. tit.* Joach. Mynſinger. *cent. 1. obſervat. 68. n. 5.* Beuſt. *ad dict. l. admonendi. 31. n. 178.* & ibidem Jaſon. *in repetit. n. 269.* Bald. *in l. 1. C. qui & adverſus quos. n. 5.* ne alioquin decidendi ultrò negotii potiùs, quam probationis ſupplendæ poteſtatem judex facere videatur, ut dixi *in jurisprud. Forenſ. ad Conſt. Elector. 23. part. 1. Defin. 3.*
6 *n. 5.* † Neque res aliter ſe habet in juramento purgationis, ſi præſumtiones & circumſtantiæ id exigant, *cap. ult. extr. de jurejur. cap. ex tuarum. 8. cap. ult. extr. de purgat.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 40. n. 25.* Matth. Weſenbec. *in not. ad Johan. Schneidwin. Inſt. de publ. judic. in pr. n. 10.* Fulv. Pacian. *l. 1.*
7 *de probat. cap. 71. n. 14.* † Sive ergò ſuppletorium ſive purgationis appellaveris juramentum, quô ad probandam conjugis mortem viduus viduavè admittitur, neutrum juri adverſatur: per illud enim nomine actorio probationem ſupplet; hoc autem defenſorio nomine à fictione, dolo & falsâ aſſertione ſe purgat. (2) † Quin & abſurdum non eſt, in causâ commodum vel incommodum proprium concernente admitti quem teſtem, ſi aliter veritas nequeat haberi, Hippol. *ſingular. 73.* Alexand. *lib. 1. conſil. 64. n. 1.* Proſp. Farin. *de teſtib. quæſt. 60. n. 58. & n. 60.* præſertim quando alia ex parte favor accedat, qualis eſt matrimonii, quod promovendum potiùs, quàm impediendum. (3.) † Ne dicamus, quod in caſu demum deficientis alterius probationis juramento huic ſit locus, tunc ſcilicet, quando neceſſitas judicem adigit ad medium probationis confugere; † Nulli autem ſubjecta eſt legi neceſſitas, *l. 1. ff. de offic. proconſ. l. 7. §. 5. ff. quod vi aut clam.* ſed ipſamet legem facit, *can. remiſſionem, 1. quæſt. 1.* † juſtumque ac inculpabile reddit, quod per ſe injuſtum eſt & culpabile, *can. ad limina beatorum. 30. quæſt. 1.* Joh. Bodin. *lib. 5. de Republ. c. 5. pag. 869.* Nevizan. *in ſylv. nupt. l. 5. ſub tit. quomodo judicandum. n. 48.* 8 9 10 11

Ità † Conſiſtorium Supremum Superattendenti Freybergenſi & Mauritio à Schönberg. in Biberſtein, die 30. Auguſti An. 1637. (*Verba Reſcripti: S.* Was an uns Michael *S.* zu *R.* wegen anderweit vorhabender *copulation ſupplicando* gelangen laſſen/ das habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann *ſupplicant*, daß ſein Weib verſtorben/ keinen ſchrifftlichen Schein oder andern Beweiß aufbringen kan/ und alſo ſeine Ausſage nicht *ſufficiens*. Als iſt hierauf an ſtatt Ihrer Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr der *Superintendens* vor euere Perſon ſelbſt oder mit Zuziehung des *Archidiaconi*, und ihr der Gerichts-Herr wollet ihn nochmals vor euch beſcheiden/ und ihn/ daß ſein Weib gewiß Todes verfahren/ auch wenn/ wo oder an welchem Ort es geſchehen/ eydlich erhalten laſſen/ und ſo dann uns/ wie ihr es verrichtet/ zu fernerer Anordnung nebenſt Wiederüberſchickung des Inſchluſſes zu erkennen geben/ ꝛc.) 12

Et † Superintendenti Oſſitienſi, die 2. Mart. An. 1636. (*Verba Reſcripti:* Was maſſen uns Hans *L.* zu Strehla wegen vorhabender *copulation* mit Chriſtoph *B.* eines Soldaten Witben abermals angelanget/ das habt ihr hierbey zu befinden. Wann wir es dann bey jüngſter unſerer beſchehenen Anordnung allerdings bewenden laſſen; Als iſt an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet ſie nochmals darauf beſcheiden; Es wäre dann/ daß *B.* Eheweib ihres Mannes Tod eydlich erhalten wolte; So würdet ihr ſie den hierbey befindlichen Eyd ablegen laſſen/ und uns ſolches zu fernerer Anordnung zu erkennen geben/ ꝛc.) 13

Formula Juramenti:

Ich *N.* Chriſtoph *B.* geweſenes Eheweib ſchwöre/ daß ich bey itztgedachtem meines verſtorbenen Mannes Tod und Begräbniß ſelbſt geweſen/ und denſelben zu *N.* in die Erde begraben ſehen; So wahr mir GOtt helffe durch JEſum Chriſtum unſern HErrn/ ꝛc.

Definit. CLXX.

Mors conjugis abſentis, ſi nullo modo probari queat, ſuperſtes ad vota ſecunda haut admittitur, antequam prævia citatione edictali ac proceſſu deſertionis finito matrimonium prius per ſententiam fuerit diſſolutum.

SUMMARIA.

1. Qvid ſi mors conjugis probari neqveat?
2. Non permittendæ tùm nuptiæ ſecundæ. num. 5.
3. Et qvâ ex ratione?
4. Reſtringendum tamen id eſt ad abſentiam neceſſariam vel probabilem.
6. Aliter res ſe habet in deſertione & abſentiâ malitioſâ.
7. Qvo caſu proceſſus deſertionis inſtituendus, num. 10.
8. Ex malitioſâ deſertione diſſolvitur matrimonium.
9. Et quâ ex causâ?
11. Qvodnam tempus abſens expectare debeat?
12. Judicis arbitrio id hodiè committitur.
13. Ex ſpeciali Reſcripto Electorali.
14. Quod & jamdudū placuit B. Luthero.
15. Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 16.
17. Ejusdem ſententia.

1 Quid verò, ſi nec teſtibus nec atteſtatione judiciali mors conjugis probetur; nec etiam præſumtiones & indicia adſint, quibus judex commotus juramentum ſuperſtiti deferat, vel ſaltem id detrectetur ob mortis ambiguitatem, num denegandæ erunt nuptiæ ſecun-
2 dæ? † ita ſanè eſt, idque ex ſanctione Juſtiniani Imperatoris ſatis manifeſtâ: *Hodie*, inquit, *quantiscunque annis maritus in expeditione manſerit, mulier ſuſtinere debet, licèt neque literas neque reſponſum ab eo acceperit* &c. Et paulo poſt: *Si verò præter hæc nupſerit, tàm ipſa, quàm qui eam duxerit, veluti adulterii rei puniantur, in Nov.*
3 *117. cap. 11. & Auth. hodie. C. de repud.* † Nec immeritò: Si enim uxor in abitum & abſentiam mariti ſemel conſenſerit, jusque ſuum communi utriusque ſaluti, cujus gratiâ maritus abeſt, conceſſerit, non habet de quo conqueratur; ſed debet ad tempus abſtinere, ut docet Apoſtolus *1. Corinth. 7.* non amori alterius ſe mancipare, priusquam abſentem mortuum audierit, idque certò
4 probatum fuerit. Quod † nimirum de abſentiâ probabili vel neceſſariâ dictum velim; ubi noſtrates Theologi cum Canoniſtis conveniunt, quod ſuperſtite marito uxor non poſſit alteri nubere, etiamſi longo tempore
5 abfuerit maritus, † niſi de morte mariti fuerit certiorata, *cap. in præſentiâ. extra de ſponſal. cap. dominus. extr. de ſecund. nupt.* Joh. Schneidvv. *in tit. Inſt. de nupt. ſub rubr. de divort. n. 38. & 41.* Joach. à Beuſt. *de matrim. part. 2. c. 26. verſ. nos verò.* Henn. Arniſ. *in tract. de jur. connub. cap. 6. ſect. 7.*

Aliter res ſe habet † in abſentiâ malitioſâ, 6
quæ vera eſt deſertio, ſi ſcilicet conjunx a conjuge diſcedat & diutiùs abſit, nullâ causâ honeſtâ coactus, ſed vel levitate vel injuſtâ impatientiâ freni conjugalis, vel aliis non neceſſariis cauſis impulſus vagetur, ita ut conjunx deſertus nec de vita nec de morte abſentis quicquam experiatur. Quo caſu medium haut deeſt deveniendi ad nuptias ſecundas: † Agere nimirum valet conjunx 7
deſertus ad divortium & diſſolutionem matrimonii ex causâ deſertionis: ſed differendæ erunt nuptiæ ſecundæ usque cum proceſſus ille finitus, ac primum conjugium per ſententiam judicialem fuerit diſſolutum.
† Ex malitioſâ enim alterutrius conjugis 8
deſertione matrimonium diſſolvi poſſe extra dubium eſt, *1. ad Corinth. 7. v. 5. & 15. cap. quoniam. 5. §. porrò. extr. ut lite non conteſt. cap. prolatum eſt. 8. extr. qui filii ſint legitimi.* Arniſ. *dict. cap. 6. ſect. 7. num. 4.* Joach. à Beuſt. *dict. loc.* Schneidvvin. *dict. rubr. de divort. n. 43. & 44.* Baſil. Monner. *de matrim. cap. 8. part. 5.* Paul. Cypræ. *de ſponſal. cap. 13. §. 72.* † ne ſcilicet con- 9
junx innocens & deſertus conjugali ope deſtitutus, ac remedio uſtionis privatus ſub jugo alieno inique detineatur, & ſine culpâ ſuâ contabeſcat, dum alter in peccato triumphat, & luxuriâ procul à freno conjugali diffluit, Arniſ. *dict. cap. 6. ſect. 6. n. 3.*

† Quod ſi ergò conjunx de morte ab- 10
ſentis dubius ſit, nec tamen commodam nuptiarum ſecundarum occaſionem ſpernere

nere velit, jure ſuo utatur, & mox ad proceſſum deſertionis deveniat, abſentemque conjugem edictaliter citari faciat. Nec enim li-
11 tis protractionem vel perpetuitatem † ex eo metuere habet, quòd vel quinquennium, *l. uxores. 6. ff. de divort.* vel ſeptennium, *cap. in præſentiâ. 19. extr. de ſponſal.* vel etiam decennium, *Novell. 22. cap. 14.* expectare teneatur, antequam judex citationem edictalem decernat, Matth. Stephan. *ad Novell. 22. n. 36.* Joh. Schneidvvin. *dict. rubr. de divort. n. 46.* Rittershuſ. *ad Novell. part. 4. cap. 7. num. 11.*
12 † Siquidem jure iſta præcisè non obſervantur, ſed tempus abſentiæ in malitioſâ deſertione Judicis arbitrio hodie committitur, ita ut pro re natâ poſt lapſum unius etiam anni, vel ſaltem dimidii ad partis inſtantiam citationes edictales decernere tutò valeat, Salycet. *ad l. 2. n. 1. in fin. C. de ſponſal.* Fridericus Balduin. *de caſib. conſcient. libr. 4. cap. 13. caſ. 7. pag. 1214.* † Idque *ſpeciali Reſcripto* 13
Electorali de Anno 1608. definitum refert Sigismund. Finckelthuſ. *obſervat. 111. num. 15.*
† quod & jamdudum placuit B. Luthero 14
in lib. de cauſ. matrimon. tom. 5. Jenenſ. german. Rubr. der ander Theil vom Eheſcheiden/*fol. 254. fac. 6.* §. Aber damit. *ibi:* Man ſol zu erſt dem einen Theil nicht geſtatten/ ſich ſo bald wieder zu verändern/ ſondern zum wenigſtẽ ein Jahr oder halbes harren zu laſſen. *Et fol. 255.* §. über das ſo entzeucht er. *ibi:* der ein Jahr oder ein halbes dermaſſen iſt weg geweſen. *&* *ibi:* Kommet er alsdann nicht/ ſo ſol er nimmermehr kommen. Vid. quoque Johan. Gerhard. *in loco de conjug.* §. *632.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Leiſnicenſi, die 9. Maji An. 1634.* (*Verba Reſcripti:* Uns hat Anna/Matthes H. Eheweib/ bey euch *ſupplicando* zu erkennen gegeben/ wie daß gedachter ihr Ehemann Anno 1613. als ein Defenſioner mit fort ziehen müſſen/darauf vom Feinde gefangen und umkommen/ auch deßwegen einen Schein über des Pfarres zu Maliaſchkendorff Ausſage mit eingeſchicket. Wann dann gemeldtes Pfarrers Gezeugniß nicht *ſufficiens*; Als tragen wir noch zur Zeit ihrem Suchen ſtatt zu geben Bedencken; Sondern es iſt hierauf/ꝛc. unſer Begehren/Ihr wollet die *Supplicant*in beſcheiden/ um zweyer Zeugen eydliche Auſſage ſich umzuthun und ſolche einzuſchicken/ oder in Mangelung deſſen/bey uns nach Verflieſſung einer halben Jahresfriſt um *Edictal-Citation* wider ihren Ehemann *ex capite deſertionis* anzuſuchen/ꝛc.) 15

It. † *Archidiacono Chemnicenſi, die 13. Julii An. 1635.* (*Verba Reſcripti:* Wollet demnach die *Supplicant*in beſcheiden/ daß wofern ſie nicht durch zweyer Zeugen Auſſage oder andere Urkunden ihres Mannes Tod beyzubringen vermöge/ ihr um *Edictal-Citation ex Capite deſertionis* Anſuchung zu thun unbenommen ſey/unterdeſſen aber ihr auferlegen/daß ſie mit anderweit Verehelichung in Ruhe ſtehen ſol/ꝛc.) 16

Et † *ad reqviſitionem ejusdem die 15. Julii Anno 1609.* (*Verba Sent:* Würde nun Melchior S. Weib durch Zeugen oder ſonſten erweiſen/ daß ermeldter ihr Mann alldar erſchoſſen und begraben ſey/ oder in Mangelung deſſen den Mann durch öffentliche *Edicta* citiren laſſen/und auf ſein Nicht-Erſcheinen der Ehe halber ſich von ihm loß machen; So wäre ſie auf der Fälle einen ſich anderweit zu verheyrathen/und die Ehe durch Chriſtliche *Ceremonien* und ehelich Beylager zu vollnziehen wol befugt/V. R. W.) 17

DEFINIT. CLXXI.

Ob diviſionem bonorum paternorum cum liberis primi matrimonii haut factam, prohiberi non debet vidua ſecundas contrahere nuptias.

SUMMARIA.

1. *Fingendum haut eſt impedimentum matrimonii.*
2. *Num diviſo cum liberis haut facta impedimento ſit nuptiis viduæ ſecundis?*
3. *Communio tum matre vitrico nubente liberis proficua haut eſt.*

4. Et quâ ex cauſâ? n. 5. 6.
7. Educatio pupillorum non competit matri, quæ vitricum ſuperinduxit.
8. Deciſio negativa.
9. Fundamenta & rationes decidendi. n. 10. 15.
11. Nemo invitus ſtare cogitur in communione.
12. Libera debent eſſe matrimonia abſque coactione.
13. Mater tutrix liberorum ſecundas poteſt contrahere nuptias.
14. Sed ſtatim à tutela repellitur.
16. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

1 Fingendum haut eſt impedimentum matrimonii, ubi reverâ nullum exiſtit, ne cuiquam vinculum injiciatur, quod à bono ipſum detinet propoſito, nec conſcientiæ macula inuratur: prout maxi-
2 mè in nuptiis ſecundis fieri ſolet, † quibus & obicem inde quandoque ponunt oſores matrimonii, quòd vidua bona paterna cum liberis primi conjugii nondum diviſerit;
3 Sed fruſtrà: † Ut maximè enim conceſſerim, communionem liberis proficuam haut eſſe, non ſolùm quod rixas excitare ſoleat, ut dicit JCtus Papinianus *in l. cum pater. 77. §.*
4 *dulciſſimis. ff. de legat. 2.* † ſed etiam quia injuria infertur ei, qui de rebus ſuis invitus aliquid facere cogitur, *l. dudum. 14. C. de contr. emt.* etiam in re illâ, quam quis cum alio habet communem. *l. 1. l. falsò. C. de communionum rerum alienatione. l. ante di-*
5 *viſionem. 16. C. de jur. tot.* † cui tamen per ſolam diviſionem ſubveniri poteſt, quippe qui communionem diſſolvit, *l. pen. C. commun. divid. l. diviſionis. 45. ff. de pact.* Anton. Fab. *in Codic. libr. 7. tit. 1. definit. 10. n. 2.*
6 † imprimis verò matri ad vota ſecunda convolanti tantò minùs hoc caſu indulgendum, quantò majus periculum liberis exinde imminet, quippe quos mater ad ſecundas tranſiens nuptias minùs diligere creditur, *l. fœminæ. 3. l. generaliter. C. de ſecund. nupt.* ex quo
7 etiam † educatio pupillorum haut conceditur matri, quæ vitricum ſuperinduxit, *l. 1. C. ubi pupill. educ. debeat.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 30. defin. 1. n. 1. & 3.* Hartman. Piſtor. *obſervat. 98.* Matth. Weſenbec. *in parat. ff. ubi pupill. educ. debet. n. 2.*

8 † Attamen tanti hæc momenti non ſunt, ut obſtaculo eſſe queant nuptiis viduarum ſecundis: Vereor ſiquidem (1.) ne ſi hoc aſſeramus, vulgatum illud nobis opponatur: † Erubeſcimus ſine lege loqui, *Novell. 18. c. 5.* Jaſon. *in l. præſes provinciæ. 12. n. 3. verſ. unde erubeſcimus. C. de transact.* 9
Hieronym. Schurff. *cent. 1. conſil. 32 num. 2.* Aym. Cravetta. *conſil. 25. num. 9.* Franciſc. Vivius *deciſ. 358. n. 4.* Matth. Weſenbec. *conſil. 2. num. 1.* Nullibi enim impedimentum hoc matrimonii in jure legitur fundatum. (2.) † Nec eſt, quod periculum ex 10
communione metuamus, poſtquam liberis etiam adverſus matrem, quæ jam vitrico nupſit, ad diviſionem experiri fas eſt, idque tantò magis, quantò æquiùs hoc judici videbitur, nec † quisquam in communione in- 11
vitus manere cogi poteſt, Simon Ulricus Piſtoris *in not. ad Hartmann. Piſtoris obſervat. 147. num. 13.* Joh. Schneidvvin. §. *quædam actiones. tit. de act. commun. divid. num. 17. & ſeqq.* (3.) † Quin & propterea vidua haut 12
prohiberi debet, nuptias differre ſecundas, quia liberum eſt matrimonium abſque ullâ coactione, *l. ſi parte cogente. 22. ff. de rit. nupt.* (4.) † Ac facit tandem hoc, quòd ne 13
mater tutrix liberorum neceſſe habeat abſtinere à nuptiis ſecundis, licèt iisdem renunciaverit: † ita tamen ut quamprimum ad 14
ſecunda convolet vota, à tutela repellatur, *Auth. ſacramentum. C. quando mul. tut. offic. fung.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 21. defin. 2. n. 10.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 13. num. 46.* Joh. Schneidvvin. *in pr. inſt. qui teſtam. tutor. dar. poſſ. num. 13.* Chriſtoph. Zobel. *part. 2. differ. 15. n. 1.* † Quo jure itaque, 15
propter ſolam communionem à nuptiis ſecundis abſtinere cogeretur, cum & huic impedimento per diviſionem quovis tempore occurri queat?

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superattendenti Miſnenſi, die 13. Jan. Anno 1613.* (*Verba Reſcripti:* Was maſſen höchſt gedachten unſern gnädigſten Herrn Martin *F.* von *C.* in Eheſachen ihn und Marien/David *W.* zu Meiſſen Wittbe betreffende/unterthänigſt angelanget/ſolches habt ihr inliegende zu befinden. Dieweil denn *ſupplicantens* Bericht nach/ſeine verlobte Braut iedesmal und noch mit ihren Kindern zu theilen ſich erboten/ dahero der Mangel nicht an ihr/ ſondern an der Kinder Vormunden ſelbſt iſt/ohne daß auch die Theilung mit dieſem Ehewerck nichts zu ſchaffen hat; Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/Ihr wollet der Vormündere Einreden ungeachtet mit dem letzten Aufge- 16

Aufgeboth und ehelicher Trauung gebührlich verfahren laſſen. Wäre es aber hierum anders bewandt/uns ſolches nebenſt Wiederſendung des Inſchluſſes zu fernerer Anordnung alsbald berichten/ꝛc.)

DEFINIT. CLXXII.

Ex promiſſione priori marito factâ de non nubendo alteri poſt obitum ejus, haut obligatur vidua, quo minùs ad vota ſecunda accedere queat.

SUMMARIA.

1. *Malè qvidam de rebus ſuis diſponunt, ſuisque imperant.*
2. *Ut ſunt qui nuptias ſecundas poſt mortem ſuam prohibent ſub pœnâ amisſionis legati.*
3. *Qvod Imperator Juſtinianus improbavit.*
4. *Qvidam promiſſionem conjugis de ſervanda viduitate extorquent.*
5. *Num ejusmodi promiſſio valida ſit & obligatoria?*
6. *Pacto nemo contravenire debet.*
7. *Conventiones ligant homines.*
8. *Deciſio negativa.*
9. *Fundamenta & rationes decidendi. n. 11. 16.*
10. *Juramentum contra bonos mores non eſt obligatorium.*
12. *Promiſſio de ſervanda perpetua viduitate eſt votum continentiæ.*
13. *Votum continentiæ perpetuæ juri divino adverſatur. n. 14.*
15. *Promisſio contra matrimonium facta planè eſt irrita.*
17. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 TAnta quorundam eſt inſania, ut quam poteſtatem habent de bonis & facultatibus ſuis licitè diſponendi, conjugique ac liberis imperandi, eam poſt obitum etiam illicitè exercere præſumant, parùm curantes, quid pium ſit & honeſtum, quidque voluntati divinæ ac ſummo rerum & naturæ moderatori placeat & conveniat. Ex † quorum ſunt catalogo, qui conjugibus nuptiis ſecundis interdicunt, eosque certo aliquo legato ad perpetuam viduitatem in teſtamento adigunt, hac conditione, ut ſi à ſecundis nuptiis non abſtineant, id amittant. † Quod diſplicuit Juſtiniano Imperatori, talem ponenti legem: *Ut liceat mulieribus etiam maritorum ſuorum interminatione ſpretâ, quæ viduitatem eis indicit, & non dato ſacramento procreandæ ſobolis gratiâ tantum ad ſecundas migrare nuptias, & ea percipere, quæ maritus reliquit, in l. ambiguitatet. 2. C. de indict. viduit. tollend.* † quidam etiam blanditiis ac perſvaſionibus conjugum promiſſionem de vitandis nuptiis ſecundis extorquere laborant, quâ factâ dubium exiſtit, † an ex hac conventione ſuperſtes ita ſit obligatus, ut ſtare pacto teneatur, nec ſalvâ conſcientiâ ad vota ſecunda convolare queat?

Nemini equidem ignotum eſt, † ex pacto & conventione contrahentes ſic obligari, ut promiſſioni factæ contravenire nec debeant nec poſſint, *l. poſt mortem. 25.* ubi Bartol. & Dd. *ff. de adopt. l. per fundum. 11. ff. de ſervit. ruſt. præd. l. 18. ff. comm. prædior. l. 14. C. de rei vendicat.* † nam pacta contrahentes ligant, *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de conſtit. pecun.* ut hinc promiſſionem viduitatis omniò ſervandam dixeris? Sed tutò aſſerere licet, non obſtante hac promiſſione † viduum viduamvè contra voluntatem defuncti conjugis ſalvâ conſcientiâ nuptias ſecundas inire atque contrahere. (1.) † Ecquis enim neſcit, pacta contra bonos mores & honeſtatem haut eſſe obligatoria: nec enim in conventionibus & pactis quid promiſſum fuit, attendi debet, ſed etiam quid juſtè ac legitimè, jureque permittente fuerit promiſſum, in tantum, ut nec pacta ejusmodi † juramento confirmata ligare valeant contrahentes, *cap. non eſt. extr. de Reg. jur. in 6to.* Felin. *in cap. ſi diligenti. 12. extr. de for. compet. num. 28.* Matth. de Afflict. *deciſ. 322. num. 1. & ſeqq.* Jacob. Menoch. *lib. præſumt. 122. num. 63. & ſeqq.* † Talis verò procul dubio eſt promiſſio de ſervandâ perpetuâ viduitate, ſiquidem ſterilitas 6 7 8 9 10 11

pro reprobroſa, ac per conſequens etiam pactum de hac pro illicito habetur, *Exod. 29. verſ. 2. Deut. 7. verſ. 14.* Frider. Balduin. *de caſib. conſc. lib. 2. cap. 8. caſ. 14. pag. 314. in fin.*

12 (2.) † Eſtque in effectu promiſſio de perpetua viduitate ſervanda nihil aliud quàm votum perpetuæ continentiæ, quod non ſubſiſtit, nec firmiter aliquem obligat, quia ſanctioni divinæ de conjugio, cui benedixit ipſemet Deus tanquam ordinario medio multiplicandi generis humani, è diametro
13 opponitur, *Gen. 1.* Nam Deus † nullam dedit legem cœlibatûs, ſed matrimonium injunxit omnibus, qui continentiæ beneficio præditi haut ſunt, quod ſingulare donum vocatur, non omnibus datum, *Sapient. 8. verſ. 21. 1. Cor. 7. verſ. 7. Matth. 19. verſ. 11.*
14 † Quin & Paulus juniores viduas nubere jubet, *1. Tim. 5. verſ. 14.* quod præceptum tanquam libidinis remedium ipſis eſt datum divinitùs, cui non parent, ſed contra id expreſsè faciunt virgines ac viduæ, quæ perpetuam promittunt continentiam.

(3.) † Contra matrimonium porrò facta promiſſio atque votum planè irritum habetur, quia eſt contra ordinationem Dei, & cum periculo animæ atque corporis conjunctum, ſiquidem hac ratione quis ſe illicitis uſtionibus, quibus per conjugium mederi valet, objicit, Balduin. *dict. cap. 8. caſ. 7. pag. 298.* ubi hæc addit verba: *Talia vota facienda non ſunt, quæ ordinem Dei convellunt, vel corpus aut animam lædunt, vel occaſionem peccandi præbent.* 15

(4.) † Minùs verò ultimum defuncti conjugis juſſum ejusque voluntatem urgere licet, poſtquam prohibitio ſecundarum nuptiarum pugnat cum libertate matrimonii divinitùs conceſsâ, quare nec conſcientiam ſuperſtitis perſonæ obligat; Per mortem ſiquidem liberatur mulier à lege viri, *Roman. cap. 7. verſ. 1.* ex quo maritus non poteſt ei perpetuæ viduitatis legem ponere, quippe quæ non ampliùs eſt in ipſius poteſtate, Johann. Gerhard. *in loco de conjug. §. 201.* 16

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Nicodemi Gottliebens, die 10. Maji, Anno 1633.* (*Verba Sententiæ:* Erachten hierauf Gottes Wort und unſerer reinen Theologen Evangeliſcher Religion bewährter Meynung gemäß ſeyn: Hat einer vom Adel im Marggrafthum Ober-Laußnitz vor vielen Jahren mit einer Adelichen Jungfrau ſich verheyrathet/ und zu ihren Streitigkeiten einen ſeiner Vettern ihr zum *Curatorn* beſtätigen laſſen/ welcher ſolche auf ſich genommen/ und nicht allein bey ihres Ehemannes Leben/ ſondern auch nach deſſelben Tode treulich verwaltet/ als aber etliche Wochen nach des Mannes Tode des *Curatoris* Eheweib auch verſtorben/ und beyder Trauerzeit ſich geendet/ hat der *Curator* ſeine Pflegefrau liebgewonnen/ und der Ehe halben ſie bittlichen erſuchet/ welche zwar ihme in Ehren gleichfalls ſich gewogen bezeiget/ darbey aber dieſes vorgewendet/ daß ſie ihrem Manne kurtz vor ſeinem Tode eine Witbe zu bleiben/ und ſich nicht wieder zu verehelichen mit Hand und Mund verſprochen und zugeſagt; Derowegen wie ſie ihrem Junckern bey ſeinem Leben ihre eheliche Pflicht treulichen gehalten/ alſo wolle ſie auch in dem/ was ſie ihm auffm Todtbette zugeſagt/ nicht brüchig werden/ ſondern ſolchen nachzukommen wiſſen: Sie hat auch als eine Gottesfürchtige und gewiſſenhaffte Matron ſeiner des *Curotoris* darwider angeführten *motiven* ungeacht noch immer vermeynet/ es möchte ſich gegen GOtt nicht verantworten laſſen/ wo ſie dieſes ihrem Manne gethanes Verſprechen nicht hielte/ daß aller Segen und Gedeyen ſich verlieren möchte/ alles nach mehrerm Inhalt oberwehntes eures Schreibens. Ob nun wol ſonſten insgemein alle Chriſtliche/ ehrliche und vernünfftige GOtt geſchehene Gelübde und den Menſchen gethane Zuſage billich geleiſtet und gehalten werden. Dieweil aber dieſe der Verpflegten ihrem Manne beſchehene Zuſage/ eine Witbe zu bleiben/ nicht alleine unbedachtſam/ weil auſſer der Ehe mit unverletztem Gewiſſen zu leben in ihrer Macht nicht ſtehet/ als welches vor eine ſonderbare Gabe GOttes zu halten/ ſondern auch unchriſtlich/ und dem H. Eheſtande als GOttes Ordnung zuwider; So kan auch ſolche Zuſage nach ihres Mannes Tode in ihrem Gewiſſen die Witbe nicht verbinden/ ſondern ſie kan mit unverletztem Gewiſſen ſich wol hinwieder verehelichen/ hat ſich auch darbey GOttes Segen und Gedeyen mehr zu getröſten/ als einiges Verluſts zu beſorgen/ V. R. W.) 17

TIT. X.

De

Sponſaliorum diſſolutione, ſive Repudio.

Definit. CLXXIII.

Mutuo contrahentium diſſenſu ſponſalia publica haut diſſolvuntur.

SUMMARIA.

1. *De jure canonico ſponſalia mutuo diſſenſu ſolvuntur.*
2. *Quod nec de jure civili aliter ſe habet.*
3. *Sponſalia ſolo contrahuntur conſenſu.*
4. *Eo modo quid diſſolvitur, quo colligatum eſt.*
5. *Conſiſtoria Evangelicorum ſponſalia mutuo diſſenſu diſſolvi prohibent.*
6. *Quibus ex fundamentis & rationibus? num. 9.*
7. *Nulla differentia inter ſponſalia & nuptias quoad vinculum indiſſolubilitatis.*
8. *Sententia Balth. Mentzeri hac de re.*
10. *Scandala in bene conſtitutâ Republicâ ſunt vitanda.*
11. *Differt contractus ſponſalitius ab aliis contractibus civilibus.*
12. *Contractus non ſemper mutuo diſſenſu reſcinduntur.*
13. *Refellitur ſanctio pontificia & juris civilis. n. 14.*
15. *Reſpondetur ad regulam* l. nihil tam naturale. ff. de Reg. jur.
16. *Limitatur hæc regula in actibus ſpiritualibus & eccleſiaſticis.*
17. *Sponſalia ad cauſas eccleſiaſticas referuntur.*
18. *Sententia Conſiſtorii Supremi. n. 19.*

1 EX ſponſalibus non ita conſtrictos exiſtimat contrahentes Pontifex, quin mutuo diſſenſu vinculo matrimonii ſe liberare valeant, *in cap. præterea*, ibi: *Si autem ſe ad invicem admittere noluerint, ne fortè deterius inde contingat, ut talem ſcilicet ducat, quam odio habet, videtur, quod ad inſtar eorum, qui ſocietatem contrahunt & poſtea eandem ſibi remittunt, hoc poſſit in*
2 *patientiâ tolerari, extr. de ſponſal.* † quod nec à jure Romano abſonum, quo partis ſaltem alterutrius diſſenſu ſponſalia diſſolvuntur, *l. 1. C. de ſponſal. l. 2. C. de repud.* verbis illis ſolennibus *(conditione tuâ non utor)* re-
3 pudio adhibitis, *l. 2. §. 2. ff. de divort.* † Non ſine ratione forſan, quia ſponſalia ſolo contrahuntur conſenſu, *l. ſufficit. 4. ff. de ſponſal.* quidni ergò rurſus ſolo diſſenſu diſſol-
4 verentur, † poſtquam eo modo quid diſſolvitur, quo colligatum eſt, *l. nihil tam naturale. 35. ff. de Reg. jur.* Paul. Cypræ. *de ſponſal. cap. 13. §. 11. n. 3.* Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de ſponſal. n. 7.* Johan. Harppr. *ad rubr. Inſt. de nupt. n. 51. & ſeqq.* Jacob. Menoch. *de præſumt. l. 3. præſumt. 1. n. 26.*

Sed † rectiùs Conſiſtoria Principum Evangelicorum eccleſiaſtica, ſponſalia publicè contracta mutuo paſtium diſſenſu diſſolvi prohibent, Joachim à Beuſt. *de ſponſal. part. 1. cap. 58.* Petr. Heig *part. 2. quæſt. 16. num. 4. & ſeqq.* Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. *tom. 1. part. 1. Rubr. matrimonialia. quæſt. 1.* Henning. Arniſ. *de jur. connub. cap. 6. ſect. 3. num. 14. & ſeqq.* (1.) † Ex 5
Regulà Chriſti firmiſſimâ pariter ac rectiſſimâ: Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet, *Matth. 19. verſ. 9. can. quos Deus. 33. quæſt. 3.* Quæ licet de vero ac per benedictionem ſacerdotalem conſummato matrimonio loquatur: attamen † quoad effectum conſortii ac vinculum indiſſolubilitatis nulla inter matrimonium inchoatum & conſummatum, h. e. inter ſponſalia publica & nuptias exiſtit differentia, ut demonſtratum dedimus *lib. 5. Reſponſ. Elector. 108.* veluti † quoque Balthaſ. Mentzer. prædictam Chriſti Regulam ac ſponſalia extendit; cujus verba, quia hanc rem non parùm dilucidant, apponere lubet: *in oculis Dei*, inquit, *& vigore ordinationis divinæ ac vi mu-*

tuæ ſponſionis & virtute efficacis obligationis ſponſa de jure non minus eſt uxor ſui ſponſi, atque ſi jam ſolenniter ipſi tradita & in domum ejus ducta eſſet. Siquidem inter perſonas deſponſatas verum matrimonium jam inchoatum eſt, de quibus etiam rectè uſurpatur illud: Quos Deus conjunxit, homo ne ſeparet. Hactenus Mentzer. *in Diſput. ſuper quæſt: Num ſponſis ante ſolennem in Eccleſia copulationem & benedictionem concumbentibus publica pœnitentia juſtè imponatur?*
9 *habita Giſſ. Menſ. Mart. An. 1624.* (2.) † Ac certè res peſſimi eſſet exempli, ſi mutuo partium diſſenſu à ſponſalibus publicis rurſus diſcedere licitum eſſet, ſiquidem invocatio nominis divini, quam in ſponſalibus etiam adhiberi novimus, planè ludibrio haberetur, vinculum legitimum absque juſtâ & ſufficiente causâ dirimeretur, & ſcandalum non leve aliis præberetur; quod maximo-
10 perè eſt vitandum, † nec res peſſimi exempli in Republicâ benè conſtituta ferenda, *l. obſervandum. 47. ff. de judic. l. 1. in pr. ff. ad*
11 *SCtum Macedon.* (3.) † Magna hinc quoque apparet differentia inter contractum ſponſalitium & alios civiles contractus, qui non vinculo nectuntur divino ut matrimonium per ſponſalia inchoatum, quod propterea divina & indiſſolubilis maris ac fœ-
12 minæ dicitur conjunctio. Quod † ſi ergò civiles contractus non queant ſemper mutuo diſſenſu reſcindi; quantò magis iniquum foret ſponſos, qui per matrimonium inchoatum in carnem unam coaluerunt, animorum diſſenſu iterum ſejungi: præſertim cùm divus Apoſtolus verbis expreſſis id prohibuerit, quando ait: Iis, qui matrimonio juncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus: Uxor à viro non diſcedat: vir uxorem non dimittat, *1. Corinth. 6. v. 10.*

Nec † eſt, quòd ſanctio Pontificis vel 13
juris civilis nobis opponatur: ſi enim pugnandum textibus, in promtu eſt ſanctio divina & Regula Chriſti: Quos Deus conjunxit, homo ne ſeparet, *Matth. 19. v. 6.* cui non immeritò cedit autoritas Imperatoris & Papæ. † Quin nec *dict. cap. præterea. 2. extr. de* 14
ſponſal. ab Eccleſia unquam fuit approbatum, teſte Durando de S. Portiano *lib. 4. diſt. 27. quæſt. 3.* Non etiam ſponſalia de præſenti publica ſolo ac nudo contrahentium conſenſu perficiuntur, ut propterea forſan nudo etiam diſſenſu ea diſſolvi dixeris, *dict. l. nihil tam naturale. 35. ff. de Reg. jur.* † ſed & à 15
Deo ipſomet colligantur vinculo indiſſolubili, atque hinc ab ipſius autoritate & voluntate dependent, Heig. *dict. quæſt. 16. n. 5.* quare non niſi autoritate divina interveniente, & nequaquam nudo contrahentium diſſenſu diſſolvi debent. † Quin & regula *dict. l.* 16
nihil tàm naturale. 35. limitationem patitur in actibus, quibus character ſpiritualis eſt impreſſus: De hiſce enim ait Pontifex, quòd faciliùs conſtruantur, quàm deſtruantur, quia ſint ſpirituales, & conſcientiam concernant, *in cap. inter corporalia. 2. extr. de translat. Epiſcop.* Cagnol. *in dict. l. nihil tam naturale. n. 8.* & ibidem Decius. *n. 7. & ſeqq.* ſponſalia † verò ad cauſas ſpirituales & ec- 17
cleſiaſticas referri notiſſimum eſt, *can. multorum. 35. quæſt. 6. can. Euphemium. in fin. 2. quæſt. 3. c. veniens ad apoſtol. 13. c. cum in Apoſtolica. 18. extr. de ſponſ. c. accedent. 12. extr. de exceſſ. prælat.* Ant. Fab. *de Relig. reg. lib. 2. cap. 9. n. 12.* Paul. Cypræ. *de ſponſal. cap. 14. §. 29. n. 9.* Paul. Tarnov. *de conjug. lib. 3. cap. 35.* Didac. Covarr. *de ſponſal. part. 2. cap. 1. §. un. n. 2. & cap. 8. §. 12.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad reqviſitionem M. Theodori Albini Superattendentis An- 18
nabergenſis die 21. Junii, A. 1606. (*Verba Sententiæ:* Hat Chriſtoph *W.* in Beyſeyn etlicher Zeugen auf ſein inſtändiges Anhalten von Annen *H.* und ihren Eltern eine eheliche Zuſage erlanget/ihr einen Ring beneben dreyen Ducaten zugeſtellet/und hinwiederum von ihr einen Ring zum Mahlſchatz empfangen: Darauf beyde Theile Glückwünſchung angenommen/und nicht allein folgendes/ſondern wol acht Tage lang dabey verharret. Ob nun wol hernach Mißverſtand zwiſchen ihnen erfolget/dahero ſie beyde einander wiederum loß gelaſſen/ und die Mahlſchätze ausgeantwortet/gedachter *W.* als Bräutigam auch vorgiebt/ daß er und ſeine Beyſtände den erſten Abend/ da ſie ſich mit einander verlobt/ truncken geweſen. Dieweil aber doch ſie ſolches allerdings nicht entſchuldiget/die *contrahen*ten folgende Tage auf ihrem Vorhaben beharret/ und nur hernach über Anſtellung der Hochzeit uneins worden/den Partheyen auch nicht freyſtehet/ ihres Gefallens verbündliche Zuſagung wieder aufzuheben; So ſeynd dahero beyde Theile ihres Vorwendens ungeachtet die Ehe zu vollziehen ſchuldig/oder werden in deſſen beharrlichen Verweigerung von der weltlichen Obrigkeit durch gebührliche Mittel hierzu billich *compelli*ret und angehalten/ V. R. W.)
Et † ad conſultationem Tobiæ L. zu *F. die 20. Martii, Anno 1608.* (*Verba Sententiæ:* Habt 1
ihr

ihr euch anderweit mit Reginen/ Michael *K.* Tochter daſelbſten mit Vorbewuſt beyderſeits Freundſchafft ehelich verſprochen/ und den 17. Auguſti des abgewichenen 1607. Jahres in Beyſeyn vieler ehrlichen Leute öffentliche Verlöbniß und Zuſage gehalten. Ob nun wol hernach zwiſchen euch Zanck und Mißverſtand vorgegangen / derowegen ihr beyderſeits dem Verlöbniß wieder loß zu ſagen gemeynet; Dafern aber doch keine andere Urſache hierzu verhanden und anzuführen; So ſeyd ihr das öffentliche Ehegelöbniß zu hinterziehen nicht befugt/ V.R.W.)

Definit. CLXXIV.

Aliter res ſe habet in ſponſalibus de futuro, à quibus pro lubitu, invitâ etiam alterâ parte, rurſus recedere licet.

SUMMARIA.

1. *Sponſalia de futuro à noſtratibus non omni ex parte agnoſcuntur.*
2. *Et quâ ex causâ & ratione?*
3. *Non tamen ſunt rejicienda, ſi ad ſanum reducantur ſenſum.*
4. *Sponſalia de futuro pro deſponſatione impuberum & tractatibus præparatoriis accipiuntur.*
5. *Deſponſationes impuberum diſſenſu nudo corruunt.*
6. *Ut & tractatus ſponſaliorum præparatorii.*
7. *Ideoque ſponſalia de futuro mutuo rumpuntur diſſenſu.*
8. *Allegantur ad hoc verba Chemnitii.*
9. *Sententiæ Conſiſtorii Supremi, n. 10.*

1 Non inficias eo, noſtrates ſponſalia
de futuro parùm curare, quin &
prorſus repudiare, ſi illa cum Cano-
niſtis appellitemus, quando per ver-
ba temporis futuri matrimonium promitti-
tur. *can. noſtrates. 30. quæſt. 5. cap. pœn. extr.*
2 *de ſponſ.* † quia ſcilicet lingua germanica
non tàm accuratè inter verba præſentis &
futuri temporis diſtinguit, ex quo intentio
contrahentium facillimè everteretur, &
ſponſalia de præſenti vera ſub prætextu ſpon-
ſaliorum de futuro diſſolverentur, ut dixi-
mus *ſupr. Defin. 17. & 18.* authoritatem B.
Lutheri adducentes, Joach. à Beuſt. *de ſpon-
ſal. cap. 8.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug.*
§. *130.* Joh. Schneidvv. *ad tit. Inſt. de nupt.*
3 *ſub. Rub. de ſponſal. n. 4.* † Attamen ſi ad
ſanum ſenſum ſponſalia de futuro reducan-
tur, ea non prorſus rejicienda, ſed pro infor-
matione & explicatione intentionis contra-
hentium retinenda eſſe, multis demonſtrat
Johan. Gerh. *dict. loco.* Nec uſu deſtituun-
4 tur, † ſi vel ſaltem illa de impuberum de-
ſponſatione & tractatibus ſponſalia ante-
cedentibus accipiamus, licèt effectus horum
ſit modicus vel nullus, quia utroque in caſu
pœnitere & à ſponſalibus rurſus recedere
5 licet. Nam † deſponſatio impuberum rur-
ſus diſſolvitur, ſi uterque vel alteruter, poſt-
quam ad annos pubertatis pervenit, eam re-
tractari petat, modò pubes factus expreſsè vel
tacitè non conſenſerit, *can. un. ibi: Qui pue-
ris dant puellas in cunabulis & è converſo, ni-
hil faciunt, niſi uterque puerorum poſtquam
venerit ad annos diſcretionis conſentiat, cauſ.
30. quæſt. 2. tot. tit. extr. de ſponſat. impub.
& in 6to. eod. tit.* Quod nec aliter ſe habet
† in tractatibus ſponſaliorum præparatoriis, 6
qui non magis ligant contrahentes, quàm de-
ſponſationes impuberum. Semper enim
annexam habent hanc conditionem, niſi
quid intervenerit, quod promiſſionis imple-
tionem impediat. † Quocunque ergò in 7
ſignificatu ſponſalia de futuro accipiantur,
obligationem & nexum haut inducunt fir-
mum ac indiſſolubilem, ſed contrahentes
pœnitere valent, Joh. Gerh. *dict. loc. §. 164.*
quo in caſu ſanctio Pontificis Innocentii III.
in cap. præterea. 2. extr. de ſponſal. benè veri-
ficatur; Joach. à Beuſt. *de ſponſal. c. 10.* Joh.
Schneidvvin. *dict. loco. n. 11.* Paul. Cypr. *de
ſponſal. cap. 13. §. 12.* † Eoque faciunt verba 8
Chemn. quando ait: *Sponſalia de futuro non
inducunt efficacem obligationem aut nexum
indiſſolubilem in ſexto præcepto*, allegata à
Gerh. *dict. §. 130. circa fin.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem M. Danielis Henichens Superintendentis An-* 9
nabergenſis, die 3. Sept. An. 1608. (*Verba Sententiæ:* Hat Paul *H.* und ſein Vater
auf vorgebrachte Ehewerbung von Caſpar *L.* zum Beſcheid bekommen/ daß

wofern

wofern es GOttes Wille/und ſeine Tochter Magdalena/ und Paul *H.* Luſt und Liebe zuſammen hätten/wolle er ſolche Eheſache nicht wehren/iedoch könne er ſeine Tochter in einem Jahre nicht hingeben: Da denn beydes der Vater und Sohn eine ſolche Zeit zu warten ſich erboten / unterdeſſen aber der Sohn aus-und eingangen /und der Jungfrau einen Thaler und Gürtel/ſo ſie noch bey ſich hat/ verehret/ꝛc. So iſt zwiſchen den Partheyen noch zur Zeit keine beſtändige Ehe geſchloſſen: Derowegen *L.* ſeine Tochter *H.* wider ſeinen Willen zur Ehe zu geben nicht ſchuldig/ V. R. W.)

Et † ad conſultationem D. Pauli Laurentii Superintendentis Dresdenſis, die 19. Junii, An. 10
1610. (*Verba Sent:* Hat Ernſt *P.* ſeine Stieff-Tochter Jungfrauen Barbaren vor 9. Jahren Jacob *M.* ſolcher Geſtalt verſprochen/ daß wenn er in ſeiner Heimath ſeines Erbtheils und anderer Sachen halben Richtigkeit gemachet/ und wieder kommen würde/er ſich wieder angeben/ſo dann die Ehe vollzogen werden ſolle/welches er auch *accepti*ret/ iſt aber nicht wieder kommen/ ſondern hat die Jungfrau neun Jahr hero vergeblichen aufgehalten/ auch endlichen ſich in Schrifften erkläret/ die Jungfrau ſolte keine andere Heyrath ausſchlagen/ er begehre die Zeit ſeines Lebens ihr keinen Einſpruch zu thun: Dahero dieſelbe nunmehr auch ihr Hertz von ihme gantz und gar abgewendet und loß zu ſeyn begehret. So erſcheinet hieraus allenthalben ſo viel/daß obangeregtes Verlöbniß für keine beſtändige Zuſage und Verſprechung der Ehe zu halten; Derentwegen die Jungfrau ihrer Gelegenheit nach anderweit ſich Chriſtlichen zu verehelichen wol befugt/ V. R. W.)

DEFINIT. CLXXV.

Reſcinduntur quandoque ſponſalia publica: ſed ſaltem ex causâ, quam Conſiſtoria juſtam ac ſufficientem judicaverint & declaraverint.

SUMMARIA.

1. *Diſſolvantur ſponſalia publica per repudium.*
2. *Quomodo differat repudium à divortio?*
3. *Promiſcuè hæc duo qvandoqve uſurpantur.*
4. *Subſiſtit de jure repudium.*
5. *Modo juſtæ ac ſufficientes adſint cauſæ.*
6. *Vitanda ſunt temeraria repudia: & qvare? num. 7. 8.*
9. *De causâ repudii judicant Conſiſtoria.*
10. *Proceſſus repudii tractatur in Conſiſtoriis.*
11. *Privati ſponſalia diſſolventes pœnam incurrunt arbitrariam.*
12. *Decreta Conſiſtorii Supremi, num. 13. 14. 15. 16.*

1 AN ergò nunquam ſponſalia publica diſſolvi poterunt? Poſſunt omninò, ſi locus ſit repudio, quo ſponſalia reſcinduntur. Ut enim duo ſunt gradus matrimonii perficiendi: Sponſalia & Nuptiæ: ita ejusdem vinculi dirimendi gradus ſunt totidem: Repudium & Divor-
2 tium. Illo † (ductâ voculæ ſignificatione à recuſatione propter rem pudendam, autore Feſto) ſponſalia, h. e. matrimonium tantummodò inchoatum; hoc verò nuptiæ, h. e. conjugium conſummatum & perfectum dirimuntur, *l. inter ſtuprum. 101.* ibique Gœdd. *l. inter divortium. 191. ff. de V. S.* Herman. Vult. *lib. 1. Juriſpr. Roman. cap. 21. num. 7.* Balth. Mentz. *in tract. de conjug. tit. de divortiis. in pr.* Johann. Harppr. *ad §. ſunt & aliæ. 11. num. 31. Inſt. de nupt.* Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap. 8.* Paul. Cypræ. *de ſponſal. cap. 13. §. 1. n. 2.* Henn. Arniſ. *de jur. connub. cap. 6. ſect. 2. n. 1.* Hemming. *in libell. de conjug. ſub tit. de repud.* Rittershuſ. *ad Novell. part. 4. cap. 7. n. 5.* † 3
quamvis diſcrimen hoc non ubique ſtrictè obſervetur, *l. ſi qua. 12. in pr. ff. de rit. nupt.* Joh. Harppr. & Cypræ. *dict. loc.*

Diſſolvuntur itaque ſponſalia per repudium, † quod de jure inſtitui poſſe ambi- 4
gendum non eſt, vel propterea, quod & matrimonium per nuptias ac benedictionem ſacerdotalem conſummatum divortio rumpatur, *tot. tit. ff. de divort. & tot. tit. C. de repud.* quantò magis ergo conjugium per ſponſalia ſaltem inchoatum? Joh. Gerh. *in loco de conjug. §. 159.* Quod tamen

5 tamen non aliter accipiendum, † quam ſi graves ac ſufficientes repudii cauſæ proferantur ac demonſtrentur. Quondam equidem pro lubitu ſponſalibus licuit renunciare, *l. 1. C. de ſponſal. l. 2. C. de repud.* Sed poſterioribus ſeculis licentia hæc ita fuit coarctata, ut niſi juſtæ ſubeſſent cauſæ, non fuerit permiſſum repudium, Paul. Cypr.
6 *dict. cap. 13. §. 8. n. 1. in fin.* † Poſtquam enim Deus invocatur ac conſtituitur teſtis ſponſaliorum & vindex violationis, religiosè res hæc tractanda eſt, nec temerè recedendum ab eo, quod ſemel placuit, ne in perfidos ac perjuros graviter animadvertatur. Et quis
7 non videt, † temeraria ſponſaliorum diſſolutione maximum aliis præberi ſcandalum levitatis, perſonæ deſertæ ignominiam ac maculam afferri, dilectionem proximi parùm obſervari, ac tandem odia & ſimultates inter cognatos deſponſatorum excitari? ut hinc † vitandum ſit temerarium ejusmodi repudium, nec ſine causâ permittendum, 8
Joh. Gerhard. *dict. loc.* Cypr. *dict.* §. 8. De quâ † an probabilis & ſufficiens habeatur, 9
ſolis Conſiſtoriis judicare fas eſt; verendum ſiquidem, ne ſi aliud dicatur, leviuſculæ etiam rationes pro ſufficientibus venditentur, & nunquam non repudio locus detur. Quam ob cauſam prudenter conſtitutum, ne privatâ vel contrahentium vel amicorum, † 10
ſed publicâ Magiſtratûs autoritate in Conſiſtoriis proceſſus repudii tractetur, ventiletur & cauſa decidatur, *Ordinat. Eccleſ. ſub rubr.* Von beyden *Conſiſtoriis* zu Leipzig und Wittenberg. *art.* was Sachen in das *Conſiſtorium* gehörig. §. 1. † Unde etiam 11
pœna quadam affici conſveverunt, carcere ſcilicet vel mulctâ pecuniariâ, qui proprio arbitrio ſponſalia diſſolvunt, Gerh. *dict.* §. 159. *pag.* 243.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Michael R. Klägern an einem/ Nicolai Z. Wit- 12
ben/ Beklagte anders Theils/ *die 29. Januar. Ann. 1630.* (*Verba Decreti:* Daß beyder Partheyen Bitten nach/wegen befundener erheblicher Umſtände/ von ihrem Verlöbniß abzuſtehen/und in andere Wege ſich hinwieder zu verehelichen verſtattet ſeyn ſol/ ꝛc.)

Et † *in causâ N. N. contra N. N. die 3. Martii Anno 1630.* (*Verba Decreti:* Daß bey ge- 13
ſtalten Sachen und Umſtänden beyden Theilen in andere Wege ſich Chriſtlich zu verehelichen zu verſtatten; Sie ſeynd aber wegen gegebenen Aergerniſſes iedes Theil beſonders 10. Thlr. zu milden Sachen zu erlegen ſchuldig/ V. R. W.)

It. † *die 13. Jan. Anno 1637.* (*Verba Decreti:* Daß bey befundener Beſchaffenheit und 14
der Partheyen gethaner Erklärung ihnen von dieſer Heyrath wol abzuſtehen/ und in andere Wege ſich Chriſtlich zu verehelichen nachzulaſſen/ ꝛc.)

It. † *die 25. Auguſt. Anno 1615.* (*Verba Decreti:* Daß ihnen auf ihr Anhalten um angezo- 15
gener erheblicher Urſachen willen/von ihrem Ehegelöbniß hinwiederum abzuſtehen hiermit verſtattet wird/darnach ſie ſich zu achten/ꝛc.)

Et † *in causâ* Barbaren/ Heinrich J. Tochter/ Klägerin an einem/ und Hans R. Be- 16
klagten anders Theils/ *die 1. Martii Anno 1611.* (*Verba Decreti:* Dieweil beyde Theile erhebliche Urſachen angezogen/ warum ſie ihr gehaltenes Ehegelöbniß nicht vollziehen können; So wird auf ihr Anhalten daſſelbe aus richterlichem Amt hiermit *caſſiret* und aufgehoben/ V. R. W.)

DEFINIT. CLXXVI.

Inimicitiæ ſponſorum capitales ſufficientem præbent cauſam repudio.

SUMMARIA.

1. *Variæ à Canoniſtis recenſentur cauſæ repudii.*
2. *Quarum rationem Conſiſtoria hodie non habent.*
3. *Cauſæ repudii Judicis eccleſiaſtici arbitrio committuntur.*
4. *Arbitrio judicis non certa præſcribitur regula.*
5. *Num inimicitiæ inter ſponſis exortæ præbeant cauſam repudio?*
6. *Negativè reſpondendum, qvando inimicitiæ ſunt leves.*
7. *Qvas componere judici incumbit.*
8. *Ob magnas vero & capitales inimicitias diſſolvi poſſunt ſponſalia.*

9. *Fun-*

9. Fundamenta & rationes hujus deciſionis, n. 12. 13.
10. Regula pro informando judicis arbitrio in cauſa repudii.
11. Sanus intellectus c. 2. extr. de ſponſ.
14. Judicis arbitrio relinquendum, quibus ex cauſis diſſolvenda ſint ſponſalia?
15. Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 16.

1 VAriæ à Pontificis & Canoniſtis referuntur cauſæ repudii, quas congeſſit Johann. Gerhard. *in loco de conjug. §. 160.* leviuſculæ autem cum inter
2 eas reperiantur, † in Conſiſtoriis haut multum fidei & autoritatis hodiè iis attribuitur, ſed quando ad judices cauſarum matrimonialium negotium id defertur, ſive utraque ſive alterutra tantummodò pars ſponſalia diſſolvi
3 expetat, † cauſæ petitionis ipſorum judicum arbitrio, cognitioni ac diſcretioni committuntur, num juſtæ, ſufficientes ac tales
4 ſint habendæ, ut locus ſit repudio, † quibus pro ratione ac diverſitate perſonarum ac circumſtantiarum nunquam certa poteſt præſcribi regula, Abb. *in cap. requiſivit. 17. n. 4. extr. de ſponſal.* Johan. Gerhard. *dict. loco. §. 162.* Johan. Harppr. *ad rubr. Inſtit. de nupt. n. 138.* Paul. Cypr. *de ſponſal. cap. 13. §. 8. n. 1.*
5 Id ſaltem jam diſpiciendum eſt, † num inimicitiæ capitales & implacabiles inter ſponſos ortæ juſtam ac ſufficientem faciant cauſam repudii? Sanè ob quaslibet indifferenter rixas ſponſalia non fore dirimenda,
6 quivis facilè conceſſerit. Quid † enim ſi leviſſimis de rebus inter ſeſe altercari cœperint perſonæ deſponſatæ, & unum aliquod verbum inter eos litem concitaverit? Non certè æquum eſt, malitiæ huic indulgeri &
7 oppidò ſponſalia diſſolvi: † Sed judici hoc caſu incumbit operam dare, ut in gratiam redeant, illamque partem, quæ cauſam dedit diſſidio & pœnitere cupit, cogere, ut odio ac contentione ſepoſitâ ad nuptias animum applicet, Paul. Cypr. *de ſponſal. cap. 13. §. 82.*
8 Quod † ſi verò judex adeò exulceratos animos eorum eſſe viderit, qui ſibi matrimonium repromiſerunt, ut veriſimile ſit, nunquam inter eos coalituram concordiam vel nuptias illas materiam cædibus vel adulteriis daturas, vel certamina excitaturas inter utriusque conjugis conſanguineos & propinquos, utique tum ipſi fas erit ſponſalia diſſolvere, Cypr. *citat. loc.* Joh. Gerhard. *dict. loco. §. 160.* Johann. Harppr. *dict. rubr. n. 138.*
9 (1.) † Quia quando talis accidit caſus, qui ſi tempore ſponſaliorum affuiſſet, ſponſus vel ſponſa in matrimonium nunquam conſenſiſſet, tunc judex ad dirimenda ſponſalia propenſior eſſe debet, Gerh. *dict. loco. §. 147. pag. 251.* Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de ſponſal. §. ult* Harppr. *dict. loc.* quæ † regula non parum informare poteſt arbitrium judicis, 10
quod alias nunquam non titubat. Credibile verò haut eſt, quendam tam fatuum fore, ut ſponſalia vel matrimonium contrahat, ex quo odium & inimicitia capitalis ſibi ſit metuenda.

(2.) † Eoque de caſu ſi intellexerimus *cap.* 11
2. extr. de ſponſal. rectiſſimè à Pontifice Innocentio III. reſcriptum fateri neceſſum habebimus. Quid verò ille? *Præterea*, inquit, *hi, qui de matrimonio contrahendo purè & ſine omni conditione fidem dederunt, commonendi ſunt & modis omnibus inducendi, ut præſtitam fidem obſervent. Si autem ſe ad invicem admittere noluerint, ne forte deterius inde contingat, ut talem ſcilicet ducat, quam odio habet, videtur, quod ad inſtar eorum, qui ſocietatem interpoſitione fidei contrahunt, & poſtea eandem ſibi remittunt, hoc poſſit in patientiâ tolerari.*

(3.) † Cum quo etiam convenit Reſcri- 12
ptum Lucii III. hiſce verb. *Quod cum libera debeant eſſe matrimonia, monenda eſt potiùs (mulier) quàm cogenda, cum coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere, in cap. requiſivit. 17. extr. de ſponſal.* † Ex ver- 13
bis nempe hiſce finalibus inferunt Dd. concedendam fore ſponſaliorum diſſolutionem ob inimicitias capitales & irreconciliabiles inter ſponſos exortas, ne ſcilicet matrimonium infelicem habeat exitum, Paul Cypræ. Gerh. & Harppr. *citatis locis.*

(4.) † Quod tantò faciliùs annuendum, 14
quantò certius, judici manus conſtrictas haut eſſe, quo minùs ex arbitrio rumpere ſponſalia poſſit, ſi malum inde veniens animadvertat. Quod certè hoc in caſu vix ſatis deplorari poteſt. Ubi enim non mutuus eſt amor conjugum, ibi diſcordia ſauciat mentes, impedit invocationem Dei, turbat totam domeſticam conſuetudinem, & multa parit peccata, cauſamque dat caſibus tragicis & triſtiſſimis calamitatibus, ex quo tandem miſeri homines in deſperationem & æternum exitium ruant, Joh. Schneidvv. *ad tit. inſtit. de nupt. part. 1. de requiſ. nupt. licit. n. 17.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Melchior *W.* Klägers an einem / Chriſtinen 15
Bene-

Benedix L. Tochter/ Beklagten anders Theils/ *die 11. Julii, An. 1616.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagte wegen dero von Klägern beſchehenen Hinterziehung ſeiner vorigen Bewilligung ſich ausdrücklich vernehmen laſſen / daß ſie Zeit ihres Lebens Klägern nicht könte gewogen ſeyn und gutes thun/ Kläger auch ſolcher geſtalt ſie zur Ehe zu dringen Bedencken träat; ſo iſt beyden Theilen / mit Vorbehalt der verwürckten Straffe/in andere Wege ſich Chriſtlich zu verehelichen verſtattet worden; Darnach ſie ſich zu achten/ ꝛc.)

Et † in causâ Annen/ Hanſen L. Tochter *contra* George T. *die 24. Jul. An. 1611.* (*Verba* 16
Decreti: Demnach vor uns heute *dato* Anna / Hanſen L. nachgelaſſene Tochter/ vorbringen laſſen/daß ob ſie wol mit George T. vordeſſen ein öffentliches Ehegelöbniß gehalten/ er doch hernach anders Sinnes worden/ſie und ihren Stief-vater gantz beſchwerlich an ihren Ehren angegriffen/dahero ſie nunmehr Bedencken trüge/die zugeſagte Ehe mit ihme zu vollnziehen/mit demüthiger Bitte/daß ſie von berührtem Ehe-Gelöbniß aus angezogener Urſach wieder abſetzen/und wir darzu unſern Richterlichen *Conſens* geben wolten. Ob nun wol Beklagter / George T. der *Injuri*en halber ſich erkläret / daß er Klägerin und ihrem Stieff-Vater nichts unehrliches nachſagen könte und wolte / ſondern was bishero vorgelauffen / eine Dröſcherey genennet. Dieweil er aber doch um angezogener Verbitterung willen/darüber er auch in Melancholey gerathen/ das Ehegelöbniß aufzuheben ebenmäßig gebeten / und auch zwiſchen den Partheyen die gütliche Ausſöhnung entſtanden; Als haben wir zu Aufhebung ihres gehaltenen Verlöbniſſes dergeſtalt unſere Bewilligung gegeben / daß hiermit die *Injuri*en gäntzlich fallen/und beyde Theile zu Verhütung mehrers Aergerniß von *dato* an binnen Jahres-Friſt anderweit Ehegelöbniſſes bey Strafe 50. Goldgülden ſich enthalten ſollen / ꝛc.)

DEFINIT. CLXXVII.

Propter homicidium à ſponſo doloſè commiſſum audienda eſt ſponſa petens repudium.

SUMMARIA.

1. *Error qualitatis non vitiat ſponſalia.*
2. *At bene nova qualitas ſuperveniens.*
3. *Hinc propter homicidium à ſponſo perpetratum diſſolvuntur ſponſalia n. 8. 9.*
4. *Homicidium eſt crimen atrox, grave & deteſtabile.*
5. *Quò homo ad imaginem DEI creatus è medio tollitur.*
6. *Primum eſt hoc delictum, cui mortis pœna in ſacris præfinitur.*
7. *Etiam deteſtabile apud alias gentes.*
10. *Homicidæ ſunt infames.*
11. *Ceſſat hæc diſputatio, ſi animadvertatur debito modo in homicidas.*
12. *Sponſa non cogenda, ut cohabitet fugitivo & abſenti.*
13. *Exilium æquiparatur deſertioni malitioſæ.*
14. *Deſertio eſt juſta divortii cauſa.*
15. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 LIcèt error qualitatis, quando ſcilicet
putatur eſſe bonus, qui malus eſt, non
rumpat ſponſalia, quia error talis verſatur tantummodò circa accidentalia
matrimonii, non circa ipſam ſubſtantiam,
Paul. Cypræ. *de ſponſal. cap. 13. §. 39. in pr.* Joh.
Gerh. *in loco de conjug. §. 208.* aliter tamen res
2 ſe habet, † ſi nova ſuperveniat qualitas, quæ ſi
præceſſiſſet, non fuiſſent contracta ſponſalia,
3 veluti ſi ſponſus † voluntarium ac doloſum
commiſerit homicidium: tùm ſanè audienda
erit puella, quæ à ſponſo poſt cædem perpetratam ſeſe liberari cupit, Paul. Cypræ. *dict. cap. 13. §. 79.* Gerhard. *dict. loc. §. 166. pag. 249.*

(1.) † Eſt ſiquidem homicidium voluntariè 4
perpetratum grave, atrox, horribile ac deteſtabile crimen, Jacob. Boulen. *in repet. l. capitalium. §. famoſos. num. 62. ff. de pœn.* Petr. à Plach. *in epit. delict. lib. 1. cap. 9. n. 4.* Proſp. Farinac. *lib. 4. tit. 14. in pract. criminal. q. 119. n. 1.* Anton. Gometz. *tom. 3. variar. reſolut. cap. 3. in pr.* Tiber. Decian. *in tract. criminal.*
lib. 9. cap. 17. † quippe quo homo ad imagi- 5
nem Dei creatus è medio tollitur, *cap. 2. extr. de homicid.* & Reſpublica, cujus multùm intereſt homines conſervari, iis privatur, *l. cum ratio. ff. de bon. damnat.* Decian. *dict. cap. 17. num. 4.* Petr. à Plach. *dict. lib. 1. c. 11.*

num.2. in fin. & ſeqq. Didac.Covarr. *var. re-*
6 *ſolut. lib.2. cap.9.* † quare & primum habetur in ſacris hoc delictum, cui mortis pœna legitur præfinita *Gen.9.* addita ratione, ne terra polluatur, *Gen.35.* Hippol.de Marſil. *in l.1. n.3. ff. ad Reg.Cornel.de ſicar.* Didac.Covarr.
7 *dict.cap.9. num.1.&2.* Et † hinc quoque gentes, quæ ſapientiæ laude claruerunt, ut Græci, homicidas deteſtabiles & hominum conſortio indignos exiſtimaverunt, quòd non tantùm terram, ſed & eos, qui cum illis commercium haberent, pollui putarent, Xenophon
8 *in Hieron.* † Quidni ergo graviſſima judicaretur cauſa repudii crimen hoc, ſi præſertim ob id ſponſa toto pectore ab homicida abhorreret, nulloque pacto adduci poſſet, ut in ejus complexum veniat? Cypræ. *dict. §.79.*
9 *num.1. in fin.* (2.) † Verendum porrò, ne ſi ſponſa cogeretur ejusmodi homicidæ, quem odio proſequitur, cohabitare, matrimonium inquietetur, ac difficilem ſortiatur exitum, quod tamen omnibus modis præcavendum, *cap. requiſivit.17. extr. de ſponſalib.* ut profecto non poſſit non juſta ac ſufficiens cauſa repudii hæc judicari, ac talis, ob quam ſponſalia reſcindantur, *cap. ex literis. 10. extr. de*
10 *ſponſal.* (3.) † Nec quemquam fugit infamia, quæ homicidas comitatur, *l.1. ff. de his qui notant. infam.* Atqui expeditum ferè eſt, quòd ex delictis, quibus infamia irrogatur, diſſolvi queant ſponſalia, Paul. Cypr. *cap.13. §.78.* Caſp.Eraſm.Brochmand. *tom. 2. art. de conjug.32. pag.1001.* Joh.Gerhard. *dict. loc. §.166. p.249.* (4.) † Addimus & hoc, ſi Ma- 11
giſtratus faciat ſuum officium, & pœnam mortis in homicidas jure pariter divino & civili ſtatutam exequatur, omne tolli dubium ac impedimentum, quo minùs ſponſa à vinculo matrimonii liberetur. Attamen ſi vel gratia ex circumſtantiis pœnam mitigantibus fiat delinquenti, ita ut in exilium mittatur, vel ipſemet ſit fugitivus, cui pœna irrogari nequeat, † non certè ſponſæ injungen- 12
dum, ut abſenti cohabitet, a quo propter abſentiam diuturnam ſeparari poteſt mediante repudio, *cap. de illis. extr. de ſponſal. l. 2. C. eod. tit.* Panorm. *in dict. cap. de illis.* Didac. Covarr. *in epitom. de ſponſal. cap.5. n. 7.* Andr. Fachin. *libr. 2. controverſ. cap. 33.*
† Cumque exilium, in quod quis ob infame 13
factum & facinus mittitur, jure juſtiſſimo æquetur deſertioni malitioſæ, utique vel propterea etiam locus erit repudio, quia † de- 14
ſertio juſta eſt divortii cauſa, *1.Cor.7. verſ.15.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *dict. art. de conjug. quæſt. 65.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Superintendentis Annæbergenſis M. Theodori Albini & Archidiaconi Michaëlis Günthers, die 26. Jan. An. 1611. (*Verba Sententiæ:* 15
Hat Michael S. vor 3. Jahren ſich mit Barbarn/ Balthaſar B. Tochter/ in ein öffentlich Eheverlöbniß eingelaſſen/ bald aber hernach ſeinen Schmied-Geſellen/ ſo ihm freundlich im Bette liegende wegen ſeiner Trunckenheit zugeſprochen/ aus lauterm Frevel mit einem Rappier durchs Bette erſtochen/ daß er alſobald todt liegen blieben; Darauf er dann flüchtig/ und von dem Amt einzuziehen befohlen worden/ hat auch vor deſſen unverſchuldeter Sachen die Jungfrau und den Vater geſchlagen/ und ſeithero in währender Flucht der Jungfrauen nichts zuentbieten laſſen/ noch ſie der verſprochenen Ehe erinnert; ſo iſt zwar gemeldte Barbara geſtalten Sachen nach ihrem flüchtigen Bräutigam auſſerhalb Landes nachzuforſchen/ oder auf ſein Begehren ihme dahin zu folgen/ und die Ehe mit ihme zu vollziehen wider ihren Willen nicht ſchuldig. Dieweil er aber mit ſeiner Gegen-Nothdurfft auch billich zu vernehmen; So werden der Barbarn auf ihr Anſuchen wider ihn des verübten Todtſchlages und *deſertion* halber aus dem Ober-*Conſiſtorio* öffentliche *Edicta* und Ladungen billich mitgetheilet/ und wofern er auſſenbleibet/ oder eines frevelhaftigen und muthwilligen Todtſchlages überführet wird/ das Eheverlöbniß zwiſchen ihme und der Barbaren durch ferner Erkäntniß billich wiederum *caſſi*ret und aufgehoben/ V. R. W.)

DEFINIT. CLXXIIX.

Ob furtum à ſponſo commiſſum, quod extraordinariam duntaxat meretur pœnam, haut diſſolvenda ſunt ſponſalia.

SUMMARIA.

1. *Non ſaltem homicidium, ſed alia etiam crimina cauſam præbent diſſolutioni ſponſaliorum.*
2. *Niſi reis gratia fiat, vel extraordinaria ſaltem infligatur pœna.*

3. Ut

3. Ut in caſu culpoſi homicidii, n. 4.
5. Propter furtum etiam ſponſi repudium conceditur.
6. Niſi ob modicum furtum extraordinaria indicatur pœna.
7. Quo caſu infamia haut irrogatur.
8. Prohibitio divortii hoc caſu facta à Pontifice Alexandro III.
9. Nec non ab Impp. n. 10.
11. Sponſalia & nuptiæ quandoque confunduntur.
12. Et promiſcua appellatio ſponſæ & uxoris, ſponſi ac mariti.
13. Quod de nuptiis diſpoſitum, id etiam in ſponſalibus obtinet.
14. Sponſalia non minùs vinculata quàm nuptiæ.
15. Sententia Conſiſtorii Supremi.

1 QVod de homicidio diximus *Defin. praced.* propter hoc ſcilicet à ſponſo commiſſum audiendam fore ſponſam, repudium ac diſſolutio-
2 nem factæ deſponſationis petentem: † de omnibus aliis criminibus gravioribus& quibus infamia pariter& pœna capitalis irrogatur, accipi volumus, qualia ſunt veneficium, parricidium, latrocinium, falſum, robboria, plagium, &c. quorum rei ultimo ſupplicio vel quandoque fuſtigatione plectuntur, *l. conſenſu. 8. C. de repud.* Paul. Cypræus *de ſponſalib. cap. 13. §. 79. num. 3.* Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 166.* Joh. Harppr. *ad Rubr. Inſt. de nupt. num. 55.* Caſp. Eraſm.
3 Brochmand. *in art. de conjug. qu. 65.* † Niſi ex cauſa aliqua gratia eis fiat, vel ſaltem ob qualitatem criminis pœna extraordinaria, quæ infamiam haut conjunctam habet, infligatur; ex quo non indifferenter homicidium à ſponſo perpetratum cauſam repudii
4 præbet. Quid enim † ſi caſu cædes commiſſa fuerit, vel per imprudentiam & culpam abſque dolo quis aliquem occidiſſet, ferro è capulo elapſo, ut Moſes *Deut. 19.* ſtatuit, vel in neceſſaria defenſione moderamen exceſſiſſet, quibus in caſibus extraordinariæ tantummodò pœnæ veniunt irrogandæ, ut multis demonſtravimus *in Pract. crimin. part. 1. quæſt. 27. 28. 29. & 30.* Non † certè tum locus dabitur repudio, Cypræus *dict. §. 79. c. 2. in fin.*

Dijudicare hinc quoque licet, quid de
5 furti crimine habendum? Sane † quia & hoc infamiam infert, *l. 1. ff. de his qui not. infam. l. non poterit. 63. ff. de furt.* ac mortis pœnam meretur ex *Conſtit. Frider. & in tit. de pace tenend. 27. §. ult. 2. FF. Ordin. Caroli V. Imp. criminal. art. 159.* ubi Matth. Stephan. dubitandum non eſt, quin cauſa hinc ſuppetat repudii. Sed aliud dicen-
6 dum, † ſi ſponſo furi pœna ſaltem carceris vel relegationis temporalis extraordinaria infligatur, quò in caſu à diſſolutione ſponſaliorum abſtinendum erit, ut probatum dedimus *Reſponſ. Electoral. 115. lib. 5.* Nempe quòd ratio & cauſa repudii tum ceſſet, ultimum ſcilicet ſupplicium & infamia ſponſi. Prius ſanè expeditum eſt: poſterius inde clarum redditur, quòd † judex in delictis levio- 7
ribus arbitrariam & extraordinariam decernens pœnam cenſeatur infamiam remiſiſſe, ſecundùm tradita Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de his qui not. infam. n. 6.* Hartm. Piſtor. *obſerv. 177. n. 13.* Quis ergo in caſu modici furti reum arbitrariè mulctatum pro infami habendum aſſereret?

Quam ob cauſam etiam † Pontifex Alexander III. ob furtum commiſſum divortium ac ſeparationem prohibet, quando ait: 8
Nos itaq; taliter reſpondemus, quòd mulier pro furto vel alio crimine viri ſui ab eo ſeparari non debet, extr. de divort. † Quò 9
& reſpexit Alexander Imp. *in l. 1. verb. matrimonium quidem deportatione vel aquæ & ignis interdictione non ſolvitur, de repud.* Nec non Imperator Conſtantinus *in l. rei uxoris. 24. verſ. ſin autem aquâ & igni interdictum erit, vel deportatio illata, non tamen mors ex pœna ſubſecuta &c. junct. verb. quia nec matrimonium in hujusmodi caſibus diſſolvitur. C. de donat. int. vir. & uxor.*
† & Juſtinianus Imperat. *Deportatio tamen, in quam migravit & antiqua ignis & aquæ interdictio, quam aquâ & igni interdictionem vocant noſtræ leges, non ſolvit matrimonia, in Novell. 22. cap. 13.* Licet enim textus hi non expreſsè de ſponſalibus, ſed de matrimonio loquantur, neminem tamen latet, contractum ſponſaliorum cum matrimonio non raro confundi, & † ſub u- 11
no alterum quoque comprehendi: nec ineptè quia ſponſalia ſunt matrimonium inchoatum, licet nondum conſummatum, *ſupra Defin. 130. num. 4.* Balthaſ. Mentzer. *in libello de conjug. pag. 170. & ſeqq.* Johan. Gerhard. *dict. loco de conjug. §. 168.* ex quo etiam † promiſcua quandoque eſt appella- 12
tio ſponſæ & uxoris vel conjugis, ſponſique & mariti, *Deut. 22. v. 24. Matth. 1. verſ. 20. Geneſ. 19. verſ. 8. & 14. l. ſi ſponſa. ff. de jur. dot. l. lex Julia. ff. fundo dotali. l. aſſiduis. §. 1.*

13 §. *1. C. qui potior. in pign. hab.* † Et quod diſponitur de nuptiis, id etiam in ſponſalibus dicitur locum obtinere, *l. tutor. §. 1. l. oratio. ff. de ſponſal. l. cui fuerit. ff. de condit. & demonſtrat.* Bartol. *in l. cum pater. ff. ad Leg. Pompej. de parricid.* Alber. Gentil. *de nupt. lib. 2. cap. 23.* Anton. Natta *conſil. 282. n. 1. & ſeqq.* Domin. Cardin. Tuſch. *tom. 7. pract.*
14 *concluſ. lit. S concluſ. 511. n. 58.* † imprimis autem hoc caſu, quo agitur de firmitate ſponſaliorum, quæ vinculata æque novimus effato illo divino: Quos DEUS conjunxit, homo ne ſeparet, *Matth. 19. verſ. 6. can. quos Deus. 33. quæſt. 3.* de quo pluribus dixi in *citat. Reſponſ. Elect. 115. lib. 5.* vid. Balth. Mentz. *in Diſput. quam habuit Gieſſ. ſuper quæſt. Num ſponſis ante ſolennem in Eccleſia copulationem & benedictionem concumbentibus publica pœnitentia juſtè imponatur? Menſ. Mart. Anno 1624. th. 25.* cujus verba fuerunt adducta *dict. Reſp. 115. num. 16.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem* Michael Kunds / *Paſtoris Waldheimenſis, die 25. Nov. Anno 1608* (*Verba Sententiæ:* Hat Thomas N. vor den Gerichten zu 15
Waldheim nach erlittener zweytägiger Gefängniß bekant und ausgeſagt / daß er daſelbſten im Bierhauſe einen Wanders-Geſellen / Namens Hans B. welcher allda gezechet und ſein Bündlein neben ſich gehabt / beſtohlen / ſolcher Geſtalt / daß er das Bündlein aufgeſchnitten / und daraus Strümpfe und anders mehr diebliche entwendet / und in einen Garten verſtecket / inmaſſen ſolches im Nachſuchen daſelbſt gefunden / und der Thäter Thomas N. auf Befehlich aus dem Amt Rochlitz ſeiner Mißhandlung wegen mit 3. Wochen Gefängniß und Erſtattunge des Gerichts Koſten geſtraft / und ſeiner Jugend wegen alſo loßgelaſſen worden; Darauf er ſeiner Braut Chriſtinen / David M. zur Hartha Tochter / mit welcher er zuvor öffentliche Ehegelöbniß gehalten / unbegrüſſet ſich von dannen weggewendet / daß man nicht wiſſen kan / wo er hinkommen. Ob nun wol die Jungfrau und ihr Vater ihme die verſprochene Ehe nunmehr nicht halten wollen / ſondern der Vater ſie Thomas N. anderweit verehelichet / und allbereit einmal aufbieten laſſen; So iſt doch das zwiſchen Thomas N. und gemeldter Chriſtinen geſchloſſene Eheverlöbniß / angezogener Urſachen und Umſtände aller ungeachtet / noch zur Zeit nicht aufzuheben / ſondern es wird daſſelbe durch öffentliche Trauung und eheliche Beywohnung billich vollzogen: Da aber N. nicht zur Stelle und nirgend anzutreffen / mag ihn die Braut Chriſtina durch öffentliche *dicta citi*ren laſſen / und ergehet alsdenn wegen des *intervenien*ten Thomä N. ferner was recht iſt / V. R. W.)

DEFINIT. CLXXIX.

Annuendum tamen quandoque diſſolutionem ſponſaliorum petentibus, ſi ſponſus ex culpâ aliò migrare & peregrinum quærere domicilium neceſſe habeat.

S U M M A R I A.

1. *Propter furtum ante ſponſalia perpetratum diſſolvi ſponſalia, improbat Beuſt.*
2. *Error qualitatis non reſcindit matrimonium.*
3. *Quid ſi dolus acceſſerit?*
4. *Diſſolutio ſponſaliorum judici eccleſiaſtico committenda.*
5. *Facti ſpecies.*
6. *Deciſio Conſiſtorii Supremi, n. 10.*
7. *Non indulgendum eſt dolo.*
8. *Semper exceptus intelligitur dolus.*
9. *Commoratio in loco peregrino valde difficilis.*
11. *Sponſalia faciliùs diſſolvuntur, quàm nuptiæ.*
12. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 RIgoroſus nimium videtur Joach. à Beuſt, qui aſſertionem noſtram *Defin. præced.* traditam eò extendit, ut nec propter furtum ante ſponſalia perpetratum ea diſſolvenda exiſtimet, *in tract. de jur. connub. part. 1. cap. 10. pag. 17. verſ. circa hanc quæſtionem.* Proprerea quòd † error qualitatis non reſcindat matrimonium; veluti quando 2
aliquis putatur bonus, qui tamen eſt perverſus & malus. Quin & ulterius progreditur, † & licet dolus aliquo modo 3
inter-

interveniſſet, ſpecialiter tamen ex favore matrimonii contractum ſponſaliorum non reſcindi, ait Beuſt. *citat. loco.*

Nimis rigoroſè profectò id dictum, quo arbitrium judicis eccleſiaſtici valdè reſtrin-
4 gitur & limitatur, cui tamen † pro ratione cauſæ ac circumſtantiarum manus conſtringendæ haut ſunt, quo minùs ſeparationem ſponſaliorum decernere queat. Idque ob cauſam etiam culpæ ac criminis alterius extra ca-
5 ſum furti. † Finge enim: Sponſum delicti alicujus ante ſponſalia perpetrati inculpari, eique propterea receptionem in Collegium opificum denegari, ita ut aliò migrare & domicilium pro exercendo ſuò opificio peregrinum quærere neceſſum habeat; annùm ſponſa conſenſu & pace ſponſi repudium pe-
6 tens repulſum feret? Non certè † exiſtimavit Conſiſtorium Supremum, omnes circumſtantias probè advertens, inter quas minimæ haut ſunt (1.) diſſenſus utriusque partis, quo caſu judex ad diſſolutionem ſemper eſt propenſior, ac ſi invitâ parte alterâ ſeparatio petatur. *arg. cap. præterea. 2. extr. de ſponſ.*
7 (2.) † dolus interveniens, ſi nempe ſponſus culpam, quæ incontrahendis ſponſalibus ſibi impedimento eſſe videbatur, celaverit; nec
8 enim indulgendum eſt dolo, † qui ſemper & ubique exceptus intelligitur, quia conſenſum excludit, *l. & eleganter. 7 in pr. ff. de dolo. cap. quamvis. 2. extr. de pact. in 6to. cap. cum contingat. 28. extr. de jurejur.* Johan. Schneidvvin. *in pr. Inſt. de action. num. 25.* Fab de Anna *conſil. 24. num. 10.* (3.) † Et 9
emigratio ac peregrino in loco perpetua commoratio; quæ certè difficillima eſt conditio, cujus ſi ſponſa notitiam habuiſſet, nunquam fortè in deſponſationem conſenſiſſet, ut hinc locum inveniat regula illa vulgata: quoties accidit caſus, qui ſi tempore ſponſaliorum affuiſſet, ſponſus vel ſponſa procul dubio matrimonium renuiſſet, toties judicem ad diſſolutionem propenſiorem reperiri, Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 167. p. 251.* Joh. Harppr. *ad rubr. de ſponſal. n 138.*
† Quin ergo prædicto in caſu diſſolutio 10
ſponſaliorum rectiſſimè fuerit conceſſa, ambigendum non eſt, ſi præſertim & hoc addamus, † quod ſponſalia faciliùs & pluribus 11
ex cauſis per repudium, difficiliùs autem nuptiæ per divortium diſſolvantur, Balth. Mentzer. *in Diſſert. ſingul. Num ſponſis ante ſolenn. in Eccleſ. copulationem & benedictionem concumbentibus publica pœnitentia juſtè imponatur? n. 51.* Joh. Harppr. *ad dict. rubr. Inſt. de nupt. n. 121.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Conſuli Miſnenſi, die 13. April. An. 1614.* 12
(*Verba Reſcripti:* Wir haben euern des Superintendenten eingeſchickten Bericht/in Ehe-Sachen George R. eines Schloſſer-Geſellens von Pirna/und Marthen/ Andreä B. nachgelaſſener Tochter bey euch/verleſen hören. Wann dann daraus zu befinden/daß gemeldter R. wegen einer Bezüchtigung auf dem Handwerck nicht befördert werden kan / und ſich auſſerhalb Landes zu wenden in Willens/dahero ſie beyderſeits der Ehe halben einander loßgezehlet; Als begehren an ſtatt ꝛc. ihr wollet die Partheyen förderlichſt vor euch beſcheiden/ und wofern ſie die Loßzehlung der Ehe vor euch beyden wiederholen würden/ſo können wir bey ſo geſtalten Sachen geſchehen laſſen / wann gedachter R. ſich von Meiſſen und auſſerhalb Landes begeben wird/daß die Martha in andere Wege ſich Chriſtlich wiederum verehelichen möge/und ihr werdet darauf die Partheyen zu beſcheiden wiſſen / ꝛc.)

DEFINIT. CLXXX.

Diſſolvi poſſunt ſponſalia propter epilepſiam, paralyſin, aliumve morbum contagioſum alterutrius partis ſupervenientem.

SUMMARIA.

1. *Propter lepram & paralyſin conjugium per nuptias conſummatum haut diſſolvi debet.*
2. *Quæ cauſa prohibitionis?*
3. *Conjuges infortunii & caſuum fortuitorum ſunt participes.*
4. *Sponſalia ob lepram ſupervenientem diſſolvi poſſunt. n. 5.*
6. *Licet ſanus cum parte ægrotante conjugium velit conſummare.*
7. *Eadem deciſio in epilepſia & aliis morbis contagioſis.*

8. *Fun-*

8. Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n. 11.
9. Vitandi ſunt morbi hereditarii, n. 10.
12. Non facilè ſponſalia cum ægrotantibus contrahuntur.
13. Circumſtantiæ ante diſſolutionem ſponſaliorum hoc caſu probe ſunt ponderandæ.
14. Diſpiciendum etiam, an morbus ſit (incurabilis?
15. Decretum Conſiſtorii Supremi.

1 EXpediti juris eſt, quòd propter lepram, paralyſin, aliosque morbos contagioſos matrimonium per nuptias jam conſummatum diſſolvi nequeat, nec locus ſit divortio, *cap. 1. & 2. extr. de conjug. leproſor.* ubi Panormitan. quia
2 multa † eveniunt, propter quæ conjuges coguntur abſtinere, licet abſque culpa, non tamen abſque cauſa, Joach. à Beuſt. *de ma-*
3 *trim. part. 2. cap. 9.* & nihil † eſt humanius, fideique conjugii individuæ convenientius, quam adverſæ fortunæ caſuumque fortuitorum conjuges ex æquo eſſe participes, *l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſolut. matr. l. in patre furioſo. 8. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Beza *de divort. pag. 90. & 225.* Hemming. *in lib. de conjug.* Melanchth. *in loco de conjug.* Henn. Arniſ. *de jur. connub. c. 6. ſect. 9. n. 1. & 2.* Alber. Gentil. *de nupt. lib. 6. cap 18. & 19.*
4 Sed † alia eſt ratio ſponſaliorum, quæ ob lepram ſupervenientem diſſolvi permittit Pontifex *in cap. literas. ult. in verb. Utrum, ſi alter eorum lepræ morbum incurrat, alius ad conſummandam copulam maritalem compelli debeat, reſpondemus, quod ad eam accipiendam cogi non debet, cùm nondum inter eos matrimonium fuerit conſummatum.*
5 *extr. de conjug. leproſ.* † Etſi vero textus ille loquitur ſaltem de ſponſalibus de futuro; ex ratione tamen appoſita, quòd matrimonium ante nuptias conſummatum haut ſit, ad ſponſalia de præſenti bene extenditur à Panorm. *in dict. cap. ult.* Beuſt. *de matr. part. 1. cap 10. p. m. 15.* Paul. Cypræ. *de ſponſal. cap. 13. §. 65.* Beza *de repud. p. 90.* usque
6 adeo † ut ſi vel maximè ſanus cum leproſo matrimonium, nulla lepræ ratione habita conſummare velit, à Magiſtratu tamen id permittendum non ſit, ne contagium latiùs ſerpat ac propagetur, Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 167. p. 250.* Cypræ. *dict. loco.*

7 † Nec aliter res ſeſe habet in epilepſia, paralyſi, lue gallica, aliisque morbis contagioſis gravioribus & inſanabilibus, qui ſi poſt contracta ſponſalia ſupervenerint, pars altera ſana ad cohabitationem & matrimonii conſummationem compelli non debet, Paul. Cypræ. *dict. cap. 13. §. 66.* Durand. *lib. 4. diſt. 27. quæſt. 3.* Hemming. *de conjug. fol. 165.* Joachim. à Beuſt. *dict. cap. 26.* Balthaſ. Mentzer. *de conjug. pag. 177. & 178.* Johan. Schneidvvin. *ad tit. Inſt. de nupt Rubr. de divort. num. 52.* Joh. Harpprecht. *ad rubr. Inſt. de nupt. num. 55.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. quæſt.*
37. Idque (1.) † ob rationis identitatem, 8
cùm idem ferè periculum ex morbis illis contagioſis, quod ex lepra immineat, ut nempe in liberos deriventur: quæ vel unica cauſa ſufficit, ut ejusmodi conjugia interdicantur, ne malum univerſæ Reipublicæ damno maximo latiùs ſerpat, Brochmand.
dict. quæſt. 37. † *Magis enim eſt providen-* 9
dum, inquit Vives, *ne quo laborent morbo, ex iis, quos Medici hereditarios vocant, qui à parentibus in liberos transfundantur, inter quos fœdi nonnulli, & qui officia vitæ*
impediunt. Et rurſus: † *Quam enim dul-* 10
ciſſimum eſt genuiſſe, tam eſt acerbiſſimum videre liberos gravi morbo afflictos, quem ſæpe optemus, ſi fieri poſſet, in nos translatum potiùs, quàm in illis tanto cum dolore noſtro aſpicere &c. in libello de offic.
mariti. (2.) † Cumque ea ſit morborum 11
illorum turpitudo & vehementia, ut alter alterius congreſſum refugiat & exhorreſcat, meritò audiendus eſt is, qui à promiſſione diſcedere cupit, ſi quidem nulla corporum communicatio acceſſerit, ut hinc rationem *dict. cap. ult. extr. de conjug. leproſ.* bene ad morbos contagioſos alios præter lepram extendere liceat, Cypr. *dict. §. 66. in pr.*
(3.) † Quis etiam dubitet, ſi ante ſponſalia 12
epilepſia vel alius ejusmodi morbus unum ex contrahentibus invaſiſſet, ſanum ut ea cum ægroto contraheret, ſibi perſuaderi haut paſſum fuiſſe; quare non ergo ob morbum illum poſt ſponſalia ſupervenientem rurſus illa diſſolverentur? vel ſaltem ex regula, quæ hoc caſu repudium admittit, de quibus *Definit. præced. n. 9.*

† Sed licèt hæc ita ſe habeant, nun- 13
quam tamen judex ad diſſolutionem ſponſaliorum accedet, priusquam prudenter conſideraverit circumſtantias, ac ſi utraque pars in matrimonii conſummationem ſponte conſentiat, nequaquam ea pro-

14 prohibenda erit. † Eſt porrò tutiſſimum, ante diſſolutionem ſponſaliorum ob quosdam morbos contagioſos & abominabiles tempus aliquod curationis præfinire, ut certò conſtet, morbum illum eſſe inſanabilem, & ex tali conjugio triſtes metuendos exitus, Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 167.*

hm † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Heinrich K. zu Z. an einem/ Kunigunden Daniel 15
E. Tochter daſelbſt anders Theils betreffende / *die 27. Apr. An. 1621.* (*Verba Decreti :* Auf Bericht und Vorbringen in Ehe-Sachen Heinrich K. zu Z. an einem/ Kunigunden Daniel E. Tochter daſelbſt am andern Theil / geben *Præſident*, Räthe und *Aſſeſſores* im Obern *Conſiſtorio* zum Beſcheid; Dieweil aus des Superintendenten zu Chemnitz/ und des Schöſſers zur Auguſts-Burg eingeſchickten Bericht zu befinden / daß gedachte Kunigunda wegen der hinfallenden Seuche zum Eheſtande untüchtig worden/ dahero beyde Theile von ihrem Ehe-Gelöbniß hinwieder abzuſtehen/ ihnen zu erlauben inſtändig gebeten; So wird bey geſtalten Sachen ihrem Suchen nicht unbillig ſtatt gegeben/ darnach ſie ſich zu achten/ V. R. W.)

Definit. CLXXXI.

Nec non ob vitium corporis, mutilationem & clauditatem membri poſt ſponſalia ſupervenientem.

SUMMARIA.

1. *Morbi curabiles non præbent cauſam repudii ſufficientem.*
2. *Quid de mutilatione membri & vitio corporis habendum?*
3. *Nullum hic metuendum eſt contagium.*
4. *Concedenda tamen quandoq; diſſolutio ſponſaliorum.*
5. *Quibus ex cauſis & fundamentis? n. 8.*
6. *Adducitur ſanctio Pontificis ex jure canonico. n. 7.*
9. *Clauſula (Rebus ſic ſtantibus) ineſt omnibus actibus, n. 10.*
11. *Clauſulæ hujus vis & effectus quinam?*
12. *Ponderandæ tamen ſunt circumſtantiæ, & cautè procedendum in diſſolutione ſponſaliorum.*
13. *Faciliùs permittitur repudium, in quod utraq; pars conſentit.*
14. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
15. *Ejusdem Decretum.*

MOrbi itaq; contagioſi cauſam præbent repudio ac diſſolutioni ſponſaliorum ſufficientem, *Defin. præced.* † Secus res ſe habet in aliis
1 morbis, qui facilè curari poſſunt, Paul. Cy-
2 præus *de ſponſal. cap. 13. §. 67.* Quid verò † ſi quis poſt contracta ſponſalia claudus, ſurdus vel mutus fiat, aut in corporis vitium incidat tale, quod non modò deformitatem inſignem afferat, ſed etiam impedimento ſit operis ac laboribus, quibus alimenta comparari poſſunt.

3 † Non equidem hoc caſu à contagio quid metuendum, quin & claudi ad conjugalem conſuetudinem idonei ſunt ac neminem inficiunt; Attamen ſi petatur ſeparatio, nec ſana pars ad conſummationem matrimonii a-
4 liis perſuaſionibus adigi queat, † diſſolutionem ſponſaliorum non denegandam exiſtimaverim cum Paul. Cypræ. *dict. cap. 13. §. 68.* Joh. Harppr. *ad rubr. Inſt. de nupt. n. 55.* Joh. Schneidvv. *ad tit. Inſt. de nupt. Rubr. de divort. n. 51. verſ. idem intelligatur de qualibet alia enormi deformitate.* (1.) † Semper enim 5
providendum, ne matrimonium difficilem ſortiatur exitum, *cap. requiſivit. 17. extr. de ſponſal.* Joh. Harppr. *dict. rubr. Inſt. de nupt. n. 135.* & ad evitandum majus malum toleranda potius eſt fidei datæ violatio, quàm matrimonii coactio. At fieri vix poteſt, ut non metuendus ſit exitus conjugii triſtis, ſi quis eam ducere compellatur, à qua ob inſignem ejus deformitatem abhorret. (2.) † Quò & 6
facit Reſcriptum Innocentii III. Pontificis *in cap. quemadmodum ſi vir. 25. verſ. Quod ſi poſt hujusmodi juramentum mulier fieret non ſolum leproſa, ſed etiam paralytica, vel oculos vel naſum amitteret, vel quicquam ei turpius eveniret: numquid vir teneretur eam ducere in uxorem? Profectò ductam non poſſet dimittere. Sed numquid non ductam admittere teneretur? Quamvis inter-*

interdum contractum non dirimat, quod im-
7 *pedit contrahendum. extr. de jurejur.* † Ex quo perſpicuum, diſſolutionem ſponſaliorum hoc caſu Pontifici adeo videri licitam, ut nec juramentum ſuper deſponſatione præſtitum eam impedire poſſe, arbitratus fuerit: Multo magis igitur hoc aſſerendum erit de
8 ſponſalibus non juratis. (3.) † Nec deficit ratio diſſolutionis, quia ſponſalia ſub hac conditione cenſentur celebrata, ſi res & conditio perſonæ in eodem permanſerit ſtatu, Paul. Cypræ. *dict. cap. 13.* §. *67.* veluti etiam
9 aliàs omnibus actibus ineſt clauſula † (Rebus ſic ſtantibus) *l. cum quis. 38. ff. de ſolut.* Jaſon. *in l. quod Servius 8. ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecutâ. n. 18.* Octav. Cacheran. *deciſ. 9. num. 2.* Andr. Tiraquell. *in l. ſi unquam in præfat. 130. & 167. C. de revoc. do-*
10 *nat.* † Nec quicquam adeo firmum conſtat, adeoque immobile aut præciſum eſt, quin ſemper cum iſta clauſula (rebus ſic ſtantibus) intelligatur, Andr. Tiraquell. *dict. loc. n. 169.* Cujus clauſulæ † hæc vis eſt, ut etiam alterô 11
contrahente invitô ob cauſam aliquam noviter obortam à contractu recedere liceat, *l. quæro. 54.* §. *inter locatorem. 1. ff. locat. dict. l. quod Servius. 8. ff. de condict. cauſ. dat. l. ſi convenerit. 14. in fin. ff. pro ſocio. l. cum quis. 38. in pr. ff. de ſolut. l. qui ſervum. 96. ff. de V. O.* Alciat. *de præſumt. Reg. 2. præſ. 16. n. 6.* Tiber. Decian. *lib. 3. conſil. 19. n. 89.* Quod ſi ergo tanta deformitas perſonæ & mutatio ſupervenerit, quidni à ſponſalibus rurſus recederetur? † Tentanda nihilominus eſt 12
priùs reconciliatio, ac ponderandæ circumſtantiæ quæque, ne auſu temerario ad diſſolutionem ſponſaliorum properetur, ac cum damno & injuriâ partis alterius fiat ſeparatio, Joh. Gerh. *dict. loc.* §. *167.* † Ex quo pate- 13
ſcit, concedendum hoc caſu facilius eſſe repudium, ſi utraq; pars in id conſentiat, quam ſi alterâ invitâ hoc petatur.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Superintendentis Miſnenſis, die 22. Jan. Anno 1614.* (*Verba Sententiæ:* Hat Chriſtoph A. vor 5. Jahren in Gegenwart zweyer Zeugen mit Marien/ Caſpar S. hinterlaſſener Tochter/ ſich verlobet/ welche bald darauf an einem Schenckel ſolche Beſchwerung bekommen/ daß ſie itzo weder hinter noch vor ſich kan/ und derowegen in dem Hoſpital zu Waldheim aufgenommen und unterhalten werden muß/ auch ihres Theils zufrieden/ daß erwähnter A. von ihr loßgezehlet/ uñ ihme ſeiner Gelegenheit nach ſich anderweit zu verheyrathen erlaubet werde. Wofern nun Chriſtoph A. ohne Verletzung ſeines Gewiſſens auſſer dem Eheſtande länger nicht bleiben könte/ und die Maria auf ihrer Bewilligung verharren/ und alſo vor dem Rath und *Diacono* zu Waldheim beyde Perſonen auf Befragung ſich deſſen erklären würden; So wäre nach Gelegenheit dieſes Falls oftgedachter A. von der Marien dieſer Ehe halber zu *abſolvi*ren/ und ihme in andere Wege ſich Chriſtlich zu verehelichen/ und die Ehe/ jedoch ohne Gepränge/ zu vollnziehen verſtattet/ V. R. W.) 14

Et † *in causâ* Annen/ Matthes A. Tochter Klägerin an einem/ Chriſtoph N. Beklagten anders Theils/ *die 5. Oct. An. 1621.* (*Verba Decreti:* Würde Beklagter auf ſeine eigene Unkoſten von dem *Collegio* der geſchwornen Barbierer und Stadt-*Medico* ſchriftlichen Schein einbringen/ wie ihme von *dato* binnen 14. Tagen zu thun oblieget/ daß er an ſeinem Leibe rein/ und mit keinem gefährlichen Schaden behaftet ſey; So ergienge darauf in der Sachen ferner/ was recht iſt: In deſſen Verbleibung wird Klägerin der Ehe wegen von Beklagtem billich *abſolvi*ret und entbunden/ und iſt er hierüber auf vorgehende *liquidation* und *moderation* ihr die verurſachten Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig/ V. R. W.) 15

DEFINIT. CLXXXII.

Cauſam repudii ſponſaliorum diſſolvendorum ſufficientem præbet furor vehemens, uſumque rationis exterminans.

SUMMARIA.

1. *Furor ſponſalibus impedimento eſt.*
2. *Quia furioſi nullum eſt judicium, nulla voluntas.*
3. *At num etiam furor ſuperveniens ſponſalia diſſolvat?*
4. *Ratio dubitandi ex textibus juris.*

5. De-

5. Deciſio affirmativa. n.14. (12.13.
6. Fundamenta & rationes decidendi. n.7.
8. Furor adverſatur ſocietati conjugali.
9. Cum infante matrimonium contrahi & conſummari nequit.
10. Furioſus pro infante habetur.
11. Quin & pro abſente & mortuo.
15. Refellitur ratio dubitandi, & reſpondetur ad textus contrarios. n.16.
17. Ob furorem mitiorem non reſcindenda ſunt ſponſalia. n. 18.
19. Decretum Conſiſtorii Supremi.

1 FUror quin ſponſalibus impedimento
ſit, plus quàm manifeſtum eſt, dicit
Gajus *in l. furor. 8. ff. de ſponſalib.* &
bene dicit, quia furioſus conſenſum,
qui in ſponſalibus requiritur, præſtare haut
2 poteſt, † cum neque judicium neque volun-
tatem habere præſumatur, prout tutò infert
Paulus in *l. oratione. 16. §. furor. 2. ff. de rit.*
3 *nupt.* † Quid autem ſi poſt ſponſalia à ſano
contracta furor intervenerit? Ea haut diſ-
4 ſolvenda eſſe † uterque concludit; Ille hiſ-
ce verbis: *Sed poſtea furor interveniens ſpon-
ſalia non infirmat. dict. l. 8.* Hic autem: *Sed
rectè contractum non impedit, dict. l. oratione.
16. §. 2.* forſan, quia firmitas ſponſaliorum æ-
ſtimatur ex articulo temporis, quo contrahe-
bantur, vel quòd caſuum fortuitorum con-
juges debeant eſſe participes, *l. 22. §. 7. ff. ſo-
lut. matrim.* Henning. Arniſ. *de jur. connub.
cap. 6. ſect. 9. n. 6. & 7.*
5 † Annuendum nihilominus ſano diſſo-
lutionem ſponſaliorum petenti, prudenter
6 exiſtimaveris. (1.) † Quis enim non abhor-
reat ab ejus conſuetudine, qui furere cœpit,
cùm nunquam ad ſanam mentem redire præ-
ſumatur, *arg. c. ult. extr. de ſucceſſ. ab inteſt.
l. 2. & 3. l. ſive poſſidetis. 16. C. de probat. l.
non ignorabit. 4. C. ad exhib.* Jaſ. *in l. fu-
rioſum. 9. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Nic. Reuſ-
ner. *lib. 1. deciſ. 17. n. 26.* Et quantum ea ex re
mali ſæpe ortum ſit, exempla tragica eorum,
qui furore correpti uxores vel liberos intere-
merunt poſt nuptias, ſatis oſtendunt, quorum
aliquot ex actis ad Scabinatum Lipſienſem
transmiſſis percipere licuit, triſtia & horren-
7 da: † ut proinde ſi unquam ob majus incom-
modum & futurum infelicem eventum tole-
randa ſit ſponſaliorum diſſolutio, *cap. requi-
ſivit. 17. extr. de ſponſal.* id maximè hoc caſu
8 fieri debeat. Ex quo (2.) † porrò perſpi-
cuum eſt, furorem, qui rationis uſum exter-
minat, ſocietatem conjugalem, quæ non
modò corporum, ſed etiam animorum eſt
conjunctio, miſerabilem pariter & calamito-
ſam reddere, quin & ei planè adverſari. Nec
enim furioſus ad conjugalem conjunctio-
nem eſt idoneus, cùm prorſus nihil intel-
ligat, ac propterea inter feras connumeran-
dus videatur. Unde namque propagatio
generis ſeparatur, cum furor ſpectaculum
ſolo aſpectu horrendum miſeræ uxori miſe-
riorem maritum, nedum cum ipſo conſue-
tudinem habere permittit, ex Leone Paulus
Cypræ. *de ſponſal. cap. 13. §. 59.* (3.) † Et 9
quis neſcit, cum infante matrimonium con-
ſummari haut poſſe. Quare nec cum fu-
rioſo, † quippe qui pro infante habetur, *l.* 10
*infans. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. Ordin.
crim. Carol. art. 179.* uterque enim volun-
tate deſtituitur, nullumque poteſt gerere ne-
gotium, *l. furioſi. 40. ff. de Reg. jur. l. 5. ff. eod.
tit.* (4.) † Quin & pro abſente & ignoran- 11
te, imo plane mortuo habetur furioſus, *§. fu-
rioſus. Inſt. de inut. ſtipul. l. 2. §. furioſus. ff.
de procurat. l. ubi non voce. 124. §. 1. ff. de
Reg. jur.* Anton. Gomez. *tom. 3. variar. re-
ſolut. cap. 1. n. 70.* Nicol. Reuſn. *lib. 2. deciſ. 16.
n. 8.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæſt. 69. n. 7.*
Andr. Tiraquell. *de pæn. temper. cauſ. 2.*
Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 110. n. 20.* Per ab-
ſentiam verò diuturniorem & mortem alter-
utrius contrahentis ſponſalia diſſolvi, expe-
ditum eſt. (5.) † In quam ſententiam de- 12
ſcendit etiam Ulpianus JCtus hiſce verbis:
*Sin autem tantus furor eſt, ita ferox, ita per-
nicioſus, ut ſanitatis nulla ſpes ſuperſit, circa
miniſtros terribilis, & forſitan altera per-
ſona vel propter ſævitiam furoris, vel quia
liberos non habet, procreandæ ſobolis cupi-
dine tenta eſt, licentia erit compoti mentis
perſonæ, furenti nuncium mittere, ut nullius
culpa videatur eſſe matrimonium diſſolu-
tum, neq; in damnum altera pars incidat, in
l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. 7. verſ. ſin
autem. ff. ſolut. matrim.* † Quod ſi ergo 13
de matrimonio per nuptias conſummato ita
ſenſerit Paulus, quare non idem habendum
eſſet de matrimonio per ſponſalia duntaxat
inchoato? † Manifeſtum ſanè hæc red- 14
dunt, furorem cauſam præbere ſufficientem
diſſolvendis ſponſalibus, nec cogendum fo-
re ſanum, ut ab altera parte morbo ejusmodi
horrendo ſuperveniente, conſummet matri-
monium, Joh. Gerh. *in loco de conjug. §. 167.*
Paul. Cypræ. *dict. cap. 13. §. 59.* Henn. Ar-
niſ. *dict. ſect. 9. n. 8.* Hemming. *in lib. de
conjug. tit. de cauſ. repud.* Caſpar. Eraſm.
Brochm. *de conjug. quæſt. 36.* Balth. Mentzer.
in tract. de conjug. pag. 171.

Nec eſt, quod Cajum & Paul. *dict. l. 8.
de ſponſalib. & dict. l. 16. §. 2. ff. de rit. nupt.*
repudium hoc caſu improbare arbitre-
mur,

mur, quia neuter matrimonium conſummare præcipit, ſed ſaltem quod infecta habean-
16 tur ſponſalia, negat. † Furor ſiquidem interveniens, inquit Alber. Gent. ſponſalia non infirmat, h. e. non tollit, quaſi non facta ſint, ut infecta reddit furor præcedens, manebunt enim effecta eorum; at verò ut promiſſum matrimonium conſummari debeat vel poſſit, hoc lex non dicit nec dicere poteſt, quia furor non ſinit matrimonium contrahere,
17 *lib. 6. de nupt. cap. 18.* † Vel quod magis placet, loquitur uterque JCtus *dict. l. 8. & dict. l. 16.* de eo furore, qui mitior eſt & intervalla habet, ut bene limitant Joh. Gerhard. Arniſ. Cypræ. *dict. locis.* Ex quo ſuperiùs dicta ſunt reſtringenda † ad furorem ve- 18
hementem & intractabilem, ut furioſo ſine vitæ diſcrimine cohabitari planè non poſſit; quod clariſſimè probant verba Ulpiani ſupra relata *in dict. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. 7. verſ. ſin autem. junct. verb. præced. ff. ſolut. matrimon.* ubi Alexand. & Didac. Covarr. *part 2. de matrim. cap. 7. §. 5. n. 6.* Arniſ. *dict. ſect. 9. num. 8.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Michael R. nachgelaſſener Tochter / Klägerin 19
an einem / Hanſen L. Beklagten anders Theils / *die 18. Sept. An. 1617.* (*Verba Decreti:* Dieweil in eingenommener Erkundigung befunden / daß bey Beklagtem keine Beſſerung zu hoffen ſey / vielmehr aber die Unſinnigkeit überhand nimt / Klägerin auch ihme allbereit nahe drey gantzer Jahr nachgewartet / ihres Alters das 24. Jahr erreichet / und keine Friſt weiter bewilligen wollen / ſondern *reſciſſionem ſponſaliorum* inſtändig gebeten; Als wird nunmehr das zwiſchen der Klägerin und Hanſen L. gehaltene öffentliche Eheverlöbniß hinwieder billich *caſſi*ret und aufgehoben; Inmaſſen wir ſolches hiermit *caſſi*ren und aufheben / und der Klägerin ihrer Gelegenheit nach anderweit Chriſtlich ſich zu verehelichen verſtatten und nachlaſſen / V. R. W.)

Definit. CLXXXIII.

Differenda tamen eſt diſſolutio ſponſaliorum, usque dum appareat de cura furoris deſperatâ, niſi ægrotus ante ſponſalia morbo hoc percitus illum celaverit.

SUMMARIA.

1. *Ob furorem duntaxat vehementem diſſolutio ſponſaliorum eſt concedenda.*
2. *Gradus dantur certi furoris.*
3. *Quin & medii exiſtunt inter prudentes & dementes.*
4. *Quò & referunt melancholicos, qui tamen furioſi non ſunt. n. 5.*
6. *Judex ideoq; in gradum furoris inquirere debet, priusquam decernat diſſolutionem ſponſaliorum.*
7. *Furor quomodo probandus?*
8. *Medici judicio fides habenda.*
9. *Quandoq; furor ſua habet intervalla.*
10. *Quin & furioſus curari ac reſtitui poteſt.*
11. *Expectandum itaq; annos aliquos, priusquam repudio locus detur. n. 12.*
13. *Niſi ægrotus furorem doloſè celaverit.*
14. *Dolus conſenſum excludit.*
15. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 Non ergò diſſolvi poterunt ſponſalia ob furorem, *l. furor. 8. ff. de ſponſ. l. oratione. 16. §. furor. 2. ff. de rit. nupt.* niſi talis ſit, cujus curatio difficilis ac vix ſperanda, quin & vehemens, ita ut furioſo ſine diſcrimine vitæ cohabitari non poſſit; *l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. 7. verſ. ſin autem. ff. ſolut. matrim. Defin. præced.* Henning. Arniſ. *de jure connub. cap. 6. ſect. 7. n. 8.* Johan. Ger-
2 hard. *in loco de conjug. §. 167.* † Sunt namque gradus furoris atque dementiæ, aliique vehementioribus afflictionibus, quàm alii, captivi quaſi tenentur: Nec omnes fatui intellectu carent, licet quandoque obtuſior & ſtupidior aliquantò mens exiſtat, quos groſſos & groſſolanos Interpretes appellitant, † ſuntque planè medii inter pru- 3
dentes & dementes, hoc eſt, qui nec totâ mente præditi, nec totâ rurſus ſunt privati, ſed aliquem prudentiæ modum capiunt, de quorum differentia videatur Jaſ. *in l. furioſum. n. 2. C. qui teſt. facere poſſ.* ubi & Dec. *n. 1. & 2.* Fulv. Pacian. *de probat. l. 1.*

cap.

cap.43.n.11.& ſeqq. Jacob. Menoch. *de præ-*
4 *ſumt. lib.6.præſumt. 45. n.2. & ſeqq.* † Eo
quoque referunt vulgò melancholicos, quos
tamen mente privatos, tantum abeſt, ut etiam
melancholiam quidam cotem ingeniorum
excellentium credant, Petr. Heig. *part. 2.*
5 *quæſt.38. n.32.& 33.* † Licet quandoque ac-
cidat, ut melancholicus humor ſalubriter hu-
mano corpori datus in atram bilem & vene-
num peſtiferum degeneret, indeque morbus,
quem melancholiam primariam vocant Me-
dici, procreetur, ubi cerebrum primariò affi-
citur, ſive peculiari, ſive totius corporis vitio,
quà mentis alienatione laborantes vel cogi-
tant, vel loquuntur, vel efficiunt abſurda,
longeque à ratione & conſilio abhorrentia,
eaque omnia cum metu & mœſtitia, Heig.
dict. loc.
6 † Quare judex eccleſiaſticus, antequam
ſponſaliorum diſſolutionem decernat, arbi-
trium ſuum temperare debet, ut intelligat,
quali in gradu furioſus conſtitutus, ne ob
morbum mitiorem conjunctos ſeparet, nec
propter furorem vehementem cum injuria
ſani diſſolutionem ſponſaliorum deneget.
7 † Qua in re probatione opus eſt, quæ quia hoc
caſu habetur difficilis, ſignis & conjecturis
exterioribus, nec non per teſtes de diverſis a-
ctibus furorum arguentibus deponentes pro-
bari poteſt, Jacob. Menoch. *dict. præſumt. 45.*
n.23. Proſp. Farin. *part. 3. oper. criminal.*
quæſt.94. n.50.& 51. Nicol. Boer. *deciſ.2.n.41.*
Joſeph. Maſcard. *de probat. libr.2. concl.824.*
8 *num.5.* † Quin & Medicus requiri debet, ut
cum furioſo converſetur, ejusque tempera-
mentum & cauſas furoris exquirat, cui poſtea
de furore rationabiliter deponenti tutò fides
habetur, ſecundùm tradita Farinac. *dict.*
quæſt.94. n.24. & Petri à Plach. *in epitom. de-*
lict. lib.1. cap.29. n.2.
9 Idque tantò magis neceſſarium, † quia fu-
ror quandoque habet ſua intervalla, quin &
curari poteſt. Etſi enim morbus furoris ſuâ
naturâ inſanabilis ac omni tempore præſu-
mitur durare, ita ut quamvis interdum dilu-
cida habere videatur intervalla, non tamen
niſi per accidens ea fieri videantur, *l. ſi verò.*
§. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatisd. cog. l.
cum aliquis. 21. C. de jur. delic. Nicol. Reuſ-
ner. *lib. 1. deciſ. 17. num.33.* † attamen cum 10
novum non ſit, ut furore percitus reſtituatur,
nequaquam properandum nimis, ſed de ſpe
curationis bene diſpiciendum erit, prius-
quam ſponſaliorum diſſolutio decernatur.
† Quem in finem per tempus & annos ali- 11
quot expectandum vulgò cenſent, ut quò res
ſit evaſura, animadverti queat, juxta effatum
Gaji hiſce verbis prolatum: *Sæpe juſtæ ac ne-*
ceſſariæ cauſæ non ſolùm annum vel biennium,
ſed etiam triennium & quadriennium & ul-
terius trahunt ſponſalia, veluti valetudo ſpon-
ſi, ſponſæve &c. in l.17. ff. de ſponſal. † Quo 12
tempore elapſo, ſi ea ſit vis furoris, ut perito-
rum teſtimonio ejus curatio habeatur diffi-
cilis, vel deſperetur, diſſolutioni locus erit,
cùm Deus ipſemet quodammodo ea diri-
mere videatur, perpetuum objiciens impe-
dimentum, Paul. Cypræus *de ſponſal. cap.13.*
§.59. n 1 in fin.
† Plane ſi ægrotus ante ſponſalia contracta 13
furorem celaverit, fieri vix poteſt, ut non de-
ceptus videatur alter contrahens: quare abs-
que dilatione & expectatione ad diſſolutio-
nem tum bene progredietur judex. † Ex quo 14
enim dolus conſenſum excludit, *l. & elegan-*
ter. 7. in pr. ff. de dolo. cap. quamvis. 2. extr. de
pact. in 6to. cap. cum contingat. 28. extr. de
jurejur. Joh. Schneidvv. *in pr. Inſt. de action.*
n. 25. Fab. de Anna *conſil. 24. n.10.* non cen-
ſetur ſanus unquam in ſponſalia cum furore
contracta conſenſiſſe, ut hinc reſciſſionem
petenti eò faciliùs ſit annuendum.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Annæ viduæ Michaelis K.* zu Freyberg / *die* 15
26. Jan. Anno 1608. (*Verba Sententiæ:* Als ihr uns ſchriftlichen zu erkennen gegeben/ daß Tobias L. ſich mit eurer Tochter Reginen / vermittels euers Jaworts in ein Ehegelöbniß eingelaſſen/aber unlängſten um geringer Urſachen willen gegen euch/ euern Kindern und Freundſchaft unterſchiedene widrige Reden geführet/und hierüber vor wenig Tagen in ſolche Unſinnigkeit gerathen/daß er nunmehr an Ketten angeſchloſſen in ſeinem Hauſe bewahret wird; Derentwegen ihr gebeten / euch des Rechten zu berichten/ob eure Tochter von gemeldten ihrem Bräutigam wiederum loßgeſprochen werden/und ſich mit gutem Gewiſſen anderweit verehelichen könne. Demnach erkennen und ſprechen wir vor Recht/daß die geſuchte Loßſprechung noch zur Zeit nicht ſtatt findet/ſondern eure Tochter zu warten/ und wie die angezogene Unſinnigkeit binnen Jahresfriſt ſich ferner anlaſſe/zuzuſehen ſchuldig ſey. Ihr köntet denn vor uns/wie recht/darthun und erweiſen/ daß obgedachter L. euerm fernern Anziehen nach/vor dieſem anderswo auch dergeſtalt an Ketten gelegen/und ihr ſolches zur Zeit der Verlöbniß nicht gewuſt / ſondern itzo erſt in Erfahrung gebracht hättet; Darmit würdet ihr billich gehöret / und ergienge alſo dann in dieſer Sache ferner/was recht iſt/ V.R.W.)

DEFI-

Definit. CLXXXIV.

Propter fornicationem ſeu adulterium ſponſæ poſt ſponſalia commiſſum repudio locus eſt.

SUMMARIA.

1. *Diſſolvi poſſunt ſponſalia ob fornicationem ſponſæ.*
2. *Quia propter adulterium uxoris rumpitur matrimonium.*
3. *Multò magis ergo ob ſponſæ adulterium ſponſalia.*
4. *Sponſa adulterium committit, alteri copiam ſui faciens. n.5.*
6. *Sponſa appellatione uxoris nuptæ comprehenditur.*
7. *Diſſolutionis cauſa in jure canonico fundata.*
8. *Turpiùs ejicitur, quàm non admittitur hoſpes.*
9. *In provinciis Electoratûs Saxonici res hæc expedita eſt. n.10.*
11. *Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n.12.*

1 NEmo facilè inficias ibit, propter fornicationem ſponſæ diſſolvi ſponſalia, cum hæc unanimis ferè ſit Doctorum opinio, ut videre eſt apud Johan. Harppr. *ad rubr. Inſt. de nupt. n.55.* aliosque ab eo allegatos, Johan. Gerh. *in loc. de conjug. §.166.* Henn. Arniſ. *de jur. connub. cap.5. ſect.7. n.8.* Joachim. à Beuſt. *de ſponſal. cap.10.* quæ fundamento ac ratione haut
2 deſtituitur: (1.) † Quod ſi enim divortium conceditur matrimonio jam per nuptias conſummatô ob adulterium conjugis ſuperveniens, prout expeditum, *Matth.5. verſ.32. & cap.19. verſ.9.* Joach. à Beuſt. *de matrimon. part.2. cap.21.* Matth. Weſenbec. *in parat. ff.*
3 *ad Leg. Jul. de adult. n.19.* † multò magis utique repudio locus erit, ſi ſponſalibus contractis ſponſa fornicetur, quia ſemper faciliùs ſponſalia diſſolvuntur, quàm matrimonium per nuptias conſummatum, Harppr. *dict. loc. num.121.* Non minùs ſiquidem crimen habetur fornicatio ſponſæ, quàm adulterium
4 uxoris, † quin & ipſiſſimum eſt adulterium, veluti ſponſa alteri copiam ſui faciens adul-
5 tera nuncupatur, *Hoſ. c.4. v.13.* † & in ſponſam adulterium committi, reſcripſerunt D. Severus & Antoninus, quorum ſententiam refert & ſequitur Ulpianus *in l. ſi uxor. 13. §. divi. 3. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Hoſtienſ. *in ſummar. de adult. §. ſi quis. n.2. verſ. Nedum autem maritus.* Jul. Clar. *lib.5. ſentent. §. adulterium. n.8.* Matth. Berl. *part.4. concluſ. 27. n.140. & ſeqq.* Anton. Gomez. *in l. tauri. 80. n.47. verſ. dubium tamen eſt.* Petr. Greg. *in ſyntagm. jur. univerſ. lib.36. c.6. n.2.* Petr. Heig. *l.2. qu.28. n.16.* quod nec mirum videbitur, poſtquam ob fortiſſimum ſponſalio-
6 rum vinculum appellatione † nuptæ uxoris ſponſa quoque venit, & quod de nuptiis diſpoſitum, in ſponſalibus etiam obtinet, *l. ſi ſponſa. ff. de jur. dot. l. lex Julia. ff. de fundo dotal. l. aſſiduis. §.1. C. qui potior in pign. l. tutor. §.1. l. oratio. ff. de ſponſal. l. in ſponſalibus. §. 1. ff. eod. tit. l. cui fuerit. ff. de condit. & demonſtr.* Bartol. *in l. cum pater. ff. ad Leg. Pompej. de parricid.* Nicol. Boer. *deciſ. 22. n.33. & ſeqq.* Alber. Gentil. *in tract. de nupt. lib.2. cap.23. poſt pr.*

(2.) † Eſtque hoc ipſum argumentum ab 7
adulterio ad ſponſalia deſumtum, quo Pontifex Innocentius III. diſſolutionem ſponſaliorum probat, quando inquit: *Nam ſi poſt contractum conjugium vir propter fornicationem licitè poteſt uxorem à ſua cohabitatione dimittere: longè fortiùs ante conjugium celebratum propter eandem cauſam ſponſus licitè poteſt in ſuam cohabitationem non admittere ſponſam, † quia turpius ejicitur, quàm* 8
non admittitur hoſpes, in cap. quemadmodum. 25. verſ. alioquin ſi poſt. extr. de jurejur.

(3.) † Minus dubium verò id habet in 9
provinciis Electoratus Saxonici, propter ſanctionem *Ordin. Eccl. Rubr.* von Ehe-Sachen/ *tit.* von der Strafe der Unzucht und des Ehebruchs. §. Würde aber auch/ ꝛc. *Ord. matrimon. de An.1624. punct. 4.* §. Würde auch jemands eines andern Braut / ehe dann der Bräutigam beygelegen/ wiſſentlich beſchlafen/ *junct. verb.* Es wolte dann der Bräutigam die Braut wiederum annehmen. Quæ verba haut obſcurè innuunt, ſponſo fas eſſe ſponſam ob fornicationem repudiare, & à ſponſalibus recedere, † quia vo- 10
luntati ejus committitur, an recipere illam velit? quod alias fieri non poſſet.

Im † Conſiſtorium Supremum ad conſultationem N. N. zu D. *die 20. Jan. An.1618. (Verba* 11
Sententiæ: Hat Urſula/ Hanſen T. hinterlaſſene Witbe ſich mit euch in ein Ehegelöb-

löbniß eingelaſſen: Jnmaſſen ihr denn einander die *Arrhas* darauf gegeben/ſie die Verlobte aber ſich zuvor mit *Hyppolyto S.* nicht allein heimlich verſprochen/ſondern wie vor/ alſo auch hernach etliche Mal/ als ſie ſchon mit euch verlobet geweſen/verdächtiger Weiſe zu thun gehabt/und ihrem eigenen Bekäntniß nach im Faul-Bette und auf der Laden bey und nebenſt ihme gelegen/ da ſie dann ihre Hausgenoßin mit derſelben Tochter heiſſen heimgehen/welche auch nicht zur rechten groſſen Thür ſich dürffen hinaus begeben/ſondern durch den Garten über die Mauer ſteigen müſſen. Ob nun wol ſie die Wittwe der mit *S.* vorgegangenen Verſprechung und Verehlichung in Abrede geweſen/ *S.* auch ſelbſten ausgeſagt/ daß ſolches *clandeſtinè* und in geheim geſchehen. Dennoch aber weil ſie beyderſeits freywillig geſtanden und bekañt/daß ſie ſich verdächtiger Weiſe bey der Nacht an unterſchiedlichen Orten zuſamen gehalten/auch bey einander zu mehrmalen/wiewol/ihrem Vorgeben nach/ohne fleiſchliche Vermiſchung gelegen/ſolches aber/ſonderlich an einer Wittwen/in Rechten nicht vermuthlich; Als ſeyd ihr in eurem Gewiſſen verbunden/ bey geſtalten Sachen mit offt-gedachter Wittwen die Ehe zu vollnziehen/ V. R. W.)

Et † ad petitionem Marci S. zu *W. die 27. Junii Anno 1613. (Verba Sentent :* Hat euer Schwager Johann *L.* als er nach Abſterben ſeines vorigen Eheweibes ſein Trauer-Jahr ausgeſtanden/ſich mit Eliſabethen/Baſtian *S.* Tochter/in ein Ehegelöbniß eingelaſſen/es wil aber verlauten/daß bemeldte Eliſabetha ſich nicht allein zu *Eraſmo W.* verdächtig gehalten/ ſondern auch mit demſelben fleiſchlichen vermiſchet haben ſol/ inmaſſen denn euerm Vorgeben nach ſolches unſchwer beyzubringen. Ob nun wol die Eheverlöbniß allbereit öffentlichen vollzogen worden: Dafern aber dennoch gedachter euer Schwager Johann *L.* beybringen und ausführen möchte/ daß zwiſchen ihr und *Eraſmo* die fleiſchliche Vermiſchung vorgangen/und alſo nach getroffenem Ehegelöbniß ſie an ihm brüchig worden wäre; So möchte er ſie wider ſeinen Willen zu behalten/ und die Ehe zu vollziehen nicht gedrungen werden/ſondern wird auf ſein Anſuchen von ihr billich loß gezählet/ u. ihm ſeiner Gelegenheit nach ſich mit einer andern zu verheyrathen verſtattet/ V. R. W.) 12

DEFINIT. CLXXXV.

Etiamſi fornicatio præſumtivè ſaltem fuerit probata.

SUMMARIA.

1. *Ob fornicationem ſponſæ repudio tum locus eſt, ſi id ſponſus petat. n. 5.*
2. *Non etiam ſi ſponſæ condonet, eamq́; recipiat. n. 4.*
3. *Prout in crimine adulterii receptum.*
6. *Diſſolvuntur ſponſalia ob fornicationem etiam præſumtivè probatam.*
7. *Fornicatio eſt de genere delictorum occultorum.*
8. *In occultis delictis conjecturata probatio pro concludenti habetur.*
9. *Non alia criminis certitudo requiritur, quàm quæ haberi poteſt.*
10. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
11. *Ejusdem Sententia.*

1 Non tamen aliter obtinebit repudium in caſu fornicationis ſeu adulterii à ſponſâ commiſſi, quàm ſi ſponſus diſſolutionem ſponſaliorum petierit; de jure ſiquidem ejus tantummodo controvertitur: Quare ſi ſponſæ condonare, eamque recipere velit, † non modò ſponſalia per nuptias conſummari, ſed & pœna remitti debet in favorem conjugii, ut diximus *in Pract. crim. part. 2. quæſt. 56. num. 52. & ſeqq.* perinde ut in crimine adulterii id juris † receptum, *Novell. 134. cap. 10. verſ. adulteram. Auth. ſed hodie. C. ad Leg. Jul. de adult. Conſt. Elect. 19. part. 4.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 28. n. 27. & ſeqq.* Paul. Cypr. *de matrim. cap. 10. §. 25. n. 12.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 167. n. 37.* Matth. Berlich. *part. 4. concl. 27. n. 149.* † Quò & faciunt verba *Ordin. Eccleſiaſt. ſub Rubr.* von Eheſachen. *tit.* von der Straf der Unzucht und des Ehebruchs. §. Würde aber auch. *& Ordin. matrim. de Anno 1624. punct. 4.* §. Würde auch iemand/ *ibi*: Es wolte denn der Bräutigam die Braut wiederum annehmen/ꝛc.) 4

2

3

† E contrà verò ſi ſponſus hoc facere renuat, ipſum cogi poſſe ad conſummationem matrimonii, tantum abeſt, ut ſponſalia ad inſtantiam ejus diſſolvi etiam debeant, datâ ipſi licentiâ pro lubitu aliam 5

6 ducere uxorem: † quantumvis præſumtivè ſaltem fornicatio ſponſæ fuerit probata; quod haut obſcurè innuunt verba Impp. Leonis & Anthemii: *Tunc enim quaſi nullo facto, utpote ſine causâ easdem arrhas præſtitas, tantummodò reddi conſequens eſſe præcipimus; His illud quoque adjicimus, ut etiam ſi legibus prohibitæ non ſint ſperatæ nuptiæ, poſt arrhas autem ſponſalitias ſponſa conjugium ſponſi propter turpem vel prodigam vel impudicam converſationem recuſaverit* &c. *in l. mulier juris ſui. 5. C. de ſponſalib.* † Scilicet adulterium & fornicatio eſt de genere delictorum occultorum, quæ clam & abditè perpetrantur. Rarò ſiquidem talia committentes ſolent deprehendi, ut proinde difficilis ſint probationis, *l. conſenſu. 8. §. 6. C. de repud.* Jacob. Menoch. *lib. 2. de arbitr. judic. quæſt. cent. 2. caſ. 116. n. 11. & lib. 5. de præſumt. præſ. 41. n. 1.* latè Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 1. concluſ. 57. n. 3.* Atqui in delictis occultis † conjecturata etiam probatio pro concludenti habetur, Bald. *in l. quicunque. col. 6. verſ. 8. C. de ſerv. fugit.* Dec. *in cap. licet cauſam. n. 12. in fin. extr. de probat.* Nicol. Boër. *deciſ. 164. n. 4.* Tiber. Decian. *lib. 1. conſil. 18. num. 221.* † neque criminis certitudo alia requiritur, quam quæ haberi poteſt. Johan. Georg. Gödelman. *in tract. de mag. veneſ. & lam. lib 3. cap. 10. num. 47.*

7 (margin number beside "ſalib. † Scilicet adulterium")

8 (margin number beside "conjecturata")

9 (margin number beside "neque criminis")

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ N. N. contra N. N. die 9. Novembr. Anno 1620.* 10
(*Verba Decreti:* Daß Kläger ſeines Vorwendens ungeachtet die Ehe mit der Beklagten zu vollziehen ſchuldig; Er könte und wolte denn des böſen Verdachts halber etwas beſtändiges wider ſie wie Recht darthun und erweiſen/ damit würde er bey ſogeſtalten Sachen in Zeit Sächſiſcher Friſt billich gehöret/ der Beklagten ihre Nothdurfft darwider vorbehältlichen/ V. R. W.)

Et † *ad conſultationem M. Adami P. Paſtoris in P. die 12. Januar. Anno 1611.* (*Verba* 11
Sententiæ: Ob ihr wol in eurer Jugend/ da ihr ein *Scholar* ohngefehr von 19. Jahren aus der Fürſten-Schul Grimma kommen/ *Anno 1601.* euch mit Marien Bayerin in ein beſtändiges Ehegelöbniß eingelaſſen. Da ihr aber dennoch vor dem ordentlichen *Conſiſtorio* durch zweyer Zeugen eydliche Auſſage/ dawider die Maria mit ihrer Nothdurfft billich gehöret wird/ *exceptivè* ſo viel ausführen und erhalten köntet/ daß ſie die Maria immittels ohngefehr vor 3. oder 4. Jahren ſich an einen Schneider-Geſellen gehangen/ ihme nachgekrochen/ und öffentlich ohne Scheu ſich mit ihme geſchleppet/ auch vernehmen laſſen/ daß ſie ihn lieb hätte/ ſich mit ihme gehertzet/ und ihme einen Ring geſchencket: Daraus und andern Umſtänden in gemein dafür gehalten worden/ daß dieſe Perſonen ein Paar zuſamen ſeyn müſten; Hierüber ob gleich mehr-gedachter Geſell einen Diebſtahl begangen/ und ihme darüber der Strang zuerkannt worden/ ſie doch deſſen ungeachtet von ihme nicht abgelaſſen/ vorm Gefängniß auch noch die Nacht zuvor/ als er aufn Morgen gerechtfertiget worden/ mit ihme allerley Geſpräche gehalten; So würdet ihr von der offterwähnten Marien wider euch erhobenen Eheklage und Zuſprüchen geſtalten Sachen nach hinwiederum billich entbunden und loß gezehlet/ V. R. W.)

Definit. CLXXXVI.

Sponſa quoque repudiare poteſt ſponſum poſt ſponſalia fœdis libidinibus ſe contaminantem.

SUMMARIA.

1. *Ob fornicationem quoque ſponſi diſſolvuntur ſponſalia. n. 2.*
3. *Sponſus & ſponſa ſunt correlata.*
4. *Correlatorum eadem eſt natura & diſciplina.*
5. *Diſpoſitio de uno ex correlatis locum quoque habet in altero.*
6. *Adulterium eſt cauſa repudii hoc caſu. num. 7.*
8. *Ex impurâ ſponſi vitâ priore de fide futuri conjugii judicandum.*
9. *Adducitur monitum Auguſtini.*
10. *Decreta Conſiſtorii Supremi. num. 11. 12.*

1 Quod de fornicatione ſponſæ dicimus, id etiam obtinet in ſponſo, ſi poſt ſponſalia contracta fornicetur aliamque carnaliter cognoſcat. † Non magis enim cogi poteſt ſponſa, ut ſponſo fœdis libidinibus poſt ſponſalia 2

ſalia ſeſe contaminanti nubat, ſed & tùm locus erit diſſolutioni ſponſaliorum, Joh. Gerhard. *in loco de conjug.* §. *166.* Paul. Cypræus *de ſponſal. cap. 13.* §. *56.* Caſpar. Eraſm. Brochmand. *in art. de coniug. quæſt. 34.* Johann. Harppr. *ad rub. Inſt. de nupt.*
3 *num. 55.* (1.) † Ex quo enim ſponſus & ſponſa ſunt correlata, non poteſt non repudium, quod ob ſponſæ fornicationem permittitur *Deſin. 184.* ad eum quoque extendi caſum, quo ſponſus cum aliâ concubuit, & poſt ſponſalia eſt fornicatus;
4 † ſiquidem correlatorum eadem eſt natura & diſciplina, Alexand. *lib. 5. conſil. 131. n. 2.* Ripa. *in l. ſi plagii. 123. num. 11. ff. de V. O.* Nicol. Boer. *deciſ. 48. num. 3.* Maurit. *de re-*
5 *ſtit. in integr. cap. 246. n. 2.* † Et diſpoſitio de uno ex correlatis locum quoque habet in altero, Everhard. *in loc. à correlat. n. 3.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 5. numer. 228. verſ. & certum eſt.* Sylvan. *de*
6 *feud recognit. quæſt. 31. numer. 2.* (2.) † Cùmque adulterium ſit cauſa repudii, ſi ſponſa poſt contracta ſponſalia alii copiam ſui fecerit, ut diximus *ſuprà Deſin. 184*
† Quidni ob rationis hujus identitatem & ſponſæ fas eſſet repudiare ſponſum poſt ſponſalia fœdis libidinibus ſe contaminantem, quia & hic adulterium committit, ac fidem ſponſæ datam frangit, ut probavimus 7
in pract. crimin. part. 2. quæſt. 56. (3.) † Ex impurâ etiam ſponſi vita, quæ conjugium præcedit, facilè eſt æſtimare, quâ conſtantiâ ſervaturus ſit poſtea ſponſus conjugii fidem, Brochm. *dict. quæſt. 34.* ut profectò vertendum vitio haut ſit ſponſæ, ſi ob periculum iſtud ſponſum repudiet, qui nec eam admiſſurus eſſet, ſi ejusmodi vitio ſeſe dediſſet, Cypræus *dict. cap. 13.* §. *56.* (4.) † 8
Et benè huc facit illud Auguſtini: *Si ducturi eſtis uxores, ſervate vos uxoribus veſtris: Quales vultis eas invenire, tales & ipſæ inveniant vos. Quis vivens eſt, qui non caſtam velit ducere uxorem, & ſi accepturus eſt virgenem, quis non intactam deſideret? Intactam quæris? intactus eſto. Puram quæris? purus eſto. in can. ſi ducturi. 32. quæſt. 6.* 9

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ N.N. contra N.N. die 24. Auguſti, Anno 1614.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter geſtanden / daß er nach dem mit Klägerin / gehaltenen öffentlichen Eheverlöbniß die *Intereſſent*in fleiſchlichen erkannt / und geſchwängert / Klägerin auch ihme zu verzeihen nicht zu bewegen geweſen; So wird das zwiſchen ihr und Beklagtem gehaltene Eheverlöbniß hiermit *caſſi*ret und aufgehoben / der Klägerin auch in andere Wege ſich Chriſtlichen zu verehelichen billich verſtattet und nachgelaſſen / der weltlichen Obrigkeit die Strafe wider den Beklagten und *Intereſſent*in vorbehältlichen / V. R. W.) 10

It. † *in causâ* Jobſt *S.* an einem *Urſulen V.* andern Theils / *die 15. Maji, Anno 1629.* (*Verba Decreti:* Dieweil Jobſt *S.* an der Urſulen *V.* brüchig worden; So iſt ſie denſelben wider ihren Willen zu ehelichen nicht ſchuldig / ſondern wird von ſeinen Zuſprüchen billich *abſolvi*ret und entbunden; Wie wir ſie dann hiermit davon entbinden und loßzehlen / der weltlichen Obrigkeit die Strafe wider ihn den Verbrecher vorbehältlich / V. R. W.) 11

Et † *in causâ* Annen / Hanſen *B.* Wittwen zu *M.* Klägerin an einem / Hanſen *K.* daſelbſten Beklagten anders Theils / und Barbaræ / *Paul. B.* Wittwen *Intervenien*tin dritten Theils / *die 24. Auguſti Anno 1608.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter nicht in Abrede / daß er mit der *Intereſſent*in Unzucht getrieben / und an der Klägerin (welche auf unſere Zurede ſich mit ihme nicht verſöhnen wollen /) brüchig worden; So wird das zwiſchen ihnen gehaltene Verlöbniß *caſſi*ret und aufgehoben / der weltlichen Obrigkeit die Strafe wider Beklagten und die *Intervenien*tin vorbehältlich / V. R. W.) 12

DEFINIT. CLXXXVII.

Repudiare licet ſponſam ante ſponſalia ab alio vitiatam.

SUMMARIA.

1. *Num repudiare liceat ſponſam ante ſponſalia vitiatam?*
2. *Movetur dubium ex qualitatis errore. num. 3.*
4. *Quod rurſus refellitur.*
5. *Error virginitatis concernit ipſam conjugii ſubſtantiam.*
6. *Deciſio ponitur affirmativa.*

 7. *Fun-*

7. *Fundamenta & rationes decidendi. n. 12. 13.*
8. *Error ſubſtantialis vitiat ſponſalia.*
9. *Vitiata dolosè pro virgine ſe vendit at.*
10. *Dolus ipſo jure vitiat contractus.*
11. *Ex dolo ſuo nemo commodum ſentire debet.*
14. *Judicium Imper. Leonis hac de re.*
15. *Sponſalia ſimulata nullius ſunt efficaciæ.*
16. *Ipſum rumpitur matrimoniũ, ſi uxor ab alio antè vitiata reperiatur.*
17. *Facilius quid prohibetur ne fiat, quam ut factum dirimatur.*
18. *Tentanda eſt reconciliatio ante diſſolutionem ſponſaliorum.*
19. *Sponſus vitiatæ ſcienter matrimonium promittens eam repudiare nequit.*
20. *Scientiâ contrahentis dolus purgatur.*
21. *Sententiæ Conſiſtorii Supremi. num. 23.*
22 *Ejusdem Decretum.*

1 ET hæc ita ſe habent in ſponſo ſponſavè poſt contracta ſponſalia fornicante, quo caſu cùm committatur adulterium, quod & matrimonium per nuptias conſummatum dirimit, de ſponſaliorum diſſolutione minùs dubitandum videtur.
2 † Quid verò ſi ante contracta ſponſalia fornicata fuerit ſponſa, cui tamen virginitatis amore & opinione ſponſus promiſerit matrimonium, num eam ob qualitatis errorem repudiare licebit?
3 Certi enim juris eſt, † quòd error qualitatis matrimonium haut impediat nec vitiet ſponſalia, cùm qualitas ſit tantùm accidens, quod ſalvo matrimonio adeſſe & abeſſe poteſt, *can. un. verſ. error. fortunæ & qualitatis. 29. quæſt. 1.* Lud. Schrader. *ad tit. Inſt. de nupt. part. 2. num. 37.* Johan. Schneidevvin. *ad tit. Inſtit. de nupt. part. 4. n. 59.* Johan. Harppr. *ad rubr. ejusdem tit. num. 94.* Alber. Gentil. *lib. 3. de nupt. cap. 3.*
4 † Virginitatis verò error verſari tantummodò in qualitate videtur, cum nuptiæ etiam cum meretrice conſiſtere queant: quo ex fundamento Canoniſtæ repudium hoc caſu improbant, *cap. quemadmodum. 25. extr. de jurejur.*
5 † Sed rem exactiùs ſi conſideremus, error iſte ſolam qualitatem & accidentalia matrimonii non concernit, ſed ipſam conjugii ſubſtantiam ingreditur; ſiquidem caſtitas habetur de ſubſtantiâ matrimonii, quod eſt conjunctio in unam carnem. Et attingit error ejusmodi ipſum corpus, quia læſa virginitas corporis vitium cenſetur, quod pertinet ad materiam conjugii, hæc autem ad rei ſubſtantiam ſpectat, veluti benè infert Balth. Mentz. hiſce verbis: *Vocatur ſanè error ille qualitatis, qui tamen, ſi exquiſitè loquendum eſt, ad ipſam formam conjugii refertur; unde non debet negari ad eſſentiam matrimonii pertinere, pugnat enim cum illo principio: Erunt duo in carnem unam. Forma conjugii eſt obligatio ſive vinculum ortum ex mutuâ conſenſione in arctiſſimam & indiſſolubilem conjunctionem in carnem unam. Quare ut adulterium è diametro pugnat cum matrimonio, ita certum eſt, ſcortationem etiam cum eo pugnare, non in aliquo accidente, ſed reſpectu ipſius formæ.* Hactenus Mentzer. *de conjug. pag. 90.*

† Non immeritò itaque ſponſam ante ſponſalia vitiatam & pro virgine ductam repudiari poſſe, ac diſſolutioni ſponſaliorum locum dari, dixerimus, Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 110. & 111.* Paul. Cypr. *de ſponſalib. cap. 13 §. 40.* Joachim. à Beuſt. *de ſponſalib. cap. 10.* Johan. Harppr. *ad §. ſunt & aliæ. 11. n. 74. Inſt. de nupt.* (1.) 6
† Vel ex hoc ipſo fundamento, quòd error virginitatis ſit in ipsâ matrimonii ſubſtantiâ, non in nudâ qualitate, ut jam demonſtratum dedimus: Atqui error in ſubſtantia omnium Dd. conſenſu vitiat matrimonium † & ſponſalia, *l. nuptias. 30. ff. de Reg. jur. cap. tua nos. 26. circa fin.* ibique Gloſſa *in verb. forma. extr. de ſponſal.* Harppr. *dict. num. 74.* Aut ſi mavis errorem hunc conditionis appellitare cum Cypræo, propterea quòd vitiata ſtatum quodammodò mutet, infamis fiat, & capitis diminutionem patiatur, nam pudicitiâ amiſsâ omnis in fœmina virtus ruit, *dict. cap. 13. §. 39.* eò minùs repudium poterit declinari, quia de jure pariter civili & canonico error conditionis matrimonium impedit, Gerhard. *dict. loco.* (2.) 7 8
† Nec quisquam, opinior, negare auſit, dolosè ſponſam pro virgine ſe venditare, quæ eſt vitiata, ac ita dolo inducere ſponſum, ut matrimonium promittat; quomodo ergò conſiſtere poteſt contractus ſponſalitius, † cùm dolus vitiet ipſo jure contractus bonæ fidei, *l. & eleganter. 7. in pr. ff. de dolo malo. l. 3. §. ult. ff. pro ſocio.* quin & ſtricti juris contractus per exceptionem reſcindat, *l. ſi quis cum aliter. 36. ff. de verbor. obligat. l. pen. C. de inutil. ſtipulat.* & privilegium 9 10

gium quodcunque adimat, *l. 2. §. ſed ita demum. ff. ad SCtum Vellejan.* Joh. Gœdd. *in tract. de contrah. ſtipulat. cap. 3. concluſ. 7. num. 114. & ſeqq.* Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 21. ſyntagm. jur. univerſ. cap. 2. n. 5.* Et
11 † periniquum profectò foret, quenquam ex dolo ſuo ac improbitate lucrum vel commodum ſentire, *l. 1. in pr. l. non debet. 11. in fin. cum. l. ſeq. ff. de dolo malo. l. verum eſt. 63. §.*
12 *hoc quoque. 7. ff. pro ſocio.* (3.) † Eoque vulgò referunt illud ex ſacris, quòd Joſephus Mariæ ſponſus, antequam ex Angelo didiciſſet, ſponſam ſuam ex peculiari & ſupernaturali Spiritûs Sancti operatione absque viri congreſſu concepiſſe, cogitaverit eam deſerere, nec tamen hoc reprehenditur, quin potiùs juſtus vocatur, *Matth. 1. verſ. 19.* Gerhard. *dict. loc.* Harppr. *dict. §. ſunt & aliæ. Inſt. de*
13 *nupt. n. 66. & 67.* (4.) † Et metuendum, ſi aliud dicamus, ne ex coactione innocentis ad conſummationem matrimonii difficilem id exitum ſortiatur, *cap. præterea. extr. de ſponſalibus.* in perpetuâ namque ſuſpicione hærebit maritus, ſemel malam in poſterum etiam ſimilem futuram. Atque eò reſpexit
14 Leo Imperator, quando ait: † *Sponſam quandam furtivis complexibus ab alio eſſe gravidatam, cùm illa interim ſponſalem præ ſe ferret caſtimoniam, ſponſaliorum tempore compertum eſt. Decernimus igitur, ut propter hoc, quo nihil magis matrimonio adverſatur, quos ſponſaliorum opinio, non veritas copulavit, disjungantur. Quomodo enim vera ſponſalia ſunt, in quibus nihil verum neque genuinum conſpicitur, ubi meretricium ſe offert ſcelus, ubi cauſæ ſunt diſſidiorum & odii, ubi animorum alienatio, quæ mala acervatim omnia cum peregrino alienoque ſemine ſuſcipiuntur, quomodo ibi matrimonialis concordia, quomodo purus ſponſaliſque eſt amor? in Novell. 93.* † Scilicet 15
ſponſalia ejusmodi ſunt ſimulata, quæ nullius momenti & efficaciæ habentur, *arg. l. nuptias. 30. ff. de Reg. jur. l. cum ea. 21. C. de transact.* (5.) † Cumque ex hoc errore ipſum 16
etiam matrimonium per nuptias jam conſummatum dirimatur, ut infrà dicemus *Defin. 193.* Alber. Gentil. *lib. 6. de nupt. cap. 13.* Nicol. Reuſner. *lib. 4. deciſ. 5.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. quæſt. 33.* Bidenbach. *de cauſ. matrimon. fol. 78.* multò magis utique matrimonium per ſponſalia tantummodò inchoatum diſſolvi poterit, † 17
quoniam leviore occaſione quid prohibetur ne fiat, quàm ut factum dirimatur, *can. ult. §. his ita reſpondetur. 15. quæſt. 1 cap. quemadmodum. 25. §. quod ſi poſt. in fin.* ibique Dd. *extr. de jurejur.*

Dupliciter tamen hanc aſſertionem limitatam velim, (1.) † Ut ſi gravida reperiatur 18
ſponſa, ante omnia tentetur reconciliatio, & ſponſus admoneatur à Judice eccleſiaſtico, ne a pacto matrimonii diſcedat, præſertim ſi ſponſa à celebratis ſponſalibus modeſtè ſe geſſerit, culpamque commiſſam humiliter fuerit peprecata; vel etiam ignorantia ſponſi ſit ſpontanea aut ſatis craſſa; Modò hæc admonitio in coactionem non degeneret, quæ abeſſe hic debet. (2.) Si † 19
ſponſus pudicitiæ virginalis ſciens ac gnarus ſponſalia cum defloratâ contraxerit, non concedatur repudium, quia ſerò nimis recuſat mores mulieris, quos uxorem ducendo probavit, *l. 13. §. ult. ff. ad Leg. Jul. de adult.*
† nec ſe deceptum queri poteſt, qui ſciens & 20
volens eam ſibi deſpondit, cujus conditionem haut ignoravit, Gerhard. *dict. loc. §. 111. pag. 191.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem D. Helvici Garthii* zu Freyberg / *die 28.* 21
Novemb. Anno 1610. (*Verba Sentent:* Auf euren Bericht in Ehe- und Schwängerungs-Sachen Balthaſar *H.* zu Weinsdorff Klägern an einem/ Marien/ Martin *H.* nachgelaſſene Tochter Beklagte am andern/ und den in Hafft genommenen Chriſtoph *T. intervenienten* dritten Theils/ erkennen und ſprechen wir für Recht: Hat Kläger ſich mit der Beklagten/ unwiſſende/ daß ſie von dem *intervenienten* *ſtupri*ret und geſchwängert worden/ in ein Eheverlöbniß eingelaſſen; So iſt er mit derſelben die Ehe wider ſeinen Willen zu vollnziehen nicht unſchuldig; Es mag auch ſie den *Intervenienten*/ wofern zwiſchen ihr und ihme der Ehe wegen nichts abgeredet iſt/ zu ehelichen nicht gedrungen noch angehalten werden/ V. R. W.)

It. † *in causâ* Möbus *R.* zu Belau / Klägern an einem/ Annen/ Jacob *L.* Tochter da- 22
ſelbſt Beklagte anders Theils/ *die 25. Januar. Anno 1609.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagte nicht verneinet/ daß ſie von Peter Seideln/ ehe ſie mit Klägern ſich verlobt/ ſchwanger geweſen/ und auch zwiſchen den Partheyen die gütliche Ausſöhnung entſtanden; So wird das zwiſchen ihnen gehaltene Eheverlöbniß hiemit billich *caſſi*ret und aufgehoben/ V. R. W.)

Et † ad petitionem NN. zu S. *die 10. Novembr. Anno 1609.* (*Verba Sententiæ:* Als ihr uns berichtet/wie daß George *N.* ſich mit Barbaren *N.N.* nachgelaſſenen Tochter ehelichen verſprochen / und hernacher erfahren/ daß die Barbara vor dem Verlöbniß von Thomas *N.* geſchwängert worden/welches denn die Dirne geſtanden/und darauf von Georg *N.* bey euch geſucht worden/ daß er von bemeldter Barbaren möchte loß geſprochen werden/alles nach fernerm Inhalt euers uns zugeſchickten Berichts/darüber ihr euch des Rechten zu belehren gebeten habt. Demnach erkennen und ſprechen wir/ ꝛc. für Recht: Da es euerm Bericht nach bewandt/ wird Georg. *N.* mit Fleiß ermahnet/die Barbaram wegen ſeiner geſchehenen Zuſage zu ehelichen; Da aber ſolches bey ihme nicht zu erhalten; So wird derſelbe wegen angezogener Schwängerung von der Barbara billich loßgeſprochen/und ihme ſich mit einer andern ſeiner Gelegenheit nach Chriſtlich zu verehelichen geſtattet und nachgelaſſen / und wird darneben Thomas *N.* wegen begangener Schwängerung und Unzucht/ Inhalts unſers gnädigſten Herrns ausgegangener Ordnung von der weltlichen Obrigkeit billich in Strafe genomen/ V.R.W.) 13

DEFINIT. CLXXXIIX.

Concedi poteſt repudium ob fornicationem & ſtuprum à ſponſo ante contracta ſponſalia commiſſum.

SUMMARIA.

1. *Sponſalia num diſſolvenda, ſi ſponſus ante ea fuerit fornicatus?*
2. *Negant hoc Cypr. & Dd. communiter.*
3. *Ratio diverſitatis quænam hoc caſu inter ſponſum & ſponſam?*
4. *In ſponsâ inſitio ſtirpis adulterinæ metuenda eſt.*
5. *Non etiam in ſponſo.*
6. *In fœminâ libido multò fœdior, quam in viro.*
7. *Major requiritur caſtitas in fœmina, quàm in viro.*
8. *Ex jure divino adducitur diverſitas.*
9. *Lex Moſaica conſcientias munit.*
10. *Locum habet diverſitas hæc in matrimonio conſummato.*
11. *Sponſaliorum verò diſſolutio etiam ob ſponſi fornicationem permittenda.*
12. *Faciliùs diſſolvuntur ſponſalia, quàm matrimonium.*
13. *Non minor ſit caſtitas ſponſi quàm ſponſæ.*
14. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 QUid verò juris in caſu converſo, ſi nempe vir ante ſponſalia contracta fuerit ſcortatus, num id ſponſa ei objicere, ipſumque repudiare
2 poterit? Negat hoc † Paul. Cypræ. *de ſponſalib. cap. 13. §. 57. n. 2.* ubi dicit: *Itaque ut rem in pauca conferamus, ſponſalia diſſolvi minimè exiſtimaverim, etiamſi ſponſa ſponſo objiciat, eum Veneri ante ſponſalia deditum fuiſſe, & ſeſe libidinibus contaminâſſe, idque doceri poſſit, modò poſt illa contracta caſtam inſtituat vitam.* Hactenus Cy-
3 præus. † Cujus opinioni plerique adhærent, nec ſine ratione diverſitatis, quæ & in
4 correlatis jus diverſum inducit; † Sponſam enim vitiatam repudiandam inquiunt, propter inſitionem ſtirpis adulterinæ, per quam non ſolùm marito, ſed & toti familiæ magna infertur injuria. *l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Matth. Weſenbec. *in*
5 *parat. ff. eod. tit. n. 4. & ſeqq.* † quod metuendum non eſt in ſponſo, qui fœdis libidinibus antea ſe contaminavit, & ſcortatus fuit. Ac licèt caſtitas à viro pariter & uxore deſideretur; ac iniquiſſimum ſit, maritum ab uxore pudicitiam exigere, quam ipſemet non exhibeat, *l. ſi uxor. 13. ff. ad Leg. Jul. de adulter.* † attamen in 6
fœminâ libido multò fœdior eſt, quàm in viro, læſaque pudicitiâ omnis in fœminâ virtus ruit. Quin † ergò major 7
caſtitas in fœmina, quàm in viro requiratur, ambigendum non eſt, Gloſſ. *in l. palam. §. quæ in adulterio. ff. de rit. nupt.* Johan. Gœdd. *ad l. 101. n. 4. ff. de Verb. ſignif.* Deficit † porrò hoc caſu autori- 8
tas juris divini, quod jubet lapidibus obrui compreſſam ab alio, quæ poſtea tanquam virgo nupſit alteri, ſi fuerit accuſata, & vir petat divortium, *Deuter. 22.* Sed de marito, qui ante initum matrimonium deditus fuit fornicationi, nil repe-

reperitur diſpoſitum; ut hinc diverſitatem inter viri & fœminæ fornicationem tutò
9 petere liceat; Quantumvis † enim lex Moſaica judicialis ad nos haut pertineat, exemplum tamen legis illius conſcientias munit, ut loquitur Philippus Melanchthon *in loco de conjug.* allegatus à Joh. Schneidevvin. *ad tit. Inſtitut. de nupt. part. 4. num. 62.*

10 † Fateor ponderis eſſe magni haſce rationes, ob quas poſt conſummatum per nuptias matrimonium divortium haut permittendum facilè conceſſerim, ut maximè ſtuprum mariti ante matrimonium commiſſum uxor probet ac ſeparationem petat, de quo pluribus dixi *in Juriſpr. Forenſ. ad*
11 *Conſt. Elect. 40. part. 4. Defin. 13.* At † matrimonio nondum per nuptias conſummatô, ſi ſponſa ob ſtuprum & fornicationem ſponſi eum repudiare velit, repudium decernendum & ſponſalia diſſolvenda eſſe, arbitrati fuerunt Domini Conſiſtoriales, procul dubio ex hoc fundamento, † quòd fa- 12
ciliùs ac pluribus ex cauſis rumpantur ſponſalia, quam matrimonium per nuptias conſummatum, quodque turpius ejiciatur, quam non admittatur hoſpes, *cap. quemadmodum. 25. verſ. alioquin. extr. de jurejur.* † Ac pro- 13
fectò ex impurâ ſponſi vitâ facilè eſt æſtimare, quâ conſtantiâ ſervaturus ſit poſtea ſponſus conjugii fidem: Et quo jure caſtitatem à ſponſa exiget ſponſus, quam non rependit? aut quo jure id petet, quod non reddit? Quocirca fas eſt, ut qui intactam ſponſam quærit, ipſe ſit intactus, & qui puram expetit, ipſe ſit purus. Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjugio. quæſt. 34.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ NN.* Klägerin an einem/ *NN.* Beklagten am an- 14
dern/ und *NN. Intervenientin* dritten Theils/ *die 24. April. Anno 1628.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter geſtändig/ daß er die Klägerin beſchlafen/ hernach mit der *Intervenientin* als deroſelben Vaters Brudern Tochter ſich verlobt/ welche ihn aber nunmehr zu ehelichen nicht begehret; So wird ſolches Ehegelöbniß billich hinwiederum *caſſi*ret und aufgehoben; Auch der *Intervenientin* ſich in andere Wege hinwieder zu verehelichen verſtattet und nachgelaſſen/ der Klägerin aber um angezogener Urſachen willen bis auf ihr ferner Anſuchen der gebetene Anſtand mitgetheilet/ V.R.W.)

TIT. XI.

De Divortio.

Definit. CLXXXIX.

Veram divortii cauſam præbet adulterium alterutrius conjugis.

SUMMARIA.

1. *Arctius eſt vinculum nuptiarum, quàm ſponſaliorum.*
2. *Difficiliùs conceditur divortium, quàm repudium.*
3. *Conjugium perpetuus & indiſſolubilis eſt contractus.*
4. *Quondam à Moſe divortia fuerunt conceſſa.*
5. *Non per conniventiam, ſed per modum diſpenſationis.*
6. *Et quâ ex cauſâ? n. 7.*
8. *Divortia temeraria in Novo Teſtamento ſunt abrogata.*
9. *Ob cauſam adulterii etiamnum permiſſa, n. 11.*
10. *Quæ cauſa exceptionis?*
12. *Fornicatio & adulterium juſta divortii cauſa, n. 13.*
14. *Dupliciter de crimine adulterii agere licet: criminaliter & civiliter.*
15. *Divortium eſt pœna adulterii civilis.*
16. *Decreta Conſiſtorii Supremi, n. 17. 18.*

1 NUptiarum vinculum longè fortiùs exiſtere, quàm ſponſaliorum, nemo eſt qui dubitare poſſit; ſiquidem matrimonium per ſponſalia ſaltem inchoatum, per nuptias tandem conſummatur & firmatur: ex quo facilè judicare licet, † difficiliùs im- 2
petrari divortium, hoc eſt, ipſius matrimonii

monii diſſolutionem, quam repudium, quod eſt disruptio & caſſatio ſponſaliorum, *cap. quemadmodum. 25. verſ. alioquin. extr. de jurejur.* Joh. Harppr. *ad rubr. Inſt. de nupt.*
3 *n. 139.* Nec immerito, quia † conjugium perpetuus & indiſſolubilis eſt contractus ſecundum ejus inſtitutionem in Paradiſo & ordinationem Chriſti, *Matth. 5. & 19. Marc. 10. Luc. 16.* Præcavendum ergò, ne rumpatur per divortium, quod propterea nunquam licitum fuiſſe contendit Innocentius III. *in cap. gaudemus. extr. de divort.* Didac. Covarruv. *part. 2. de matrimon. cap. 7. §. 4. n. 7.* Beza *de repud. pag. 216.*

4 † Sed errat Pontifex, cum jamdudum Moſes in Republicâ Judaicâ per legum ſuarum approbationem divortia toleraverit, *Deut. 24. v. 1. Lev. 21. v. 7. & 14.* non per ſo-
5 lam conniventiam, † ſed per modum diſpenſationis ad vitandum homicidium, *Malach. cap. 2. ibi: Qui odio habet uxorem, dimittat eam, dicit Dominus.* D. Chryſoſt. *in homil. in cap. 19. Matth. can. hâc ratione. 31.*
6 *quæſt. 1.* † Nimirum diſpenſando Deus jus à ſe conſtitutum remiſit, divortiumque conceſſit, ne deterius quid ex odio inveterato
7 exoriretur. † Satius enim putavit Jehova vinculum conjugii relaxari, quàm fœdioribus rixis, inſidiis, veneficiis & parricidiis viam & occaſionem aperiri, Bellarm. *de matrim. cap. 17.* Johan. Gerhard. *in loco de conjug.*
8 *n. 563.* † Etſi verò poſtea in Novo Teſtamento Chriſtus Phariſæos ad primam conjugii inſtitutionem revocavit, & temeraria illa
9 divortia planè abrogavit, cauſam † tamen fornicationis ſeu adulterii ad divortium ſufficientem diſertè excepit, *Matth 5. v. 32. & cap. 15. verſ. 9.* utpote quæ conjugii formam,
10 adeoque ipſum † conjugium tollit, quia ſolvit unitatem carnis, fidem conjugalem evertit, ipſaque matrimonii ſubſtantialia abolet. Conjuges namque ex ipſius Dei inſtitutione ſunt una caro, *Geneſ. 2. verſ. 24. Matth. 19. verſ. 6.* At mulier adultera fit una caro cum adultero, *1. Cor. 6. verſ. 16.* † Quod ſi ergò 11 maritus uxorem adulteram dimittit, aliamque ducit, non certè magis peccat, quàm ſi poſt mortem prioris conjugis aliam ducit, ſiquidem per adulterium pariter ac mortem vinculum unitatis conjugalis diſſolvitur, non ab homine, ſed ipſa matrimonii lege, quam adultera nefariè eſt transgreſſa & ab obligatione ejus ſe ſubtraxit, quo de fuſiùs dixi *in Pract. criminal. part. 2. quæſt. 63. n. 8. & multis ſeqq.*

Dubium itaque non eſt, † quin etiam- 12
num hodie fornicatio ſeu adulterium juſta & ſufficiens habeatur divortii cauſa: quare ſi maritus uxorem adulteram retinere nolit, civili actione ad tori ſive matrimonii ſeparationem benè experiri poteſt, *cap. 5. extr. de procurat. cap. ſignificaſti. & cap. ex literis. 5. extr. de divort. cap. literis. 12. extr. de præſum. cap. 4. extr. de donat. int. vir. & uxor.* † E 13
converſo uxor contra maritum adulterum parili ratione agere valet ad divortium & matrimonii diſſolutionem. *can. in conjugio. & can. ſeq. verſ. ſimiliter 32. quæſt. 1. cap. quæſivit. 2. extr. de divort. l. conſenſu. 8. §. ſi qua igitur. C. de repud.* † Nimirum dupliciter de 14
crimine adulterii agere licet: Criminaliter ad pœnam infligendam; & civiliter ad tori ſeparationem, dotisque & donationis propter nuptias amiſſionem, Henr. Bocer. *in tract. de adult. cap. 3. n. 19.* † Eſt ergo pœna 15
civilis adulterii divortium ſeu matrimonii diſſolutio, Joach. à Beuſt. *de matrim. part. 2. cap. 20.* Flamin de Rub. *in tract. de adult. cap. 16. n. 4.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. ad leg. Jul. de adult. n. 19.* Ludov. Gilhauſ. *in arbor. jud. crimin. cap. 2. tit. 18. n. 22.* Bocer. *de adult. cap. 5. in pr.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ* Hanſen *P.* Klägern an einem/ ſeines Weibes 16
Marthen Beklagte anders Theils/ *die 20. Auguſti Anno 1628.* (*Verba Decreti:* Daß Beklagte des mit Andreas Ficklern begangenen Ehebruchs zur Nothdurfft überführet; Derowegen Kläger der Ehe halben von ihr billich entbunden und loß gezehlet wird/ wie wir ihn dann hiermit davon entbinden und loßzehlen/ꝛc.)

It. † *in cauſâ* Annen/ Daniel *N.* Eheweibes/ Klägerin an einem/ itzo gedachten ihren 17
Ehemann/ Beklagten am andern Theil/ *die 27. Auguſti Anno 1628.* (*Verba Decreti:* Daraus allenthalben/ ſonderlich Beklagtens *orginaliter producir*ten und *recognoſcir*ten Schreiben am *dato* den *21. April. Anno 1626.* deßgleichen ſeinem und Magdalenen G. unterm *dato* Leßla den *18. Aug. Anno 1626. producir*ten und *recognoſcir*ten Bekäntniß ſo viel zu befinden/ daß Beklagter an der Klägerin brüchig worden; Derowegen ſie von ihme der Ehe halber zu *abſolvi*ren und zu entbinden/ wie wir ſie dann hiermit darvon entbinden und loßzehlen/ꝛc.)

Et † *in cauſâ* Annen/ Gottfried *M.* Eheweib/ Klägerin an einem/ itzogedachten ihren 18
Ehemann/ Beklagten anders Theils belangende/ *die 19. Novembr. An. 1623.* (*Verba Decreti:* Dieweil Klägerin mit des Centrichters zu *B.* Hanſen Jacob *E.* beſiegelter

Kund-

Kundſchafft beſcheiniget/ daß ihr Ehemann Gottfried M. an ihr brüchig / und derenthalben daſelbſten an den Pranger geſtellet und des Landes zu ewigen Zeiten verwieſen worden; So wird ſie der Ehe halber von ihme billich *abſolviret* und entbunden/inmaſſen wir ſie hiermit *abſolviren* und entbinden/ꝛc.)

Definit. CXC.

Diſſolutô ex causâ adulterii conjugiô, innocenti nuptias cum aliâ perſonâ contrahere licet.

SUMMARIA.

1. *Fruſtrà annon diſputetur de hac quæſtione? num. 2. 3.*
4. *Nequaquam effectu deſtituitur quæſtio hæc.*
5. *Quando ſcilicet negligens eſt Magiſtratus in puniendo adulterio.*
6. *Aut ſi juſta ex cauſa mortis pœna adultero remittatur.*
7. *Num ergo innocenti liceat ad aliud convolare matrimonium?*
8. *Deciſio affirmativa.*
9. *Quæ & placuit B. Luthero.*
10. *Non modò ea eſt fundata in jure civili.*
11. *Sed etiam in ſacris.*
12. *Fundamenta ex jure divino quænam? num. 13. 14.*
15. *Præmittenda eſt reconciliatio, priusquam detur facultas cum aliâ perſonâ inire matrimonium. n. 16.*
17. *Etiam ex mente B. Lutheri.*
18. *Decreta Conſiſtorii Supremi, num. 19. 20. 21.*

1 FRuſtrà diſputari dixeris de concedendâ facultate novarum nuptiarum, factô ob adulterium in provinciis Electoratûs Saxonici divortiô, cùm indifferenter ferè mortis ſupplicium in adulteros ſit conſtitutum, quod ſi reis infligatur, quin parti innocenti ad novas convolare liceat nuptias, dubium vix relinquitur absque controverſiâ conjugio morte diſſoluto; ut
2 non immeritò † Joach. à Beuſt. eâ de quæſtione judicium ſuum hiſce protulerit verbis: *Sed Dei beneficio Magiſtratus Ducatûs Saxonici tàm juſtus & ſeverus adulteriorum vindex eſt, ut huic quæſtioni locum non relinquat, in tract. de jure connub. part. 2. cap. 25. in fin.* † Quod & Chriſto, inno-
3 centi vivente adhuc adulterâ aliam ducere uxorem permittenti, *Matth. 5. & 19.* objicere potuiſſent Phariſæi ex lege Moſaicâ, quæ adulteros lapidibus obrui jubet, *Levit. 20. & Deut. 22.* cui ſupplicio non potuit non derogare Chriſtus, jus novarum nuptiarum concedens factô ob cauſam fornicationis divortiô, ſi non fruſtranea fuiſſet conceſſio, Henn. Arniſ. *de jur. connub. cap. 6. ſect. 2. num. 25.* Sed † cum
4 Chriſtus præviderit neglectum legis Moſaicæ de puniendo adulterio, quem tamen verbis expreſſis reprehendere, & officium Magiſtratûs involare noluit, ſaltem conſcientiis ſub negligente Magiſtratu proſpiciens, Alber. Gentil. *lib. 6. de nupt. cap. 11.* Arniſ. *dict. ſect. 2. n. 25.* † ſuo haut deſtitui effectu 5
quæſtionem hanc, non obſcure indicavit, ut hinc de eâ non fruſtrà diſputetur, quando negligens eſt Magiſtratus in adulterio puniendo, nec ſuum facit officium; quò & B. Lutherus reſpexit *in libello de vit. conjug. tom. 2. Jenenſ. german. fol. 166. verb.* Wo aber die Obrigkeit ſäumig und nachläßig iſt/und nicht tödtet/ꝛc. Quin † & locus dabi- 6
tur quæſtioni huic, ſi Magiſtratus ex ſpeciali quapiam ratione juſtaque ex causâ gratiam fecerit adultero, mortisque ſupplicium remiſerit pœnâ mitiori & arbitrariâ carceris vel pecuniariâ ſubſtitutâ, quo de pluribus dixi *in pract. crimin. part. 2. q. 57. 60. 61. &c.* † quæ ergò illius deciſio? Miſſis iis, quæ con- 7
tra Bellarm. *de matrim. cap. 14.* & Canoniſtas diſputantur, & à nobis etiam prolixiùs adductâ fuere in *Pract. crimin. dict. part. 2. quæſt. 63. n. 18. & ſeq.* firmis ſtat pedibus reſolutio † 8
noſtratium Theologorum & Conſiſtorialium, quòd licitum ſit conjugi innocenti, vivente adhuc parte adulterâ, cum aliâ perſonâ contrahere matrimonium, ut videre eſt apud Nevizan. *1. ſylv. nupt. n. 106.* Beza. *de divort. fol. 178.* Mauſer. *de nupt.* Joach. à Beuſt. *dict. part. 2. c. 24.* Joh. Schneidevvin. *ad tit. Inſt. de nupt. ſub rubr. de divort. n. 35. & ſeqq.* Henn. Arniſ. *dict. c. 6. ſect. 2.* à quâ ſententiâ etiam non † fuit alienus B. Lutherus 9
tom.

tom. 5. Jenenſ. german. in lib. de cauſ. ma-
trim. part. 2. pag. 255. quando ſcribit: Ich
kan und mag nicht wehren / wo ein Ge-
mahl die Ehe bricht/und kan beweiſet wer-
den öffentlich/ daß das andere Theil frey
ſey/ und ſich ſcheiden möge/ und mit einem
10 andern verehlichen/rc. † Eaque de jure ci-
vili dubium non habet, *l. conſenſu. §. vi-*
rum. & §. ſin verò. C. de repud. ſed & in ſa-
11 cris benè fundata. (1.) † Quicunque e-
nim, inquit Chriſtus, dimiſerit uxorem ſu-
am, exceptâ causâ fornicationis, & aliam
duxerit, mœchatur. *Matth. 19.* Sequitur er-
gò à contrario ſenſu, non mœchari eum,
qui propter cauſam fornicationis uxorem
dimittit & aliam ducit; Nam lex Moſaica
ex quacunque causâ id permittebat: quam
Chriſtus ſuſtulit, unicum excipiens caſum
fornicationis. Quò igitur exceptio ſit de
regulà, verba Chriſti ita ſunt intelligen-
da, ut innocenti licitum ſit aliam ducere
uxorem, adulterâ etiam vivente, Johan.
12 Schneidevvin. & Beuſt. *d. loc.* (2.) † Nec
verba Chriſti concedentis divortium in
caſu adulterii, *Matth. 5. & 19.* de inani vo-
cabulo erunt accipienda, ſed de liberatio-
ne potiùs tali, buæ fit reipsâ, ubi inno-
cens perſona non retinetur ligata, veluti
Apoſtolus de fideli pronunciat: Si infi-
delis diſceſſerit ab eo, non erit fidelis ſub
13 jectus ſervituti, *1. Cor. 7.* † cùmque verba
apud *Marc. 1. & Luc. 16.* generaliter pro-
lata neceſſariò ſint explicanda de divortio
à vinculo, non poteſt alius affingi ſenſus
verbis à Matth. cum exceptione relatis, quia
utrobique eadem hiſtoria idemque narra-
tur reſponſum. (3.) Et quis non animad-
verit, † ſi factô divortiô non liceret cum 14
aliâ perſonâ iniri matrimonium, partem
innocentem cogi ad cœlibatum contra
ipſamet Chriſti verba: Qui poteſt capere,
capiat, *Matth. 19. verſ. 12.* nec non Apoſtoli:
Si non continent, nubant, melius enim eſt
nubere quàm uri, *1. Cor. 7. v. 9.*

Quæ etſi ita ſe habent; † non tamen pro- 15
perandum eſt ad conceſſionem novi con-
jugii, ſed cum temperamento proceden-
dum, ut nempe apud partem innocentem
reconciliatio priùs tentetur, quia Eccleſia
redeunti & reſipiſcenti gremium non clau-
dit, *cap. ſuper eo. extr. de hæret. in 6to.* quam
adhortationem ſi admittere nolit, rurſus
monenda, ut ab alio abſtineat conjugio vi-
vente adulterâ, ſi ſe continere caſtèque vive-
re queat; ſi verò non, † concedenda demum 16
eſt facultas cum alia perſonâ nuptias con-
trahere, Beuſt. *dict. cap. 24.* Johan. Schnei-
devvin. *dict. Rubr. de devortio. n. 35.* quæ † 17
& ipſiſſima fuit ſententia B. Lutheri *dict.*
tom. 5. Jenenſ. part. 2. pag. 255. ibi: Wie-
wol wo mans thun kan / daß man ſie ver-
ſöhne und bey einander behalte / iſts gar
viel beſſer / wann aber das unſchuldige
Theil nicht wil/ ſo mags im Namen Got-
tes ſeines Rechts gebrauchen/rc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Hanſen P. Klägern an einem/ Marthen ſein 18
Eheweib/Beklagte anders Theils/ *die 20. Auguſti Anno 1628.* (*Verba Decreti:* Daß
Beklagte des mit Andreas F. begangenen Ehebruchs zur Nothdurfft überfüh-
ret; Derowegen Kläger der Ehe halber von ihr billich entbunden und loß gezeh-
let wird/ wie wir ihn hiermit davon entbinden und loßzehlen / ihme auch als dem
unſchuldigen Theil in andere Wege ſich hinwieder Chriſtlich zu verehlichen/
und die Ehe doch ohne Gepränge zu vollziehen verſtatten u. nachlaſſen/ V.R.W.)

It. † *in causâ* Annen/ Daniel N. Eheweibes/ Klägerin an einem/ itzt-gedachten ihren 19
Ehemanne/Beklagten anders Theils/ *die 27. Aug. An. 1628.* (*Verba Decreti:* Dar-
aus allenthalben ſo viel zu finden/ daß Beklagter an der Klägerin brüchig wor-
den; Derowegen ſie von ihme zu *abſolvi*ren und zu entbinden/ wie wir ſie hiermit
davon entbinden und loß zehlen/ ihr auch/ als dem unſchuldigen Theil/ in andere
Wege ſich hinwieder Chriſtlich zu verehlichen verſtatten und nachlaſſen / der
weltlichen Obrigkeit die verwirckte Strafe wider Beklagten und Magdalenen
G. vorbehaltende/ V.R.W.)

It. † *in causâ* Caſpari H. Klägern an einem/ſeines Weibes Annen/Beklagte anders 20
Theils/ *die 5. Septemb. An. 1628.* (*Verba Decreti:* Darauf ſo viel zu befinden/ daß
Beklagte am Klägern brüchig worden; Derowegen er von ihr der Ehe halber
billich *abſolvi*ret und entbunden wird/ wie wir ihn hiermit davon entbinden und
loß zehlen/ihme auch als dem unſchuldigen Theil/ in andere Wege ſich hinwieder
Chriſtlich zu verehlichen verſtatten und nachlaſſen/ V.R.W.)

Et † *in causâ* Annen/Gottfried M. Eheweib/Klägerin an einem/ itzo gedachten ihren 21
Ehemann/Beklagten anders Theils/ *die 19. Novemb. Anno 1613.* (*Verba Decreti:*
Dieweil Klägerin mit des Centrichters zu Bamberg / Hanſen Jacob E. be-
ſiegelter Kundſchafft beſcheiniget / daß ihr geweſener Ehemann Gottfried M.

an

an ihr brüchig/ und derenthalben daſelbſt an den Pranger geſtellet/ und des Landes zu ewigen Zeiten verwieſen worden; So wird ſie der Ehe halber von ihme billich *abſolviret* und entbunden/ inmaſſen wir ſie hiermit davon *abſolviren* und entbinden; Ihr auch in andere Wege ſich hinwieder Chriſtlich zu verehlichen verſtatten und nachlaſſen/ V.R.W.)

DEFINIT. CXCI.

Parti etiam nocenti ſeu adulteræ certis conditionibus novæ concedi poſſunt nuptiæ.

SUMMARIA.

1. *Ex ſententiâ Canoniſtarum nocenti haut concedendæ ſunt novæ nuptiæ.*
2. *Quibus in textibus juris canonici ea fundata.*
3. *Non deſtituitur hæc ſententia ratione.*
4. *Aliter ſenſit B. Lutherus.*
5. *Cujus ſententia vera & recepta, n. 6.*
7. *Cum micâ ſalis tamen accipienda.*
8. *Priùs tentetur reconciliatio.*
9. *Præcedat ſevera admonitio.*
10. *Conſenſus Conſiſtorii accedat.*
11. *Et mulcta vel emigratio nocenti injungatur.*
12. *Reſcriptum Electorale.*

1 CONſtans eſt Canoniſtarum ſententia, quòd diſſolutô ob adulterium conjugiô, parti nocenti poteſtas novum iniri matrimonium haut competat, uti legere eſt *in c. literis. 12. verb. Ex violentâ & certâ ſuſpicione fornicationis poteſt ſententia divortii promulgari, ita quidem ut vir licentiam habeat, mortuâ illâ (adulterâ) ducendi aliam, muliere ſine ſpe conjugii remanente. extr. de præſumt.*
2 † & *in can. quædam cum fratre. 32. quæſt. 7. ibi: Quædam cum fratre viri ſui dormivit, decretum eſt, ut adulteri nunquam conjugio copulentur, illi verò, cujus uxor ſtuprata eſt, licita conjugia non negentur.* Idemque ſtatuitur *in can. ſi quis viduam. can. qui dormierit. can. concubuiſti. can. ſi quis cum novercâ. cauſ. & quæſt. eâdem.*
3 † Nec ſine ratione, quia abſonum videtur, partem nocentem commodum ſentire ex ſuo delicto, ac criminibus præberi incentivum: quod certè fieret per indulgentiam novarum nuptiarum; nunquam non enim mulieres odio piorum maritorum adulteras ſe mentientur, ut ad novas nuptias aditus patefiat.

4 † Aliter nihilominus ſenſit B. Lutherus *in lib. de vit. conjug. tom. 2. Jen. german. fol. 166.* quando ſcribit: Fragſtu/ wo das andere bleiben ſol/ wenn es vielleicht auch nicht kan Keuſchheit halten? Antwort: Darum hat GOtt im Geſetze geboten/ die Ehebrecher zu ſteinigen/ daß ſie dieſer Frage nicht dürfften: Alſo ſol auch noch das weltliche Schwerdt und Obrigkeit die Ehebrecher tödten; Wo aber die Obrigkeit ſäumig und nachläßig iſt/ und nicht tödtet/ mag ſich der Ehebrecher in ein ander fern Land machen und freyen/ wo er ſich nicht halten kan/ aber es wäre beſſer/ todt mit ihnen/ um böſes Exempels willen/ rc. † Rectiſſimè ita Lutherus, ſi ſolâ Magiſtratûs negligentiâ executio pœnæ intermittatur; 5 ſed cùm ex ratione juſtâ ac ſufficiente mortis ſupplicium ſæpè remittitur & pœna adulterii mitigatur, fieri non poteſt, † ut non diligens etiam 6 Magiſtratus hac de re ſit ſollicitus, ubi rurſus optimè conſuluit B. Lutherus, novum conjugium nocenti haut fore denegandum, eumque ſequuntur Bidenbach. *in promtuar. connub. in append. de cauſ. matrim. cap. 2. q. 2.* Beſold. *in diſcurſ. de nupt. cap. 11. n. 5.* Melanchth. *in loc. comm. theol. loc. de conjug. tit. de modo proced.*

Quod tamen † cum micâ ſalis accipiendum; 7 ne indifferenti licentiâ aperiatur feneſtra ad nequitiam, nec malitia præmium conſequatur exoptatum. Quare (1.) † 8 tentanda eſt reconciliatio, cujus ſi ſpes aliqua ſupereſt, nocenti ad alias convolare nuptias neutiquam concedatur. (2.) † Graviter 9 pars nocens monenda, ut delictum ſuum agnoſcat, laboribus & jejuniis concupiſcentias carnales reprimat, ſeque indignam judicet, cui novi matrimonii poteſtas detur. (3.) † Cavendum porrò, ne 10 propriâ auctoritate perſona nocens ad novum tranſeat conjugium, ſed Conſiſtorii ſeu Magiſtratûs eccleſiaſtici conſenſum priùs expetat. (4.) † Ac ſi omninò conſcientia 11 ejus in cœlibatu periclitetur, novum conjugium hac demum conditione concedatur,

tur, ut pars nocens ſedem fortunarum ac domicilii mutet, atque eò ſe conferat, ubi ejus turpitudo non innotuit, vel ſaltem mulctam luat pecuniariam, & nuptiæ absque pompâ celebrentur, Hemming. *matrim. pag. 186.* Johann. Gerhard. *in loco de conjug. §. 622. pag. 1048.*

Ita † *Serenisſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Zizenſi, die 7. Junii Anno 1616.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben aus angehörter Verleſung euers unterthänigſten Berichts/ was es um Judithen S. Johann Friedrichs C. geweſenen Eheweibe / für eine Gelegenheit habe/ vernommen; Woſern nun wegen begangenen Ehebruchs nach erlangeter Landes-Sicherung bey ihrem geweſenen Ehemann die *Remisſion* und Ausſöhnung nicht zu erhalten; Sie auch auf euer Zureden mit unverletztem Gewiſſen auſſer der Ehe nicht bleiben kan; So können wir nach Gelegenheit ihrer Jugend und anderer Umſtände geſchehen laſſen/ daß ſie gegen Erlegung 50. Thaler in unſern Kirchen-Kaſten allhier mit Christoph S. ſich anderweit verehlichen/ und die Ehe ohne alles Gepränge/ auch an keinem andern Orte / als auf ihrem Guthe zu S. vollnziehen möge. Und begehren hiermit gnädigſt/ Ihr wollet die *Supplicant*in darauf beſcheiden/ auch auf gedachten Fall berührte 50. Thaler von ihr einbringen/ und anher in unſer Ober-*Conſiſtorium* überſenden; Daran geſchicht unſere Meynung/ ꝛc.) 12

Definit. CXCII.

Propter deſertionem quoque malitioſam ita diſſolvitur conjugium, ut novum liceat parti innocenti inire matrimonium.

SUMMARIA.

1. *Ob neceſſariam conjugis abſentiam novum non licet inire conjugium.*
2. *Priusquam de abſentis morte uxor fuerit certiorata.*
3. *Quia cauſa neceſſaria malitiam excludit.*
4. *Alia & diverſa eſt ratio deſertionis malitioſæ.*
5. *Ob quam permittitur divortium.*
6. *Et parti deſertæ novum licet inire matrimonium.*
7. *Quod probatur ex ſacris.*
8. *Alia hujus aſſertionis ratio.*
9. *Cauſa deſertionis improbata à Chriſto ad divortium. n. 10.*
11. *Præcedere ſemper debet deſertionis proceſſus legitimus.*
12. *Redeunte deſertore num rumpatur poſterius conjugium?*
13. *Affirmant hoc noſtrates Theologi, numer. 14.*
15. *Sed reſtringenda hæc ſententia ad neceſſariam abſentiam.*
16. *Secus res ſe habet in caſu malitioſæ deſertionis.*
17. *Pœnam exilii deſertor malitioſus meretur.*
18. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
19. *Ejusdem Sententia.*

1 Conveniunt Theologi noſtri cum Canoniſtis, quod maritô ex neceſſariâ vel probabili causâ abſente ac ſuperſtite uxori non liceat alteri nubere, etiamſi longo tempore abfuerit
2 maritus, priusquam † de morte ejus ſit certiorata, *cap. in præſentiâ. extr. de ſponſal. cap. dominus. extr. de ſecund. nupt.* Johan. Schneidevvin. *ad tit. Inſt. de nupt. ſub Rubr. de divort. n. 38. & 41.* Henning. Arniſ. *in tract. de jure connub. cap. 6. ſect. 7.*
3 † Cauſa enim abſentiæ ſive ſit neceſſaria ſive duntaxat probabilis, dolum & malitiam, quæ ſola cauſatur divortium, excludit, quâ de abſentiâ procul dubio accipi debet *Auth. hodie. C. de rep. & Nov. hodie. 117. cap. 11.* Alia verò eſt ratio † deſer- 4
tionis malitioſæ, quando nullâ coactus causâ honeſtâ, ſed vel levitate, vel impatientiâ freni conjugalis injuſtâ aliisve non neceſſariis cauſis impulſus conjunx à conjuge diſcedit: Quo caſu † juſtè divortium 5
fieri non facilè quisquam negaverit, Henn. Arniſ. *dict. ſect. 7. n. 4.* Joh. Schneidevvin. *dict. loc. n. 43.* Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. c. 26. verſ. nos verò.* Paul. Cypræ. *de jur. connub. part. 1. cap. 13. §. 77. n. 10.* Martin. Chemnit. *in exam. Concil. Trident part. 12. can. 6. & 7. ſeſſ. 8. p. 262. & ſeq.* Baſil. Monner. *in tract. de matrim. cap. 7. part. 5.* Joh. Ger-

Gerhard. *in loc. de conjug. n. 623.* Caſpar. Eraſm. Brochm. *in art. de conjug. c. 4. quæſt.*
6 *58.* † Quidni ergò tum parti deſertæ novum inire matrimonium fas eſſet? ex ſententia D. Apoſtoli *1. Corinth. 7. verſ. 15.* ubi inquit: Si infidelis diſcedit, diſcedat; non enim ſervituti ſubjectus eſt frater vel ſoror in hujusmodi caſu. Quod ita explicat Andr. Oſiander *ibidem:* ut pars deſerta non teneatur propter malitioſam conjugis abſentiam perpetuo à matrimonio abſtinere, Johan. Harppr. *ad §. ſunt & aliæ. 11. num. 131. Inſtit.*
7 *de nupt.* † Etſi verò Apoſtolus ſpeciatim agit de tali deſertione, quâ infidelis deſerit fidelem, rectiſſimè tamen Theologi hoc ad quamlibet deſertionem malitioſam extendunt, nixi dicto Pauli *1. Timoth. 5. v. 8.* Si quis ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior: At curam domeſticorum ſuorum neutiquam dicitur habere, qui deſerit conjugem piam, ut hinc meritò deterior ſit infideli, cauſamque divortii præbeat ſufficientem malitioſo ſuo diſceſſu, Brochm *dict. art.*
8 *de conjug. cap. 2. ſect. 9.* Et † verendum omninò, ne ſi facultas novum ineundi conjugium denegetur innocenti, conſcientiæ ejus injiciatur laqueus ex crimine alieno, cum tamen delicta ſuos teneant autores, *l.*
9 *ſancimus. 22. C. de pœn.* Nec eſt † quod cauſam hanc divortii à Chriſto improbatam quisquam exiſtimet hoc ipſo, quò adulterium ſolummodo ab eo ponitur divortii cauſa, *Matth. 5. v. 32. & cap. 19. verſ. 9.* Siquidem
10 Chriſtus ibidem agit † de perſona temerè conjugem abjiciente, quod facere minimè permiſſum. Aliud verò habendum de perſona injuſtè deſerta, cui Magiſtratus opem ferre debet, quò piè & tranquillè vivat, novas ei nuptias concedendo, ut ſic Chriſtus de faciente divortium, Apoſtolus verò in loco ſupra citato de patiente divortium loquatur, Hemming. *in libello de conjug. pag. 188.*

11 † Quod ipſum tamen non aliter accipiendum, quam ſi legitimum præceſſerit deſertionis judicium, & conjugium per ſententiam fuerit diſſolutum, Philipp. *in loco de conjug. tit. deſert.* Joh. Schneidvv. *dict. Rubr. de divort. n. 46.* Joach. à Beuſt. *dict. part. 2. cap. 27.* † Cujus porrò hic exiſtit effectus, ut 12
redeunte licèt deſertore, novum tamen non rumpatur conjugium, *l. miles. 11. §. mulier. 12. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Non equidem latent nos † verba Lutheri *in libr. de cauſ.* 13
matrimon. tom. 5. Jenenſ. german. fol. 250. Wann einer gläubete/ und würde deß beredet mit gewaltigem Schein und Wahrzeichen/ ſeine Vertrauete wäre geſtorben/ und darnach käme ſie wieder / und fünde eine andere bey ihme? Antwort: Er ſolle die erſte wiedernehmen / und die andere fahren laſſen. Wie/ wenn ſie aber ſchlecht nicht wieder zu ihm wil/ und wil ihn kurtzum nicht haben? Wolan / ſo laſſe ſolches die Obrigkeit erkennen/und ſie zu dir zwingen/ wil ſie nicht/ ſo laß dich frey ſprechen/ und bey der andern beſtätigen / ꝛc. † Ex 14
quo ſanè poſterius conjugium videtur reſcindendum, quæ & Mentzeri eſt ſententia *in tract. de conjug.* aliorumque Theologorum orthodoxorum, Caſp. Eraſm. Brochm. *dict. c. 4. quæſt. 59.* Sed reſtringendum hoc eſt † ad caſum abſentiæ probabilis & neceſ- 15
ſariæ, vel ſi perſona deſerta, haut prævio deſertionis proceſſu legitimo nec antegreſſa publica deſertoris citatione, novas contraxerit nuptias. † Ac ſi deſertor malitioſus ex 16
cauſa non neceſſaria nec probabili abſens ſolenniter citatus non comparuerit, ac Magiſtratûs autoritate & conſenſu perſona deſerta aliud inierit conjugium, tantum abeſt, deſertorem poſtea redeuntem conjugemque deſertam ſibi reſtitui petentem audiendum fore, ut pœnis potius ſit ſubjiciendus † & 17
in exilium mittendus juxta illud Lutheri: *Si deſertor citatus non venerit, nunquam poſtea veniat, h. e. redeundi poteſtas ipſi denegetur,* prout hoc explicat Joh. Gerhard. *dict. loco de conjug. §. 634.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſa* Roſinen / Chriſtoph W. Eheweibes / Klägerin an 18
einem/ itzo gedachten ihren Ehemann Beklagten anders Theils/ *die 20. Octobr. A. 1619.* (*Verba Decreti:* Dieweil daraus zu befinden / daß Beklagter / als er zu Acken ſich übel verhalten / Klägerin als ſein Eheweib bößlichen verlaſſen; So wird der weltlichen Obrigkeit die verwürckte Straffe wider Beklagten vorbehalten / Klägerin aber der Ehe halber von ihme billich *abſolvi*ret und entbunden / inmaſſen wir ſie hiemit davon *abſolvi*ren und entbinden: Ihr auch andere in Weſich hinwieder; Chriſtlich zu verehlichen verſtatten und nachlaſſen/ ꝛc.)

Et † *ad conſultationem* Jobſt F. zu Lintz / *die 16. Auguſti Anno 1610.* (*Verba Sententiæ:* Hat 19
euer Weib Margaretha/welche ihr *A. 1596.* zur Ehe genommen/bis auf das 1606. Jahr euch ehelichen beygewohnet/und in ſolcher Zeit ſechs Kinder/darunter noch eines am Leben/von euch zur Welt gebracht: Als aber ſie darnach mit dem letzten in Wochen geweſen/und ihr euern Amts-Geſchäfften nachgereiſet/ſich mit einem jungen Geſellen von Adel aufgemacht/hinweg gezogen / und alſo euch bößlichen

chen verlaſſen/und wiewol nicht allein ihre Mutter/ſondern auch ihr ſelbſt derſelben ernſtlich zugeſchrieben/ und euch ferner ehelich beyzuwohnen ſie vermahnet/ hat ſie doch ſolches alles in Wind geſchlagen und ſich erkläret/ſie komme nimmermehr wiederum an eure Seite/und das Kind / ſo ſie hinfüro bey euch hätte oder trüge/ſolte der Teufel in tauſend Stücken zerreiſſen/geſtalt ſie ferner geſagt haben ſol/ſie wolte einem 100. fl. geben/der ihren Mann erſchieße/welches in Oeſterreich und ob der Ens Landkündig; So möget ihr eure *Deſertion*-Klage wider euer Eheweib vor dem ordentlichen geiſtlichen *Conſiſtorio* anhängig machen/ und ſie euer Weib ihre Antwort darauf zu thun *citi*ren laſſen. Aufn Fall nun ihr daſelbſten ausführen und durch Urtheil und Recht erhalten werdet / daß euer Weib euch bößlich verlaſſen; Alsdann und woferne bey euch die Ausſöhnung nicht zu erhalten/würdet ihr der Ehe wegen von derſelben gäntzlichen billich loßgezehlet. Und da ihr ohne Gefahr euers Gewiſſens auſſer dem Eheſtande euch nicht enthalten köntet/wie euch doch zu Verhütung des öffentlichen Aergernüſſes ſolches rühmlicher wäre; So möchtet ihr aus Nachlaſſung Göttlicher heiliger Schrifft als der unſchuldige Theil eurer Gelegenheit nach euch anderweit in den heiligen Eheſtand wol begeben. Wider euer geweſenes Weib aber wird die weltliche Obrigkeit ihr Straf-Amt zu gebrauchen wiſſen/ V. R. W.)

DEFINIT. CXCIII.

Parili modo diſſolvi poteſt matrimonium, ſi uxor, quam maritus virginem eſſe credidit, ab alio corrupta & gravida reperiatur.

SUMMARIA.

1. *Canoniſtæ hoc caſu non admittunt divortium. n. 2.*
3. *Quibus ex cauſis & fundamentis? n. 4.*
5. *Adducuntur etiam pro hac opinione textus juris civilis.*
6. *A Canoniſtis diſſentiunt Theologi & JCti ſaniores.*
7. *Quorum ſententia in Conſiſtoriis Evangelicorum practicatur.*
8. *Eſt etiam probata à B. Luthero.*
9. *Rationes & fundamenta hujus ſententiæ quænam? n. 12.*
10. *Error in ſubſtantiâ rumpit matrimonium.*
11. *Qualisnam error virginitatis?*
13. *Contractus dolo initi ſunt nullius momenti.*
14. *Diverſimodè dolus annihilat contractus, n. 15.*
16. *Reſpondetur ad textus juris civilis. n. 17. 18.*
19. *Refelluntur argumenta Canoniſtarum, num. 20.*
21. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 22. 23.*

1 CAnoniſtæ hoc caſu nequaquam vinculum conjugii rumpendum arbitrantur, ita enim Pontifex *in can. un. 29. quæſt. 1. in fin.* verbis concludit expreſſis, ſponſam vitiatam pro virgine ductam eſſe retinendam. *Qui* † *ducit*, inquiens, *in uxorem meretricem vel corruptam, quam putat eſſe caſtam vel virginem, non poteſt eam dimittere & aliam ducere.* Hoſtienſ. *de matrim. n. 26.* Didac. Covarr. *in epit. cauſ. matrim. part. 2. cap. 3. §. 7.* Panorm. *in cap. 2. extr. de conjug. ſervor.* Petr. Gregor. *l. 9. Syntagm. cap. 2. n. 4.* forſan ex regula illa vul-
3 gata, † quòd contractus, qui ſolo contrahuntur conſenſu, qualis etiam creditur eſſe conjugium, ſi ſemel fuerint perfecti, ſubſiſtant, nec amplius quâcunque ex causâ reſcindi poſſint, *l. liberos. C. de liber cauſ. l. 3. C. de reſcind. vendit. Auth. ſacramenta puberum. C. ſi adverſ. vendit.* Præſertim verò matri-
4 monium, † ubi ſponſo imputandum venit, quod non exactius ac diligentiùs in conditionem mulieris, cum quá individuam vitæ conſuetudinem initurus erat, inquiſiverit, quod tamen facere debuiſſet, *l. qui cum alio. 19. ff. de reg. jur. l. quod te. ff. ſi cert. petat.* ut eó neglectò haut immeritò damnum ex propria ſentiat culpa, *l. quod quis. 203. ff. de Reg. jur.* † Idq́ue etiam juri civili videtur con- 5
ſentaneum, ubi contractus ſubſiſtit, ſi pro virgine quis emerit mulierem, quamvis venditor ſciens paſſus fuerit errare emtorem, *l. 11. §. 1. ff de contr. emt. l. 11. §. ſi quis virginem. 5. ff. de act. em.*

Sed † ab hac ſententiâ recedunt Theologi 6
pariter ac ſaniores JCti, exiſtimantes, parti deceptæ hoc caſu ſuccurrendum, & matrimonium non ſolummodo quoad torum, ſed etiam quoad vinculum ſic diſſolvendum eſſe, ut aliam ducere liceat; † quorum opinio etiam in 7
Eccleſiis ac Conſiſtoriis Statuum Imperii Reforma-

formatorum eſt recepta, Albert. Gentil. *de nupt. lib. 6. c. 13.* Paul. Cypr. *de ſponſal. c. 13. §. 44. n. 3.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. n. 111.* Bidenbach. *de cauſ. matrim. fol. 87.* Dav. Chytr. *c. 17. Levit. &c. 22. Deuter.* Philipp. Melanchth. *in loco de conjug.* Ægid. Hunn. *in comm. ſup. Matth. c. 19.* Nicol. Hemming. *in libell. de conjug. circa quartam divortii cauſam &c.* Theod. Beza. *in tract. de repud. & divort. fol. 100.* Caſp. Eraſm. Brogmand. *in art. de conjug. c. 4. quæſt. 33.* Joh. Wigand. *de divort. tit. de ſponsâ ſtupratâ. pag. 162.* Wilhelm. Zepper. *in tract. de legib. Moſaicis forenſ. c. 20. p. 522.* Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap. 34.* Nicol. Reuſner. *lib. 4. deciſ. 5.* Joh. Schneidvvin. *de nupt. part. 4. num. 59. & ſeqq.* Johann. Harppr. *ad §. ſunt & aliæ. 11. num. 63. & multis ſeqq. Inſt. de nupt.* Förſt. *de nupt. c. 8. p. 120. &*
8 *ſeqq.* † Eamque voto ſuo comprobavit B. Lutherus, quando inquit: Wann einer ſeine ihme öffentlich Vertraute nicht rein findet/ ſondern zuvor von einem andern beſchlafen / und ſolches vor der Hochzeit oder hernach/ ob er möge dieſelbe verlaſſen und eine andere annehmen? Zwar im Geſetz Moſe ſteiniget und verbrennet man eine ſolche/ darum iſts klar / daß ein gantz völlig Scheiden iſt/ der Pabſt läſſet zu/ daß er ſich von ihr ſcheide zu Tiſche und Bette/ aber geſtattets nicht/ daß er eine andere nehme. Aber wir geben den Rath/weil das Scheiden vom Bette und Tiſche ein recht Eheſcheiden iſt/ daß kein Stücklein der Ehe dableibet/ (dann was iſts für eine Ehe von Tiſch und Bette geſchieden ſeyn/denn eine gemahlte und geträumte Ehe.) So mag er wol eine andere nehmen/ und iſt kein Geboth GOttes/ das ihme gebiete ohne Ehe zu bleiben/oder die Unreine zu behalten/ ꝛc. *tom. 5. Jenenſ. 251.*

9 † Quibus ſuffulta ſit hæc opinio rationibus ac fundamentis, referre jam ſuperſedemus, poſtquam bona ex parte recenſuimus ea *ſupr. Defin. 187.* & fuſius *in pract. crimin. part. 2. quæſt. 63. n. 54. & ſeqq.* ne unum ac
10 idem bis & pluries repetamus, † ipſum pauciſſimis nervum duntaxat tangere lubet, qui in eo conſiſtit, quod omnium votô error in ſubſtantia rumpat matrimonium, *cap. tua nos. 26. circa fin.* ibique Gloſſ. *in verb. for-*
11 *ma. extr. de ſponſal.* † Errorem autem in virginitate non ſolam qualitatem & accidentalia matrimonii, ſed ipſam conjugii ſubſtantiam concernere, demonſtratum dedimus *ſupr. dict. Def. 178.* aſſentiente Balth. Mentzer. *de conjug. pag. 90.* & Johan. Gerhardo, *in loco de conjug. §. 110.* ubi ait: *Error in virginitate attingit ipſum corpus, cùm læſa virginitas etiam corporis vitium cenſeatur: Jam verò corpora conjugum pertinent ad materiam conjugii, materia pertinet ad rei ſubſtantiam: Ergò hic error verſatur circa ipſam conjugii ſubſtantiam.* Cypr. *dict. cap. 13. §. 39.* † Porrò qui cum virgine 12
contraxit, non niſi in virginem conſenſit, & caſtitatis conditionem tacitè ſubintellexit, *cap. quemadmodum. 25. extr. de jurejur.* At deficiente aliquâ conditione matrimonii generaliter ſubintellectâ, deficit quoque conjugii promiſſio; ſicut enim aliæ conventiones, ita & conjugium implicatur clauſulâ (rebus ſic ſtantibus) *l. cum quis. 38. ff. de ſolut.* Jaſon. *in l. quod Servius. 8. ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecutâ. n. 81.* Octav. Cacheran. *deciſ. 9. n. 2.* Andr. Tiraquell. *in l. ſi unquam. in præfat. n. 130. & 167. C. de revocand. donat.* † Nec 13
quemquam fugit regula juris vulgata, quæ vult, pacta & contractus dolo initos nullius eſſe momenti, nec à parte deceptâ ſervandos, *l. 7. §. ait prætor. ff. de pact. l. 7. in pr. ff. de dolo.* quis verò inficias ibit, dolum à ſponsâ commiſſum eſſe, dum pro meretrice ſe caſtam, pro gravidâ virginem geſſit. Cui parùm obeſt, † quod dolus hic 14
cauſam non dederit contractui, ſed tantummodò intervenerit, ac pro incidente habeatur, qualis non ſolet vitiare contractus; Quantumvis enim dolus incidens non faciat, quòd matrimonium ipſo jure ſit nullum, operatur tamen id, ut contractus per actionem vel exceptionem reſolvatur, *l. 5. C. de reſc. vendit. l. 11. §. 5. ff. de act. emt.* † ubi Ulpian. ait: *Si quis vir-* 15
ginem ſe emere putâſſet, cum mulier veniſſet, & ſciens eum errare venditor paſſus ſit, redhibitionem quidem ex hac causâ non eſſe, veruntamen ex emto competere actionem ad reſolvendam actionem, ut pretio reſtituto mulier reddatur.

Non † itaque eſt, quòd *dict. l. 11. §. 5.* 16
Canoniſtarum ſententiæ ſuffragari exiſtimemus, poſtquam contrarium ex eâ evincitur, veluti quoque *dict. l. 11. §. 1. de contr. emt.* eundem admittit ſenſum: † licèt uter- 17
que textus loquatur de emtione, â quâ hoc in caſû ad nuptias malè infertur; quia multò graviùs læditur vitiatam pro virgine ducens, ſi eam retinere cogeretur, quam mulierem pro virgine emens. Cùm hic, quam ſemel duxit, per totam ſuam vitam retinere, ſibique eam omnis fortunæ divini & humani juris ſociam habere cogeretur; Ille verò quando velit, mulierem emtam rurſus diſtrahere poſſit. Quò † majus itaque 18
damnum ex ejusmodi metuendum conjugiô,

giô, eò facilius illud, quam emtio impeditur, aut non jure contractum reſolvitur, de quo fuſius dictum *in citat. quæſt. 63. pag. 2. pract. mea criminal.* Nec denique Canoniſtis pa-
19 trocinatur † ſubſiſtentia contractuum, qui ſolo conſtant conſenſu, quia dolum regula illa vulgata excipit, quippe qui conſenſum excludit, nec ullam perfectionem contractus, in quo bona deſideratur fides, *l. 8. C. de judic.* admittit. † Si porrò Canoniſtæ impu- 20
tare velint marito, quòd non diligentiùs in ſponſæ virginitatem inquiſierit, multùm profectò errant, cùm ſine inſigni ſponſæ injuriâ hoc facere non potuerit: Eſtque virginitas corrupta vitium adeò latens, ut non tam facilè deprehendi & inveſtigari queat.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ Urbani F.* Klägern an einem / deſſen Eheweib 21
Magdalenen Beklagte anders Theils / *die 3. Jul. Anno 1619.* (*Verba Decreti:* Dieweil Kläger ſeinem Eheweibe (welche ihm verſchienene Faſtnacht getrauet / von einem andern ſchwanger befunden / und ſieben Wochen hernach eines Kindes geneſen) dieſen Fall nicht verzeihen / und ſie hinwieder zu ſich nehmen wollen; So wird wegen verübten Betrugs die zwiſchen beyden Theilen vollnzogene Ehe billich hinwieder *caſſi*ret und aufgehoben / wie wir ſie hiermit *caſſi*ren und aufheben / Klägern auch als dem unſchuldigen Theil in andere Wege ſich hinwieder zu verehlichen / und die Ehe / doch ohne Gepränge / Chriſtlich zu vollnziehen verſtatten und nachlaſſen / V. R. W.)

It. † *in cauſâ* Martin *K.* zu *B.* Klägern an einem / ſein Eheweib Barbaren Beklagte 22
anders Theils / *die 19. Jan. Anno 1612.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagte geſtändig / daß ſie mit Klägern den 25. Junii nächſt verwichenen 1611. Jahres ehelich getrauet / den 11. Decembr. hernach eines Kindes geneſen / darzu nicht Kläger / ſondern *N. N.* Vater ſey / welches ſie doch zuvor verneinet: Kläger auch über angewendeten Fleiß zu der Ausſühnung und ehelicher Beywohnung nicht zu bringen geweſen; So wird die zwiſchen ihnen vollnzogene Ehe aus angeregten Urſachen hinwieder *caſſi*ret und aufgehoben / und dem unſchuldigen Theil in andere Wege ſich hinwiederum zu verehlichen nachgelaſſen / V. R. W.)

Et † *in cauſâ* Chriſtoph. *H.* zu *R.* Klägern an einem / Chriſtinen ſein getrauetes Ehe- 23
weib Beklagte anders Theils / *die 22. April. An. 1612.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagte nicht in Abrede / daß ſie vor 3. Jahren *Trium Regum* mit Klägern getrauet / und allbereit damals von ihres Vatern Knecht ſchwanger geweſen / darauf auch 8. Tage vor *Johannis Baptiſtæ* eine Tochter zur Welt gebohren / Kläger aber / ſo bald er ſolches erfahren / ſie von ſich gethan / und auf unſer Zureden ihr nicht verzeihen wollen; So wird er der Ehe halben von ihr hiermit loßgezehlet / V. R. W.)

DEFINIT. CXCIV.

Quo caſu ſtupratæ etiam quandoque alteri, præſertim ſtupratori nubere permittitur.

SUMMARIA.

1. *Ex cauſa adulterii diſſoluto matrimonio nocenti non permittendum ad novum convolare conjugium.*
2. *Qua ex ratione?*
3. *Idem habendum de muliere ante nuptias ſtuprata.*
4. *Rationis identitas idem jus facit.*
5. *Ex ſingulari tamen permiſſu adultera novum inire poteſt conjugium.*
6. *Quod in caſu præſenti obtinet, n. 7.*
8. *Ne anſa detur vagis libidinibus.*
9. *Maximè ſi ſtuprator velit ducere ſtupratam.*
10. *Cautè tamen hic procedendum.*
11. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 Diximus *ſuprà Defin. 191.* diſſolutô ob fornicationem matrimoniô, ex Canoniſtarum ſententiâ fas haut eſſe novum cum aliâ perſonâ inire matrimonium, *cap. literis. 12. extr. de præſumt. can. quædam cum fratre. 32. quæſt. 7.*
2 Idque propterea, † ne adulter vel adultera ullum ex delicto ſuo ſentiat commodum, & ſcandalum inde aliis præbeatur, feneſtraque criminibus aperiatur, Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 612.* Idem de eo
3 habendum eſſe caſu, † quo uxor pro virgine ducta talis non reperitur, atque hinc conjugium reſcinditur, nemo facilè inficias ibit, cum & hujus divortii cauſa ſit fornicatio, ante nuptias quantumvis commiſſa, ut hinc locus pateat regulæ, † quæ ob rationis 4
identitatem eandem admittit diſpoſitionem, *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. à Titio. 108. ff. de verb. obligat.*

Verum ſicut in caſu adulterii poteſtas Magiſtratûs eccleſiaſtici vel Conſiſtorii adeo conſtricta haut eſt, † quo minùs novum 5
partis nocentis matrimonium ex ſingulari

cauſâ

causa & permiſſu approbare queat, *dict.* *Defin. 191. n. 6.* ita nec propter ſtuprum † ante nuptias in muliere commiſſum prohibitio novi conjugii adeò eſt univerſalis, ut nunquam ab eâ recedere ac diſpenſare liceat; † quin potiùs Conſiſtoria & hoc caſu, matrimonio ob fornicationem diſſoluto, ſtupratæ alteri nubere gratiam facere queunt, ex eâdem rationis identitate; † & ne anſa detur vagis libidinibus; ſatius enim eſt honeſto eam conjugio devinciri, ſi donum continentiæ non habeat, quàm ſcortationibus & adulteriis liberè indulgere, quia firmiter ſtat regula Apoſtolica: Si ſe non continent, nubant, Bidenbach. *de cauſ. matrimon. fol. 84.* Idque maximè † ſi ſtuprator eam ducere velit, cujus pœna aliàs eſt, ut ſtupratam vel ducat uxorem, vel dotet, *Conſt. Elect. 27. part. 4.* Chilian. König. *in proceſſ. tit.* Von Poen der Jungfrau-Schwächer. *verſ.* und diß letzte geiſtliche Recht. Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 38. n. 17.*

6

7

8

9

10 † Ne autem hac licentiâ delinquentes abutantur, res ita videtur temperanda, ut priùs ſtuprata admoneatur à novo conjugio abſtinere, idque quibus fieri poteſt rationibus ac perſuaſionibus; & tandem ſi conſcientiæ ejus non aliter conſuli queat, matrimonium permittatur, ita tamen, ut absque ſolenni pompâ, alio etiam in loco, ſi commodè fieri poteſt, nuptiæ contrahantur, *ſuprà Defin. 191. in fine.*

11 *Ita* † *Conſiſtorium Supremum in causâ Georg. B.* Klägern an einem / Marien ſeines Weibes / Beklagte am andern / und Matthes *N. Intervenienten* dritten Theils / *die 15. Febr. Anno 1633.* (*Verba Decreti:* Daß wegen des an Klägern verübten Betrugs die zwiſchen ihme und der Beklagten vollzogene Ehe hinwieder zu *caſſiren* / ſie auch / ſo wol der *Intervenient* die verübte Unzucht mit 8. Tägiger Gefängniß zu verbüſſen / und wann ſolches beſchehen / durch gewöhnliche Trauung und Beywohnung die Ehe beyderſeits mit einander / doch ohne Gepränge / zu vollnziehen ſchuldig / V. R. W.)

DEFINIT. CXCV.

Opus pium ac chriſtianum facit maritus, uxorem ab alio ante nuptias ſtupratam vel gravidam repertam in matrimonio retinens: de quo admonendus, & reconciliatio in Conſiſtoriis tentanda.

SUMMARIA.

1. *Locum habet divortium, ſi uxor ante nuptias ab alio cognita reperiatur.*
2. *Niſi reconciliationem admittat maritus.*
3. *Quo ipſo pium ac chriſtianum facit opus.*
4. *Et Dei exemplum imitatur.*
5. *Nec vitio vertendum eſt ipſi, ſi hoc fecerit, quin potiùs ad hoc perſuadendus.*
6. *Auguſtini ſententia hac de re. n. 7.*
8. *Admonitio pia B. Lutheri. n. 9.*
10. *Non committitur lenocinium à marito, qui ſtupratam in matrimonio retinet. num. 12.*
11. *Licet oſores quidam conjugii aliter ſentiant.*
13. *Abſtinere debet maritus ab opere conjugali, ſi ſtuprata ſit gravida.*
14. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 15.*

1 JUre ideòque ſtrictò ſi uti velit maritus, qui uxorem ſuam ante nuptias ab alio priùs cognitam vel gravidam reperit, locus dabitur divortio, usque adeò ut cum aliâ matrimonium inire queat, *ſuprà Definit. 193.* ſed priùsquam ad hoc deveniatur, † reconciliatio in Conſiſtorio tentanda, ac quibuscunque modis & perſuaſionibus id fieri poteſt, laborandum, ut maritus dolum & fornicationem conjugi perdonet, eique ulteriùs cohabitet, Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap. 34.* Joh. Gerh. *in loco de conjug. §. 111.* Joh. Schneidevv. *de nupt. part. 4. n. 61.*

2

3 † Quod ſi perſuaderi ſibi patiatur maritus, certò credat, pium ac Chriſtianum ſe opus feciſſe; ſi enim † ipſemet Deus miſericordiam ſuam ex eo prædicat, quòd licèt adulterâ per libellum repudii dimitti poſſit, ipſe tamen adulterio inquinatos Judæos, ſi revertantur, in æternum non abjurare, ſed comiter ad ſe recipere velit, *Jerem. 3.* † non certè vitio vertendum marito, ſi exemplum imitetur Numinis divini, quin potiùs ut hoc faciat, probè ipſi inculcandum, & ſi difficultatem prætendat, illud Auguſtini reponendum: † *Quod tibi durum videtur, ut poſt fornicationem*

4

5

6

nem reconcilietur conjugi conjunx, ſi fides adſit, non erit durum: Cur enim adhuc putamus adulteros, quos vel baptiſmate vel pœnitentiâ
7 *credimus eſſe ſanatos, in can. 7.* † Et rurſus: *Non erit turpis neque difficilis etiam poſt perpetrata atque purgata adulteria reconciliatio conjugum, ubi per claves regni cœlorum non dubitatur fieri remiſſio peccatorum: non ut poſt viri divortium adultera revocetur, ſed ut poſt Chriſti conſortium adultera non vocetur, in can. 8. cauſ. 32. quæſt. 1.*

8 † Quò & facit ſancta & pia admonitio B. Lutheri im Bedencken an einen ehrlichen frommen Mann/weſſen er ſich gegen ſeiner beſchlaſenen Braut verhalten ſol/ quando inquit: Aber geiſtlichen zu reden/ſo wiſſet ihr/ wie euch GOtt bisher hat erhaben/ und mit vielen reichen Gaben erhöhet/daß auch wol nicht ein gut Zeichen ſeyn ſol/ wo auch nicht ein ſonderlich Unglück darein ſchlüge/damit ihr gedemüthiget/und GOtt müſſet lernen erkennen/ und ihn allein zu Troſt haben. Nach dem Päbſtiſchen Recht wiſſet ihr/daß ihr ſie nicht laſſen möget/und ob ihrs thätet/ ſo würdet ihr doch keine Freyheit haben/eine andere zu nehmen. Wann ihr ſie aber nach unſerer Lehre (wie man ſaget) ſollet fahren laſſen/ ſo möchte nicht alles gerathen was ihr gedencket/weil ſichs anſiehet/daß euch GOtt hiermit verſuchet/und euere Gedult prüfen
9 wil. † Darum wäre das mein Rath/ wo ſie ſich hinfüro rechtſchaffen wolte halten/ daß ihr ſie nicht verſtieſſet/ denn ſie doch nun fort ſich muß ewiglich vor euch demüthigen/ und ihr daran gar keine Sünde thut/ auch mit keiner Beſchwerung des Gewiſſens ſie behaltet/ als der ſich der Barmhertzigkeit mehr denn des Rechts gehalten habe. Sonſt wo ihr ſtrenges Rechtens woltet verfahren/ möchte viel Unglücks daraus kommen/ daß ihr zuletzt/ als ſchuldig/ein Hertzeleid oder Seufftzen fühlen werdet/ denn Gnade gehet für Recht/und zu ſcharff Recht verleuret Gnade bey GOtt und den Menſchen/ ꝛc. Unſer lieber HErr JEſus Chriſtus tröſte und leite euch weiter zu eurem beſten/Sonntags *Converſ. Pauli An. 1538. in tom. 6. Jen. fol. 750.*

† Ex quo perſpicuum eſt, quam multùm 10
errent, quin & graviter peccent, qui auribus mariti inſuſurrant, crimen lenocinii vel ſaltem vituperium ab eo committi, ſi ſtupratæ cohabitet, eamque pro conjuge agnoſcat, per text. *in l. 2. §. lenocinii. 2. l. mariti lenocinium. 29. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. crimen lenocinii. C. eod. tit.* † Oſores ſane hi ſunt 11
conjugii, affectibus ſuis magis indulgentes, quam ſanctam Dei ordinationem ac vinculum ſocietatis individuæ conſervare ſtudentes, quibus parùm leges allegatæ patrocinantur, † quippe quas correctas novimus per 12
Novell. 117. cap. 8. Auth. ſed novo jure. C. ad legem Jul. de adult. ut benè advertunt Bartol. *in dict. l. 29. ff. ad Leg. Jul. de adult.* & Mauſer. *ad tit. de nupt. §. ſunt aliæ. 11. verſ. ſed jam quæritur. pag. 374.* † Cæterum ſi mari- 13
tus bonæ mentis conjugi ſtupratæ perdonet, eamque in matrimonio retineat, id moderaminis adhiberi debet, ut ſi gravida ab alio reperiatur, à cohabitatione conjugali abſtineat, donec usque partum ediderit, ne ex confuſione ſeminis ſcandalum in Eccleſia oriatur, per tradita Joh. Gerh. *dict. §. 111 p. 191.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Hanſen *M.* zu *L.* Klägern an einem/Marien ſein 14
Eheweib Beklagte andern Theils/ *die 11. Nov. Anno 1609.* (*Verba Decreti:* Dieweil auf unſer Zureden Kläger ſeinem Weibe verziehen/und ihr ferner ehelich beyzuwohnen verſprochen; So iſt er ſolchem nachzukommen ſchuldig/ V. R. W.)

Et † *in causâ* Hanſen *H.* zu *B.* Kläger an einem/Annen ſein Eheweib Beklagte anders 15
Theils/ *die 14. Martii, Anno 1642.* (*Verba Decreti:* Daß Kläger/ ſeiner auf unſer fleißiges Zureden beſchehenen Verwilligung nach/Beklagte nebens dem Kinde zu ſich zu nehmen und zu behalten ſchuldig/ V. R. W.)

DEFINIT. CXCVI.

Uxorem ab alio ſtupratam ſi maritus in matrimonio retineat, ſtuprator infantem alimentare obſtrictus eſt: ſi verò hôc aliovè mediô infanti de alimentis proſpici nequeat, onus id Magiſtratui accreſcit.

SUMMARIA.

1. *Maritus ſtupratam in matrimonio retinens infantem alere haut tenetur.*
2. *Afflicto non eſt addenda afflictio.*
3. *Onus alimentationis ſtupratori incumbit. n. 5.*

4. *Quia*

4. *Quia id pœna ſtupri ſecum trahit.*
6. *Quid ſi ſtuprator ſit defunctus, vel in fuga?*
7. *Aimentandus tum eſt infans à matre vel avia.*
8. *Et in ſubſidium à Magiſtratu, qui merum habet imperium.*
9. *Decreta Conſiſtorii Supremi. num. 10. & 12.*
11. *Ejusdem Reſcriptum.*

1 Nimis durum eſſet, maritum ex pietate & humanitate Chriſtiana uxorem ante nuptias ab alio ſtupratam in matrimonio retinentem alimentatione infantis gravari, ſi partum ex ſtupro conjunx ediderit. Vereor enim, † ne hac
2 ratione pietas onere iniquo compenſetur & afflicto afflictio addatur, contra *l. divus. 14. ff. de offic. præſid. l. antepen. C. de pœn. l. navis onuſtæ. 4 §. quid ergo. ff. ad Leg. Rhod. de*
3 *jactu.* Quin potius † ſtupratori infantem alimentare incumbit, non ſolum jure paternitatis, quo pater quilibet infanti neceſſaria ſubminiſtrare obſtrictus eſt, *l. nec filium. C. de patr. poteſt. cap. cum haberet. in fin. extr. de eo qui dux. in matrim.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 3. n. 7.* Nevizan. *in ſylv. nupt. lib. 3. verb. ſtuprator. n. 25.* Joh. Bajard. *ad Jul. Clar. §. ſtuprum. n. 10. verſ. item adde.* † ſed etiam
4 quia ſtupri pœna hoc onus ſecum trahit, prout expeditum reddit *Conſt. Elect. 24. in verb.* So ſol er / da ſie von ihme Leibes-Frucht hat / dieſelbe auf gerichtliche Ermäßigung *alimenti*ren. *part. 4.* Matth. Coler. *part. 3. deciſ. 176. num. 89. & ſeq.* Joach. à Beuſt. *in tract. connub. part. 1. cap. 29. verſ. ſi tamen caſus.* † Non itaque eſt, quod 5
ſtupratorem hoc caſu à gravamine alimentationis eximamus. Quo ipſo tamen dubium haut omnino ſublatum: † quid enim ſi 6
ſtuprator ſit in fuga, vel morte obierit, nec hereditatis quicquam ab eo relictum? Procul dubio tum † ipſamet mater vel avia alimentatione gravabitur, aut ſi nec illa ob inopiam alimenta ſuppeditare queat, nec hæc ad id ſe adigi patiatur, onus hoc indubitato † Magiſtratui accreſcit, perinde ac infans expoſitus, cujus parentes planè ſunt incerti, à Magiſtratu eo, qui merum habet imperium ſeu altam jurisdictionem, in hoſpitali aliquo vel alio loco ali debet, prout demonſtravimus *in pract. crim. part. 1. quæſt. 10. num. 23. & ſeqq.* Dan. Moller. *lib. 4. ſemeſtr. 45.* 7 8

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſa* Hanſen M. Klägern an einem / Marien ſein Eheweib / und Barthol N. Beklagte andern und dritten Theils / *die 11. Nov. Anno 1609.* *(Verba Decreti:* Dieweil auf unſer Zureden Kläger ſeinem Weibe verziehen und ihr ferner ehelich beyzuwohnen verſprochen; So iſt er ſolches nachzukommen / beklagter N. aber / welcher das Beyſchlafen nicht verneinet / das mit der Marien erzeugte Kind auf unſere Vergleichung oder *moderation* zu *alimenti*ren und zu verſorgen ſchuldig / V. R. W.) 9

It. † *in cauſa* Hanſen H. Klägern an einem / deſſen Eheweib Annen Beklagte anders / und Hanſen Pelitzens *Intervenienten* dritten Theils / *die 14. Martii A. 1632.* *(Verba Decreti:* Dieweil *Intervenient* des Beyſchlafens in keiner Abrede geweſen: So iſt auf unſer Ermäßigung er das Kind zu *alimenti*ren / und dagegen Kläger / ſeiner auf unſer fleißiges Zureden beſchehenen Verwilligung nach / Beklagte neben dem Kinde zu ſich zu nehmen und zu erhalten ſchuldig / V. R. W.) 10

It. † *Viduæ Wolffgangi* Löſers / *ac Superintendenti Chemnicenſi, die 16. Novembr. Anno 1612.* *(Verba Reſcripti:* Wann dann daraus zu befinden / daß gedachter *W.* ſein Eheweib behalten / des Kindes aber ſich nicht annehmen wil; Als begehren ꝛc. wir hiermit / ihr wollet es bey ihme mit fleißiger Zugemüthführung der Sachen Umſtände und beſorgerlicher Ungelegenheit dahin richten / damit er auch das Kind für das ſeinige erkenne / bey ſich behalte / und gebührlichen *alimenti*re. In Verweigerung aber daſſelbe der Mutter Eltern zu ſich nehmen und auferziehen / und künfftig das Ziehe-Geld von der Mutter Antheil abgekürtzt werden möge. Würden aber *W.* Eheweibs Eltern deſſen ſich gleichesfalls verweigern / auch Unvermögens halber das Kind nicht unterhalten können / alsdann daſſelbe in einem Hoſpital / bis das Kind ſein Brodt ſelbſten erwerben kan / zu Wercke richten laſſen / uns auch / wie ihr dieſen Befehl *exequi*ret / mit Widerſendung des Inſchluſſes hinwieder ausführlich berichten / ꝛc.) 11

Et † *in cauſa* Hanſen B. zum F. Klägers an einem / ſeines Eheweibs Beklagte anders / und Chriſtoph P. *Intervenienten* dritten Theils / *die 26. Aug. A. 1616.* *(Verba Decreti:* Dieweil *Intervenient* geſtändig geweſen / daß er die Beklagte / ehe ſie ſich mit Klägern verlobt / fleiſchlichen erkannt und geſchwängert; So iſt er nicht allein das 12

Kind alſobalden zu ſich zu nehmen / und mit nothwendigem Unterhalt zu verſorgen / ſondern auch der Beklagten Abtrag zu thun ſchuldig / derentwegen ſeinem Gerichts-Herrn und dem Superintendenten zu S. Anneberg die Gebühr befohlen werden ſol/ ꝛc.)

Definit. CXCVII.

Non audiendus eſt maritus divortium petens, ſi uxori ab alio ante nuptias ſtupratæ gnarus ſtupri debitum præſtiterit conjugale.

SUMMARIA.

1. *Maritus ob ſtuprum uxoris divortium petens quando audiendus?*
2. *Semper reconciliatio prius in Conſiſtoriis tentanda.*
3. *Pœnitere non valet maritus, ſi ſemel uxori crimen remiſerit.*
4. *Reconciliatio primum eſt meræ facultatis, ſed poſtea fit neceſſitatis.*
5. *Proprio facto nemo contravenire valet.*
6. *Remiſſio vim habet donationis.*
7. *Donatio non facilè revocatur.*
8. *Tacita quoque remiſſio per copulam carnalem facta excludit divortium.*
9. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n. 13.*
10. *Idem obtinet in crimine adulterii. n. 11.*
12. *Injuria extinguitur remiſſione tacita.*
14. *Decreta Conſiſtorii Supremi. num. 15. 16.*

1 Diximus *ſupra Definit. 159.* marito uxorem ante nuptias ab alio ſtupratam repudiare volenti ac divortium petenti non aliter annuendum, quam ſi reconciliationi locum dare nolit,
2 quæ † propterea in Conſiſtoriis tentanda, & ſummo ſtudio laborandum, quò deceptus uxori condonet. Hoc enim ſi fecerit, ceſ-
3 ſat divortium, † nec pœnitere ulterius valet maritus, ut maximè cauſam aliquam proferat, Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 111.* Ad inſtar enim aliorum contractuum remiſ-
4 ſio hujus criminis ac deceptionis † ab initio quidem meræ eſt facultatis, at poſtea re non amplius integra fit neceſſitatis, *l. 5. de oblig. & action.* † nec proprio facto quis con-
5 travenire poteſt, *can. in illis. diſt. 4. can. dilectiſſimis. 8. quæſt. 2. can. horrend. 32. quæſt.*
6 *5.* habetque ejusmodi † remiſſio vim donationis. *l. Modeſtinus. 32. ff. de donat. l. qui tranſigit. 1. verſ. qui verò paciſcitur. ff. de transact.* Bartol. *in l. peculium. in pr. n. 1. ff. de pecul.* Jacob. Schult. *in addit. ad Mo-*
7 *deſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 150. n. 33.* † quæ ſemel facta, extra certos caſus revocari nequit, Henric. Bocer. *de donat. cap. 3. n. 109.* Hugo Donell. *lib. 9. comm. 11.*

Idque non modo in reconciliatione
8 expreſſa, † ſed & tacita obtinet, veluti ſi maritus ſtupri benè gnarus uxori debitum præſtet conjugale, quo ipſo ei remittere videtur, ita ut audiendus poſtea non ſit divortium petens, Gerh. *dict. loc.* (1.) † Parum 9
ſi quidem intereſt, an verbis, an verò ipſo factô fiat reconciliatio. Quin & per copulam carnalem à ſciente denuò reſtauratur matrimonium, ac realis fit cohabitatio & in torum receptio conjugis nocentis, quæ multò efficacior ac fortior eſt, quàm promiſſio de cohabitando & recipiendo; ex quo etiam in † crimine adulterii copula carnalis ta- 10
citam operatur remiſſionem ad mitigandam adulterii pœnam ordinariam, ut dixi *in Pract. crimin. part. 2. quæſt. 55. num. 41. & ſeqq.* (2.) † Eòque faciunt textus *in l. cri-* 11
men. C. ad leg. Jul. de adult. l. quæſitum. 40. l. ſi uxor. 13. §. idem dicendum. ff. eod. tit: ubi dicitur: *Si maritus poſt commiſſum adulterium uxorem ſibi reconcilaverit, aut ſtupratam duxerit, accuſationem pariter adulterii atque ſtupri ceſſare.* addita ratione *in dict. l. 13. §. ult.* quia ſcilicet uxorem ducendo probavit mores. Quæ ratio etiam in tacita reconciliatione per carnalem cohabitationem facta obtinet. Quidni ergo eadem quoque juris ſanctio hic locum haberet? *arg. l. 32. ff. ad Leg. Aquil.* (3.) † Et cum injuria quævis diſſimula- 12
tione & amica converſatione, tacitaque remiſſione extinguatur, *§. ult. Inſtit. de injur. l. non ſolum. 11. §. injuriarum. 1. ff.*

l. ff. eod. tit. ubi Matth. Weſenbec. *in parat.*
n.23. Joh. Schneidevvin. *in dict.* §. *ult. n. 1.* &
13. Joh. Harppr. *ibid. num. 1.* Jodoc. Dam-
13 houd. *in pract. crimin. cap. 136. n. 19.* † non
certè animadvertere poſſum rationem diver-
ſitatis, cur in caſu præſenti aliud foret ſtatu-
endum, nec còhabitatio carnalis remiſſio-
nem injuriæ operaretur.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſa* Hanſen B. Klägern an einem / *contra* ſein Ehe- 14
weib Beklagte anders Theils / *die 26. Auguſti Anno 1616.* (*Verba Decreti:* Ob nun wol Beklagte bekennen müſſen / daß ſie mit Verſchweigung ihres Zuſtandes an Klägern geſündiget habe. Dieweil ſie aber doch darneben angezogen und dabey verharret / daß er / der Ehemann / nach erlangter Wiſſenſchafft ſie als ſein Eheweib erkannt / und Klägern ein anders eydlichen zu erhalten Bedencken getragen; So iſt er ſie ferner für ſein Eheweib zu halten und ihr ehelich beyzuwohnen / ſie aber gegen ihm ſich getreu / demüthig und gehorſamlich zu verhalten pflichtig / und ſol ihm dieſe Verſühnung an ſeinem Stand und Ehren unverweißlich ſeyn / V. R. W.)

In † *cauſa Jacobi I.* zu *N.* Klägern an einem / Marthen / ſein Eheweib Beklagte an- 15
ders Theils / *die 17. Decembr. An. 1608.* (*Verba Decreti:* Dieweil Kläger bekannt / daß er ſeinem Weibe / nachdem er Wiſſenſchafft bekommen / wie ſie von einem andern vor ihrem Eheſtande geſchwängert / ferner ehelich beygewohnet / und alſo ihr *tacitè* verziehen: So iſt er auch ſie hinfüro für ſein Eheweib zu halten ſchuldig / und wird der weltlichen Obrigkeit wider ſie die verwürckte Strafe hiermit billich vorbehalten / V. R. W.)

Et † *in cauſa* Simon W. zu M. Klägern an einem / deſſen Eheweib Marien / und 16
Balthaſar F. daſelbſt / Beklagte am andern und dritten Theil belangende / *die 15. Sept. Anno 1624.* (*Verba Decreti:* Ob wol beklagte Maria nicht verneinet / daß ſie einſten mit F. Unkeuſchheit gepflogen. Dieweil aber Kläger gleichesfalls geſtehen müſſen / daß er ſie für ſein Eheweib ſo lange gehalten / bis ſie in der vier und dreyßigſten Wochen eines Kindes geneſen / welches hernach verſtorben; So iſt er auch hinfüro ſie für ſein Eheweib anzunehmen und zu behalten / dagegen Mitbeklagter F. ſeinem vorigen Erbieten nach ihr an ſtatt des Abtrages 40. Gülden itziger Müntzwehrung zu erlegen ſchuldig. In Verbleibung werden beyde Theile von der weltlichen Obrigkeit durch gebührliche Mittel billich darzu *compelliret* und angehalten / V. R. W.)

Definit. CXCIIX.

Ignorantiam ſtupri ante nuptias uxori illati ſi maritus prætendat, juramento ſuo eam obtinere debet.

SUMMARIA.

1. *Dicta Definitionis præcedentis reſtringuntur ad maritum ſtupri gnarum.*
2. *Ignorans delictum non præſumitur id remittere.*
3. *Aſſertioni nudæ mariti ignorantiam prætendentis non creditur.*
4. *Regulariter præſumitur ignorantia, non ſcientia.*
5. *At in caſu præſenti præſumtio hæc indubitata haut eſt.*
6. *Probari ergò debet ignorantia ſtupri à marito.*
7. *Quod fit juramento ejus.*
8. *Ignorantia eſt ex genere eorum, quæ in animo conſiſtunt.*
9. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
10. *Ejuſdem Decreta. n. 11.*

1 NOlumus tamen hoc aliter accipi, quam ſi maritus ſtupri gnarus uxorem ſuam carnaliter cognoverit; ignorantià ſiquidem obſtante, ex copula & debito conjugali tacita remiſſio nunquam colligi poteſt: quomodo
2 † enim videbitur quis remittere delictum,
cujus notitiam non habet? *l. ſi uxor. 13.* §. *ult. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Nic. Reuſner. *lib. 4. deciſ. 5. n. 106.* Virg. Pingiz. *quæſt. 57. num. 4.* Parùm ideoque juvabit uxorem copula carnalis, ſi maritus ignorantiam ſtu-
pri prætendat: † Cujus tamen nudæ aſſer- 3
tioni fides habenda haut eſt, ſed probari ea
debet. Etſi namque † regulariter ignorantia 4
præſumitur, niſi doceatur ſcientia, *c. præſumi-*

ſumitur. 47. extr. de Reg. jur. in 6to. Socin. Jun. *lib. 1. conſil. 128. num. 124.* Joſeph. Maſcard. *de probat. concluſ. 879. n. 1.* Franciſc. Vivus *deciſ. 289. num. 32.* Tiber. Decian. *lib. 5. conſ. 59. n. 15.* Anton. Gabr. *lib. 6. comm. concluſ. tit. de Regul. jur. concluſ. 5.* non ta-
5 men † in caſu præſenti indubitata eſſe poteſt præſumtio, ſi præſertim uxor ex ſtupro ſit gravida, ubi multò magis ſcientia, quam ignorantia præſumitur, Aym. Cravett. *conſil. 168. num 5.* Tib. Decian. *lib. 1. Reſponſ. 10. num. 35.* quia paria ſunt, ſcire & facile ſcire poſſe, Bald. *in l. 38. num. 1. ff. de acquir. heredit.* Jaſon. *in l. 5. num. 10. ff. ſi cert. pet.*
6 Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 48. n. 16.* † Non immeritò itaque probatio ingnorantiæ injungetur marito; quam vix aliter, quam † 7
juramento ſuo poterit hoc caſu expedire, Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 881. n. 1. & ſeqq.* Felin. *in cap. quoſdam. Gloſſ. 1. extr. de præſumt.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 48. num. 23.* Hippol. de Marſil. *in l. qui ignorans. num. 37. ff. ad Leg. Cornel. de falſ.* Et
ſiquidem ignorantia † ex genere eorum, 8
quæ in animo conſiſtunt, qualia juramento probari debent, *cap. cum in tua. §. ult. extr. qui matrim. accuſ. poſſ. cap. paſtoralis in fin. extr. de except. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit.* Bartol. *in l. inter omnes. §. rectè. n. 2. ff. de furt.* Gail. *dict. obſervat. 48. num. 24.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. caſ. 186. n. 4.*

***Ita** † Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Chriſtophori* Sommers zu A. *die 27. Maji* 9
A. 1616. (Verba Sententiæ: Hat ein Mann/ von welchem eure Frage meldet/ vorm Jahre ſich mit Annen E. in ein Ehegelöbniß/ und in Meynung/ daß ſie noch Jungfrau ſey/ trauen laſſen: Es hat ſich aber nachmals befunden/ daß ſie zuvor von einem andern geſchwängert geweſen/wie ſie denn auch eines Kindes geneſen/ dahero bemeldter Mann wiederum von ihr geſchieden ſeyn wil/ und ſeine Klage gebührlich anbracht/ darwider aber das Weib einwendet/ daß er um ihre Gelegenheit wol gewuſt/und doch ihr die eheliche Pflicht geleiſtet/ welches zwar der Mann nicht in Abrede/aber daß er um die Schwängerung einige Wiſſenſchafft gehabt/keines Weges geſtändig ſeyn wil. Ob nun wol dieſes ſein Vorgeben und vorgeſchützte Unwiſſenheit nach Gelegenheit dißfalls nicht vermuthlichen. Dafern er aber dennoch ſolches vermittelſt leiblichen Eydes erhalten wolte/inmaſſen ihme daſſelbe dißfalls zu thun oblieget; So hätte er ſich damit wider ſeines Weibes Vorgeben wol zu behelffen/und möchte die Eheſcheidung/wofern er zur gütlichen Verſühnung nicht zu behandeln/ ihme nicht abgeſchlagen werden/ V. R. W.)

***Et** † in cauſa* Marien Magdalenen/ Hanſen J. zu M. Eheweib/ Klägerin an einem/ itzt 10
gedachten ihren Ehemann/ Beklagten anders Theils/ *die 24. April. Anno 1635. (Verba Decreti:* Daraus und der Sachen Umſtänden ſo viel zu befinden/daß Beklagter auf vorhergehende gnugſame Verwarnung vor der Gefahr des Meineydes/ daß nach erlangter Wiſſenſchafft ihres Falls er die Klägerin nicht mehr fleiſchlich erkannt/ vermittelſt leiblichen Eydes zu erhalten ſchuldig/darzu beyden Theilen ohne fernere Ladung der 22. Maji nächſt-künfftig/ geliebts GOtt/ hiermit angeſetzet wird/rc.)

Nec non † in eadem cauſa, die 22. Maji A. 1635. (Verba Decreti: Daß Beklagter an der am 11
24. April. nächſthin ihme zuerkannten Eydes-leiſtung ſich verſäumet; Derowegen iſt er nunmehr die Klägerin wiederum zu ſich zu nehmen/und für ſein Eheweib zu halten ſchuldig: In Verweigerung deſſen wird er von der weltlichen Obrigkeit durch gebührliche Zwangs-Mittel darzu billich angehalten/ V. R. W.)

DEFINIT. CXCIX.

Diſſoluto ob ſtuprum ante nuptias uxori illatum matrimonio omnia bona illata una cum dimidietate donorum nuptialium ei reſtitui debent.

SUMMARIA.

1. *Uxor adultera dotem perdit.*
2. *Etiam de jure Saxonico.*
3. *Quin & bona reliqua parapbernalia marito illata.*
4. *Non etiam ob ſtuprum ante nuptias ſibi illatum.*
5. *Quibus ex rationibus & fundamentis? num. 7. 10.*

6. Do-

8. Dolus dans cauſam contractui ipſo jure eum reddit nullum.
8. Diſpoſitio odioſa haut eſt extendenda.
9. Sententia Scabinorum Lipſienſium hac de re.
11. Repetit etiam hoc caſu uxor dimidietatem donorum nuptialium. num. 13.
12. Dona nuptialia ſponſo & ſponſæ ſunt communia.
14. Conſumtis iis, æſtimatio uxori debetur.
15. Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 16.

1 Dubio ſanè non caret hæc quæſtio, poſtquam juris expediti, uxorem adulteram amittere dotem, eamque marito aſſignari, *l. conſenſu. 8. §. vir quoque. 3. §. virum etiam. 6. l. jubemus. 11. §. 1. C. de repud. Nov. 117. cap. 8. Auth. ſed novo jure. C. eod. tit.* Jaſon. *in l. ſoluto matrimonio. 2. n. 5. ff. ſolut. matrim.* Matth. Weſenbec. *ad §. item lex Julia de adulteriis. num. 2. Inſtit. de publ. judic.* Nicol. Boer. *deciſ. 338. num. 2.* Andr. Rauchbar. *part. 1. quæſt. 47.* Henr. Bocer. *in tract. de adult. c. 5. num. 30.* Jodoc. Damhouder. *in pract. crimin. cap. 98.*
2 *num. 33.* quod † nec aliter de jure Saxonico ſe habet, ut demonſtratum dedimus *in Pract. crimin. part. 2. quæſt. 64. n. 17. & 18.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 175. in fin.* Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 21. n. 3. p. 4.* usque adeò, ut et-
3 iam † hoc in foro bona mulieris paraphernalia marito cedant. Aut. Conſult. Conſt. Saxon. *tom. 1. lib. 2. part. 1. qu. 1.* Moller. *dict. loco.* Matth. Berlich. *part. 4. concluſ. 29. n.*
4 *19.* Rauchb. *dict. quæſt. 47. n. 11.* † ex quo in caſu præſenti, facto nempe ob ſtuprum ante nuptias uxori illatum divortio, contra eam videtur decidendum.

Sed illatio hæc valdè periculoſa eſt, nec privationem dotis bonorumque illatorum hoc caſu decernendam exiſtimavit Conſiſto-
5 rium Dresdenſe. (1.) † Ob rationem diverſitatis, quæ & diverſum operatur effectum; Non enim ut ex cauſa adulterii poſt contractum matrimonium ſupervenientis, ita ob ſtuprum ante nuptias illatum, reſcinditur conjugium antea perfectum; ſed hoc caſu
6 ſtatim ab initio nullum declaratur, ſcilicet † quia dolus dedit cauſam contractui nuptiali, qui propterea ipſo jure redditur nullus, *l. 1. & eleganter. 7. §. 1. ff. de dolo malo.* Johan. Schneidevv. *in pr. Inſt. de action. n. 25.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 2. n. 6.* Hart Piſt. *part. 1. quæſt. 31. n. 2.* Fab. de Anna *conſil. 24. n. 10.*
7 Cævallos *in commun. opin. quæſt. 226.* † Annullatò autem retrò conjugiò per ſententiam perinde ac ſi nunquam contractum fuiſſet, quo jure ac titulo maritus retinere poterit bona illata, quæ jure duntaxat matrimonii contracti ei cedunt, Landr. *lib. 1. art. 31. poſt. pr. l. 3. art. 67.* Zobel. *part. 3. differ. 9. n. 6.* Petr. Heig. *part. 2. q. 15. n. 2.* Matth. Coler.
8 *deciſ. 286. n. 1. & 3. part. 2.* (2.) † Quod ergò de dotis amiſſione in caſu commiſſi adulterii diſpoſitum reperitur, id nequaquam ad caſum præſentem extendi debet, quia diſpoſitio illa eſt odioſa & pœnalis, ideoque non extendenda, *c. ſtatutum. extr. de elect. in 6to. l. cum quidam. 19. ff. de liber. & poſth.*
† Quod & Scabini Lipſienſes bene obſervarunt in ſententia ejusmodi in caſu lata *ad requiſitionem Balthaſari à Kottwitz, Menſ. Jun. A. 1614. hiſce verbis:* Aber deßjenigen/ ſo *C. S.* ihrem Manne am Ehegelde und ſonſten zugebracht/ hat ſie ſich geſtalten Sachen nach/ weil ſie nicht Ehebruches halber/ ſondern wegen ihres begangenen Betrugs und Untreu von ihrem Manne geſchieden/ und die Ehe zwiſchen ihnen getrennet wird/ nicht verluſtig gemacht/ ꝛc. cujus ſententiæ integrum tenorem exhibet *Pract. mea criminalis dict. part. 3. quæſt. 63. n. 63.* 9
(3.) † Nec parum aſſertionem hanc juvat textus in Landrecht. *lib. 1. art. 5. §.* Ein Weib; ubi hæc leguntur verba: Ein Weib mag mit Unkeuſchheit ihres Leibes ihre weibliche Ehre kräncken/ ihr Recht verleuſt ſie aber damit nicht/ noch ihr Erbe/ ꝛc. Ex quo ſanè fit expeditum, tam ſevere ſtuprum aut fornicationem mulieris ſolutæ haut fore puniendam, ut bona inde ex ſubſequente matrimonio viro illata perdat. 10

† Conſequitur hinc porrò, quod dimidiam etiam donorum nuptialium partem, das halbe Hochzeit-Geſchencke/ hoc caſu mulier ſtuprata jure repetat, quia omnia indiffe- 11
renter † dona ſponſo vel ſponſæ, aut etiam utrisque data à conſanguineis viri vel uxoris communia ipſis ſunt, & inter eos eorumque heredes æqualiter dividenda, *Conſt. Elect. 22. part. 3.* & ibi Dan. Moller. *n. 2. & lib. 2. ſemeſt. 42. n. 2.* † Ex quo igitur diſſolutò ob fornicationem uxoris matrimoniò bona non ſolum dotalia, ſed etiam paraphernalia ipſi ſunt reſtituenda, ut modo diximus, fieri non poteſt, quin medietatem donorum nuptialium marito illatam jure petat; ſiquidem ut dos ipſa, ita & hæc in patrimonio mulieris exiſtunt, *l. 3. §. ergo. 5. in fin. ff. de min. l. quamvis. 75. ff. de jur. dot.* † Nec obſtat, an dona ejusmodi etiamnum extent, vel conſumta fuerint, poſtquam hoc caſu æſtimatio pro parte dimidia præſtari debet, ſecundum ea, quæ diximus *in dict. Conſt. Elect. 22. part. 3. Def. 6.* 12 13 14

Ita

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſa* Chriſtophori *H.* zu *R.* Klägern an einem / Chriſti- 15 nen / ſein getrautes Eheweib / Beklagte anders Theils / *die 22. April. Anno 1612.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagte nicht in Abrede / daß ſie vor drey Jahren *Trium Regum* mit Klägern getrauet / und allbereit damals von ihres Vatern Knecht ſchwanger geweſen / darauf auch 8. Tage vor *Johannis Baptiſtæ* eine Tochter zur Welt gebohren / Kläger aber / ſo bald er ſolches erfahren / ſie von ſich gethan / und auf unſer Zureden ihr nicht verzeihen wollen; So wird er der Ehe halben von ihr hiermit loßgezehlet: Er iſt aber gleichwol Beklagtin ihr Einbringen zuſamt dem halben Hochzeit-Geſchencke auf vorhergehende *Liquidation* zu erſtatten und folgen zu laſſen ſchuldig / V.R.W.)

Et † *in cauſa* Martini K. Klägern an einem / Barbaren ſein Eheweib Beklagte anders 16 Theils / ꝛc. *die 19. Jan. An. 1612.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagte ſelbſt geſtehen müſſen / daß ſie mit Klägern den *25. Junii* nächſt-verwichenen 1611. Jahres ehelich getrauet / den 11. Decembr. hernach eines Kindes geneſen / darzu nicht der Kläger / ſondern N.N. der Vater ſey / welches ſie doch zuvor verneinet / Kläger auch über angewandten Fleiß zu der Ausſöhnung und ehelichen Beywohnung nicht zu bewegen geweſen; So wird die zwiſchen ihnen vollzogene Ehe aus angeregten Urſachen hinwieder *caſſiret* und aufgehoben / und der Beklagten ihr Einbringen nebenſt dem halben Hochzeit-Geſchencke billich gefolget / V.R.W.)

Definit. CC.

Propter impotentiam mariti matrimonium diſſolvi poteſt, datâ uxori licentiâ novarum nuptiarum.

SUMMARIA.

1. *Sola ſterilitas non eſt cauſa ſufficiens divortii. n. 5.*
2. *Societas conjugalis eſt etiam finis & cauſa conjugii.*
3. *Sententia Auguſtini hac de re, n. 4.*
6. *Sterilitas corrigi poteſt.*
7. *Diſſolvitur tamen conjugium propter mariti impotentiam.*
8. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis.*
9. *Dolus enim hoc caſu ſubeſt.*
10. *Ob quem contractus nuptialis redditur irritus.*
11. *Non adimenda ſunt media conjugi ad extinguendam libidinem.*
12. *Cæteroquin fornicatio & adulterium ab eo commiſſum mitiùs punietur.*
13. *Adducitur textus ex jure civili.*
14. *Nec non ſanctiones Pontificum. n. 15.*
16. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 17.*

1 SOla ſterilitas ſi adſit abſque impotentia, licet potiſſimum nuptiarum finem eludat, adeoque matrimonium ſine ſpe prolis ſuſceptum, nullum facere videatur, *l. nuper. C. de natur. liber.* attamen nec conjugium, ſi præcedat, impedire, nec ſi ſequatur, contractum diſſolvere poteſt, Arniſ. *de jur. connub. cap. 6. ſect. 8. num. 3.* Johan. Gerhard. *in loc. de* 2 *conjug. § 684.* ſcilicet quia † ſocietas conjugalis ſola ſufficiens habetur conjugii cauſa, ut hinc ob unius defectum haut rumpi debeat matrimonium, aliâ causâ exiſtente, *arg. §. affinitatis. 6. Inſtitut. de nupt. l. ſi ventri. §. in bonis. 24. ff. de privil. credit.* Bartol. *in l. liberorum. 11. in pr. num. 1. ex quo nota. ff. de his, qui not. infam.* Andr. Tiraq. *in Reg. ceſſante cauſa limit. 22. n. 1. & ſeqq.* Seraphin. *de juram. privil. 100. n. 8.* † benè monente Auguſtin. *in lib. de bon. conjug. cap. 7. Tantum valet illud ſociale vinculum conjugum, ut cum cauſa procreandi colligetur, nec ipſa cauſa procreandi ſolvatur. Poſſet enim homo dimittere ſterilem uxorem, & ducere, de qua filios habeat, & tamen non licet.* Et rurſus *cap. 5.* † *Manet vinculum nu-* 4 *ptiarum, etiamſi proles, cujus cauſa initum eſt, manifeſta ſterilitate non ſubſequatur, ita ut jam ſcientibus conjugibus, non ſe filios habituros, ſeparare ſe tamen ex hac cauſa, atque aliis copulare non liceat. can. tantum. 32. qu. 7.* Ac † certè ſi propter ſterilitatem facien- 5 dum eſſet divortium, utique etiam ob ætatem ſenilem vel alterutrius vel utriusque conjugis permittenda foret ſeparatio, Gerh. *d. loc.* Quin & fieri poteſt, † ut progreſſu 6 temporis ſterilitas corrigatur, veluti manifeſtum reddit exemplum Iſaaci & Rebeccæ, qui

per

per viginti annos vixerunt in ſterili conju-
gio, poſteà tamen ex benedictione divinâ
ſobolem generârunt, *Gen. 25. verſ. 26.* quod
& ex Abrahæ & Saræ, aliorumque exemplis
colligere licet.
7 Secus tamen res ſe habet, † ſi ſterilitas
prodeat ex notoriâ quadam viri impotentiâ,
quæ cauſam divortio & conjugi licentiam
novarum nuptiarum præbet, Joach. à Beuſt.
de jur. connub. part. 2. cap. 14. Caſpar. Eraſm.
Brochmand. *in art. de conjug. cap. 4 quæſt.
69.* Joh. Gerhard. *dict. art. de conjug. §. 658.*
Johann. Harpp. *ad §. ſunt & aliæ, 11. n. 136.
Inſtit. de nupt.* Amiſ. *dict. ſect. 8. n. 17. &
ſeqq.* quæ & ipſa fuit ſententia B. Lutheri *in
libr. de vit. conjug. tom. 2. Jenenſ. german.*
8 *fol. 154.* † Sunt namque (1.) conjuges ex
divinâ conjugii inſtitutione una caro, *Geneſ.
2. verſ. 24. Matth. 19. verſ. 6.* proinde ſi per
impotentiam illud obtineri nequit, conjugi-
um declarabitur irritum. Nec propriè lo-
quendo tum fit divortium, ſed duntaxat de-
cernitur, ab initio ſtatim conjugium fuiſſe
9 nullum. (2.) † Ex quò porrò ſequitur, non
tam ob ipſam mariti impotentiam, quàm
ob dolum & fraudem ejus conjugium an-
nullari. Cùm enim ſcit defectum coeundi
maritus, & tamen ſponſalia contrahendo ta-
lem ſe venditat, qui poſſit præſtare debitum
conjugale, fieri non poteſt, ut non decipiat
10 fraudulenter ſponſam, † ex quo ipſo contra-
ctus nuptialis ceu dolô initus corruit, *l. ele-
ganter. 7. §. 1. ff. de dolo malo.* Hart. Piſtor.
part. 1. quæſt. 23. n. 2. Joh. Schneidevvin. *in
pr. Inſtit. de action. n. 25.* Fab. de Anna. *con-*
11 *ſil. 24. n. 10.* (3.) † Quia etiam non videt,
denegatô ob impotentiam mariti divortiô
medium adimi, quô uſtionibus carnalibus
reſiſtere poteſt uxor, easque extinguere, ut
hinc non leve ſubſit ſcortationis & adulterii
periculum, cui per ſeveritatem pœnæ vix oc-
currendum, † quia uxor ope conjugali & 12
remediô contra uſtionem privata à pœna ex-
cuſatur, & duntaxat extra ordinem mulcta-
tur, *arg. l. ſi adulterium. 38. Imperator. 8. ff.
ad Leg. Jul. de adult. l. qui cum major. 14. §.
ſi libertus. 6. in fin. ff. de bon. libert.* Felin. *in
cap. delicti 8. extr. de except.* Hippol. de Mar-
ſil. *in pract. crim. §. quoniam. n. 62.* (4.) † 13
Eoque facit text. *in l. in cauſis. 10.* ubi hiſce re-
ſcripſit verbis Imper. Juſtinianus: *Si mari-
tus uxori ab initio matrimonii, usque ad duos
annos continuos computandos, coire minimè
propter naturalem imbecillitatem valeat,
poteſt mulier vel ejus parentes ſine periculo
dotis amittendæ repudium marito mittere, C.
de repud.* (5.) Cum quo & † convenit jus 14
canonicum *in can. decreta. 27. quæſt. 2. ibi:
De his autem, qui causâ frigiditatis uxori-
bus debitum reddere non poſſunt, ſtatuit Gre-
gorius Papa, ut uterque eorum ſeptimâ manu
propinquorum, tactis ſacr. ſanctis reliquiis
jurejurando dicat, quòd nunquam per com-
miſtionem carnis conjuncti una caro effecti
fuiſſent, tunc mulieri ſecundas nuptias pote-
rit contrahere, vir autem, qui frigidæ naturæ
eſt, maneat ſine ſpe conjugii.* Et † *in can.* 15
*quod autem interrogaſti, ſequent. verb: Vir
& mulier ſi ſe conjunxerint, & poſteà dixerit
mulier de viro, quòd non poſſit coire cum eo, ſi
poteſt per verbum indicium probare, quòd ve-
rum ſit, accipiat alium.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Annen/Philipp V. zu N. Eheweibes/Klägerin 16
an einem/itzo gedachten ihren Ehemann/Beklagten anders Theils/ *die 11. Februar.
Anno 1620.* (*Verba Decreti:* Daraus allenthalben ſo viel erſcheinet/ daß Beklagter
ein armer blöder Menſch/und zum Eheſtand und ehelicher Beywohnung untüch-
tig iſt; Derowegen Klägerin von ihme hinwiederum billich geſchieden/und da ſie
auſſer Verletzung ihres Gewiſſens auſſer dem Eheſtande nicht bleiben kan/ ihr in
andere Wege ſich Chriſtlichen zu verehelichen/und die Ehe/doch ohne Gepränge/zu
vollziehen verſtattet und nachgelaſſen wird/ V. R. W.)
Et † *in causâ* Marthen/Hanſen M. Eheweibs/Klägerin an einem/itzo gedachten ihren 17
Ehemann/ Beklagten anders Theils/ꝛc. *die 24. Jan. Anno 1613.* (*Verba Decreti:*
Dieweil Beklagter nicht verneinen können/daß er das Seine verzehret/und Kläge-
rin ſeinem Weibe/ ſo er nunmehr dreyzehn Jahr zur Ehe gehabt/ ehelichen nicht
beywohnen können; So iſt Klägerin ihme bey ſo geſtalten Sachen wider ihren
Willen ferner beyzuwohnen nicht ſchuldig/ꝛc.)

DEFINIT. CCI.

Idemque obtinet, ſi maritus cum uxore ob corporis aliquod vitium coire nequeat.

SUMMARIA.

1. *Impotentia mariti juſtam præbet divortio cauſam.*
2. *Movetur objectio ex jure divino.*
3. *Quæ tamen duplici modo refellitur. num. 4.5.*
6. *Propter inhabilitatem corporis conjugium diſſolvi poteſt.*
7. *Ut ſi maritus cum uxore ob vitium corporis coire nequeat.*
8. *Quibus ex rationibus & fundamentis? num. 10.12.*
9. *Eadem ratio idem jus operatur.*
11. *Correlativorum eadem eſt natura & ratio.*
13. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 Expeditum ideóque eſt, impotentiam
mariti cauſam divortio præbere ſuffi-
cientem: cui tamen non parùm vide-
tur adverſari effatum Chriſti: Ego
dico vobis, quisquis uxorem dimittit exceptâ
fornicationis cauſâ, is adulterium committit,
2 *Matth. 5. v. 32.* † ex quo pateſcit, unicam
duntaxat eſſe cauſam divortii, nempe adulte-
rium, veluti latè diſſeruit & probat ex hoc di-
cto Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 602.
& ſeqq.* non ergò ob impotentiam mariti
3 divortium erit permittendum? † Sed agit
ibidem Chriſtus vel de perſonâ temere conju-
gem abjiciente & propriâ ſponte divortium
faciente, quo ipſo nec deſertio malitioſa, nec
aliæ cauſæ excluduntur, ut monuimus *ſuprà
Definit. 192. n. 9. & 10.* Hemming. *in libell.
de conjug. pag. 188.* Caſpar. Eraſm. Broch-
4 mand. *in artic. de conjug. cap. 4 quæſt. 55.* †
vel diſtinguendum inter diſſolutionem con-
jugii perfecti, & declarationem pro nullo
ejus, quod ab initio non ſubſiſtit, veluti ob
dolum, deceptionem, aut inhabilitatem nul-
5 liter contractum; † Licèt ergò diſſolutio-
nem Chriſtus non niſi ob adulterium & for-
nicationem conceſſerit, declarationem ta-
men pro nullo conjugio alias ob cauſas non
prohibuit; ex quo etiam hoc caſu divorti-
um propriè haut fieri ajunt, Brochmand.
dict. quæſt. 65. Gerhard. *dict. loco de adult. §.
6 936.* † Manet igitur veriſſimum, propter in-
habilitatem corporum, ſalvô Chriſti effatô,
ita ſeparari poſſe conjuges, ut parti deceptæ
integrum ſit tranſire ad novum conjugium.
Ex quo porrò inferendum, ſi forſan con-
tingat, ut † maritus cum uxore ſuâ ob viti- 7
um aliquod corporis coire nequeat, diſſolu-
tionem pariter matrimonii novarumque nu-
ptiarum licentiam ei haut denegandam fo-
re. Non ſolùm (1.) † propter illas ipſas 8
rationes, quas ob mariti impotentiam ad di-
vortium ſufficientes diximus *Definit. præced.*
Nam & hæ maritum diſſolutionem conjugii
petentem juvant, nempe deceptio fraudu-
lenta & deſtitutio remedii ad extinguendas
uſtiones & libidines; † ut ex rationis iden- 9
titate idem quoque jus hic obtinere tutò af-
firmemus, *l. illud. 32. ff. ad leg. Aquil. à Titio.
108. ff. de verb. obligat.* Jaſon. *in l. 1. n. 11. ff.
ſi quis jus dicent. non obtemper.* (2.) Sed et-
iam † quòd interdicendum non ſit marito, 10
quod permiſſum eſt uxori: Si enim hæc au-
dienda divortium petens ob impotentiam
mariti; cur non & vice versâ maritus licen-
tiam novarum nuptiarum quærens, ſi cum
uxore ob vitium aliquod corporis coire ne-
queat? vel ſaltem ex naturâ correlativorum,
quæ eandem † exigit juris diſpoſitionem, 11
Alexand. *lib. 5. conſil. 131. n. 2.* Ripa *in l. ſi
plagii. 123. n. 11. ff. de verb. obligat.* Nicol.
Boer. *deciſ. 48. n. 3.* Modeſt. Piſtor. *lib. 2.
conſil. 42. n. 29. verſ. cum relativorum, &c.*
(3.) † Et faciunt huc verba Labeonis: *quia* 12
*non poteſt videri nupta, quæ virum pati non
poteſt, in l. quod pupillæ. 30. ff. quando dies le-
gat.* Quod ſi enim talis fœmina nupta non
eſt, impedimento certè non poteſt eſſe matri-
monium, quod revera tale non eſt, quo mi-
nùs maritus ad novas accedat nuptias.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem* Andreas K. zu N. *die 12. Jan. An. 1629.* 13
(*Verba Sententiæ:* Hat eure Tochter vor 12 Jahren ſich verehelichet/ und bishero
keine Leibesfrucht zur Welt gebracht/ darüber zwiſchen beyden Eheleuten groſſer
Zanck/ an welchem Theil der Mangel ſeyn möge/ ſonderlich bey eurer Tochter er-
folget/ dem zu Verhütung ihr fleiſſige Nachforſchung gehabt/ und nach vorgehen-
der Beſichtigung durch zweyer geſchworner Wehemütter allhier gethane Auſſage
ſo viel in Erfahrung gebracht/ wie es mit eurer Tochter von Mutterleibe an alſo be-
ſchaffen/ daß ſie keines Mannes ſchuldig werden/ noch Kinder zur Welt gebähren/
ihr auch ohne höchſte Leibesgefahr weder gerathen noch geholffen werden köñe/ ꝛc.
Wofern nun euer Eydam ſich länger nicht gedulden/ noch mit unverletztem Ge-
wiſſen auſſer dem Eheſtande leben könte; So wäre bey ſeiner geiſtlichen Obrigkeit
die

die Eheſonderung zu ſuchen ihme unbenommen/und ergienge alsdenn darauf/ ſo wol ſeiner anderweit Verehelichung halber/was Recht iſt/ V. R. W.)

DEFINIT. CCII.

Haut diſſolvendum eſt conjugium propter impotentiam aliudvè corporis vitium poſt nuptias ſuperveniens.

SUMMARIA.

1. *Impotentia præbet cauſam ſeparationi conjugum, ut & vitium corporis.*
2. *Modo non contrahentibus nuptias fuerit notum.*
3. *Sciens enim perſona de hoc conqueri nequit. num. 4.*
5. *Supervenientia impotentiæ vel inhabilitatis poſt nuptias cauſam non præbet divortio. n. 9. 10.*
6. *Variis modis impotentia accidere poteſt.*
7. *Ligatura magica frequens eſt in Galliâ.*
8. *Ut & in Germaniâ.*
11. *Brobatur hæc aſſertio ex jure canonico.*
12. *Quid B. Lutherus de hac ſenſerit?*
13. *Refellitur quædam objectio.*
14. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
15. *Ejusdem Sententia.*

1 QUod diximus *Definit. præced. 200. & 201.* diſſolvi poſſe matrimonium ob impotentiam vel corporis vitium, quo congreſſus impeditur conjugalis, id duplici modo limitatum volumus: (1.) Si aliquis vel aliqua ſcienter nuptias cum impo-
2 tente contraxiſſet. † Licet enim hoc caſu vir mulierem impotentem non poſſit verè habere in uxorem, nec mulier virum in maritum; tenetur tamen habere ut ſororem & fratrem, *cap. conſultationi. 4. extr. de frigid.*
3 *& maleficiat.* † Nam perſona alterius vitii conſcia procul dubiò fraudem fuit meditata, Eccleſiam pariter, Rempublicam, & ſemetipſam decipiens; quare ſi divortium petat, dolus hic ei prodeſſe ac patrocinari non debet, *l. 1. in pr. & l. ne ex dolo. 12. ff. de dolo malo. l. eum qui. 14. §. is autem. ff. de furt.* Hemming. *in libr. de conjug. pag. 194.* Joachim. à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap. 14.* Johan. Harpprecht. *ad §. ſunt & aliæ, 11. In-*
4 *ſtit. de nupt. n. 142.* † quam ſententiam exemplo Davidis & Abiſag Sunamitidis, *1. Reg. 2.* confirmat Bidenbach. *in promt. connub. append. cap. 7. quæſt. 6. pag. 557.*
5 (2.) † Porrò nec vitium aliquod corporis congreſſum carnalem impediens, vel impotentia, ſi poſt nuptias jam contractas ſupervenerit, juſtam divortio præbet cauſam:
6 Variis ſiquidem modis potentia † coeundi perſonis jam deſponſatis adimi & accidere poteſt, vel ex cauſis naturalibus, vel ex ligaturâ magicâ, quæ in Vaſconia frequens perhibetur; quin † & in totâ Galliâ adeò fre- 7
quenter necti nodum, ut plerumque ſponſi Miſſis nocturnis, antequam luceſcat, copulentur, ne ab incantatoribus per lucem conſpiciantur, inquit Henning. Arniſ. *in tract. de jur. connub. cap. 6. ſect. 8. n. 19.* † Eandemque ligaturam cum ingenti damno no- 8
vorum conjugum ſæpiſſimè quoque fieri in Germania multorum hominum teſtantur querelæ. Quocunque autem modo id accidat, veluti de modis variis videre licet Panorm. & Hoſtienſ. *in rubr. & tot. tit. extr. de frigid. & maleficiat.* Corraſ. *annot. 2. in arreſt.* Thol. Klingium *in libell. de cauſ. matrim.* † ſupervenientia impotentiæ vel in- 9
habilitatis vinculum conjugale haut ſolvit; ſed cogitent conjuges, ad fortunam quamcunque ferendam ſe eſſe obſtrictos, † nec 10
poſſe propter cauſas vel morbos adverſos, poſtquam matrimonium jam conſummatum eſt, invicem ſeparari, Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 685.* Joh. Harppr. *ad §. ſunt & aliæ. 11. n. 136. Inſt. de nupt.* nihil enim tam humanum eſſe videtur, quàm fortuitis caſibus mulieris maritum, & contra uxorem viri participem eſſe, *l. ſi dotem. 22. §. ſi maritus. 7. ff. ſolut. matrim.* Quod benè animadvertit Pontifex, † hiſce verbis re- 11
ſcribens: *Impoſſibilitas coëundi ſi poſt carnalem*

nalem copulam inventa fuerit in aliquo, non ſolvit conjugium; ſi vero ante carnalem copulam deprehenſa fuerit, liberum facit mulieri alium virum accipere. in can. quod autem
12 *27. quæſt. 2.* † Et piè ſentit B. Lutherus, quando ait: Wie dann/wann iemand ein krankes Gemahl hat/das ihme zur ehelichen Pflicht kein nütze worden iſt/ mag der nicht ein anders nehmen? Bey Leibe nicht/ ſondern diene GOtt in dem Krancken/und warte ſein/ dencke/ daß dir GOtt an ihm hat Heiligthum in dein Hauß geſchickt/ *tom. 2. Jenenſ. german. de vita conjugal. fol.*
156. b. † Neque incontinentia conjugis im- 13
pedimento huic ſententiæ eſſe debet, quoniam Deus neminem ſupra vires tentat, ut ex eodem Luthero reſpondet Gerhard *dict. §. 685. in fin.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Senatui Chemnicenſi, die 2. Januarii, An-* 14
no 1626. (*Verba Reſcripti:* Was an uns Samuel W. Bürger bey euch/ in Sachen ſeiner Tochter Barbaren/und ihren Ehemann Johann H. betreffende/ gelangen laſſen / ſolches habt ihr aus dem Einſchluß mit mehrerm zu vernehmen. Wiewol wir nun aus euerm den *7. Nov.* abgewichenes Jahres eingeſchickten Bericht ſo viel befunden/daß gedachter H. wegen anfälliger Leibes-Beſchwerung zum Eheſtande ungeſchickt worden/ꝛc. So tragen wir doch die Eheſcheidung anzuordnen Bedencken/und ihr werdet ſie darauf zu beſcheiden wiſſen/ꝛc.)

Et † *ad requiſitionem Matthæi G.* zu *W. die 27. Januar. Anno 1613.* (*Verba Sententiæ:* 15
Habt ihr eure Tochter Chriſtoph J. ehelichen zugeſaget und verſprochen/worauf ſie beyde mit einander getrauet worden/ Hochzeit gehalten/ und in die drey Jahr friedlichen einander beygewohnet. Es wil aber nunmehr dahero Widerwärtigkeit unter ihnen entſtehen/daß bemeldter Chriſtoph J. durch ein Unglück und unverſehenen Fall an ſeinem Leibe und heimlichen Ort dergleichen Schaden genommen/ daß er hinfüro ſeinem Weibe/eurer Tochter/nicht ehelichen beywohnen mag. Ob ihr nun wol gemeynet/deßwegen die Eheſcheidung zu ſuchen: Dieweil aber gleichwol ſolche Ungelegenheit aus Gottes ſonderbarem Verhängniß geſchehen/in welchem Fall ein Ehegatte vom andern nicht abzuſetzen/ſondern ihme getreu zu ſeyn/in Gedult Göttlicher Schickung ſich zu unterwerffen pflichtig; So mag demnach die Eheſcheidung nicht ſtatt finden/ V. R. W.)

DEFINIT. CCIII.

Non permittenda eſt ſeparatio conjugum ſive divortium propter furtum ab alterutrô commiſſum.

SUMMARIA.

1. *Pœna furti eſt ultimum ſupplicium.*
2. *Quandoque mitior irrogatur pœna furibus.*
3. *Ut fuſtigatio vel ſola relegatio.*
4. *Furtum alterutrius conjugis non præbet cauſam divortio ſufficientem.*
5. *Matrimonium non facile dirimendum.*
6. *Sponſalia ob furtum à ſponſo commiſſum haut diſſolvi debent.*
7. *Faciliùs ſponſalia quàm nuptiæ dirimuntur.*
8. *Probatur deciſio ex jure canonico.*
9. *Nec non jure civili. n. 10. 11. 12.*
13. *Uxor Caini maritum vagabundum ſecuta.*
14. *Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n. 15.*

1 FRuſtrà hoc à nobis aſſeri exiſtimaveris forſan, cùm furi indicatur hodie ultimum ſupplicium, ſeu pœna laquei, *tit. 27. §. ult. FF. 2.* Landrecht *lib. 2. art. 13. in pr. Ordinat. crimin. Carolin. artic. 159. & 160. Conſtit. Elect. 32. part. 4.* unde fieri non poteſt, ut diſſolutô per mortem conjugio huic quæſtioni locus re-
linqui poſſit? † Sed quis neſcit, in punien- 2
do hoc crimine pro varietate circumſtantiarum & qualitate furti, judices quandoque eſſe duriores, quandoque verò remiſſiores, nec ſemper pœnam ſuſpendii reis infligi,
† ſed vel fuſtigatione, vel ſola etiam rele- 3
gatione eos puniri, *Ord. crim. Carol. dict. art. 159. & 160.* Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 32. num. 1.*

n. 1. & 11. part. 4. Tiber. Decian. *vol. 3. conſil. 16. & conſil. 24.* Joh. Baptiſt. Caccialup. *inter conſil. crimin. Ziletti. conſil. 92. n. 1. & ſeqq.*
4 *lib. 2.* † Quòd ſi fiat, non concedetur divortium, conjuge innocente quantumvis hoc petente. Neutiquam enim (1.) pius Magiſtratus facilè rumpi ac diſſolvi patietur
5 matrimonium, † quod eſt conſortium omnis vitæ, *l. 1. ff. de rit. nupt.* autoritate juris divini, cujus hic maximè ratio habenda, deficiente, ſine quâ nil temerè eſt aſſeverandum, *l. diſſentientis. 5. C. de repud. cap. 18. in fin. extr. de ſentent. excomm.* Jaſon. *in l. illam. 19. n. 8. C. de collat.* Franc. Vivius *deciſ. 358.*
6 *n. 4.* (2.) † Cumque ſponſalia ob furti delictum à ſponſo commiſſum haut diſſolvenda dixerimus *ſupr. Defin. 178. & lib. 5. Reſponſ. Elector. 115.* multò minus utique divortium hôc caſu obtinebit poſt conjugium jam per-
7 fectum & omnibus modis conſummatum; † quia ſponſalia faciliùs & pluribus ex cauſis per repudium, quàm nuptiæ per divortium dirimuntur, *arg. cap. quemadmodum. 25. §. quod ſi in fin. extr. de jurejur. can. ult. §. his*
8 *itaque reſpondetur. 15. quæſt. 1.* (3.) Nec † ulterius hac de re dubitandum, propter claram Pontificis ſanctionem; ita enim ait Alexand. III. *Nos itaque taliter reſpondemus, quòd mulier pro furto vel alio crimine viri ſui ab eo ſeparari non debet, in cap. quæſivit. 2. extr. de divort.* † quæ ſanctio etiam ab Impp. 9
eſt probata. Hiſce namque verbis reſcripſit Imp. Conſtantinus: *Sin autem aquâ & igni interdictum erit, vel deportatio illata, non tamen mors ex pœnâ ſubſecuta, donationes à viro in uxorem collatæ adhuc in pendenti maneant, quia nec matrimonium in hujusmodi caſibus diſſolvitur, in l. res uxoris. 20. C. de donat. int. vir. & uxor.* † Alexander iti- 10
dem Imp. *matrimonium quidem deportatione, vel aquæ & ignis interdictione non ſolvitur, in l. 1. C. de repud.* Ac tandem † Imp. 11
Juſtinianus: *Deportatio tamen, in quam migravit & antiqua ignis & aquæ interdictio, quam aqua & igni interdictionem vocant noſtræ leges, non ſolvit matrimonia, in Novell. 22. cap. 13.* (4.) † Cumque nihil tam hu- 12
manum videtur, quàm caſibus fortuitis & afflictionibus mulieris maritum, & econtra uxorem afflictionibus viri participem eſſe. *l. ſi dotem. 22. §. ſi maritus. 7. ff. ſolut. matrim.* Hart. Piſtor. *obſervat. 148. n. 2.* æquum certè erit, ne uxor hoc caſu derelinquat maritum, quin potiùs ipſum relegatum ſequatur;
† veluti etiam uxorem Caini poſt commiſſum 13
homicidium ſecutam eſſe maritum Cain; & coactam ferre partem calamitatum mariti, piè ſentit B. Luther. *in comment. in Geneſ. cap. 4. in verb. Et cognovit Cain uxorem ſuam. in fin.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Chriſtophori D.* zu *D. die 11. Aug. An. 1628.* 14
(*Verba Sentent:* Iſt Heinrich *F.* vor 6. Jahren Diebſtals wegen zum Strange verurtheilet/aber aus Churfl. Gnade mit Staupenſchlagen des Landes ewig verwieſen worden. Ob nun wol Maria ſein Eheweib hiebevor von ſolchem Diebſtal keine Wiſſenſchafft gehabt/ſondern erſt 14. Tage nach gehaltener Hochzeit dieſes offenbar worden/nach mehrerm Inhalt eurer Frage: Dieweil aber dergleichen Verbrechung und erlittene Strafe keine vollnzogene Ehe aufheben kan; So mag ihr noch zur Zeit in andere Wege ſich hinwieder zu verehelichen nicht verſtattet werden. Hätte aber gedachter ihr Ehemann ſich ihrer nicht angenommen/noch ihr etwas zuentbieten laſſen/daß ſie nicht wiſſen könte/wo er hinkommen/und ob er todt oder noch am Leben ſey. So wäre ihr unbenommen/bey uns wider ihn/als einen Verlaſſer ſeines Eheweibes/um *Edictal-citation* anzuhalten/auf welchen Fall/wann er durch einen Anwald zu erſcheinen zu gewöhnlicher Friſt vorgeladen/und nichts darauf einwenden laſſen würde/ der Loßzehlung und anderweit Verehelichung halber in der Sachen ergehet/ was recht iſt/ V. R. W.)

Et † *ad conſultationem* Michael *M.* zu *H. die 28. Jan. An. 1609.* (*Verba Sententiæ:* Habt 15
ihr vorm Jahre eure Tochter Marthen Hanſen S. ehelichen verſprochen und zugeſagt/worauf auch Hochzeit gehalten worden: Es hat ſich aber nunmehr befunden/daß gedachter ihr Ehemann zu *G.* vor dreyen Jahren wegen begangenen Diebſtals/indem er einem Kauffmann auf freyem Marckte einen Beutel mit Gelde aus den Hoſen gezogen/öffentlichen zur Staupe geſchlagen/ und der Gerichte des Orts ewig verwieſen worden/dahero ihr vermeynet/es könte eure Tochter hinwiederum von ihm geſchieden werden. Ob nun wol weder ihr noch bemeldte eure Tochter zur Zeit der getroffenen Verlöbniß und gehaltener Hochzeit darum Wiſſenſchafft getragen; Dieweil aber der begangene Diebſtal und deſſen beſchehene Beſtrafung zur Aufhebung der Ehe keine genungſame Urſach geben mag; So kan auch dißfalls zwiſchen mehr-ermeldter eurer Tochter und dero Ehemann die Ehe nicht getrennet/noch ihr in andere Wege ſich zu verehelichen verſtattet und nachgelaſſen werden/ V. R. W.)

Definit. CCIV.

Non concedendum eſt divortium ob paupertatem conjugis, aut ſi multo ære alieno ſit gravatus.

SUMMARIA.

1. *Delicta unius conjugis non præbent divortio cauſam.*
2. *Ex ſententiâ B. Lutheri.*
3. *Nec concedendum divortium ob conjugis paupertatem, aut ſi e ære alieno ſit obſtrictus.*
4. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis.*
5. *Error circa qualitates accidentales non vitiat conjugium.*
6. *Ut eſt error fortunæ. n. 7.*
8. *Adducitur fundamentum ex ſacris.*
9. *Conjuges pii certâ nituntur conſolatione.*
10. *Suntque una caro.*
11. *Quid hac de re ſenſerit Beatus Lutherus?*
12. *Dolus tamen, ſi acceſſerit, vitiat matrimonium. num. 13.*
14. *Adducuntur verba Alberici Gentilis hanc in rem.*
15. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 QUod de furto ejusque pœnâ diximus *Definit. præced.* id quoque de aliis delictis intellectum volumus, utpote ſi maritus uxorem ad furta, Venerem præpoſteram, vel poculum abortionis cogere velit; item, ſi uxor maritò inſciò abortum procuret; ſi mentiatur ſe eſſe gravidam, & poſtea ſuppoſitò alienò partu maritum fallat; ſi veneficium conjugi & liberis inferre paret. Etſi enim hujusmodi in caſibus Hemming.
2 divortium concedit, † rectiùs tamen hoc negat B. Lutherus, additâ ratione, quòd nemo ad peccatum cogere alterum poſſit, & quòd conjuges occultis periculis eximi nequeant, manifeſtis verò attentatis per magiſtratum vel cognatos occurri poſſit, *in lib. de cauſ. matrim. tom. 5. Jenenſ. german. fol. 257.*

3 † Nec aliud habendum de paupertate conjugis, vel ſi maritus ære alieno ſit creditoribus obſtrictus, ita ut facultates ſuæ ad debita exſolvenda haut ſufficiant: Nequaquam enim ob id audienda pars altera divortium
4 petens. (1.) † Quia de causâ hac divortii nullibi nec jure divino, nec civili quidquam reperitur ſancitum, ut profectò eam temerario auſu ponere non liceat: Multò minus verò error circa facultates conjugis ab initio valet vitiare matrimonium, ſiquidem eſt error circa accidentale quoddam, non ſubſtan-
5 tiale matrimonii, † quales qui ſunt, conjugium non irritum reddunt, Schrader. *addit. Inſtit. de nupt. part. 2. n. 37.* Joh. Schneidvvin. *ad eund. tit. part. 4. n. 19.* Joh. Harppr. *ad pr. n. 94. tit. ejusd.* Alber. Gentil. *lib. 3. de nupt. cap. 3.* Paul. Cypræus *de jur. connub.*
6 *part. 1. cap. 13. §. 39.* (2.) † Eſtque hoc ipſum, quod vulgò dicitur: Error fortunæ matrimonium non vitiat, ſatis fundatum in effato Pontificis, quando ait: *Error fortunæ & qualitatis non excludit conſenſum, veluti ſi quis conſentiret in prælaturam alicujus Eccleſiæ, quam putaret eſſe divitem, & illa minùs eſſet copioſa; quamvis hic deciperetur errore fortunæ, non tamen poſſet renunciare prælaturæ acceptæ. Similiter quæ nubit pauperi, putans illum eſſe divitem, non poteſt renunciare priori conditioni, quamvis erraverit.* † *Error qualitatis non excludit ſimiliter conſenſum, utpote ſi quis emerit agrum vel vineam, quam putabat eſſe uberrimam, quamvis iſte erraret in qualitate rerum, rem minùs fertilem emendo, non poteſt tamen venditionem reſcindere, in can. unic. cauſ. 29. quæſt. 1.* Didac. Covarruv. *tom. 1. de matrim. part. 2. cap. 3. §. 7. n. 2.* Andr. Gail. *libr. 2. obſerv. 93. n. 12.* Johan. Schneidevvin. *dict. part. 4. n. 58.* Beza *de repud. & divort. pag. 87. verſ. errore verò fortunæ.* Paul. Cypræ. *dict. cap. 13. §. 35.* Alber. Gentil. *dict. lib. 3. cap. 4.* (3.) † Quod ſi etiam ex ſacris probatio hujus aſſertionis petatur, ſuppeditabit eam *cap. 18. Matth.* ubi ſervus debitor uxorem & liberos jubetur vendere, ut debito ſeſe liberet, Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 691. pag. 1145.* tantùm abeſt, ut uxor planè ſeparationem obtinere queat. (4.) † Nec habet profectò, ut conditionem ſuam deploret, quia conjuges pii certâ utuntur conſolatione, quòd timentibus Dominum non ſit defuturum omne bonum, *Pſalm. 34. verſ. 11.* quodque labores manuum ſuarum ſint manducaturi, *Pſalm. 128. verſ. 2.* † Et quia una ſunt caro facti conjuges per matrimonium,

um, non minus obeſſe poteſt paupertas conjugio, ac corpori humano; quod nulla ſcin-
11 dit paupertas, † ut verè dixerit Beat. Lutherus: Denn gleichwie ſie ein Leib ſind worden / ſo müſſen ſie auch gleich ein Leib bleiben / es komme Ehre oder Schande / Guth oder Armuth / *in tom. 5. Jenenſ. german. fol. 257.*
12 Planè † ſi ad errorem hunc acceſſerit dolus, ut ſi prætextu divortium alterutra contrahentium perſona ad matrimonium promittendum fraudibus & fallaciis fuerit indu-
13 cta, licet non diſſolvatur conjugium, † haut tamen obſtante dolo contractum videtur, adeoque pro nullo declarabitur, Joh. Gerh. *in loco de conjug. §. 105. in fin.* Bald. *lib. 2. conſ. 312.* Dec. *conſ. 112.* ubi Socinum reſpondiſſe refert, abrumpi conſummatum poſſe matrimonium, ſi juvenis facilitate ſua, calliditate mulieris inductus ſit ad matrimonium, ſpe ſibi factâ divitiarum, ita ut duo concurrere neceſſum ſit, perſvaſi facilitatem & perſuadentis calliditatem. † Et benè ait Alber. 14
Gentil. Quod igitur dolus & mendacium circa qualitatem perſonæ, ſive circa bona non vitient, etſi ille det cauſam huic contractui: & dolus circa contractum dotis non vitiet matrimonium, & concurſus mendacii non impediat matrimonium ſubſiſtens ex conſenſu, & id genus alia: ea tamen omnia ſic ipſe putem accipi oportere, ſi dolus non ſit, qui errorem inducat & conſenſum impediat, *dict. cap. 4.* Joh. Harppr. *ad rubr. Inſtit. de nupt. n. 153.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſa Henrici R.* und ſeines Weibes Marien an einem / 15
derer Vater Matthes *H.* und Annen / Auguſtin *R.* Wittben anders Theils / *die 9. Novembr. An. 1621.* (*Verba Decreti:* Daß Matthes *H.* ſeines Vorwendens ungeachtet / ſeine Tochter ihrem Ehemann folgen zu laſſen / und ſie demſelben hinwieder ehelich beyzuwohnen ſchuldig. Wegen der vorhandenen Schuld aber / damit gedachter ihr Ehemann ſeinen *Creditorn* verhafftet / werden die Partheyen hinwiederum an Rath zum Hayn zu gütlicher Vergleichung oder gebührlicher Verabſcheidung hiermit billich gewieſen / V. R. W.)

Definit. CCV.

Nec annuendum marito divortium petenti ob dotem promiſſam ſibi non exſolutam.

SUMMARIA.

1. *Num maritus petere poſſit divortium ob dotem promiſſam ſibi haut exſolutam?*
2. *Fructus dotis debentur marito pro oneribus matrimonii.*
3. *Deciſio negativa hujus quæſtionis.*
4. *Fundamenta & rationes decidendi, n. 5.*
6. *Sine legis autoritate nihil eſt aſſeverandum.*
7. *Dos ſine matrimonio eſſe nequit.*
8. *At bene matrimonium ſine dote.*
9. *Cauſa dotis quænam?*
10. *Tacitam in ſe habet dos conditionem, ſi nuptiæ fuerint.*
11. *In odium non eſt retorquendum, quod in favorem eſt conſtitutum.*
12. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 Non magis audiendum fore maritum divortium petentem, propterea quòd certa ſibi dos promiſſa haut exſoluta fuerit, indubitatò aſſerere licet ſecundùm tradita Joachimi à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap. 66.* Ut
2 maxime enim † dotis fructus marito pro oneribus matrimonii debeantur, *l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot.* Bartol. & Salycet. *in l. ult. §. præterea. 2. C. de jur. dot.* quin & loco alimentorum habeantur, Matth. de Afflict. *deciſ. 111. numer. 10.* Bald. Novell. *in tract. de dote, part. 6. priv. 16.* unde magnus dotis favor; Tantus tamen haut eſt, † ut propter non ſolutam dotem matrimonium contractum & per nuptias 3
conſummatum rurſus diſſolvi debeat: (1.)
† Non etenim autoritate humana cauſæ 4
divortii aliæ addendæ iis, quæ à Chriſto & D. Paulo ſunt expreſſæ, propter excluſivam à Salvatore notanter adjectam, Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 691. pag. 1145.*
† Cum ergò dotis promiſſæ exſolutio denegata inter cauſas illas haut reperiatur, quis 5
tam temerarius eſſet, ut divortii effectum ei adſcriberet, † cum nec ſine legis civilis au- 6

toritate quid aſſeverare liceat, *l. illam. 19. C. de collat.* Barboſa *in axiom. jur. axiom. Lex. 156. num. 11.* (2.) † Et quantumvis dos ſine
7 matrimonio eſſe nequeat, *§. ſi quis adverſus. Inſtit. de nupt. l. 3. ff. de jur. dot. l. ult. C. de donat. ante nupt. l. ſancimus. 24. C. de nupt.*
8 † attamen ſine dote matrimonium benè ſubſiſtit, *l. ult. C. de repud. Auth. nupt. §. ſi quis enim. verſ. et ſi mulier. &c.* quid itaque obſtaret, quo minùs firmum ſit matrimonium, quantumvis non exſolvatur dos promiſſa?
9 (3.) Cumque † dos propter nuptias & matrimonii cauſa promittatur hunc in finem, quò eò citius & facilius uxor inveniat maritum, *dict. l. 3. ff. de jur. dot. l. cum mulier. 20. poſt. pr. verſ. ſicut enim dos propter nuptias ſit, &c. C. de donat. ante nupt.* unde & † tacitam cen- 10
ſetur in ſe habere conditionem, ſi nuptiæ fuerint, *l. ſtipulationem. 21. ff. de jur. dot.* & ſolummodo ante matrimonium, vel eo durante eſt exſolvenda, *l. ſi conſtante. C. de donat. ante nupt.* Henr. Bocer. *de donat. cap. 8. num. 9.* utique † propter dotem non ex- 11
ſolutam conjugium jam contractum haut dirimendum, uxorque marito ſuo rurſus privanda erit, ne ſanctio favorabilis contrarium ſortiatur effectum, & retorqueatur in odium, quod in favorem eſt conſtitutum, *l. quod favore. 6. C. de lb.* Everhard. *in topic. in loc. ab ordinat. 103. n. 4.*

Ita † Conſiſtorium Supremum in cauſa Marien/ Michael G. Eheweibes/ Klägerin an 12
einem/ itzo-gedachten ihren Ehemann/ Beklagten anders Theils / *die 26. Februar. 1620.* (*Verba Decreti:* Daß Beklagter ſein Eheweib alſobald hinwieder zu ſich zu nehmen / und mit Unterhalt zu verſorgen ſchuldig: In Verbleibung werden ihr an den Schöſſer zu Dippoldiswalde *executoriales* billich mitgetheilet / dargegen ihme die verſprochene Mitgifft bey ihres Vaters weltlicher Obrigkeit zu ſuchen unbenommen/ V. R. W.)

Definit. CCVI.

Diverſitas Religionis non diſſolvit matrimonium, niſi acceſſerit malitioſa deſertio.

SUMMARIA.

1. *Periculoſum eſt matrimonium inter diverſæ Religionis homines.*
2. *Quod probatur exemplo Regis Salomonis.*
3. *Non facilè contrahendum ejusmodi conjugium.*
4. *Prohibitum hoc eſt in jure civili.*
5. *Num verò contractum rurſus diſſolvendum?*
6. *Affirmant id Pontificii.*
7. *Et quibus ex fundamentis? n. 8.*
9. *Verior deciſio Lutheranorum negativa.*
10. *Rationes & fundamenta hujus aſſertionis. n. 15.*
11. *Adducuntur verba expreſſa D. Apoſtoli.*
12. *Ne quidem ſponſalia ob Religionis diverſitatem ſunt reſcindenda.*
13. *Difficilius impetratur divortium, quam repudium.*
14. *Conjugium eſt perpetuus & indiſſolubilis contractus.*
16. *Sæpe quæ fieri non debent, ſi facta ſunt, haut reſcinduntur.*
17. *Multa matrimonium impediunt contrahendum, at contractum non diſſolvunt.*
18. *Refelluntur rationes Pontificiorum.*
19. *Examinatur factum Esdræ conjugia cum infidelibus reſcindentis.*
20. *Explicatur dictum D. Apoſtoli:* ſi infidelis diſcedit, diſcedat.
21. *Si deſertio ad diverſitatem Religionis accedat, locum habet divortium.*
22. *Quia deſertio malitioſa ſufficiens eſt cauſa divortii.*
23. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 QVam periculoſum ſit matrimonium inter fidelem ac infidelem, vel etiam diverſæ Religionis homines, ſatis clareſcit ex *lib. Jud. c. 3. v. 5.* ubi hæc leguntur verba: *Filii Iſrael habitarunt in medio Cananæi & Hethæi & Amorrhæi, & duxerunt uxores filias eorum, ipſique filias ſuas filiis eorum tradiderunt, ac ſervierunt diis eorum, feceruntque malum in conſpectu Domini, & obliti ſunt Dei ſui, ſervientes Baalim.* Nimirum conſortium inter homines diſparis religionis

gionis ſecum trahit periculum defectionis à
2 vera religione, † quod & probat exemplum regis Salomonis, cui licet à Deo datum fuerat cor ſapiens & intelligens, adeò ut nullus ante eum ſimilis ipſi eſſet, nec poſt eum ſurrexerit, *1. Reg. 3. verſ. 12.* attamen cum adamaret mulieres alienigenas, averterunt illæ cor ejus, ut ſequeretur deos alienos, nec fuerit cor perfectum cum Domino, *1. Reg. 11.*
3 *v. 3.* † Nunquam ergò, vel cautè conjugium ejusmodi contrahatur, velut diximus *ſupra Defin. 6. hac part. 2.* Ut non immeritò id publica lege prohibuerint Impp. Valenti-
4 nianus, Theodoſius & Arcadius, † ſancientes: *Ne quis Chriſtianam mulierem in matrimonium Judæus accipiat, neque Judeæ Chriſtianus conjugium ſortiatur. Nam ſi quis,* inquiunt, *aliquid hujusmodi admiſerit, adulterii vicem commiſſum hujusmodi crimen obtinebit, libertate in accuſandum publicis quoque vocibus relaxatâ, in l. ne quis. 6. C. de Judæ. & cælicol.*

5 † Quod ſi vero accidat, ut inter diverſæ religionis homines conjugium jam fuerit contractum & per nuptias conſummatum, aut poſt initum matrimonium alterutra pars à vera fide defecerit, num diſſolvendum id rurſus erit, ac concedendum ob religionis
6 diverſitatem divortium? Ita Pontificii † autumant, quorum partes tuetur Bellarm. *lib. de matrim. c. 12. §. 2. & cap. 14. §. 5.* & videtur iis adminiculari præceptum divinum Ve-
7 teris Teſtamenti de non † permittendis connubiis Iſraelitarum cum Cananæis, *Exod. 34. v. 16. Deut. 7. v. 3.* quod Esdras ſic expoſuit, ut matrimonia cum infidelibus conſummata reſcindere liceat, *Esdr. 9. v. 10.* Nec aliter in Novo Teſtamento ſe rem habere, conan-
8 tur † probare ex verbis D. Pauli: Si infidelis diſcedit, diſcedat, *1. ad Corinth. 7.* Sed poſtquam de hoc fuſiùs actum *ſupr. Def. 7.* & ex aſſe à Joh. Gerhard. *in loco de conjugio. §. 665. & ſeqq.* repetere hic ea ſuperſedemus, præ-
9 ciſe noſtratium ſententiæ inhærentes, † quod nec infidelitas conjugis alterutrius, nec diſparitas religionis ſufficientem præbeat cauſam divortio, Beat. Luther. *in explicat. dict. cap. 7. ad Cor. 1. §.* Wie ſolte denn nicht das Chriſtliche Gemahl/ rc. Gerh. *citat. loco. & pag. 599.* Philipp. *in loco de conjug.* Beza. *de repud. pag. 99. & ſeqq.* Balth. Mentzer. *in tract. de conjug. pag. 148. & ſeqq.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in artic. de conjug. cap. 2. quæſt. 3.* Hemming. *in libr. de conjug.* Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. c. 37.* Henn. Arniſ. *de matr. c. 5.*
10 *ſect. 5. n. 40.* (1.) † Firmiter enim ſtat Chriſti effatum: Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet, *Matth. 19. v. 6.* Quis ergò tàm audax & temerarius eſſet, ut diſſolveret diverſæ religionis homines aut infideles, quos Deus æquè conjunxit, Gerh. *dict. loc. §. 665. p. 1110.* nec unquam Jehova præcepit diſſolvere matrimonia fidelium cum infidelibus, nedum inter diverſæ religionis homines contracta, Beuſt. & Arniſ. *dicto loco*, (2.) † Quin 11
potiùs contrarium verbis expreſſis mandavit Deus per Apoſtolum, nempe: *Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, ne dimittat illam: Et ſi qua mulier virum habet infidelem, & hic conſentit habitare cum illâ, non dimittat virum: Sanctificatus eſt enim maritus incredulus per uxorem, & ſanctificata eſt uxor incredula per maritum: alioqui filii veſtri immundi eſſent, nunc autem ſanctificati, 1. ad Cor. 7. verſ. 12.* Quod de infidelibus dictum, multo magis certè obtinebit in diverſæ religionis hominibus. (3.) † Cumque hanc ob cauſam 12
nec ſponſalia dirimenda diximus *ſupr. Defin. 7.* multò minus utiquè diſſolutio locum ſortietur in matrimonio ipſo per nuptias plenè & perfectè conſummatò, quia † longè diffi- 13
cilius impetratur divortium, hoc eſt, ipſius matrimonii ceſſatio, quam repudium, quod eſt disruptio ſponſaliorum, *cap. quemadmodum. 25. verſ. alioquin. extr. de jurejur.* Joh. Harppr. *ad rub. Inſt. de nupt. n. 139.* nec ſine cauſa; ſiquidem conjugium † perpetuus 14
& indiſſolubilis eſt contractus ſecundùm ejus inſtitutionem in Paradiſo & ordinationem *Matth. 5. & 19. Marc. 10. Luc. 16.* ut hinc à ſponſalibus ad nuptias & conjugium negative tutò liceat argumentari. (4.) † Poſitò 15
etiam, quod ab initio & re adhuc integra non facile permittendum ſit, inire conjugium cum infidelibus ac diverſæ religionis hominibus; attamen ſi contractum jam eſſet, reſcindi propterea non deberet, quia ſæpè † 16
quæ fieri non debent, ſi facta fuerint, haut reſcinduntur, *l. 1. §. 1. ff. de feriis. l. quid ergo. 13. §. pœna. 1. ff. de his, qui not. infam. l. in ambiguis. 85. §. 1. ff. de reg. jur. l. moris. 9. §. iſtæ. 11. de pœn. l. relegatorum. 7. §. ad tempus. 4. ff. de interd. & relegat. l. 1. §. biduum. ff. quando appell. ſit, & intra quæ tempora.* † 17
ſuntque multa matrimonium contrahendum impedientia, quæ tamen jam contractum non diſſolvunt, *l. patre furioſo. 8.* ubi gloſſ. *in verb. retinere. ff. de his, qui ſui vel alien. jur. ſunt.* Andr. Fachin. *5. controverſ. 40.* Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 1. c. 5. n. 24.*

† Nec Esdræ factum hiſce obicem po- 18
nit, ob ſingularitatem prohibitionis divinæ ſolos Judæos concernentis: ex qua

Chri-

Chriſtiani in Novo Teſtamento haut obli-
19 gantur; Nam † in Veteri Teſtamento Deus populum Iſraeliticum ab omnibus gentibus ſeparatum in peculium ſibi elegerat proprium: at in Novo Teſtamento deſtructa eſt maceria, quâ Judæi à gentibus dirimebantur, *Epheſ. 2. verſ. 14.* Gerh. *dicto loco.* §. *592.*
20 † Effatum D. Apoſtoli quod attinet: Si infidelis diſcedit, diſcedat, *1. ad Cor. 7.* concinnè id explicat Gerhard. *citat. loco de conjug.* §. *666.* Apoſtolum videlicet nequaquam in his verbis cauſam faciendi divortii ſtatuere infidelitatem, ac ſi fidelis propter infidelitatem debeat ab infideli diſcedere, ſed conſulere parti innocenti divortium propter deſertionem paſſæ, quando ſcilicet infidelis malitioſa deſertione de facto divortium inſtituit. *Si*, inquit, *infidelis nolens cohabitare fideli diſcedit, id eſt, ſi conjugale vinculum per deſertionem ſuam nefariè disrumpit, diſcedat, id eſt, æquo animo illud à fideli ferendum, ac Deo commendandum, non enim ſervituti ſubjectus eſt frater & ſoror in hujusmodi, h.e. in tali caſu Chriſtianus maritus aut Chriſtiana uxor non tenetur propter malitioſam conjugis deſertionem à matrimonio in perpetuum abſtinere, ſed libertatem obtinet, rebus ſuis novo matrimonio conſulendi.* Verba hæc ſunt Gerhardi, *dict.* §. *666.*

Stante hac explicatione, † dicimus, licet 21
infidelitas per ſe cauſam haut præbeat ſufficientem divortio, id tamen non fore denegandum, ſi malitioſa acceſſerit deſertio, & infidelis fidelem dereliquerit, ex mente ſcilicet D. Apoſtoli, ut jam diximus, † quæ de- 22
ſertionis malitioſæ cauſa alias etiam ſufficiens habetur ad divortium, *ſupr. Defin. 192.* Henn. Arniſ. *in tract. de jur. connub. cap. 6. ſect. 7. num. 4.* Johan. Schneidvvin. *ad tit. Inſtit. de nupt. ſub Rub. de divort. n. 43.* Joach. à Beuſt. *de jure connub. part. 2. c. 26. verſ. nos verò.* Paul. Cypr. *de jur. connub. part. 1. c. 13.* §. *77. n. 10.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. cap. 4. quæſt. 38.* Martin. Chemnit. *in exam. Concil. Trident. part. 12. can. 6. & 7. ſeſſ. 8. p. 262. & ſeqq.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem M. Joachimi Paſchæ, Paſtoris in Zittaw, die* 23
12. Febr. A. 1608. (*Verba Sententiæ:* Als ihr uns in Schrifften berichtet/wie daß ein Becke bey euch/Paul H. genannt/in ſeiner Jugend und Wanderſchafft ohne gefehr zu den Hütteriſchen Brüdern oder Wiedertäuffern zu Pauſaran in Mähren kommen / welche ihn nicht allein zu ihrem Becken aufgenommen / ſondern auch zu ihrem Irrthum beredet / und zwey Weiber ihrer Art nach verehlichet / unter welchen die erſte in Kindesnöthen geſtorben/ der andern aber er länger nicht denn ſieben Wochen beygewohnet / indeme er des Irrthums inne worden / und ſeines Weibes wegen vernommen / daß ſie ſich zuvor in Oeſterreich für ein unzüchtig Weib ſolle haben gebrauchen laſſen/derowegen er ſich vor ſieben Jahren wiederum nach Zittau in ſein Vaterland begeben / von angedeuteter irrigen Lehre zu unſerer wahren Chriſtlichen Religion und Gebrauch des heiligen Abendmahls gäntzlich gewendet / auch anitzo (weil inſonderheit ſein Weib / daß ſie zu ihme nicht heraus kommen / ſondern bis an ihr Ende bey den Hütteriſchen Brüdern bleiben wolte / ihme zuentbieten laſſen) ſich mit einer andern Perſon ehelich einzulaſſen Vorhabens ſey / darauf ihr um unſere Rechtsbelehrung / ob gemeldtem Paul H. eine andere zu ehlichen könne verſtattet werden / gebeten. Demnach erkennen und ſprechen wir vor Recht / daß mehrgedachter H. wegen bloſſen Unterſchied des Glaubens und ſeines Weibes widriger irriger Religion / ehe und zuvor er von derſelben durch gewöhnlichen rechtmäßigen *Deſertion-Proceſs* ſich loßgewürckt/ von ihr nicht zu ſcheiden / noch ein ander Weib zur Ehe zu nehmen befugt ſey/ V.R.W.)

Et † *ad petitionem Danielis H.* zu *A. die 26. April. Anno 1609.* (*Verba Sententiæ:* Hat euer 24
Sohn Andreas / ſo ſeines Handwercks ein Sattler / ſich in Niederland und Engeland begeben / und etliche Jahr lang auf ſolchem Handwerck gereiſet: Als er aber wieder zurücke kommen / und unterwegens mit Annen S. bekannt worden/ hat er eine beſtändige Liebe auf ſie geworffen/ſich auch endlichen/iedoch mit eurem Vorbewuſt und Einwilligung mit ihr verheyrathet und Hochzeit gehalten. Ob ſich nun wol anitzo befindet / daß bemeldte Anna S. der Calviniſchen Religion zugethan / davon auch weder er / euer Sohn / nach ihr etwas gewuſt/ dahero ihr gerne ſehet/daß ſie wiederum von einander bracht/ und euer Sohn ſich mit einer andern verehlichen möchte. Dieweil aber dennoch vorermehnter Maſſen die Ehe durch öffentliche Trauung und Hochzeit einmal vollzogen worden; So verbleibets dabey billich/und es hat dißfalls die Eheſcheidung nicht ſtatt/ V.R.W.)

TIT. XII.
De
Separatione conjugum quoad torum & menſam ex cauſa diſcordiæ atque ſævitiæ.

DEFINIT. CCVII.

Conjuges ſibi invicem cohabitare debent, ad quod etiam inviti à Magiſtratu ſunt adigendi.

SUMMARIA.

1. *Perpetuum & indiſſolubile eſt vinculum matrimonii.*
2. *Non ergò diſſolvendum autoritate humana.*
3. *Diſpar ratio conſenſus & diſſenſus in matrimonio.*
4. *Conjuges quoad torum & menſam ſe invicem ſeparare nequeunt.*
5. *Sed obſtringuntur ad cohabitationem.*
6. *Quibus ex fundamentis? n. 7.*
8. *Multa oriuntur incommoda ex ejusmodi ſeparatione.*
9. *Divortia illa abrogavit Imp. Juſtinianus.*
10. *Quid ſi conjuges cohabitare ſibi invicem nolint?*
11. *Compellendi ad hoc ſunt à Magiſtratu eccleſiaſtico.*
12. *Non permittendum arbitrio privatorum, quod publicè eſt præceptum.*
13. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
14. *Ejusdem Decreta, n. 15. 16.*

1 PErpetuum & indiſſolubile quia eſt vinculum matrimonii, *Matth. 19. §. nuptiæ. Inſt. de patr. poteſt.* quin & fœdus divinum, *Proverb. 2. verſ. 17. Malach. 2. verſ. 14.* autoritate huma-
2 na † nequaquam diſſolvi debet; multò minus mutuò conjugum diſſenſu. Non enim
3 eadem eſt † in diſſolutione vinculi hujus libertas per diſſenſum; quæ fuit in ejusdem obligatione & conſtrictione per conſenſum, quia obligatio facta eſt in rem ſua natura indiſſolubilem, à qua proinde nec alterutri, nec utrique propriò auſu diſcede-
4 re fas eſt, usque adeò, ut † nec ſeparare ſe queant conjuges quoad torum & menſam, ſed invicem cohabitare teneantur, Paul. Cypræ. *de jur. connub part. 2. c. 8. num. 19.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 639.* Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap. 65.*
5 † quia per conjugium inducitur perpetua vitæ conſuetudo & habitatio inter maritum & uxorem, *dict. §. nuptiæ. Inſtit. de patr. poteſt.* Landr. *lib. 1. art. 45. & lib. 3. art. 45.* Daß das Weib ſey ihres Mannes Genoſſin / und trete in ſein Recht / wenn ſie in
6 ſein Bette gehet. † Ex quo enim homo ſeparare prohibetur, quod DEUS conjunxit, *Matth. 19. verſ. 6.* ſatis ipſiſmet conjugibus interdictum eſt, mutuò diſſenſu ſeſe diſſeparare & ſejungere, quia & ipſi pronunciatò illò generali comprehenduntur, Gerhard. *dict. loco.* † Quod & claris inculcat verbis 7
D. Apoſtolus, quando ait: Iis, qui matrimoniò juncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus; uxor à viro non diſcedat; vir uxorem non dimittat, *1. ad Corinth. 6. verſ. 10.* quod tamen fieret, ſi conjugibus quoad torum & menſam ſe invicem ſeparare fas eſſet. Ne dicamus de ſcandalo, quod hinc datur Eccleſiæ, † contemtu ordinationis divinæ, 8
ſciſſura ſocietatis conjugalis ſanctiſſimæ, infinitis in familiam & politiam inde reduntantibus incommodis. Ut merito Imper. Juſtinianus divortia ex mutuo conſenſu facta penitùs abrogaverit: † *Quia*, inquit, *ex* 9
conſenſu aliqui usque ad præſens alterna matrimonia ſolvebant, hoc de cætero fieri nullo ſinimus modo, niſi forte caſtitatis concupiſcentiâ quidam hoc fecerint. Novell. 117. cap. 10. in pr.

† At quid ſi præcepto divino conjuges ſe 10
ſubtrahant, nec cohabitare velint? Perſuaſionibus pariter & ſeveris adhortationibus
† ad hoc ſunt adigendi à Magiſtratu Eccle- 11
ſiaſticò, prout patet *ex cap. intellexim9. 6. verb. final. Nihilominus eum rogas, ut eam recipiat & maritali affectione pertractet, extr. de adult. & ſtupr. & cap. literas tuas. 13. in verb. ad reſtitutionem plenariam eccleſiaſtica debet cenſurâ compelli, extr. de reſt. ſpoliat.* ibique Panormit. & Felin. *in cap. 1. extr. de ſponſalib. num. 8.* Beuſt. *dict.*

12 *dict. loco.* Nec † enim privatorum arbitritrio concedendum, quod jure pariter divino & humano præceptum eſt, alioquin contumaciæ & inobedientiæ feneſtra aperiretur latiſſima, criminisque permiſſio nova crearet litigia & publica turbaretur lætitia, *l. nemo. 3. C. de epiſc. audient.* Johan. Bodin. *lib. 1. cap. ult.* Ventur. de Valent. *in parthen. litigioſ. lib. 2. cap. 10. num. 9.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Præfecto Dresdenſi die 9. Martii, Anno 1627.* (*Verba Reſcripti:* 13
Als iſt unſer Begehren/ ꝛc. Ihr wollet zu Verhütung mehrers Aergernüſſes und andrer beſorglicher Ungelegenheit ihrem Ehemann bey Straf 50. Thlr. alsbald auferlegen/ daß er ohne fernern Verzug ſein Eheweib und mit ihr erzeugtes Kind zu ſich nehmen/ dieſelben mit nothdürfftigem Unterhalt verſorgen/ſich auch gegen ihnen/ wie einem Ehemann geziemet/ vernünfftig und mit gebührender Beſcheidenheit verhalten ſol/ ꝛc.)

It. † *in cauſa Joſephi H.* zu *P.* Klägern an einem/ Borbaren ſein Eheweib Beklagte anders Theils/ *die 11. Maji Anno 1610.* (*Verba Decreti:* Dieweil Kläger ſelbſten geſtändig/ daß er Beklagte/ ob ſolte ſie von ihme nicht ſchwanger geweſen ſeyn/ aus Irrthum bezüchtiget/ und ſich bishero von ihr geſondert; So iſt er ſie und ihre beyde Kinder wiederum zu ſich zu nehmen/ mit nothdürfftigem Unterhalt zu verſorgen und eine Bürgerliche Nahrung anzuſtellen/ Beklagte auch ihme ſolches treulich zu befördern/ und das Seinige fleißig zu Rathe zu halten ſchuldig/ V. R. W.) 14

It. † *in cauſa Georgii P.* zu *T.* Klägern an einem/ Chriſtinen ſein Eheweib/Beklagte anders Theils betreffende/ ꝛc. *die 27. Martii Anno 1618.* (*Verba Decreti:* Ob wol Beklagte wider die geklagte *deſertion exceptionem ſævitiarum* vorgewendet. Dieweil aber Kläger derer nicht geſtändig geweſen/ und ſich aller Beſcheidenheit künfftig gegen ihr zu verhalten zugeſaget/ ſie auch derentwegen nichts beybringen können; So iſt ſie ihme hinwieder ehelich beyzuwohnen und nachzufolgen/ dagegen er ſie mit nothdürfftigem Unterhalt zu verſorgen/ und aller Thätlichkeit ſich gegen ihr zu enthalten ſchuldig: Im widrigen Fall werden ſie darzu billich *compellicet* und angehalten/ V. R. W.) 15

It. † *in cauſa* George *T.* Klägern an einem/ Marthen ſein Eheweib/und ihren kriegiſchen Vormunden Matthes *R.* Beklagte anders und dritten Theils/ *die 27. Oct. A. 1609.* (*Verba Decreti:* Demnach Kläger vorbringen laſſen/ daß ihm ſein Weib eine Zeithero nicht beygewohnet/ und ihr Eingebrachtes aus Verleitung ihres kriegiſchen Vormundens entzogen; Derowegen zu ehelicher Beywohnung und Darreichung der Nutzung von ihren Gütern ſie anzuhalten gebeten/ Beklagte aber weder der *deſertion*, Verleitung/ oder Vorenthaltung einiger Nutzung ihres eingebrachten Guths geſtändig geweſen/ ſondern dawider *exceptivè* eingewendet/ daß ſie mit ſtetswährender Kranckheit beladen/ von ihrem Manne keinen Unterhalt erlangen können/ und wegen Abfalls ſeiner Nahrung in Gefahr ſtünde/ daß ſie um ihre Armuth gäntzlich gebracht werden möchte. Als haben wir der Beklagten auferlegt/ ihrem Ehemanne nicht allein zu Tiſche/ ſondern auch/ ſo viel ihr wegen der angezogenen Kranckheit müglich/ zu Bette beyzuwohnen/und die Abnützung von ihrem Vermögen ohne Abbruch zu reichen/ dabey ſol ihr von dem Ehemanne nothdürfftiger Unterhalt verſchaffet werden/ꝛc.) 16

DEFINIT. CCIIX.

Cohabitationem detrectantes à Magiſtratu politico carcere quandoque aliâve pœnâ arbitrariâ ad eam compelluntur.

SUMMARIA.

1. *Conjuges ad cohabitationem compellendi.*
2. *Et à Magiſtratu politico pœnis propterea ſubjiciendi, n. 10.*
3. *Quibus ex rationibus & fundamentis?*
4. *Delicta puniri publicè intereſt.*

5. Quod

5. Quod inobedientes cautiùs mercari diſcant. n. 6.
7. Perſonæ deſponſatæ ad conſummationem matrimonii pœnis adigendæ.
8. Cur non ergò etiam conjuges ſe ſeparantes ad cohabitandum?
9. Clara hac de re adducitur ſanctio Electoralis.
11. Pœnis arbitrariis contumacia coërcetur.
12. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.
13. Ejusdem Decreta. n. 14. 15.

1 NEquaquam ergò malitiæ conjugum cohabitationem detrectantium eſt indulgendum, ſed res ita componenda, quò omni ſuſpicione ſiniſtrâ rixaque ſepoſitâ animi eorum reconcilientur, & ad cohabitandum conjuges adigantur, non modo perſuaſionibus amicabilibus; ſed etiam minis: usque adeò,
2 † ut ſi in contumaciâ perſeverent, coërcitioni Magiſtratûs politici ſubjiciantur, certaque mulctâ vel pœnâ ad hoc compellan-
3 tur. Nec † enim (1.) quisquam negaverit, contumaciam ejusmodi inter crimi-
4 na & delicta referri, quæ puniri † publicitùs intereſt, *l. in delictis. §. cum dominus. ff. de nox. action. l. Stychum aut Pamphilum. ff. de ſolut. l. ita vulneratus. ff. ad Leg. Aquil. ſi longius. §. 1. de judic.* Vincent. de Franch. *deciſ. Neapolit. 98. n. 2.* Jacob. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 127. numer. 64. & part. 4. quæſt. 140. numer. 51.*
5 † quò inobedientes in poſterum cautiùs mercari diſcant, *l. ſi pœnam. ff. de pœn. can.*
6 *prodeſt ſeveritas. 23. quæſt. 5.* † & ut quos majorum exempla a malis non revocant, pœna caſtiget, *l. 1. C. de emendat. propinq. cap. ut clericorum. extr. de vit. & honeſt. cler. can. plurimos. diſt. 82. cap. felicis. §. in pœnis. extr. de pœn. in 6to.*
7 (2.) † Et cum perſonæ deſponſatæ conjugium per nuptias ſeu benedictionem ſacerdotalem conſummare nolentes, mulctâ pecuniariâ vel incarceratione, aliâve pœnâ arbitrariâ ad hoc adigantur; veluti diximus *ſupr. Defin. 133. & ad Conſt. Elector. 20. part. 4. Defin. 10.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal.*
8 *cap. 61. verſ. hic ſciendum eſt.* † cur non multò magis poſt matrimonium per nuptias conſummatum conjuges ſeſe ſeparantes iisdem pœnis atque mediis ad cohabitationem compellerentur? cùm longè faciliùs rumpantur ſponſalia, quàm matrimonium per nuptias conſummatum, *cap. quemadmodum. 25. verſ. alioquin. extr. de jurejur.*

(3.) † Quod & clarâ ſanctione Electorali approbatum legitur *in Ordinat. eccleſ. ſub. tit.* Von Eheſachen. *Rubr.* Von den Ehegatten/ ſo einander böſslich verlaſſen. *& in Ordinat. matrimon. de Anno 1624. punct. 3. §.* Würden auch. *ibi:* Würden auch zwey Eheleute ſich ſelbſt von einander ſondern/ ungeachtet/ daß ſie gleich nicht auſſerhalb Landes gewichen/ und ſie wolten ſich beyderſeits nicht wieder verſöhnen laſſen: So ſollen ſie beyde/ oder das eine Theil/ ſo unverſöhnlich/ mit Gefängniß ſo lange geſtraft werdē/ bis ſie einander/ wie ſichs gebühret/ ehelich beywohnen. Quamvis autem ſolius incarcerationis ibidem fiat mentio, † 10 9
non tamen mulcta pecuniaria vel etiam relegatio excluſa cenſetur, poſtquam pœnæ hæ ſunt æquè arbitrariæ, Bartol. *in l. quid ergò. 13. §. pœna gravior. verſ. quæro. ff. de his, qui not. infam. & in l. hodiè. 13. ff. de pœn.* ubi Matth. Weſenbec. *num. 3.* Nicol. Reusner. *libr. 2. deciſ. 16. num. 3.* † arbitrioque Magiſtratûs politici relictum eſt, quâ pœnâ, quôque mediô contumaces coerceri, & ad 11
debitam obedientiam compelli faciliùs poſſe exiſtimat, Bidenbach. *in tract. de cauſ. matrim. pag. 26. & 27.* Johann. Harpprecht. *de rubr. Inſtitut. de nupt. numer. 135.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Senatui Haynenſi, die 22. Octobr. Anno 1628. (Verba Reſcripti: Begehren hierauf/ ꝛc. Ihr wollet ihn alsbald zum wenigſten auf 8. Tage mit Gefängniß-Strafe belegen/ und deſſelben nicht ehe entledigen / er habe denn vorher zugeſaget/ daß er ſeinem Weibe hinfüro beywohnen/ ſie und das Kind mit nothdürfftigem Unterhalt verſorgen/ ſich eines gottſeligen/ eingezogenen und nüchtern Lebens befleißigen/ ſeiner Nahrung abwarten/ und ſich zur Kirchen und Gebrauch des heiligen Abendmahls einſtellen/ auch ſein Weib davon nicht abhalten wolle/ ꝛc.) 12

It. † in cauſâ Hanſen H. zu R. an einem/ ſein Eheweib Annen anders Theils belangende/ *die 10. April. An. 1618. (Verba Decreti:* Daß beyde Theile/ ihres Vorwendens ungeachtet/ einander wiederum ehelich beywohnen / und ihrer Hand-Arbeit ſich 13

Chriſtlich nehren/oder von der weltlichen Obrigkeit durch Gefängniß-Strafe darzu angehalten werden ſollen. Darnach ſie ſich zu achten/ ꝛc.)

It. † *in cauſâ* Annen/Simon O. Eheweibes/Klägerin an einem / itzo gedachten ihren Ehemann/Beklagten anders Theils/*die 12. Junii, Anno 1611.* (*Verba Decreti*: Daß Beklagter ſein Eheweib ſamt ihren beyden Kindern zu ſich zu nehmen/ und mit nothdürfftigem Unterhalt zu verſorgen / dabey ſie ihme in der Haußhaltung treulich vorzuſtehen/ und ſchuldiges Gehorſams ſich zu bezeigen pflichtig. In Verbleibung deſſen werden beyde Theile von der weltlichen Obrigkeit durch gebührliche Mittel darzu billich angehalten/V.R.W.) 14

Et † *in cauſâ* Eliſabethen/Lucä W. Eheweibes zu G. Klägerin an einem itzo gedachten ihren Ehemann/ Beklagten anders Theils/*die 22. Junii, Anno 1611.* (*Verba Decreti*: Daß Beklagter Klägerin ſein Eheweib mit ihrem Kinde zu ſich zu nehmen/ und mit nothdürfftigen *Alimen*ten zu verſorgen/dagegen ſie ihme in der Haußhaltung mit treuem Fleiß beyzuſpringen ſchuldig. In deſſen Verbleibung werden beyde Theile von der weltlichen Obrigkeit durch gebührliche Mittel darzu billich *compelli*ret und angehalten / V.R.W.) 15

Definit. CCIX.

Uxor ſi diu à marito abfuerit, priusquam ſuſpicionem adulterii purgaverit, vitæque honeſtæ ſpeciem demonſtraverit, maritus ad cohabitationem compelli haut debet.

SUMMARIA.

1. *Res ſuſpectiſſima habetur, quando uxor à marito diu abeſt.*
2. *Quam maritus non ſimpliciter in totum recipere tenetur.*
3. *Sed injungenda ei priùs demonſtratio innocentiæ.*
4. *Licèt aliàs qualibet perſona præſumatur honeſta.*
5. *Cum diuturnâ abſentiâ plerumque conſpirat tacitum adulterium.*
6. *Fortior præſumtio debiliorem vincit.*
7. *Fornicatio & adulterium ſunt de genere delictorum occultorum.*
8. *In delictis occultis probatio conjecturata pro concludenti habetur. n. 10.*
9. *Criminis certitudo non alia requiritur, quàm quæ haberi poteſt.*
11. *Sufficit tamen hoc caſu innocentiæ qualis qualis demonſtratio.*
12. *Non denegandum uxori, quod permittitur marito.*
13. *Correlativorum eadem eſt juris diſpoſitio.*
14. *Rei conditio favorabilior eſt conditione actoris.*
15. *In iis, quæ ſunt difficilis probationis, ſufficit judicis informatio.*
16. *Conſiſtorii Supremi Decretum.*

1 Res certè ſuſpectiſſima eſt, ſi uxor maritô relictô aliud virorum quærat conſortium, vel ſaltem aliquot annos abſit: Vix enim fieri poteſt, ut vitam ducat honeſtam, nec ad fornicationem vel adulterium ſe induci patiatur.
2 Quare iniquum foret, † maritum haut præviâ cognitione ac probatione innocentiæ ad cohabitationem compellere.
3 Obtinuit ergò, ut † injungatur uxori probatio vel ſaltem demonſtratio ſummaria, quòd abſens vitam duxerit honeſtam, ac fidem conjugalem ſervaverit, idque non alienum à mente Pontificis *in cap. literas tuas. 13. in verb. quia præſumitur contra eam, quæ ſine judicio Eccleſiæ ſuâ tantùm temeritate receſſit à viro, &c. extr. de reſtit. ſpoliat.*

† Nec eſt, quòd opponatur marito præſumtio honeſtatis, unde onus probandi contrarium ipſi potiùs videtur imponendum, *l. ab ea parte. ff. de probat.* Bartol. *in l. quoties. ff. ſi quis caution.* Dec. *conſil. 397. n. 4.* † Ex quo enim cum diuturnâ abſentiâ plerumque conſpirare cenſe- 4 5

tur

tur tacitum adulterium, ut notat ex Be-
zâ Henn. Arniſ. *de jure connub. cap. 6. ſect. 6.*
num. 4. Joh. Schneidevvin. *ad tit. Inſtit. de*
nupt. ſub rubr. de divort. n. 44. ceſſat hoc
caſu præſumtio honeſtatis, & intrat in
locum ejus ſuſpicio fornicationis vel ad-
6 ulterii, quæ † ceu fortior præſumtionem
caſtitatis vincit, *l. divus.* & ibi Bald. *ff. de*
in integr. reſtit. cap. illud. extr. de præſumt.
Dec. *conſil. 740.* Jaſon. *lib. 2. conſil. 235. in*
fin. Ne dicamus adulterium conjugis à
maritò hoc ipsò demonſtrari, quò probat
abſentiam ejus diuturniorem longè ſuſpe-
7 ctiſſimam. † Eſt ſiquidem fornicatio &
adulterium de genere horum delictorum,
quæ clàm & abditè ſolent perpetrari, ut vix
de iis certò conſtare, vel probatio eorum
indubitata adduci queat, *l. conſenſu. 8. §. 6.*
C. de repud. Jacob. Menoch. *libr. 2. de ar-*
bitr. jud. quæſt. cent. 2. caſ. 116. 11. & libr. 5.
præſumt. 41. numer. 1. Joſeph. Maſcard. *de*
probat. concluſ. 57. num. 3. vol. 1. Joachim.
Mynſing. *decad. 1. reſponſ. 1. numer. 20. &*
ſeq. Laurent. Kirchov. *cent. 1. commun.*
8 *opin. concluſ. 5. verſ. adulterium.* † Quare
in occultis ejusmodi delictis probatio
conjecturata pro concludenti habetur,
Balduin. *in l. quicunque. col. 6. verſ. 8. C. de*
ſerv. fugit. Dec. *in cap. licet cauſam. num. 12.*
in fin. extr. de probat. Nicol. Boër. *deciſ.*
164. num. 4. Tiber. Decian. *libr. 1. conſil. 18.*
9 *num. 22.* † Neque criminis certitudo alia
requiritur, quàm quæ haberi poteſt, Joh.
Georg. Gödelm. *in tract. de mag. veneſ. &*
lam. libr. 3. cap. 10. num. 47. Dan. Moller.
10 *ad Conſtit. Elect. 2. part. 4. n. 15.* † eamque
probationem conjecturatam hujusmodi
in delictis haut obſcurè firmat Sereniſſimus
Saxoniæ Elector *in Conſtit. 45. part. 4. verb.*
Und können doch derowegen keine gewiſſe
Nachrichtung thun / ꝛc. ut demonſtravi *in*
Defin. 5. ad dict. Conſt. 45. & in Pract. crim.
part. 2. quæſt. 96. n. 55. & ſeqq.

Cæterum uxori hoc caſu † non proba- 11
tio certa, ſed qualis qualis demonſtratio
innocentiæ injungi debet, ſcilicet quia
ſola præſumtione gravatur, audienda o-
mninò erit, ſi fortiore præſumtione con-
trarium demonſtrare velit, † nec dene- 12
gandum uxori accuſatæ medium proba-
tionis præſumtivæ; quo admittitur mari-
tus illam fornicationis & adulterii incul-
pans, ſaltem ex naturâ correlativorum,
quæ eandem † admittit juris diſpoſitionem 13
eundemque favorem, Alex. *lib. 5. conſil.*
131. n. 2. Nicol. Boer. *deciſ. 48. num. 3.* Ri-
pa *in l. ſi plagii. 123. n. 11. ff. de verb. obligat.*
& forma proceſſus in uno correlativorum
traditus in alio etiam eſt admittendus, Sylv.
de feud. recognit. quæſt. 31. num. 2. Roman.
conſ. 129. n. 3. præſertim cùm intuitu hujus
exceptionis à marito oppoſitæ uxor ſuſti-
neat partes rei, † cujus conditio longè fa- 14
vorabilior conditione actoris, *l. favorabi-*
liores. 25. ff. de reg. jur. l. Arrianus. 41. ff. de
obligat. & action. Cephal. *conſ. 573. num. 12.*
Joh. Petr. Surd. *lib. 1. conſil. 112. numer. 25.*
Quin † & alias in iis, quæ ſunt difficilis 15
probationis, ſufficit judicis informatio
facta per vehementem opinionem, *l. non*
omnes. §. à barbaris. ff. de re militar. Bar-
tol. *in l. in illa. 8. ff. de V. O. num. ult.* nec non
probatio præſumtiva, Jaſon *vol. 6. conſil. 141.*
n. 7.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ Gregorii H.* zu *S.* Klägern an einem / Marthen 16
ſein Eheweib / Beklagte anders Theils / *die 14. Octobr. Anno 1608.* (*Verba Decreti:*
Daß Kläger ſeinem Weibe / ehe und zuvor ſie ihres Verhaltens die nächſt-ver-
ſchienen ſechs Jahr / als ſie von ihrem Manne geweſen / glaubwürdigen Schein
einbracht / beyzuwohnen / oder ihr *Alimenta* zu geben nicht ſchuldig / V. R. W.)

DEFINIT. CCX.

Separatio conjugum quoad torum & menſam verum divortium non eſt; & quomodo ab eo differat?

SUMMARIA.

1. *Divortia non facilè nec temerè concedenda.*
2. *Faciliùs permittitur ſeparatio quoad torum & menſam, quàm divortium.*
3. *Separatio quoad torum & menſam à Pontificiis adinventa.*
4. *Verum divortium non eſt. n. 6. 16.*
5. *Licèt largâ divortii appellatione contineatur.*

7. Di-

7. *Divortiô factô, innocenti datur facultas novum inire matrimonium.*
8. *Non etiam factâ ſeparatione quoad torum & menſam.*
9. *Per divortium ipſum diſſolvitur conjugii vinculum.*
10. *Sed non per ſeparationem quoad torum & menſam.*
11. *Non coitus, ſed maritalis affectio facit conjugium.*
12. *Perpetua ſit diſſolutio matrimonii per divortium.*
13. *Non ſemper per ſeparationem quoad torum & menſam.*
14. *Solum adulterium & malitioſa deſertio cauſantur divortium.*
15. *Aliis verò etiam ex cauſis conjuges ſeparantur quoad torum & menſam.*
17. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
18. *Ejusdem Decretum.*

1 ABsque causâ vel ob cauſam ſaltem
temerariam ſeparationem conjugum
nemo vel Theologorum vel
JCtorum unquam probavit, tantum
abeſt, ut contra prohibitionem divinam
temeraria admiſerit divortia: Ac licèt
cauſa præter fornicationem & deſerti-
2 onem malitioſam ſubſit juſta, † ſeparationem
tamen magis quoad torum & menſam,
quàm verum divortium decernen-
3 dam judicârunt; Eamque primitùs † Canones
pontificii, cùm divortium verum
nullum admitterent, in ejus locum ſubſtituerunt,
tàm ſacris literis, quàm legibus
Romanorum incognitam. Nam quod
Bellarminus ſcribit *lib. 1. de matrim. cap. 14. in pr.* JCtos ſub nomine divortii complecti
dimiſſionem quoad torum & menſam,
& hujus fieri etiam mentionem *in*
4 *tit. de divort.* † falſum & in ſcholis JCtorum
inauditum dicit Henn. Arniſ. *de jur. connub. cap. 6. ſect. 2. num. 8.* Rectè ſanè,
quia verum non eſt divortium, quod fit
haut animo perpetuam conſtituendi diſſenſionem,
ut ait JCtus Paulus *in l. divor-*
5 *tium. 3. ff. de divort.* Quantumvis † ergò
ſeparatio conjugum quoad torum &
menſam, die Eheſcheidung zu Tiſch und
Bette / largâ voculæ acceptione dicatur
6 divortium, † propriè tamen loquendo
tale non eſt, Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 637.* Joachim. à Beuſt. *in tract. de jure connub. part. 2. cap. 9.* Matth. Weſenbec.
in parat. ff. de divort. n. 11. Henning. Arniſ.
dict. ſect. 2. n. 8.

Nec parùm à verô divortio differt hæc
7 ſeparatio. (1.) † illud namque facultatem
tribuit innocenti novum inire matrimonium
cum aliâ perſonâ, *l. vir mulieri. 64. ff. de donat. int. vir. & uxor. ſupr. Definit. 190. & 192.* Beza *de divort. fol. 178.* Johann.
Schneidevv. *ad tit. Inſtit. de nupt. ſub Rubr.*
8 *de divort. num. 35. & ſeqq.* † non etiam
ſeparatio quoad torum & menſam, velut
apparet ex verbis D. Apoſtoli: His,
qui matrimoniò juncti ſunt, præcipio non
ego, ſed Dominus, uxorem à virô non diſcedere,
quod ſi diſceſſerit, manere innuptam,
aut viro ſuo reconciliari, *1. ad Corinth. 7.* Joachim à Beuſt. *dicto loco.*

(2.) Conſequens hinc porrò eſt, † di- 9
vortium verum ipſum diſſolvere matrimonii
vinculum, individuamque vitæ conſvetudinem,
quam promittit & firmat
conjugium, *§. 1. Inſtit. de nupt.* Henning.
Arniſ. *dict. ſect. 2. num. 11.* quod nequaquam
de ſeparatione illâ aſſerendum, † quâ non 10
ſolvitur conjugii vinculum, ſed ſaltem
conjugibus permittitur diſceſſus à toro &
menſâ, ipsò adhuc durante matrimoniô:
Licèt enim ſeparatim habitent vir
& uxor, *l. nihil. ff. de act. rer. amotar.*
quod ſcimus interdum & inter conſulares
viros ſubſecutum, *l. cum hic ſtatus. §. ſi mulier. ff. de donat. int. vir. & uxor.* tamen
ſi honorem invicem matrimonii habeant,
nuptiæ etiamnum durant, † quia non 11
coitus, ſed maritalis affectio facit conjugium,
dict. §. ſi mulier. 13. Arniſ. *dict. loco.*
Matth. Weſenbec. *in not. ad Johann. Schneidewin. in Inſtit. de heredit. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de ſucceſſ. int. vir. & uxor. n. 23. lit. b.* Jacob. Schult. *in addit. ad Georg. Rotſchitz. in tract. de dotal. art. 7. num. 1. verſ. ſecundò declara.* Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 26. n. 2. part. 3.*

(3.) † Porrò divortium fit animô per- 12
petuam conſtituendi diſſolutionem, ut
ſpes ulterioris cohabitationis ſit nulla:
At ſeparatio domeſtica quoad torum &
menſam inter maritum & conjugem fit
ſaltem ad certum tempus propter reconciliationem,
quæ intra illud tempus ſperatur,
cap. 1. & 2. extr. de divort. Joachim.
à Beuſt. *dict. cap. 9.* Hieron. Schurff. *centur. 1. conſil. 42.* † ex quo verum facere 13
nequit divortium, argumentante ſic
JCtô Paulô, quando ait: *Divortium non eſt verum, niſi quod animô perpetuam reſtituendi diſſenſionem fit. Itaque quicquid in calore iracundiæ vel fit vel dicitur,*

non

non priùs ratum eſt, quàm ſi perſeverantia apparuit, judicium animi fuiſſe: ideoq; per calorem miſsô repudiô, ſi brevi reverſa uxor eſt, nec divertiſſe videtur, in l. 3. ff. de divort. Matth. Weſenbec. *in parat. eod. tit. n. 1.* Johann. Gerhard. *dict.* §. 637. Arniſ. *dict. ſect. 2. n. 8. & 9.*

14 (4.) Differunt † tandem etiam quoad cauſas: ut enim ſuprà monuimus, verum haut conceditur divortium, niſi ex causâ fornicationis ſive adulterii, & deſertionis malitioſæ, *Matth. 5. & 19. 1. Corinth. 7. verſ. 15.* Johan. Gerhard. *dict. §. 38. in pr.* Henn. Arniſ. *de jur. connub. cap. 6. ſect. 4.* Martin. Chemnit. *in exam. Concil. Trident. part. 12. can. 6. & 7. ſeſſ. 8. pag. 262. & ſeq.* † At aliis 15
etiam ex cauſis ſeparari poſſunt conjuges quoad torum & menſam, veluti ob unius vel alterius ſævitiam, machinationem mortis, continuas rixas & inſidias, &c. † & hinc 16
nemini non poteſt eſſe notiſſima inter hanc ſeparationem & verum divortium differentia, Hier. Schurff. *dicto loco.* Gerhard. Arniſ. & Beuſt. *cit. locis.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Martini N.* zu *A. die 27. Septembr. Anno* 17
1611. (Ve. ba Sentent. Hat eure Tochter Barbara ſich vor etlichen Jahren mit Thomas B. verheyrathet/auch zwey Kinder mit ihme gezeuget: Nachdem ſie aber uneins worden/ſich untereinander vielfältig geärgert und gezancket/alſo daß es zum Schlagen kommen/ihr Ehemann auch ſich etlicher betraulicher Reden gegen ihr vernehmen laſſen/alſo daß ſie nicht wieder zu ihm gewolt/ſeynd ſie endlichen vermittelſt des geiſtl. *Conſiſtorii* zu Wittenberg von einander geſchieden worden/und es giebt ſich anitzo einer an/ſo bemeldte eure Tochter zu heyrathen gemeynet. Ob ſie nun wol Luſt zu ihm träget/ihr auch der Meynung ſeyd/ daß ſolches fortgängig ſeyn möchte/alldieweil die Eheſcheidung einmal erfolget. Dieweil aber dennoch dieſelbe weiter nicht als zu Tiſche und Bette geſchehen / und alſo für kein rechtes *Divortium* und eigentliche Eheſcheidung zu achten/noch dadurch das *Vinculum Conjugale* oder Band der Ehe gäntzlichen getrennet/alſo daß die Ehe durchaus *caſſiret* und aufgehoben worden; So mag dahero mehr-erwehnter eurer Tochter ſich anderweit zu verehlichen keines Weges verſtattet und nachgelaſſen werden/ſondern ſie wird vielmehr von euch dahin gehalten und vermahnet / daß ſie mit ihrem Manne ſich vereinige/und ſie beyde Chriſtlichen hinfüro ſich bezeigen und bey einander wohnen/ V.R.W.)

Et † *in causâ* Barbaren/Andreä N. Eheweibes/Klägerin an einem/itzo gedachten ih- 18
ren Ehemann/ Beklagten anders Theils/*die 29. Jul. Anno 1629. (Verba Decreti:* Dieweil Beklagter an Eydes ſtatt zugeſaget und gelobet / ſein Weib ferner an ihren Ehren nicht zu ſchmähen/noch ſie und die Kinder mit Schlägen zu beläſtigen/darauf die Klägerin ſich abermals mit ihm ausſöhnen laſſen / und ihme wiederum ehelich beyzuwohnen bewilliget; So iſt Beklagter ſolcher ſeiner betheuerlichen Zuſage nachzukommen ſchuldig; In Verbleibung ſol er in der weltlichen Obrigkeit unnachläßige Strafe fallen/und ſein Weib itzo alsdann/und dann wie itzo zu Tiſche und Bette geſchieden ſeyn/ V.R.W.)

Definit. CCXI.

Solâ Magiſtratûs eccleſiaſtici autoritate, & præviâ cauſæ cognitione facienda ſeparatio conjugum quoad torum & menſam.

SUMMARIA.

1. *Differt ſeparatio quoad torum & menſam à vero divortio.*
2. *Utroq; tamen caſu ſeparationis autoritas Magiſtratûs accedat, neceſſe eſt.*
3. *Examinatur doctrina Bellarmini hac de re.*
4. *Separatio quoad torum & menſam autoritate Magiſtratûs eccleſiaſtici fieri debet.*
5. *Nemo poteſt eſſe judex in propriâ causâ.*
6. *Clara hujus rei ſanctio in provinciis Electoratûs Saxonici.*
7. *Separatio quoad torum & menſam*

non poteſt fieri absque juſtâ causâ.
8. Ante omnia reconciliatio inter conjuges tentanda eſt.
9. Ac eâ demum fruſtrà tentatâ ad ſeparationem deveniendum.
10. Decreta Conſiſtorii Supremi, n. 11.

1 PAtet hinc, quàm multùm differat ſeparatio conjugum quoad torum & menſam à verò divortiô, ut haut parùm errent Canoniſtæ hæcce duo confundentes; Conveniunt nihilominus in eo, quòd nec divortium, nec ſeparatio quoad torum & menſam propriè fieri queat auſu

2 & lubitu conjugum: ſed Magiſtratûs † eccleſiaſtici autoritas accedat, neceſſe eſt. Aliter licèt dicat & diſtinguat Bellarminus *in lib. de matrimon. c. 14.* quando ſcribit: *Divortium quoad torum tantùm propriâ autoritate fieri poteſt, at divortium quoad habitationem, quia res eſt publica, & quæ ſcandalizare poteſt cæteros, non poteſt fieri, niſi Eccle-*

3 *ſiæ judicio.* † Excipit nimirum Bellarm. ſeparationem quoad ſolum torum, eamque privato conjugum permittit arbitrio; quod eatenus largimur, quatenus in caſu fornicationis pars innocens ab adulterâ abſtinet, ne culpam condonâſſe videatur, Joh. Gerhard. *in loco de conjug.* § 937.

4 † Extra verò hunc caſum ſeparatio quoad torum pariter & menſam absque prævia cauſæ cognitione & decretô Magiſtratûs eccleſiaſtici nunquam facienda, Gerh. *dicto loco.* Hier. Schurff. *cent. 1. conſil. 92.* Joh. Schneidevv. *ad pr. Inſtit. de nupt. ſub tit. de*

5 *divort. n. 5.* (1.) † Non enim quisquam in propriô negotiô & causâ judex eſſe poteſt, *l. un. C. ne quis in ſuâ cauſ. jud. vel jus ſibi dicat.* Oldrad. *conſil. 156. num. 1. & ſeq.* quod certè fieret, ſi ipſis conjugibus fas eſſet, ſuper ſeparatione quoad torum & menſam concernere: & quot quæſo confuſiones, incommoda & pericula varia inde eſſent metuenda? (2.) † In provinciis Electora- 6
tûs Saxonici de hoc minus dubitandum propter claram ſanctionem *in Conſtit. 26. part. 3. verb.* Es wäre dann die Eheſcheidung zwiſchen Mann und Weib zu Recht erkannt/ꝛc. quæ verba de ſeparatione quoad torum & menſam accipienda eſſe, demonſtravimus *in Jurispr. forenſ. ad Conſt. Elect. 26. Defin. 16. & 17.* iisque ſi jungantur præcedentia, manifeſtò apparet, pro malitioſâ deſertione haberi hanc ſeparationem, ſi non acceſſerit decretum Magiſtratûs. (3.) † Et 7
cùm ſeparatio hæc non obtineat, niſi juſta ſubſit cauſa; haut certè fieri poterit absque præviâ cognitione Magiſtratûs, cujus ſolius judicio committendum, quænam cauſa probabilis & ſufficiens habeatur. † Quin & re- 8
conciliationis tentamen ſemper præcedere debet, quod ipſum etiam ad officium ſpectat Magiſtratûs, qui tentatis fruſtra omnibus mediis atque remediis reconciliationis, † 9
tandem ad extremum illud, videlicet ſeparationem quoad torum & menſam deſcendit, ad majora ſcilicet mala, videlicet homicidium, veneficium, aliaque crimina præcavenda, prout Conſiſtoriorum Eccleſiaſticorum praxis docet.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Annen/Aſmus K. Eheweib/Klägerin an einem/ 10
itzo gedachten ihren Ehemann/ Beklagten anders Theils/ *die 4. Sept. Anno 1618.* (*Verba Decreti:* Auf Klage/ Antwort und ſchrifftliche Kundſchafft in *Sævitien* Sachen Annen/Aſmus K. zu L. Eheweib/Klägerin an einem/itzo gedachten ihren Ehemann/Beklagten anders Theils/erkennen und ſprechen wir vor Recht: Daraus allenthalben ſo viel zu befinden/ daß Klägerin von ihres Mannes Tiſch und Bette billich geſondert/ und ihr zu ihrem Unterhalt ihr weibliches Einbringen auf vorgehende *Liquidation* und Beſcheinung gefolget wird/ V. R. W.)

Et † *in causâ* Magdalenen/Gottfried M. Eheweibes/Klägerin an einem/ itzo gedach- 11
ten ihren Ehemann/Beklagten anders Theils/ *die 29. Octob. An. 1619.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter Inhalts derer am *11. Novemb. An. 1618.* zwiſchen ihme und ſeinem Weibe aufgerichteten und uns *originaliter* vorgelegten Vergleichung der Klägerin die damalige Schmäheworte und Schlägerey abgebeten/und bey dem Wort der ewigen Wahrheit an eines leiblichen Eydes ſtatt hinfüro dergleichen ſich zu enthalten zugeſagt/auch im Fall der Nichthaltung ſein Vorwerck/die *H.* genannt/freywillig *hypothecir*et/darneben unſers gnädigſten Herrns Strafe ſich unterworffen/ und ſeinem Weibe auf die *ſeparation* zu gehen nachgelaſſen/ dagegen Klägerin itzo mit Beklagtens eigener *confeſſion* und den *producirt*en Uhrkunden dargethan/daß er ſie bishero zu unterſchiedn en Malẽ übel geſchmähet und geſchlagen: So iſt ſie bey ſo geſtalten Sachen wider ihren Willen ihme zu Tiſch und Bette ferner beyzuwohnen/und ihn in ihrem Hauſe und eigenem Vorwerck zu dulden oder das mit ihme erzeugte Töchterlein von ihr zu laſſen nicht ſchuldig; Es ſol ihm auch hiermit/ gegen die Klägerin und ihren Angehörigen aller Thätlichkeit ſich zu enthalten/bey Straf 500. Goldgülden auferleget ſeyn/ V. R. W.)

Defi-

Definit. CCXII.

Impedit ſævitia ſponſi, quo minùs cum eo ſponſa matrimonium per nuptias conſummare cogatur.

SUMMARIA.

1. *Licet marito etiam verberibus uxorem caſtigare. n. 2. 3.*
4. *Modò limites non excedat.*
5. *Ob ſævitiam ſponſi cogi non debet ſponſa ad conſummandum matrimonium.*
6. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n. 9.*
7. *Conſultius eſt rem intactam ſervare, quàm poſt acceptum vulnus remedium quærere.*
8. *Sævitia æquiparatur deſertioni.*
10. *Ob inimicitias capitales ſponſalia diſſolvi queunt.*
11. *Ex ſevitiis infelices conjugii exitus ſunt metuendi.*
12. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 FAs eſt marito, ex poteſtate, quam habet in uxorem, non modò verbis, ſed etiam verberibus eam caſtigare, Gloſſ. *in l. ſed etſi quemcunque. §. ult. in fin. ff. ad leg. Aquil.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 9. cap. 11. n. 14.* Bald. *in l. filius. C. de patr. poteſt. & in l. nec patronis.*
2 *C. de oper. libert.* Quamvis † enim Cato majori laude putet eum, qui ſe bonum maritum exhibet, in Deorum templa, hoc eſt, uxores & filios manus non inferendo, quam qui in ordine Senatorum magnus habetur, teſte Plutarch. *in ejus vitâ.* non tamen invidenda marito poteſtas, quâ in-
3 juriam ab uxore ſibi illatam † verberibus etiam repellere valet, ne vecordiæ ſuſpicionem incurrat, jureque mariti ſe indignum reddat, Alexand. *conſil. 156. col. 3.* Bald. *in*
4 *l. curatorem. C. de interdict. matrim.* † modò non limites caſtigationis excedat; quod certè faciunt ii, qui ante conſummationem conjugii minis atque injuriis excipiunt eas, quas blanditiis ad nuptias allice-
5 re deberent; † quò caſu de ſeparatione vix diſputationi dabitur locus, cum ante nuptias verè & perfectè conjuncti nondum ſint, ut hinc potiùs conſummatio fugienda, quam ex poſtfacto ſeparatio quoad torum & menſam petenda.

Nimirum quando ſponſus ſævitiæ arguitur, matrimonium per nuptias haut conſummandum tutò aſſeverabimus, ſi
6 ſponſa conſortium ejus renuat. (1.) † Quid enim cauſæ eſſet, ut compellerentur conſummare matrimonium, qui poſt conſummationem ejus reſciſſionem quoad torum & menſam petere valent; quin potiùs abſtinendum ab eo, quàm poſtea id dirimendum, & conſultiùs intactam † rem 7
ſervare, quàm poſt acceptum vulnus remedium quærere, *l. 1. C. quando liceat unicuique ſine judice ſe vindicare. l. ult. in fin. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſar. l. antiquæ. §. pen. ff. ad SCtum Vellejan.* Jodoc. Damhouder. *in pract. crim. cap. 76. numer. 5.* Hippol. de Marſil. *in pract. crimin. §. diligenter. num. 19.* Anton. Gomez. *tom. 3. var. reſolut. cap. 3. n. 22.* (2.) † Notum porrò eſt, ſævitiam æquiparari deſer- 8
tioni, Philip. Melanchth. *in loco de conjug.* Joh. Gerhard. *in eod. loc. §. 631.* Quis verò inficias ibit, ſponſam cogi haut poſſe, ut nubat ſponſo, a quo deſerta fuit, *ſupra Defin. 175.* (3.) † Accedit regula illa vulgaris, 9
quòd quando talis accidit caſus, qui ſi tempore ſponſaliorum affuiſſet, ſponſus vel ſponſa in matrimonium nunquam conſenſiſſet, judex tum ad dirimenda ſponſalia propenſior eſſe debeat, Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de ſponſal. §. ult.* Joh. Harppr. *ad rubr. Inſt. de nupt. n. 138.* Joh. Gerhard. *dict. loco. §. 167. pag. 251.* At quæ ſponſa tam fatua eſſet, ut nuberet ei, cujus ſævitium deteſtatur? (4.) † Quod ſi etiam ob inimicitias 10
capitales ſponſalia diſſolvi queant, ut diximus *ſupr. defin. 176.* ambigendum profectò non eſt, quin idem obtineat in caſu ſævitiarum, † ex quibus æquè infelices 11
conjugii exitus ſunt metuendi. Et benè huc facit Reſcriptum Pontificis *in cap. requiſivit. 7. extr. de ſponſal.* quando ait: *Quod cum libera debeant eſſe matrimonia, monenda eſt potiùs mulier, quàm cogenda, cùm coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ Georgii B.* zu Z. Klägern an einem/ Marien/ Caſpar L. Tochter/ Beklagte am andern Theil/ *die 6. Maji. A. 1629.* (*Verba Decreti:* Die- 12

weil Beklagte die angezogene und an ihr verübte *Sævitien* zur Nothdurfft erwieſen/ ſo mag ſie Klägern zu ehelichen wider ihren Willen nicht angehalten werden/ ſondern wird von ſeinen Zuſprüchen billich *abſolvi*ret und entbunden; Wie wir ſie hiermit davon entbinden und loß zählen/und iſt hierüber Kläger für die aufgewendete Unkoſten ihr zwey gute Schock in Sächſiſcher Friſt zu erlegen ſchuldig/welche durch ſeinen Gerichtsherrn in Verbleibung gütlicher Befriedigung durch Zwangs-Mittel von ihm einzubringen/und Beklagter zuzuſtellen/ V. R. W.)

DEFINIT. CCXIII.

Factâ licèt ſeparatione inter conjuges quoad torum & menſam, maritus tamen alimenta uxori præſtare obſtrictus eſt.

SUMMARIA.

1. *Verum divortium diſſolvit ipſum conjugii vinculum.*
2. *Non etiam ſeparatio quoad torum & menſam.*
3. *Factâ ejusmodi ſeparatione, maritus tenetur uxori præſtare alimenta.*
4. *Durante ſcilicet vinculô conjugii.*
5. *Pronunciatum hac de re Conſiſtorialium Lipſienſium.*
6. *Tenor hujus pronunciati ubi reperiatur?*
7. *Reſtringitur hæc aſſertio ad caſum, quo facta ſeparatio ex culpa mariti.*
8. *Uxor, quæ propriâ abeſt culpâ, non petere valet alimenta.*
9. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

Diximus *ſupr. Defin. 210. n. 9.* divortium conjugii verum a ſeparatione quoad torum & menſam inter
1 alia † etiam in eo differre, quòd per divortium diſſolvatur ipſum matrimonii vinculum individuaque vitæ conſvetudo, non etiam per ſeparationem quoad to-
2 rum & menſam. Nam † etſi conjuges ſeparatim habitent, durant nihilominus inter eos nuptiæ; nec coitus, ſed maritalis affectio conjugium facit, *l. cum hic ſtatus. §. ſi mulier. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Matth. Weſenbec. *in not. ad Job. Schneidvv. in Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defert. Rubr. de ſucceſſ. int. vir. & uxor. numer. 23. lit. b.* Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 26. n. 2. part. 3.* Jac. Schult. *in addit. ad Georg. Rotſchitz. in tract. de dotalit. art. 7. num. 1. verſ. ſecundò declara, &c.*

3 † Ex quô perſpicuum eſt, nequaquam liberari maritum à præſtandis uxoris alimentis, quæ propter ejus ſævitiam obtinuit ſeparationem quoad torum & menſam,
4 † durante ſcilicet causâ alimentorum, nempe vinculô matrimonii, ut benè reſponde-
5 runt *Conſiſtoriales Lipſienſes* † *hiſce formalibus:* Dennoch aber und dieweil niemand ſeiner Befugniß ohne rechtliche ausdrückliche Verordnung zu entſetzen/ auch durch Eheſcheidung vom Tiſch und Bette wegen der *Sævitien* das Band der Ehe nicht *caſſi*ret und aufgehoben/ꝛc. So ſeyd ihr auch euerm Eheweibe/ auf *Moderation* und Erkäntniß der weltlichen Obrigkeit/ nothdürfftige *Alimentation* und Unterhaltung zu ſchaffen ſchuldig/ *&c. Menſ. Sept. An. 1622.* cujus pronunciati tenorem retuli verbotenus *in Jurisprud. Forenſi ad Conſtit. Elector. 26. part. 3. Defin. 18.* † ubi & hanc 6 ipſam defenſavi ſententiam, in quam etiam transeunt Proſp. Farin. *in pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæſt. 143. n. 136.* Didac. Covarr. *de matrim. part. 2. cap. 7. §. 5. n. 3.* Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap. 9. ſub fin.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 130. n. 2.*

† Quod ipſum tamen ad eum reſtringi 7 debet caſum, quo facta eſt ſeparatio propter culpam mariti. † Cæterùm ſi 8 uxor propriâ ſuâ culpâ abeſſet, alimenta à viro petere haut valebit, Balduin. *in l. quod in uxorem. C. de negot. geſt.* Beuſt. *dicto loco.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Chriſtinen/ Hanſen N. Eheweibes/ Klägerin an 9 einem/ itzo gedachten ihren Ehemann/ Beklagten anders Theils/ *die 16. Jan. Anno 1628.* (*Verba Decreti:* Daraus allenthalben ſo viel erſcheinet/ daß Klägerin ihrem Ehemañ zu Tiſche und Bette wider ihren Willen ferner beyzuwohnen nicht angehal-

halten werden mag/ er habe ihr denn zuvor der geklagten *Sævitien* halber gnugſamen Vorſtand beſtellet; Entzwiſchen iſt er ihr die drey mit ihme erzeugete Töchterlein neben ihren Betten und Kleidern folgen zu laſſen/ihnen auch zu ihrem Unterhalt wöchentlich 2. Gülden/und itzo alſobald der Klägerin für die aufgewendete Unkoſten und 8. Wochen *Aliment*-Gelder (ſo zuſamen auf 12. Gülden 9. Gr. hiemit gemäßiget werden) zu entrichten ſchuldig. Indeſſen Verbleibung wird er von dem Schul-Verwalter zu Meiſſen durch den Gerichts-Voigt zu *S.* vermittelſt der Auspfändung hierzu nicht unbillich und ungeſäumt angehalten/ V. R. W.)

DEFINIT. CCXIV.

A præſtatione tamen alimentorum liberatur maritus, quando uxori reſtituit bona illata, eaque ad alimentationem ſufficiunt.

SUMMARIA.

1. *Factâ ſeparatione quoad torum & menſam, maritus retinet uſumfructum in bonis uxoris. n. 5.*
2. *Secus ſi factum fuerit divortium totale.*
3. *Sublatô nempe matrimonii vinculô.*
4. *Quod non diſſolvitur per ſeparationem quoad torum & menſam.*
6. *Pronunciatum Conſiſtorii Lipſienſis.*
7. *Liberatur maritus à præſtatione alimentorum poſt ſeparationem, quando bona illata reſtituit uxori.*
8. *Quibus ex cauſis & rationibus?*
9. *Duplici onere maritus gravari haut debet.*
10. *Præter alimenta neceſſaria uxori nihil debetur.*
11. *Alimenta ſuccedunt in locum dotis.*
12. *Si fructus bonorum illatorum non ſufficiunt ad alimentationem uxoris, maritus tenetur ad ſupplementum.*
13. *Uxorem etiam indotatam maritus alimentare tenetur.*
14. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 15. 16.*

NOn certè habet maritus, ut conqueratur de onere præſtandi alimenta uxori, factâ ſeparatione quoad torum & menſam, *Defin.*
1 *præced.* † quia bonorum à conjuge ſibi illatorum retinet uſumfructum, ex quo alimenta facili negotiô ſubminiſtrabit. Etſi enim factô totali divortiô, ita ut conjugi innocenti aliud matrimonium convolare
2 fas ſit, † bona illi reſtituuntur, uſufructu eorundem marito prorſus ademtô, *cap. 1. 2. & ult. extr. de donat. int. vir. & uxor. art. 21. in fin. lib. 1. & art. 74. libr. 3.* Land-Recht. Chriſtoph. Zobel. *in Gloſſ. latin. ad text. german. dict. artic. 21. lit. O &* Gloſſ.
3 latin. *ad text. latin. dict. art. 74.* † diſſolutô ſcilicet matrimonii vinculô, ac per id ſublatâ cauſâ, quæ marito uſumfructum defert, *art. 31. & 45. libr. 1.* Landrecht. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 18. in fin.* attamen res ali-
4 ter † ſe habet facta ſeparatione duntaxat quoad torum & menſam, poſtquam enim hæc vinculum matrimonii non diſſolvit, *ſupr. Defin. 210. n. 10. & 11.* quia non cohabitatio vel coitus carnalis, ſed affectio maritalis conjugiû facit, *l. cum hic ſtatus. §. ſi mulier. ff. de donat. int. vir. & uxor.* † utique non adimi debet 5
ei uſusfructus, ſubſiſtente adhuc causâ matrimonii: quod & *Conſiſtoriales Lipſienſes* ſuô approbaverunt pronunciatô *hiſce formalibus:* † Dennoch aber und dieweil durch 6
Eheſcheidung von Tiſch und Bette wegen der *Sævitien* das Band der Ehe nicht *caſſiret* und aufgehoben/und die Mitgifft allein in denen Fällen/da die Ehe gäntzlichen getrennet iſt/dem Weibe *reſtituiret* und ausgeantwortet werden ſol; So ſeyd ihr auch dahero / und nach fernerer bewährter Rechts-Lehrer Meynung/ euerm Weibe die euch zugebrachte Güter zu übergeben und völlig auszuantworten nicht verbunden / ſondern ihr ſeyd des *Uſusfructus Poſſeſs* und *Adminiſtration* euch anzumaſſen/ und dieſelben pfleglich zu nützen und zu gebrauchen wohl befugt / iedoch hingegen mehrgedachten euerm Weibe auf *Moderation* und Erkäntniß der weltlichen Obrigkeit nothdürfftige *Alimentation* und Unterhaltung zu ſchaffen ſchuldig. *M. Sept. An. 1622.* cujus etiam facta eſt mentio *Def. præc.* De uſufructu igitur maritus uxori alimenta poterit ſubminiſtrare. † Quod

7 † Quod ſi tamen accidat, ut vel ſuâ
ſponte maritus juri uſusfructûs renunci-
et, ac bona illata uxori reſtituat, vel ex
compoſitione amicabili, aliavè juſtâ ex
cauſâ à Magiſtratu eccleſiaſticô ſeu Con-
ſiſtorialibus ad hoc adigatur, æquum o-
mnino eſt, ut onere alimentationis ſuble-
8 vetur, (1.) ne † uxori idem bis exſolvatur,
quod bona fides haut admittit, *l. bona fi-
des. 54. ff. de Reg. jur. l. Titia. 34. §. qui invi-*
9 *ta. ff. de legat. 2.* nec † duplici econtra onere
gravetur maritus, *arg. l. divus. 14. ff. de of-
fic. præſid. l. antepen. C. de pœn. l. navis o-
nuſtæ. 4. §. quid ergò. ff. ad Leg. Rhod. de*
10 *jact.* (2.) † Non etiam præter alimenta ne-
ceſſaria uxori quicquam debetur, *l. 1. §. mu-
lier autem. ff. de ventr. in poſſ. mitt. l. ſed ſi
is, qui controverſiam. 5. §. an autem. 3. ff. de
carbon. edict.* Quod ſi ergò uxor ex fructi-
bus bonorum illatorum neceſſaria poſſit
capere alimenta, quo jure alia petere va-
lebit ex bonis mariti? (3.) † Cumque ali- 11
menta ſuccedant in locum uſurarum &
fructuum dotis illatæ, utique ſi ea fuerit
reſtituta unà cum fructibus, peti ulterius
non poſſunt alimenta, quia res, quæ ſur-
rogatur in locum alterius, ejusdem eſt ef-
fectus cum re illa, in cujus locum eſt ſur-
rogata, *l. ſi eum. 10. §. qui injuriarum. 2. ff. ſi
quis caution. l. filiæ. 28. §. Titia. ff. de condit.
& demonſtr.*

Planè † licèt bona illata uxori reſtituan- 12
tur, ſi tamen horum fructus non ſuffici-
ant ad neceſſariam uxoris alimentatio-
nem, non poterit maritus ſe ſubtrahere ali-
mentorum ſupplemento, ad quod obſtri-
ctus manet: nec immeritò, † quia uxorem 13
alimentare tenetur, quantumvis ea nul-
lam attulerit dotem, *l. quod ſi nulla. ff. de
relig. & ſumt. funer.* latè Joh. Petr. Surd.
de aliment. tit. 1. quæſt. 12. n. 11. ubi multos
allegat.

Ita † Conſiſtorium Supremum in cauſâ Urſulen/ Simon *H.* zu *D.* Eheweib/ Klägerin an 14
einem/ itzo gedachten ihren Ehemann/ Beklagten anders Theils/ *die 17. Julii, Anno 1612.* (*Verba Decreti:* Daß Klägerin ihrem Ehemanne wider ihren Willen ferner beyzuwohnen nicht ſchuldig/ und wird ihr auf vorhergehende *liquidation* ihr Einbringen zu ihrem Unterhalt billich gefolget/ der Mann aus ihren Gütern geſetzt/ auch zu Benehmung der Bürgſchafft/ in welcher ſie für ihn hafftet/ angehalten/ ꝛc.)

It. † in cauſâ Marien/ Hanſen Heinrichs von *G.* zu *M.* Eheweib/ Klägerin an einem/ 15
itzo gedachten ihren Ehemann/ Beklagten anders Theils/ *die 15. Auguſti, Anno 1618.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter/ daß er die Klägerin zu unterſchiednen Malen übel geſchlagen nicht verneinet; So iſt ſie vor beſtellter *caution de non offendendo* ihme zu Tiſch und Bette wider ihren Willen ferner beyzuwohnen nicht ſchuldig. Und nachdeme Beklagter ihr hierzwiſchen ihre verhandene Gerade/ und was ſie ſonſten zu ihme bracht/ auf ſeine Unkoſten nach Rochlitz förderlichſt zu verſchaffen/ und an ſtatt der *aliment*en nächſtkommende Michaelis 100. fl. ſo wol hernach 1800. fl. eingebrachtes Ehegeld/ bis er daſſelbe von den Kauffgeldern des Guths *M.* oder in andere Wege abgeleget/ iedes 100. mit 6. fl. auf 2. Termin/ Oſtern und Michaelis zu verzinſen/ und ſolche Gelder ihrem kriegiſchen Vormunden iedesmal zu überſchicken bewilliget; Deßgleichen Klägerin gegen Empfahung der 1800. fl. Ehegeldes die Eheſtifftung ihme hinwieder auszuantworten zugeſagt: So ſeynd beyde Theile ſolcher ihrer Bewilligung und Zuſage gebührlich nachzukommen pflichtig/ V. R. W.)

Et † in cauſâ Marthen/ Caſpar *L.* Eheweibes/ Klägerin an einem/ itzo gedachten ih- 16
ren Ehemann/ Beklagten anders Theils/ *die 11. Auguſti Anno 1620.* (*Verba Decreti:* Dieweil Klägerin durch des Beklagten eigenes Bekäntniß ſo viel beygebracht/ daß ſie ſich aus erheblichen Urſachen von ihme geſondert/ dahero ihr Einbringen nebenſt nothdürfftigem Unterhalt nicht unbillich gefordert/ damit Beklagter ſeines Theils auch zufrieden geweſen; Als haben wir angedeuteter Abfolgung und *Alimenten* halber dieſe *moderation* getroffen/ daß Beklagter das Seinige/ und Klägerin das Ihrige/ ſo viel deſſen beyderſeits itzo noch verhanden/ eigenthümlich behalten und gebrauchen/ auch hierüber Beklagter der Klägerin für ihren Unterhalt an Eſſen/ Trincken/ Kleidern/ Holtz und Herberge wöchentlich funffzehen Groſchen reichen und geben ſol/ ꝛc.)

DE-

Definit. CCXV.

Separatio quoad torum & menſam non tollit inter conjuges jus ſucceſſionis in portione ſtatutariâ, quantumvis pars nocens ſuperſtes ſit conjuge defunctô innocenti.

S U M M A R I A.

1. Conjunx amittit portionem ſtatutariam, ſi à conjuge diſcedat.
2. Et qua ex ratione?
3. Quod & in foro Saxonico obtinet.
4. Licèt quandoq; id fallat.
5. Præſertim ſi per ſententiam matrimonium ſit diſſolutum.
6. Non totaliter.
7. Sed duntaxat quoad torum & menſam.
8. Num etiam, ſi conjux nocens petat portionem ſtatutariam ex bonis defuncti innocentis?
9. Ratio dubitandi prima.
10. Ratio dubitandi ſecunda.
11. Berlichius negativè reſpondet ad hanc quæſtionem.
12. Verior deciſio affirmativa Conſiſtorialium & Scabinorum Lipſienſium, num. 13.
14. Refellitur ratio dubitandi prima.
15. Reſpondetur ad rationem ſecundam, num. 16.
17. Probatur deciſio ex Rubricâ Conſt. Elect. 26. p. 3.
18. Ut & ex ipſo nigro.
19. Verba ſunt intelligenda ſecundùm qualitatem diſpoſitionis.
20. Sententia Conſiſtorii Supremi.
21. Ejusdem Decretum.

1 INdubitatum verè eſt, conjuges portionem ſtatutariam ex defuncti bonis ſibi debitam amittere, ſi ab invicem diſcedant, vel unus alterum malioſè deſerat, *l. indignum. 3. ff. de his quib. ut indign. Novell. 22. cap. 15. §. 2. Novell. 117. cap. 8. §. ſi nolente viro.* Ludolph. Schrader. *ad tit. Inſtitut. de nupt. n. 163.* Andr. Rauchbar. *part. 1. quæſt. 47. num. 10. & ſeq. & part. 2. quæſt. 40. num. 6. & ſeq.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 33. num. 41. & ſeq.* Modeſt. Piſtor.
2 *part. 2. quæſt. 90.* non † absque ratione: omnibus ſiquidem ſtatutis & pactis dotalibus, quibus portio bonorum ſuperſtiti defertur conjugi, tacita ineſſe cenſetur conditio: Si conjux ſuum fecerit officium, ut notabiliter tradit Modeſt. Piſtor. *dict. quæſt. 90. in fin.* & Heig. *dict. quæſt. 33.*
3 *n. 24.* † Quare & Saxoni Sereniſſimo haut viſum fuit recedere ab hâc ſententià, de quâ alias in foro Saxonico multùm controvertebatur, *Conſt. Elect. 26. part. 3.* ubi Dan. Moller. *n. 1.* Jacob. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. dict. quæſt. 90.* Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. *tom. 1. part. ult. quæſt. 63. & tom. 2. part. 2. quæſt. 36.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 36. n. 13.* Joach. à Beuſt.
4 *de connub. part. 3. cap. 6.* † Licèt certis modis ea fuerit limitata *dict. Conſt. 26.* ut demonſtratum dedimus *in Pract. criminali*
5 *part. 2. quæſt. 58.* † maximè verò, ſi matrimonium per ſententiam ſit diſſolutum: Es wäre dann die Eheſcheidung zwiſchen Mann und Weib zu Recht erkannt / ut verba habent *prædictæ Conſt. 26.* quod procul dubiò de illà accipiendum eſt ſeparatione,
† quæ fit tantùm quoad torum & menſam, 6
non etiam de vero ac legitimo divortio, quô vinculum matrimonii penitùs diſſolvitur, omneque tollitur jus ſucceſſionis, Dan. Moller. *ibid. numer. 2. in fin.* Johan. Schneidvvin. *ad tit. Inſt. de her. quæ ab inteſt. defert. ſub Rub. de ſucceſſ. int. vir. & uxor. n. 23.* Jacob Schult. *in addit. ad Rotſchiz. in tract. de dotal. art. 7 n. 1. verſ. ſecundo declara &c.* Factà ideoque † à Magiſtratu eccle- 7
ſiaſticô ſeparatione inter conjuges quoad torum & menſam, non ademtum iis per hoc eſt jus ſucceſſionis in portione ſtatutarià. Quod quidem de conjuge innocente faciliùs quivis conceſſerit. † Sed quid ſi 8
nocens, qui cauſam dedit ſeparationi, ex bonis defuncti innocentis portionem petat ſtatutariam? iniquum dixeris, † de- 9
ſertorem propter ſuam culpam & delictum ex facultatibus defuncti quicquam lucrari, *l. ſi ab hoſtibus. 10. §. ſi vir uxorem. 1. ff. ſolut. matrim.* † & quâ ratione melior pot- 10
erit eſſe conditio nocentis poſt factam ſeparationem à Magiſtratu, quàm antea, ubi à ſucceſſione excludebatur, *Citat. Conſtit. Elect. 26.* † Commovit ſanè hoc 11
Berlichium, ut ſanctionem Electoralem reſtringendam exiſtimaverit ad partem

inno-

innocentem, ita ut nocens, qui cauſam dedit ſeparationi, privetur lucrò ſtatutariò, ſi innocentem è vivis diſcedere contingat, *part. 3. concluſ. 36. num. 25.*

Sed neque Conſiſtorio Electorali Lipſienſi, nec Scabinatui hæc placuit ſententia;
12 † illud enim hiſce pronunciavit formalibus *Menſ. Septembr. Anno 1622.* Ob nun wol Krafft obangeregten im *Conſiſtorio publicirten* Urthels ihr wegen ve. übter *Sævitien* an euerm Weibe von Tiſche und Bette geſchieden / auch niemand wegen ſeiner angeführten Schuld und begangenen Mißhandlung einen Vortheil oder Gewinſt ſuchen oder hoffen kan. Dennoch aber und dieweil weder die Geiſtliche / noch landübliche Sächſiſche Rechte dem Ehemann die *Succeſſion* aufn Fall ſeines tödtlichen Abgangs benehmen / auch wie obgedacht in *Sævitien*-Sachen die Ehe zwiſchen Eheleuten nicht gäntzlichen aufgelöſet und zertrennet wird; So wird euch auch die *Succeſsion in portione ſtatutariâ*, welche einem Manne nach Abſterben des Weibes / des Orts zu Eylenburg verordnet iſt / auf begebenden Fall billich
13 geſtattet und vergönnet / V.R.W. † Scabinatus verò Lipſienſis ita reſpondit: Seyd ihr und euer Weib Eliſabeth durch einen Abſchied wegen der von ihr wider euch angeſtalten Klage und entſtandenen Streitigkeiten zu Tiſche und Bette von einander geſchieden worden / worauf Klägerin in dem Hoſpital Todes verfahren: So hat ſie ihre bewegliche Güter / auſſer der Gerade / vermöge landüblicher Sächſiſcher Rechte auf euch / als ihren geweſenen Ehemann / allein bracht und verfället / und ihr möget davon nicht ausgeſchloſſen werden / V.R.W. *Menſ. Febr. Anno 1632.* Rectiſſimè ſanè reſponſum & juxta tenorem *prædictæ Conſtit. 26. part. 3.* Nequa-
14 quam enim † concedimus Berlichio, conjugem nocentem hoc caſu ex culpâ ſuâ quidquam lucrari, ſed lege ac ſtatutô ita diſponente, facultatemque ſuccedendi ſibi concedente, quæ & ipſi competeret, ſi matrimonium quoad torum & menſam diſſolutum haut eſſet, ut dixi *in Pract. crimin. dict. part. 3. quæſt. 58. num. 74.*

† Rationem porrò diverſitatis, cur ceſ- 15
ſet jus ſucceſſionis ante factam a Magiſtratu ſeparationem, quod tamen poſtea obtinet, ſi ſcire aveas? dicimus: conjugem nocentem ante ſeparationem lucrò ſtatutariò propterea privari, quod non fecerit ſuum officium ad cohabitionem conjugi obſtrictus, Modeſt. Piſtor. *dict. quæſt. 90. in fin.* & Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 33. n. 42.* † quod ta- 16
men haut neglexiſſe videtur, qui per ſententiam Magiſtratûs à cohabitione fuit abſolutus, ut hinc nihil ipſi queat imputari. Et quid dubitemus de ſenſu ſanctionis Electoralis, quem luculenter † ſuppeditat 17
Rubrica Conſt. 26. Ob das ſchuldige Theil nach Abſterben des andern etwas ererben / oder aus des Verſtorbenen Gütern erlangen könne. De nocente ideoque conjuge quæſtio movetur, quæ & in nigro affirmativè reperitur deciſa, ut profectò vim facere cenſeatur intellectui, qui argumentum à rubricâ ad nigrum caſu hoc negare auſit. † Quin & *nigrum ipſum* fortiter 18
juvat hunc intellectum, *in verb.* So ſol dem ſchuldigen und verbrechenden Theile das jenige / ſo ihme aus der Eheſtifftung / *Statu*ten und Gewohnheit oder Recht von des Verſtorbenen Gütern gebühret / nicht folgen. *junct. verſ. ſeqq.* Es wäre dann die Eheſcheidung zwiſchen Mann und Weib zu Recht erkannt / ꝛc. Quis non claris hinc verbis quæſtionem hanc affirmativè deciſam conceſſerit? cùm regula ponatur de conjuge nocente, de quâ etiam exceptio ex doctrina Logicorum accipi debet; in † 19
omni enim diſpoſitione verba ſunt intelligenda ſecundum naturam & qualitatem diſpoſitionis, *l. inſulam. 6. ff. præſcr. verb. l. ex conducto. 15. §. 4. ff. locat.* Andr. Alciat. *lib. 2. de V.S. col. 1. verſ. quorum ille ampliſſimus.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Matthæi R.* zu *E. die 25. Martii Anno 1613.* 20
(*Verba Sententiæ:* Habt ihr euch vor zwey Jahren mit Roſinen / Thomä D. Witwen / in ein Ehegelöbniß eingelaſſen / auch Hochzeit gehalten / bald aber hernach in Zanck und Zwieſpalt gerathen / alſo gar daß es auch zur Schlägerey kommen / und ihr bemeldtes Eheweib übel verwundet. Wiewol ſie nun anfänglichen ſich ſelbſten von euch zu ihren Befreundten gewendet / und etliche Wochen ihrer Sicherung halber alleine gewohnet / hat ſich doch endlichen im geiſtlichen *Conſiſtorio* zu L. Klage erhoben / da es dann ſo weit kommen / daß ſie von euch der verübten *Sævitien* wegen zu Tiſch und Bette loß gezehlet worden / und es iſt bemeldtes euer Eheweib vor wenig Wochen mit Tode abgangen / darauf ihr euch ihrer *Mobilien* / ſo nach Sachſen-Recht dem überlebten Ehemann zufallen / anmaſſen wollen / ſo aber von ihrem Geſchwiſter verwehret wird. Ob nun wol erwähnter Maſſen die Eheſcheidung erfolget /

ihr

ihr auch darauf ferner nicht bey einander gewohnet. Dieweil aber ſolches nur zu Tiſche und Bette geſchehen/und das Band der Ehe/woher das *jus ſucceſſionis in portione ſtatutariâ* den Eheleuten zuſtändig/ gäntzlich nicht getrennet worden; So möget ihr dannenhero von euers verſtorbenen Weibes Verlaſſenſchafft nicht ausgeſchloſſen werden/ſondern ihr habt euch der *mobilien* auſſer der Gerade anzumaſſen wol Fug/und ſeynd ihre Geſchwiſter euch ſolche abfolgen zu laſſen ſchuldig/ V.R.W.)

Et † *in causâ* Marthen/Caſpar L. Eheweibes/Klägerin an einem/itzo gedachten ihren 11
Ehemann/ Beklagten anders Theils/ *die 11. Auguſti, Anno 1620.* (*Verba Decreti:* Daß Beklagter das Seinige/und Klägerin das Ihrige/ ſo viel deſſen beyderſeits itzo noch vorhanden/eigenthümlich behalten und gebrauchen / und hierüber Beklagter der Klägerin von ihrem Unterhalt an Eſſen/Trincken/Kleidern/Holtz und Herberge wöchentlich 15. Gr. reichen und geben/und auf zutragende Todesfälle beyderſeits Verlaſſenſchafft nach Erbgangs-Recht verfället werden ſol. Darnach ſich beyde Theile zu achten/ ꝛc.)

DEFINIT. CCXVI.

Factâ poſt ſeparationem reconciliatione, conjuges ad cohabitationem rurſus compelluntur.

SUMMARIA.

1. *Separatio quoad torum & menſam non in perpetuum durat.*
2. *Sed usque dum conjuges reconcilientur.*
3. *Quia deficientibus demum aliis remediis ad ſeparationem hanc devenitur.*
4. *Eſtq́; ſeparatio quoad torum & menſam extremum quoddam remedium.*
5. *Factâ reconciliatione conjuges rurſus ad cohabitandum compelluntur.*
6. *Quibus ex cauſis?*
7. *Prior ſævitia per reconciliationem remiſſa.*
8. *Remiſſio vim donationis habet.*
9. *Pro lubitu revocari nequit donatio.*
10. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 11. 12.*

1 NOn efficit ſeparatio inter conjuges quoad torum & menſam perpetuam diſſolutionem matrimonii, nec ſpem adimit omnem ulterioris cohabitationis; qui ſolius proprii ac veri
2 divortii eſt effectus, *l. 2. ff. de divort.* † Sed ad certum ſolummodò tempus fit hæc ſeparatio propter reconciliationem, quæ ſemper ſperatur, *cap. 2. extr. de divort.* Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap. 9.* Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 637.* Henning. Arniſ. *de jur. connub. cap. 6. ſect.*
3 *2. n. 5. & 9.* Ex † quo enim tentatis fruſtrà omnibus mediis ac remediis reconciliationis Conſiſtoria ad extremum illud videlicet ſeparationem quoad torum & menſam tandem deſcendunt, ad mala nempe ma-
4 jora præcavenda: † non certè in illo ſubſiſtendum erit, ſi reconciliatio demum ſequatur, ſed rurſus id repudiandum ceu temporarium quiddam, usque dum ſævitia ceſſet, & animi conjugum reconcilientur, permiſſum, Hier. Schurff. *centur. 1. conſil. 42.* Gerhard. *dict. loc.*
5 † Factâ ideoque reconciliatione, dubitandum non eſt, quin rurſus conjuges ad cohabitationem compellantur, ceſſante nimirum causâ ſeparatione, & conjugio in priſtinum ſtatum planè reſtitutô, *cap. intelleximus. 6. extr. de adult. & ſtupr. cap. literas tuas. 13. extr. de reſtit. ſpoliat.* ibidem Panormitan. & Felin. *in cap. 1. extra, de ſponſal. numer. 8.* † Stat enim in ſuo 6
vigore tùm regula Salvatoris: Quos Deus conjunxit, homo ne ſeparet, *Matth. 19. v. 6.* & D. Apoſtoli: Iis qui matrimonio juncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus: Uxor à viro non diſcedat: Vir uxorem non dimittat, *1. ad Cor. 7. verſ. 10.* † Nec 7
quidquam adjumenti ex præcedente ſævitiâ vel injuriâ conjugibus accedere poteſt, cùm ſemel fuerit per reconciliationem remiſſa, ut non immeritò effectus ceſſet, *arg. l. ſi maritus. §. ſi negaverit. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Alex. *in l. juris gentium. §. ſi paciſcar. in fin. ff. de pact.* Didac. Covarr. *in 4. Decretal. part. 2. cap. 7. §. 6. num. 7. in fin.* † Idque eò magis, quia 8
remiſſio vim donationis habet, *l. Modeſtinus. 23. ff. de donat. l. qui tranſigit. 1. verſ. qui*

verò pacíſcitur. ff. de transact. Bartol. *in l. peculium. in pr. n. 1. ff. de pecul.* † quæ pro lubitu revocari nequit, Henr. Bocer. *de donat. c. 3. n. 109.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Hanſen *M. contra* ſein Eheweib/ *die 10. Julii Anno 1629.* (*Verba Decreti:* Dieweil Hans Müller nach beſchehener Abbitte und Zuſage/ daß ſie ihren Ehemann Zeit ihres Lebens ehren/lieben/ und mit beſſerer Beſcheidenheit beywohnen und fleißig warten wolle/ſeinem Weibe ihre Begünſtigung verziehen; So iſt er auch ſie hinwiederum für ſein Eheweib anzunehmen und zu halten ſchuldig/ V.R.W.) 10

It. † *in causâ* Marthen/ Peter R. Eheweib zu *A.* Klägerin an einem/itzo gedachten ihren Ehemann/Beklagten anders Theils/*die 3. Julii, A. 1611.* (*Verba Decreti:* Dieweil beyde Eheleute vor uns wiederum ausgeſöhnet/und ſich mit einander Chriſtlich zu begehen und zu nehren verſprochen; So ſollen ſie dieſer ihrer Zuſage unverbrüchlich nachkommen/ oder das ſchuldige Theil von der weltlichen Obrigkeit durch Gefängniß-Strafe darzu *compelli*ret und angehalten werden/ꝛc.) 11

Et † *in causâ* Barthol *G.* und deſſen Eheweibes Marien zu *P. die 7. April. Anno 1609.* (*Verba Decreti:* Ob wol das Weib vorbringen laſſen/daß gedachter ihr Ehemañ ſie übel gehalten/und eine Zeit zu Dienſten ſich zu begeben verurſachet/dahero die *ſeparation* zu Tiſche und Bette zwiſchen ihnen hiebevor erkannt worden. Dieweil ſie aber nunmehr mit einander ausgeſöhnet und ſich verglichen; So ſeynd ſie hinfüro ſich wiederum zuſammen zu fügen ſchuldig; Inmaſſen ſie ſolchem nachzuleben und zum längſten zwiſchen *dato* und nächſtkommenden Leipzigiſchen Oſtermarckt einander wiederum ehelich beyzuwohnen zugeſagt/ V.R.W.) 12

DEFINIT. CCXVII.

Uxori rixoſæ pœnitenti maritus cohabitare tenetur.

SUMMARIA.

1. *Uxor quandoque præbet cauſam ſeparationi quoad torum & menſam. num. 8.*
2. *Veluti ſi vitæ mariti ſtruat inſidias.*
3. *Vel rixis & maledictionibus in maritum invehatur.*
4. *Mulieres ſunt iracundæ.*
5. *Ira vitium muliebre.*
6. *Clamor, rixa & contumelia ſunt comites iræ: adeoque mulieres rixoſæ. n. 7.*
9. *Non properandum nimis ad ſeparationem ob iracundiam uxoris.*
10. *Si præſertim uxorem pœniteat hujus.*
11. *Dolus & culpa pœnitentiâ purgantur.*
12. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOn certè ſemper maritus præbet cauſam ſeparationi quoad torum & menſam, ſed quandoque uxor, ſi non verberibus, quæ rariùs forſan mariti excipiunt, attamen inſidiis, quas
2 ſi ſtruxerit † uxor vitæ mariti, puta tentando eum perdere venenô, cauſam ſeparationis petendæ habet ſufficientiſſimam, *cap. 1. extr. de divort.* Hieron. Schurff. *centur. 1. conſil. 42. num. 3.* Alexand. *vol. 5. conſil. 78. num. 1. & ſeqq.* Joach. à Beuſt.
3 *de jur. connub. part. 2. cap. 9.* Quin & † rixis ac maledictionibus quandoque mariti moleſtantur ab uxoribus, usque adeò ut vix alio quàm ſeparationis remedio quoad torum & menſam ab hoc onere ſe liberare queant. Quem † etenim fugit iracundia mulierum, quâ præcipites feruntur in ferrum, in necem tàm ſuam, quàm ſuorum, prout canit Juvenalis *in calce Satyræ 6.* de mulieribus loquens: 4

- - Quoties facit ira nocentem
Hunc ſexum, & rabie jecur incendente feruntur
Præcipites, ut ſaxa jugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, clivoq; latus pendente recedit.

Ut

5 Ut non immeritò † Seneca muliebre dixerit in irà furere, *lib. 1. de clement.* iramque vitium eſſe muliebre, *in lib. 1. de irâ.* † & Chryſoſtomus: mulierem, ſi injuriam patiatur, inſanire, *in homiliâ de decollat. divi*
6 *Johannis.* † Cumque clamor, rixa & contumelia ſint filiæ ac comites iræ, *Proverb. 29.* Andr. Tiraquell. *de legib. connub. leg. 9. n. 188.* haut raro mulieres hinc ſunt clamoſæ, rixoſæ, contumelioſæ, crudeles & vindictæ appetentiſſimæ, prout multis pro-
7 bat autoritatibus Tiraquell. *citat. loco.* † ac ſufficientiſſimum hujus rei præbet teſtimonium illud Salomonis *Proverb. 21. Melius eſt ſedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigioſâ & in domo communi.* & rurſus ibidem: *Melius eſt habitare in terrâ deſertâ, quàm cum muliere rixoſâ & ira-*
8 *cunda.* † Ut ſanè mirum haut ſit, ex culpâ mulieris fieri ſeparationem quoad torum & menſam, ob litigia ſcilicet ejus marito valde moleſta: quò facit illa monumenti inſcriptio, quæ Romæ in viâ Tiburtinâ etiamnum hodie conſpicitur:

Heus viator, miraculum, hic vir & uxor
non litigant.
Qui ſumus non dico. At ipſa dicam: Hic
Babius ebrius
Ebriam me nuncupat. Hei uxor, etiam
mortua litigas!

Nequaquam tamen † ex causâ hac ad ſeparationem properandum, aliâ præſertim ſi 9
viâ alioque modô compeſci queant litigia; ſcilicet ſi uxor pœnitentiâ ducta à rixis in poſterum abſtineat, correctionem vitæque pacatæ ductionem promittat. Non etenim tùm habet maritus, ut haut faceret tentamen, nec promiſſioni fideret, quam ſi neglectam poſtea deprehendit, denuò ſeparationem quoad torum & menſam petere valet. † Recipiat ergò uxorem pœnitentem, 10
cui nunquam non janua miſericordiæ patet. Et cur non reciperet eam, causâ ſeparationis per pœnitentiam ſublatâ, quâ etiam
† dolus, nedum culpa purgatur, Hoſtienſis 11
in cap. pro humani. n. 22. extr. de homicid. in 6to. Felin. *in cap. 1. n. 4. extr. de præſumt.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæſt. 60. n. 21.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ Johannis E. Paſtoris in P.* an einem / Annen ſein 12
Eheweib anders Theils / *die 5. Maji A. 1620.* (*Verba Decreti:* Ob wol aus der Zeugen Auſſage zu befinden / daß des Pfarrers Weib ihrem Ehemann mehr denn er ihr zur Uneinigkeit Urſach gegeben. Dieweil ſie aber ihme derentwegen Abbitte thun und Beſſerung zuſagen / er aber ſolche nicht annehmen wollen / und darbey unſers ernſten Zuredens ungeachtet beharret; So wird ihme hiermit bey Verluſt ſeines Dienſtes auferlegt / ſein Weib mit ihrem Kinde hinwieder alſobalden zu ſich zu nehmen / und mit nothdürfftigem Unterhalt zu verſorgen / dagegen ſol ſie ſich gegen ihme alles gebührlichen Gehorſams und Ehrerbietung zu bezeigen / und der Haushaltung treulich vorzuſtehen ſchuldig ſeyn / oder durch Zwangs-Mittel darzu angehalten werden. Darnach ſich beyde Theile zu achten / ꝛc.)

DEFINIT. CCXIIX.

Cautio quandoq; de non offendendo ulteriùs uxorem præſtanda à marito, ut eò faciliùs obtineatur reconciliatio à parte uxoris ſævitiam mariti metuentis.

SUMMARIA.

1. *Non facilè deveniendum ad ſeparationem conjugum quoad torum & menſam.*
2. *Quare & cautio adinventa à marito præſtanda.*
3. *Quæ non negligenda.*
4. *Fundamenta & rationes hujus ſatisdationis. n. 9. 11.*
5. *Variæ ſatisdationum ſpecies recenſentur. n. 6. 7.*
8. *Præſtatio cautionis arbitrio judicis commiſſa.*
10. *Propter minas exigitur cautio de non offendendo.*
12. *Decreta Conſiſtorii Supremi. num. 13. 14. 15.*

1 NUnquam facilè Magiſtratus eccleſiaſticus ad ſeparationem conjugum quoad torum & menſam, ceu ultimum pro evitandis litibus domeſticis remedium deſcendit, omnia priùs tentans, quibus reconciliatio obtineri pot-
2 eſt: inter quæ † & medium ſatisdationis vel cautionis à marito præſtandæ haut ultimum habetur. Poſtquam enim uxores quandoque adeò ſunt timidæ, ut in poſterum maritis non fidant, nec ſævitiæ corre-
3 ctionem ſibi perſvaderi patiantur, † cautio non rarò efficit, ut tandem ad reconciliationem adigantur. Quare medium hoc ſatisdationis omitti non debet, Hieronym. Schurff. *cent. 1. conſil. 42.* Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 637.* Joachim. a Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap. 9.* Panormit. *ad cap. li-*
4 *teras. extr. de reſtit. ſpoliat.* (1.) † per text. *in cap. ex transmiſſa.* verb. *Mandamus quatenus ſi vobis conſtiterit, quòd præfata mulier prædicto militi legitimè deſponſata fuiſſet, & ab eo cognita: ipſam ei reſtitui faciatis, receptâ tamen ſufficiente cautione, quòd illi non debeat aliquod malum inferre. extr. de reſtit. ſpoliator.* quod idem probatur per *cap. literas tuas. in fin. extr. eod. tit.*

5 (2.) † Ex quo porrò variæ traduntur ſatisdationis ſpecies, veluti de damno infecto, *tot. tit. ff. de damn. infect.* de utendo fruendo arbitrio boni viri, *tot. tit. ff. uſufr. quemadm. cav.* de opere demoliendo. *tot. tit. ff. de oper. nov. nunciat.* de reſtituendo eo, quod quis habuit ultra legem Falcidiam, *tot. tit. ff. ſi cui plus quàm per leg. Fal-*
6 *cid.* † de rato, quam præſtat actor non habens mandatum pro conjunctâ perſonâ, *l. 1. C. de procurat. l. Pomponius. §. rati. ff. eod. tit. & tot. tit. ff. rem rat. haber.* de expenſis in caſu ſuccumbentiæ ab actore præſtanda, *Auth. generaliter. C. de Epiſc. & Cler.* † de 7
re non baratandâ, h. e. occultandâ, conſummendâ vel intervertendâ, reo imponenda, *l. ſi fidejuſſor. §. ſi ſatisdatum.* ubi Gloſſ. *ff. qui ſatisd. cog. l. ſenatusconſulto. in fin. ff. de off. præſid.* & quas alias congeſſit Robert. Marant. *in ſpecul. aur. part. 6. membr. 8. de ſatisdat.* Arismin. Tepat. *in compend. deciſ. tit. 98. c. 3.* † usque adeò, ut non im- 8
meritò quis ſatisdationem pro judicis arbitrio præſtandam exiſtimaverit cum Octav. Cacheran. *deciſ. 133. n. 3.* † non certè anim- 9
advertere poſſumus, cur deneganda ſit cautio in caſu matrimonii conſervandi, idque tantò minùs, quantò majoris momenti hæc cauſa habetur.

(3.) Et † nonnè ob minas ac præteritas 10
offenſiones, ex quibus etiam metuendæ ſunt aliæ in futurum, ſatisdandum eſt, ut diximus *in Pract. criminal. part. 1. quæſt. 37. n. 79.* Petr. à Plach. *in epitom. delict. lib. 1. cap. 7. n. 1.* Jul. Clar. *in Pract. §. ult. quæſt. 77. n. 2.* Domin. Arum. *ad cap. 17. Aur. Bull. th. 17.* Joach. à Beuſt. *ad l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 1179.* Dan. Moller. *libr. 3. ſemeſtr. 29.* quod & Imperatoria ſanctione verbis manifeſtis approbatum *in Ordin. Carolin. criminal. art. 176.* † Quidni ergò etiam à 11
marito cavendum eſſet, cùm non modò præterita, ſed & timor futuræ ſævitiæ attendi debeat? Canoniſtæ *in dict. cap. literas. extr. de reſtit. ſpoliat.* Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. dict. cap. 9.*

Ita † Conſiſtorium Supremum in causâ Annen/ Hanſen K. Eheweibes/ Klägerin an ei- 12
nem/ itzogedachten ihren Ehemann/ Beklagten anders Theils/ *die 8. Julii An. 1608.* (*Verba Decreti:* Daraus allenthalben ſo viel erſcheinet/ daß Klägerin ihrem Ehemann/ ehe und zuvor er ihr gnugſamen Vorſtand/ ſie an ihrem Leib und Leben nicht mehr zu gefähren/ ihr auch mit den Kindern nothdürfftigen Unterhalt zu verſchaffen/ würcklichen beſtellet/ hinfüro beyzuwohnen nicht ſchuldig/ V. R. W.)

It. † in causâ Gregor Hauptvogels zu *S.* Klägern an einem/ Margarethen ſeinem E- 13
heweibe/ Beklagte anders Theils/ *die 10. Febr. Ann. 1609.* (*Verba Decreti:* Daß Beklagte wider ihren Willen Klägern/ ehe und zuvor er ihr *caution*, ſie an ihrem Leib und Leben nicht zu gefähren/ und mit nothdürfftigem Unterhalt zu verſorgen/ beſtellet/ beyzuwohnen nicht ſchuldig/ V. R. W.)

It. † in causâ Annen/ Wilhelm *R.* Eheweibes/ Klägerin an einem/ gedachten ihren Ehe- 14
mann/ Beklagten anders Theils/ *die 4. Jan. An. 1611.* (*Verba Decreti:* Daraus/ ſo wol der Gerichte allhier eingeſchickten Bericht und *Act*en ſo viel zu befinden/ daß Klägerin vor beſtallter gnugſamen *caution*, ſie an ihrem Leib und Leben ferner nicht zu gefähren/ ihr auch nothdürfftigen Unterhalt zu verſchaffen/ Beklagten ihrem Ehemann wider ihren Willen beyzuwohnen nicht ſchuldig/ V. R. W.)

Et † in causâ Euphroſinen/ Matthes Lauen Eheweib/ Klägerin an einem/ itzo gedach- 15
ten ihren Ehemann/ Beklagten anders Theils/ *die 22. Maji, A. 1611.* (*Verba Decreti:* Dieweil daraus zu befinden/ daß Beklagter zuwider der eydlich-geleiſteten *caution* die Klägerin am *8. Apr.* dieſes Jahres ohne Urſach aufs neue geſchmähet und ge-

ſchla-

ſchlagen; So iſt ſie ihme wider ihren Willen ferner zu Tiſche und Bette beyzuwohnen nicht ſchuldig/ er habe ihr dann zuvor bürgerliche *caution* beſtellet/ daß er ſich mit Schmähen und Schlagen an ihr weiter nicht vergreiffen/ ſie auch mit dürfftigem Unterhalt verſorgen wolle/ V. R. W.)

DEFINIT. CCXIX.

Quæ cautio regulariter præſtatur pignoribus vel fidejuſſoribus: quandoque tamen juramentô, ſi uxor huic fidat.

SUMMARIA.

1. *Satisdatio de non offendendo idonea præſtari debet à marito.*
2. *Quænam talis ſit, arbitrio Magiſtratus eccleſiaſtici committendum.*
3. *Præſtanda ſatisdatio pignoribus vel fidejuſſoribus.*
4. *Non admittitur cautio juratoria.*
5. *Niſi uxor juramento mariti fidere velit.*
6. *Favor etiam matrimonii id expoſcit.*
7. *Deficientibus aliis ſatisdationum generibus locus eſt cautioni juratoriæ.*
8. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi, cum formulis juratæ cautionis. n. 9. 10. 11.*

1 NOn ſufficit, cautionem de non offendendo uxorem à marito præſtari, ſed & † idonea ſit, neceſſe eſt. At quænam ea? Deciſioni Magiſtratûs eccleſiaſtici id committendum, fatebitur quisquis, cui ignotum haut eſt pro ratione ſævitiæ, minarum & offenſionis certam haut regulam hac de re tradi poſſe, ut
2 † non immeritò cautio habeatur idonea, quam Magiſtratus circumſtantiis quibusque probè perpenſis talem arbitrabitur, Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. libr. 2. caſ. 140.* Proſp. Farinac. *part. 7. oper. criminal. quæſt. 107. num. 39. & 43.* Hoc tamen
3 certum eſt, † quod cautio de non offendendo neceſſariò vel per pignora vel per fidejuſſores debeat præſtari, *l. hæc. autem ſatisdatio. 4. ff. ſi cui plus, quàm per legem falcid. l. illicitas. 6. §. ne potentiores. 2. ff. de off. præſid.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 47. num. 3.* Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap. 9.*
4 Non itaque admittenda erit † ſatisdatio juratoria; nam quando timetur de ſævitiâ mariti, non tenetur uxor ad eum redire, etiamſi maritus caveat & juret, prout ſcripſit Bald. *in conſil. 240.* quem ſequitur Aym. Cravett. *conſil. 31. n. 4.* licèt cautionem juratoriam de non offendendo ſufficientem judicent Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 232. num. 4.* & Matth. Berlich. *part. 4. concluſ. 22. n. 10.* † Quod tum largimur, ſi uxor 5
cautioni juratoriæ fidere velit; Nempe (1.) quia intereſſe uxoris potiſſimum hac in re verſatur, deque ipſius periculo agitur, quidni ergo juri ſuo renunciare poſſet? *l. pen. C. de pact.* prout diximus *in pract. crim. part. 1. quæſt. 36. n. 94.* (2.) † Favor por- 6
rò matrimonii hoc expoſcit, ne maritus pignoribus & fidejuſſoribus deſtitutus abſtinere cogatur à conjuge, cui fidem ac humanitatem promittit, per tradita Matth. Weſenbec. *in part. ff. qui ſatisd. cog. num. 10. verſ. nec enim per difficultatem.* (3.) † Et 7
aliàs quoque juris eſt notiſſimi, quòd deficientibus reliquarum ſatisdationum generibus locus ſit juratoriæ cautioni, *l. 1. §. 2. C. de aſſert. tollendâ. Novell. 112. cap. 2. in fin. pr. Novell. 134. cap. 9.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Senatui Dresdenſi, die 2. Decembr. Anno 1614. (Verba Re- 8
ſcripti: Was maſſen wir *dato* die Irrung zwiſchen Roſinen/ Hanſen S. allhier Eheweib/ Klägerin eines/ gedachten S. Beklagten anders Theils/ verabſcheidet/ ſolches werdet ihr euch die Partheyen vorlegen laſſen/ und wir thun euch inliegende Form einer Eydesleiſtung zufertigen/ hiermit begehrende/ Ihr wollet Beklagten in Beyſeyn ſeines Weibes angedeutete Eydesleiſtung gebührlichen zu Werck richten laſſen/ ꝛc.)

Notul des Eydes.

Ich † Hans S. ſchwöre hiermit einen Eyd zu GOtt/ daß ich hinfüro mein Weib Ro- 9
ſinen an ihrem Leib und Leben nicht beſchädigen noch gefähren wolle; Als mir GOtt helffe durch JEſum Chriſtum unſern HErrn.

Et † Præfecto ac Senatui Dippoldiswaldenſi, die 26. Maji Anno 1623. (Verba Reſcripti: 10
Was an uns Jacob H. wegen ſeines Vorſtandes mit Uberſchickung eines gerichtlichen Verzeichniß *ſupplicando* gelangen laſſen / das habt ihr inliegende zu befinden: Wofern nun *Supplicant* beygefügtes *Jurament* ablegen wird; So iſt hierauf unſer Begehren/ꝛc. Ihr wollet ihn auf freyen Fuß ſtellen/und darnebenſt ihme und ſeinem Weibe Krafft dieſes auferlegen/daß ſie nunmehr Mittwochs nach Margarethä/den 16. *Julii* nächſt künfftig zu rechter früher Tagezeit vor uns im Ober-*Conſiſtorio* unauſſenbleibende erſcheinen/Verhör/Handlung und nach Befindung gebührliches Beſcheides gewarten ſollen/ꝛc.)

Formula Juramenti: 11

Ich † *N.N.* ſchwöre/daß ich weder die bishero erlittene Hafft auſſer Rechtens anten und eyfern/noch mein Weib und die Ihrigen mit einiger Thätligkeit gefähren/ ſondern mir an gleich und recht begnügen laſſen wolle; Als mir GOtt helffe/ durch JEſum Chriſtum ſeinen Sohn unſern HErrn.

DEFINIT. CCXX.

Præſtitâ cautione à marito de non offendendo uxorem, ſeparatio quoad torum & menſam rurſus aboletur, & conjuges ad cohabitationem adiguntur.

SUMMARIA.

1. *Satisdatio mariti jus uxoris concernit.*
2. *Cautio præſtita infert reconciliationem conjugum.*
3. *Separatio igitur quoad torum & menſam tùm rurſus aboletur.*
4. *Et conjuges ad cohabitandum adiguntur.*
5. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n. 6.*
7. *Separatio privata conjugum pœnam meretur.*
8. *Abolitâ ſeparatione, conjuges rurſus obſtringuntur præcepto divino de cohabitando invicem.*
9. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 10.*

1 EX quo cautio à maritô præſtanda jus & intereſſe uxoris potiſſimum concernit, adeò ut cogi nequeat fidere cautioni juratoriæ, nec ſatisdationem inidoneam acceptare, *Defin. præced.*
2 ſatis inde perſpicuum redditur, † præſtitâ & acceptâ cautione maritum a ſævitiâ receſſiſſe, & uxorem injuriam ſibi illatam remiſiſſe, adeoque ex parte utrâque recon-
3 ciliationem obtinuiſſe locum: Quid † igitur obſtat, quo minus aboleatur ſeparatio quoad torum & menſam, non in perpetuum, ſed usque dum animi conjugum reconcilientur, facta, quem finem cùm fuerit aſſecuta, meritò ceſſat, *ſupr. defin. 210. n. 12. & 13. c. 1. & 2. extr. de divort.* Joach.
4 à Beuſt. *de jur. connub. part 2. cap. 9.* † & quod conſequitur, conjuges ad cohabita-
5 tionem rurſus ſunt compellendi, (1.) † per text. *in cap. literas tuas. in verb. final. Alioquin ſufficienti (ſi fieri poteſt) ſecuritate proviſâ, profectò videtur conjunx ante cauſæ cognitionem reſtituenda marito. extr. de reſt. ſpoliat.* Cum enim factâ reconciliatione inter conjuges cohabitatio ipſis imponatur. *ſupr. Defin. 216.* utique & præſtitâ cautione id fieri debet, quia, ut modò diximus, cautio à marito præſtita & ab uxore accepta reconciliationem innuit. (2.) † Ceſſante etiam decretô Magiſtra- 6
tûs eccleſiaſtici ſuper ſeparatione quoad torum & menſam, eoque in caſu præſtitæ ſatisdationis revocatô, non ampliùs cenſurâ & autoritate Magiſtratûs, ſed propriô auſu ac lubitu temerariô ſeparatim degere cenſetur: † quod ſi fiat, procul dubio 7
pœnam merentur, & ſeverô judicis præceptô ad cohabitationem adiguntur, *ſupr. Defin. 207. Novell. 117. cap. 10. in pr.* Felin. *in cap. 1. extr. de ſponſal. num. 8.* Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap. 65.* (3.) † Et ſe- 8
paratione abolitâ atque caſſatâ, conjuges procul dubio rurſus obſtringuntur præceptô divino: Quos Deus conjunxit, homo ne ſeparet, *Matth. 19. verſ. 6.* & D. Apoſtoli: Iis, qui matrimonio juncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus: Uxor à viro non diſcedat: vir uxorem non dimittat, *1. Cor. 6. verſ. 10.*

Ita

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Michael F. an einem / ſein Eheweib anders 9
Theils / *die 10. Jul. A. 1624.* (*Verba Decreti*: Dieweil F. die zuerkannte bürgerliche
und eydliche *Caution* zur Gnüge beſtellet; So iſt nunmehr ſein Eheweib zu Tiſche
und Bette ihme hinwieder ehelich beyzuwohnen ſchuldig / oder ſie wird in beharrli-
cher Verweigerung deſſen von der weltlichen Obrigkeit durch gebührliche Mittel
darzu billich *compelli*ret und angehalten / V. R. W.)

Et † *in causâ* Magdalenen / Peter L. Eheweibes / Klägerin an einem / itzo gedachten ih- 10
ren Ehemann / Beklagten anders Theils / *die 4. Febr. Anno 1628.* (*Verba Decreti:*
Dieweil Beklagter mit Beſtellung der *Caution* unſerm am 31. Auguſti des nächſt-
verwichenen 1627. Jahres eröffneten Urthel / welches Krafft Rechtens erreichet
hat / eine Gnüge gethan; So iſt Klägerin / ihres andern Vorwendens ungeachtet /
Beklagtem hinwieder ehelich beyzuwohnen ſchuldig. In deſſen beharrlicher Ver-
weigerung wird ſie von der weltlichen Obrigkeit durch Zwangsmittel darzu nicht
unbillich angehalten / V. R. W.)

Definit. CCXXI.

Factâ reconciliatione conjugum præſtitâque cautione, pœna ſævitiæ exercitæ marito facilè remittitur.

SUMMARIA.

1. *Competit marito poteſtas caſtigandi uxorem.*
2. *Horrendum eſt uxorem occidere.*
3. *Contumelioſum vero, eam verberare.*
4. *Sævitia mariti pœnâ coercetur.*
5. *Remiſſio tamen pœnæ facilè obtinenda poſt reconciliationem.*
6. *Idque ob favorem conjugii.*
7. *Reconciliatio & interceſſio conjugis in puncto adulterii operatur remiſſionem pœnæ ordinariæ.*
8. *Unde ad reconciliationem in caſu ſævitiæ argumentari licet, n. 9.*
10. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 NEquaquam adimenda eſt marito
poteſtas uxorem caſtigandi, quam
optimô jure tenet, modô fines ca-
ſtigationis non excedat, eaque in
ſævitiam degeneret, *l. ſi conſtante matri-
monio. 24. §. ſi maritus. 5. ff. ſolut. matrim.*
2 Sciant † namque mariti, quòd ſicut horren-
dum & ignominioſum eſt uxorem occide-
re; ita & vile, eam abſque causâ ſufficiente
3 verberare, † ſævitiamque aliam adverſus
ipſam excedere, Gloſſ. & Panormitan. *in
cap. quemadmodum. extr. de jurejur.* Ti-
ber. Decian. *in tract. crimin. lib. 9. cap. 11. n.
4 14.* † Quare nec pœnam ſævitiæ maritus
evitabit, quæ eſt arbitraria carceris, relega-
tionis aut fuſtigationis, ut diximus *in
pract. criminal. part. 1. quæſt. 12. n. 51.* Ejus
5 tamen † remiſſionem, vel ſaltem mitiga-
tionem facilè impetrabit, ſi vel præſtitâ cau-
tione, vel abſque eâ reconciliationem ob-
tinuerit. Scilicet favor conjugii, quod ab-
olitâ ſeparatione quoad torum & menſam
6 de novo quaſi contrahitur, efficit, † ne ma-
trimonium dehoneſtetur, & uxori hacte-
nus afflictæ nova addatur afflictio, *l. divus.
14. ff. de offic. præſid. l. antepen. C. de pœn. l.
navis onuſtæ. 4. §. quid ergò. ff. ad Leg. Rhod.
de jactu.* Cumque reconciliatio & interceſ-
ſio conjugis † in puncto adulterii operetur 7
pœnæ ordinariæ remiſſionem, prout juris
eſt notiſſimi, *Conſtit. Elect. 19. part. 4.* ubi
Dan. Moller. *num. 4.* Jodoc. Damhoud. *in
pract. criminal. c. 89. n. 45.* Angel. Aretin. *in
tract. maleſic. verb. che hai adulterato la mia
donna. n. 49.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 176.
n. 15.* Matth. Berlich. *part. 4. concluſ. 27. n.
92. & ſeqq.* Petr. Heig. *lib. 2. quæſt. 29. in fin.*
cur non idem obtineret in caſu ſævitiæ? ob
identiatem nempe rationis, quæ conſiſtit
in † favore & honore reconciliati matri- 8
monii, *dict. Conſtit. Elect. 19. verb.* Dem E-
heſtand zu Ehren. ut hinc utrôque in caſu
idem jus obſervari debeat, *l. illud quæſitum
eſt. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. quædam. 9. §. nu-
mularios. ff. de edendo. l. his ſolis. 7. C. de re-
vocand. donat.* † Quin & porrò in caſu u- 9
trôque injuria uxori illata potiſſimùm at-
tenditur, quam ſi remittat per reconcilia-
tionem marito uxor; non eſt quòd rigo-
rem exerceat Magiſtratus, cùm qui-

libet juri ſuo benè valeat renunciare, *l. ſi judex. 41. verſ. quia unicuique. ff. de minor. l. pactum. 46. ſub. fin. ff. de pact. l. 29. C. eod. tit.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ* Margarethen/ Balthaſar D. Eheweibes/ Klä- 10
gerin an einem/ itzo gedachten ihren Ehemann/ Beklagten anders Theils/ *die 19. Jan. An. 1616.* (*Verba Decreti:* Ob nun wol daraus und ſonderlich des Beklagten eigenem Bekäntniß zur Gnüge erſchienen/ daß er bishero ſein Eheweib übel geſchmähet/ verwünſchet und *tractir*et/ dahero wir nicht allein ihrer Bitte nach ſie von Tiſch und Bette zu *ſepari*ren/ ſondern auch ihn derentwegen/ ſo wol um ſeiner andern unverantwortlichen Begünſtigung willen / mit wohlverdienter ernſter Strafe zu belegen Urſach gehabt. Dieweil er aber ſolches alles erkannt / bereuet/ ſein Weib und ihre Freunde um Chriſtliche Verzeihung gebeten/ und ihr hinfort mit Vernunfft und Beſcheidenheit beyzuwohnen/ ſie mit nothwendigem Unterhalt zu verſorgen/ auch mit Schmähen und Schlägen weiter nicht zu beläſtigen/ ſo wol ſonſten unärgerlich und unverweislichen in und auſſer ſeinem Hauſe ſich zu bezeigen/ mit Verpfändung ſeiner Haab und Güter angelobet und zugeſaget; Als haben wir ſie allerſeits zu dieſem Mal mit einander gütlichen ausgeſöhnet/ und die Klägerin ihrem Manne ſchuldige eheliche Liebe/ Treue und Gehorſam zu bezeigen/ und in der Haushaltung wohl vorzuſtehen/ auch ſeiner fleißig zu pflegen/ und ihn mit Gedult zu überwinden vermahnet/ welchem ſie gleichfalls alſo nachzukom̃en verſprochen. Würde aber Beklagter über Verhoffen ſeiner gethanen Zuſage zuwider leben/ ſo ſol alsdann die vorige Strafe hiermit ausdrücklich vorbehalten ſeyn / und andern zum Abſcheu an ihme unnachläßlichen *exequir*et werden; Darnach ſich beyde Theile zu achten/ ꝛc.)

Definit. CCXXII.

Pendente ſeparationis proceſſu, marito, ut interim ſeparatim degat, benè injungi poteſt.

SUMMARIA.

1. *Non licet conjugibus abſque decreto Magiſtratûs ſeparatim vivere. n. 2.*
3. *Sed ad cohabitationem ſunt vinculati.*
4. *Semper ideoque expectandum judicis decretum.*
5. *Ante litem ſeparationis finitam marito quandoque injungitur, ut ſeparatim vivat.*
6. *Non abſque juſtâ ratione. n. 8.*
7. *Minitatores in carcere detinentur, usque dum præſtiterint cautionem de non offendendo.*
9. *Judicis arbitrium non conſtringendum.*
10. *In Conſiſtorio Principis Supremo non ſemper ſolennia ſtrictè obſervantur.*
11. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
12. *Ejusdem Reſcriptum.*

1 Dubium vix eſſe poteſt, quin ſeparatim conjuges tum demum vivere queant, ſi per decretum Magiſtratûs eccleſiaſtici facta, ſit inter eos ſeparatio quoad torum & menſam, ut
2 demonſtratum dedimus *ſuprà Defin. 211.* † quod & luculenter innuunt verba Sereniſſimi Saxoniæ Electoris: Es wäre dann die Eheſcheidung zwiſchen Mann und Weib zu Recht erkañt. *in Conſtit. 26. part. 3.* Cæteroquin vinculô divinô ita ſunt liga-
3 ti, † ut uni ab altero diſcedere haut fas ſit, *Matth. 19. verſ. 6. & 1. ad Corinth. 6. verſ. 10.* Johann. Gerhard. *in loco de conjug. §. 639.* Joach. à Beuſt. *de jure connub. part. 2. cap. 65.* Paul. Cypr. *de jur. connub. part. 2. cap. 8. n. 19.*

An ergò † ſemper expectandum erit Magiſtratûs decretum? Ita ſanè eſt; nec enim quisquam in propriâ causâ admittitur judex, *l. un. C. ne quis in ſuâ cauſ. judic. vel jus ſibi dicat.* Oldrad. *conſil. 56. n. 1. & ſeq.* attamen cautè hâc in re Magiſtratus procedit decernendo † quandoque, ut maritus ſævitiæ accuſatus ſeparatim degat, licèt proceſſus nondùm fuerit finitus, nec ſuper ſeparatione quoad torum & menſam pronunciatum. Prudenter ſanè, † ne uxor trepidans virique ſævitiam metuens proprio auſu diſcedat, timore quaſi coacta, haut expe-

expectatò litis eventu; Ac poteſt hocce litigium protrahi in multum tempus, quo caſu parùm erit proſpectum uxori contra ſævitiam mariti, quam ut interim Magiſtratus compeſcat, habitationem ſeparatam ipſi injungere valet: de quo ſanè con-
7 queri maritus non habet. † Poſtquam enim minitator tamdiu in carcere detineri poteſt, donec ſufficientem præſtiterit cautionem de non offendendo, ſcilicet quò tutus ſit is, contra quem minæ fuerunt probatæ, Petr. à Plach. *in epitom. delict. libr. 1. cap. 7. n. 1.* Jul. Clar. *in pract.* §. *ult. quæſt. 47. num. 2.* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 232.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 29.* Quod & ſanctione Carolina ſatis firmatum legitur *in*
8 *Ordinat. criminal. art. 176.* † quidni ob hanc ipſam etiam cauſam, quò uxor tuta ſit, ſævitia mariti remedio multùm humaniore ac leviore declinari poſſet? nempe ut ſeparatim degat, abſtinendo à cohabitatione conjugis, donec usque ſuper ſævitia & inde pendente ſeparationis proceſſu ſententia feratur definitiva. Nec † enim manus 9
judicis ita ſunt conſtrictæ, ut ex arbitrio in commodum & favorem utriusque partis litigantis etiam ante cauſam finitam decernere quid poſſit, idque maximè procedit in Supremo Principis Conſiſtorio, † quod ad 10
ſolennia juris adeò obſtrictum non eſt. Sebaſt. Vant. *in tract. de nullit. tit. an quælibet ſententia poſſit dici nulla. n. 148.* Cagnol. *in l. 2. n. 148. C. de reſcind. vendit.* Joachim. Mynſing. *cent. 1. obſervat. 27. & cent. 4. obſervat. 26.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 42.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ* Eliſabethen/*Eliæ K.* Eheweibes / Klägerin an einem/ itzogedachten ihren Ehemann/ Beklagten anders Theils/ *die 14. Maji Anno 1617.* (*Verba Decreti*: Dieweil Beklagter der beſchuldigten *ſævitien* nicht geſtändig ſeyn wollen; So ſol derentwegen Erkundigung eingenommen werden/ unterdeſſen aber Beklagter ſeinen Unterhalt und Lager nicht bey ſeinem Weibe/ ſondern an einem andern Ort ſuchen/ und ihr bis zu der Sachen Austrag ferner nicht beſchwerlich ſeyn/ ꝛc.) 11

Et † *Præfecto Dresdenſi, die 3. Julii A. 1635.* (*Verba Reſcripti*: Was wir heutiges Tages in Ehe- und *Sævitien*-Sachen zwiſchen Marthen / Hanſen *K.* Wittwen an einem/ *Julium S.* Beklagten am andern Theil belangende/ für ein Urtheil *publicir*et/ das möget ihr euch von der Klägerin *in originali* vorweiſen laſſen. Wann ſie dann berichtet/ daß nach beſchehener *Publication* Beklagter mit Bedrohung und Schmähe-worten unaufhörlich fortfahre; Als iſt hiermit an ſtatt Ihrer Churfl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet nochmals aller Thätligkeit mit Worten und Wercken/ ſo wol ihres Wohnhauſes bis zu der Sachen Erörterung/ ſich gäntzlich zu enthalten/ und an gleich und recht begnügen zu laſſen/ ihme bey Leibesſtrafe alſobald auferlegen/ ꝛc.) 12

TIT. XIII.

De

Partu legitimo: & quisnam talis habeatur?

DEFINIT. CCXXIII.

Cognitio de partu legitimo cauſa habetur eccleſiaſtica, adeoque Conſiſtoriis committenda.

SUMMARIA.

1. *Cognitio de partu legitimo diverſo reſpectu ad Magiſtratum politicum ſpectat.*
2. *Cauſa matrimonialis quondam fuit habita civilis.*
3. *Propriè tamen cognitio de fœtu maturo pro causâ habetur eccleſiaſticâ,*
4. *Sicut & ipſum matrimonii negotium.*
5. *Quod inter cauſas refertur mixtas.*
6. *Quare cognitio de partu legitimo Magiſtratui eccleſiaſtico committenda, n. 7.*
8. *Cauſæ matrimoniales in Conſiſtoriis tractantur.*
9. *In cognitione partus legitimi tangitur conſcientia parentum.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

Non

1 NOn inficias ibo, cognitionem de
partu legitimo diverſò reſpectu
ad Magiſtratum politicum ſpe-
ctare, ſcilicet ſi pœna parentibus
ob copulam carnalem nuptias prævenien-
tem veniat irroganda, quod nec mirum
2 alicui videbitur, poſtquam & cauſam † ma-
trimonii quondam civilem fuiſſe habitam,
novimus ex reſponſo Ludovico IV. Impe-
ratori dato à Marſilio de Padua & Guiliel-
mo Occa, Beſold. *in diſcurſ. de nupt. cap. 4.
n. 2. pag. 18.* quod nec diſplicuit B. Luthero
in libell. von Ehe-Sachen. *circa pr.* Monner.
in tract. de matr. part. 3. cap. 1. n. 6. & Alber.
3 Gentil. *de nupt. lib. 1. cap. 1. 2. & 7.* † Atta-
men haut dubitandum, quin cauſa etiam
ſit eccleſiaſtica, de partu legitimo cogno-
4 ſcere, perinde † ut & ipſum matrimonii
negotium, quod per copulationem miniſtri
Eccleſiæ perficitur, *can. 1. 2. & ſeqq. 30. quæſt.
5. c. nulli. 35. quæſt. 2. cap. cum inhibitio. extr.
de clandeſt. deſponſat.* Paul. Cypræ. *de con-
nub. jur. part. 1. cap. 11. §. 14. & ſeqq.* Jacob.
5 Menoch. *lib. 1. conſ. 69.* ac proinde † ad
cauſas mixtas, civiles pariter & eccleſiaſti-
cas referatur, Wintzler. *de juriſd. Epiſc. ger-
man. tit. 15.* Martin. Chemnit. *in exam. Con-
cil. Trident. part. 2. de matrim. can. 12.* Theo-
dor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt.
lib. 3. claſſ. 1. cap. 10. n. 23.*

Non ergo eſt, ut poteſtatem cogno-
ſcendi de partu legitimo ambiguam facia-
mus † Magiſtratui eccleſiaſtico vel Conſi- 6
ſtoriis. Neminem ſiquidem fugit, ex matri-
monio legitimè & juxta ordinationem ac
leges ab Eccleſiâ præſcriptas contractò eam
deſcendere; partus enim ſi legitimus haut
fuerit, † non poſſunt non conjuges incur- 7
rere ſuſpicionem, quòd haut expectatis nu-
ptiis ac benedictione ſacerdotali carnaliter
ſe commiſcuerint, ac per id matrimonium
dehoneſtaverint. Quemadmodum ergò † 8
cauſæ matrimoniales in Conſiſtoriis tra-
ctantur & deciduntur, *c. multorum. 35. quæſt.
6. cap. veniens ad apoſtolicam. 13. & cap.
cum in apoſtolicâ. 18. extr. de divort. Ord.
eccleſiaſt. ſub Rubr.* Von beyden *Conſiſto-
riis. cap. 7. ibi:* Erſtlich alle Ehe-Sachen.
Reinking. *dict. cap. 10. n. 20.* Anton. Fab. *de
religion. regenda. lib. 2. cap. 9. n. 12.* Cypr.
dict. part. 1. cap. 14. §. 29. n. 9. ita & cogni-
tionem de partu ibidem ſuſcipiendam fore,
conſequitur. Et quis † non animadvertit, 9
in hac ipsâ etiam cognitione de fœtu con-
ſcientiam parentum non parùm tangi, ſi
præſertim uxor ab alio ante nuptias impræ-
gnata perhibeatur, & divortium petatur, ut
vel propterea ſaltem Magiſtratui eccleſiaſti-
co res hæc ſit committenda.

Ita † Conſiſtorium Supremum Joachimo Bernhardo à Rhor in Elſterwerda/ *die 14. Jan.* 10
Anno 1618. (*Verba Reſcripti:* Wie hoch an uns Sigmund Z. über euer Eheweib und den Schöſſer wegen abgenommenen Biers/weil ſein Eheweib zu frühe darnieder kommen ſeyn ſol/ *ſupplicando* ſich beſchweret/ſolches habt ihr aus inliegender Abſchrifft zu befinden. Wann dann eurem Eheweibe und Schöſſer *ab executione* anzufangen nicht gebühret/ſondern die Sache/ob *Supplicant*ens Kind *partus legitimus* oder nicht/vor uns gehörig; Als begehren an ſtatt höchſtgedachter Ihrer Churfl. Gn. wir hiermit/Ihr wollet bey Strafe 50. Goldgülden Rheiniſch/ alsbald *Supplicant*en das geklagte Bier wiederum folgen laſſen. Da ihr aber eurer Verweigerung rechtmäßige Urſachen zu haben vermeynet/Mitwochs nach *Septuageſimæ* den *11. Febr.* nächſtkünfftig zu rechter früher Tagezeit vor uns allhier im Ober-*Conſiſtorio* erſcheinen/und ſolche Urſachen in Gegenwart *Supplicant*ens anzeigen/und darauf Beſcheids gewarten/ ꝛc.)

DEFINIT. CCXXIV.

Partus ſeptimeſtris habetur legitimus, quocunque etiam die ſeptimi menſis fuerit editus.

SUMMARIA.

1. *Partus tempore juſtò haut editus non habetur legitimus.*
2. *Quodnam tempus ſit juſtum?*
3. *Non eſt fœtus legitimus, quinto vel ſexto menſe editus, numer. 4.*
5. *Septimo autem menſe qui eſt editus, habetur legitimus.*
6. *Quantumvis ſaltem fuerit inchoatus.*
7. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
8. *Ejusdem Sententia.*

Obti-

1 OBtinuit de jure Saxonico, ut ſi ma-
ritata mulier ante definita tem-
pora maturiùs prolem genuerit,
fœtus ejusmodi in jure ſuo incre-
pari queat, ut eſt text. in Landrecht. *lib. 1.
art. 36.* ubi dicitur: Wann ein Weib / ehe
dann die Zeit kômt/ gebiehret/ſo mag man
ſolch Frühekind an ſeinen Ehren ſchelten/
das iſt/ für unehrlich halten; Alſo auch
wann ein Weib nach ihres Mannes Ab-
ſterben Kinder gewinnet/ mag man ſolch
Kind auch beſchelten/wann es zu ſpâte ge-
2 bohren iſt. † Novum id certè non eſt, nec
alienum à jure civili, modò conſtet, quis legi-
timi partûs ſit terminus, quodnam tempus
maturum?

3 Sanè partus † nondum completò men-
ſe ſextò editus pro juſto & legitimo haberi
non debet, ex omnium Medicorum, Phi-
loſophorum & JCtorum ſententiâ, Ari-
ſtot. *lib. 7. hiſt. animal. cap. 4.* Plin. *lib. 7.
cap. 3.* Hippocrat. *in lib. de ſeptimeſtri part.*
Alber. Gentil. *de naſcendi tempor. num. 6.*
Andr. Rauchbar. *part. 2. quæſt. 24. num. 29.*
Quare † ſi à die nuptiarum & conſum- 4
mati per benedictionem ſacerdotalem ma-
trimonii quintò vel ſextò menſe partus na-
ſcatur, quin novi conjuges commixtionis
carnalis ante copulam ſacerdotalem per-
actæ inſimulari queant, vix ambigendum
erit.

Regulariter † verò maturus & legitimus 5
habetur partus, qui ſeptimo menſe eſt edi-
tus, ex Hippocrat. ſententiâ relatâ & ap-
probatâ *in l. ſeptimo. 12. ff. de ſtat. homin. &
l. inteſtato. 3. §. ult. ff. de ſuis & legit. hered.*
licèt † uno ſaltem die vel duobus menſis 6
ſeptimus fuerit inchoatus: Nec enim men-
ſes ſeptem perfecti requiruntur, ut benè no-
tat Accurſ. *in dict. l. ſeptimo. & dict. l. inte-
ſtato. §. ult.* Joachim. a Beuſt. *de jur. connub.
part. 2. cap. 36.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Capitaneo Senfftenbergenſi & Superintendenti Haynenſi,* 7
die 27. Febr. Anno 1635. (*Verba Reſcripti:* Welcher Geſtalt an uns Chriſtian *P.*
Bürger zu Senfftenberg über den Pfarrer und Rath daſelbſt wegen vorhaben-
den Beſtrafung/daß ſein Weib zu frühe in die Sechswochen kommen ſeyn ſol/
ſich beſchweren thut/das habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann aus ſeiner Kla-
ge zu vernehmen/daß das Kind im ſiebenden Monat auf die Welt gebohren wor-
den/und demnach *pro partu legitimo* zu halten; Als iſt an ſtatt Seiner Churfl.
Durchl. unſer Begehren/wofern ſich *Supplicant*ens Suchen gemäß verhält/ Ihr
der Superintendens wollet dem Pfarrer ſein Beginnen mit Ernſt verweiſen und
unterſagen/ſolche Fälle hinfüro an euch oder uns zu berichten / und dergleichen
*attentat*en ſich zu enthalten/Ihr/der Hauptmann aber dem Rath auferlegen/Klä-
gern mit der Strafe und Auflage zu verſchonen/V. R. W.)

Et † *ad requiſitionem* Michael G. zu R. *die 26. Febr. An. 1614.* (*Verba Sententiæ:* Habt ihr 8
euch mit Marien/Antonii *H.* Tochter verehelichet und Hochzeit gehalten/worauf
ſichs begeben/daß ſie eines jungen Sohnes geneſen. Ob nun wol von Gerichten
des Ors vorgegeben werden wil/ als hättet ihr euch vor der Hochzeit zur Braut
gefunden/und wäre alſo euer Eheweib zu zeitig in die Wochen kommen/und ihr
demnach ſtrafwürdig. Dieweil aber gleichwol allererſt den ſiebenden Monat
nach gehaltener Hochzeit euer Weib einkommen/ dergleichen Geburth aber *pro
partu legitimo* zu halten; So möget ihr demnach weder in Strafe genommen/
noch des frühezeitigen Beyſchlafs mit Beſtande beſchuldiget werden/V. R. W.)

Definit. CCXXV.

Legitimus quoque eſt partus nono menſe natus.

SUMMARIA.

1. *Partus ſeptimeſtris eſt legitimus.*
2. *Quotnam dies in menſem computentur?*
3. *Triginta dies menſem conficere, ex jure demonſtratur. n. 4. 5.*
6. *Quod & convenit Ordinationi Cameræ.*
7. *Regula de hoc certa ponitur à Rauchbar.*
8. *Applicatur Regula ad partum ſeptimeſtrem. n. 9.*
10. *Quid habendum de ulterioribus menſibus? n. 11.*

12. *Par-*

12. Partus undecimeſtris habetur legitimus.
13. Modò in principio menſis undecimi ſit natus.
14. Quo caſu menſes computantur à tempore conceptionis.
15. Quod nec aliter ſe habet de jure Saxonico.
16. Partus ſub finem undecimi menſis editus, legitimus haut eſt.
17. Sententiæ Conſiſtorii Supremi. num. 18.

1 NOn itaque eſt, ut novis conjugibus præmatura imputetur commixtio carnalis, ſi ſeptimò menſe partus fuerit editus, licèt uno ſaltem die vel duobus fuerit inchoatus, *Defin. præced.* ex communi ſcilicet Medicorum ac JCtorum ſententiâ, quâ dies 182. partui legitimo præfinitur terminus, 30. diebus pro
2 ſingulis menſibus computatis. † Nam diverſimodè licèt ſentiant Interpp. circa disquiſitionem numeri dierum menſem conficientum, ut videre eſt apud Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. cent. 1. caſ. 50.* & Andr. Rauchbar. *part. 2. quæſt. 24. n. 2. & ſeqq.* veritati tamen omninò conveniens eſt, ſi triginta dies indifferenter in menſem computentur, ut tuetur multis Rauchbar.
3 *dict. loco* † Ita enim actio redhibitoria ſexaginta concluditur diebus, *l. quod ſi nolit. 31. §. ſi quid ita. 20. l. ædiles. 38. ff. de ædil. edict.* vel quod idem eſt, duobus menſibus,
4 *l. ſi venditor. 28 ff. eod. tit.* † Et qui duorum menſium ſpatiò elapsô venire debet, auditur, ſi compareat ſexageſimô primô die, ne dies termini finalis computetur in termino,
5 *l. ubi lex. 101. ff. de reg. jur.* † Pariter quoque tres menſes, intra quos heres inventarium inchoatum perficere debet, *l. ult. C. de jur. deliber.* pro nonaginta diebus accipiuntur, atque ita ſingulos in menſes triginta computantur dies, *dict. l. ult. §. cum igitur. verſ.*
6 *ſi autem.* Quod † itidem placet *Ordinationi Cameræ Imper. part. 2. cap. 30.* §. Und ſolchen. ubi judicibus inferioribus ad introducendam appellationem ultra ſex menſes terminum extendere permiſſum haut eſt; idque ſi fecerint, appellatio nihilominùs in Camerâ intra ſex menſes introduci debet: quo caſu ſingulos in menſes ſinguli triginta dies computantur. Generalem hinc con-
7 ſtruit regulam † Andr. Rauchbar. In omnibus nempe menſium præſcriptionibus vel terminis, ſive ab homine ſive à lege, cum vel ſine miniſterio judicis conſtitutis, adeoque quoties in jure communi, Imperii conſtitutionibus, ſtatutis vel legibus municipalibus, ultimis voluntatibus aut contractibus menſis unius vel plurium fit mentio, toties in ſingulos menſes regulariter triginta dies fore computandos. Eamque regulam multis probat argumentis & exemplis Rauchb. *dict. quæſt. 24.*

Quâ ſtante, partus habetur legitimus, † qui die 182. prodiit, ſcilicet quia 180. dies 8
ſex faciunt menſes, quibus ſi una vel altera addatur dies, in ſeptimo menſe partus dicitur natus, ſufficit namq; ſeptimum menſem ſaltem fuiſſe inchoatum, *Defin. præced. in fin.* Accurſ. *in l. ſeptimo. ff. de ſtat. hom.* Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap. 36.* † Quin & ſi menſem accipiamus 9
pro lunari periodico, vel peragrationis, qui 29. diebus & 12. horis conſtat, 182. dies conficient ſex menſes & quinque dies, ut eò magis partus die 182. editus ſit legitimus, Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. dict. caſ. 50. n. 19. & caſ. 89. num. 35.* Rauchb. *dict. loc. n. 31.* Idque ſe ita habet, ſi paucitas dierum moveat ſuſpicionem poſt nuptias contractas.

† At quid ſi defunctô maritô vidua poſthumum edat, quem nunquam non paucitas dierum probat ac firmat partum legitimum à marito defuncto procreatum: 10
plurimos verò poſt dies ſi poſthumus fuerit natus; ſæpe controverſia movetur, ac de patre dubitatur? Sed & tum † pro partu legitimo habetur, licèt poſt obitum patris die 11
240. 250. 260. vel 270. nono ſcilicet menſe vel ab initio, vel in ejusdem fine fuerit editus, diebus 270. pro novem menſibus computatis, Rauchbar. *dict. quæſt. 24. num. 34.* Quò & facit *Conſilium Facult. Theol. Roſtoch. in verb.* Ob dieſer *partus*, der in der ſieben und dreyßigſten Wochen nach gehaltener Hochzeit gezeuget/ *legitimus* ſey? Halten wir dafür/ es könne ſolches von niemand geleugnet werden/ es wäre dann/ daß er aller *Medicorum* und *Phyſicorum ſententias*, auf welche ſich der *JCtorum* Meynung gründen/ wie zu erſehen/ *in l. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. homin.* umzuſtoſſen und nichtig zu machen ſich wolte unterſtehen/ ꝛc. apud Georg. Dedekenn. *vol. 3. conſil. lib. 4. ſect. 1. n. 17. pag. 440.*

Quid verò ſi plures præterierint dies? Modò † haut dies 300. numerus multùm 12
exceſſerit, partum in dubio pro legitimo habendum, vulgò ſtatuitur, ſi ſcilicet 301. vel 302. die fuerit natus, vel quod idem eſt, ſub initio undecimi menſis. Nam partum

tum undecimeſtrem & Phyſici & Medici, ac JCti plerique habent pro legitimo in-
13 ſante, † ſi in principio undecimi menſis naſcatur, vel undecimum menſem attingat, Hippocr. *de octimeſtr. part. in fin.* Plin. *lib. 9. nat. hiſt. cap. 5.* Ariſt. *lib. 7. hiſt. animal. cap. 4.* Gell. *lib. 3. Noct. Attic. cap. 15.* Andr. Tiraquell. *in l. ſi unquam verb. ſuſ-*
14 *ceperit liberos, n. 208. & ſeqq.* † Quô tamen caſu menſes computari debent non à mortis, ſed conceptionis tempore, velutì oſtendit poſt Jacob. Menoch. *caſ. 89. num. 44.* Andr. Rauchbar. *dict. quæſt. 24. num. 50. & ſeq.* † Quò & facit Gloſſa juris Saxo- 15
nici *in art. 94.* Weichbild. rationem vel ſupputationem ducens ab octiduo obitum mariti antecedente, usque ad ſecundum undecimi menſis diem; Crebriùs enim putant, ſub initio menſis undecimi natum dici, qui primô vel ſecundô undecimi menſis die editus eſt, Menoch. *dict. caſ. 89. n. 41. & 44.* Tiraquell. *dict. loc. n. 210. in fin.* † Quod ſi 16
verò ſub fine undecimi, vel ſub initio duodecimi menſis partus naſcatur, quin illegitimus ſit, vix ambigendum, Rauchb. *dict. quæſt. 24.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Friderici L.* zu Pülſnitz/ *die 12. Junii, Anno* 17
1629. (Verba Sent.: Habt ihr euch euer Eheweib Annen den 27. Septemb. nächſtverwichenen Jahres ehelich trauen laſſen / und ſie damals für eine reine/ keuſche und züchtige Jungfrau erkannt / welche/ nachdeme ſie etliche Wochen an einem Fieber in groſſer Hitze und Mattigkeit gelegen/den 25. Maji dieſes Jahres / und alſo am erſten Tage des neundten Monats nach der *Copulation* einer jungen Tochter geneſen/alles nach mehrerm Inhalt eurer Frage; So mag dieſe eure Tochter für unehelich nicht gehalten/noch ihr und euer Weib/als wann ihr euch zu frühe zuſammen gefunden/von der weltlichen Obrigkeit in Strafe genommen werden/ V. R. W.)

Et † *ad conſultationem N.N. die 27. Sept. An. 1619. (Verba Sentent.* Ob ihr wol euer Weib 18
Sonnabends vor *Judica* zu euch genommen/welche nur drey Wochen des Nachts bey euch verblieben/hernach ſich anderer Orten aufgehalten / und den 14. Nov. ein Kind zur Welt gebohren. Dieweil aber doch von ſolcher Zeit acht gantze Monat und fünff Tage verfloſſen / dahero das Kind im neundten Monat gebohren worden; So mag ſie auch derenthalben für keine Ehebrecherin gehalten / noch von euch die Eheſcheidung mit Fug geſuchet werden/ V. R. W.)

DEFINIT. CCXXVI.

Nec pro illegitimo haberi debet partus octavô menſe editus.

SUMMARIA.

1. Num partus octimeſtris ſit vitalis? apud Medicos controverſum eſt.
2. At num etiam legitimus?
3. Quod affirmandum.
4. Fundamentum & ratio hujus deciſionis. num. 5.
6. Mulieres ſæpe in conceptionis tempore falluntur.
7. Sententia Scabinorum Lipſienſium hac de re.
8. Prævalet in dubio ſententia benignior.
9. Sententiæ Conſiſtorii Supremi, n. 10.

1 Diſputant Medici, an partus octimeſtris (natus ſcilicet poſt dies 210. ad dies usque 240. tot enim dies octo conſtituunt menſes) ſit perfectus & vitalis? & communiter in negativam inclinant ſententiam, non eſſe partum ejusmodi perfectum & vitalem, Dion. Gothofr. *ad l. 12. ff. de ſtat. homin.* Gell. *lib. 3. Noct. Atticar. 16.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 28.* Nicol. Boër. *deciſ. 220.* Ex quo porrò † dubitari poteſt, an non 2
pro illegitimo haberi debeat actavô menſe natus? quod ſimpliciter negamus, nec conjuges novos inde commixtionis carnalis præmaturæ, nec viduam ſtupri inculpandam exiſtimamus. † Nec enim 3
diſceptatio illa Medicorum de partu octimeſtri perfectô & vitali quicquam effecti & utilitatis habet: cum certè & exactè octavô vel ſeptimô, quin & nonô

vel decimô menſe à conceptionis die natus
quis ſit, diſſimulante præſertim uxore ter-
minum conceptionis, conſtare nequeat.
4 † Defunctô ſiquidem maritô, num poſthu-
mus octavô vel nonô, aut decimô conce-
ptionis menſe ſit editus, nunquam aſſeri
5 certò poteſt. † Vivente autem maritô, ſi
octo menſe à die nuptiarum partus fuerit
procreatus, quis dicere certò auſit, partum
eſſe octimeſtrem, cùm ſeptimeſtris adeo-
6 que legitimus eſſe queat? Nam † ſæpe
mulieres ipſæmet in tempore ac momento
conceptionis falluntur, quidni alii nuptia-
rum obſervatores? Dan. Moller. *dict. loco.*
Carol. Molin. *in addit. ad Dec. in l. 2. num. 4.*
verb. ſexto. C. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul.
7 Hotom. *9. obſervat. 9.* † Quo & facit Re-
ſponſum Scabinorum Lipſienſium, quod
adduxi *lib. 5. Reſponſ. jur. Elector. 111. num.*
15. ad requiſitionem Johannis-Erneſti Gott-
ſchalchs zu Camburg/ *Menſ. Octobr. Anno*
1641. hiſce verbis prolatum: Dieweil ein
Kind/ſo nur Anfangs des achten Monats
nach gehaltener Hochzeit und Beylager 1
gebohren/ für unehelich nicht gehalten
wird/ indeme der *Medicorum* einhelligen
Meynung nach *partus ſeptimeſtris pro legi-*
timo zu achten/und aber allewege unge-
wiß/ob ein Kind im achten Monat nach
der Hochzeit gebohren/nicht allererſt einen
Monat nach gehaltenem Beylager em-
pfangen worden/und alſo *partus ſeptime-*
ſtris ſey/ꝛc. So mögen auch vorgedachte
Perſonen/ob hätten ſie ſich vor der Hoch-
zeit fleiſchlichen zuſammen gefunden/nicht
beſchuldiget werden/ V. R. W. Semper
nimirum judex in dubio verſabitur, num
partus ſit ſeptimeſtris vel octimeſtris, quidni
† ergò pro tali eum habebit, qui omnium 8
conſenſu ac votò dicitur legitimus, ſcilicet
menſe ſeptimo natus? Semper enim prævalet
in dubio ſententia benignior.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Tobiæ Pratorii, Paſtoris in Gedavv, die* 9
20. Julii, Anno 1634. (*Verba Sententiæ:* Haben zwey eheliche Perſonen in euerer Nachbarſchafft am *2. Septembr. ſtylo veteri, Anno 1634.* ſich ehelich trauen laſſen/ worauf das Weib am 10. April. dieſes Jahres/und alſo im achten Monat eines Kindes geneſen: So iſt dieſer *partus pro illegitimo* nicht zu achten; Sondern es werden beyde Theile mit der Kirchenſtrafe billich verſchonet/ V. R. W.)

Et † *ad requiſitionem Jacobi S.* zu Friedersdorff/ *die 26. Julii A. 1626.* (*Verba Sententiæ:* 10
Habt ihr Jungfrau Annen/Michael *P.* Tochter von 18. Jahren euch am 24. October. An. 1625. ehelich trauen laſſen/welche den 25. Maji dieſes Jahres eines jungen Sohnes geneſen/der des nächſtfolgenden Tages getaufft worden. Ob nun wol von der Zeit der *copulation* bis dahin nur dreyßig Wochen und vier Tage verfloſſen; So mag doch um ſolcher Urſachen willen das Kind für unehlich nicht gehalten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. CCXXVII.

Non rigorosè nimis inquirendum in tempus conceptionis, ſi partus in dubio pro legitimo haberi poteſt.

SUMMARIA.

1. *Septimeſtris & undecimeſtris partus pro legitimo habetur.*
2. *Etiam tempore intermedio natus.*
3. *Judices ne rigorosè nimis inquirant in tempus conceptionis.*
4. *Quinto ac ſexto menſe natus quandoq; pro legitimo habetur. n. 11.*
5. *Partus quinto menſe animatus prodire poteſt in lucem.*
6. *Infans vigeſimâ ſeptimanâ natus pro legitimo habitus fuit.*
7. *Quid de hac re ſenſerint Scabini Lipſienſes.*
8. *Non conveniunt Interpp. de tempore, quo fœtus exiſtit vitalis. n. 9.*
10. *Certa eſt res hæc in provinciis Electoratûs Saxonici.*

12. In

12. *In dubio in mitiorem partem eſt præſumendum.*

13. *Præſumtio non delicti excludit præſumtionem delicti.*

14. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 15. 16.*

1 Sive ergò ſeptimò menſe, ſive nonò, vel undecimò partus fuerit editus, pro legitimo haberi debet, *Defin. præced.* Ex quo facilè dijudicandum, quid de intermedio tempore habendum: Nunquam certè novis conjugibus præmatura commixtio carnalis, nec defuncto marito viduæ ſtuprum jure imputabitur,
2 † ſi vel poſt ſeptimum, vel ante principium undecimi menſis partus fuerit editus. Nempe quia propter incertum conceptionis diem ac momentum conſtare haut poteſt, quo menſe ſit natus, ut apparet ex traditis *Defin. præced.*

3 Caveant ergò † judices, ne properandò nimis ad coërcitionem novorum conjugum ſe præcipitent, ac gravent eos, quorum innocentia probabiliter apparet. Fieri nam-
4 que poteſt, ut & partus † ſextò ſaltem, vel etiam quintò menſe editus ſit legitimus, nimirum quando vivax haut eſt nec perfectus, ut maximè vivus in lucem prodeat. Partum
5 etenim in † quinto etiam menſe à die nuptiarum editum animatum eſſe, ut ſic imperfectum etiam fœtum viventem in lucem prodire poſſe, diximus *lib. 5. Reſponſor. jur.*
6 *Elector. 111. n. 22.* ex quo † infantem vigeſimâ ſeptimanâ procreatum judicavit legitimum *Senatus Appellationum in aulâ Sereniſſimi Saxon. Electoris, in causâ* Hanſen Sickels zu Franckenhauſen *contra* das Gräfliche Schwartzburgiſche *Conſiſtori-*
7 *um. Term. Trinit. An. 1631.* † idemque votò ſuò comprobaverunt Scabini Lipſienſes *ad requiſitionem N. N.* zu Auma / *Menſ. Sept. Anno 1622.* hisce formalibus pronunciantes: Habt ihr euch mit *N. N.* in ein Ehegelöbniß eingelaſſen und Hochzeit gehalten/ worauf ſichs begeben / daß die 22. Woche hernach euer Eheweib einkommen/und einer lebendigen Tochter geneſen. Ob nun wol vorgeben werden wil/ob hättet ihr euch vor der Hochzeit und prieſterlichen *Copulation* zu der Braut gefunden/und ſie fleiſchl. erkañt/ deßwegen auch die Obrigkeit euch zu ſtrafen gemeynet. Da aber dennoch euerm Vorgeben nach das Kind nicht gantz zeitig und vollkomen geweſe/ſondern wenig Tage nach empfangener Tauffe verſtorben: So möchte euch vorgedachte Begünſtigung beſtändiger Weiſe nicht zugemeſſen/ noch ihr deßwegen mit einiger Strafe beleget werden / V. R. W. quem tenorem etiam retuli *dict. Reſponſ. 111. n. 27.*

Quantumvis enim de tempore, † quò 8
vitalis habetur partus, diverſimodè ſentiant Interpp. Vel enim terminum illius temporis conſtituunt in maſculo poſt diem 40. in puellâ verò 60. à die conceptionis, Plin. *lib. 7. de nat. hiſt. cap. 6.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 4. caſ. 357. n. 3.* Vel poſt diem 30. in maſculo, 40. autem in fœminâ, ex ſententiâ Hippocratis, Anton. Teſſaur. *deciſ. 12. n. 12.* † alii verò 9
de hoc aliter ſentiant, ut videre eſt apud Bartol. *in l. 4. ff. de extraord. crimin. n. 1.* Jodoc. Damhouder. *in prax. criminal. cap. 74. n. 15.* Claud. Battand. *in praxi cauſar. criminal. Reg. 85. n. 6.* Proſp. Farinac. *part. 5. oper. criminal. quæſt. 122. num. 139. & 143.* Attamen † in provinciis Electoratûs Saxonici 10
res videtur expedita, poſtquam Sereniſſimus Elector fœtum poſt dimidium uterum gerentium tempus pro animato & vivente haberi voluit *in Conſt. Elect. 4. part. 4. verb.* Da aber die Frucht nicht gelebet/und ſolches noch unter der Helffte nach der Empfängniß geſchehen / rc. † Quod ſi ergò 11
quintò etiam menſe, & ſic poſt dimidium matris uterum gerentis tempus, fœtus, quantumvis præmaturus & imperfectus, non vivax naſcatur, ac brevi poſt moriatur, quis tam iniquus rerum cenſor exiſteret, qui pro innocentia novorum conjugum reſpondere nolit? præſertim † quia in dubio ſemper 12
in mitiorem partem eſt præſumendum, Joh. Zanger. *in tract. de quæſt. & tortur. cap. 2. n. 117.* Bald. *in l. 2. verſ. ſecundò quæritur. C. de furt.* † & præſumtio non delicti ex- 13
cludit præſumtionem delicti, Joſeph. Maſcard. *de prob. concluſ. 1224. n. 11.* Jacob. Menoch. *lib. 1. de arbitr. jud. quæſt. caſ. 412. & lib. 1. præſumt. quæſt. 36. & quæſt. 92.* Nic. Boër. *deciſ. 165.* Joh. Fichard. *conſil. 108. n. 2. & conſil. 120. n. 9. tom. 2.* Matth. Stephan. *in not. ad art. 28. Ord. Crim. Carol.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Freybergenſi, die 12. Jun. Anno 1629.* (*Verba* 14
Reſcripti: Wollet darneben bey dem Pfarrer zu Hermsdorff die Anordnung thun/ daß er in dergleichen Fällen/wañ von der Zeit der *Copulation* eine geraume Zeit und faſt in die 30. Wochen verfloſſen / dißfalls nicht nachforſchen/und hierdurch Un-

einigkeit zwiſchen Eheleuten erwecken/oder ihren Kindern Schimpff und Nachtheil verurſachen ſol/ꝛc.)

Item † *Superintendenti Annæbergenſi, die 19. Maji Anno 1637.* (*Verba Reſcripti*: Wir ha- 15
ben euern eingeſchickten Bericht/welcher Geſtalt Caſpar V. zu W. Eheweib in der 27. Wochen nach der Hochzeit tauffen laſſen/verleſen hören. Wofern nun *V.* des *concubitûs ante nuptias* nicht geſtändig/ und alſo dieſer Fall nicht zu *difficultiren*; So laſſen wir es (inmaſſen wir euch in dergleichen Fällen auch vormals angedeutet) nochmals dabey bewenden/und ihr werdet *V.* mit der Beſtrafung und Kirchenbuſſe zu verſchonen wiſſen/ꝛc.)

Et † *eidem 11. Aug. An. 1637.* (*Verba Reſcripti*: Wir haben euern eingeſchickten Be- 16
richt/welcher Geſtalt Hanſen *H.* Eheweib in der 30. Woche nach der Hochzeit in die Sechswochen kommen/verleſen hören; Hierauf iſt an ſtatt S. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet die *delinquentin* bey befundener Beſchaffenheit mit der Kirchenbuſſe und andern Auflagen verſchonen; Imgleichen auch mit Annen/ Chriſtoph *M.* Wittwen/geſtalten Umſtänden nach es alſo halten/ꝛc.)

TIT. XIV.

De

Stupro, Fornicatione & Alimentatione Spuriorum.

Definit. CCXXIIX.

Stuprata licet conjugium ſibi promiſſum haut probet, ſtuprator nihilominus ad ſatisfactionem & præſtationem intereſſe eſt obſtrictus.

SUMMARIA.

1. *Stuprum quodnam propriè ſit?*
2. *Eſt crimen grave.*
3. *Cujus tamen pœna ultimum ſupplicium non eſt.*
4. *Sed coërcetur ſtuprum mulctâ arbitrariâ.*
5. *De jure divino quomodo ſtuprum puniatur?*
6. *Conſentit juri divino jus canonicum.*
7. *Nec non jus ſtatutarium in provinciis Electoratûs Saxonici.*
8. *Non tenetur ſtuprator ducere ſtupratam, ſi non promiſerit matrimonium n. 10.*
9. *Ex promiſſione autem firmiter obligatur.*
11. *Quâ pœnâ tenetur ſtuprator non factâ promiſſione matrimonii?*
12. *Ad infantis alimentationem ſtuprator eſt obſtrictus.*
13. *Nec non ſtupratæ ad ſatisfactionem.*
14. *Decreta Conſiſtorii Supremi, n. 15. 16. 17. 18. 19. 20.*

1 PRoprie dicitur ſtuprum illicita virginum defloratio, *c. lex illa. 36. quæſt. 1.* quod etiam ad viduam honeſtam porrigitur, *l. 6. §. 1. ff. ad leg. Jul. de adult.* Johann. Schneidevvin. *ad § idem lex Julia. verſ. ſed eadem. num. 1. Inſtit. de publ.*
2 *judic.* Eſtque crimen † non leviusculum, ſed grave ac mulctâ ſeverâ coërcendum, Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. c. 92. num. 2.* usque adeo, ut pœnam ſtatuerit capitalem ſeu ultimum ſupplicium in ſtupratores *ex l. 1. §. qui puero. 2. in med. ff. de extraordin. crimin.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 3. num. 1.* At nimis † rigoroſè, ut benè 3
arbi-

arbitratur Bartol. *ibid.* textum illum ad eum
ſolummodò reſtringens caſum, ubi aliqua
intervenit violentia, quod & placet Proſp.
Farin. *part. 5. oper. criminal. quæſt. 127. n. 9.*
Auguſt. Bonfranciſc. *in addit. ad Angel. A-*
retin. in tract. de maleſic. verb. che hai adul-
terato la mia donna. n. 54. in fin. Bertazol.
4 *conſil. 203. n. 2.* Subſiſtunt † ergò commu-
niter Interpp. in pœnâ arbitrariâ, nempe
publicationis dimidiæ partis bonorum in
ſtupratoribus honeſtis; & corporibus coer-
citione in vilioris conditionis hominibus
per fuſtigationem & relegationem, *dict. §.*
item lex Julia. 4. verſ. pœnam autem. Inſt. de
publ. judic. Matth. Weſenbec. *in parat. ff. ad*
leg. Jul. de adult. n. 21. poſt pr. Jul. Clar. *lib. 5.*
ſentent. §. ſtuprum. n. 3. ſub fin. verſ. de jure
autem civili. Jac. Menoch. *lib. 2. arbitr.*
jud. quæſt. cent. 3. caſ. 288. n. 10. Modeſt. Piſtor.
vol. 2. conſil. 42. n. 36. & ſeq. Hoſtienſ. *in ſum-*
mar. extr. de adult. n. 11. poſt pr.
5 † Mitius verò eſt jus divinum, ſtupra-
tori injungens, ut mulierem ſtupratam do-
tet ac ducat, *Exod. 21. verſ. 16. & 17. Deut.*
22. verſ. 28. Matth. Weſenb. *dict. loco. n. 21.*
verſ. lex divina. Menoch. *dict. caſ. 288.*
6 *n. 14.* Quod † & ſequitur jus canonicum,
eandem repetens pœnam & expreſsè con-
firmans *in cap. 1. & 2. extr. de adult.* Saly-
cet. *in l. eum qui duas. C. ad leg. Jul. de*
adult. n. 3. Matth. Weſenbec. *dict. num. 21.*
Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 38. n. 3.* Joh.
Happr. *ad dict. §. item lex Julia. num. 40.*
Inſt. de publ. judic. Jul. Clar. *ad dict. §. ſtu-*
prum. num. 3. verſ. laicus autem. Anton.
Teſſ. *dict. deciſ. 3. num. 2.* Ludov. Gilhauſ.
in arbor. judic. crim. cap. 2. tit. 21. num. 6.
7 † Cum quo etiam convenit jus ſtatutarium
in provinciis Electoratûs Saxonici, prout
liquet *ex Ordin. provinc. Rubr.* Von
Straffe des Jungfrauenſchwächers. &
Conſtit. Elect. 27. part. 4. Attamen probè
notandum, in terris Electoratûs ſtuprato-
rem † non aliter obſtrictum eſſe, præcisè 8
matrimonium cum ſtupratâ inire, quàm ſi
id ei promiſerit, puellaque ſtuprata ſub ſpe
matrimonii ſibi promiſſi in concubitum
conſenſerit; Usque adeò ut † ſtuprator, ſi 9
matrimonium cum ſtuprata contrahere
renuat, ad hoc compelli debeat carcere,
perinde ac ſponſus publicis ſponſalibus con-
tractis cogi poteſt, ut adimpleat ſponſalia,
Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 1. cap 58.*
in fin. Nec enim in arbitrio partis eſt pœni-
tere, & à promiſſione ſemel factâ deſiſtere.
† Non autem factâ promiſſione ſtupratæ 10
de contrahendo conjugio, aut ſi probari ne-
queat, cogi haut debet ſtuprator, ut ducat
ſtupratam, quia conjugium debet eſſe liber-
rimum, *c. cum loc. 14. extr. de ſponſal.* Joh.
Harpp. *in rubr. Inſt. de nupt. n. 38.*
An ergò tùm ſtuprator ab omni præ-
ſtatione erit immunis? Nequaquam, † ſed 11
aliâ tenebitur pœnâ arbitrariâ, *dict. Conſt.*
Elect. 27. p. 4. quâ de pluribus dixi *in Pract.*
crimin. part. 2. quæſt. 69. per tot. Porrò &
ſtuprator † infanti ex ſtupro procreato ali- 12
menta præbere obſtrictus eſt, *dict. Conſt. Ele-*
ctor. 27. ibi: So ſol er/da ſie von ihme Lei-
besfrucht hat/ dieſelbige auf gerichtliche
Ermäßigung *alimentiren.* Matth. Coler.
part. 3. deciſ. 176. n. 89. & ſeq. Joach. à Beuſt.
dict. part. 1. cap. 29. † Quin & tenetur ad 13
ſatisfactionem ſtupratæ pro ratione condi-
tionis ſuæ ac qualitatis; Hoſtienſ. *in dict.*
ſummar. extr. de adult. n 11. ſub fin. verſ. te-
netur aſſignare dotem. Proſp. Farinac. *part.*
5. oper. crimin. quæſt. 147. n. 124. & ſeqq. Me-
noch. *dict. caſ. 288. n. 16. & ſeqq.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Annen/ *Georgii N.* Tochter zu *H.* Klägerin an 14
einem/ George *K.* Beklagten anders Theils/ *die 14. Aug. An. 1607.* (*Verba Decreti:*
Dieweil Klägerin vor uns bekennet und ausgeſagt/daß ſie Beklagten keiner Ehe
wegen zu belangen/und hiebevor dißfals zu viel geredet; So wird er auch mit de-
me im *Conſiſtorio* Meiſſen ihme am 2. Maji/ Anno 1606. zuerkannten Eyd billich
verſchonet/und der Ehe halber von der Klägerin Zuſprüchen entbunden; Jnmaſ-
ſen wir ihn davon entbinden und loß zehlen. Wegen zugefügter Schwängerung
aber iſt er ihr auf unſer Erkäntniß Abtrag zu thun ſchuldig/ V. R. W.)

It. † *in causâ* Annen/Urban *N.* Tochter/Klägerin an einem/Caſpar *S.* Beklagten an- 15
ders Theils/ *die 2. Octobr. Anno 1607.* (*Verba Decreti:* Ob wol Beklagter der
Schwängerung nicht in Abrede geweſen; Dieweil er aber doch der ehelichen Zu-
ſage nicht geſtändig ſeyn wollen/ Klägerin auch dißfals nichts erweiſen können;
So wird er der geklagten Ehe halber von ihr hiermit entbunden. Wegen zugefüg-
ter Schwängerung aber iſt er auf unſer Erkäntniß ſich mit ihr abzufinden ſchul-
dig/ V. R. W.)

It. † *in causâ* Chriſtinen *B.* Klägerin an einem/ Moritz *Z.* Beklagten anders Theils/ *die 28. Octobr. Anno 1607.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter der geübten Unzucht geſtändig geweſen/ die eheliche Zuſage aber verneinet/ Klägerin auch vor dieſesmal nichts ausführen können; So wird Beklagter der Ehe wegen von der Klägerin Zuſprüchen entbunden/ inmaſſen wir ihn hiermit davon entbinden/ des Beyſchlafes halber aber iſt er auf unſer Erkäntniß ſich mit ihr abzufinden ſchuldig/ V. R. W.) 16

It. † *in causâ* Magdalenen/ Hanſen von *S.* Tochter/ Klägerin an einem/ Hans Chriſtoph *R.* Beklagten anders Theils/ *die 9. Dec. An. 1607.* (*Verba Decreti:* Dieweil Klägerin dem Beklagten den der Ehe halber ihme zuerkannten Eyd/ welchen er würcklich abzulegen bereit geweſen/ nach Gelegenheit der Umſtände gutwillig erlaſſen; So wird auch Beklagter der geklagten Ehe halber von der Klägerin An- und Zuſprüchen *abſolvi*ret und entbunden/ inmaſſen wir ihn hiermit *abſolvi*ren und entbinden. Wegen zugefügter Schwängerung aber iſt er auf unſere Ermäſſigung gebührlichen Abtrag zu thun ſchuldig/ V. R. W.) 17

It. † *in causâ* Eliſabethen/ Veit *B.* Tochter/ Klägerin an einem/ Valentin S. Beklagten anders Theils/ *die 16. Dec. Anno 1607.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter des Beyſchlafens nicht in Abrede geweſen/ die eheliche Zuſage aber verneinet/ Klägerin auch dißfalls etwas auszuführen ihr nicht getrauet/ ſondern ihre Eheklage gutwillig fallen laſſen; So wird Beklagter von der Klägerin Zuſprüchen der Ehe halber *abſolvi*ret und entbunden/ inmaſſen wir ihn hiermit davon *abſolvi*ren und entbinden. Wegen zugefügter Schwängerung aber iſt er auf unſer Erkäntniß ſich mit ihr abzufinden ſchuldig/ V. R. W.) 18

It. † *in causâ* Walpen/ Jobſt G. Tochter zu Hennersdorff/ Klägerin an einem/ Chriſtoph *H.* zu Chemnitz/ Beklagten anders Theils/ *die 4. Maji, An. 1608.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter des Beyſchlafens geſtändig/ die eheliche Zuſage aber verneinet/ Klägerin auch dieſen Punct gutwillig fallen laſſen; So wird Beklagter der Ehe wegen von ihren Zuſprüchen *abſolvi*ret und entbunden. Für die zugefügte Schwängerung aber iſt er auf unſer Erkäntniß ſich mit ihr abzufinden ſchuldig/ V. R. W.) 19

Et † *in causâ* Walpen/ *Donat I.* Tochter/ Klägerin an einem/ Urban *S.* zu Wolckewitz/ Beklagten anders Theils/ *die 21. Dec. Anno 1608.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter der Schwängerung nicht in Abrede geweſen/ die eheliche Zuſage aber gäntzlich verneinet/ Klägerin auch dißfalls etwas beſtändiges auszuführen nicht vermocht; So wird er der Ehe halber von ihren Zuſprüchen hiermit *abſolvi*ret und entbunden. Für die zugefügte Schwängerung aber iſt er auf unſere Ermäßigung/ dahin es beyde Theile geſtellet/ Abtrag zu thun ſchuldig/ V. R. W.) 20

DEFINIT. CCXXIX.

Satisfactio & intereſſe puellæ ac viduæ ſtupratæ in eo conſiſtit, ut ſtuprator illam vel ducat, vel dotet.

SUMMARIA.

1. *Stuprum etiam in viduâ committitur. n. 2.*
3. *Stuprator ſi non promiſerit matrimonium ſtupratæ, tenetur ad intereſſe.*
4. *Ut nempe eam vel ducat, vel dotet.*
5. *Utrumque jus divinum requirit.*
6. *Ut & jus canonicum.*
7. *Sed alterutrum ſufficit in terris Imperii.*
8. *Quod & in foro Saxonico ita ſe habet.*
9. *Arbitrio ſtupratoris relinquitur, an ducere, an verò dotare ſtupratam velit? n. 10.*
11. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 12.*

Stu-

1 STuprum in vidua æque ac in virgine committitur, §. *item lex Julia. 4. Inſt. de publ. jud. l. 6. §. 1. ff. ad leg. Jul. de adult. l. inter ſtuprum. ff. de verb. ſignificat.* Johan. Schneidevvin. *ad dict. §. item lex Julia. verſ. ſed eadem. n. 1.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. criminal. cap. 92. num. 3.* Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. lib. 36. cap. 9. n. 1.* Jac. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 288. n. 2.* Rol. à Valle *lib. 2. conſil. 35.*
2 *n. 24.* † Quod & ſanctione Electorali in provinciis Saxonicis comprobatum *in Conſtit. 27. verb.* Da eine ledige Manns-Perſon eine Jungfrau oder unberüchtigte Wittbe beſchläfft / ꝛc. *p. 4.* Utrique ergò ſtu-
3 pratæ † virgini ac viduæ ſtuprator, ſi matrimonium haut promiſerit (quà promiſſione aliàs præcisè ſtandum) ad ſatisfactionem & intereſſe tenetur, *Defin. præced.*

4 At quodnam illud? Nempe ut † eam vel ducat, vel dotet, prout demonſtravimus *in Pract. crimin. part. 2. quæſt. 68. n. 11.*
5 *& ſeqq.* Sanè jus divinum † requirit utrumque, ut ſimul ſtuprator dotet ac ducat mulierem ſtupratam, *Exod. 22. verſ. 16. & 17. Deut. 22. verſ. 28.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. ad leg. Jul. de adult. n. 21. verſ. lex divina.* Jacob. Menoch. *dict. caſ. 288. n. 14.*
6 † Cui etiam adſentitur jus canonicum, *in cap. 1. & 2. extr. de adult.* Salycet. *in l. eum qui duas. C. ad leg. Jul. de adult. num. 3.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. ſtuprum. n. 3. verſ. laicus autem.* Joh. Harppr. *in §. 4. n. 40. Inſt.*
7 *de publ. judic.* † Sed in terris Imperii copulativa illa juris divini (ET) in alternativam eſt reſoluta, Reinhard. Roſa *in addit. ad Daniel. Moller. dict. Conſt. Elect. 27. p. 4.* Sufficit namque alterutrum, ut ſtuprator vel ducat vel dotet ſtupratam, Salycet. *in dict. l. eum qui duas. n. 3.* Proſp. Farinac. *part. 5. oper. crimin. quæſt. 147. n. 113.* Jodoc. Damhoud. *dict. cap. 92. n. 6.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 176. n. 87. & ſeq.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 3. n. 3.* Jul. Clar. *dict. §. ſtuprum. n. 3.* Anton. Gomez. *in l. Tauri. 80. n. 2.* † Quod nec 8
aliter ſe habet in foro Saxonico, Chil. König. *in ſuo proceſſ. tit.* Von Pön der Jungfrau-ſchwächer / *verſ.* Und diß letzte geiſtl. Recht. Urthel. *poſt* Landrecht. *tit.* Von Nothzögen und Jungfrau ſchwächen. *poſt. med. verſ.* Wann aber wider ihn. Urthel *poſt* Weichbild. *tit.* Von Jungfrauſchwächen / und wie die ſollen geſtraft werden. *poſt pr. verſ.* Der andere Geſelle aber. Georg. à Rotſchitz *in proceſſ. part. 2. cap. 5. ſub fin. verſ.* Aber in geiſtlichen Rechten. Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. *tom. 2. part. 4. quæſt. 15. n. 1. & ſeq.* † Conſiſtit ideoque 9
ſatisfactio & intereſſe ſtupratæ in eo, ut à ſtupratore vel in matrimonium ducatur, vel dotetur, arbitrio ejus optione relictâ, prout clareſcit ex verbis *dict.* † *Conſt.* 10
Elect. 27. part. 4. Da eine ledige Manns-Perſon eine Jungfrau oder unberüchtigte Wittbe beſchläfft / und er (wie dann billich geſchicht) dieſelbe zur Ehe nicht nehmen wil / ſo ſol er ſie ihres Standes und Herkommens nach *dotiren.* Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 38. n. 17.* Damhouder. *dict. cap. 92. n. 6.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Barbaren / George *W.* Tochter / Klägerin an einem / Matthes *B.* zum *H.* Beklagten am andern Theil / *die 6. Julii, An. 1621. (Verba* 11
Decreti: Daß Beklagter der Ehe wegen von der Zeit Klägerin Zuſprüchen zu entbinden und loß zu zehlen; Jnmaſſen wir ihn hiemit davon entbinden und loß zehlen. Er iſt aber der Klägerin für die Schmach und des Kindes Unterhalt / weil ihr der Vater 100. fl. mit geben wollen / 150. fl. nemlich 25. fl. binnen 14. Tagen / 25. fl. nächſtkommende Michaelis / und dann Michaelis 1622. und Michaelis 1623. iedesmal 50. fl. zu entrichten / und ſolche allezit bey dem Superintendenten zu Leißnigk zu erlegen ſchuldig. Er wolte dann die Klägerin nochmals gutwillig ehelichen / auf ſolchen Fall wäre er mit berührtem Abtrag zu verſchonen / V. R. W.)

Et † *in causâ* Dorotheen / *Tobiæ B.* Tochter / Klägerin an einem / Hanſen *V.* Beklagten 12
anders Theils / *die 7. Febr. Anno 1634. (Verba Decreti:* Daß Beklagter geſtalten Sachen nach / weil er die Klägerin zur Ehe zu nehmen nicht gemeynet / ihr für den Crantz vier gute Schock / für des Kindes *alimentation* auch ſo viel / und dann für die gefoderten Unkoſten gleichesfalls vier gute Schock abzurichten ſchuldig; Jn Verbleibung deſſen wird ihr ſolches aus Beklagtens väterlicher Erbſchafft billich erlegt / V. R. W.)

Definit. CCXXX.

Stuprata quò ſatisfactionem obtineat, in bona ſtupratoris abſentis ac fugitivi immitti poteſt.

SUMMARIA.

1. *Quanta conſtitui debeat dos ſtupratæ?*
2. *Non juxta facultates ſtupratoris.*
3. *Sed ſecundùm qualitatem & conditionem ſtupratæ.*
4. *Probatur hoc ex Conſtitutione Electorali. 27. p. 4.*
5. *Ad præſtationem dotis ſtuprator compelli debet.*
6. *Etiam per immiſſionem ſtupratæ in bona ſtupratoris.*
7. *Mulier hunc in finem in bona mariti immitti poteſt.*
8. *Nec non propriâ autoritate facultates mariti apprehendere.*
9. *Quod jus etiam ſtupratæ concedendum.*
10. *Surrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſurrogatur.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 QUod ſi ergò ſtuprator ducere nolit ſtupratam, ad dotationem eſt
obſtrictus, *Defin. præced. Conſtit. Elect. 27. p. 4.* ubi haut raro de do-
tis quantitate controvertitur: ſed procul
dubio judicis arbitrio & diſcretioni res eſt
committenda, ut diximus *in Pract. crimin.*
2 *part. 2. quæſt. 68. num. 13.* Etſi verò † juxta
conditionem & facultates ſtupratoris do-
tem exiſtimant definiendam plurimi, à
Proſp. Farin. *part. 5. oper. criminal. quæſt.*
147. num. 124. & ſeqq. allegati: Attamen
3 † ſecundùm nativitatem potius & dignita-
tem ſtupratæ puellæ dos æſtimari ac con-
ſtitui debet, talis nempe, quam veriſimi-
liter pater filiæ ſuæ dediſſet, vel dare con-
ſveverit, Matth. Weſenbec. *in parat. ff.*
ad leg. Jul. de adult. num. 21. verſ. quod
ad eam quantitatem redigi ſolet. Hartm. Pi-
4 ſtor. *obſervat. 161. n. 2. & 3.* † idque probant
manifeſtè verba *dict. Conſtit, Elect. 27. p. 4.*
So ſol er ſie ihres Standes und Herkom-
mens nach *dotiren*/ &c. quibus innuitur
dignitas & conditio parentum, ut nempe e-
jusmodi ſolvat dotem ſtuprator, qualem
vulgò parentes in tali ſtatu ac conditione
conſtituti filiabus ſuis dare ſolent, Dan. Mol-
ler. *ad dict. Conſt. 27 n. 6.*

Qualiscunque verò & quanta dos ſit
definita, ſtuprator ſolvere eam obſtrictus
5 eſt, usque adeò † ut ad hoc compelli de-
beat; vix enim ſperandum, ſtupratam
quid accepturam, ſi præſtatio voluntati
ſtupratoris liberæ relinqueretur. Obti-
nuit hinc etiam, ut ſi ſtuprator forſan ab-
ſens ac fugitivus ſit, † executio pro obti- 6
nendâ dote in bona ejusdem decernatur,
quin & in ea ſtuprata immittatur, ſaltem
pro conſequendis alimentis, usque dum
ei de dote debitâ ſatisfiat: idque vel pro-
pterea, † quod mulieri ratione dotis non 7
modò competat jus tacitæ hypothecæ &
retentionis in bonis mariti, *Conſtit. Elector.*
25. in fin. part. 2. ſed etiam pro exercendo
hoc jure in bona immitti debeat, usque dum
ei de dote fuerit ſatisfactum, ut probatum
dedi *in Reſponſ. Elector. 19. lib. 4.* † quin & 8
hunc in finem mulierem propriâ autoritate
facultates mariti apprehendere, iisque tan-
quam pignori incumbere poſſe, tradunt Bar-
tol. *in l. ſi filio. in pr. ff. ſolut. matrimon.*
Baldus *in l. pen. C. de non numer. pecun.*
Jaſon. *in l. ſi non ſortem. §. centum. ff. de*
condict. indeb. Hartman. Piſtor. *obſervat.*
107. num. 2. † Quidni ergò in caſu præſen- 9
ti idem aſſereremus de muliere ſtupratâ, cui
propterea dos adjudicatur, quòd eam ſtupra-
tor in matrimonium ducere noluerit; Ut
ſic dos in locum conjugii ſurrogetur, *dict.*
Conſtit. Elector. 27. part. 4. † adeoque hu- 10
jus eadem ſit ratio & conditio, *argum. l. ſi*
eum. 10. §. qui injuriarum. 2. ff. ſi quis caution.
l. filiæ. 28. §. Titio. ff. de condit. & demon-
ſtr. cap. eccleſia. 3. ubi Gloſſ. *extr. ut lit.*
pendent. Andr. Tiraquell. *de jure primogen.*
quæſt. 55. n. 11.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Senatui Miſnenſi, die 18. Novembr. Anno 1636.* (*Verba Re-* 11
ſcripti: Was an uns die geſchwängerte Anna Margaretha *W.* damit ſie in des entwichenen Gottfried *N.* Güter und Vermögen *immittiret* werden möge / demüthig gelangen laſſen/das habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann das in dieſer Sachen ergangene Urtheil allbereit Krafft Rechtens erreichet; Als iſt hiermit an ſtatt Ihrer Churfl. Durchl. unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren / Ihr wollet nunmehr *Supplicantin* mit ihrer Leibes-Frucht in bemeldten *N.* Güter und Vermögen zu ſeinen daran habenden Antheil und Erlangung ihrer *Alimenten* unverlängt *immittiren*/und hierzwiſchen Beklagtem/bis er dem Urthel Folge geleiſtet/hiervon nichts folgen laſſen / &c.)

DEFINIT. CCXXXI.

Tractatâ quantumvis & deciſâ causâ ſtupri in Conſiſtoriis quoad intereſſe ſtupratæ, pœna tamen delinquentibus imponenda reſervatur Magiſtratui politico.

SUMMARIA.

1. *Stuprator quilibet non modò ad ſatisfactionem ſtupratæ tenetur.*
2. *Sed etiam pœnam criminis luit.*
3. *Quorum unum non conſumit aliud.*
4. *Vindicta publica haut relinquit crimina impunita.*
5. *Satisfactione ſolus gravatur ſtuprator.*
6. *Pœnam verò etiam ſtuprata ſuſtinet. n. 8.*
7. *Licet alii aliter ſentiant.*
9. *Quod in provinciis Electoratûs Saxonici deciſum eſt.*
10. *Cauſa ſtupri quoad intereſſe ſtupratæ in Conſiſtoriis tractatur.*
11. *Pœna autem Magiſtratui politico reſervatur.*
12. *Stupri pœna quandoque aggravatur: & quibus caſibus? n. 13.*
14. *Quare deveniendum quandoque ad relegationem.*
15. *Quandoq; verò ad fuſtigationem.*
16. *Criminalia in Conſiſtoriis non tractantur.*
17. *Perſonæ eccleſiaſticæ non debent intereſſe judiciis criminalibus. numer. 18.*
19. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 20.*

1 STuprator quivis non modò mulieri ſtupratæ, ſed etiam Magiſtratui eſt obligatus: Illi quidem, ut ducat vel dotet eam, ac ſimul infanti de alimentis
2 proſpiciat; † Huic autem, ut pœnam promeritam ſuſtineat, prout manifeſtum redditur ex *Conſtit. Elector. 27 in verb.* Und er dieſelbe zur Ehe nicht nehmen wil / ſo ſol er ſie ihres Standes und Herkommens nach *dotiren*/ und da ſie von ihme Leibes-Frucht hat/dieſelbige auf gerichtliche Ermäßigung *alimentiren*/ und darüber mit zeitlicher Gefängniß geſtraft werden / *part. 4.* Illud intereſſe ſtupratæ atque infantis; hoc verò publicam vindictam con-
3 cernit. † Nec enim ſtuprator ſatisfaciendo mulieri ſtupratæ in totum liberatur, ſed inſuper à Magiſtratu arbitrariè puniri poteſt, Caſpar. Ant. Teſſaur. *in addit. ad patr. Anton. Teſſaur. deciſ. 3. num. 3.* Paul. Chirland. *de pœn. omnif. coit. quæſt. 7. num. 3. ſub fin. verſ. ſi verò nollet.* Proſp. Farinac. *part. 5. oper. criminal. quæſt. 147. num 99. & num. 103.* ſcilicet † quia per ſatisfactionem pro 4
injuria ſtupratæ illata non tollitur jus vindictæ publicæ, quæ delicta haut impunita relinquit, *l. ita vulneratus 51. §. idque eſt conſequens. 1. ff. ad leg. Aquil. l. ſi longius. 18. §. ſi filius familias. ff. de judic. l. in delictis. 4. §. cum dominus. ff. de nox. action. l. ſi à reo. 71. §. id quod vulgò. ff. de fidejuſſor. l. ſi operis. 14. C. de pœn.* Vincent. de Franch. *deciſ. Neapolit. 98. num. 2.* Eſtque inter hæc duo id potiſſimum diſcriminis, † quòd priva- 5
to ſtupratæ intereſſe ſolus gravetur ſtuprator, vindicta verò publica in utroque delinquente, tàm ſtupratâ quam ſtupratore exerceatur.

Dicant

6 Dicant † enim alii quicquid velint, vel ſimpliciter hoc negantes, vel inter caſus certos diſtinguentes, vel aliter etiam ſentientes, prout videre eſt apud Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 38. n. 122.* Joh. Bajard. *in addit. ad Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ſtuprum. n. 14. & 23.* Joh. Harppr. *ad §. item lex Julia. Inſt. de publ. judic. n. 41.* Proſp. Farin. *dict. quæſt. 147. n. 49.* Modeſt. Piſt. *part. 3. quæſt. 12.*
7 *n. 127.* Veriſſimè † loquuntur & aſſerunt, qui mulierem quoque ſtupratam pœnæ ſtupri ſubjiciunt, Angel. Aretin. *in tract. maleficii. verb. che hai adulterato. num. 53. verſ. & eadem pœna eſt.* Petr. Gregor. *in ſyntagm.*
8 *jur. lib. 36. cap. 9. rubr. de ſtupr. n. 5.* † quia ſtuprata in coitum illicitum conſentit, atque hinc pœnam meretur, *l. fœdiſſimam. 20. C. ad Leg. Jul. de adult.* Joh. Gœdd. *in l. 42. n. 6. ff. de V. S.* Matth. Weſ. *in parat. ff. ad leg. Jul. de adult. n. 21. & in parat. ff. de concub.*
9 † quod in provinciis Electoratûs Saxonici minus dubium habet, ut liquet *Ordin. eccleſ. tit.* Von Ehegelöbniſſen. *Rubr.* Von der Strafe der Unzucht und des Ehebruchs/ ꝛc. §. Da auch eine ledige Mannes-Perſon. *in fin.* Sie aber mit zeitlicher Gefängniß geſtraft werden/ ꝛc.

10 Porrò † & hoc differentiæ inter ſatisfactionem pro injuriâ ſtupratæ illatâ & pœnam ſtupri exiſtit, quòd illa in Conſiſtoriis decernatur, ceu cauſa dependens à matrimonio, inque ejus locum ſurrogata: At pœna à Magiſtratu politico indicitur at-
11 que infligitur, † quare in Reſponſis Conſiſtoriorum coercitio delinquentium ad forum remittitur politicum, & pœna Magiſtratui reſervatur. Rectè omninò; quia crimen ſtupri non ſemper carcere mulctatur: ſed pœna pro ratione circumſtantiarum quandoque aggravatur, quò correſpondeat delicto, *l. capitalium. 28. §. graſſatores. ff. de*
12 *pœn.* Quid † enim ſi quis duas vel plures ſtupraverit, quas omnes ducere haut licet, vel ſi quis unô ſtuprô compoſitô rurſus aliud atque aliud cum diverſis commiſerit puellis? Johan. Bajard. *ad Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ſtuprum. n. 12.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 3. n. 3. verſ. quando ſæpius.* Aut quid ſi tutor pupillam? Paul. Chirland. *de pœn. omnif. coit. quæſt. 7. num. 7.* † Aut ſervus dominam 13
ſtupraverit? *l. 1. C. de mulier. quæ ſerv. propr.* Angel. Aret. *dict. verb. che hai adulterato la mia donna. n. 53. verſ. quæ ſervo proprio.* Ludov. Gilhauſ. *in arbor. jud. crim. cap. 2. tit. 22. n. 5.* Nunquam hiſce caſibus ſola ſufficere pœna carceris, † ſed ad coer- 14
citionem graviorem deveniendum erit, puta ad relegationem temporalem vel perpetuam; quod haut obſcurè innuunt verba *dict. Conſt. Elect. 27. p. 4.* Da aber die Verbrechung dermaſſen beſchaffen / daß ſie nach Gelegenheit der Perſonen und anderer Umſtände gröſſere und härtere Strafe erforderte. So ſollen die Schöppenſtüle und Gerichte in unſern Landen dieſelbige als Krafft dieſer unſerer *Conſtitution*, zu erhöhen haben/ ꝛc. † Quin & ſi 15
conditio perſonarum ac rei qualitas majorem expoſcat pœnam, judex fuſtigationem ſtupratori tutò indicere poterit, *dict. Conſt. Elect. 27. p. 4. in verb. fin.* Und dißfals auch auf Staupenſchlägen zu ſprechen, und zu erkennen haben/ ꝛc. puta, ſi homo vilis conditionis puellam nobilem ſtupraſſet, vel ſi quis cum Turca aut Judæâ rem habuiſſet, Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. adulterium. n. 9.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 46. n. 29.* quo de pluribus dixi *in pract. crimin. part. 2. quæſt. 69.* Quis † verò 16
exiſtimaverit à Conſiſtoriis pœnas haſce fore indicendas? cum in Judiciis ejusmodi eccleſiaſticis criminalia nec tractanda, nec decidenda ſint. Non † enim jura permit- 17
tunt, ut eccleſiaſticæ perſonæ interſint judiciis criminalibus, in quibus de puniendo maleficio pœnarumque ſanguinis irrogatione agitur, *cap. clericos. 5. & cap. ſententiam ſanguinis. cap. in pr. extr. ne Cler. vel Monach.* Tiber. Decian. *in tract. criminal. lib. 4. cap. 9. n. 123.* in tantum, † ut nec quic- 18
quam adjumenti vel auxilii pœnarum dictamini ſive executioni afferre liceat Clericis: *dict. cap. clericos. & cap. ſententiam.* ubi Gloſſ. & Canon. *extr. ne Cler. vel Monach.* Felin. *in cap. ſicut dignum. 6. n. 11. verſ. de clerico autem conſulente. extr. de homicid.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ* Barbaren / Martin *G.* Wittben / Klägerin an einem/ Jacob *L.* Beklagten am andern Theil/ *die 3. Febr. Anno 1608.* (*Verba Decreti:* Ob wol Beklagter nicht in Abrede geweſen/ daß er die Klägerin zweymal geſchwängert/ und allbereit einmal Abtrag gethan. Dieweil er aber keiner ehelichen Zuſage geſtändig ſeyn/ Klägerin auch ſich zu ihme nicht nöthigen wollen: So wird Beklagter von der Eheklage hiermit *abſolvi*ret und entbunden; für die itzige Schwängerung aber iſt er auf unſer Erkäntniß ſich mit ihr gebührlich abzufinden ſchuldig/ und wird der weltlichen Obrigkeit die Strafe wegen geübter Unzucht billich vorbehalten/ V. R. W.) 19

Et

Et † *in cauſâ* Marthen/Jacob *M.* zu *W.* nachgelaſſener Tochter/Klägerin an einem/ 20
Frantz *G.* zu *N.* Beklagten anders Theils/*die 17. Novembr. Anno 1615.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter die Klägerin/welche er in ſeinem Dienſt geſchwängert/ zu ehelichen nicht bewilligen wollen / ſie auch aus Mangelung Beweiſes ihre Eheklage fallen laſſen müſſen; So wird Beklagter davon *abſolviret* und entbunden. Für die Schwängerung aber iſt er ihr auf unſere Ermäßigung Abtrag zu thun ſchuldig/und wird hierüber Inhalts jüngſter Policey-Ordnung der Beſtrafung halber der weltlichen Obrigkeit billich übergeben/V.R.W.)

DEFINIT. CCXXXII.

Stuprum confeſſus pro patre infantis à ſtupratâ procreati habetur, donec aliud probet.

SUMMARIA.

1. *Stuprator quandoque implicat correos delicto.*
2. *Semel ſtuprata ab alio ſatisfactionem petere nequit. n.4.*
3. *Quia in viduâ & virgine ſolummodò honeſtâ ſtuprum committitur.*
5. *Ratione alimentationis etiam dubia hæc res redditur.*
6. *Quis ergò tum pro patre habendus?*
7. *Ex mente Anton. Teſſaur. ſtandum juratâ ſtupratæ aſſertione. n.8.*
9. *Refellitur hæc ſententia, nec opus eſt juramentô.*
10. *Pronunciatum Scabinorum Lipſienſium.*
11. *Qualibet virgo & vidua præſumitur honeſta.*
12. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
13. *Ejuſdem Sententia.*

1 SÆpiùs accidit, ut ſtuprator correos alios deferat, ac delicto implicet, vel ut pœnæ mitigationem ſibi perſvadeat, vel pater infantis ex ſtuprô procreati audiri nolit; Neutrum tamen obtinet, cum conſors delicti quivis pœnam luat facti ſui, ex quô alius nec gravatur, nec liberatur: licèt quoad jus paternitatis res quandoque multùm reddatur controverſa, poſt-
2 quam ſemel ſtuprata † adverſus alium intereſſe ac ſatisfactionem prætendere non habeat, prout clareſcit ex verbis *Conſtitut. Elect. 27. p. 4.* Eine Jungfrau oder unbe-
3 rüchtige Wittwe. † Nam in virgine & vidua honeſtâ ſolummodò, non etiam in corrupta ſtuprum committitur, §. *item lex Julia. 4. Inſt. de publ. jud. l. 6. §. 1. ff. ad leg. Jul.*
4 *de adult. l. 22. C. eod. tit.* † quare nec tum ſatisfactio pro ſtuprô obtinebit, Proſp. Farinac. *part. 5. oper. crim. quæſt. 147. n. 82.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. ad leg. Jul. de adult. n. 21. verſ. dummodò honeſta ſit perſona &c.* Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 38. n. 82.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. ſtuprum. n. 3. verſ. hæc autem omnia.* Dan. Moller. *ad dict. Conſt. Elect. 47. n. 4. in fin.* Joſeph. Ludov. *deciſ. 61. p. 8.*
5 Quin † & ratione alimentationis hoc caſu res dubiô non caret, quippe quæ patri incumbit, de quô ante omnia conſtare debet. † Quis ergò tùm pro patre ha- 6
bendus? Anton. Teſſaurus dubium hoc ita reſolvit, ut ſi vir confiteatur, ſe rem habuiſſe cum ſtupratâ, partum tamen ſuum eſſe neget, propterea quòd ſtuprata cum aliis etiam concubuerit, † ſtari debeat jura- 7
mentô mulieris, quòd partus ſit illius viri, cujus eſſe dicit, niſi vir clarè probet, alios quoque rem cum eâ habuiſſe, ita quòd poſſet veriſimiliter eſſe aliorum filius, *deciſ. 3. num. 4.* ubi etiam allegat Alexandr. *lib. 5. conſil. 157.* & † addit, probationem 8
reſultare clariorem, ſi ſtupratam continuò juvenes & ſcholares interdiu & noctu ad ſe admiſiſſe conſtaret, juxta Bald. *in l. neque natales. C. de probat.* ut ſic deciſio juratæ demum ſtupratæ aſſertioni ſit committenda: quod & videtur placuiſſe Autori Sentent. *poſt* Weichbild. *tit.* Von Jungfrauſchwächen. *poſt med. verſ.* Auch dieweil ein ander/ꝛc. † Sed quid opus eſt 9
juramentô ſtupratæ, ſi de alio non conſtet ſtupratore? Quare confeſſo de ſtupro ſimpliciter infantis alimentationem injungendam duxerunt † Scabini Lipſienſes *ad* 10
conſultationem Michaelis *S. Menſ. Febr. An. 1602.* hisce formalibus pronunciantes: So ſeyd ihr dem Kinde/ bis es ſein Brodt

ſelb-

ſelbſten erwerben kan/ ſeinen Unterhalt zu verſchaffen ſchuldig: Ihr könnet denn darthun und erweiſen / daß berührte N. N. auch mit einem andern fleiſchliche Unzucht getrieben/ und von demſelben geſchwängert worden/deſſen genöſſet ihr billich/ V. R. W. Rectè omninò pronunciatum , ex mente etiam & voto Conſiſtorii Electoralis
11 Supremi. † Ex quò enim in dubiô vidua honeſta & puella virgo præſumitur, ſtupratori confeſſo aliud dicenti & ſtupratam antea quoque ab aliis vitiatam aſſerenti, onus probandi incumbit, Panorm. *in cap. 1. extr. de adult.* Johan. Schneidevv. *ad §. in duplum. n. 14. Inſt. de action.* Dan. Moller. *ad dict. Conſtit. Elector. 27. n. 8. & ibidem in addit.* Reinhard. Roſa. Joſep. Maſcard. *de probat. lib. 2. cap. 2. per tot.* Jul. Clar. *dict. §. ſtuprum. n. 4. & ibidem* Johan. Bajard. *in addit. n. 24.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Petro S.* zu Somsdorff/ *die 30. Martii, Anno 1617.* (*Verba* 12
Reſcripti: Peter S. dem Jüngern zu Somsdorff wird auf ſeine wider das den 14. dieſes Monats im Ober-*Conſiſtorio* zwiſchen ihme/ Beklagten an einem / und Urſulen / Stephan D. Tochter / Klägerin anders Theils eröffnete Urtheil eingewandte Leuterung zum Beſcheid gegeben: Dieweil er vermöge des gehaltenen *Protocols* das *ſtuprum* geſtanden/und der Schwängerung halber die Vermuthung wider ihn ſtreitet / bis er einanders beybringet; So träget man dahero Bedencken/ſolche Leuterung anzunehmen/ ꝛc.)

Et † *ad requiſitionem Hermanni G.* zu *B. die 27. Septembr. Anno 1626.* (*Verba Sentent*: 13
Hat Anna Maria/ Veit O. Tochter eine Zeithero ein ärgerliches Leben geführet/ inmaſſen ſie auch geſchwängert worden/und eines Kindes geneſen/ darzu ſie euch zum Vater angegeben/mit fernerm Vorbringen/daß ihr die Ehe ihr verſprochen; wiewol ſie deßwegen klagbar worden/hat ſie doch ſolches wider euch nicht beybringen und erweiſen können/dannenhero ihr zwar von der Eheklage *abſolviret*/gleichwol wegen des Beyſchlafs/darzu ihr euch bekannt / zu Abtrag und des Kindes *Alimentation* verurtheilet worden. Ob ihr nun wol euch deſſen allen dadurch zu entbrechen gemeynet/ daß/ weil bemeldte Anna Maria zuvor auch mit andern Kundſchafft gehabt/und iederman bey Tag und nächtlicher Weile bey ihr aus- und eingehen laſſen / vermuthlichen auch mit andern fleiſchlichen zugehalten haben müſte / und alſo wol ein andrer oder mehr Väter zum Kinde vorhanden. Dieweil aber doch ſolches von euch nicht beybracht/und gleichwol das Beyſchlafen ihr einmal bekannt; So werdet ihr/bis ſo lange ein anders von euch erwieſen/ für den Vater des Kindes billich gehalten/deßwegen ihr euch der Abfindung mit der Geſchwängerten / ſo wol des Kindes *Alimentation* nicht zu entbrechen/ V. R. W.)

Definit. CCXXXIII.

Licita eſt transactio in cauſis matrimonialibus, ut pro redimendâ vexâ reus pecuniæ ſummam exſolvat, quando promiſſio matrimonii adhuc eſt dubia, ejusque probatio difficilis.

SUMMARIA.

1. *Transactio ſaluberrimum habetur remedium contra lites.*
2. *Non committendum fortunæ arbitrio, qvod per concordiam poteſt componi.*
3. *Num valeat transactio in causâ matrimoniali?*
4. *Negativa ſententia regulariter probata.*
5. *Quâ nitatur ratione hæc ſententia?*
6. *Non licet deferre juramentum neganti matrimonium.*
7. *Reſtringitur hæc ſententia ad caſum, quô de matrimoniô jam conſtat.*
8. *Valet autem transactio, quando promiſſio matrimonii nondum eſt probata. n. 9.*
10. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis.*
11. *Lex certam requirens qualitatem haut*

haut locum habet, quando de qualitate adhuc dubitatur.

12. *Actus ex qualitate recipit interpretationem.*

13. *Quando ſuper ſtatu hominis liceat tranſigere?*

14. *Decreta Conſiſtorii Supremi, num. 15. & 16.*

1 SAluberrimum eſt contra lites earumque varias ac multiplices moleſtias remedium, amicabilis compoſitio ſive transactio, quare nunquam non tentanda, priusquam deveniatur ad proceſſum, *cap. 1. de mut. petit. cap. ult. extr. de transact. c. ſi illis. 23. quæſt. 4. can. ſi primates. 5. quæſt. 2. l. æquiſſimum. ff. de uſufr.* Felin. *ad rubr. de treug. & pac. n. 1.* Matth. Weſenbec. *lib. 1. conſil. 21. n. 1.* Nec enim
2 prudenter † fortunæ arbitrio committitur, quod per concordiam componi poteſt, Andr. Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. verb. jus. cap. 3. n. 71.* & Legumlatori circa amicitiam & concordiam magis, quàm circa juſtitiam ſtudendum eſt, Anton. de Guevara. *lib. 2. c. 38.*

3 † Annùm ergò etiam toleranda ac licita erit transactio in causâ matrimoniali, inſtitutâ nempe actione ex matrimonii promiſſione, cujus tamen probatio eſt diffi-
4 cilis? Negaverit hoc procul dubio, qui † generali innititur regulæ, quâ prohibita legitur transactio in matrimonio, ceu re ſpirituali, *cap. ult. extr. de transact. l. ult.* ubi Bartol. & Dd. *C. de transact. Novell. 127. cap. quia verò.* Andr. Gail. *libr. 2. obſerv. 94. n. 14.* Motz. *de matrim. col. 4. n. 21.* Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part. 1. cap. 29. in pr.* usque adeò, ut nec in arbitrum vel arbitratorem compromitti de causâ matrimoniali poſſit, *cap. pen. §. ult. extr. de in integr. reſtit.* Cam. Borell. *de comprom. §. 2.*
5 *gloſſ. 1. num. 95.* † Firmo ſiquidem ſtat pede effatum divinum: Quos Deus conjunxit, homo ne disjungat, *Matth. 19. verſ. 6. can. quos Deus. 33. quæſt. 2.* quo ipſo interdictum apparet, ne mutuâ voluntate ſolvant homines, quod à DEO ipſomet eſt colliga-
6 tum. Unde & fit, quòd in † causâ matrimoniali juramentum voluntarium parti matrimonium neganti nequeat deferri; ut demonſtratum dedimus *libr. 3. Reſponſ. Elect. 57.* Johan. Schneidevvin. *ad §. item ſi quis poſtulante. 11. num. 26. & ſeqq. Inſtit. de action.* Andr. Gail. *dict. obſervat. 94. n. 13.* Johann. Borch. *in tract. de jurejur. n. 63. & ſeqq.*

† Sed verà hæc ſunt, quando vinculum 7
matrimonii jam eſt contractum, deque eo certè conſtat, quod ſanè per nullam transactionem rurſus diſſolvi poteſt. Secus verò res ſe habet, ſi de promiſſione matrimonii adhuc ſub judice lis ſit, † nec ea ab actrice 8
fuerit probata, aut difficulter probari poſſit. Quo caſu quia validitas conjugii dubio ſuſpenſa eſt eventu, & infirma ac inſufficiens apparet probatio actricis futura, prohibenda non eſt transactio, ita pro redimendâ vexâ actrix certâ pecuniæ ſummâ, à reo ſibi promiſsâ, rurſus à lite deſiſtat, † ſed licitam tum judicant hanc pa- 9
ctionem Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 16.* Bernh. Græv. *libr. 2. concluſ. 69. conſid. 2.* Facult. Jurid. Marpurg. *conſil. 15. n. 291. verſ. verùm id ita accipiendum, ſi matrimonium certum ſit & illud in jure conſiſtat, &c. vol. 1.* Joach. à Beuſt. *dict. cap. 29. & 30.* (1.) † Nam 10
etſi de rebus ſpiritualibus prohibita eſt transactio, neque de iis compromitti poteſt, reſtringi tamen id debet ad eum ſolummodò caſum, ubi de jure quæritur, & nulla in facto eſt ambiguitas: At quando eſt quæſtio de facto, utrum res ita acciderit, idque dubium, nec quicquam probatum, non certè tum ambigunt Interpp. noſtri, quin transactio pariter & compromiſſum ſubſiſtat, Bartol. & Alex. *in l. quoties. C. de judic.* † 11
(2.) Et facit huc regula illa generalis, quâ traditum eſt: Quotiescunque lex qualitatem aliquam requirit, ei ita demum locum eſſe, ſi de qualitate ipsâ conſtet, non ſi dubitetur, *l. crimen. C. ad leg. Jul. de adult. l. divus.* ubi Bartol. *ff. de teſtam. milit.* † nam 12
de habilitate actus recipit interpretationem, *l. ut gradatim. 11. ff. de muner. & honor.* Quòd ſi ergò in caſu præſenti de conjugii promiſſione haut parùm dubitetur, non poteſt prohibitio transactionis ad eum extendi caſum. (3) † Atque hinc licèt ſuper 13
libertate & ſtatu hominis prohibita ſit à jure transactio, *l. ult. C. de transact.* valet nihilominùs ea contra libertatem ſuper conditione ſervili, quando de ſtatu adhuc controvertitur, an quis ſervus vel liber exiſtat, *dict. l. ult.* ubi Dd. Heig. *dict. quæſt. 16. n. 16.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ N. N. contra N. N. die 13. Maji, An. 1628. (Verba* 14
Decreti: Ob wol Klägerin wider Beklagten etwas beſtändiges beyzubringen nicht vermocht. Dieweil aber auf unſer Zureden deſſelben Vater nur *pro redimendâ vexâ*, und mit nichten ſeinen Sohn der That dadurch ſchuldig zu machen/

ihr vier gute Schock/ nemlich bevorſtehende Pfingſten/ und hernach alle halbe Jahr eines bey dem Superintendenten zu Freyberg zu erlegen bewilliget; So iſt er ſolcher ſeiner Verwilligung nachzukommen hiermit gewieſen worden/ ꝛc.)

It. † *in cauſâ* Annen *C.* Klägerin an einem/ *N.N.* Beklagten anders Theils/ *die 5. Martii, Anno 1618.* (*Verba Decreti:* Ob nun wol Beklagter weder der Ehe noch des Beyſchlafens geſtändig. Dieweil aber doch auf unſer Zureden ſein Vater der Klägerin *pro redimendâ vexâ* acht gute Schock/ als zwey Schock ſo bald ſie eines Kindes geneſen/ zwey Schock Michaelis dieſes/ auch Oſtern und Michaelis des nächſtfolgenden Jahres iedesmal zwey Schock bey dem Pfarrer zu Lauſa zu erlegen mit dem Beding bewilliget/ daß nach des Kindes Tode das unbetagte ihme verbleiben ſol; So iſt er ſolcher ſeiner Verwilligung nachzukomen ſchuldig/ V.R.W.) 15

Et † *in cauſâ* Magdalenen *S.* zu *S. contra* Hans Chriſtoph *R.* zu *M. die 9. Dec. Anno 1607.* (*Verba Decreti:* Ob wol auf geführten Beweiß und Gegen-Beweiß in Eheſachen Magdalenen/ Hanſen von *S.* zu *S.* Tochter/ Klägerin eines/ und Hans Chriſtoph *R.* zu *M.* Beklagten anders Theils/ itzo gedachtem *R.* in dem *Conſiſtorio* zu Meiſſen unterm *dato* den 27. Junii verſchienen 1606. Jahres in einem Urthel der Eyd/ daß er nemlich der Klägerin keine Ehe zugeſagt/ zuerkannt/ und ſolcher auch heute *dato* von ihme hat würcklichen abgelegt werden ſollen/ darzu er auch ſeines Theils bereit geweſen/ daß doch die Klägerin nach Gelegenheit aller Umſtände es ihme zur Eydesleiſtung nicht kommen laſſen wollen/ ſondern die Eheklage auf gewöhnliche Zuredung und Vorhaltung gutwillig ſchwinden und fallen laſſen/ hingegen Beklagter verwilliget/ ihr der Klägerin für die zugefügte Schwängerung 800. fl. und dann zu Erziehung des Kindes auch 800. fl. und alſo in allem 1600. fl. auf folgende *termine,* als 25. fl. itzo alſobalden/ 25. fl. bevorſtehenden Leipzigiſchen Neuenjahrs-Marckt/ und folgendes 350. fl. auf Oſtern/ deßgleichen 400. fl. Michaelis des 1609. Jahres/ iedesmal bey Vermeldung ſchleuniger Hülffe *immiſſion* und *taxation,* zu entrichten verſprochen und zugeſaget/ und ſol das Geld allemal durch ihren kriegiſchen Vormunden Johann *O.* gegen gebührlicher Qvittung bey ihme abgefordert werden/ mit welchem dann die Klägerin zu frieden geweſen/ und Beklagten aller fernerer Anforderung und Zuſprüche dieſer Ehe- und Schwängerungs-Sachen wegen gäntzlichen erlaſſen; Da auch immittelſt das Kind verſtürbe und mit Tode abgienge/ ſol doch das Geld der Mutter allein bleiben und heimfallen; Und ſeynd alſo in gutem mit einander ausgeſühnet und zu Grunde vergleichen worden/ ꝛc.) 16

Definit. CCXXXIV.

Sponſa de ſtupro & fornicatione diffamata pro virgine habetur, usque dum diffamans contrarium probet: propterea nec ſponſus nuptias remorari poteſt.

SUMMARIA.

1. *Leviſſimi quandoq; homines mulieres honeſtas de ſtupro diffamant.*
2. *Ex ſolâ jactantiâ.*
3. *Quo ipſo ad palinodiam & pœnam arbitrariam ſe obſtringunt.*
4. *Ex Conſt. Electorali 45. p. 4.*
5. *Pœnam arbitrariam etiam de jure civili hæc diffamatio meretur.*
6. *Quandoque agitur hoc caſu ex l. diffamari.*
7. *Durante hôc proceſſu mulieribus nil incommodi affertur.*
8. *Nec ſponſus propterea nuptias remorari poteſt.*
9. *Quilibet præſumitur bonus.*
10. *Mulieres ac virgines præſumuntur boneſtæ.*
11. *Virginitas eſt qualitas naturalis.*
12. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

Non

1 NOn rarò accidit, ut leviſſimi etiam
homines mulieres ac virgines ho-
neſtas ſtupri ſecum commiſſi in-
culpent ac de eo glorientur, non
tàm dolò malò & ex propoſito mulierum ac
virginum famam & exiſtimationem læden-
2 di, † quàm ex inani quâdam jactantiâ,
quò tales ab aliis habeantur, quos ultrò
mulieres & virgines appetunt. Quæ diffa-
matio certè graviſſima eſt, & cum maximâ
honeſtarum mulierum ac virginum injuriâ
3 conjuncta: † quare nec temerarius ejusmo-
di gloriator actione injuriam conventus
tueri ſe poterit, quominus ad recantatio-
nem & pœnam arbitrariam condemnetur,
4 † prout clarum reddit *Conſt. Elect. 45. pag. 4.*
quæ ſanctio, quantum ad pœnam arbitra-
riam attinet, non multùm diſcrepat a jure
communi, quò gloriatores ejusmodi extra
5 ordinem pro judicis † arbitrio punien-
dos, tradunt Dd. *per cap. quàm ſit grave 9.
extr. de exceſſ. prælat.* Hippol. de Marſil.
*in l. de minor. in pr. n. 51. ff. de quæſt. & in
pract. crim. §. diligenter. n. 78.* Jacob. Me-
noch. *de arbitr. jud. quæſt. libr. 2. cent. 4.
caſ. 331. n. 2.* Foller. *in pract. crimin. in verb.
Et ſi confitebantur. part. 2. n. 23.* Joſeph. Ma-
ſcard. *de probat. vol. 1. concl. 350. n. 56.* Quin
6 † & hoc caſu ex lege diffamari adverſus
diffamantem ſæpè experiri videmus, quò
honeſtatem & pudicitiam ſuam mulieres ac
virgines a venenoſâ detrectatione vindi-
cent.

Hoc durante proceſſu non eſt † quòd 7
diffamatis quicquam jure imputetur, nec
incommodum ex diffamatione afferatur:
Quare nec audiendus erit ſponſus, ſi ob id
† quod ſponſa de ſtupro diffamata contra 8
diffamatorem agat, ſuſpendere velit nupti-
as, usque dum proceſſus ad finem perduca-
tur. Non certè annuendum ſponſo, qui
præſumtioni potius bonæ, quam injuſtæ
detrectationi fidere debet. Ut enim † qui- 9
libet bonus præſumitur, Bald. *in l. 1 quæſt.
ult. C. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Felin. *in
cap. ult. n. 15. extr. de præſumt.* Jacob. Me-
noch. *de præſumt. lib. 5. præſ. 3. n. 15.* Ita † & 10
virgines ac mulieres præſumuntur honeſtæ,
donec contrarium probetur, Panorm. *in
cap. 1. extr. de adult.* Johan. Schneidevvin.
in §. in duplum. num. 14. Inſt. de action. Jul.
Clar. *lib. 5. ſentent. §. ſtuprum. n. 4.* & ibi-
dem Johan. Bajard. *in addit. n. 24.* Fulv. Pa-
cian. *de probat. vol. 3. concluſ. 1410.* Menoch.
lib. 6. præſ. 89. Eſt † namque virginitas qua- 11
litas naturalis, quæ hominem ſequitur, Andr.
Alciat. *in tract. de præſumt. Reg. 3. in pr.*
Menoch. *dict. præſ. 89. n. 2.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi, die 27. Octobr. Anno 1614. 12
(Verba Reſcripti: Hierauf iſt unſer Begehren / Ihr wollet *Supplicanten* dahin
beſcheiden/ daß er Inhalts voriger Befehlige auf beſchehenes Anſuchen mit der
Proclamation und *Copulation* verfahren ſol; Und wäre die Braut ſo lange für
eine Jungfrau gehalten/ bis in deme vor dem Schöſſer zur Auguſtsburg gehöri-
gen *Diffamation-Proceſs* ein anders wider ſie ausgeführet/ allda im widrigen Fall
der *Diffamant* Martin Z. der verdienten Strafe künfftig nicht entgehen wird/
V.R.W.*)*

DEFINIT. CCXXXV.

Tolerari haut debet in Eccleſiâ concubinatus.

SUMMARIA.

1. *Concubinatus qualis fuerit in Veteri Teſtamento?*
2. *Patriarcharum concubinæ haut fuerunt ſcorta impura.*
3. *De jure civili qualis habeatur concubinatus? n. 4.*
5. *Permiſſus etiam de jure Novellarum.*
6. *Certa ponit concubinatûs requiſita jus canonicum.*
7. *Quænam hæc ſint? n. 8.*
9. *Præciſè ad hæc requiſita adſtringitur concubinatus de jure canonico. n. 10.*
11. *Concubinatus parùm vel nihil à ſcortatione differt.*

12. Sim-

12. Simpliciter damnatur in Eccleſiâ.
13. Quibus ex cauſis & fundamentis? n. 14.
15. Concubinatus pœnam meretur arbitrariam.
16. Sanctio Electoralis hac de re adducitur.
17. Pœna concubinatus ad relegationem extendi poteſt.
18. Reſcriptum Sereniſſimi Electoris.
19. Sententia Conſiſtorii Supremi.

1 NOn loquimur heic de concubinatu Veteris Teſtamenti, qui definiri poteſt cohabitatio unius viri cum unâ muliere citra affectum conju-
2 galem: Nec enim † concubinæ Patriarcharum fuerunt ſcorta impura, ſed veræ ac legitimæ uxores, licèt ſecundariæ, quæ affectu quidem maritali, ſed ſine legalibus inſtrumentis privatim ducebantur, ac natos ex illis liberos certis legatis contentos eſſe oportebat, hereditate ad uxoris vel uxorum primariarum liberos devolutâ, veluti probat Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 555. pag. 918.* Sed concubinatum ob oculos po-
3 nimus, † qualis eſt de jure civili ſeu Romano, quo concubina deſcribitur, ut ſit mulier, cum quâ matrimonium interdictum haut eſt, quam ſolius voluptatis & concubitûs causâ ſolutus ita aſſumit, quòd illam unicam & ſolam concubitûs, non matrimonii causâ habere velit, *l. un. C. de concubin.*
4 † vel quam quis non mariti animô, ſed conſuetudinis tantùm causâ, ſine ſtupri tamen crimine ac flagitio domi habet, *l. 3. §. 1. & tot. tit. ff. & C de concubin.* Matth. Weſenb.
5 *in parat. ff. eod. tit.* † Concubinatum hunc jure etiam Novellarum permiſſum fuiſſe, luculenter apparet *ex Novell. 12. cap. 4. Novell. 18. cap. 5. Novell. 74. Novell. 117. cap. 2.*
6 *& 3.* † Moderatiùs equidem agunt canones, certa exprimentes requiſita, ipſum tamen concubinatum non prorſus damnant.
7 Volunt nimirum † (1.) ut conſiſtat inter ſolutum & ſolutam, ſive inter perſonas cœlibes. (2.) Ut illi non filiorum procreandorum, ſed pro incontinentiâ ſolius concu-
8 bitûs causâ jungantur. (3.) † Idque hac fide & conditione, ne ille cum alterâ, nec illa cum altero eandem foveat conſuetudinem. (4.) Et ut tandem concubina non duntaxat ad tempus, ſed usque ad mortem unius aſſumatur, veluti probatur *ex can. ſolet. 32. quæſt. 2.* † Horum unicô deficien-
9 te, ne quidem de jure canonico permiſſus eſt concubinatus, *can. dicat. aliquis. can. concubinæ. dict. cauſ. 32. quæſt. 2. can. audite.*
10 *diſt. 34. can. nemo. 32. quæſt. 4.* At † concurrentibus iis requiſitis, inter concubinam & matremfamilias nullam ferè, niſi ratione dignitatis exiſtere differentiam, ait JCtus Ulp. *in l. 49. §. 4. ff. de leg. 3.*

Sed quibuscunque tandem legibus & conditionibus conſtringatur concubinatus, † parum vel nihil à ſcortatione eum differ- 11
re autumant benè Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de concubin. n. 3. verſ. jure autem divino.* Coſtal. *ad tit. ff. de concubin.* Herm. Lather. *de cenſu. lib. 2. cap. 4. n. 34.* Adam. Keller. *lib. 2. de offic. jur. polit. cap. 11. pag. 136. & ſeq.* Rectius itaque ſimpliciter improbatur & damnatur † in Eccleſiâ concubi- 12
natus. Nullum ſiquidem aliud vel ad prolem ſuſcipiendam medium, vel ad incontinentiam & ſcortationem vitandam remedium à DEO vel inſtitutum vel permiſſum ex ſacris literis demonſtrari poteſt, quàm pium & honeſtum conjugium, *Geneſ. 2. verſ. 24. Matth. 19. verſ. 6. 1. Corinth. 7. verſ. 2. & 9.* quomodò ergò concubinarii tuti ac certi erunt in conſcientiâ ſua de vitæ genere Deo acceptô? Metuendum ſanè, † ne ſine verbo 13
perpetuis dubitationum fluctibus circumgyrata in deſperationem tandem abripiatur. Et facit huc dictum Apoſtoli *ad Hebr. 13. v. 4.* Honorabile conjugium inter omnes: ſcortatores autem & adulteros judicabit DEUS. Nonnè hic manifeſtè conjugium opponitur reliquis omnibus extra illud commixtionibus, quæ fornicationis & adulterii nomine indigitantur? † Quare & 14
concubinatus eò refertur, quia conjugium non eſt, ut benè infert Johan. Gerhard. *dict. loco de conjug. §. 559. pag. 925. in fin.*

Dubitandum itaque non eſt, † quin pœ- 15
nam mereantur arbitrariam concubinarii, qui ſpretâ conjugii ſuavitate medium illud voluptatis & libidinis prohibitum apprehendunt, quo de pluribus dixi *in Pract. crimin. part. 2. quæſt. 70. n. 38. & ſeqq.* Et maximè de hoc ſollicitus fuit in provinciis Electoratûs † Princeps Mauritius piæ me- 16
moriæ, peculiarem contra concubinarios promulgans ſanctionem, quæ reperitur *in Ord. provinc. de an. 1550. ſub tit.* Von verdächtigen und leichtfertigen Weibesperſonen. cujus ſunt hæc verba: Mit verdächtigen und leichtfertigen Weibesperſonen auſſerhalb der Ehe Haus zu halten / ſol männiglichen in unſern Landen verboten ſeyn. Wird ſich aber iemand deß unterſtehen / der ſol über die Verkleinerung / ſo ihme von männiglich daraus erfolgen wird /

wird von ſeiner Obrigkeit/ oder in Mangel / uns ſelbſt darum geſtraft werden.

17 Quæ † pœna indefinitè poſita, quia eſt arbitraria, ad relegationem etiam extendi poterit, ut dixi *in allegata quæſt. 70. n. 41. in fin. Pract. criminal.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Chriſtianus II. Præfecto Miſnenſi, die 3. Auguſti Anno 1610.* (*Verba Reſcripti:* Welcher maſſen gegen unſerm Ober-*Conſiſtorio Paul W.* zu Meiſſen über ſeinen Eydmann Hans *H.* und deſſelben Hauß-Hälterin Dorotheen *S.* ſich beſchweret/ das haſtu inliegende zu befinden. Da es nun *Supplicantens* Anziehen ſich gemäß verhielte / und *H.* über ſo vielfältiges Geboth und gethane Zuſage/ der Dorotheen müßig zu gehen noch nicht geſinnet wäre/ trügen wir ob ſolchem Beginnen und Ungehorſam ein ungnädiges Mißfallen; Hiermit ꝛc. begehrende/ du wolleſt gedachtem *H.* Krafft dieſes bey Strafe 100. Thaler *ad pias cauſas* auferlegen / daß er von *dato* innerhalb acht Tagen erwähnte Dorotheen gäntzlich abſchaffen ſol/ Ihr auch derentwegen ernſte Verwarnung thun; Im Fall aber der Verweigerung und fernern Ungehorſams die verwürckte Strafe von ihme *H.* unſäumlichen einbringen / und anhero in unſer Ober-*Conſiſtorium* überſenden/ wie auch die Dorotheen in gefängliche Hafft nehmen laſſen; Darauf ihrer Strafe wegen/ nebens deinem ausführlichen Bericht/ dich in dem Schöppenſtule zu Leipzig eines Urthels auf *H.* Unkoſten erholen/ und uns ſolches uneröffnet anhero zu fernerer Anordnung überſchicken/ ꝛc.) 18

Et † *Conſiſtorium Supremum ad petitionem Henrici P.* zu *A. die 27. Junii, Anno 1613.* (*Verba Sententiæ:* Habt ihr nach euers Vatern Tode die Haushaltung und *adminiſtration* der Güter dem ſämtlichen unmündigen Geſchwiſter zum beſten annehmen müſſen. Weil ihr nun noch zur Zeit ledig und unverheyrathet/ gleichwol für euch allein das Geſinde nicht regieren / noch der Haushaltung mit Rathe vorſtehen könnet/ habt ihr Margarethen *W.* eine ledige Dirne zur Haushälterin angenommen/ und mit derſelben in das dritte Jahr beyſammen gelebet; Nachdeme aber dem Schöſſer daſelbſt dieſes Werck verdächtig vorkommen/ hat er euch auferleget / die Haushälterin wieder abzuſchaffen. Wiewol euch nun ſolches beſchwerlichen fallen wil: Dieweil es aber ohne Aergerniß nicht abgehen kan/ auch der Erbarkeit zuwider und ſtrafwürdig/ mit dergleichen Perſonen in Unehe zu leben; So ſeyd ihr des Schöſſers Geboth allerdings nachzukommen / oder euch mit eurer Haußhälterin trauen zu laſſen und ſie zu ehlichen ſchuldig/ V.R.W.) 19

Definit. CCXXXVI.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium, quia ex toro legitimo & parentibus honeſtis cenſetur natus, in Collegium opificum recipi debet.

SUMMARIA.

1. *Opifices fugiunt conſortium perſonarum inhoneſtarum.*
2. *Statuta poſſunt condere in ſuis collegiis.*
3. *Quod ex juriſdictione aliquâ profluit.*
4. *Spurii & naturales in collegia opificum non recipiuntur.*
5. *Ex communi opinione infamiâ facti laborant.*
6. *Non ex facto ſuo, ſed propter illegitimos natales.*
7. *Legitimi per ſubſequens matrimonium in collegia opificum ſunt recipiendi.*
8. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n. 11.*
9. *Habentur pro legitimè natis.*
10. *Matrimonium retrotrahitur ad tempus nativitatis. n. 13.*
12. *Statuta de filiis legitimis comprehendunt legitimatos per ſubſequens matrimonium.*

 14. *Ad-*

14. *Adducitur Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
15. *Quid ſi ſtatutum legitimatos verbis expresſis excluderet?*
16. *Non valet ejusmodi ſtatutum.*
17. *Liberi innoxii haut puniendi.*
18. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
19. *Ejusdem Sententia.*

1 OPifices quia ſunt partes civitatis, quibus Respublica non carere nec ſine iis ſtare valet, ſecundum Ariſtotelem *lib. 7. polit. 8.* Platon. *lib. 2. de Republ.* & Petr. Gregor. *de Republ. lib. 4. cap. 9.* invidendum ipſis non eſt, ut conſortium perſonarum inhoneſtarum fugiant, nec tales in opificium recipiant, quod & ſæpiſſimè in ſtatutis opificum (den Innungs-Articklen) clare proviſum. Dubium enim non eſt,
2 † quin collegia ejusmodi approbata inter ſe ſtatuta condere, & rebus ſuis proſpicere poſſint, ut dixi *lib. 1. Reſponſ. jur. Elect. 48.* quia ſcilicet jurisdictio aliqua collegiis opificum competit, *l. ult. C. de jurisdict. omn. judic. l. 2. §. ult.*
3 *C. de conſt. pecun.* † ex qua poteſtas ſtatuta concedendi, quæ & ipſa jurisdictionis eſt, profluit, Bald. Peruſin. *de ſtatut. verb. collegium. n. 2.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 8. n. 16. & ſeqq.* Bartol. *in l. omnes populi. 9. n. 6. ff. de juſt. & jur.* Dan. Moller. *lib. 2. ſemeſtr. 15. in pr.*
4 † Inde fit, ut ſpurios vel naturales ad collegia ſua opifices non admittant, nec ad id cogi queant. Etſi enim non omnes concedunt, ſpurios infamiâ aliquâ laborare, de quo valdè quondam fuit diſceptatum, prout videre eſt apud Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 30.* & Jacob. Thoming. *quæſt. 48.*
5 † ex communi tamen ſententia, quæ in Camerâ Imperiali etiam eſt recepta, teſte Mynſing. *centur. 4. obſervat. 31.* naturales ſeu ſpurii omnis infamiæ, vel ſaltem ejus,
6 quæ facti dicitur, expertes haut ſunt, † non quidem ex facto ſuo, ſed propter illegitimos natales, & quia ex putrido ſanguine fuêre procreati, Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 28. Defin. 20. n. 3.* Mynſing. *dict. obſerv 31.*

At quid ſi per ſubſequens matrimonium
7 ſint legitimati? Dicant opifices † quicquid velint, non obſtante eorum ſtatutô, quod tantummodò ex probis honeſtisque parentibus ac toro legitimo procreatos in conſortium eorundem admittit; legitima-
8 ti omninò recipi debent. (1.) Quia † per ſubſequens matrimonium omnia jura legitimorum adipiſcuntur, antiquæ ingenuitati reſtituuntur, nihilque à legitimis differunt, *Novell. 12. cap. ult. Novell. 74. cap. 1. & 2. Novell. 89. cap. 9.* Franc. Mant. *de conject. ult. volunt. lib. 11. cap. 10. num. 10. & ſeqq.* † Quodque tales legitimati per omnia legitimè natis comparentur, judica- 9
vit Camera Imperialis, teſte Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 141. num. 2.* Et quòd iis jure detur teſtimonium natalitium, Geburths-brieff/ quòd ſint nati ex probis honeſtisque parentibus ac toro legitimo: von ehrlichen frommen Eltern/ und aus einem rechten/ ehrlichen/ unbefleckten/ ungetadelten Ehebette herkommen und gebohren/ pronunciaverunt Scabini Lipſienſ. quorum ſententiam adduxi *in Juriſpr. Forenſ. ad Conſt. Elect. 6. Defin. 15. part. 2.* (2.) † Retrotra- 10
hitur namque hoc caſu matrimonium ad tempus nativitatis filiorum, omnemque maculam purgat, & efficit, ut ante matrimonium natus verè legitimus ſit & pro eo habeatur, ac ſi legitimè natus eſſet, *cap. tanta.* Ubi Dd. *extr. qui filii ſint legit.* † Eoque 11
facit textus *in cap. cum in cunctis. 7. junct. cap. innotuit. 20. ibique* Gloſſ. *extr. de elect.* Ex quo enim Epiſcopus eligi debet ex matrimonio legitimo, prout habetur *in dict. cap. in cunctis*, ac nihilominus naturalis per ſubſequens matrimonium legitimatus ad Epiſcopatum admittitur, *dict. cap. innotuit.* certè hinc neceſſariò infertur, legitimatos ex matrimonio legitimo eſſe procreatos. (3.) † Quare & ſtatuta de filiis legitimis 12
diſponentia, quantumvis ſtrictè ſint intelligenda, *l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. geſt.* æque comprehendunt legitimatos ex ſubſequenti matrimonio, ut docet Bald. *in l. cum acutiſſimi. 30. C. de fideicommiſſ.* Dec. *in dict. cap. cum in cunctis. 7. num. 11. extr. de elect.* Nicol. Boër. *deciſ. 159. n. 5.* Carol. Molin. *in conſuet. Pariſienſ. tit. 1. §. 8. gloſſ. 1. num. 49.* Hartman. Piſtor. *l. 2. quæſt. 41. num. 13. & 15.* Nimirum † factâ legiti- 13
matione per ſubſequens matrimonium, videtur conjugium ante liberorum nativitatem contractum, Hart. Piſtor. *dict. quæſt. 41. n. 15. & 33.* Gail. *dict. obſ. 141. n. 2.* Non ergò habent opifices, quod prætendant, quominus legitimati recipiantur; † 14
Quam in ſententiam etiam reſponderunt *Scabini Lipſienſes ad conſultationem* des Schneider-Handwercks zu Hertzberg/ *Menſ. Octobr. Anno 1641. hiſce formalibus:* Hat ein Mitmeiſter eures Handwercks daſelbſten Namens *T. S.* Georg *R.* eines Fleiſchers Tochter geehlichet. Ob nun wol dieſel-

dieſelbe hiebevor von ihrem Vater 6. oder 7. Wochen nach gehaltener Hochzeit gezeuget worden / und alſo dero Eltern ſich zu zeitig zuſammen gefunden. Dieweil aber dennoch dieſer Mangel durch die erfolgte eheliche *copulation* allerdings *purgi*ret worden / auch was die Eltern verbrochen/den Kindern zu Nachtheil nicht wohl gereichen mag; So wird gedachtes George *R.* Tochter für eine von Chriſtlichen/ ehrlichen/ frommen Eheleuten/ aus einem rechten/ehelichen/unbeflecten/ ungetadelten Ehebette erzeugtes Kind gehalten/ und mag demnach von den Zuſamenkünfften und Bierzechen/ wann der Meiſter Weiber erſcheinen/ nicht ausgeſchloſſen werden/ ſondern ſie wird gleich denſelbē/ euers in eurer Frage gethanen Vorwendens ungeachtet/ billich zugelaſſen/ V.R.W.

Quid verò † ſi in ſtatutis collegii aliud 15
diſertè proviſum eſſet, nempe admittendos haut fore per ſubſequens matrimonium legitimatos? † Non valere ejuſmodi ſtatu- 16
ta contra matrimonii jus & favorem, dixerim cum Matth. Weſenbec. *in §. aliquando autem. 12. verb. efficitur. Inſt. de nupt.* Quin
& ſola iniquitas ſtatuta illa annullaret, † ne 17
liberi innoxii tanquam peccantes puniantur, ut ait Imp. *in præfat. Nov. 12.* Hartman. Piſtor. *lib. 1. quæſt. 30. n. 26. & 31.* Matth. Stephan. *de juriſd. libr. 2. part. 2. cap. 8. n. 40. & ſeqq.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Senatui Pirnenſi die 8. Auguſti, Anno 1636.* (*Verba Reſcripti:* 18
Was an höchſtgedachten unſern gnädigſten Herrn der Verwalter zu *L.* wegen Chriſtian *B.* ſtreitigen Geburthsbriefes gelangen laſſen/ das habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann gedachter *B. per ſubſequens matrimonium legitimi*ret worden/welches das Tuchmacher-Handwerck zu hinterziehen nicht befugt; Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ihr wollet ihnen auferlegen/bemeldten *B.* zum Handwerck auf- und anzunehmen/ in beharrlicher Verweigerung ſie durch Zwangs-Mittel darzu *compelli*ren und anhalten/ꝛc.)

Et † *ad requiſitionem Balthaſari M.* zu *S. die 21. Sept. Anno 1618.* (*Verba Sententiæ:* Habt 19
ihr euch bey dem Schuſter-Handwerck des Orts angegeben und gebeten/daß ihr in ihre Innung genom̃en werden möchtet/ wie ihr dann auch das jenige/ ſo hierzu nöthig/zu leiſten erbötig/ es wil euch aber von dem Handwerck ſolches verweigert werden/mit Vorwenden/daß beſage ihrer Innungs-Articel allein diejenigen/ ſo aus einem rechten ehrlichen Ehebette gebohren/ bey ihnen geduldet würden. Ob nun wol eure Mutter euch von Abraham *G.* auſſer der Ehe gezeuget; Dieweil ſie ihn aber nachmals geehlichet/und er alſobald darauf mit ihr Hochzeit halten müſſen/wodurch ihr *per ſubſequens matrimonium legitimi*ret/ und in den Stand bracht worden/ daß ihr als aus einem rechten ehrlichen Ehebette gebohren/ zu halten; So iſt demnach bemeldtes Handwerck euch in ihre Innung aufzunehmen ſchuldig; In Verweigerung werden ſie dazu billich angehalten/ V.R.W.)

DEFINIT. CCXXXVII.

Virgo vi ſtuprata num caput peplô tegere cogatur, vel ei permittendum, ut ſerto coronata incedat?

SUMMARIA.

1. *Mulier vi ſtuprata pœnam non luit.*
2. *Delicta ex animo & voluntate æſtimantur.*
3. *Num vi compreſſæ ſertô incedere permiſſum ſit?*
4. *Quæſtio hæc valdè dubia.*
5. *Rationes dubitandi referuntur ex literis Archidiaconi Chemnicenſis, n. 6. 7.*
8. *Vi compreſſa pudicitiam non amittit.*
9. *Conſilium Franciſci Pfeils hac de re adducitur.*
10. *Corona eſt ſignum virginitatis.*
11. *Virginitas duplex eſt, animi & corporis.*
12. *Diſtinctio hæc in jure Saxonico fundata eſt.*
13. *Corona eſt ſignum virginitatis corporis.*
14. *Pronunciatum Scabinorum Lipſienſium.*
15. *Opinio deciſiva Conſiſtorii de hac quæſtione.*
16. *Circumſtantiæ variant deciſionem.*
17. *Reſcriptum Sereniſſimi Electoris Saxoniæ.*

1 QUum mulier vi ſtuprata ac cognita non deliquerit, perpeſſa ſcilicet ſtuprum violentum contra ſuam voluntatem, nemo erit, qui pœnâ vel mulctâ illam judicet dignam, *l. ſi uxor. 13. §. 7. ff. ad leg. Jul. de adult.* Ex ſolo enim
2 † animo & voluntate delictum æſtimatur ac pœnam meretur, *cap. cum voluntate. extr. de ſent. excomm. l. qui injuriæ. ff de furt. l. verum. in pr. ff. eod. tit. l. quod Reipublicæ. ff. de injur.* Didac. Covarr. *in Clem. ſi furioſus. 2. part. relect. n. 2.* Andr. Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ. 51. n. 7. & 9.* Ac ſatis ipſi pœnæ eſt, quod amiſerit virginitatem: unde quæſtio exorta:
3 † Num prohibenda ſit ſertum vel coronam portare, caputq; peplo tegere cogatur?

De quo ſanè multum controvertitur, &
4 † quam dubia hæc res ſit, vel ex ſolis apparet literis Archidiaconi Chemnicenſis M. Sebaſtiani Hommels, *quibus ſub dato 4. Febr. Anno 1635. à Conſiſtorio Supremo petiit deſuper*
5 *informationem:* In † iis hæc leguntur verba: Dahero ſolche genothzüchtigte Jungfrauen/ wie andere ehrliche Jungfrauen ohne Hauben und Mützen einher gehen/ da ſie doch die gewaltſame Nothzucht entweder ſelbſten geſtehen/ oder doch von vielen glaubwürdigen Perſonen unter den Crabaten geſehen worden. Weil dann dieſes an einem Theile eine gerechte Strafe Gottes iſt/ die man billich in Demuth annehmen ſol/ viel zarte Gewiſſen auch dadurch verwundet ſeyn/ welchen man zu Hülffe kommen/ ſie/ wie ſie ſich dißfalls nach ſolcher Strafe verhalten ſollen/ nothdürfftig *informi*ren ſol / damit ſie ihr Gewiſſen nicht ferner beſchweren / und gröſſere Strafen GOttes *cauſi*ren möchten / zumaln weiln ſie als Jungfrauen/ die ſie doch nicht ſeyn/ mit unbedecktem Häupt zum Tiſch des HErrn gehen; Am andern Theil aber unter die Hauben zu kriechen/ und als andere Weiber bedeckt einher zu gehen ihnen ſchwer fallen wil:
6 † In Erwegung/ 1. Daß dieſes eine gewaltſame Nothzucht/ ohne und wider ihren Willen geſchehen. 2. Daß ſie ſchon Strafe und Schaden genug erlitten/ weil ſie ihre Ehre verlohren. 3. Daß noch keine zur Zeit wiſſentliche Schwängerung darauf erfolget. 4. Daß es nicht bey allen kund und offenbar. 5. Daß in Enthaltung der Hauben ſolches wieder vergeſſen/ und ſie deſto ehe zu ehrlichen Heyrathen / welches ſonſten wol verbleiben möchte/ gezogen werden könnten. 6. Daß ihre Schande/ die vorhin nicht ſo ruchtbar/ hierdurch aller Welt offenbaret würde. 7. Daß die meiſten/ die doch in gleicher Verdammniß wären/ ſolches aufs härteſte läugnen und ſich deſſen entbrechen würden. 8. Daß die meiſten aus Furcht weltlicher Schande ihr Gewiſſen mit Läugnen beſchweren würden. 9. Daß die Jungfrauen dißfals ſchwerer/ als die Weiber / denen es unvergolten hinaus gienge/ geſtrafet würden. † Als habe in 7
Erwegung ſolcher *motiven ex utraque parte*, dem hochlöblichen Ober-*Conſiſtorio &c.* dieſen *caſum conſcientiæ* zu *decidi*ren ich hiermit *proponi*ren wollen/ unterthänigſt bittende / hierüber *deciſion* zu ertheilen/ ob die von Soldaten genothzüchtigte Jungfrauen/ welches man entweder aus ihrer oder anderer Leute Auſſage gewiß weiß/ ob gleich keine Schwängerung darauf erfolget / ins künfftige als Jungfrauen mit unbedecktem Haupte im Krantze/ oder unter der Hauben und Mützen/ als Weiber gehen ſollen/ ꝛc. Quod ſi enim pro ſtupratarum virginitate quis reſpondendum exiſtimaverit, † hôc fundamentô is juvabitur, 8
quòd vi compreſſa pudicitiam ac virginitatem non amittat, quippe quæ ceu virtus non in corpore, ſed in animo eſt conſtituta, ut loquitur Auguſtinus *de civit. DEI, lib. 1. cap. 18. can. itanè. can. de pudicitia. 32. quæſt. 5.* Et Ambroſ. *in can. reverâ. dict. cauſ. 32. quæſt. 5. ibi: Reverâ non poteſt caro corrumpi, niſi mens fuerit antea corrupta.* † Ex quô 9
etiam Franciſcus Pfeil ita decidere haut dubitavit: Dieſem allem nach halte ichs dafür/ daß die Magd/ ſo von den beeden Buben mit Gewalt ins Korn gerückt/ genothzöget und beraubet iſt/ nicht weniger/ denn ob ſolches nicht geſchehen / in jungfräulichem Schmucke und mit dem Krantze offentbarlich gehen / und nicht als eine geſchwächte Dirne oder Hure / mit dem Schleyer gedeckt werden möge/ ꝛc. quod & placet Matth. Stephan. *ad art. 119. Ordin. crim. Carol.* & Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 47. num. 67.*

Alteri verò qui ſentiunt, † & ipſi ratione 10
juſtâ haut deſtituuntur, ſiquidem corona eſt ſignum virginitatis, quam ſtupratam etiam per vim amiſiſſe, eâque ſpoliatam fuiſſe, nemo facilè inficias ibit, *can. illa autem famulæ. 32. quæſt. 5.* † Nimirum 11
diſtingui oportet inter virginitatem animi & corporis: Illa propriè dicitur pudicitia, quam non modò virgines, ſed & viduæ ac mulieres honeſtæ fovent, eaque per ſtuprum violentum nec aufertur, nec deminuitur. Hæc verò eſt integritas pudoris & corporis incorrupti, quam per compreſſionem violentam perdi, certo certius eſt, *dict. can. illa autem famulæ. 32. quæſt. 5.* veluti ſic diſtinguit † Gloſſ. Germ. *ad art. 1. l. 3.* 12
Land-

Landrecht. *n. 2.* Darum mercket erſtlich von Keuſchheit/daß ſie zweyerley iſt/ nemlich eine des Leibes/die andere aber des Gemüthes. Seines Leibes Keuſchheit kan ein Menſch durch Gewalt verliehren/aber die Keuſchheit des Gemüths oder der Seelen wird weder vor GOtt/ noch vor der Welt durch nothzögens Gewalt verlohren/denn ſie eine Tugend der Seelen iſt. *Et poſtea:* Dieſe Tugend wird in allen dreyen Ständen der Weiber befunden/in Jungfrauen/
13 Ehefrauen und Wittwen. † Cùm autem ſertum vel corona ſignum ſit virginitatis non animi, ſed corporis (quod vel inde patet, quia viduæ & mulieres, quæ & ipſæ virginitatem animi fovent, coronâ non incedunt, ſed caput peplo tegunt) non utique vi ſtupratæ, quæ procul dubio corporis virginitatem amiſit, hac in re annuendum erit; † 14
quam in ſententiam reſponderunt Scabini Lipſienſes, ut dixi *in pract. crim. part. 2. quæſt. 75. n. 83. & 84.*

Hac in ambiguitate Conſiſtorium † Su- 15
premum nil certi decidere voluit, nec indefinitam ponere regulam, quin potius ſingulas circumſtantias in quocunque facto probè † ponderandas duxit. Rectiſſimè ſa- 16
nè, cum eædem non ſint omnium factorum qualitates, nec eadem ipſorum ratio. Res verò ita temperanda, ne vel ſtupratæ jam afflictæ ulterius addatur afflictio, vel in Eccleſiâ ſcandalum præbeatur, quod omnibus modis eſt præcavendum.

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector M. Sebaſtiano Hommeln, Archidiacono Chemnicenſi, 17
die 4. Martii Anno 1635. (*Verba Reſcripti:* Als bey uns ihr um *Information* angeſuchet/weſſen ihr euch gegen die vom Feinde genothzögte Weibespersonen bezeigen ſollet/laſſen wir euch zum Beſcheid unverhalten/ daß in ſolchen Fällen behutſam zu gehen/insgemein alles *Scrupuli*ren und Nachgrübeln einzuſtellen/ die vorhin Betrübten nicht weiter zu betrüben/ ſondern vielmehr auf begebende Fälle mit gebührlichem Troſt aufzurichten/der Feinde verübte Unthaten mehr mit dem Mantel der Chriſtlichen Liebe um der beleidigten Perſonen willen zuzudecken/ als auszubreiten/ und die Nothgezögten an ihrer Ehre/Namen oder Gewiſſen nicht vorſetzlich zu gefähren seyn. Begäbe ſich aber bey einer oder der andern Perſon etwas ſonderliches/ ſo wollet ihr uns iedesmal die Umſtände ausführlichen berichten/ und unſere *Reſolution* darauf erwarten/ꝛc.)

DEFINIT. CCXXXIIX.

Non credendum nudæ aſſertioni mulieris ſtupratæ, quæ vi ſe compreſſam dicit, ſed in veritatem ſtupri violenti à Magiſtratu eſt inquirendum.

SUMMARIA.

1. *Sæpiſſimè mulieres ſtupratæ vim perpeſſam prætendunt, ut veniam mereantur.*
2. *Quia ab omni eximuntur pœnâ.*
3. *Nec maculam infamiæ incurrunt.*
4. *Non damnantur coitus nefarii.*
5. *Earum filii non dicuntur nati ex coitu damnatô.*
6. *Matri pariter & avo materno ſuccedunt.*
7. *Nudæ tamen aſſertioni ſtupratæ de vi perpeſſâ fides non habetur.*
8. *Delicta coerceri publicè intereſt.*
9. *Quomodo ſtuprum violentum probandum?*
10. *Ex clamore ſtupratæ probatio deſumitur. n. 11.*
12. *Quâ in re tamen arbitrio judicis multum committitur.*
13. *Fortis probatio ſtupri violenti, ſi ſtupratâ de eô ſtatim fuerit conqueſta.*
14. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NUnquam non mulieres ſtupratæ vel blanditias & fraudes ſtupratoris, vel etiam vim perpeſſam prætendunt, ut veniam pœnæ conſequantur, & Magiſtratum ad condolendum per-
2 moveant; imprimis verò hoc obtinent mulieres vi ſtupratæ, † quæ non modò omni exemtæ ſunt pœnâ, ut diximus *in Defin. præced. num. 1. & 2.* ſed etiam infamiæ ma-
3 culam metuere † haut habent, *l. fœdiſſimam. 20. verſ. quin etiam inviolatæ exiſtimationis eſſe &c. C. ad leg. Jul. de adult. l. ſi uxor. 13. §. ſi quis. plane. 7. in fin. ff. eod. tit. l. 1. §. removet. 6. ff. de poſtul.* Salycet. *in dict. l. fœdisſimam. n. 1.* Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 41. n. 66.* Matth. Stephan. *ad art. 119. Or-*
4 *dinat. crim. Carol.* † Quin & mater, quæ per vim rapta & invita carnaliter cognita concepit, in ea causâ non eſt, ut coitûs nefarii
5 damnetur: neque hoc caſu filius † ex damnato coitu natus dici poteſt, *can. raptores. 6. quæſt. 2.* Bald. *in l. eam quam 14. n. 25. C. de fideicommiſſ. & in l. ſi qua illuſtris. 5. verſ. ſi mater. C. de SCto Orphit.* Hippolyt. de Marſil *in l. 1. §. præterea. col. 3. & 4. ff. de quæſt.* Nicol. de Ubald. *in tract. de ſuc-*
6 *ceſſ. ab inteſtato. in 1. part. n. 45.* † Ex quo porrò ſequitur, quod filius ejusmodi matri pariter & avo materno ſuccedat, prout demonſtratum dedi *Reſp. 113. lib. 5.* Sunt certè rationes hæ tales, ut ſtupratæ mulieri non parum ſolaminis inde accedat, quare & ſæpiſſimè violentum ab iis prætenditur ſtu-
7 prum. Sed † nudæ aſſertioni ipſarum fides non habetur, quin potiùs accuratè in veritatem inquirere judicem oportet, ne de-
8 licta maneant impunita, † quæ coercere publicè intereſt, *l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. l. in delictis. §. cum dominus ff. de nox. action. l. Stychum aut Pamphilum. ff. de ſolut. l. per omnes. 6. C. de defenſor. civit. l. ſi operis. 14. C. de pœn.* Vincent. de Franch. *deciſ. Neapolit. 98. n. 2.* Jacob. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 127. n. 64. & part. 4. quæſt. 140. n. 51.*

At † quô mediô veritas explorabitur, & 9
ſtuprum probabitur violentum? Quid enim ſi ſtuprator confiteatur ſtuprum, violentiam autem neget, quam tamen ſtuprata ad ſui exculpationem prætendat, id quod ſæpiſſimè accidit? Sanè violentiam probari,
† ſi mulier magnô clamore imploraverit 10
alicujus opem, tradit Jodoc. Damhouder. *in prax. rer. criminal. cap. 95. n. 9.* Johan. Bajard. *in addit. ad Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ſtuprum. n. 40.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1409. n. 26.* † Quod ſi verò in 11
ſylvis aliisque locis remotis, ubi vox oppreſſa non facile audiri poteſt, vis fuerit illata, mulieris aſſertioni de vi illatâ conquerentis non credi, etiamſi ea ſit honeſtæ vitæ ac famæ, ſcribit Cravett. *conſil. 41. n. 2.* Bartol. Bertaz. *concl. 3. n. 1. & ſeqq. vol. 1.* Bajard. *dict. loc.* Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 41. n. 70.* Quod quidem ita ſe habet, judicis † tamen arbitrium heic neutiquam 12
velim excluſum, qui pro ratione concurrentium circumſtantiarum & indiciorum vel ad torturam, vel juramentum purgationis devenire poteſt.

Planè multum fidei hac in re tribuendum fore querelæ mulieris ſtupratæ, ſi † 13
quamprimum ſtuprum violentem fuerit paſſa, judicem adeat, & de vi illatâ conqueratur, cùm econtrà ex ſilentio ſtupratæ non levis præſumtio conſenſûs contra illam oriatur, diximus *in pract. crimin part. 2. quæſt. 57. n. 87.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annæbergenſi & Quæſtori Schwartzburgenſi, die 30. Auguſti, Anno 1637.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern des Superintendentens eingeſchickten Bericht / welcher Geſtalt M. *M.* von einem unbekannten Soldaten genothzöget worden ſeyn ſolle / verleſen hören; Wann dann dergleichen Sachen / da offt groſſer Verdacht dahinden / täglich ſich zutragen / und ihrem bloſſen Ausſagen nicht allezeit zu trauen / ſondern ſolche *delinquenten* umſtändlich zu *examini*ren / und deßwegen nicht ſo ſchlecht / wie itzo geſchehen / zu *inquiri*ren; Als iſt hierauf an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren / ihr beyde zugleich wollet Erkundigung einziehen / ob nicht etwa ein Verdacht / daß ſie mit andern zu thun gehabt / vorhanden ſey / auch wie ſie ſich ſonſten in ihrem Leben und Wandel verhalten / und ſolches mit Wiederſendung des Einſchluſſes hinwieder berichten / ꝛc.) 14

DEFI-

Definit. CCXXXIX.

Quando ſtuprata de fornicatione cum aliis eſt ſuſpecta, ſtupratori alimentatio infantis injungenda haut eſt, priusquam juramento ſuo ſtuprata ſe à ſuſpicione purgaverit.

SUMMARIA.

1. *Vidua qualibet honeſta, & puella virgo præſumitur.*
2. *Contrarium ſi non probetur, ſtuprator obſtrictus eſt ad alimentationem infantis.*
3. *Probatio hujus fieri poteſt per indicia & præſumtiones.*
4. *Qualis hoc caſu ſufficit. n. 5.*
6. *In occultis conjecturata probatio pro concludenti habetur.*
7. *Criminis confeſſi alia non requiritur certitudo, quàm quæ haberi poteſt.*
8. *Probatis indiciis juramentum mulieri ſtupratæ injungendum.*
9. *Quod juramentum eſt purgationis.*
10. *Et obtinet, quando adſunt indicia & præſumtiones.*
11. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 Diximus *ſuprà Defin. 232.* in dubio viduam honeſtam ac puellam virginem præſumi, ideoque ſtupratori contrarium dicenti, & ſtupratam antea quoque ab aliis fuiſſe vitiatam aſſerenti, onus probandi incumbere, Panormit. *in cap. 1. extr. de adult.* Johann. Schneidvvin. *in §. in duplum. n. 14. Inſt. de action.* Dan. Moller. *ad Conſt. Elector. 27. part. 4. n. 8.* & ibi Reinhard. Roſa *in addit.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1410.* Jul. Clar. *libr. 5. ſentent. §. ſtuprum. n. 4.* & ibidem Johan. Bajard. *in addit. n. 24.*
2 Aym. Cravett. *conſ. 166. n. 5.* † antequam ergò id faciat, non modò ad ſatisfactionem ſtupratæ, ſed etiam ad alimentationem infantis eſt obſtrictus, *dict. Defin. 232.*
3 Difficilis profectò erit probatio, † quam vix aliter expediet, quàm indiciis ac præſumtionibus, veluti ſi ſtuprata aliorum quoque virorum conſortium appetierit, noctèque ac interdiu eorum interfuerit
4 commeſſationibus, aliamque fornicationis ſuſpicionem præbuerit; † qualis probatio etiam ſufficiet. Etenim quia crimen ſtupri ac fornicationis perinde ut reliqua carnis delicta in occultò perpetratur, fieri
5 haut poteſt, ut teſtibus probetur; † quare ſufficit ex indiciis & præſumtionibus certis de eò conſtare, veluti colligere eſt ex verbis *Conſtit. Elect. 45.* Und können doch derowegen keine gewiſſe Nachrichtung thun. *part. 4.* † Nam & alias in occultis 6
delictis conjecturata probatio pro concludenti habetur, Bald. *in l. quicunque. C. de ſerv. fugit.* Dec. *in cap. licet cauſam. n. 12. in fin. extr. de probat.* Nic. Boer. *deciſ. 164. n. 4.* Tiber. Dec. *conſ. 18. n. 221. lib. 1.* Neque † criminis 7
confeſſi alia requiritur certitudo, quàm quæ haberi poteſt, Joh. Georg. Gödelm. *in tract. de magn. veneſ. & lam. libr. 3. cap. 10. num. 47.* Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 2. part. 4. n. 15.*

Quid ergò ſi ejusmodi præſumtiones adfuerint, num ſtatim ſtuprator abſolvendus erit? Non certè: † ſed juramentum mulieri ſtupratæ eſt injungendum, ut verum indicet patrem infantis, prout bene decidit Anton. Teſſaur. *deciſ. 3. n. 6.* Eſtque jusjurandum † hoc purgatorium, quo ſe liberat 9
ſtuprata ab inculpatà fornicatione cum aliis. Quale juramentum tùm obtinet, quando adſunt † indicia & præſumtiones contra jurantem militantes, *can. conſuluiſti. 2. quæſt. 4. cap. ex tuarum. 8. cap. ult. extr. de purgat. canon. cap. ſignificantibus. 2. extr. de purgat. vulgar.* Joach. à Beuſt. *ad rubr. ff. de jurejur. n. 195. & 201. nec non ad l. admonendi. 31. ff. eod. tit. n. 148.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 40. n. 31. & ſeq.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 5. caſ. 464. n. 10.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem* Andreä *R.* zu *L. die 8. Auguſt. An. 1636.* (*Verba Sententiæ:* Wann gleich erweißlichen/daß bey einer Wittfrauen viel Soldaten Wohlluſt halben ſtarck aus- u. eingegangen/u. auf eure Beſchickung ſich erkläret/ euch alles liebes und gutes nachzuſagen/ und um nichts zu belangen/ worüber ihr 11
euch

euch mit einer andern Perſon ohne Hinderung und Einſpruch verlobet/ und mit derſelben die Ehe vollzogen/ anitzo aber/ als erwehnte Wittib nach Verflieſſung eines Viertel-Jahres einer Tochter geneſen/ zu derer Vater ſie euch alleine angegeben/ und des Kindes *alimentation* von euch begehret/ alles nach mehrerm Inhalt eurer Frage. Dieweil ihr aber dennoch des mit ihr gepflogenen Beyſchlafens nicht in Abrede; So möget ihr von bemeldter Wittben des Kindes *alimentation* halber wol belanget/ auch da ſie eydlichen betheuren wolte/ daß ihr von keinem andern Vater bewuſt wäre/ von der Obrigkeit auf derſelben Ermäßigung eurem Vermögen nach darzu angehalten werden/ V.R.W.)

Definit. CCXL.

Transactione licèt ſuper defloratione inter ſtupratorem & ſtupratam initâ, infanti tamen alimenta ſunt præſtanda, quantumvis de hiſce in transactione nil dictum fuerit.

SUMMARIA.

1. *Stuprator ad ſatisfactionem ſtupratæ eſt obſtrictus.*
2. *Ut ſtupratam vel ducat, vel dotet.*
3. *Quatenus juri divino id conſentiat?*
4. *Tenetur etiam ſtuprator alimentare infantem.*
5. *Quorum unum alterum haut abſorbet.*
6. *Transactio ſuper defloratione non præjudicat alimentationi infantis.*
7. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n. 9. 11.*
8. *Pœna una alteram haut abſorbet.*
10. *Quilibet pater infanti neceſſaria ſubminiſtrare tenetur.*
12. *Beneficium* l. 2. C. de reſc. vendit. *in transactione etiam locum habet.*
13. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOtiſſimi ſanè juris eſt, quod quivis
ſtuprator pro defloratione & in
recompenſationem perditæ virginitatis
ſtupratæ ad ſatisfactionem
2 ſit obſtrictus, quæ in eo conſiſtit, † ut illam
vel ducat, vel dotet, *Conſt. Elect. 27. p. 4. in
verb.* Und er dieſelbe zur Ehe nicht nehmen
wil/ ſo ſol er ſie ihres Standes und Herkommens nach *dotiren*. Quæ pœna ex
jure divino eſt petita, quo ſtuprator mulierem ſtupratam dotare & ducere jubetur,
Exod. 22. verſ. 16. & 17. Deut. 22. verſ. 28.
Matth. Weſenbec. *in parat. ff. ad leg. Jul.
de adult. num. 21. verſ. lex divina.* Jacob.
Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. quæſt. centur. 3.*
3 *caſ. 288. num 14.* eatenus † tamen recepta, ut particula (ET) alternativè explicetur,
alterutrumque horum ſufficiat, ut nempe
ſtuprator mulierem ſtupratam vel ducat, vel,
ſi id facere nolit, dotet, idque arbitrio ejus
ſit relictum, Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 38. n. 17.* Jodoc. Damhoud. *in praxi
rer. crimin. cap. 92. num. 6. verſ. atque hæ*
4 *pœnæ &c.* Ultra hanc ſatisfactionem † autem ſtuprator porrò infanti alimenta præſtare tenetur, usque dum propriis operis
ſe ſuſtentare valeat, *dict. Conſt. Elect. 27.
part. 4. in verb.* und da ſie von ihme Leibesfrucht hat/ dieſelbe auf gerichtliche Ermäßigung *alimentiren.* Joh. Bajard. *ad
Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ſtuprum. n. 10. verſ.
item adde* Joach. à Beuſt. *in tract. connub.
part. 1. cap. 29. verſ. ſi tamen caſus &c.*

Utrumque † ergò à ſtupratore exigi 5
poteſt, nec unum alterum conſumit. Quare
ſi tranſigatur inter ſtupratorem & mulierem ſtupratam ſuper defloratione, † ne- 6
quaquam remiſſa videtur alimentatio infantis, ut maximè ne verbulo quidquam
in transactione de hac dictum fuerit. (1.)
† Diverſæ ſiquidem hæ ſunt pœnæ, & ad 7
finem etiam diverſum tendunt. Illa namque, puta ſatisfactio pro defloratione, ipſius ſtupratæ jus concernit: alimenta verò
infanti debentur. † Non ergò pœna una 8
alteram abſorbet, *l. Neratius. 11. §. 2. ff. de
ſerv. corrupt. l. 1. §. hunc tamen. l. 2. §. 1. ff.
de tutel. & rat. diſtr. l. nunquam. 60. ff. de
oblig. & action. l. vulgaris. 21. in fin. pr. ff.
de furt.* Bartol. *in. l. nunquam plura. num. 4.
& 11. ff. de privat. delict. & in l. ſi gemina.
10. ff. arbor. furt. caſar.* Jul. Clar. *libr. 5.
ſentent.*

ſentent. §. *ult. quæſt.* 86. *verſ. ſcias etiam.* & *verſ. hæc autem omnia.* Nicol. Reuſner. *lib.* 5. *deciſ.* 20. *num.* 5. Petr. à Plach. *in epit. de-*
9 *lict. lib.* 1. *cap.* 1. *numer.* 18. (2.) † nec præſu-
mendum, tranſigentes de alimentatione infantis ſenſiſſe, ſtupratamque eam ſtupratori remiſiſſe, poſtquam id facere & infanti præjudicare haut potuerit, ſi non ipſa de propriis alimenta infanti præbere parata
10 ſit, † quilibet enim pater infanti neceſſaria ſubminiſtrare tenetur, *l. nec filium. C. de patr. poteſt. cap. cum haberet, in fin. extr. de eo, qui duxit in matrimon.* Anton. Teſſaur. *deciſ.* 3. Nevizan. *in ſylv. nupt. libr.* 3. *verb. ſtuprator. num.* 25. Matth. Coler. *part.* 3.
11 *deciſ.* 176. *num.* 89. & *ſeqq.* (3.) † Ac poſito, ex mente tranſigentium infantis alimentationem in transactione excluſam fuiſſe, audienda tamen erit ſtuprata, alimenta ad ſuſtentationem ejus petens, quia læſionem prætendere valet, unde ei ex beneficio, *l.* 2. *de reſcindendâ venditione* ſuccurritur † quippe quæ in transactione 12
etiam locum habet, maximè in provinciis Electoratûs Saxonici, *Conſtit. Elector.* 34. *part.* 2. licèt alibi forſan res hæc dubio non careat, ut videre eſt apud Ar. Pinell. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit. pag.* 1. *cap.* 4. *num.* 13. Erneſt. Cothman. *conſil.* 30. *numer.* 264. Johan. Harppr. *in* §. *ult. num.* 162. & 163. *Inſtit. de emt. vendit.* Bernh. Græv. *lib.* 2. *concluſ* 70.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Freybergenſi, die* 30. *Septembr. Anno* 1635. 13
(*Verba Reſcripti:* Wir haben euren eingeſchickten Bericht/ die aufgerichtete Vergleichung zwiſchen Annen W. und Balten R. verleſen hören. Wann wir dann daraus befinden/ daß die Klägerin *pro defloratione* nicht mehr als ein gut Schock/ für des Kindes *Alimentation* aber nichts gefodert/ und daſſelbige dadurch verkürtzet worden; Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet es dahin richten/ daß dem Kinde zum wenigſten von dem Beklagten 4. gute Schock darzu gegeben/ und ſo dañ daran ſeyn/ damit ſolcher Vergleichung von den Partheyen gebührlich nachgelebet werde/ ꝛc.)

Definit. CCXLI.

Stuprator non poſſeſſionatus in carcere eſt detinendus, usque dum caveat de judiciô ſiſti & judicatum ſolvi, idque vel pignoribus aut fidejuſſoribus, vel ſaltem juratò.

SUMMARIA.

1. *Reus cautionem præſtat de jure civili.*
2. *Et quamnam, ſi procuratorem conſtituit?*
3. *Procurator ſatisdare tenetur, reo abſente.*
4. *In forò Saxonicò cautio non exigitur à reo, num.* 5.
6. *Ratio hujus obſervantiæ.*
7. *Afflicto non eſt addenda afflictio.*
8. *Non præſtat ſtuprator cautionem, quando eſt poſſesſionatus.*
9. *At benè quando poſſesſionatus non eſt, & de fugâ ſuſpectus.*
10. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n.* 11. 14.
12. *Cauſa matrimonialis æquiparatur cauſæ criminali.*
13. *In criminalibus cauſis reus præſtat cautionem.*
15. *Cautio præſtatur pignoribus, vel fidejuſſoribus.*
16. *Modo fidejuſſores ſint idonei, & pignora ſufficientia.*
17. *Quænam talia? num.* 18.
19. *Admittitur quandoque ſtuprator cautione juratoriâ. n.* 20.
21. *Talis exigitur cautio, qualis præſtari poteſt.*
22. *In cauſis criminalibus admittitur quandoque cautio juratoria.*
23. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
24. *Ejusdem Sententia.*

1 DE jure civili à reo cautionem exigi de judicio ſolvendo expeditum eſt, *l. qui proprio. 46. §. qui alium. 2. ff. de procurator.* quâ tamen jure novo levatur, ſi caverit judicio ſiſti, & ſe ad finem usque in lite perſeveraturum, ac tempore ſententiæ affuturum, §. *ſed hodie. Inſt. de ſatisdat.* Johan. Schneidvvin. *ad tit. Inſt. de ſatisdat. num. 8.* Jacob. Cujac. *lib. 10. obſerv. 29.* Idque, ſi reus ipſemet præſens eſt
2 in judicio; † Cæteroquin ſi procuratorem conſtituat, etiamnum ſatisdare tenebitur judicatum ſolvi, §. *ſi verò. aliquis. 4. Inſtit.*
3 *eod. tit.* † quam cautionem quoque procurator præſtat reo abſente. §. *ſi verò reus. 5. Inſt. eod. tit.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 2. tit. 36. Defin. 4.*

Sed juris hujus ſanctio ab uſu receſſit,
4 † nec ulla in foro Saxonico cautio à reô exigi poteſt, ut dixi *in Jurisprud. forenſ. ad Conſtit. Elector. 5. part. 1. Defin. 30. & libr.*
5 *2. Reſp. jur. Elect. 79. num. 5.* qua † de re atteſtantur etiam Dan. Moller. *ad dict. Conſtit. Elect. 5. num. 2.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 3. cap. 11. num. 98.* Chil. König. *in ſuo proceſſ. cap. 47. numer. 17.* Joh. Schneidvvin. *dict. loc.* Johan. Zanger. *de*
6 *except. part. 2. cap. 21. num. 48.* Cujus † obſervantiæ hanc vulgò reddunt rationem, quod reus ſatis ſit gravatus hôc ipôs, quòd fuerit judicio pulſatus, Chil. König. *dict. cap. 47. num. 18. ibi:* Denn weil er beklaget/ ſo hat er damit Beſchwerung gnug/ und darff nicht weiter beſchweret werden.
7 † non enim afflicto ulterior addenda eſt afflictio, *l. divus. 14. ff. de offic. præſid. antep. C. de pœn. l. navis onuſtæ. 4. §. quid ergò. ff. ad leg. Rhod. de jact. can. cum permiſſio. 7. quæſt. 1. cap. ex parte. 5. extr. de cler. ægrot. cap. licet. 4. extr. de cenſib.* Conſequens hiſce eſt,
8 † nec à ſtupratore cautionem exigi poſſe. Quod ſanè, quando bona poſſidet immobilia, indubitatum eſt, ſive enim ratione matrimonii promiſſi, ſive intuitu alimentorum infanti præſtandorum & ſatisfactionis pro defloratione, ſtuprata adverſus ipſum experiatur, non omninò periclitari videtur, cùm executio in bona ejus
9 fieri queat. Quid autem † ſi poſſeſſionatus non ſit, & tamen ſuſpectus de fugâ? Tutò dixerimus ab ipsò cautionem exigi poſſe, ne judicium eludatur. Quare incarcerari debet, usque dum caveat judiciò ſiſti & ju-
10 dicatum ſolvi. (1). † Nam & aliis in cauſis civilibus, quando reus de fugâ eſt ſuſpectus, etiam in forò Saxonicò ſatisdare tenetur, prout demonſtratum dedi *lib. 2. Reſponſ. jur. Elect. 79. n. 12.* ex Zanger. *dict.*
11 *cap. 21. n. 48.* † quod & ſentit Chilian. König. *in proceſſ. dict. cap. 47. num. 18.* quando inquit: Wo es aber vom Kläger geſchähe/ und er davon nicht wolte abſtehen / ſo möchte Beklagtem von dem Richter der Vorſtand zum Rechten zu ſtehen *& ſic de judiciò ſiſti* aufgeleget werden. Quidni ergò idem in causâ obtineret matrimoniali
vel ſtupri? (2.) Idque eò magis, † quia cau- 12
ſa ejusmodi æquiparatur cauſæ famoſæ ac criminali, ut liquet *ex Ordinat. proceſſ. judic. Elect. Saxon. tit. 18.* §. Wann nun alſo. *verſ. final.* Allein wollen wir von ſolcher *præſcriptione octiduanâ cauſas matrimoniales* und *criminales eximiret* haben / & dixi de hoc *lib. 3. Reſponſ. jur. Elect. 57. n. 3.*
† Jam verò in criminalibus reum ad cautio- 13
nem teneri, ſi carcerem evitare velit, non eſt quod dubitemus, Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 5.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 107. & 113.* Dan. Moller. *lib. 2. ſemeſtr. cap. 1. & 2.* Matth. Stephan. *in not. ad art. 11. num. 4. Ordinat. criminal. Carol.* Jul. Clar. *libr. 5.*
ſent. §. ult. quæſt. 46. (3.) † Nec habet tum 14
reus ſtuprator, quòd afflictionem prætendat, cui alia non debeat addi afflictio; Siquidem theorica illa Dd. inter alia & tum perdit ſuum officium, ſi afflictus ipſemet cauſam dederit afflictioni. Quam limitationem ſi ad cauſam accommodemus præſentem, iniquum non eſt, ut ſtuprator, qui libidine ſuâ hanc afflictionem ſibi attraxit, ad ſatisdandum obſtringatur.

Cæterùm præſtanda eſt † cautio vel pi- 15
gnoribus vel fidejuſſoribus, veluti in perſonâ actoris proviſum *in Ordin. proceſſ. judic. tit. 13. in verb.* Solchen Vorſtand mit Bürgen oder Pfanden beſtellen/2c. libero ejus arbitrio relicta electione, quorum alterutrum præſtare velit, Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. cent. 2. libr. 2. caſ. 142.*
num. 3. † modò fidejuſſores tàm ex facul- 16
tatibus, quàm conveniendi facultate ſint idonei, *l. 1. & 2. in pr. ff. qui ſatisd. cog.* & pignora ſufficientia, *l. promiſſor. 21. §. ult. ff. de conſt. pecun.* Dd. *in §. ſi verò aliquis. 4.*
Inſt. de ſatisdat. h. e. talia, † non quæ ad va- 17
lorem unius Werigeldi aſcendunt, prout diſpoſitum in jure Saxonico, Landr. *lib. 2. art. 5.* Chriſt. Zob. *part. 1. differt. 10. num. 5. & 6.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 105. n. 8. & ſeqq.* Chil. König. *in proc. cap. 46. num. 2.* Dan. Moller. *lib. 1. ſemeſtr. 2. n. 2.* Jacob. Schult. *part. 1. obſervat. 20. num. 1. & ſeqq.*
† ſed quæ judex pro qualitate & magnitudi- 18
ne cauſæ idonea fuerit arbitratus. *Ordinat. proceſſ. judic. tit. 13. §.* Wie hoch aber einer begütert. Johan. Zanger. *dict. cap. 21. num. 43.* Matth. Weſenbec. *in parat. ff. qui ſatisdar. cogunt. n. 11.* Jacob. Schult. *part. 1.*
quæſt. 20. num. 3. † Quod ſi tamen accidat, 19

ut reus ſtuprator nec pignora habere, nec fidejuſſores invenire queat, audiendus erit cautione juratoriâ, ſi hanc præſtare velit, ne ex defectu pignorum & fidejuſſorum in
20 carcere marceſcat; † Scilicet quia & actor ad cautionem juratoriam admittitur, ſi pignoribus & fidejuſſoribus deſtituatur, §. *ſed hodie. 3. Inſtit. de ſatisdat. Auth. generaliter. C. de Epiſcop. & Cler. it. Novell. 112. cap. 2. Ordin. proc. judic. dict. t. 13. §.* Da aber der Kläger. Matth. Weſenbec. *dict. loc. num. 10.* Andr. Gail. *lib. 1. Obſervat. 148. numer. 6.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 11. num. 100. & ſeqq. & ad cap. dilect. extr. de except. num. 10.* Zanger. *dict. cap. 21. num. 23.* † nam talis exigitur cau- 21
tio, qualis præſtari poteſt, Gloſſ. *in cap. ex parte. 23. verb. contumacia extr. de verb. ſignif.* Ergò & juratoria, ſi pignora vel fidejuſſores non adſint. Et cur non audiretur ſtuprator jurare volens? † cùm & in cauſis criminalibus juratoria cautio quandoque admittatur, ut dixi *in Pract. crimin. part. 3. quæſt. 112. num. 106.* Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 46. numer. 14.* Nicol. Reuſner. *lib. 3. conſ. 1. num. 28.* Hippol. de Marſil. *in rubr. de fidejuſſ. num. 166.* Ægid. Boſſ. *in tit. de carcer. fidejuſſ. num. 71.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Senatui Dresdenſi, die 7. Octobr. Anno 1636. (Verba Re- 22
ſcripti: Was maſſen an uns Chriſtina/ Matthes L. zu G. nachgelaſſene Tochter über George S. wegen zugefügter Schwängerung und verſprochener Ehe ſich beſchweren und demüthig bitten thut/ das habt ihr aus inliegender *Copia* zu befinden. Und iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren / Ihr wollet dem Stadtrichter befehlen/ die Verordnung zu thun/ daß er Beklagten/ wo er anzutreffen/ ungeſäumt zur Hafft bringen/ und daraus nicht kommen laſſen ſolle/ er habe dann zuvor vor uns zu Güte und Recht zu erſcheinen/ und der Sachen Austrag zu erwartem/ auch rechtlichen Erkäntniß Folge zu leiſten *Caution* beſtellet/ ſich verbürget/ oder in Mangelung deſſen eydlich angelobet; Und wann ſolches geſchehen/ uns hierinnen Bericht thun/ ꝛc.)

Et † ad requiſitionem Jeremiæ M. zu *F. die 16. Sept. Anno 1617. (Verba Sententiæ:* Wer- 23
det ihr von Annen K. angeklaget/ daß ihr ſie geſchwängert/ ihr auch die Ehe verſprochen haben ſollet. Wiewol ihr nun dieſe Beſchuldigung nicht geſtändig/ ſo ſeyn doch deßwegen etliche *Indicia* und Vermuthungen wider euch beybracht/ und ihr demnach zur Hafft genommen worden/ derer ihr aber gern wiederum befreyet ſeyn wollet. Dafern ihr nun gebührliche *Caution,* des Rechten hierüber auszuwarten und dem Erkäntniß Folge zu leiſten/ durch Pfand oder Bürgen beſtellen würdet; So möchtet ihr wiederum auf freyen Fuß geſtellet/ ehe und zuvor aber ſolches geſchicht/ oder doch in Mangelung nur eydliche *Caution* von euch geleiſtet wird / möget ihr vor Austrag der Sachen der Hafft nicht entlediget werden/ V. R. W.)

DEFINIT. CCXLII.

Stuprator quando eſt abſens & fugitivus, ex bonis ejus alimenta infanti ſpurio ſunt ſuppeditanda.

SUMMARIA.

1. *De jure civili pater non alit filium ſpurium.*
2. *At benè de jure canonico.*
3. *Quod hoc caſu in terris etiam Imperii obſervatur.*
4. *Ratio hujus obſervantiæ quænam?*
5. *Alendi etiam ſunt liberi à patre ex damnato coitu nati.*
6. *Quin & filia ſpuria à patre dotanda.*
7. *Quid ſi ſtuprator ſit abſens & fugitivus?*
8. *Ex bonis ejus alimenta infanti ſunt ſuppeditanda.*
9. *Per fugam ſe facit ſtuprator ſuſpectum.*
10. *Sponſa in bona ſponſi immittenda pro conſequendis alimentis.*
11. *Quidni etiam ſtuprata in bona ſtupratoris?*
12. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi, n. 13.*

1 DE jure quidem civili expeditum eſt, quòd pater filium ſpurium alere haut teneatur, *Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* ſed matri hoc onus incumbat, *l. ſi quis à liberis. §. utrum. autem. & §. idem reſcripſit ff. de liber. agnoſc.* Specul. *in tit. qui filii ſint legitimi. numer. 17. part. 4.* Jacobin. *in l. heres abſens. §. ſi quis*
2 *tutelam. num. 41. ff. de judic.* † Attamen res aliter ſe habet de jure canonico, quo pater partui alimenta ſuppeditare obſtrictus eſt, *cap. cum haberet. 5. in fin. extr. de eo qui dux. in matrimon. quam polluit per adult.* Idque non modò in terris Eccleſiæ,
3 † ſed etiam Imperii obſervatur, Trentacinq. *lib. 1. reſolut. 2. de noth. & ſpur. & reſolut. 3. de alim. num. 10.* Johan. Harppr. *ad pr. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. num.*
4 *345.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 3. num. 7.* † nempe quòd omnes homines quoad jus naturæ ſint æquales, *l. quod attinet. 32. ff. de reg. jur.* at juris eſt naturalis, ut pater alat liberos ex ſe procreatos, *pr. Inſt. de jur. nat. gent. & civil. l. 1. §. jus naturale. 3. de juſt. & jur.*
5 usque adeò, ut propterea etiam † liberis ex damnato coitu natis alimenta à patre ſubminiſtranda, communiter exiſtiment Interpp. M. Ant. Peregr. *de jur. fiſci. lib. 3. cap. 18. num. 55.* Joh. Schneidvv. *ad pr. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. rubr. de ſucceſſ. liber. ex damn. coit. nat. num. 3.* Joh. Jacob. à Canib. *in tract. de execut. ult. volunt. part. 2. §. conſentaneum. num. 37.* Anton Capyc. *deciſ. 164. num. 2.* Anton. de Padilla *in Auth. res quæ. n. 65. C. comm. de legat.* Martin Coler. *libr. 1. de aliment. cap. 3. num. 8.* Rittershuſ. *in expoſit. Novell. Juſt. part. 7. cap. 8. n. 6.*

Quin † & ex hôc ipsô principiô patrem ad 6
modicam filiæ ſpuriæ dotationem adigendum, ajunt Panorm. *vol. 2. conſil. 115. n. 1. in fin.* Peregr. *dict. cap. 18. num. 56.* Nicol. Everhard. *in top. legal. loc. ab alim. ad dot. n. 4.* And. Gail. *libr. 2. obſervat. 88. n. 7.* Nicol. Reuſner. *lib. 2. conſult. 9. num. 17.* Coler. *dict. cap. 3. num. 56.* Dubium hinc non eſt,
quin † ſtuprator teneatur præſtare alimen- 7
ta infanti.

At quid ſi abſens ſit & fugitivus, ita ut ad hoc adigi nequeat? Non certè propterea infans ſuo jure carebit: † ſed benè fa- 8
ciet Magiſtratus, ſi infanti proſpiciat de bonis & facultatibus, quas poſſidet ac tenet ſtuprator. Ex † quô enim per fugam ſe 9
reum conſtituit quaſi confeſſum, *l. 3. §. ſi ad diem. 7. ff. de re milit. l. impuberibus. 7. §. præterea. 2. ff. de ſuſp. tutor.* Felin. *in cap. nullus. num. 3. extr. de præſumt.* Jaſon. *in l. admonendi. 31. numer. 169. ff. de jurejur.* æquum omninò eſt, malitiæ ejus non indulgeri, ſed infanti potiùs ſuccurri. Quòd
ſi etiam † ſponſa pro conſequendis alimen- 10
tis unà cum fœtu in bona ſponſi conſummationem conjugii detrectantis immitti poteſt, ut demonſtratum dedimus *ſupr. Def. 361.* non certè aliud dicendum erit in caſu præſenti, quo infans pariter venit alimentandus, & † licèt non ſemper de ipſo 11
conjugio, attamen de dotatione ſtupratæ tractatur, ut proinde identitas rationis eandem requirat deciſionem, *l. quædam. 9. §. nummularios. 2. ff. de edendo. l. illud quæſitum eſt. 32. ff. ad leg. Aquil. l. his ſolis. 7. C. de revoc. donat.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Caſpari ab Haugwitz. zu Berncklauß/ *die 22. Februar. An-* 12
no 1632. (*Verba Reſcripti:* Was maſſen an uns Catharina/ George *F.* Tochter zu *K.* über Martin *R.* daſelbſt/wegen zugefügter Schwängerung und verſprochener Ehe/ und daß er hierüber ausgetreten/ ſich beſchweret und gebeten/das habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann ihr Suchen der Billigkeit gemäß; Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ihr wollet die Verordnung thun/daß Beklagtem von ſeinem Vermögen/bis zu Austrag der Sachen nichts gefolget/ und der Klägerin hierzwiſchen zu Erziehung des Kindes wöchentlich 7. gr. Zucht-Geld gereichet werden/ꝛc.)

Et † Præfecto in Lauſniz die 8. Octobr. Anno 1630. (*Verba Reſcripti:* Wir haben 13
euren eingeſchickten Bericht/ wegen des flüchtigen Lorentz *R.* zu Höckendorff und ſeines im Dorff hinter ſich verlaſſenen unehlichen Kindes Unterhalt/verleſen. Begehren hierauf an ſtatt Jhrer Churfl. Durchl. Jhr wollet bemeldtes *R.* Weib/ deſſelbigen Gläubigere/ die Gemeine und des Kindes verſtorbenen Mutter Geſchwiſter eheſt vor euch beſcheiden/und zwiſchen ihnen allerſeits handeln/ damit zu Erziehung des Kindes etwas gewiſſes aus des flüchtigen *R.* Güter bewilliget werde; Jnmaſſen dann die Gemeine und *R.* Weib ihres Theils ſich allbereit darzu erboten; Jn deſſen Verweigerung aber ſolche *Aliment*-Geldere ſelbſt mäſſigen/ und zu Erlegung derſelben ſie anhalten/ꝛc.)

Defi-

Definit. CCXLIII.

Si ſtuprator fugitivus non habeat bona, unde ſpurius ali poſſit, pater ejus, ſeu avus paternus alimenta ſuppeditare tenetur.

SUMMARIA.

1. *Mater regulariter ad alimentationem infantis intra triennium eſt obſtricta.*
2. *Etiam trienniô exactô.*
3. *Quare & ſtuprata infanti præſtare tenetur alimenta.*
4. *Affectio ſanguinis inter legitimos & naturales differentiam haut admittit.*
5. *Ideoq; & naturales matri ſuccedunt.*
6. *Spurii etiam ſunt alimentandi à matre.*
7. *Si verò de patre ſtupratore conſtet, ad infantis alimentationem hic eſt obſtrictus.*
8. *Et ſi abſens eſt, avus paternus n. 11.*
9. *Ut enim pater liberos alimentare tenetur.*
10. *Ita etiam avus, licèt ſit naturalis.*
12. *Patris appellatione avus paternus, & matris nomine avus maternus comprehenditur.*
13. *Onus alimentandi duplici nititur jure: ſanguinis & ſucceſsionis.*
14. *Nulla eſt ſucceſsio inter ſpurium, ac patrem vel avum.*
15. *Sanguinis tamen conſideratio alimentationem ſpurii expoſcit.*
16. *Reſcripta Electoralia. n. 17.*
18. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 19.*

1 ETſi mater regulariter ſaltem ad lactationem filiorum intra triennium eſt obſtricta, *l. pen. C. de patr. poteſt.* ubi Gloſſ. *in verſ. primò &* Gloſſ. *in l. alimenta. verſ. materna. C. de negot. geſt.* Bartol. *in l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. ff. de liber. agnoſc.* Bald. *in dict. l. alimenta. n. 2.* Papienſ. *in form. libell. pro legat. rei ſign. in pr. n. 83.*
2 † attamen trienniò etiam exactò, ſi vel pater ſit inops, vel aliunde liberi non habeant alimenta, mater onus alendi neutiquam declinare valet, ut eſt text. *in dict. l. ſi quis à liberis. §. utrum. verſ. ergò & mater. ff. de lib. agnoſc. l. pen. ff. eod. tit. Auth. ſi pater. C. de divort. fact.* Bartol. & Dd. *in dict. l. alimenta. C. de negot. geſt.* Bald. *in l. neque mater. C. de jur. dot.* Jaſon. *in l. 1. num. 28. ff. ſolut. matrim.* Coraſ. *in l. qui liberos. num. 109. ff. de rit. nupt.* Anton. de Padilla *in Auth. res quæ. num. 60. in fin. C. comm. de legat.* Ex quo ſanè certum red-
3 ditur, † ſtupratam oneri alimentationis ſubducere ſe non poſſe: Nec enim charitas & affectio ſanguinis differentiam inter
4 liberos † legitimos & naturales admittit, *§. ſi quis ergò filios. in Auth. quib. mod. nat. effic. legit.* Bald. *in cap. qua in Eccleſiarum. col. ult. de conſtit.* Andr. Tiraquell. *in l. ſi unquam verb. largitus. n. 288. & ſeq. C. de revoc. donat.* Sed horum ratione alimentationis par eſt conditio, † inſpectô præ-
5 ſertim jure canonico, ut inquit Palæot. *in tract. de noth. & ſpur. cap. 48. num. 3.* quare & naturales cum filiis legitimis matri æqualiter ſuccedunt, *l. ſi qua illuſtris. C. ad SCtum Orfit.* Gloſſ. *in §. noviſſimè. Inſt. eod. tit.* quia non ſolummodò naturales, † ſed & 6
ſpurii ac vulgò quæſiti à matre alimenta jure petunt, ſecundùm Specul. *in tit. qui filii ſint legitimi. §. 1. num. 17.* Johan. Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 15. num. 11.* & tradit nobiliter Bald. quòd etſi ſpurii non ſuccedant matri, debeant tamen alimenta conſequi de dote materna, allegatus à Surd. *dict. loco.*

Sed hæc ita, ſi pater adeò ſit incertus, ut de eo nil planè conſtet: † Quod ſi verò 7
ſtuprator vel ſtuprum confeſſus fuerit, vel indicio aliquo forti ac indubitato ſuſpectum de hoc ſe reddiderit, tantum abeſt, ipſum hoc onere liberari, ut etiam, ſi abſens & fugitivus ſit, ex bonis & facultatibus ſuis alimenta ſpurio ſint præſtanda, *Definit. præced.* † Quin & ſi caſu hoc ſtu- 8
prator nil in facultatibus habeat, nec bona poſſideat, gravamen hoc patri ejus ceu avo ſpurii paterno accreſcit, ita ut vel de portione hereditaria, quam filius ſtuprator poſt obitum ejus ſperat, neceſſaria nepoti ſpurio ſubminiſtret: vel ipſum jure avitatis proprio alat. Æquiſſimè omninò: Quia † ut pater liberos alere tenetur, *l. ſi quis à* 9
liberis. §. ſi quis ex iis. ff. de liber. agnoſ. unde

eos necare decitur denegando alimenta, *l. necare. ff. eod. tit.* ita & avus, qui patris
10 nomine venit; † quod idem de liberis naturalibus & ſpuriis accipi debet, ut probatum dedi *Reſponſ. jur. Elect. 60. num. 6. & ſeqq. lib. 4. Auth. licet. C. de natur. liber.* Bartol. *in tract. de alim. n. 17.* Jacob. Menoch. *conſil. 60. num. 6.* Aym. Cravett. *conſil. 89. n. 1.* Didac. Covarr. *cap. 7. §. 6. in 2. part. de ſponſal. in pr.*

11 Ac licèt concurrat avus maternus, † non tamen quicquam levaminis inde avo paterno accidit, nec gravatur onere alimentationis avus maternus, quamdiu ſuperſtes eſt avus paternus: Quemadmodum enim non niſi in ſubſidium mater cogitur alere & dotare liberos, ſi nempe pater eſt inops, nec liberi aliunde quid habeant, *l. ſi quis à liberis. 5. §. utrum. 1. verſ. ergò matrem. ff. de liber. agnoſ. Auth. ſi pater. C. de divort. fact.* Bart. & Dd. *in dict. l. alimenta. C. de negat. geſt.* ita nec avus maternus vel avia
12 materna; † nam ſicuti patris appellatione venit avus paternus, ita & matris appellatione avus maternus, Bald. *in l. Neſennius.*
13 *num. 2. ff. de negot. geſt.* † Nec ratio hujus rei deficit, quæ duplici nititur jure, ſanguinis videlicet ac ſucceſſionis: æquitas enim & ſanguinis charitas alimentandi onus injungit, *l. ſi quis à liberis. §. 1. ff. de liber. agnoſc.* juſtumque eſt, onus illum ſequi, qui eſt habiturus emolumentum, *l. ſecundùm naturam. ff. de reg. jur.* Etſi verò in caſu
præſenti ratio † ſucceſſionis deficit, quia 14
inter ſpurium & patrem, avumque ejus nullum eſt jus ſucceſſionis, ſed ſolummodò inter matrem ſive cognatos, & ſpurium, ut dixi *in Jurisprud. Forenſ. ad conſtit. Elector. 28. part. 4. Defin. 6. & 7.* Joh. Harppr. *ad pr. Inſt. de heredit. quæ ab inteſt. defer. num. 338.* ibique Joh. Schneidvvin. *Rubr. de ſucceſſ. ſpur. n. 3. & rubr. de ſucceſſ. par. vulgo quæſit. numer. 46.* Palæot. *de noth. & ſpur. cap. 41. in fin.* Dec. *conſ. 311. numer. 3.*
ſola tamen † ſanguinis conſideratio, quæ 15
in jure naturali eſt fundata, onus alimentandi expoſcit: ex quo etiam alendus eſt frater juſte exheredatus, ſcilicet ratione ſanguinis, licèt non hereditario jure, ut eſt text. *in l. cum plures. §. cum tutor. ff. de adminiſtr. tutor.* Joh. Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 25. num. 7.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elect. Superintendenti ac Præfecto Eylenburgenſi, die 6. Nov.* 16
An. 1627. (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer des Superintendentens unterthänigſter Bericht in Sachen/ Annen *D.* zu *E.* welche von Peter S. geſchwängert/ gebührlichen vorgetragen worden/und du der Schöſſer haſt ſolches neben andern hierbey zu befinden. Wann dann daraus erſcheinet/daß Valtin S. iedem ausgeſtatteten Kinde mit 200. fl. geholffen / dahero ſeinem flüchtigen Sohne Petern S. auch ſo viel gebühret/ daran ſich die mit ehelicher Zuſage von ihme geſchwängerte Anna D. ſamt ihrem Kinde wol halten kan; Als begehren wir hiermit gnädigſt / du der Schöſſer wolleſt gedachtem Valten S. auferlegen / daß er der *Supplicant*in und ihrem Kinde berührte 200. fl. erlegen ſol; In Verweigerung deſſen ihr darzu ſchleunig verhelffen. Daran geſchiehet unſer gnädiger Wille und Meynung/ꝛc.)

Et † *iisdem die 12. Dec. Anno 1627.* (*Verba Reſcripti:* Auf inliegendes Valten S. zu 17
M. unterthänigſtes Einwenden/wegen der von ſeinem Sohne mit ehelicher Verſprechung geſchwängerten Annen D. und ihres Kindes *alimentation* und Abfindung/ begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet deſſen ungeachtet/ unſere am 6. Nov. nächſthin gethane Anordnung unverzüglich zu Wercke richten/ꝛc.)

It. † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Annen / *Friderici K.* zu *K.* Tochter / Klägerin 18
an einem/ Peter D. zu M. wegen ſeines Sohnes Chriſtiani/ Beklagten anders Theils/*die 17. Febr. Anno 1620.* (*Verba Decreti:* Daß Peter D. in Zeit gedoppelter Sächſiſcher Friſt gedachten ſeinen Sohn nochmals in der Perſon geſtellen/ und hierzwiſchen der Klägerin zu des Kindes Unterhalt 4. gute Schock / der Sachen unverfänglichen/entrichten ſol/darnach ſich die Partheyen zu achten/ꝛc.)

Et † *in causâ* Marien/ George B. Tochter/ Klägerin an einem/ George W. an ſtatt 19
ſeines Sohnes Urban/ Beklagten anders Theils/*die 7. Febr. An. 1634.* (*Verba Decreti:* Daß Beklagter ſeines Sohnes mit der Klägerin erzeugtes Kind/ bis daſſelbe 6. Jahr erfüllet/ verſorgen; In deſſen Verweigerung aber durch Zwangs-Mittel von ſeiner Obrigkeit darzu angehalten werden ſol/ꝛc.)

DEFI-

Definit. CCXLIV.

Infans in foribus templi expoſitus non ex reditibus Eccleſiæ, ſed ab eo, qui merum habet imperium, eſt alimentandus.

SUMMARIA.

1. *Omni ferè caſu expeditum, à quo ſpurius ali debeat.*
2. *Etiam à cognatis, qui ſunt capaces ſucceſsionis.*
3. *Valet argumentum à jure ſucceſſionis ad præſtationem alimentorum.*
4. *Infans expoſitus, de cujus patre & matre non conſtat, à quo alimentandus?*
5. *A Magiſtratu ali debet infans expoſitus.*
6. *Et quidem ab eo, qui merum habet imperium.*
7. *Ratio hujus rei.*
8. *Ampliatur hoc, licèt infans ſit expoſitus in foribus templi. n. 9.*
10. *Quis Eccleſiæ ſeu Cœmiterii judex ſuperior merum habens imperium?*
11. *Gravium exceſſuum animadverſio non ſpectat ad Epiſcopum & Conſiſtoria. num. 12.*
13. *At benè ipſa jurisdictio in cauſis criminalibus.*
14. *Epiſcopus implorat brachium ſeculare pro executione ſententiæ latæ.*
15. *Quid ſit implorare brachium ſeculare?*
16. *Magiſtratus eccleſiaſticus alimenta præſtat infanti in foribus templi expoſito.*
17. *Epiſcopi fiſcum habent.*
18. *Jura epiſcopalia tenent Principes ac Status Evangelici.*
19. *Nec non Regalia ac jura territorialia uſurpant.*
20. *Reſcriptum Conſiſtorii.*

1 OMni ferè caſu ex præcedentibus redditur expeditum, à quo ſpurius ali debeat; nempe à patre ſtupratore vel avo, ſi de patre conſtet: ſi verò non à matre, avo materno & cognatis, qui ſanè eò minùs alimentationem detrectare valent, poſtquam non modò jure
2 ſanguinis ſpurio ſint obligati, † ſed etiam capaces ejusdem hereditatis, ut dixi *in Jurispr. Forenſ. ad Conſtit. Elect. 28. part. 4. defin. 7.* Johan. Schneidvvin. *ad tit. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de ſucceſſ. ſpur. num. 3.* Johan. Harppr. *ad pr. Inſt. eod. tit. num. 337.* tutò ſiquidem argumentari
3 licet † à jure ſucceſſionis ad præſtationem alimentorum, *l. mutus. §. manente. ff. de jur. dot.* Joh. Petr. Surd. *de aliment. tit. 1.*
4 *quæſt. 25. num. 5.* Fieri autem poteſt, † ut nec de patre nec matre ſpurii, adeoque nec de ejus cognatis conſtet, veluti ſi fuerit expoſitus in aliquo loco, ibique reperiatur? Quo caſu onus alimentationis & edu-
5 cationis ſpectat † ad Magiſtratum, Jacobin. de S. Georg. *in l. 1. ff. de jur. & fact.*
6 *ignor.* & in ſpecie ad eum, † qui jurisdictionem habet ſuperiorem, ut diximus *in pract. crimin. part. 1. quæſt. 19. num. 26. & 27.* Dan. Moller. *lib. 4. ſemeſtr. 45. num. 6.*
† Licèt enim cauſa curationis & educatio- 7
nis infantis expoſiti per ſe criminalis haut ſit, à crimine tamen expoſitionis oritur, quod judex ſuperior, der Ober-Richter/ regulariter ſolet punire, juxta *Ordinat. provinc. Elect. Saxon.* Was zu Ober- und Nieder- oder Erb-Gerichten gehöret. Dan. Moller. *dict. cap. 45. num. 7.* Idque & hoc in caſu obtinet, † quando infans in 8
foribus templi expoſitus reperitur: Non enim tum ex reditibus Eccleſiæ alimenta infanti ſubminiſtranda ſunt, ſecundùm tradita Coſtæ *de ration. ratæ. quæſt. 9. num. 7. & 8.* Chriſt. *deciſ. Belgic. vol. 3. cap. 143. n. 13.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 119. numer. 1. in pr.* Ariſm. Tepat. *in compend. deciſion. tit. 443. cap. 8. in fin.* Joh. Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 81. num. 1.* † Sed æquè Magiſtra- 9
tui, qui merum tenet imperium, onus alimentandi accreſcit ex generalitate juris, de quò modò diximus.

Illud ſaltem reſtat dubium, † quisnam 10
Eccleſiæ ſeu Cœmiterii dicatur judex merum habens imperium? Notum ſiquidem eſt, quòd graviorum exceſſuum animad-

verſio ac jurisdictio ſuprema , die Ober-
11 Gerichte/ † nec Epiſcopo nec Conſiſtorialibus (ad quos jurisdictio in Eccleſia & Cœmiteriis alias pertinet) competat in provinciis Statuum Evangelicorum, ſed judicibus loci ſecularibus fuerit commiſſa , prout liquet *ex Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. ſub. tit.* Von beyden *Conſiſtoriis* zu Leipzig u. Wittenberg/ *art. 10.* Was für Strafen das *Conſiſtorium* zu erkenen und zu gebrauchen haben ſol. *verſ.* Denn ob ſich wol ihr Erkäntniß auf Leib und Leben nicht erſtrecket/ welches denen Gerichten der weltli-
12 chen Obrigkeit vorbehalten/ꝛc. † *& art. 7.* Was Sachen in das *Conſiſtorium* gehörig. *verſ.* Alle ärgerliche Sünde und Laſter an den Lehrern und Zuhörern wider die erſte und andere Tafel der Gebothe GOttes/ allein ſo viel die *gradus admonitionum*, und nicht die weltliche Strafe belanget ꝛc. ex quo ſequi videtur, jus alimentandi infantem expoſitum ad judicem loci ſecula-
13 rem pertinere. † Sed licet pœnarum capitalium executio ab Epiſcopo & judice eccleſiaſtico peragenda haut ſit; ipſa tamen jurisdictio in cauſis criminalibus Epiſcopo competit, ut apparet *ex cap. pernitioſum. extr. de offic. ordinar. cap. at ſi clerici. cap. cum ab homine. extr. de judic. cap. ult. extr. ne cleric. vel monach. in 6to.* qui poſtea implorare
14 † ſolet brachium ſeculare pro executione ſententiæ latæ, *cap. 1. §. ult. extr. de offic. ordin. cap. quoniam. extr. eod. tit. can. Principes. 23. quæſt. 5. can. cum ad verbum. diſt. 69.*
Nil aliud † ſiquidem eſt implorare bra- 15
chium ſeculare, quàm implorare ſive rogare judicem , ut adjuvet exequi ritè a ſe latam ſententiam , Marta *in tract. de jurisdict. part. 1. cap. 49. & 56.* Matth. Stephan. *de jurisdict. libr. 3. part. 1. cap. 14. numer. 132. & 133.*

Conſequens hiſce dixerim, † à Magi- 16
ſtratu eccleſiaſtico, qui jura exercet epiſcopalia, pro infante in foribus templi expoſito alimenta jura peti ; nimirum ex Fiſco epiſcopali, cui etiam deferuntur bona vacantia aliaque lucra ; † atque hinc fiſcum di- 17
cuntur habere Epiſcopi ; Gloſſ. *in cap. quia diverſitatem. extr. de conceſſ. præbend.* ubi dicit: Cumque ex delicto fit confiſcatio, applicanda erit Cameræ diœceſanæ , non autem Cameræ fiſcorum laicorum , Didac. Covarr. *libr. 2. var. reſolut. 9. per l. ſi quis presbyter. C. de Epiſc. & Cleric. Auth. item de Neſtorianis. C. de heret. l. un. C. ne ſine juſſu Princip. cert. judic. lic. confiſcar.* Marc. Anton. Peregrin. *lib. 1. de jur. fiſc. tit. de iis, qui jura fiſcalia habent. num. 108.* † Quod ho- 18
die apud Principes & Status Evangelicos minus dubium habet, quippe qui jura epiſcopalia in ſuis provinciis tenent , ac non ſolummodò jurisdictionem omnimodam, ſed & † Regalia ac jura territorialia uſur- 19
pant, adeoque duplicem repræſentant perſonam, de quo diximus *in comment. ad Leg. Reg. german. cap. 3. ſect. 9.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Wolffgango Theodoro ab Heinitz in Böhlen, die 28. Martii,* 20
Anno 1634. (*Verba Reſcripti:* Wir haben des *Archidiaconi* zu Oſchatz und euern an ihn gethanen Bericht/ wegen eines zu Böhlen unlängſt in der Kirchenthüre niedergeſatzten Kindes/ verleſen hören. Wann dann dieſes Kindes *alimentation* nicht der Kirchen/ ſondern demjenigen/ welchem die Ober-Gerichte des Orts zuſtändig/ zu tragen oblieget; Als iſt hiermit an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet euch darnach achten/ und die Kirche mit dieſer Beſchwerung verſchonen/ ꝛc.)

TIT. XV.

De

Ritibus & Ceremoniis Eccleſiaſticis.

Definit. CCXLV.

Uniformes, quantum fieri poteſt, obſervantur in Eccleſiâ ritus & ceremoniæ eccleſiaſticæ.

SUMMARIA.

1. *Ceremoniæ non ſunt pars cultûs divini.*
2. *Quædam à Chriſto & Apoſtolis originem habent.*
3. *Aliæ à piis & religioſis hominibus ſunt additæ.*
4. *Quæ vulgò dicuntur adiaphora.*
5. *Unitas Eccleſiæ non conſiſtit in unitate rituum.*
6. *Quod confirmat Auguſtana Confesſio.*
7. *Et Formula Concordiæ.*
8. *Honeſtum nihilominùs & bonum eſt, ſub uno Magiſtratu in Eccleſiâ uniformes ſervari ritus & ceremonias.*
9. *Rationes & fundamenta bujus aſſertionis. num. 11.*
10. *Laudes ordinis & decoris.*
12. *Plerique parochiani qualitates adiaphororum non intelligunt.*
13. *Uniformitas rituum ſine periculo animarum introduci poteſt.*
14. *Factum id in provinciis Electoratûs Saxonici.*
15. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 16.*

1 QUamvis cultus divinus non poſſit eſſe ſine ceremoniis, hæ tamen ipſius cultûs pars non ſunt, ſed duntaxat adminiculâ quædam & ornamenta; eaque vel divina vel humana: 2 † Illa quæ à Chriſto & Apoſtolis originem habent, veluti quòd Baptiſmus aquâ fieri debeat, in Sacramento Cœnæ panis manducari, vinum bibi, quæ procul dubio retinenda in Eccleſia, non abroganda vel mutanda: 3 † Hæc verò ab hominibus piis & religioſis ſunt addita, ut cùm pro concione alba uſurpatur veſtis, vel omittitur: in adminiſtratione Baptiſmi vel aſperſio fit, vel immerſio: in uſu Cœnæ Dominicæ panis vel frangitur, vel non frangitur: Hoſtiæ quas vocant, adhibentur, vel panis aliâ in formâ: Cantiones in linguâ germanicâ vel latinâ; in muſicâ figurali vel chorali fiunt, & quæ ſunt alia.

4 † Ceremonias haſce eccleſiaſticas, ſeu adminicula & ornamenta vulgò appellitant adiaphora, Caſp. Eraſm. Brochm. *in art. re libertate Chriſtinâ. c. 1. ſect. 2.* de quorum conformitate non equidem eſt, ut multùm laboremus, ſiquidem 5 † unitas Eccleſiæ non conſiſtit in unitate rituum, ſed fidei ac ſpiritûs, *Eph. 4. verſ. 3.* Neque damnatæ ſunt unquam Eccleſiæ ob diverſitatem rituum ac ceremoniarum, ſed liberæ ſemper fuerunt harum obſervationes, quædam abrogatæ, quædam omiſſæ; Nam quod neq; contra fidem, nec contra bonos mores injungitur, indifferenter eſt habendum ceu adiaphorum, ut multis diſputat Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 4. cap. 11. caſ. 4.* † Idque firmat Auguſtana Confeſſio, ſatis 6 eſſe ſtatuens ad veram Eccleſiæ unitatem, conſentire de doctrinâ Evangelii & adminiſtratione Sacramentorum: neque neceſſe eſſe, ut ubique ſimiles ſint traditiones humanæ, ſive ritus aut ceremoniæ ab hominibus inſtitutæ, *art. 8.* & † conſentit Formula Con- 7 cordiæ, in quâ ſcriptum legitur: Credimus, docemus ac confitemur, quod Eccleſia alia aliam damnare non debeat, propterea quòd hæc vel illa plus minusve externarum ceremoniarum, quas Dominus non inſtituit, obſervet; ſi modò in doctrinâ ejusque articulis omnibus, & in vero Sacramentorum uſu inter eas ſit conſenſus: Hoc enim vetus & verum dictum eſt: Diſſonantia jejunii non diſſolvit conſonantiam fidei, *art. 10.* Quò & reſpicit *Ordin. Eccleſ. Elect. Sax. in art. gener. 9.* §. Demnach ſie ſich keines Weges ärgern ſollen/wañ ſie ungleiche *Ceremonien* u. Gebräuche

bräuche in äuſſerlichen Dingen bey den Kirchen ſehen/ ſondern vielmehr ſich hierin ihrer Chriſtlichen Freyheit erinnern.

8 † Nihilominus bonum & honeſtum eſt in Eccleſiâ, quantum fieri poteſt, ſub uno Principe ac Magiſtratu uniformes obſer-
9 vari ritus & ceremonias: (1.) Vel † ſaltem ex D. Apoſtoli effato: Omnia in Eccleſia fiant decore atque ordine, *1. Cor. 14. verſ. 40.* ubi decorum opponitur levitati; ordo confuſioni. Nulla levitas, nulla confuſio ferenda eſt in domo DEI, cujus œco-
10 nomus eſt miniſter verbi. † Nam, ut ait Gregor. Nazianzen. ordo omnia conſtituit & colligavit: ordo cœleſtia & terreſtria continet; ordo in iis, quæ ratione & animo intelliguntur, locum habet: ordo in iis, quæ ſenſibus percipiuntur; ordo in Angelis; ordo in aſtrorum motu, magnitudine, mutuâ relatione & ſplendore &c. Ordo in Eccleſiis quoque conſtituit, ut alii oves ſint, alii Paſtores, alii præſint, alii ſubſint ac pareant; alius velut caput ſit, alius pes, alius manus, alius oculi, alius aliud quoddam corporis membrum ad totius Eccleſiæ concinnitatem ac utilitatem vel inferius vel præſtantius; *Hactenus* Nazi-
11 anzen. *orat. 26.* Quod † ſi ergò tantum ſit ordinis encomium, tantaque ejus utilitas, quis non appeteret cultuum uniformitatem in Eccleſia, quando parochiani uni eidemque Principi ac Magiſtratui ſunt ſubjecti? nec enim in diſformitate omnia decenter, ac ordine fieri quisquam exiſti-
12 maverit. (2.) † Cumque parochiani ſimplices ac indocti qualitates adiaphororum non intelligant, quin & ea cum iis, quæ mandatô Dei expreſsô nituntur, non rarò confundant, & multum veritatis theologicæ ac orthodoxæ Religionis ſubeſſe exiſtiment, fieri vix poteſt, ut per ejusmodi cultuum varietatem & diſformitatem ſcandalum haut præbeatur in Eccleſia, quod tamen omnibus modis eſt evitandum. (3.) † 13
Idque eò magis, quia ſine ullo animarum periculo adiaphororum uniformitas ſervari poteſt, veluti regulam ponit D. Auguſtinus probè obſervandam, ut quæ non ſunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, ubicunque inſtitui videmus, vel inſtituta cognoſcimus, non ſolùm non improbemus, ſed etiam laudando & imitando ſectemur, ſi aliquorum infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum ſit. Auguſt. *in epiſt. 119. ad Jan.* Juxta hanc ſanè regulam ſi uniformitas rituum eccleſiaſticorum obſervetur, quid impedimenti obſtabit, quò minus ea juſta ac legitima deprædicetur?
(4.) † Quod & curæ ſibi habuit Sereniſſi- 14
mus Saxoniæ Elector, in quantum ſcilicet fieri potuit, uniformitatem ceremoniarum in provinciis ſui Electoratûs præſcribens, veluti apparet *ex dict. art. general. 9. Ordin. Eccleſ.* §. Damit aber gleichwol in unſerer Lande Kirchen/ ſo viel müglich und nützlich/ in den vornehmſten Kirchen-Gebräuchen und *Ceremonien* Gleichheit gehalten/ darnach ſie alle und iede Kirchen-Diener zu richten/ ꝛc.

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendentibus Circuli Miſnici, die 15. Novemb. An. 1624. 15
(*Verba Reſcripti:* Demnach in nächſt-gehaltenem *Synodo* aus Verleſung der eingeſchickten *Act*en der gehaltenen *General-* und *Local-Viſitation* befunden/ daß in den *Ceremoni*en und bey Verrichtung des Gottesdienſts eine ziemliche groſſe Ungleichheit ſich in ihrer Churfürſtl. Durchl. Landen ereigne/ welche unter andern auch daher rühre/ daß nicht alle *Paſtores* nach ihrer Churfl. Durchl. Kirchen-*Agenda* ſich richten/ ſondern theils ihres eigenen Gefallens thun und halten/ etliche diß oder jenes ohne der *Conſiſtori*en Vorbewuſt abſchaffen und fallen laſſen/ hingegen ein anders anordnen und anrichten/ dadurch dann Feind und Freunde zu ungleichen Gedancken verurſachet werden; Als wären Ihre Churfürſtliche Durchl. nicht ungeneigt/ in dero Churfürſtenthum eine *Uniformi*tät und Gleichheit in den vornehmſten erbaulichen *Ceremonien*/ zumal bey Haltung des Gottesdienſts/ bey Ausſpendung der heiligen Sacramenten/ bey den *Copulation*en/ Begräbniſſen und dergleichen anzurichten/ ſo viel nur immer müglich ſeyn/ und ſich thun laſſen wolte/ ꝛc.)

Et † Superintendenti Pirnenſi, die 16. Septemb. Anno 1631. (*Verba Reſcripti:* Wir wer- 16
den berichtet/ daß der Pfarrer zu Altenberge in der Litaney mit unſern andern Kirchen keine Gleichförmigkeit halte/ ſondern dieſen Vers *N.N.* welcher zur Zeit der Türcken-Gefahr bräuchlich geweſen/ gebrauchen und ſingen laſſen ſol. Wann ſich dann ſolches bey itziger Zeit Beſchaffenheit gantz nicht ſchicket; So iſt hiermit an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet diß falls nachforſchen/ und da ihr dergleichen bey ihme und andern vermercket/ ſolches alſobalden abſchaffen/ ꝛc.)

Definit. CCXLVI.

Non facilè ritus ac ceremoniæ in Eccleſiâ ſunt mutandæ, niſi juſta cauſa ſubſit, ac neceſſitas ſtatus eccleſiaſtici id expoſcat.

SUMMARIA.

1. *Ritus eccleſiaſtici in verbo DEI nec præcepti nec prohibiti.*
2. *Non facilè tamen ſunt mutandi & abrogandi. n. 4.*
3. *Canon in exercitio adiaphororum eſt charitas.*
5. *Sine causâ ceremoniæ eccleſiaſticæ non abrogandæ.*
6. *Sed quando ſunt impiæ & ſuperſtitioſæ.*
7. *Tales certè ſunt eliminandæ.*
8. *Num abrogandæ ceremoniæ in gratiam adverſariorum.*
9. *Decidit hanc quæſtionem Formula Concordiæ negativè.*
10. *Fundamenta & rationes hujus deciſionis quænam? n. 11. 12.*
13. *Adducitur autoritas & exemplum Beat. Lutheri.*
14. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 SUnt equidem ritus eccleſiaſtici ſuâ naturâ ἀδιάφοροι, & in verbo Dei nec præcepti, nec prohibiti, nec partem cultûs divini per ſe conſtituunt, *Defin. præced. in pr.* attamen non † facilè ad eo-
2 rum abrogationem & mutationem eſt devenieundum, ne forſan ordo & decorum Eccleſiæ invertatur, vel præpoſterò adiaphororum uſu proximus ſcandalizetur, *Rom. 14. verſ. 15. 1. Cor. 8. verſ. 9.* Johan. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſiaſt. §. 288.* † Cumque
3 in exercitio adiaphororum canon ſit charitas, quam ſi violamus, intempeſtivò libertatis noſtræ uſu peccamus, monente D. Apoſtolo, *1. Corinth. 10. verſ. 23. & 24.* quando inquit: *Omnia mihi licent, ſed non omnia conducunt: omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant.* Videtur hinc tutius, † ce-
4 dere infirmis & retinere ritus eccleſiaſticos, quorum abrogatio ſine ſcandalo fieri non poteſt, Caſpar. Eraſm. Brochm. *in artic. de libert. Chriſtian. cap. 1. ſect 3.* † Nunquam
5 ergò ad mutationem & abrogationem rituum eccleſiaſticorum properandum: nunquam ea temere eſt ſuſpicienda, ſcilicet absque causâ & commodo ſtatûs eccleſiaſtici; Juſtiſſima verò exiſtit abrogationis cauſa, quando ceremoniæ ex Papatu ſuam habent
6 originem, † ſuntque impiæ ac ſuperſtitioſæ, puta: cereus paſchalis, comeſtio ſalis, commixtio aquæ cum vino, conſecratio aquæ baptiſmatis, unguenti, cerei, & hujus generis alia, quæ neque mandatum neque exemplum in ſacrâ Scripturâ habent, quæque pontificii non tantum ut ſignificationes aut commonefactiones rerum utilium adhibent, verùm etiam efficaciam aliquam peculiarem
7 iis tribuunt. † Quæ ſanè ceremoniæ licèt teſtimonium antiquitatis habere videantur, propter impietatem tamen ac ſuperſtitionem, in quam degeneraverunt, ſunt eliminandæ, Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 4. cap. 11. caſ. 4. pag. 1144.*

At num etiam in gratiam † adverſario- 8
rum, ſi forſan tranquillitas Eccleſiæ prætendatur? Quæſtio hæc non modò tempore interimiſtico, ubi Carolus V. Imper. quasdam ceremonias jampridem in Auguſtanæ Confeſſionis Eccleſiis abrogatas redintegrari voluit, multùm agitata; ſed & poſtea tempore Calviniſmi, ubi ceremoniæ multæ à Calvinianis abrogabantur, ut exorciſmus, hoſtiarum uſus, imagines in templis, & ſimiles aliæ, diſputatio eadem reaſſumta fuit. † 9
Eamque tractat Formula Concordiæ, inque partem negantem tranſit hiſce verbis; *Credimus, docemus ac confitemur, quòd temporibus perſecutionum, quando perſpicua & conſtans confesſio à nobis exigitur, hoſtibus Evangelii in rebus adiaphoris non ſit cedendum.* Quam † deciſionem multis firmant 10
argumentis Caſp. Eraſm. Brochmand. *in dict. art. de libertat. Chriſtian. cap. 2 quæſt. 7.* Joh. Gerhard. *dict. loc. de miniſt. eccleſiaſt. §. 288.* Frider. Balduin. *dict. cap. 11. caſ. 3.* Nervus eorum breviter in hoc conſiſtit, ne infirmis occaſio ſcandali præbeatur. † Fieri 11
enim vix poteſt, ut ſi in gratiam adverſariorum tales mutationes ſuſcipi videant, in dubitationem de veritate & ſinceritate confeſſionis haut conjiciantur; & ne libertas Chriſtiana adverſariorum libidini ſubjiciatur, & ſub jugum hominum captivetur, juxta illud Apoſtoli: In libertate, † quâ 12
Chriſtus vos donavit, ſtate & nolite jugo ſervitutis implicari, *Gal. 5. v. 1.* Pretio emti eſtis, nolite fieri ſervi hominum, *1. Cor. 7. v. 23.* Nolite jugum ducere cum infidelibus, *2. Corinth. 10. verſ. 14.* ab omni ſpecie mali abſtinete, *1. Theſſal. 5. verſ. 22.* Et diluit con-

contraria Brochm. *allegato loco*, quo remittimus lectorem.

13 Sanè † non parùm roboris accedit huic deciſioni ex autoritate & exemplò Beat. Lutheri. Nam cùm elevationem panis in celebrat one S. Euchariſtiæ aliquamdiu in gratiam infirmorum retinuiſſet, & jam de abrogando hôc ritu cogitaret, Caroloſtadio interim & aliis Sacramentariis contra hunc ritum tumultuantibus, ne quidem ad horam cedere voluit, ſed ritum illum diutiùs retinuit, ne in gratiam adverſariorum conſcientiis in re libera jugum impoſuiſſe videretur, *tom. 3. Jenenſ. pag. 523.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem M. Chriſtophori Zieglers, Paſtoris in* 14
Oſchwitz/ *in Bohemiâ, die 24. Auguſti An. 1614.* (*Verba Sententiæ:* Wir haben euer Schreiben ſamt den Beylagen empfangen/und den Inhalt daraus vernommen/ wie nemlich euer Erb-und Lehn-Herr/ Herr *Albert-Johann Smirſitzky* von Smirſitzky/ꝛc. neulicherZeit allen ſeinen *Paſtoribus* befehlen laſſen/bey *Adminiſtration* des H. Abendmahls einerley Gebräuche und Kleidung zu haben/ und weil in etlichen Kirchſpielen dieMeßgewandt bishero nicht/ in etlichen aber gebräuchlichen geweſen/daß ſolche gantz und durchaus abgethan/dargegen *uniformiter* dieChor-Röcke gebrauchet werden ſollen/ mit der ausdrücklichen Erklärung/er Herr *Smirſitzky* ſonſten ſeinenUnterthanē durchaus keine andere ſchädlicheReligion anzumuthen/ ſondern ſie bey der unverfälſchtenAugſpurgiſchen *Confeſſion*, und bey derEvangeliſchenLehre/die durch den ſeligen Werckzeug *D. Martin* Luthern anTag gebracht/ zu ſchützen und hand zu haben geſinnet ſey. Dahero und weil euch auch angemuthet/ dieſer Verordnung nach zu leben/ ihr begehret euch zu *informi*ren: Ob ihr hierein mit gutemGewiſſen willigen könnet/oder vielmehr deſſen euch verweigern ſollet? Nun wäre zwar zur Sache ſehr nützlich und dienlich/ daß wir von Herrn *Smirſitzky Religion*, zu der er ſich öffentlich bekenne/u. dann von andern *Ceremonien*/ die bey Austheilung des H. Abendmahls in wohlgedachten Herrn *Smirſitzky* Herrſchafften üblich ſind/ umſtändlichen Bericht hätten; Zuförderſt/ ob in denſelben Herrſchafften ſonſten auſſer dem Meßgewandt eine *uniformitas* gehalten werde/ und ob auch ein Böhmiſcher Herr für ſich ſelbſt/ ohne vorhergehende Erkäntniß des Herrn *Defenſorn*, dergleichen Veränderung vorzunehmen Fug und Macht habe? Wie aber dem allen/ſo mögen wir euch *pro Informatione* nach Anleitung euers Schreibens und der Beylagen nicht verhalten/ daß wir zuvor für das rathſamſte und bequemſte hielten/ Ihr neben euren Eingepfarrten und Zuhörern mit allem Glimpff und Fleiß bey wohlermeldtem Herrn *Smirſitzky* anſuchetet und bätet/weil euer Kirchſpiel gantz Teuſch/in daſſelbe auch Leute aus anderer Herrſchafft gepfarret/und das Meßgewandt niemand bishero geärgert/ daſſelbe ſo wenig als ein Chor-Rock dem hochwürdigen Sacrament etwas benähme/über das wäre weder *in veteri Orthodoxâ Eccleſiâ*, noch bey der Evangeliſchen Kirchen iemals *præciſè* auf gäntzliche Gleichheit aller *Ceremoni*en gedrungen/vielmehr dafür gehalten worden/ *quod diſſonantia jejunii non ſolvat conſonantiam fidei*; Inmaſſen dann auch diejenigen/ſo ſich Reformirte/ itzo wir aber Calviniſten oder Sacramentirer zu nennen pflegen/ſelber keiner einhälligen *Ceremoni*en weder *particulariter* noch *univerſaliter* ſich bishero verglichen / daß er um dieſer wichtigen Urſachen willen euer und eurer Kirchen mit Veränderung der *Ceremoni*en verſchonen wolle/ in noch mehrer Betrachtung/ daß ihr gleichwol von den Papiſten umringet/ welche bald/ auch wol wider euers Herrn Willen und *Intention*, einen andern Argwohn von ſolcher Neuerung ſchöpffen/eure Zuhörer mit Einbildung bevorſtehender Gefahr *in ipſis doctrinalibus* verneuern/ ſtutzig machen/ und weil der gemeine Mann auf die *externa* nicht wenig ſiehet/ gantz und gar zum Abfall bereden möchten; Zu ſolchem Mittel/ wann ihr zumal mit Glimpff es vor die Hand nehmet / wird vielleicht der Allmächtige Glück und Segen verleihen/ daß es nicht ohne Nutz und Frucht abgienge. Wofern aber ihr über angewandten Fleiß nichts damit ausrichten könnet / gleichwol aber von dem Herrn *Smirſitzky* beſtändiglich vertröſtet und verſichert würdet / daß ferner weder in andern *Ceremoni*en / noch *in doctrinalibus* einige Neuerung euch ſolte angemuthet werden / und eurem Bericht nach eure Pfarrkinder allbereit ſo wohl *informi*ret/daß ſie ob dergleichen Abthuung des Meßgewandts ſich ſo hoch nicht ärgern thäten / auf dieſen äuſſerſten Fall / und damit nicht / wann ihr um dieſer Urſach willen abdancket / ein anderer etwa in der Lehre verdächtiger Pfarrer ſich einſchleiche / achten wir / daß ihr *ſalvâ* *conſci-*

conſcientiâ eher jenes thun/als dieſes verurſachen möget. Welches wir euch zu begehrter *Information* nicht verhalten wollen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCLXVII.

Non conſultis in Synodo verbi divini miniſtris, nec convocatis Eccleſiæ ordinibus, ſuſcipienda haut eſt à Principe & Magiſtratu mutatio vel abrogatio rituum eccleſiaſticorum.

SUMMARIA.

1. *Ad mutationem & abrogationem rituum eccleſiaſticorum non properandum.*
2. *Sed priùs de hac deliberandum in Synodo.*
3. *Exempla Magiſtratuum, qui pro lubitu ceremonias mutaverunt.*
4. *Non ſine ſcandalo & pœnâ divinâ.*
5. *Conſenſu ordinis eccleſiaſtici mutatio rituum ſuſcipienda.*
6. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis.*
7. *Conſcientia & fides nequeunt cogi. n. 8.*
9. *Reges pii in Veteri Teſtamento conſenſu Eccleſiæ ritus mutaverunt.*
10. *Quos ſecuti ſunt pii Imperatores.*
11. *Et Principes Auguſtanæ Confeſſionis.*
12. *Magiſtratus eſt membrum Eccleſiæ, non ipſa Eccleſia.*
13. *Eccleſia triplici conſtat ordine & ſtatu.*
14. *Ariſtocraticè gubernatur Eccleſia hiſce in terris.*
15. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 16.*

1 NEquaquam ergo ad mutationem vel abrogationem rituum ac ceremoniarum eccleſiaſticarum nimis eſt properandum, nec ſine rationabili ac juſtâ causâ, vel neceſſitate ſtatûs eccleſiaſtici ea unquam ſuſcipienda, *Defin. præced.*
2 de quâ † & propterea à Theologis ac verbi divini miniſtris in Synodo ordinibusque Eccleſiæ deliberandum, priusquam Princeps ac Magiſtratus quicquam concludat. Non equidem deſunt exempla Principum, † qui
3 pro lubitu ceremonias mutaverunt, veluti: Gedeonis, facientis Ephod lineum, & inſtituentis cultum privatum in domo paternâ, *Jud. 8.* Saulis, qui ſacrificabat contra interdictum Prophetæ Samuelis, *1. Samuel. 15.* Oziæ Regis, qui thura incendebat contra prohibitionem Sacerdotum, *2. Paral. 26.* Achazi, qui remotô altari Domini, altare Damaſcenum in locum ejus ſubſtituit & veneratus eſt, non ſine ſpecie idololatriæ, *2. Reg. 16. verſ. 14. 15.* Jerobeami, eligentis Sacerdotes ex contemtiſſimis populi, & inſtituentis feſtum
4 hactenus inauditum, *1. Reg. 12.* Sed † quantô populi ſcandalô hæc facta, & quàm graviter hi omnes propter facinora ſua puniti fuerint, ex locis prædictis manifeſtum eſt.

Caveant ergò ſibi Principes pii ac Magiſtratus, ne horum exempla imitentur, pariles- que luant pœnas; ſed cùm † mutatio aliqua 5
rituum ſuſcipienda, convocent Synodos, & Theologorum Eccleſiæque ordinum deliberationi rem ſubjiciant, eorumque conſenſum expoſcant, ne pro imperio conſcientiis laqueum injicere videantur, Frider. Balduin. *de caſib. conſc. l. 4. cap. 11. caſ. 2.* Joh. Gerhard. *in loc. de miniſt. eccleſiaſt. §. 288. in pr.* Caſp. Eraſm. Brochm. *in art. de libert. chriſt. cap. 3. caſ. conſc. 2.* Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 4. num. 10. & 17.* Henn. Arniſ. *de jur. Majeſt. cap. 6. num. 12.* Joh. Olearius *in conſilio:* Ob eine Obrigkeit Macht habe/ ihren Unterthanen neue Religion/ *ceremonien* oder Kirchen-*agenda* mit Gewalt auf- oder abzubringen/ ꝛc. apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. conſil. theolog. part. 2. lib. 2. membr. 2. ſect. 1. numer. 2.* (1.) † Non etenim Magiſtratus 6
politicus ſibi ſumere debet in conſcientias dominium, quod nec ipſi Magiſtratui eccleſiaſtico eſt permiſſum, monente D. Petro *1. epiſt. 5. verſ. 3.* quin & nihil abſurdius, quam fidem in animâ, quæ ſpiritus eſt, autoritate judiciali cogere velle, cum aſſenſus, qui fidei pars eſt, ſit actus à voluntate elicitus. † Quis enim mihi imponat neceſſitatem, 7

inquit

inquit Lactant. vel credendi quod nolim, vel quod velim, non credendi; nihil tam voluntarium, quàm Religio, in qua ſi animus averſus, jam ſublata, jam nulla eſt, *l. 5. div inſt.*
8 *cap. 19.* † Et B. Luther. liberum quiddam eſt credere, imo quiddam divinum in ſpiritu; externâ igitur vi cogi nec poteſt nec debet, *tom. 2. Jenenſ. fol. 180.* Quæ etſi de ipſo Religionis cultu ſunt dicta, ad mutationem tamen rituum eccleſiaſticorum benè poſſunt accommodari, quippe quibus conſcientia æquè offendi poteſt, præſertim apud indoctos & plebejos.

9 (2.) † Quam ob cauſam Reges, qui deſcripti ſunt in monumentis ſacris, nunquam tentàrunt ullam in Religione & ceremoniis eccleſiaſticis mutationem, non conſultis verbi divini Miniſtris, & convocatis omnium ordinum hominibus, prout manifeſtum reddit exemplum Joſuæ, *Joſ. 24. v. 14. & 15.* Davidis, *2. Sam. 7. v. 1. & 2. 2. Chron. 23. v. 1.* Ezechiæ, *2. Chron. 30. v. 1. & ſeqq.* Quos non
10 modò † ſecuti ſunt pii Imperatores, Conſtantinus Magnus, uterque Theodoſius, Martianus, Carolus Magnus, in Religionis negotiis Synodos convocantes, Ritterſh. *in comm. Novell. p. 1. cap. 2.* Reinking. *dict. cap. 11. n. 6.* ſed & cùm decreta Concilii Tridentini, quæ & religionis & ceremoniarum immutationem Germaniæ obtrudere volebant, publicarentur, † Electores, Principes 11
ac Ordines Imperii Auguſtanam Confeſſionem amplexi publico ſe oppoſuerunt ſcripto *Anno 1563.* indicatis graviſſimis rationibus, cur illud Concilium non agnoſcere, nec conſcientiis ſuis imperari poſſet, Balduin. *dict. caſ. conſc. 2.*

(3.) Et quo jure † præſumeret Magi- 12
ſtratus ceremonias pro lubitu in Eccleſiâ abrogare, cùm ipſe ſolus haut conſtituat Eccleſiam, ſed ſaltem membrum ejus habeatur? Balth. Mentzer. *in exegeſ. Aug. Confeſſ. art. 14.* Jac. Heerb. *in diſp. de adiaphor. & Calend. Gregor.* Reinking. *dict. claſſ. 1. cap. 6. n. 5.* † Ex triplici ſiquidem ſtatu conficitur 13
Eccleſia: *Eccleſiaſtico*, ſub quo Paſtores: *Politico*, ſub quo Magiſtratus ſecularis: & *Populari*, ſub quo quivis de populo. Qui omnes de rebus eccleſiaſticis deliberare debent, ita tamen ut Magiſtratus populi vices ſuſtineat, quo omnis evitetur confuſio, omniaque decenter fiant & ordine, *1. Cor. 14. verſ. ult.* † Et hoc eſt, quod vulgò dicitur, 14
nec monarchicam, nec democraticam eſſe in his terris gubernationem Eccleſiæ, ſed ariſtocraticam, Mentzer. *in exeg. Aug. Conf. art. 16.* Reinking. *dict. cap. 6. n. 14.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendentibus Circuli Miſnici, die 15. Nov. Anno 1624.* 15
(*Verba Reſcripti:* Als ſeynd Ihre Churfl. Gn. nicht ungeneigt/ in dero Churfürſtenthum eine *uniformi*tät und Gleichheit in den vornehmſten erbaulichen *ceremonien*/ zumalen bey Haltung des Gottesdienſts/ bey Ausſpendung der heiligen Sacramenten/ bey den *copulatio*nen/ Begräbniſſen/ und dergleichen anzurichten/ ſo viel nur immer müglich ſeyn/ und ſich thun laſſen wolte: Ihro Churfl. Gn. aber vorhero nothwendig eigentliche Nachrichtung haben wollen/ wie es an einem ieglichen Orte itzo gehalten werde; Begehren derowegen/ Ihr wollet bey euern untergebenen *Paſtorn*, *Diacon*en und Kirchendienern auf inliegende *puncta* fleißige Erkundigung einziehen/ deroſelben deutlichen/ klaren/ gründlichen und ausführlichen Bericht zum längſten in 6. Wochen von der Zeit an/ da dieſes *patent* zukommt/ überſchicken/ auch was euch ſelbſten von euern Kirchen und *inſpection* dißfalls wiſſend/ nicht verſchweigen/ und ſo bald ihr ſolche *relationes* beyſammen habt/ anhero in das Churfl. Sächſ. Ober-*Conſiſtorium*, davon bey künfftigem *convent* zu berathſchlagen/ überſenden/ und fernerer *reſolution* gewarten/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti Chemnicenſi, die 17. April. An. 1616.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben 16
euern Bericht wegen Abſchaffung der Wachskertzen in der Kirchen zu Kehren/ und daß das darzu *deputirt*e Geld zu Jährlicher Beſoldung eines Organiſten angewendet werden möchte/ verleſen hören. Wann nun nicht allein der *Collator*, ſondern auch der Pfarrer und alle Eingepfarrten um Abſchaffung der Wachskertzen Anſuchung thun werden; So ſol gegen bevorſtehendem *Synodo* ſolches erwogen/ und ihr darauf mit Beſcheid verſehen werden. Wolten wir euch nicht bergen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCXLIIX.

Non poteſt Eccleſiæ miniſter pro arbitrio mutare ceremonias ſuæ Eccleſiæ: quod ſi fecerit, pœnam incurrit.

SUM-

SUMMARIA.

1. Mutatio rituum in Eccleſiâ quandoque eſt neceſſaria.
2. A tota autem Eccleſia ſuſcipienda.
3. Non à ſolo Paſtore & verbi miniſtro.
4. Contrarium faciens pœnam incurrit ſeveram.
5. Fundamenta & rationes hujus aſſertionis.
6. Parochi ſunt Eccleſiæ miniſtri non Domini.
7. Omnis mutatio in Eccleſiâ periculoſa.
8. Subitâ mutatio ab uno ſuſcepta ſcandalo non caret.
9. Mutatio ceremoniarum ſpectat ad jura epiſcopalia.
10. Jura epiſcopalia ad Principes Imperii ſunt devoluta.
11. Adducitur in hanc rem Ordinatio eccleſiaſtica.
12. Conſiſtorii Supremi Decretum.

1 FIeri quandoque poteſt, ut mutatio nonnullorum rituum in Eccleſia maximè ſit neceſſaria, eorum ſcilicet, qui ſunt ſuperſtitioſi, ut conſecratio ciborum, aquarum, cereorum; Aut ſi ritus manifeſtâ impietate laborent, veluti ſtatuarum religioſa veneratio, proceſſiones cum Sacramento, roſaria, & ſimilia; Vel cum libertate chriſtianâ pugnent. Quibus aliisque caſibus ſi abrogatio vel mutatio rituum
2 eſt ſuſcipienda, † fieri id debet à totâ Eccleſiâ, nec Magiſtratui propriâ autoritate ceremonias mutare fas eſt, *Defin. præced.*

Multò minùs Paſtor ſeu verbi divini miniſter pro lubitu hoc facere præſumat:
3 Sunt etenim † Paſtores, qui non minimam ſuæ autoritatis partem in eo ponunt, ut ea, quæ antiquitùs fuerunt uſitata, in Eccleſiâ mutent, novosque ritus introducant. Sed peſſimè, nec concedenda ipſis eſt hæc po-
4 teſtas, quin potiùs † ſub pœna remotionis adimenda, Caſp. Eraſm. Brochm. *in art. de libert. chriſtianâ. cap. 3. caſ. conſc. 1.* Johan. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſ. §. 288. in pr.* Frid. Balduin. *de caſib. conſc. lib. 4. cap.*
5 *11. caſ. 1.* (1.) † Poſtquam enim, ut *Defin. præced.* diximus, Eccleſia triplici conſtet ſtatu: eccleſiaſticô ſcilicet, politicô, & populari, Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. libr. 3. claſſ. 1. cap. 6. n. 15.* non poteſt hinc ſolus ſtatus eccleſiaſticus ſibi arrogare, quod toti incumbit Eccleſiæ. Abſtineat ergò Parochus à temerario ejusmodi auſu, ne reprehenſionem ac cenſuram eccleſiaſti-
6 cam incurrat, † quin potiùs cogitet, ſe non eſſe Dominum, ſed miniſtrum Eccleſiæ, juxta illud Apoſtoli, *2. Corinth. 3. Non dominamur fidei veſtræ.* adeoque nec pro lubitu propriaque autoritate quicquam in Eccleſiâ
7 mutare & abrogare poſſe. (2.) † Cumque omnis mutatio ſit periculoſa, non certè quæ ſemel toti placuerunt Eccleſiæ, & diu quietè uſurpata fuêre, facilè abrogari debent, quin nec ſine temeritate ab uno duntaxat mutari poſſunt; ſiquidem quod omnes tangit, omnium ſimul curæ ſubeſt, nec ab uno adminiſtrari debet. (3.) † Ne dica- 8
mus, quòd ſcandalò haut careat ſubita mutatio, ſolius Paſtoris inſtinctu facta; Nam ut D. Auguſtinus ait *in epiſt. 118. ad Jan.* ipſa mutatio conſuetudinis etiam, quæ utilitate adjuvat, novitate perturbat: quæ utilis non eſt, perturbatione infructuoſa, conſequenter noxia eſt; allegatus à Balduin. *dict. caſ. 1. pag. 1136.* Atqui ſcandalum in Eccleſiâ maximoperè evitandum. (4.) † Porrò ex- 9
pediti juris eſt, poteſtatem mutandi ceremonias pertinere ad jura epiſcopalia, prout liquet *ex Receſſ. Imper. de anno 1555. §.* Damit auch obberührte/ *verſ.* So ſol die geiſtliche *jurisdiction* wider der Augſpurgiſchen *Confeſſions-Religion*, Glauben/ Beſtellung der *Miniſterien*/ Kirchengebräuche/ Ordnungen und *Ceremonien*/ ſo ſie aufgerichtet/ oder aufrichten möchten/ bis zu endlicher Vergleichung der *Religion* nicht *exerciret*/ gebrauchet und geübet werden/ ꝛc. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 15. n. 113.* Georg. Schönb. *polit. lib. 4 cap. 6. pag. 331.* Atqui miniſter † Eccleſiæ jura 10
epiſcopalia non habet, nec ea pro lubitu exercere valet, quippe quæ ad Principes Imperii jure ſuperioritatis ſunt devoluta, Andr. Knich. *de ſubl. territ. jur. cap. 3. n. 232.* Petr. Syring. *de pac. Relig. concl. 29. lit. b.* Johan. Zanger. *de except. part. 1. cap. 1. num. 425.*
(5.) Idque † in provinciis Electoratûs Saxo- 11
nici minus dubium habet propter claram ſanctionem *in Ord. Eccleſ. art. gen. 9. §* Damit aber gleichwol. *verſ.* Und keinem Kirchendiener geſtattet werde/ derſelben zuwider etwas Neuerung/ unter was Schein es auch geſchehen möchte/ einzuführen/ ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ Daniel G.* Klägern an einem/ *M. Joh. F.* Pfarrherrn zu *M.* Beklagten anders Theils/ *die 26. Jun. Anno 1620.* (*Verba Decreti :* Dieweil Beklagtem allbereit den *23. Junii, Anno 1614.* bey Verluſt/ und den 29. Nov. Anno 1615. bey nochmaligem unnachläßlichem Verluſt ſeines Pfarramts auferleget worden/ ſich gegen damalige Klägere und männiglich friedlich/ ſchiedlich/ Chriſtlich und erbar zu verhalten ; Deme aber zuwider er nicht allein mit itzigem Kläger einen unnöthigen neuen Streit erhoben/ ihn und ſein Weib öffentlich zu unterſchiedenen Malen von der Cantzel übel ausgerichtet/ſondern auch mit ſeinem eigenen *Colleg*en bisher ſich übel begangen/ und der *publicir*ten *Agen*den und Ordnung entgegen in Kirchen-*Ceremoni*en und Verlegung der Hauptfeſttage eigenes Willens Aenderung gemacht/ſolches alles *defendi*ren/ und unſrer treulichen vielfältigen Vermahnung/auch endlich zu ſeiner ſelbſt Beſſerung angeordneten *ſuſpenſion* ungeachtet/zu keiner *deprecation* und Erkäntniß ſeines Unfuges / noch zu vorgeſchlagener gütlicher Vergleichung ſich verſtehen wollen ; So wird Beklagter numehr zu Verhütung mehrers Aergerniſſes ſeines Pfarramts billich vor verluſtig erkannt und erkläret ; Inmaſſen wir ihn hiermit deſſelben verluſtig erkennen und erklären/ V. R. W.) 11

Definit. CCXLIX.

Obſervantia rituum & ceremoniarum, nec non ordinatio eccleſiaſtica milites æquè ac alios obligat.

SUMMARIA.

1. *Milites in multis ſunt privilegiati.*
2. *Remittuntur ob perpetrata delicta ad Magiſtratum militarem.*
3. *Ex nudâ militis voluntate teſtamentum ejus ſubſiſtit.*
4. *Quo jure noſtri etiam milites gaudent.*
5. *Ratio privilegiorum militarium.*
6. *Omni legum vinculo milites ſoluti haut ſunt.*
7. *Duces militiæ ac Nobiles non præcisè obſtricti ritibus eccleſiaſticis.*
8. *At bene reliqui milites conditionis inferioris.*
9. *Rationes hujus aſſertionis. n. 13.*
10. *Qui regulæ innititur, pro ſe habet fundatam intentionem.*
11. *In dubio ſecundùm regulam eſt judicandum.*
12. *Leges fronte æquali omnes aſpiciunt.*
14. *Contumacia militum capitaliter punitur.*
15. *Milites noſtri temporis flagitioſi.*
16. *Reſcriptum Electorale.*

1 INficias non ibimus, milites in multis eſſe privilegiatos, ac ſpecialibus gaudere beneficiis, inter quæ minimum haut eſt, quòd ratione delicti perpetrati ſolummodò coram Magiſtratu militari conveniantur, ad eumque à judice loci, in quo † commiſſum eſt delictum, remittantur, *l. 3. ff. de re milit. l. de militibus. l. non eſt ff. de cuſtod. reor. l. magiſteria. 6. C. de jurisdict. omn. jud. l. 1. C. de exhib. reis.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 4. cap. 17. n 5.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 2. cap. 17. n. 113.* & † quòd militis teſtamentum ex nudâ ejus voluntate absque ullà alià ſolennitate valeat & ſubſiſtat, *l. 1. l. in fraudem. 15. §. 1. l. miles ſi teſtamentum. 35. ff. de teſtam. milit. l. milites. 15. C. eod. tit.* † quo jure noſtri temporis milites etiamnum gaudent, Johan. Sichard. *in rubr. C. de teſtam. milit. num. 9.* Henr. Bocer. *de bello & duello. lib. 1. cap. 28. n. 8.* Matth. Weſenb. *part. 1. conſ. 17. n. 32.* quæque alia ſunt militum privilegia, iis propterea † data & conceſſa, quòd non ſolùm pro patriâ vindicandâ, pro laribus ſepulchrisque avitis (ut Romani conſuevêre) dimicent ; ſed etiam pro ſanctiſſima Religione ſanguinem animamque profundant, Johan. Harppr. *ad pr. Inſt. de milit. teſtam. n. 8.*

(margin numbers in text: 2 at "tur, ad eumque", 3 at "n. 113.", 4 at "quo jure noſtri", 5 at "pterea † data")

Non

6 Non tamen hinc exiſtimandum, † omni legum vinculô milites fore ſolutos, quod ſibi perſuadent plerique, in omnibus ferè præ aliis ſibi attribuentes prærogativam. Unde fit, ut non rarò in cauſis etiam eccleſiaſticis, nullis ritibus ac ceremoniis ſe obſtrictos agnoſcant, ſed pro lubitu & be-
7 neplacito ſuo omnia agere ſatagant. † Sanè Ducibus forſan militiæ & officialibus, qui communiter ſunt nobiles, vel iis virtute militari æquipollent, indulgeri quandoque poteſt, ut absque proclamatione publicà nuptiæ celebrentur, novique conjuges in ædibus privatis à ſacerdote copulentur, plures quàm tres patrini ad baptiſmum requirantur &c. ſcilicet quia nobiles perſonæ ex obſervantià communi ab ejusmodi riti-
8 bus ſint excepti. Sed malè hoc † ad omnes indifferenter milites ſclopetarios & haſtatos extenditur, quos non minùs ac reliquos parochianos ceremoniis, ritibus & ordinationi eccleſiaſticæ obſtrictos volumus. (1.)
9 † Ex quo enim ritus ac ceremoniæ regula & ſanctione generali fuerunt præſcriptæ, nequaquam milites ab eâ excipere licet, quia ſemper inhærendum eſt regulæ, donec usque doceatur exceptio, Bald. *in l. ſi tutor. 6. in fin. C. de ſerv. pign. dat. manumiſſ.* Cagnol. *in l. 2. num. 185. C. de pact. int. emt. & vendit.* Socin. jun. *lib. 1. conſil. 67. n. 4.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 9. cap. 7. n.*
10 *146.* † & qui pro ſe regulam habet, dicitur habere rem certam ac intentionem ſuam benè fundatam, Tiber. Decian. *lib. 5. conſil. 89. n. 29. verſ. nam res certa dicitur &c.* Franc. Vivius *deciſ. 135. n. 3.* Andr. Gail. *in tract. de areſt. Imper. cap. 11. n. 31.* quin † & 11
in dubio ſecundùm regulam eſt judicandum, *l. ab eâ parte. ff. de probat. l. quæſitum. §. denique.* ubi Bartol. *ff. de fund. inſtr. & inſtrum. legat.*

(2.) † Et quid cauſæ eſſet, ut milites à 12
lege rituum ac ceremoniarum eccleſiaſticarum exciperemus? cùm ea ſit legum qualitas ac natura, ut æquabili fronte omnes aſpiciant, *l. 2. ff. de jur. & fact. ignor.* ideò adinventæ, quò cum omnibus unâ eâdemque voce loquerentur, Cic. *2. offic.* Don. Garſ. Maſtrill. *de magiſtr. lib. 3. cap. 3. n. 19.* indeque futurum proſpiciunt, ut neque gratiæ, neque odio locus eſſe poſſit, Jacob. Cujac. *in Novell. 22. in pr.*

(3.) † Tantoque minùs in ritibus & ce- 13
remoniis eccleſiaſticis connivendum militibus, quanto major eorum eſt faſtus & protervia, quæ omnibus modis legibusque ſeveris ſupprimi debet, unde & longe graviori pœna milites mulctari videmus, adeò † ut quæ- 14
vis contumacia militis adverſus Ducem vel Præſidem capite puniatur, *l. 6. §. 2. ff. de re militar. Receſſ. Imper. de Anno 1570. ſub tit.* Von der Reiter-Beſtallung. §. *51.* Proſp. Farin. *lib. 1. conſil. 4. n. 20.* † Et milites no- 15
ſtri temporis vanô militiæ nomine inania tantùm lucra ſectantur, flagitia nimirum hominum, maculas & vibices generoſi Martis, *l. per Illyricum. C. de cohortal. lib. 12.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 3. cap. 5. n. 10.*

Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Conſiſtorio Wittebergenſi, Menſ. Jul. Anno 1631. (Verba 16
Reſcripti: Uns iſt euer unterthänigſter Bericht/ wegen der bey euch itzo ſich aufhaltenden Soldaten/ gebührlich vorgetragen worden. So viel nun die *proclamation* anlanget/ ſehen wir nicht/ warum diejenigen/ die ſich zu Wittenberg aufzuhalten haben/ unſerer Kirchen-Ordnung zu Folge nicht dreymal ſolten aufgeboten werden; Laſſen es derowegen dabey verbleiben; Es fielen dann etliche Umſtände ein/ um derer Willen die *copulation* keinen Verzug leiden wolte; Alsdann wann zumal die Soldaten von ihren Hauptleuten Zeugniß bringen/ werdet ihr euch nach Befindung zu erzeigen wiſſen. Wegen der Gevattern und Begräbniß mit dem Spiel iſt billich ein Unterſcheid zwiſchen denen von Adel und Befehlichshabern/ und zwiſchen den gemeinen Soldaten zu halten: Bey den Begräbniſſen aber ſollen einen Weg wie dem andern die Chriſtliche *Ceremonien* mit Klang/ Geſang/ Begleitung der Schüler/ einer Chriſtlichen *collect*, und dergleichen gebrauchet werden; Und wollen wir/ daß ſonſten/ ſo viel nur immer müglich/ unſere Kirchen-Ordnung auch unter den Soldaten in ihren Kräfften und Würden bleibe. Darnach ihr euch zu achten/ und ihr vollbringet hieran unſere gefällige Meynung/ ꝛc.)

TIT. XVI.

De

Sanctificatione ſabbati, & concionibus publicis.

DEFINIT. CCL.

Prohibitæ ſunt in ſabbato & feſtis diebus operæ manuales opificum, mercaturæ & negotiationes aliæ, quæ diebus operariis tractari ſolent.

SUMMARIA.

1. *Anabaptiſtæ improbant diſcrimen dierum feſtorum & profeſtorum.*
2. *Quorum error notatur.*
3. *Eorumque argumenta refelluntur, num. 4.*
5. *Lex moralis inter dies feſtos & operarios diſtinguit.*
6. *Ordo etiam diſcrimen dierum probat.*
7. *Sanctificatio ſabbati ſine peccato non poteſt intermitti.*
8. *Præceptum de ſanctificando ſabbato à Deo ſæpius repetitum.*
9. *In quonam ſanctificatio ſabbati conſiſtat?*
10. *Abſtinendum in ſabbato ab operis ſervilibus & domeſticis.*
11. *Adducitur hanc in rem Ordinatio eccleſiaſtica, n. 12. 13.*
14. *Nec non Decretum Synodale.*
15. *Cauſa ſanctificationis ſabbati quænam? n. 16. 17.*
18. *Quas congeſſit Ordinatio eccleſiaſtica.*
19. *Reſcriptum Electorale.*

1 IMpii ſunt Anabaptiſtæ, ab obſervantiâ feſtorum Chriſtianos liberantes, omniumque dierum æqualitatem inducentes, ſuffulti illo Apoſtoli Pauli: Alius quidem judicat diem inter diem, alius judicat omnem diem, *Roman. 14. verſ. 5.* qui & alibi Galatas reprehendit, quòd obſervent dies,
2 menſes & tempora, *Galat. 4. v. 10.* † Sed rectè ſi verba Apoſtoli intelligerent Anabaptiſtæ, in hanc dementiam haut prorumperent; Confundunt nimirum cultum & ordinem, qui tamen ab invicem ſunt diſtinguendi; Etſi enim reſpectu cultûs divini nullum eſt hodie inter dies diſcrimen, nam & operarii pariter ac feſti dies ſatis ſunt apti & idonei ad cultum DEO præſtandum, quia regnum DEI non venit cum
3 obſervatione externâ, *Luc. 17.* † Attamen quoad ordinem, ejus intuitu ſanctior eſt dies una alterâ, ex ordinatione divinâ. Licet etiam verba Apoſtoli utroque in loco acci-
4 pere † de ſuperſtitioſâ feſtorum Judaicorum obſervatione, quæ fuit pars legis ceremonialis & umbra futurorum, quare per Chriſti adventum eſt abrogata, nec ampliùs obligat Chriſtianos, *Coloſſ. 2. Hebr. 10.* † Stat verò etiamnum Lex moralis, quâ 5
DEUS diſcrimen fecit inter dies operarios & feſtos, *Exod. 20. verſ. 9. & 10.* juſſitque certo tempore corpori quietem concedere, ac DEO cultum præſtare, idemque diſcrimen ordo etiam & decorum Eccleſiæ requirit, †, cùm ſine diebus certis feriatis ordo in 6
Eccleſiâ nullus obſervari queat; contra effatum Apoſtoli: Ut omnia fiant ordine & decenter, *1. Corinth. 14. verſ. 40.* Non ergò quisquam exiſtimet, † ſine peccato & ſcan- 7
dalo ſanctificationem ſabbati negligi ac intermitti poſſe: Ex quo enim ſanctificatio hæc in Decalogo fuit præcepta, non poteſt non obligare in conſcientiâ; præſertim cùm vix aliud præceptum † à DEO tam fre- 8
quenter fuerit repetitum, quàm de ſanctificando ſabbato, *Exod. 20. 23. 31. 34. 35. Levit. 19. 23. 26. Num. 15. Deut. 5.* quâ repetitione Deus ſeveritatem ſui mandati indicare voluit, Frider. Balduin. *de caſib. conſc. lib. 2. cap. 13. caſ. 3.*

In

In quo autem ſanctificatio ſabbati conſi-
ſtat, ſi quæſiveris, breviter reſpondent Theo-
9 logi: † In requie à laboribus & ſanctificatio-
ne requiei, *Exod. 20. verſ. 10.* Unde expeditum
redditur, labores omnes in ſabbato eſſe pro-
hibitos, qui diebus operariis & profeſtis ali-
às fieri ſolent, ut ſunt operæ domeſticæ &
10 ſerviles; † omnia manuum opera, quæ fiunt
ab opificibus: diſtractio mercium, quæ fit à
mercatoribus, proceſſus judiciarii atque fo-
renſes; itinera minùs neceſſaria &c. Nec
enim requies ejusmodi labores, operas &
negotia admittit; Caveant ergò ſibi domini
mandantes pariter, ac ſubditi & miniſtri pa-
rentes: Illi, ne operas miniſtris & ſubditis
injungant: Hi verò, ne temerè vel ex nimiâ
avaritiâ & ſtudio corradendi opes ordinaria
vocationis ſuæ opera in ſabbato ſuſcipiant &
11 perficiant. Quam † admonitionem *Ordi-
nationi eccleſiaſticæ Elect. Sax.* inſertam le-
gimus *in art. 17.* §. Es ſollen aber die Amt-
leute / Edelleute und Schöſſere hiermit
ernſtlich vermahnet ſeyn / da nicht nöthige
dringende Urſachen und Befehlich von
uns oder ſonſten vorhanden ſeyn / daß ſie
die Unterthanen an Feyertagen nicht ſol-
len mit Fröhnen / Dienſten und andern
beladen / und von den Predigten und Got-
12 tesdienſten abziehen und verhindern. *It.* †
§. Die Bürgermeiſter aber und Richter
in den Städten ſollen ernſtlich verbieten
und abſchaffen alles dasjenige / ſo die Leu-
te an Feſten und Feyertägen von dem Pre-
digt-hören abziehen und verhindern mag /
als unter der Predigt gebrannten und an-
dern Wein / Bier / Genäſche und derglei-
chen zu verkauffen / Krämerey treiben vor
der Kirchen oder in den Gaſſen / und alles
dergleichen. Auch ſollen die Bürgermei-
ſter / Amtleute / Schöſſere und andere Ge-
richtsherren nicht Rath oder Gemeinde
halten / noch ſonſten die Leute vorbeſchei-
den oder hören zu der Zeit / da die Predig-
ten pflegen gehalten zu werden / es fiele
denn unvermeidliche Noth vor. † *Et* §. Es 13
ſol auch an Sonn- und Feyertagen ieder-
man verboten ſeyn / mit Roſſen oder der
Hand Arbeit / ſo auf die Werckeltage
gehören / zu verrichten / ſondern ernſtlich
vermahnet werden / den Gottesdienſt / da-
mit der Feyertag geheiliget / abzuwarten /
und der andern Arbeit müßig zu gehen /
ꝛc. † Eaque admonitio fuit repetita *in De-* 14
creto Synodali ſub dato 6. Auguſt. Anno 1624.
§. Unſere Beamte und Befehlichsha-
bere / ꝛc.

Non ſolum igitur ab ejusmodi laboribus
in ſabbato abſtinendum: (1.) † Propter 15
mandatum Dei ſeveriſſimum; Sed etiam (2.)
ut cultus Deo præſtetur; æquitas namque ex-
igit, ut in honorem Dei, qui laboribus no-
ſtris hebdomatim ſex dies conceſſit, ſepti-
mum ſanctificemus. † Centum & ſexaginta 16
horas habente hebdomadâ, unam & ſolam
horam ſibi ſegregavit Deus, & hanc in ope-
ra ſecularia & ridicula, & conventicula inſu-
mis? ait Chryſ. *hom. de Euchariſt.* allegatus à
Bald. *de caſib. conſc. dict. cap. 13. caſ. 3. pag.
476.* (3.) Ac † tandem, ut corpori conſula- 17
tur quiete à laboribus quotidianis, quæ nec
ſervis, liberis, ancillis & jumentis eſt invi-
denda, quas rationes pauciſſimis notavit Se-
reniſſimus Saxon. Elector † *dict. in art. 17.* §. 18
Es ſollen aber / ꝛc. hiſce verbis: Dieweil
ſonſt ſechs Tage in der Wochen / darinnen
ſolche Dienſte können auferlegt und aus-
gerichtet werden / und GOttes ernſtliches
Geboth erfodert / daß der Ruhe- und Fey-
ertag geheiliget werde / daß man auch das
Viehe und Zug-Ochſen am Feyertage ru-
hen laſſe / vielmehr ſol man den armen
Bauersleuten / die man ſonſt wol in der
Wochen brauchen kan / den Feyertag ver-
gönnen / an welchem ſie GOttes Wort hö-
ren / und Troſt in ihrem Gewiſſen aus den
Predigten ſchöpffen mögen.

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Senatui Dresdenſi, die 8. Octobr. A. 1630. (Verba Reſcripti: 19
Wie vielfältig die Sonn- und Feyertage allhier übertreten werden / indem man nicht allein viel Laſtwägen auf den Neumarckt mit Bretern / Schindeln / Latten und anders feil haben läſſet / ſondern auch itzo an unterſchiedenen Orten die Büttner die Faſſe zu binden pflegen / das iſt euch unverborgen. Nun iſt ſolches Beginnen hoch ärgerlichen / GOttes heiligem Wort / auch unſerer *publicirten* Kirchen-Ordnung und *Synodal-Decreten* gantz zuwider: Dahero wir / daß ihr ſolche Anordnung verſtattet und zugebt / Mißfallen tragen; Begehren demnach hiermit gnädigſt / Ihr wollet hinfüro mehrern Fleiß und Ernſt anwenden / die Verbrechere zu gebührlicher Strafe ziehen / und euch dißfalls alſo bezeigen / damit es fernerer Erinnerung nicht bedürffe / und wir nicht zu anderer Anordnung verurſachet werden / ꝛc.)

Definit. CCLI.

Ex cauſa tamen neceſſitatis etiam in ſabbato operæ & labores manuales, finitô tamen cultu demum divinô, permittuntur.

SUMMARIA.

1. *Num in ſabbato peractis ſacris tractare liceat operas ſerviles.*
2. *Deciſio negativa.*
3. *Requies in ſabbato indifferenter excludit operas manuales.*
4. *Plures ſi ſint unius rei cauſæ, ceſſante unâ altera rem ſuſtinet.*
5. *Adducitur admonitio D. Auguſtini.*
6. *In caſu neceſſitatis permittuntur operæ ſerviles in ſabbato.*
7. *Quod ſit absque peccato.*
8. *Neceſſitas legem non habet.*
9. *Sed ipſa legem facit.*
10. *Quatenus in caſu raræ ſerenitatis, meſſis tempore in ſabbato labores permiſſi?*
11. *Caveant parochiani, ne fingant neceſſitatem.*
12. *Itinera quoque in ſabbato ſunt prohibita.*
13. *Niſi fiant in caſu neceſſitatis, nec moram patiantur.*
14. *Adducitur hanc in rem Ordinatio eccleſiaſtica.*
15. *Nec non Decretum Synodale.*
16. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 AT nonne ſaltem in ſabbato ſacris peractis opera ſervilia, quæ fiunt diebus profeſtis, permiſſa erunt? Non enim impedimento ſunt ſacris, quæ iis demum peractis ſuſcipiuntur; ut hinc cultui divino nil quicquam
2 præjudicetur. † Sed licet hoc concedamus, alia tamen obſtat cauſa impeditiva, nempe diſcrimen inter dies feſtos & profeſtos à Deo conſtitutum, quod per id plane tolleretur, cum & in diebus profeſtis manè audiatur concio, & poſtea ad labores accedatur.
3 † Et ubi manebit requies animi pariter & corporis, quæ & ipſa non minimam dedit cauſam præcepto huic divino. Ex quo ipſo ne quidem ſacris finitis in ſabbato opera
4 ſervilia tractare licebit; † nam quando unius rei duæ ſunt cauſæ, tametſi una ex his ceſſet, altera tamen rem ſuſtinet, §. *Affinitatis. 6. Inſt. de nupt. l. ſi ventri. 8 §. in bonis. 2. ff. de privileg. credit.* Bartol. *in l. liberorum. 11. in pr. num. 1. verſ. ex quo nota, quòd ubi diſpoſitio. ff. de his, qui not. infam. & in l. ex facto. 43. num. 45. ff. de vulgar. & pupill. ſubſt.* Seraphin. *de juram. privil. 100. num. 8.* Andr. Tiraquell. *in reg. ceſſante. cauſ. lim.*
5 *22. n. 1 & ſeqq.* Audiant † ergo operarii, qui per integrum ſabbati diem à laboribus & operis ſervilibus abſtinere grave ducunt, illud Auguſtini: A ſanctis patribus noſtris conſtitutum eſt, & Chriſtianis mandatum, ut dominicis diebus otium haberent, & à terreno negotio vacarent, ut paratiores & promptiores eſſent ad divinum cultum, ut relicta terrenâ ſollicitudine facilius in Dei intenderent voluntatem, Auguſt. *in ſerm. 251. de temp.*

Hoc tamen non ita generaliter acceptum velim, † quin caſus neceſſitatis excipi debeat, veluti ſi eô ipsô temporis momentô, 6
quô ad ſacra eſt conveniendum, urbs aut domus aliqua conflagret, aut hoſtis urbem obſideat, aut ſimile quid accidat, propter quod verbi divini prædicatio eſſet intermittenda; Tùm certè intermiſſio † fit abs- 7
que peccato, prout clarum facit exemplum Maccabæorum, qui neceſſitate compulſi bellum in ſabbato feliciter geſſerunt, *1. Maccab. 2. verſ. 41. & ſeqq.* † Nec enim ju- 8
re divinô nec humanô neceſſitati lex ferri poteſt, Andr. Tiraquell. *de retract. lignag. §. 26. gloſſ. 1. n. 19. & ſeqq.* Hieron. de Cævall. *in ſpecul. opin. commun. quæſt. 906. num. 50. & ſeqq.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 102. n. 6. & ſeqq.* Aym. Cravett. *conſil. 1. progen. n. 8. & ſeqq.* Matth. Weſenbec. *conſil. 40. n. 28.* Eſtque neceſſitas † ingens telum, nul- 9
li ſubjectum legi, ipſa legem faciens, *can. remiſſionem. verſ. ſed notandum. cauſ. 1. qu. 1. can. ſicut. can. quando. de conſecrat. diſt. 1.* & facit licitum, quod alias & per ſe eſt illicitum, *arg. can. ſi nulla. 22. quæſt. 8.* † Ex 10
quo porro ſequitur, cum tempore meſſis

rara

tura eſt ſerenitas, eaque die dominico afful-get, neceſſitatem eo die labores imperare, modò, quoad ejus fieri poteſt, cultus divinus non omninò, nec ab omnibus negligatur, Frid. Balduin. *de caſib. conſc. lib. 2. cap. 13. caſ. 4.*

11 Caveant tamen parochiani, † ne fingant aliquam neceſſitatem, ſuæque indulgeant malitiæ; quod ne fiat, permiſſionem operarum ſervilium in ſabbato hoc caſu à Paſtore & Magiſtratu impetrari, jubet *Ord. eccl. Elect. Sax. in art. gen. 17. §.* Es ſol auch. *ibi:* Es ſol auch Sonn- und Feyertagen iederman verboten ſeyn/ auſſerhalb vorfallender Noth/welche er doch allemal dem Pfarrer und der Obrigkeit zuvorn anmelden ſol/ mit Roſſen oder der Hand die Arbeiten/ ſo auf die Werckeltage gehören / zu ver-

12 richten / ꝛc. Quin etſi † itinera quoque in ſabbato ſint intermittenda, quem in finem, dum cultus peragitur divinus, portæ civitatis ſunt occluſæ, attamen ſi neceſſitas aliqua ſubſit, nec itinera moram patiantur, in ſabbato † etiam inſtitui ea poſſunt, modo pere- 13
grinantes cultûs divini non omninò obliviſcantur, quemadmodum Eunuchus ille etiam in curru ſuo ſedens legebat Prophetam Eſaiam, *Act. 8. v. 28.* Bald. *dict. loc.* Quod non planè intactum † relinquere voluit Sereniſſi- 14
mus Saxo *in dict. art. gen. 17. §.* Es ſollen auch in den Städten unter den Predigten an Sonntagen und geordneten Feſttagen die Thore beſchloſſen gehalten / und niemand weder ein- noch ausgelaſſen werden / er hätte denn in unſern/oder anderer Fürſten und Herren Geſchäfften nothwendig und eilend zu verreiſen. Idque † repetitum le- 15
gitur *in Decreto Synodali de Anno 1624.* Gleichwie wir auch/ ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Matthæi K.* zu *L. die 22. Aug. A. 1613. (Verba* 16
Sententiæ: Habt ihr zu *L.* ein Bauer-Guth erkaufft/worauf ihr von der Stadt aus die Arbeit beſtellen laſſen müſſen / und es hat ſich begeben / daß bey verſchienener Erndte-Zeit gar naſſes Wetter meiſtentheils des Orts eingefallen / an einem Sonntage aber gut und helle Wetter geweſen / derowegen ihr die Gelegenheit in acht genommen/ und durch euer Geſinde Weitzen einführen / und in eure Scheune bringen laſſen: Anitzo aber wil euch vorgeworffen werden / daß ihr den Sabbath nicht gehalten / ſondern verächtlichen hindan geſetzet / dahero ihr euch auch wol einer Beſtrafung zu beſorgen. Ob nun wol ſonſten des Sonn- und Feyertags beydes in göttlicher Schrifft/ als auch in der Churfürſtl. Sächſ. Kirchen-Ordnung die Hand- und Roßarbeit verboten. Dafern aber dennoch obgedachtem eurem Andencken nach ſolches aus Noth des Gewitters geſchehen / ihr auch ſolches bey der Obrigkeit zuvor angemeldet hättet / und allererſt nach gehaltener Predigt und verrichtetem Gottesdienſt die Arbeit euerm Geſinde anbefohlen und verrichten laſſen; ſo hättet ihr dadurch den Sabbath nicht entheiliget / möchtet auch deßwegen nicht in Strafe genommen werden/V. R. W.)

DEFINIT. CCLII.

Transgreſſores ſabbati pro ratione operarum ſervilium, quas in ſabbato fecerunt, certâ puniendi ſunt mulctâ.

SUMMARIA.

1. *Regimen Eccleſiæ inter jura refertur epiſcopalia.*
2. *Curam Religionis gerunt Principes & Magiſtratus.*
3. *Nec non curam ſabbati & feſtorum.*
4. *Pœna transgreſſorum ſabbati in Electoratu Saxoniæ quænam?*
5. *Probatur hæc ex ordinatione eccleſiaſtica.*
6. *Nec non ex Decreto Synodali.*
7. *Non ſeveritatis propterea Legiſlatores arguendi.*
8. *Deus ipſemet punivit transgreſſores ſabbati, n. 9.*
10. *Noſtro tempore prophanatores ſabbati puniti.*
11. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

Regi-

1 Regimen Eccleſiæ quia inter jura epi-
ſcopalia refertur, & ad Magiſtratum
ſpectat, qui cuſtos eſſe debet utrius-
que tabulæ, *can. princ. can. ſi apud.*
23. quæſt. 5. omnemque curam & ſollicitudi-
2 nem in eo collocare, † ut Religionis impri-
mis ſumma habeatur ratio, Johan. Bodin.
lib. 6. de republ. cap. 1. pag. 986. unde reges
nutritii, reginæ verò nutrices Eccleſiæ appel-
litantur, *Eſa. 49.* ad ædificandos muros ejus,
Eſa. 60. & ad reſtaurandas templi ruinas, *2.*
3 *Reg. 12. verſ. 5. & ſeqq.* † Benè omnino hic
agunt Principes & Magiſtratus, ſi curam fe-
ſtorum & ſabbati ſuſcipiant, ejusque ſancti-
ficationem non legibus ſaltem, ſed & pœnis
4 tueantur. † Quod fecit nunquam ſatis lau-
datus Elector Saxon. D. Auguſtus, certam in
transgreſſores ſabbati mulctam definiens,
nempe ut qui operas facit in ſabbato manu-
ales, ſex groſſos, ſi vero equos laboribus adhi-
5 beat, dimidium ſolvat thalerum. † Quo de
ita loquitur *Ordinatio eccleſiaſtica in art. ge-
nerali 17.* §. Es ſol auch an Sonn- und
Feyertagen / ꝛc. *in verb.* und da er hieran
brüchig befunden / ſol er wegen der Hand-
arbeit 6. Groſchen / wegen der Roßarbeit
zwölff Groſchen in den Gotteskaſten / auf
Maſſe wie oben gemeldet / zur Strafe er-
legen. † Eandemque repetiit legem pœna- 6
lem modernus Dn. Elector, cui Deus longæ-
vam vitam concedat, *in Decreto Synodali de
Anno 1624.* §. Alle Hand- und Pferdearbeit
an Sonn- und Feyertagen verboten. *hiſce
verb.* Oder von denen / die mit der Hand
arbeiten / 6. Groſchen / von denen aber / ſo
mit den Pferden arbeiten / 12. Gr. iedesmal
unnachläßig eingefordert / und der Kirchen
zugeeignet werden.

Non certè ſeveritatis alicujus † Sereniſſi- 7
mi Legislatores propterea ſunt arguendi,
poſtquam Deus ipſemet in transgreſſores
ſabbati omni tempore ſeveriſſime legitur a-
nimadvertiſſe; Nam † apud Corinthios con- 8
tagioſis puniuntur morbis, *1. Corinth. 11. v.
30.* Judæis gladium Babyloniorum minatur
Dominus, cùm ſabbata ſua contaminaſſent,
Ezech. 22. v. 8. † & apud Jeremiam propha-
natoribus ſabbati indicit incendia urbium. 9
Jerem. 17. v. 27. nec quemquam fugit lapi-
datio ejus in deſerto, qui ligna in ſabbato
collegerat, *Num. 15. v. 35.* † Quomodo etiam
noſtro tempore transgreſſores ſabbati fue- 10
rint divinitus puniti, exempla paſſim ſunt ob-
via; ut profectò pius Magiſtratus Dei mini-
ſter impunitos relinquere haut debeat, quos
ipſemet Dominus mulcta dignos judicavit.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Paſtori* zur Flöhe / *die 19. Sept. Anno 1609.* (*Verba Reſcripti:*
Vors dritte / dieweil vermöge unſers gnädigſten Herrns Kirchen-Ordnung an 11
Sonn- und Feyertagen auſſerhalb vorfallender Noth die Handarbeit bey Strafe
6. Gr. die Roß-arbeit bey 12. Gr. verboten; Als begehren wir hiermit gleicher
Geſtalt / ihr wollet hiervon eure Zuhörer mit Fleiß abmahnen / und da ſie ferner
in ihrem Ungehorſam und Vorſatz beharren werden / mit Zuziehung der Gerichts-
Herren ſolche Strafe iedesmal einbringen / und in den Gottes-Kaſten legen laſ-
ſen / ꝛc.)

Definit. CCLIII.

Non profanatur ſabbatum exercitio artis ſagittariæ, paleſtræ, pilæ & comœdiarum, modo non fiat cum neglectu cultûs ſacri.

Summaria.

1. Non permittendæ nundinæ in feſto & ſabbato.

2. Et quare non?

3. Carolus Magnus nundinationes in die dominica prohibuit.

4. Quibusdam in locis nundinæ in ſabbato habentur.

5. Ubi præcavendum, ne iis impediatur cultus divinus.

6. Adducitur hanc in rem Ordinatio eccleſiaſtica Electoralis Saxonica.

7. Et Decretum Synodale.

8. Permittuntur in ſabbato exercitia corporis honeſta.

9. In ſabbato conceſſæ ſunt recreationes ex arte ſagittaria, paleſtra &c.

10. Quod probatur ex Ordinat. eccleſ. & Decreto Synodali. n. 11.

12. Modo recreatio oriatur ex ludis & exercitiis honeſtis.
13. Nec cultus iis impediatur divinus.
14. Reſcriptum Electorale.
15. Sententia Conſiſtorii Supremi.

1 QVum nundinatio ſit res merè politica, quâ exercitia pietatis facilè impediuntur, nec ſine labore fieri queat, præſtat nundinas publicas in ſabbatô non
2 inſtituti, ſed in alium differri diem; † præſertim quia nundinæ epulas & compotationes ſecum ferant, & plerumque conjunctas habeant myriades multorum ſcelerum, ut ſunt mendacia, perjuria, fraudes, impoſturæ, & execrationes nominis divini, Frider. Balduin. *de caſib conſc. lib. 2. cap. 13. caſ. 7.*
3 † quam ob cauſam Carolus Magnus in Conſtitutionibus ſuis prohibuit, ne mercatus in die dominico ullo in loco habeatur; & ſeveriſſime reprehendit Nehemias eos, qui nundinationibus ſuis ſabbatum violabant, *Ne-*
4 *hem. 13. verſ. 16. & 17.* Nihilominus † quibusdam in locis nundinæ in ſabbato ita radices egerunt, ut morem hunc corrigere & extirpare multis videatur impoſſibile: quare
5 ſtudiosè ſaltem præcavendum, ne † impediatur per eas cultus divinus, nec niſi finitis omnino ſacris permittantur, ne homines ab auditu verbi avocentur: veluti conſtitutum legitur *in Ordin. eccleſiaſt. Elect. Saxon. art. general. 17* §. Dieweil auch aus den gehal-
6 tenen *viſitationibus.* † *in verb.* Da ſich hinfüro dergleichen an einem oder mehr Orten zutragen würde/ ſol der Jahrmarckt oder Wochenmarckt allwege auf den andern Tag verlegt/ oder alſo angeordnet werden/ daß vor oder unter der Predigt keine Buden/ ſondern erſt nach vollendeter Predigt und heiligem Amt aufgethan werden/ damit der Gottesdienſt um der Krämerey willen nicht gehindert/ noch die Leute von der Predigt GOttes Worts
7 abgehalten werden. Et *in Decreto* † *Synodali de Anno 1624.* §. Nicht weniger befehlen wir/ ꝛc. *in verſ.* Daß ſie nicht zugeben ſollen/ auf den Jahr- und Wochenmärckten die Buden ehe aufzuthun/ bis der angeſtellte Gottesdienſt vorüber iſt.

8 Alia verò eſt ratio † exercitii artis ſagittariæ, paleſtræ, pilæ, trochi & comœdiarum; quæ ſanè operas ſerviles haut requirunt, ſed propter recreationem inſtituuntur, nec quieti officiunt, quin potiùs eam reddunt gratioſam & acceptam. Quemadmodum ergo in ſabbato ſacris peractis corpori etiam ſua permittitur recreatio, † quidni poſt cultum finitum exercitiis illis honeſtis locus daretur, 9
præſertim quando exercitia moribus formandis ſunt apta, vel utilitas aliqua ex iis in rempublicam redundat, Frid. Balduin. *dict. cap. 13. caſ. 6.* † Qua de re ita loquitur *Ordinat. eccleſiaſt. in dict. art. gener. 17.* §. Nachdem auch durch die Schützenhöfe/ Schieſſen und anders/ ſo dabey getrieben und auf die Feyertage angeſtellet/ die Predigt GOttes Worts hefftig verhindert/ und aber die Sonn- und Feyertage nicht um ſolcher Sachen willen/ ſondern vornemlich zum Gehör GOttes Worts verordnet/ ſol jedes Orts Obrigkeit dieſe Verfügung thun/ damit die Schützenhöfe/ ſchieſſen und dergleichen/ ſie werden in Pfingſten oder ſonſten im Jahre gehalten/ alſo angeſtellet/ daß ſie nicht unter der Predigt gehalten/ ſonder dieſelbe hierdurch unverhindert bleibe/ noch das Volck von Gottes Wort und von der allernützlichſten und nothwendigen Predigt des Catechiſmi abgehalten werde. † 10 11
Et *Decret. Synodale de Anno 1624.* §. So ſind wir ferner/ ꝛc. *verſ.* Gleichwie auch in den Schützenhöfen das Schieſſen und anders/ ſo darbey vorgehet/ *item* die Haltung der Fechtſchulen und Comödien vor Endung der Veſper nicht angehen/ oder da es geſchähe/ von iedes Orts Obrigkeit auf friſcher That geſtraft werden ſolle. Non ergò prohibita eſt in ſabbato recreatio ex arte ſagittaria, trocho, pila, palæſtra, comœdiis, aliisque ſimilibus exercitiis; modò
† (1.) ſint honeſta, non carnalia aut ſcurrilia, veluti ſunt ludi obſcœni, vel compotationibus & ingluvie conjuncti: nam ſi labores vocationis etiam in die feſto ſunt prohibiti, quantò magis hujusmodi recreationes, quæ aliàs, quocunque die fiant, improbantur. (2) 12
† Nec cultus per ea impediatur divinus: 13
quod ſi fit, non poteſt non profanari iis ſabbatum, ut verè ſcripſerit Autor lib. *de decem chordis*, ſatius eſſe, Judæos in ſabbato operari, quàm ſpectaculis intereſſe, allegatus a Frider. Balduin. *dict. caſ. 6. pag. 485.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Præfecto Delitiano, die 7. Auguſti, Anno 1626.* (*Verba Reſcripti:* Uns iſt dein unterthänigſter Bericht/ die Schützenhöfe betreffende/ gebührlichen vorgetragen worden. Wann dann in unſerm *publicirten General-Decret* die Schützenhöfe und Schieſſen nicht verboten/ ſondern allein 14
dieſes

dieſes verordnet / daß dieſelben nicht vor Endung der Veſper geſchehen ſollen. Als laſſen wir es bey ſolcher Anordnung / und daß deinem Erbieten nach alles Paucken / Blaſen und Tantzen dabey eingeſtellet werde / bewenden / und du wirſt dich gleichfalls darnach zu achten wiſſen / rc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Petri D.* zu *P. die 17. Auguſti, Anno 1617.* 15
(*Verba Sententiæ*: Habt ihr das Kürſchner-Handwerck redlich gelernet / darauf ihr nachmals gewandert / und zugleich der Fechtkunſt euch befliſſen / es auch ſo weit bracht / daß ihr zu Ulm für einen Meiſter erkläret worden / darauf ihr an etlichen Orten im Reich Fechtſchulen gehalten: Nachdem es aber die Gelegenheit gegeben / daß ihr euch zu *P.* häußlichen niedergelaſſen / geheyrathet / und das Kürſchner-Handwerck treibet / wollet ihr euch zugleich in der Fechtkunſt üben / und des Sonntags öffentliche Schule halten. Wiewol es nun gut und rühmlichen / wenn ihr dergleichen Fechtſchulen auf einen Werckeltag legen thätet. Dafern ihr aber dennoch eures Handwercks Gelegenheit nach es alſo damit halten würdet / daß allererſt nach der Veſper-Predigt / und wann ſich der Gottesdienſt des Sonntags vollſtändig geendiget / die Fechtſchule angefangen werde; So würdet ihr damit zugelaſſen / und möchte euch ſolches nicht füglichen verweigert werden / V.R.W.)

DEFINIT. CCLIV.

In civitatibus, oppidis & villis populoſioribus concio veſpertina in ſabbato ac feſtis nequaquam eſt intermittenda.

SUMMARIA.

1. *Inſtitutio ſabbati duo exigit: Requiem & ejus ſanctificationem.*
2. *Sanctificatio quietis in quibus conſiſtat?*
3. *Probatur ex Apologia Juſtini.*
4. *Quod latiùs explicat Balduinus.*
5. *Congregatio in templo ad audiendum verbum DEI, opus ſabbati eſt præſcriptum.*
6. *Adducitur dictum Gregorii.*
7. *Nec non exemplum & admonitio Davidis.*
8. *Non intermittenda concio veſpertina in ſabbato. n. 13.*
9. *Quod probatur ex Ordinatione eccleſiaſtica.*
10. *Et Decreto Synodali. n. 11.*
12. *Præceptum de ſanctificando ſabbato eſt generale.*
14. *Additur probatio ex Veteri Teſtamento.*
15. *Reſcriptum Electorale.*

1 Diximus *ſupr. Def. 250. n. 9.* inſtitutionem ſabbati duo à nobis exigere, videlicet requiem à laboribus & ſanctificationem requiei, *Exod. 20. verſ. 10.* Frider. Balduin. *de caſib. conſc. lib. 2. cap. 13. caſ. 4.* Non enim ſufficit, in ſabbato & feſtis diebus abſtinere à laboribus & operis ſervilibus; nec quieſcere debet homo ut brutum, ſed laborem ſuum ordinarium & ſervilem mutare in ſacrum. † Sanctificatio igi-
2 tur quietis accedat neceſſe eſt; In quibus verò ſanctificatio hæc conſiſtat, manifeſtum reddit *Apologia 2.* Juſtini, relata à Balduin. *dict. caſ. 4. pag. 478.* in qua hæc leguntur verba: Omnes urbani & ruſtici ex agris
3 in unum congregantur, † & primò leguntur ſcripta prophetica & apoſtolica; ſecundò Præſes orationem habet & exhortationem, ut bona, quæ lecta ſunt, imitentur: tertiò, cætus omnis ſurgit ad preces: quartò celebratur communio Euchariſtiæ: quintò conſeruntur Eleemoſynæ ad ſuſtentationem pauperum, pupillorum, ægrotantium, exulum &c. † Ita Juſtinus *de more primorum* 4
Chriſtianorum, quæ Balduin. *dict. loc.* latiùs examinat, regulas inde generales depromit, & opera ſabbati ordine refert; inter quæ maximum & præcipuum eſt † congregatio in 5
templo ad audiendum verbum, fundendas preces, utendum Sacramentis, & ſimilibus pietatis exercitiis, cultusque divini partibus. In hoc certè ſanctificatio ſabbati propriè con-

conſiſtit, veluti ſcitè ſcribit *Gregor.* Domini-
6 cô † die à labore terrenô ceſſandum eſt, atque omni modò orationibus inſiſtendum, ut ſi quid negligentiæ per ſex dies agatur, per diem reſurrectionis Dominicæ precibus ex-
7 pietur, *lib. 11 Epiſt. 3.* † Benè hinc fecit David Rex, feſtis diebus ſacris intereſſe optans *Pſ. 27. v. 4.* aliosque ad hæc exercitia invitans, *Pſ. 95. v. 1, & ſeqq.* ex diligenti enim meditatione & auditu verbi divini in conſcientia ſuâ de filiatione & amore DEI auditores certi redduntur: Nam qui ex Deo ſunt, verbum DEI audiunt, *Joh. 8. v. 47.* Concionibus ergò & precibus publicis requies ſan-
8 ctificatur, in † qua ſanctificatione, ne remiſſiores ſint Chriſtiani, totus dies exercitiis ejusmodi piis, vel ſaltem maxima ex parte conſumi debet.

Non itaque eſt, ut conciones veſpertinæ & cultus pomeridianus intermittatur, præſertim in civitatibus & villis populoſioribus, ubi Miniſterium non unâ, ſed duabus vel
9 pluribus conſtat perſonis. † Idque manifeſtè (1.) præceptum *in Ordinat. eccleſiaſt. Elect. Saxon. art. gener. 17. §.* Da aber die Noth erfordert/ ꝛc. *verſ.* Deßwegen dann auch unnachläßlich an Sonn- und Feyertagen/ nicht alleine Vormittage zum Amt/ ſondern auch Nachmittage die Predigt ge-
10 halten werden ſoll. † *Et Decreto Synodali* *de Anno 1624.* §. Und damit das Volck. *verſ.* Und wo keine *filialia* ſeyn/ am Sonntage nach Mittage den Catechiſmum predigen/ und darauf denſelben mit der Jugend *examini*ren. *&* §. Hingegen ſo wird hiermit ꝛc. *verſ.* † Die Sontags-frühe- und 11
Nachmittags- ſo wol die Wochen-Predigten/ ingleichen das *Examen* des Catechiſmi nicht verſäumen/ ꝛc. (2.) Eſtque præceptum de † ſanctificandô ſabbatô generale, 12
Exod. 20. v. 10. quod non modò unam atque alteram horam requirit, ſed diem indefinitè ſanctificari jubet: Nequaquam ergò ſabbatum dividi, una dimidia DEO conſecrari, altera hominum arbitrio & laboribus relinqui debet. (3.) † Et verendum, ne ſi mul- 13
tum temporis concedatur recreationi in ſabbatô, exercitia pietatis in ludos ſcenicos, comeſſationes, ſaltationes & ſimilia planè degenerent, quibus ſabbatum à Chriſtianis longè tetriùs, quam ab Ethnicis polluitur. (4) † Eo- 14
que facit, quòd olim in ſabbatô duo offerebantur agni, in aliis verò diebus tantum unus, præterquam in ſolennitatibus ac calendis, *Num. 28. verſ. 9.* Ex quô ſic referre licet, quòd pietas noſtra quotidiana quidem eſſe debeat, diebus autem feriatis geminata, nec unicam concionem, prout in diebus profeſtis, audire ſufficiat.

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti, Præfecto ac Senatui Freybergenſibus, die 15
16. Decemb. An. 1614. (*Verba Reſcripti:* Wir werden berichtet/ daß an den hohen Feſt- und Sonntagen nach Mittage keine Predigt/ ſondern nur eine Veſper bey euch gehalten worden ſeyn ſol/ welches wir bey einem ſo anſehnlichen *Miniſterio* und volckreichen Gemeinde/ um der *Communicant*en und andern Urſachen willen/ ferner nicht verſtatten können; Begehren derowegen gnädigſt/ ꝛc. Ihr wollet das *Miniſterium* vor euch beſcheiden/ und euerm Ermeſſen nach anordnen/ daß hinfüro an den hohen Feſt- und andern Sonntagen in der Thumkirchen halbwege zwey bis halbwege vier Uhr zum längſten die gewöhnliche Epiſtel oder ein ander Text/ welcher ſich auf die *Feſta* ſchicket/ in einer Predigt erkläret/ und nebens dem zugehörigen Geſang und Orgelſchlag vollendet/ damit nächſtkommenden Chriſttag der Anfang gemacht/ und ſolches vorhero von allen Cantzeln in ieder Kirchen den Eingepfarrten zur Nachrichtung verkündiget werde; Jedoch ſeyn wir gnädigſt zufrieden/ daß deſſelben Tages eine Metten-Predigt unterlaſſen werden möge. Wie ihr nun ſolches angeordnet und zu Werck geſtellet/ das wollet ihr unverzöglich in Unterthänigkeit zu erkennen geben/ ꝛc.)

DEFINIT. CCLV.

Non extendatur concio ultra horam in ſabbatô feſtisque diebus; nec ultra dimidium vel tertium horæ quadrantem in diebus profeſtis ac operariis.

SUMMARIA.

1. Conciones ſunt audiendæ in ſabbatô & feſtis diebus.

2. Sanctificatur iis ſabbatum, & DEI benedictio acquiritur. n. 3.

4. Adigendi ſunt parochiani à Magiſtratu, ut conciones audiant.
5. Adducitur in hanc rem Ordin. polit. Elect. Saxon.
6. Quin & pœnis ac mulctis auditores compellendi.
7. Pœna quondam capitalis in transgreſſores ſabbati fuit conſtituta.
8. Hodiè eſt mulcta arbitraria.
9. Et quænam in provinciis Electoratûs Saxonici?
10. Concio ne extendatur ultra horam vel tertium quadrantem.
11. Per ſanctionem manifeſtam Electoralem.
12. Ut major etiam in auditoribus excitetur appetitus.
13. Ac ne tempus in diebus profeſtis ad labores deſtinatum auditoribus præcidatur.
14. Reſcriptum Electorale.

1 NOn † ſolùm ergò parochiani in
ſabbato & feſtis diebus ab operis
& laboribus ordinariis abſtineant,
ſed etiam verbum divinum audiant, ſacra tractent, & concionibus tam matutinis quàm veſpertinis frequenter interſint, cultumque Deo debitum tota die exhibeant,
2 † memores, hac ratione ſabbatum ab iis
rectè ſanctificari, ac Dei benedictionem acquiri, ſicut ſcriptum eſt:
3 † Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum & nomen melius à filiis & filiabus, nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit &c. *Eſa. 56. v. 4. & ſeqq.* Cùm autem parochiani ſæpè de fervore pietatis quid remittant & cul-
4 tum negligant, officium † Magiſtratûs requirit, eos ad hunc adigere & adhortari ex juſſu Sereniſſimi Saxonis *in Ord. polit. de An. 1612. §. 1.* Von der Gottesfurcht. *verſ.* So wollen wir hierbenebens eines ieden Orts Obrigkeit ernſtlich befohlen und auferlegt haben/ daß ſie keinem / wer der auch ſey/ die Predigten/ſonderlich aber die / ſo an Sonntagen gehalten werden/ muthwilliger Weiſe und ohne gnugſame erhebliche
5 Urſachen zu verſäumen nachlaſſen/ &c. †
quod & jamdudum *in Ordin. Eccleſiaſt.* proviſum, *art. gener. 17. §.* Deßgleichen ſol auch. *verſ.* Und eines ieden Orts Obrigkeit die Gerichts-Perſonen mit Fleiß anhalten/damit ſie nebens dem Pfarrer hierinnen auf die Leute/welche die Predigten beſuchen oder nicht/ gute Aufacht haben.
6 Quin † & nolentes ac inobedientes pius
Magiſtratus cogit ac compellit indictione certæ vel ſaltem arbitrariæ alicujus mulctæ, de qua transgreſſores conqueri haut poſſunt, cum ipſemet DEUS quondam
7 pœnam in reos ſabbati conſtituerit † ca-
pitalem, *Exod. 31. v. 14. & 15.* cujus executio legitur *Num. 15. v. 35.* Licet verò rigor hìc ab uſu hodiè receſſerit, (in cujus rationem inquirit Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 2. cap. 13. caſ. 9.*) ſubſtituta † tamen eſt à Ma- 8
giſtratu mulcta arbitraria, quam Sereniſſimus Saxoniæ Elector ſex groſſis conſtare voluit, *dict. art. general. 17. §.* Deßgleichen ſol auch. *verſ.* So offt aber einer befunden/ daß er ſolches übertreten / und ſich zuvor bey den Pfarrern oder Richtern iedes Orts ihrer vorhabenden nothwendigen Geſchäfften halber nicht entſchuldiget/ſol er ſechs Groſchen in den Gotteskaſten zur
Strafe erlegen. † *Et in Decreto Synod.* 9
de Anno 1624. §. Hingegen/ ſo wird hiermit. *verſ.* Im widrigen Fall aber die muthwillig Ausbleibenden/und zwar jedes derſelben ſechs Groſchen in die Kirche zur Strafe erlegen/und darzu von der Obrigkeit angehalten werden ſollen.

Cæterùm † quò tantò magis excitentur 10
homines ad audiendas conciones, ſermonem Paſtor ita inſtituat ac moderetur, ne ultra tempus auditores detineantur, & in ſabbato ac feſtis diebus concio ultra horam: in diebus verò profeſtis ultra dimidium vel tertium horæ quadrantem extendatur ac pro-
longetur. Idque (1.) † per ſanctionem 11
manifeſtam *in Decreto Synodal. Elect. Saxon. de Anno 1624. §.* Und damit die Leute. *verb.* Auch nicht über eine Stunde an Feyertagen/ und über eine halbe Stunde in der Wochen mit Predigen zubringen. (2.)
† Quò tantò major in auditoribus excite- 12
tur appetitus, tepor verò in audiendo verbo eò faciliùs removeatur, quam rationem ſuppeditat *Decretum Synodale in loco allegato* hiſce verbis: Und damit die Leute deſto mehr Luſt zu Beſuchung der Predigten ge-
winnen/ &c. (3.) † Nec etiam parochiani 13
in diebus profeſtis ad cultum ita ſunt adigendi, ut tempus iis præcidatur, quo minùs operas ſuas quotidianas perficere & abſolvere poſſint, cùm Deus hunc in finem ipſis ſex dies conſtituerit, quibus ſua tractare licet.

Ita

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti Eylenburgenſi & Quæſtori Thebano, die* 14
25. Jan. Anno 1626. (*Verba Reſcripti:* Hingegen haben wir offtgedachtem *M.* Hentz-ſchen mit Ernſt auferlegen laſſen/zu Folge unſerer *publicirten* Ordnung an Sonn- und Feyertagen nicht über eine Stunde/ an Wercheltagen aber nicht über drey Viertel einer Stunde zu predigen/ deme er auch zu gehorſamen angelobet und zugeſagt/ ꝛc. Wie ihr nun dieſes verrichtet/davon ſeynd wir eurer unterthänigſten *relation* mit ehiſtem gewärtig. Und ihr vollbringet an dieſen allen unſere gefällige Meynung/ ꝛc.)

DEFINIT. CCLVI.

Admittendi ſunt Studioſi Theologiæ, præſertim Alumni, ad exercitia concionatoria.

SUMMARIA.

1. *Non Cathedra facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram.*
2. *Habitus monachum non perficit.*
3. *Studioſis Theologiæ quid facere incumbat?*
4. *Exercitia in concionando iis non deneganda. n. 12.*
5. *Præſertim ſi ſint Alumni.*
6. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n. 8. 11.*
7. *Conciones quandoque habendæ ſunt extemporaneæ.*
9. *Non vocatur miniſter Eccleſiæ, antequam admiſſus ſit ad concionem δοκιμαστικήν.*
10. *Adhibetur etiam conſenſus populi in vocandis Eccleſiæ miniſtris.*
13. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 SCitè inquit Chryſoſtomus *in homil. 43. in Matth.* Videte quomodo ſedeatis ſuper cathedram, quia non cathedra facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram. Verè dictum, perinde ac illud vulgatum de
2 Chriſtianorum Myſtis: † Habitus monachum non perficit: Die Kappe macht keinen Münch. Nec enim ad ornatum eſt reſpiciendum, ſed ad doctrinam, eruditionem & eloquentiam; quia ſacerdos indoctus cæcum eſt animal, Hieronym. *ſuper Malach.* Frider. Balduin. *de inſtit. miniſtr. verb. cap.*
3 *13. pag. 136.* Falluntur † ideoque Studioſi Theologiæ functionem eccleſiaſticam ambientes, ſi externam magis formam ac ſpeciem foveant, quàm eruditionem & ſcientiam theologicam, facundiamque in docendo ac concionando ſibi comparare ſtudeant.
4 Quem in finem nunquam † non exercitia concionatoria ſuſcipiant, ut inde doctiores & expediti reddantur, quæ nec iis in oppidis
5 & villis deneganda, quin & ad exercitia † ejusmodi practica imprimis admittantur Alumni, quibus ſtipendia & ſumtus ſubminiſtrantur ad hoc, ut munus eccleſiaſticum iis
6 quandoque deferatur. (1.) † Eſt namque exercitium concionatorium adeò neceſſarium futuro Eccleſiæ miniſtro, ut ſine illo ſe concionatorem futurum nè ſperare quidem audeat. Etenim quæ duo in concionatore ſingulariter requiruntur, & memoriam gignit, & παῤῥησίαν, utramque etiam, quantò eſt crebrius, tantò magis auget, habitum denique conciliat omnia decenter & appoſitè enunciandi, & id quod velint auditoribus cum aliqua gratia inſinuandi, Henr. à Dieſt. *in rat. ſtud. theol. part. 1. c. 10.*

(2.) † Et licèt concionatores extemporanei haut ſint laudandi, nec ſubitaneæ cogitationes optimæ: accidit tamen ſubitus quandoque caſus, ut etiam absque præmeditatione concio ſit habenda, cui nunquam ſufficiens erit novitius, qui non antea eſt exercitatus: Solent namque illi elaboratas primùm proferre conciones, donec habitu acquiſitô ad extemporalia magis fiant idonei, veluti † Socrates de Atticô Conſtantinopolitanô Epiſcopô refert, quòd fuerit vir celebris, admodum doctus, religioſus & prudens, ſed cum adhuc Presbyter eſſet, ſermones, quos elaboravit, memoriæ mandatos in Eccleſia recitavit, donec unà cum induſtria etiam παῤῥησίαν nactus ex tempore populariter dicere didicit: Et additur ibi, tales illius fuiſſe ſermo- 7 8

 nes,

nes, ut ab auditoribus cupidè exciperentur, vel literis etiam mandarentur, *lib. 7. hiſtor. eccleſ. cap. 2.*

9 (3.) † Quis porrò neſcit, miniſtrum Eccleſiæ nunquam vocari nec admitti, priusquam concionem dixerit δοκιμαστικὴν die Probpredigt/ *Ordinat. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. ſub tit.* Vom *examine* aller Kirchendiener/ꝛc. §. Alſo iſt auch. *fol. 95.* quò ſcilicet à populo audiatur, ejusque dona innoteſcant, Rittershuſ. *ad Novell. part. 1.*
10 *cap. 7. n. 36. & 37.* Nam & populi † conſenſum in vocandis Eccleſiæ miniſtris adhiberi neceſſum eſt, Balth. Mentz. *in exeg. Auguſt. Confeſſ. art. 14.* Frider. Balduin. *de inſtit. miniſtr. eccleſ. cap. 6. pag. 49.* Johan. Gerhard. *in loco de miniſtr. eccleſiaſt. ſect. 7. in pr.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 6. num. 4.*

† Fieri hinc non poteſt, ut Studioſus Theologiæ ad functionem eccleſiaſticam vocandus haut periclitetur, ſi non exercitatus ad concionem illam δοκιμαστικὴν acceſſerit. 11 Cùm enim facundia & eloquentia ſolo acquiratur exercitio, hoc qui neglexerit, ceu minùs facundus & eloquens acceptus haut erit populo, ut fortè repulſam metuere habeat. Multum † ergò quia intereſt Studioſorum Theologiæ, 12 eos frequenter in concionando exercitari, nullam exercitii occaſionem omittere, nec facultatem hujus exercitii Paſtores iis denegare debent. Veluti expeditum reddit *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. in art. gener. 3. §.* Zum eilfften/ *ibi:* Nachdem bisweilen Studenten auf die Dörffer gehen/und begehren allda in der Kirchen ſich mit Predigen zu verſuchen und zu üben.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Pirnenſi, die 26. Nov. A. 1619.* (*Verba Reſcripti:* 13
Aus dem Inſchluß habt ihr zu vernehmen / was an uns *Chriſtophorus S.* wegen Verſtattung des *exercitii* im predigen / *ſupplicando* gelangen laſſen. Wann er dann höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns *Alumnus* geweſen / auch zwey Jahr auf der Univerſität ſich aufgehalten; Als iſt hiermit unſer Begehren / Ihr wollet *Supplicant*en gebetener maſſen die Cantzel zur Mittags-Predigt eröffnen laſſen / und bisweilen daſelbſt eine Predigt zu thun vergönnen. Hättet ihr aber deßwegen etwa Bedencken / wollet ihr uns ſolches nebens Zurückſendung des Inſchluſſes berichten/ꝛc.)

DEFINIT. CCLVII.

Modò ſint ad hoc ſatis qualificati, tantosque in ſtudio Theologico profectus acquiſiverint, fidemque Superintendenti fecerint, ut auditores utiliter informare queant.

SUMMARIA.

1. *Studioſi ſaltem eruditi & qualificati ad exercitia concionatoria admittendi.*
2. *Pro lubitu Parochi Studioſos ſine præſcitu Superintendentis non admittant.*
3. *Probibitum id in Ordin. Eccleſ. & Decret. Synod. n. 4.*
5. *Cauſæ & rationes hujus ſanctionis. n. 6. 7.*
8. *Novitii Theologiæ Studioſi plerumque ſunt audaces.*
9. *Admonitio B. Lutheri facta Studioſis commenſalibus.*
10. *Novitii Theologiæ Studioſi minùs theologicè ſæpè pro concione loquuntur.*
11. *Circumſpectè & religiosè verbum DEI eſt tractandum.*
12. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOn aliter tamen admittantur Studioſi Theologiæ ad exercitia concionatoria, quàm ſi qualificati ſint ad actus ejusmodi eccleſiaſticos & miniſteriales, hoc eſt, tales, qui verbum DEI didicerint, ac populo proponere queant, talesque fecerint profectus in ſtudio Theologico, ut ex concione ipſorum informatio auditorum certè ſit ſperanda. Quam ob cauſam interdictum eſt † Paſtoribus, exercitium concionatori- 2
um quibusvis petentibus committere, ſed Superintendens diœceſeos deſuper certiorari, ab eoque causâ cognitâ factâque profectuum

ſectuum theologicorum fide, exercitium e-
3 jusmodi impetrari debet, † ex ſanctione Sereniſſimi Saxoniæ Electoris *in Ord. eccl. art. gen. 3. §. ult. verſ.* So ſol der Pfarrer keinen Studenten aufftreten noch predigen laſſen/er bringe denn von ſeinen *Præceptoribus*, da er in heiliger Schrifft *ſtudiret*/ und des Orts *Superintendenten* ein ſchrifftlich Zeugniß/daß er darzu geſchickt erkant/ und demnach ſicher zu predigen möge zugelaſſen werden/ der auch das *concept* zuvor dem *Paſtori*, oder einem aus ſeinen *Diaconis*, oder dem *Superintendenti* gewei-
4 ſet habe. Nec non *in Decreto* † *Synodali de An. 1624. §.* Vielweniger ſollen ſie befugt ſeyn/einen jeden an ihre Statt aufzuſtellen; Sondern allein denenjenigen die Cantzel zu betreten verſtatten/ die von ihren *Superintendenten*/daß es ihnen vergönnet ſey/ſchrifftlichen Schein vorlegen werden. *Et in §.* Und verſehen wir uns. *verb.* Niemanden auch Erläubniß zur Prob/ oder *exercitii causâ* zu predigen erlange/ es wüſte denn der Superintendens/daß ihm ſicherlich dergleichen Werck zu vertrauen
5 ſey. Juſtis omninò de cauſis: (1.) † Magna etenim res eſt magnæque audaciæ, in publico loqui verbum DEI. Audet namque homo ibi loqui in conſpectu DEI, ut legatus DEI, in conſpectu ſanctorum Angelorum, *1. Corinth. 11. v. 10.* ad eos, quos Chriſtus pretioſo ſuo ſanguine redemit, quosque per verbum ſu-
6 um vult ſalvare. Neque † deſunt ibi diaboli, qui ſemen verbi divini ex ore dicentis & ex corde audientis evellere maximè laborant; veluti ex B. Luthero diſſerit Frider. Balduin. *in tract. de inſtit. miniſtr. verb. cap. 14.*
7 *n. 1.* † Quod ſi ergò propterea de propriis deſperandum eſt viribus; quis enim ad hoc eſt idoneus? inquit Paulus *2. Corinth. 2. v. 16.* non certè tanta res cuivis committenda, nec ei qui vix prima in ſtudio theologico didicit principia, quique ipſemet potius informandus, quam ut alios informare poſſet.

(2.) Nec indulgendum temeritati &
8 audaciæ, † quæ Studioſos primum conſcendentes ſuggeſtum plerumque concomitatur, periculoſa tamen magis eſt quam proficua, eamque Deus in legatis ſuis odit; quare tutiùs miniſtri Eccleſiæ cum timore atque tremore, quàm nimis confidenter ad munus docendi accedunt, præeunte B. Luthero, qui de ſeipſo dixit commenſalibus
ſuis: † Etſi jam ſenex, & jam in concionando 9
exercitatus ſum, tamen timeo, quoties ſuggeſtum conſcendo, & vos aliquando tria illa certè experiemini: 1. Quod etſi optima quæque meditati eſtis, interdum tamen inter dicendum meditationes illæ excidant. 2. Viciſſim cùm de meditationibus veſtris omninò deſperatis, DEI virtutem ſentietis, ut concio veſtra ſit etiam præter opinionem veſtram optima. 3. Quòd cùm planè etiam nihil concipere potuiſtis, ea tamen, quæ auditoribus grata erunt, prolaturi ſitis; Idcircò in verò timore rogate Dominum, eique rem tantam commendate, *colloq. commenſ. Luth. tit. de miniſterio. fol. 245.*

(3.) Verendum etiam, † ne Studioſus 10
Theologiæ novitius in concionando minùs cautè, propriè ac theologicè loquatur, ex quo ingens in Eccleſia ſcandalum eſt pertimeſcendum. Quò & reſpexiſſe videtur Sereniſſimus Saxon. Elector *in dict. art. gener. 3. §. ult. hisce verb.* Und werden ſich alle Pfarrer gegen ſolchen Perſonen/ſo ſich zu predigen anbieten/guter Vorſichtigkeit und Beſcheidenheit wol wiſſen zu gebrauchen/damit nicht ungeſchickte/ungelahrte und verdächtige Perſonen zu dem hochwürdigen Predigamt zugelaſſen / dadurch die Gemeinde geärgert/auch ſie ſelbſt in Gefahr und Beſchwerligkeit gerathen möchten. Ut enim JCti cauſam bonam malè agendo; ſic verbi miniſtri doctrinam bonam malè loquendo perdere ſolent. Hinc grande periculum eſt, *inquit D. Hieronymus*, in Eccleſiâ loqui, ne fortè interpretatione perversâ de Evangelio Chriſti fiat Evangelium hominis, aut, quod pejus eſt, diaboli. Quare Paulus hortatur, ut in conventionibus Eccleſiæ omnia ad ædificationem fiant, *1. Corinth. 14. verſ. 26.* & miniſtrum verbi ſtudere jubet, ſeipſum probatum exhibere Deo, ne erubeſcat, *2 Timoth. 2. verſ. 15.* † Probant hæc 11
omnia, quàm circumſpectè, cautè & religioſè verbum DEI in concionibus ſit tractandum, ut proinde Saxo Sereniſſimus rectè interdixerit, ne quibusvis indifferenter Studioſis, priusquam eruditionis & profectuum theologicorum fidem fecerint, ſuggeſtum conſcendere, ac conciones habere ad populum permittatur.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi, die 7. Octobr. Anno 1616.* (*Verba Reſcripti:* Demnach höchſtgedachter unſer gnädigſter Herr uns am 5. dieſes 12
Monats gnädigſt befohlen / bey euch zu verſchaffen/daß hinfüro keinem einige Cantzel in oder vor der Stadt allhie eröffnet werden ſolle/Ihr hättet dann gewiſſe

Nachrichtung/ daß ſich derſelbe zuvor anderswo im Predigen *exerc*iret/ und von ſolchen *qualit*äten ſey/daß er im Predigen ohne Schimpff und Aergerniß fortkommen könne; Als begehren an ſtatt Seiner Churfl. Gn. wir hiermit/ Ihr wollet nicht allein für eure Perſon euch darnach achten/ſondern auch die euch untergebene *Paſtores* und *Diaconos* in-und vor der Stadt alſobalden vor euch erfordern/ ihnen ſolches anmelden und auferlegen/daß ſie hinfüro ihre Predigten ſelbſt verrichten / auch ohne euer Vorwiſſen und Einwilligung keinen andern an ihre Statt aufſtellen ſollen/damit ihr/wie ſolche Perſonen *qualifici*ret/euch zuvor erkundigen/ und ſie darauf mit Beſcheide verſehen möget/ ꝛc.)

DEFINIT. CCLIIX.

Caveant tamen Parochi Eccleſiæve miniſtri, ne ſæpiùs Studioſis Theologiæ exercitium concionatorium permittendo ipſimet deſidiæ notam incurrant: quin & ad conciones funebres & ſolennes ſubſtituere Studioſos haut debent.

SUMMARIA.

1. *Non ſemper Studioſi, etiam qualificati, ad exercitia concionatoria admittuntur.*
2. *Moderatiores ſint Parochi in permittendis ejusmodi exercitiis.*
3. *Obviare voluit Sereniſſimus Saxon. Elector deſidiæ Paſtorum.*
4. *Exercitii ſaltem causâ functio concionandi committitur Studioſis.*
5. *Quando Studioſi à Paſtoribus ſubſtituantur?*
6. *Quâ in re cautè agant Paſtores.*
7. *Parochus propria autoritate alium ſubſtituere nequit.*
8. *Etiam in caſu neceſſitatis conſenſu Superintendentis fieri id debet.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 FIeri nihilominùs poteſt, ut licèt Studioſi Theologiæ ſatis habeantur qualificati ad concionandum, quin & docti ac eruditi exiſtant, non tamen † iis exercitium concionatorium petentibus ſit annuendum, quando nempe concio funebris aliavè ſolennis eſt habenda, quam ipſimet Parochi officii ratione meritò ſuſcipiunt,
2 nec aliis eam committere queunt. † Quin & aliàs moderatiores ſint Eccleſiæ miniſtri in permittendis exercitiis concionatoriis, ne nimis frequenter Studioſos Theologiæ ſubſtituendo, deſidiæ notam in peragendâ fun-
3 ctione eccleſiaſticâ incurrant. † Quibus obviare voluit Sereniſſimus Saxoniæ Elector *in Decreto Synodali de anno 1624. ubi in §.* Und verſehen wir uns. hæc verba leguntur: Und verſehen wir uns zu unſern Superintendenten/daß ſie auch ihres Theils ſich allenthalben wohl vorzuſehen wiſſen werden/ damit die Pfarrer nicht zu offt ohne Noth an ihre Statt predigen laſſen. Ex quô enim exercitii potiſſimum causâ † fun- 4
ctio concionandi Studioſis Theologiæ committitur, non principaliter ſublevamen inde quærant Parochi, † quibus tamen juſtâ ex 5
causâ impeditis cum licentia Superintendentis vel ſuperioris Paſtoris Studioſos ſubſtituere, iisque vices ſuas demandare interdictum haut eſt, iisque in terminis ſubſiſtendum.

Ac † certè fieri vix poteſt,ut ſuo ſatisfa- 6
ciat officio Parochus, absque causâ ad conciones,præſertim funebres & ſolennes;alium ſubſtituens, quippe quòd induſtria ſuæ perſonæ fuerit electa, ipſique functio ab Eccleſiâ demandata,quo in caſu difficilius admittitur ſubſtitutus, *l. un. §. ne autem. C. de cad. tollend.* † Cumque in Parochi poteſtate haut ſit, alium 7
ſibi adjungere vel ſubſtituere, ne forſan per id præjudicetur juri patronatûs, Innoc. *in*

in cap. ult. in fin. extr. de renunciat. Didac. Covarr. *controverſ. pract. cap. 36. n. 9.* Aym. Cravett. *conſil. 153. num. 10.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 9. n. 40.* † utique nec in caſu ſpecialis 8
alicujus impedimenti id facere licebit, præſertim ſi à Superintendente hoc facilè impetrari queat.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti P. die 22. Maji, Anno 1620.* (*Verba Reſcripti:* 9
Was maſſen an uns der Rath bey euch über eure Perſon / daß ihr eure Amts- und Leichen-Predigten nicht durch die *ordinarios Diaconos*, ſondern *Studioſos* beſtellet / ſich beſchweren und bitten thut / das habt ihr aus dem Inſchluß zu befinden. Wann dann dergleichen Predigten denen *Studioſis* aufzutragen euch nicht geziemet; Als iſt an ſtatt höchſtgedachter Ihrer Churfl. Gn. unſer Begehren / Ihr wollet hinfüro ſolche allein durch die beeden *Diaconos* wechſelsweiſe beſtellen / und zu anderer Anordnung nicht Urſach geben / ꝛc.)

Definit. CCLIX.

Precibus publicis poſt concionem in templo recitandis nominatim perſona Collatoris, ac Magiſtratus Diœceſeos una cum familia ſua inſeri, proque eâ orari debet.

SUMMARIA.

1. *Quocunque in loco devotæ funduntur preces, n. 2.*
3. *Apoſtoli oraverunt in domo privata.*
4. *Publicæ preces rectè in templo inſtituuntur.*
5. *Et poſt concionem populo præleguntur.*
6. *Quarum formulam exhibet in provinciis Electoratûs Ordinatio eccleſiaſtica.*
7. *Preces publicæ ſpecialiter pro Cæſare & Electore Saxonico funduntur.*
8. *In oppidis & pagis etiam Domini jurisdictionales includuntur.*
9. *Et quibus ex cauſis id fiat? numer. 12.*
10. *Poteſtas politica ad Eccleſiæ præſidium collata.*
11. *Cura Religionis Magiſtratui politico incumbit.*
13. *Fiunt preces publicæ etiam pro Collatore ſeu Patrono.*
14. *Patrono debetur reverentia & honor.*
15. *Reſcripta Sereniſſimi Saxoniæ Electoris. n. 16. 17.*

Abrogatis ceremoniis Leviticis deſtructoque templo Hieroſolymitano, nulla nos cogit neceſſitas, ut ſaltem in templis, vel facie ad templum converſa oremus, ſed quocunque in loco devotæ funduntur preces ad Deum, juxta illud *Malach. 1. v. 11.* In omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda? † Unde & Paulus ſcribit: Volo viros orare in omni loco, *1. Tim. 2. v. 8.* & jubet Chriſtus in conclavi clauſoque oſtio orare, *Matth. 6. v. 5. & 6.* quin & ipſemet in horto oravit, *Matth 26. v. 39.* † ſicuti etiam Apoſtoli in domo privata, *Act. 1. v. 14. & c. 4. v. 29.* atque Paulus & Silas in carcere, *Act. 16. v. 25.*

Nihilominus rectè in templo † publicæ inſtituuntur preces: non quod aliqua ſit in loco religio atque ſanctitas, ſed quia pars præcipua cultûs ſacri ſunt preces, & habet conſenſio precantium ſpem promiſſionis, *Matth. 18. verſ. 19.* veluti etiam ſcribit Leo *ſerm. 4. de jejun. ſeptimi menſis:* Tunc eſt efficacior & ſanctior devotio, quando in operibus pietatis totius Eccleſiæ unus eſt animus, & unus eſt ſenſus. Benè ideoque obtinuit, † ut poſt ſingulas quasque conciones publi- 5
cæ prælegantur preces pro felici ſtatu Eccleſiæ pariter ac Reipublicæ, omniumque hominum ſalute, quarum formulam certam in provinciis Electoratûs exhibet *Ordinatio* † 6
Eccleſiaſtica in der Kirchen-*agenda ſub Rubr.* Eine kurtze Form des gemeinen Gebeths / ſo allezeit nach der Predigt dem Volcke auf der Cantzel ſol vorgeſprochen werden.

7 Mentionem † equidem hæc ſpeciatim facit ſolius Cæſareæ Majeſtatis & Sereniſſimi Saxoniæ Electoris; nec immeritò, quia Reges & Principes nutritii ſunt Eccleſiæ, *Eſa. 49.* & Paſtores populi, *Eſa. 44. verſ. 28. Jerem. 49. verſ. 19.* ut æquum omninò ſit, à populo & Eccleſia preces pro eorum ſalute
8 fieri publicas; attamen in omnibus † ferè civitatibus, pagis ac villis inferiores quoque Magiſtratus ac Domini cujusque diœceſeos, nec non Eccleſiæ Patroni una cum familia precibus iis nominatim comprehenduntur, non ſaltem ex obſervantia & moribus receptis, ſed & juſtiſſima ex cauſa &
9 ratione. † Non enim ſalus negligenda Dominorum jurisdictionalium, qui in diœceſi juſtitiam adminiſtrant, poſtquam ſalus Eccleſiæ & religio cum juſtitia ita connexa, ut una ſine altera vix radices agere queat; movet ſiquidem religio Magiſtratum, ut juſtitiam æqualiter adminiſtret, & rurſus juſtitia mediante religio defenditur ac propagatur. Et quemadmodum vera Religio optima eſt rectrix juſtitiæ, juſti injuſtique norma, Forſtner. *in not. polit. ad Cornel. Tacit. lib. 1. pag. 65. & ſeq.* ita viciſſim juſtitia regimen in Eccleſia conſervat & tuetur, Bodin. *lib. 6. de republ. cap. 1. pag. 986.*
10 Eſtque Magiſtratui † poteſtas politica non ſolum ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium collata, ut ſcribit Leo I. ad Imperatorem, *can. ult. diſtinct. 96. can. principes. can. adminiſtratores. 23. quæſt. 5.* Hugo Grot. *in pietat. Ordin. Holland.* Henning. Arniſ. *lib. 2. de jur. majeſt. cap. 6. n. 9.* Chriſtoph. Beſold. *de majeſt. ſect. 2. cap. 1. §. 3.* Et † cura religionis ac defenſio Eccleſiæ 11
non minùs quàm juſtitiæ adminiſtratio officio Magiſtratus politici incumbit, Balth. Meiſn. *part. 3. Philoſoph. ſobr. ſect. 2. cap. 2. quæſt. 1.* Petr. Syring. *de pac. Relig. concluſ. 12. lit. b.* Dan. *in polit. chriſtian. lib. 5. cap. 3.* Henr. Höpfn. *in Saxon. Evang. pag. 145. & ſeqq.* Non patitur ergò † connexitas hæc, 12
ut omittantur preces publicæ ſpeciales pro ſalute Magiſtratûs jurisdictionem exercentis, juſtitiamque in diœceſi adminiſtrantis. Idque maximè, † ſi Dominus jurisdictio- 13
nalis & Magiſtratus ſit Collator ſimul & Patronus Eccleſiæ, prout communiter eſt, pro cujus ſalute Eccleſia eò magis preces fundere, ejusque perſonam nominatim Deo commendare debet, quia naturalis honeſtas ac ratio ſvadet, † ut Patrono Eccleſiæ bene- 14
facienti honor & reverentia exhibeatur, *arg. l. 2. C. de offic. magiſtr. offic. l. potiores. 5. C. de offic. Rect. provinc. cap. cum in officio. 7. extr. de teſtam.* Lambertin. *de jur. patron. lib. 3. quæſt. 1. princ. n. 15.* Paul. de Citadin. *part. 6. art. 6. n. 2. & ſeqq.* Spino à Carceres *in ſpec. teſtam. gloſſ. 4. pr. n. 6.* Franc. Pfeil. *conſ. 182. n. 14.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Stolbergenſi, die 8. Febr. An. 1626.* (*Verba Re-* 15
ſcripti: Was an uns Hildebrand von *E.* als nunmehr Gerichtsherr in etlichen Gräflichen Stollbergiſchen Gütern wegen des gemeinen Gebeths in Unterthänigkeit gelangen laſſen / ſolches habt ihr aus der Inlage zu vernehmen; Begehren darauf hiermit gnädigſt / Ihr wollet Verordnung thun / damit *Supplicant* in beſagtes gemeines Gebeth eingeſchloſſen werde. Daran geſchicht unſere gefällige Meynung. ꝛc.)

It. † *Conſiſtorio Cizenſi, die 22. Oct. A. 1630.* (*Verba Reſcripti:* Wie hoch ſich an uns Wolf- 16
fens von *W.* zu *C.* nachgelaſſene Wittbe über den Pfarrer zu *S. Jeremiam T.* daß er ſie aus dem gemeinen Gebeth ſchlieſſe / beſchweret / das habt ihr aus dem Inſchluß zu vernehmen. Wann ihm dann ein ſolches zu thun nicht gebühret; Als begehren wir hiermit gnädigſt / Ihr wollet den Pfarrer unverzüglich vor euch erfordern / ihm ſein Beginnen mit Ernſt verweiſen und auferlegen / daß er bey Vermeydung anderer Anordnung ſolches Unfugs ſich hinfüro enthalten / und die *W.* Wittbe zuförderſt / als der Zeit *Patron*in und Obrigkeit zu *S.* ungeachtet ihres Stieffſohns unbefugten Verboths / ins gemeine öffentliche Gebeth gebührlicher Weiſe einſchlieſſen möge / hieran vollbringet ihr unſere gefällige Meynung / ꝛc.)

Et † *eidem die 8. Decembr. An. 1630.* (*Verba Reſcripti:* Welcher geſtalt an uns abermals 17
gantz beweglich Sabina Wolff Ernſt von *W.* zu *C.* Wittib *ſupplici*ret / und daß ſie im gemeinen Gebeth nicht ferner ausgeſchloſſen werden möge / demüthigſt anhalten thut / das habt ihr aus der Einlage zu vernehmen. Nun erinnern wir uns / was wir euch den 22. Octobr. jüngſthin dieſer Sachen halber anbefohlen / und hätte euch wol gebühret / ſolchem unterthänigſt nachzukommen. Weil es aber nicht geſchehen / ſo tragen wir darob Mißfallen; Und begehren hiermit nochmals gnädigſt / Ihr wollet unverzüglich unſern vorigen Befehlich zu Wercke richten. Daran geſchicht unſer endlicher Will und Meynung / ꝛc.)

DEFINIT. CCLX.

Principes verò, Nobiles, aliivè, qui nec Domini diœceſeos jurisdictionales, nec Patroni ſunt, precibus publicis nominatim ac in ſpecie haut exprimuntur.

SUMMARIA.

1. *Soli Patroni & Domini diœceſeos in precibus publicis nominatim exprimuntur.*
2. *Non etiam alii Principes & Nobiles extranei, n. 13.*
3. *Ex obſervantia & conſuetudine, quæ vim legis habet.*
4. *Rationes hujus obſervantiæ & conſuetudinis quænam? n. 6. 9.*
5. *Ceſſante cauſa, ceſſat ipſa diſpoſitio.*
7. *Jura epiſcopalia competunt jure ſuperioritatis Statibus Imperii.*
8. *Cujus eſt regio, ejus etiam eſt religio.*
10. *Cujus eſt territorium, ejus quoque eſt jurisdictio.*
11. *Jus patronatûs ab extraneis allegari nequit.*
12. *Cauſa & origo juris patronatûs.*
14. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 ID ergò prærogativæ habent Magiſtratus ac Domini diœceſeos & Patroni Eccleſiarum, ut pro ipſorum ſalute preces in ſpecie fundantur, eorumque nomina ac tituli in iis exprimantur, ex ſingulari reverentia & honore, quem in Eccleſia quavis particulari merentur, *Defin. præced.* licet pro reliquis parochianis totaque univerſitate chriſtiana, Eccleſia æquè in genere ſaltem precibus ſuis apud DEUM interce-
2 dat. Facile hinc adjudicari licet, † non annuendum fore Principi aut Nobili extraneo petenti, ut nominatim ac in ſpecie precibus inſeratur publicis, de quo ſanè non facilè quis dubitaverit, propter obſervantiam & conſvetudinem ubique ferè loco-
3 rum receptam, † quippe quæ jus facit, vimque veritatis obtinet, *l. 1.* & ibi gloſſ. Bald. & Joh. Sichard. *C. de ſervit.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 58. n. 7.* ac æquipollet legi & imperiali juſſioni, Hieron. Schurff. *cent. 1. conſil. 72. n. 29.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 2. cap. 9. n. 6.* ut hinc neceſſe haut ſit, in rationes hujus obſervantiæ multum inquirere.

4 † Nihilominus ſi quis ſcire eas aveat, dicimus rationem hujus prærogativæ, quâ Magiſtratus & Domini jurisdictionis territorialis, Patronique ſeu Collatores Eccleſiæ gaudent, aliis in Principibus & No-
5 bilibus extraneis ceſſare, quæ † & ipſam obſervantiam ceſſare facit *cap. cum ceſſante. 60. extr. de appellat. l. cum pater. 77. §. dulciſſimis. 20. ff. de legat. 2. l. generaliter. 52. §. 1. C. de Epiſc. & Cleric.* Non
etenim † (1.) Principes ac Magiſtratus ex- 6
tranei jus ullum epiſcopale vel jurisdictionem eccleſiaſticam, cujus intuitu Principes ac Status Imperii nominatim in territoriis ſuis precibus publicis inſeruntur, prætendere habent, poſtquam † ex Pacificatione 7
religioſa jurisdictio eccleſiaſtica ad Principes & Status Imperii jure ſuperioritatis eſt devoluta, *Receſſ. Imper. de anno 1555. §.* Damit auch obberührte beede Religions-Verwandte/ꝛc. Andr. Knich. *de ſublimit. territ. jur. cap. 3. n. 232.* Johan. Zanger. *de except. part. cap. 1. num. 425.* Hillig. *lib. 17. Donell. enucl. cap. 10. lit. CC.* Dauth. *de teſtam. n. 93.* Petr. Syring. *de pac. relig. concluſ. 39.* † unde axioma illud tralatitium 8
provenit vulgatiſſimum: quod cujus ſit regio, ejusdem ſit etiam religio, ſeu de religione diſpoſitio, Joach. Stephan. *lib. 1. Inſtit. jur. canon. cap. 7. num. 52.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 473. & ſeqq.*

(2.) Nec † etiam dominium vel juris- 9
dictio in Diœceſi ipſis ſubvenit: ex quo enim ſunt extranei, nec de dominio territorii, nec jurisdictione gloriari poſſunt, ſiquidem territorium continet principaliter jurisdictionem, *l. Ariſto. 18. ff. de donat.* Andr. Knich. *de ſublim. territ. jur. cap. 1. numer. 242.* Cæphal. *conſil. 418. num. 39. & ſeqq.* ita ut † cujus ſit territo- 10
rium, ei quoque competat jurisdictio, tanquam neceſſarium inhærens. Camill. Borell. *conſil.*

conſil. 3. n. 34. & conſil. 86. n. 11. Johan. Köppen. *deciſ. 42. n. 10.*

(3.) Jus patronatûs tandem ab extraneis
11 allegari nequit, † cum nil beneficii in Eccleſiam contulerint, ejusmodi ſcilicet, quod cauſam dedit juri patronatûs, ut eſt funda-
12 tio, ædificatio & donatio Eccleſiæ, † unde ea viciſſim gratiam gratiâ ex æquitate & naturali ratione compenſare, ac jus patronatûs fundatoribus in perſonas & bona eccleſiaſtica certo modo concedere voluit, Lancellot. *inſt. jur. can. lib. 1. tit. 28. de inſtit. & jur. patron. & ædificatione.* Joach. Stephan. *de jurisdict. lib. 4. cap. 13. num. 4.* Matth. Stephan. *de jurisdict. part. 1. cap. 5. n. 18.* Paul. Tarnov. *de ſacroſ. Miniſt. lib. 1. c. 16. pag. 182.* Georg. Dedekenn. *vol. 2. conſil. theolog. ſect. 4. fol. 91. verſ.* Erſtlich zeugen/ ꝛc. † Non 13
itaque habent Magiſtratus & Nobiles extranei, quod pro obtinendis precibus publicis ſpecialibus in aliena diœceſi prætendere valeant, ut hinc non facile præſumendum, quemquam has expediturum eſſe: aut certè ſi hoc faciat, impetraturum.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Oſſitienſi die 21. Nov. A. 1621.* (*Verba Reſcripti:* 14
An uns haben die Eingepfarrten von Adel zu Döbeln über das *Miniſterium* daſelbſt der gemeinen Vorbitte halber von der Cantzel ſich beſchweret / wie ihr aus dem Beyſchluß zu erſehen. Wann dann *Supplicanten* vermöge ihrer eigenen *ſubſcription*, dieſes Orts weder *Collatores* noch Gerichtsherren / ſondern nur Eingepfarrte ſind / und dahero vor den Bürgern / auſſer ihres Adelichen Standes / keinen Vorzug haben / auch ohne das in dem gemeinen Gebethe in denen Worten (und gantzer Chriſtlichen Gemeine) begriffen; So tragen wir ihrent halben etwas ſonderliches anzuordnen Bedencken. Hierauf ꝛc. begehrende / Ihr wollet das *Miniſterium* zu Döbeln darauf beſcheiden/ ꝛc.)

TIT. XVII.

De

Ritibus eccleſiaſticis circa Pœnitentiam & Baptiſmum.

DEFINIT. CCLXI.

Pie facit Magiſtratus, pro ratione ſtatûs ac temporis inſtituendo conciones pœnitentiales, quæ intermittendæ ac negligendæ haut ſunt.

SUMMARIA.

1. *Omnes homines reſipiſcere jubet Deus.*
2. *Cauſa converſionis eſt Deus & Spiritus ejus.*
3. *Operatur tamen eam per Legem & Evangelium. n. 4.*
5. *Non ergo medium id negligendum eſt.*
6. *Pie facit Magiſtratus inſtituendo conciones pœnitentiales.*
7. *Magiſtratus eſt cuſtos utriusque tabulæ.*
8. *Et ſuſtinet curam religionis.*
9. *Impii ſunt, qui conciones ejusmodi negligunt.*
10. *Ac propterea pœnâ digni. n. 11.*
12. *Adducitur hanc in rem Ordinatio eccleſiaſtica Elect. Sax. n. 13.*
14. *Paſtores & Parochi ne intermittant conciones pœnitentiales.*
15. *Quod prohibitum Decreto Synodali in Electoratu Saxoniæ.*
16. *Diſponere etiam debet Magiſtratus de bono ſpirituali & ſupernaturali.*

17. Nec

17. Nec non conſtituere diſciplinam eccle-ſiaſticam.

1 JUbet DEUS omnes ubique homines reſi-
piſcere: quia conſtituit diem, in qua ju-
dicaturus eſt orbem terrarum in juſtitia,
Actor. 17. verſ. 30. & 31. Brevis hæc, ſed
ſevera eſt admonitio D. Apoſtoli, quâ omnes
homines ad veram pœnitentiam agendam
2 adhortatur & compellit. † Etſi verò cauſa
converſionis & pœnitentiæ ſolus eſt DEUS
& Spiritus ejus, uti apparet ex verbis Ezech.
*Ego Dominus dabo vobis cor novum, & Spi-
ritum meum ponam in medio veſtri. cap. 36. v.
26.* & Jerem. *Converte me Domine, & conver-*
3 *tar, cap. 31. verſ. 18.* † Attamen certò utitur
inſtrumentò Deus ad hominum converſio-
nem, quod eſt Lex & Evangelium: Illa ho-
mines de peccatis convincit, ipſorum miſe-
riam clarè exponit, ac mortis damnationis-
que æternæ reos eſſe oſtendit, *Roman. 7. v. 7.*
4 *& cap. 13. v. 10. & 14. It. Roman. 15.* † Hoc
autem dolorem & cordis compunctionem,
quam lex operata eſt, temperat fide, ne homi-
nes ſuccumbant, veniâ reſipiſcentibus pro-
miſſa per & propter Chriſtum, *Luc. 4. v. 18.
1. Tim. 1. v. 15.*

5 † Nequaquam ergò inſtrumentum hoc
negligendum ab iis, qui veram cupiunt a-
gere pœnitentiam, cujus participes fiunt
ex prædicatione & auditu verbi divini, quo
Lex & Evangelium in concionibus propo-
nuntur, ut hinc tantò certior pœnitentia &
converſio, quanto attentior eſt auditor in
6 concionibus. Quam ob cauſam piè † a-
gunt Magiſtratus, pro ratione temporis &
ſtatûs ærumnoſi, ubi peccatorum ſuorum ho-
mines a DEO arguuntur, conciones pœ-
nitentiales inſtituentes, iisque certum diem
in ſeptimana præfigentes, ut medio hoc pa-
rochiani univerſi conjunctim ad veram pœ-
7 nitentiam excitentur. † In quo faciunt
id, quod eſt ſui officii, quippe Magiſtratus
eſt cuſtos utriusque tabulæ, *c. princeps. can.
ſi apud. 23. quæſt. 5.* Paſtor populi, *Eſa. 44.*
8 *v. 28. Jerem. 49. v. 19.* † omnemque curam
& ſollicitudinem in eo collocat, ut religi-
onis imprimis ſumma habeatur ratio, Bo-
din. *lib. 6. de Republ. cap. 1. pag. 986.* Theod.
Reinking. *de regim. ſec. & eccleſ. lib. 3. claſſ.*
9 *1. c. 1. n. 9.* † Impii verò ſunt & impiè agunt
homines, qui paternam Magiſtratus pii ad-
monitionem ſpernunt, ac medium con-
verſionis ſuæ, reſipiſcentiæ & ſalutis reſpu-
unt, concionesque pœnitentiales conte-
mnunt, quibus Magiſtratus indulgere non
10 debet, † ſed modis quibuscunque ad verbi

18. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

auditum eos compellere. Quod ſi enim a-
liàs devotio in auditoribus excitanda, quò
conciones & preces publicas frequentent, ut
diximus *ſupra Defin. 255.* † non certè inter- 11
mitti hoc debet in concionibus pœnitentia-
libus, in hunc potiſſimum finem inſtitutis,
quò parochiani â vitiis impiaque vitâ deter-
reantur, & ad veram converſionem ac pieta-
tem perducantur. † Quod haut obſcure in- 12
nuit *Ordinatio Eccleſiaſtica Electoralis Sa-
xon. in art. general. 17. in pr. ibi*: Die Ein-
gepfarrten ſollen ſich vor allen Dingen
fleißig in der Kirchen / an Sonn- Feyer-
und Werckel-Tagen finden / wann Got-
tes Wort geprediget wird / daſſelbe mit
Andacht hören / hertzlich GOtt anruffen /
und für alle ſeine Gutthaten dancken / ſich
auch keine Urſach / auſſerhalb äuſſerſter
Noth von demſelben abhalten laſſen. † 13
Ecce non modò in ſabbato & feſtis, ſed et-
iam profeſtis ac operariis diebus injungitur
parochianis, ut interſint concionibus: quan-
tò magis ergò iis, pro excitandâ pœnitentiâ
peculiariter & ſolenniter inſtitutis.

Parilis exigit cura Magiſtratus, intendere
† Paſtoribus & Parochis, ne conciones pœ- 14
nitentiales intermittant, ſuâque ignavia au-
ditorum deſidiam cauſentur; facile enim pa-
rochiani per negligentiam ejusmodi ſupi-
nam in contumacia ſua & cœcitate ſibi inna-
ta confirmabuntur, quod ſummo ſtudio a-
vertendum: † ac fecit hoc Sereniſſimus Sax. 15
Elect. *in Decr. Synod. de A. 1624. circa princ.*
§. Und damit das Volck recht und fleißig
in der wahren Gottſeligkeit geübet / ihnen
auch darzu auf alle gebührliche Weiſe
Anlaß und Gelegenheit / nicht aber hinge-
gen Aergerniß gegeben werde; So ſollen
die Pfarrer und Capläne ihr Amt ohne
Verſäumniß verrichten / ꝛc. *junct. § ſeq. ibi*:
Die Wochen-Predigten ingleichen nicht
unterlaſſen / ꝛc. Ex quo enim Magiſtra-
tus † dicitur Miniſter Dei, qui curat & diſ- 16
ponit non tantummodò de bono civili &
naturali, ſed etiam de bono ſpirituali & ſu-
pernaturali, quò cives ſuos quàm optimos
& feliciſſimos reddat, *Rom. 13.* ubi David
Paræus *dub. 5. præcogn. 2.* Chriſt. Beſold. *lib.
1. polit. c. 4.* † obligatus certè hinc eſt, ut re- 17
ctè conſtituat diſciplinam eccleſiaſticam, quâ
non modo periculoſis in doctrina erroribus,
ſed etiam damnoſæ & ſcandali plenæ vitæ
ubique quoad parochos pariter & parochia-
nos, obviam eatur, exemplo Moſis *Exod. 32.
verſ.*

verſ. 20. Regis Aſæ, *1. Reg. 15. verſ. 12. & 13.* Regis Jehu, *2. Reg. 10. verſ. 25. & 26.* Joſiæ, *2. Reg. 23. verſ. 4. & ſeqq.* Joſaphati, *2. Paral. 19. verſ. 5. & ſeqq.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Oſſitienſi, die 21. April. Anno 1626. (Verba Re-* 18
ſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht / die wöchentliche Buß-Predigt aufm Lande betreffende / verleſen; Begehren hierauf an ſtatt Jhrer Churfürſtl. Durchl. Jhr wollet der *Paſtorum* und Eingepfarrten Vorwendens ungeachtet die Buß-Predigten auch an denen Orten / da ſonſt keine Wochen-Predigt bisher gebräuchlich geweſen / auf den Freytag iedesmal verrichten laſſen / ꝛc.)

DEFINIT. CCLXII.

Tempore luctûs publici & calamitatis abſtinendum eſt à muſica inſtrumentali ſub pœna arbitraria.

SUMMARIA.

1. *Choreæ per ſe illicitæ non ſunt.*
2. *Prohibitæ tamen tempore luctus publici.*
3. *Abſtinendum etiam hoc caſu à muſica inſtrumentali.*
4. *Quibus ex cauſis & fundamentis?*
5. *Regionis cujusque conſuetudo attendi debet.*
6. *Conſuetudinis ceu matri exhibenda eſt reverentia.*
7. *Muſices abuſus notatur apud homines protervos.*
8. *Tempore luctûs publici reſipiſcendum ac jejunandum.*
9. *Et ſuſtinenda afflictio.*
10. *Rectè prohibetur tempore luctûs publici uſus muſices.*
11. *Sub pœna arbitraria, quam inobedientes incurrunt.*
12. *Reſcriptum Electorale.*
13. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 CHoreæ licet per ſe illicitæ non ſint,
honeſtæ ſcilicet & decentes, prout
apparet *ex Ordin. Eccleſiaſt. Elect.*
Sax. art. gen. 18. nam & pios legimus
ſaltaſſe, Davidem, *2. Sam. 6. v. 14.* mulieres
Iſraeliticas, *1. Sam. 28 v. 6.* & pueros in hi-
ſtoria Evangelica ſodalibus ſuis acclaman-
tes: Cecinimus vobis & non ſaltaſtis, *Matth.*
2 *11. v. 17.* attamen † ab iis abſtinendum tem-
pore luctûs publici, ſi forſan contingat Prin-
cipem & Dominum territorii, ejusvè conju-
gem & liberos ex hac vita migrare, aliisvè
ærumnis Rempublicam affligi, ut diximus
3 *ſupr. Def. 157.* † Quidni idem de muſica in-
ſtrumentali aſſereremus? quæ ut maximè de-
prædicanda ceu ſingulare Dei donum ac be-
neficium ad recreationem hominum valdè
apta; abſtinendum tamen ab ea tempore lu-
4 ctus publici. (1.) † non ſolum quod moris ubi-
que ferè locorum id ſit, à quo neutiquam re-
cedendum; quia quæ moris & conſvetudinis
ſunt, maximè obſervari debent, *l. quid ſi. 31.*
§. qui aſſidua. 18. ff. de ædil. edict. l. ult. C. de
5 *fidejuſſor.* † & cujusque regionis conſue-
tudo venit attendenda, *l. 1. §. ult. ff. de ven-*
tr. inſp. l. ſi ſervus. 50. § ult. ff. de legat. 1. l.
quod ſi nolit. 31. § qu. aſſidua. ff. de ædil. edict.
l. 3. §. ult. ff. de teſtib. † eique ceu matri ex- 6
hibenda eſt reverentia, Bald. *lib. 2. conſ. 318.*
col. 2. Petr. Rebuff. *in comm. Conſt. Regiar.*
tom. 3. in præfat. n. 70. Chaſſan. *in proœm.*
conſuet. Burgund. num. 34. & in Catal. glor.
mund. part. 12. conſider. 51. verſ. & ſicut ma-
tri debet adhiberi. pag. 553. (2.) Sed et-
iam † quia muſices abuſus haut rarus apud 7
homines protervos, ad venerem, luxuri-
am, potationes, ſaltationes, aliave vitia &
peccata eos incitat ac impellit. Quæ cum
tempore luctus publici imprimis ſunt vitan-
da, utique & via ac medium, quo ad ea ut
plurimum devenitur, erit præcidendum, *arg.*
l. 2. ff. de juriſdict. (3.) † Cumque tem- 8
pore luctus publici omnibus ſit reſipiſcen-
dum & jejunandum, non certè convenit
ipſis ſaltare & inſtrumentis muſicalibus de-
lectari, quod maximè pugnat cum afflictio-
ne, quam tempore jejunii pariter † & lu- 9
ctûs publici ſuſtineri oportet, veluti dicitur

Exod.

Exod. 16. verſ. 29. Levit. 26. verſ. 27. de die expiationum: *Affligetis animas veſtras in eo.* It. *Pſalm. 35. v. 13. Afflixi jejunio animam meam. & Deut. 8. verſ. 3.* inquit Moſes: *Afflictio & fames afflixit te, & eſurire permiſit.*

10 † Rectè ideoque faciunt Magiſtratus, tempore luctûs & ærumnarum prohibentes uſum muſicæ inſtrumentalis publico edicto vel proclamate, cui parochiani parere ſunt obſtricti, usque adeò ut † inobedientes pœ- 11
nam incurrant arbitrariam ob contumaciam, quæ in caſu pœnæ haut definitæ mulctam meretur carceris vel pecuniæ, vel ratione conditionis & facultatum delinquentis, Jac. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 1. quæſt. 86. n. 8.* Andr. Tiraquell. *de pœn. leg. temper. cauſ. 31. n. 34.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendentibus Circuli Miſnici, die 14. Jul. Anno 1626.* 12
(*Verba Reſcripti:* Uns iſt unterſchiedlichen vorbracht worden/ welcher geſtalt unſerm jüngſthin *publicir*ten *mandat* zuwider bey dieſen hochgefährlichen Zeiten die Spielleute und Lobetänze in den Städten und auf den Dörffern in Wein=und Bierhäuſern mit groſſem Aergerniß gehalten werden ſollen. Wann wir dann über unſerer Anordnung zu halten gemeynet; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet bey euren untergebenen *Paſtoribus* alſobalden Erkundigung einziehen/ an welchen Orten/und auf weſſen Nachlaſſung bishero die Spielleute und Lobetänze gehalten worden/auch derſelben Gerichts=Herren namhafftig machen laſſen/darüber ein richtiges Verzeichniß ungeſäumt in unſer Ober=*Conſiſtorium* einſchicken/auch was euch ſelbſten von eurer anbefohlenen Gemeine wiſſend/ unterthänigſt berichten/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Præfecto Altenbergenſi, die 18. Dec. Anno 1622.* (*Verba Re-* 13
ſcripti: Wir haben euern anderweit eingeſchickten Bericht wegen Beſtrafung derjenigen/ſo bey öffentlichem Kirchgang die verbotenen Seitenſpiele gebraucht/ verleſen hören. Hierauf begehrende/Ihr wollet von jeder Part 10. Thaler *ad pios uſus* innerhalb Monatsfriſt einbringen/ und anhero in das Ober=*Conſiſtorium* überſchicken/ ꝛc.)

Definit. CCLXIII.

Intermitti quoque ſolet tempore luctûs publici in templis cantio figuralis & muſica inſtrumentalis atque organica, cujus uſus aliàs in cultu divino & ſacris peragendis haut minimus.

SUMMARIA.

1. *Calviniani improbant muſicam inſtrumentalem in templis.*
2. *Refutati propterea à Theologis Lutheranis.*
3. *Uſus muſicæ inſtrumentalis inſignis.*
4. *Adducitur exemplum Moſis.*
5. *Non errat Eccleſia, admittens muſicam inſtrumentalem in peragendo cultu divino.*
6. *Quæ tamen intermittitur tempore luctûs publici.*
7. *Idque jure fieri ſolet. n. 9. 11.*
8. *Diſtinguitur inter cultum ipſum, & modum cultûs divini.*
10. *Muſica inſtrumentalis pertinet ad adiaphora.*
12. *Luctus publicus requirit abſtinentiam ab omnibus voluptatibus. n. 13.*
14. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOlumus tangere ineptias Calvinianorum, muſicam inſtrumentalem & organicam planè improbantium in
2 ſacris peragendis, † quas refutatas novimus à ſanioribus Theologis Lutheranis, & vindicant B. Lutheri ſententiam pariter & verba hac de re in ſiniſtrum intellectum detorta à Calvinianis Theologi Wittebergenſes im Bedencken von Orgeln/ apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. conſil. theolog. part. 2. in append. ad locum de miniſt. ſect. 6. n. 5. pag 1073. & ſeqq.* Opponimus ſaltem † ipſis uſum mu- 3
ſicæ inſtrumentalis inſignem. Sicuti enim carminibus & cantibus, tanquam numeris, menſu-

menſuris, intervallisque concluſa memoriæ
citiùs, diutiùs & tenaciùs inſident: Ita muſi-
ca inſtrumenta & ſymphonia ad numeros &
menſuram, intervallaque, elevationem & re-
miſſionem ſonorum eſt quam appoſitiſſima,
magisque affectus & mentem commovet,
Wolffg. Franz. *in Conſilio de Muſicâ in tem-*
4 *plis*, apud Dedekenn. *dict. ſect. 6. num. 6.* †
quare & Moſes elegantiſſimum & antiquiſ-
ſimum legitur compoſuiſſe canticum, quod
primùm decantatum à viris, poſteà iisdem
contextibus à fœminis, præcinente Mariâ
prophetiſsâ ſorore Moſis, ſequentibus eam
ómnibus mulieribus cum tympanis & cho-
ris, *Exod. 15. v. 1. & 20.*

5 † Non itaque errat Eccleſia, ſi finem can-
tionum & muſices fecerit ædificationem ſui,
àc gloriæ DEI illuſtrationem; quod certè
fit, ſi de conſilio Apoſtoli non modò preces,
lectiones, conciones & Sacramentorum ad-
miniſtrationes, ſed etiam Pſalmi ſimplices &
harmonici ſine inſtrumentis & cum inſtru-
mentis, organoque pneumatico admixtis in
6 Eccleſia audientur, Franz. *dicto loco.* † Re-
ctè hinc concludunt Theologi Wittebergen-
ſes: Was ſonſten die Orgeln anlanget/
ſind wir aus Göttlicher Schrifft gewiß/
daß man GOtt auch mit *Inſtrument*en
und Säitenſpiel lobet und preiſet/wie uns
der Heil. Geiſt lehret / ſonderlich im 150.
Pſalm: Lobet ihn mit Poſaunen / lobet
ihn mit Pſalter und Harffen/ lobet ihn
mit Paucken und Reigen/ lobet ihn mit
Seiten und Pfeiffen/ lobet ihn mit hellen
Cimbeln / lobet ihn mit wohlklingenden
Cimbeln/ *in dict. conſ.* apud Dedekenn. Li-
cèt muſicam figuralem & inſtrumentalem in
templo intermitti videamus tempore luctûs
publici, cui cauſam forſan dedit obitus Prin-
cipis territorialis, aliusvè ex familia ejus per-
ſonæ.

† Num rectè? ambigunt, qui cultum in- 7
de divinum ſupprimi ac diminui perſuaſum
ſibi habent; Sed noſcant (1.) † diſtingue- 8
re inter cultum internum & externum, vel
potiùs inter ipſum cultum & modum cultûs
divini, ſacrorumque peragendorum; Sine
organo enim, inſtrumentis muſicalibus &
cantionibus figuralibus, ut vocant, cultum
celebrari poſſe divinum, qui potiſſimùm in
corde, mente ac devotione hominum conſi-
ſtit, nemo noſtratium inficias ibit: licèt mu-
ſica illa inſtrumentalis ceu modus ac medi-
um cultus celebrandi non parùm ad excitan-
dam devotionem conducat. Demptâ † id- 9
eòque quantumvis muſica organica & in-
ſtrumentali, vel ſaltem ad tempus certum ſuſ-
penſa, remanet nihilominùs verus Dei cul-
tus in Eccleſiâ, qui nunquam ſupprimi debet.
(2.) Quis etiam neſcit, muſicam † inſtru- 10
mentalem & organum pneumaticum inter
ceremonias & adiaphora referri, quorum ea
eſt natura, ut pro ratione ſtatûs ab Eccleſia,
iisque, qui jura epiſcopalia habent, mutari &
alterari poſſint, *ſupr. defin. 246.* (3.) † Nec 11
quisquam iniquum exiſtimaverit, tempore
luctûs publici, quo homines peccatorum ſuo-
rum à Deo admonentur & arguuntur, pœ-
nitentiam ita inſtitui, ut ſaltem ex defectu ſo-
lennium in Eccleſia auditores ad reſipiſcen-
tiam eò faciliùs commoveantur, omneque
medium, quo voluptas ulla alias excitari que-
at, præcidatur: Requirit enim † luctus pu- 12
blicus adſtinentiam ab omnibus voluptati-
bus, quæ corpus ſuaviter afficere poſſunt,
quo pacto David cùm jejunaret, tota nocte
ſolo incubuit, nec lavit, nec unxit faciem, nec
etiam veſtem mutavit, *2. Samuel. 12. verſ. 7.*
& 20. & † in ſolenni Judæorum jejunio ſpon- 13
ſus & ſponſa è thalamo ſuo prodire jubeban-
tur, *Joel. 2. v. 15. & 16.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendentibus Circuli Miſnici, die 13. Dec. An. 1622. (Ver-* 14
ba Reſcripti: Wir mögen euch nicht bergen/ daß GOtt der Allmächtige die wey-
land Durchläuchtigſte/ Hochgebohrne Fürſtin und Frau/ Frauen Sophien/ Her-
tzogin und Churfürſtin zu Sachſen/ gebohren aus Churfl. Stamm Brandenburg/
Landgräfin in Thüringen/ Marggräfin zu Meiſſen/ und Burggräfin zu Magde-
burg/ ꝛc. unſere gnädigſte Churfürſtin und Frau / nunmehr Chriſtmilder hochlöb-
lichſter Gedächtniß / den 7. dieſes Monats zu Nacht gegen 11. Uhr durch ein ſelig
Sterbeſtündlein von dieſer Welt abgefodert. Wann ſichs dann anders nicht ge-
bühren wil/ als daß Jhro Churfl. Gn. nicht allein allhier im Hoflager betrauret
werde/ ſondern auch die gantze Landſchafft dißfalls ihr unterthänigſtes Mitleiden
ſpüren und ſehen laſſe: So begehren demnach an ſtatt Sr. Churf. Gnaden/ Krafft
dero an uns deßwegen ergangenen gnädigſten Befehls/ wir hiermit / Jhr wollet
bey allen und ieden euch untergebenen *Paſtoribus* und *Diaconis* Verordnung thun/
daß nicht allein auf den 23. Tag dieſes Monats/ ſondern auch den 26. ſo wol den 28.
Januar. des herbey nahenden 1623. Jahres/ welche Tage Jhrer Churfürſtlichen
Gnaden Chriſtſeliger Gedächtniß Leich-Begängniß und Beyſetzung gehalten wer-
den

den ſollen/die Glocken in allen Kirchen iedes Orts mit drey unterſchiedenen und auf einander folgenden *pulſen*/ allemal um zwölff Uhr zu Mittage eine gantze Stunde geläutet/das Orgelſchlagen und *muſici*ren aber in der Kirchen/ und ſonſten alle andere Säiten-und Freudenſpiele bey Hochzeiten/Kindtauffen/und andern Zuſammenkünfften bis auf anderweit Anordnen eingeſtellet / und bis daß Ihre ſel. Churfl. Gn. in dero Ruhebettlein gebracht/ beygefügte Form einer Erinnerung bey allen Predigten von der Cantzel denen Zuhörern öffentlich abgeleſen/ dagegen Ihre Churfl. Gn. in dem vorigen gemeinen Gebeth ausgelaſſen werde/ Euch auch euers Theils darnach achten/ ꝛc.)

DEFINIT. CCLXIV.

Severè prohibendum, ne in Republicâ chriſtianâ celebrentur Bacchanalia.

SUMMARIA.

1. *Bacchanalia plures majori celebrant voto, quàm feſta Chriſtianorum.*
2. *Bacchus unde dictus?*
3. *Origo & autor hujus feſti.*
4. *Celebrantes illud ſimiles ſunt Lupercis ſacerdotibus. n. 5.*
6. *Tolerabilis conſuetudo placentarum apponendarum menſis.*
7. *Prima etiam principia Bacchanaliorum à quibusdam damnantur.*
8. *Referuntur verba Herrenſchmids. num. 9.*
10. *Deteſtanda malitia Larvatorum & Mummerorum.*
11. *Horum mores & facta quænam? n. 12.*
13. *Inſaniam hanc quidam defendere annituntur. n. 14.*
15. *Quos refellit Herrenſchmid.*
16. *In Angliâ capitale habetur delictum, ſi quis perſonatus incedat.*
17. *Larvarum uſus in Galliâ publico edicto prohibitus.*
18. *Pii Magiſtratus prohibent & damnant Bacchanalia.*
19. *Quibus ex cauſis & fundamentis? num. 21.*
20. *Diabolus mille artifex larvatus incedit.*
22. *Pericula, quæ larvatis imminent. num. 23.*
24. *Vitia concomitantur Bacchanalia.*
25. *Tempus Bacchanaliorum planè incongruum.*
26. *Reſcriptum Electorale.*

BAcchanália plures majori votô & voce celebrare, quàm feſta Chriſtianorum principalia, nemo non experitur, ac ſcit, quidnam ſint & quomodo ea celebrentur. † Ipſum namque nomen Bacchi id prodit, quem derivant alii ἀπὸ τοῦ βακχεῖν, à vociferando, ululando; alii à βακεῖν, i. e. furere. Himmel. *in paſſional. Academ. hom. 3. pag. 32.* ſcilicet feſtum Bacchanaliorum eſt feſtum vociferationis, ululationis, malitioſi furoris, ac furioſæ malitiæ, † cujus originem principalem D. Auguſtinus diabolo adſcribit, quando ait: *Per immundos dæmones Bacchanalia ſacra vel potiùs ſacrilegia ſunt inſtituta. lib. 18. de civitat. Dei. cap. 13.* quare bacchantes nominat inſanos, emotæ mentis homines, & à ſatanâ
exercitatos; vix abſimiles † Lupercis ſacer- 4
dotibus, qui in Lupercalibus ſacra faciebant: poſtquam enim hi capras mactâſſent, ex pellibus earum ſcuticas faciebant, & ſubligaculis præcincti, reliquo corpore nudi diſcurre-
bant, & obvios quosvis verberabant; † Ita 5
bacchantes caudis vulpinis, nolis, crepitaculis inſtructi, vicos & vias omnes perreptant, è ruſticorum culinis fumantibus placentas, carnes, panes emendicant, è Calendario quodam veteri vel ineptiarum quid eructantes, vel puerorum turbam inconditis quibusdam geſtibus allicientes, Jacob Herrenſchmid *de
bacchanal. pag. 15. & 16.* † Sanè tolerabilis 6
eſt illa conſuetudo, quâ variæ placentarum for-

formæ & figuræ menſis apponuntur, ad vicinos exportantur, importantur, imò per aliquot ſtadia ſæpe communicantur, conviviaque hilaria parantur, licèt haut minùs † &
7 hoc odioſum quibusdam adeò religioſis, ut prima etiam Bacchanaliorum principia penitus expiráſſe exoptent, Herrenſchmid. *dict. loc. pag. 19.* ubi addit: Ora domeſticorum tunc temporis ita ſunt pinguia, ut faciem tu-
8 am ceu in ſpeculo videre ibidem poſſes. † Mater in hoc opere frixorio valdè ſedula, (utinam ſic in operibus pietatis) cæteris laboribus relictis, huic uni ſtudet, nec ante quietem capit, quàm hoc frixorium abſolvit. Suas placentas aſpicit, deguſtat, nunc ſalis nimietatem, nunc farinæ nigrorem, nunc fecis multitudinem, nunc ovorum paucitatem incuſat; Peregrinas ſi placentulas videt nitidiores & meliores, ex una decem excuſatiun-
9 culas nectit. † Famulæ negotio tali non deſunt, aliàs turpi aſellâ pigriores. Hic manus & pedes officium faciunt, apportant lac, farinam, ova, imò oves etiam, ſi neceſſum eſſet. Quid multis? Omnes in domo pollicentur operam ſuam, omnes currunt, omnes bacchica celebrare volunt. *Hactenus* Herrenſchmid *loco allegat.*

10 † Sed deteſtanda prorſus malitia & furor, cui hoc tempore celebrantes Bacchanalia ſunt dediti. Ecce enim nonnulli habitum commutant, alii inſtar anûs veſtiuntur; alii agricolas impexos referunt; alii cæſariem Tartarorum alunt; adſunt alii cornuti, roſtrati, caudati, hirſuti, curvis unguibus monſtroſi; alii oculis flammantibus planè terribiles fumum & ſcintillas ex ore cacodæmonis inſtar exhalantes habent, Leonhard. Hüt-
11 ter. *meditat. 1. paſſion pag. 6.* † Videmus in Bacchanalibus vel ſaltántes Satyros, vel tripudiantes Mimos, vel tumultuantes diabolos; hic hiſtrio, hic funambulo; Nec pudet omninò, ſexu mentitò oberrare; ſed vir fœmineum, fœmina virilem induta habitum, incedit. Hoc tempore in publicum emittitur nequitia, ut nulla ſit apud plures innocentia, Thummius *de feſtis Judæor. & Chriſt.*
12 *pag. 93. & ſeq.* † Hæc platea milites habet; altera pharetratos; tertia Medicum, mulæ cum vitro urinæ capaciori inſidentem; quarta Pontificem larvatum, qui à Cardinalibus fictis pompaticè deportatur; quinta venatores cum canibus, venabulis, retibus, cornu, frondibus; ſexta Metallarios & Lapicidas, miris & inauditis concentibus plebeculam afficientes; ſeptima Jacobæos errones cum conchis, imagunculis, ſphærulis; octava nautas, piſcatores, coquos, ſyricines. Ita deſcribit Mummerorum claſſes Jacob. Herrenſchmid. *cit. loc. pag. 27. & 28.* allegatis ad hoc verſibus ex Taubmanno in Melodæſiâ *p. 549.* Thoma Neogeorg. *lib. 4. Regni papiſtici, pag. 138.* Ovid. *in metamorph.*

† Satanicæ profectò ſunt hæ inſaniæ 13
Mummerorum, cujus patrocinium nihilominùs nunnulli quærunt in ſcripturis, adducentes exemplum Jacobi, qui pelles hædorum induebat ſuper manus & lenitatem colli, ut fratri præriperet benedictionem, *Geneſ. 37.* Gabeonitarum, qui veſtimentis veteribus induti Joſuam compellantes pacem quæſiverunt & impetrârunt, *Joſ. 9. verſ.*
5. † Micholis conjugis Davidis, quæ ut ma- 14
ritum periculo eriperet, ſimulachrum lecto imponebat & pelles caprarum ad caput ſimulachri, *1. Samuel. 19.* Prophetæ, os & oculos coram Achabo Rege pulveris aſperſione mutantis, *1. Reg. 20.* Sed ineptiæ
ſunt † larvatorum & Mummerorum, quas 15
pleno cornu refellit Herrenſchmid *de Bacchanaliis. pag. 31. & multis ſeqq.* Rectiùs prudentes, qui vel micam habent pietatis, ſtultitiam pariter & malitiam ac furorem
hunc abominantur, † quâ in re laudem 16
merentur Angliæ Reges, capitale judicantes delictum, ſi quis perſonatus & larvatus incedit, Polydor. Vergil. *de invent. rer. lib.*
3. cap. 17. Galliæque, † in qua Franciſcus 17
I. Rex publicis edictis larvarum uſum è medio ſuſtulit, Geſner. *in orat. de bacchanal. Anno 1600. Witteber. excuſa.* & Theodoſ. Imper. inſaniam larvatorum funditus evertens, Theodoret. *lib. 8. hiſtor. eccleſiaſt. cap. 20. circa fin.* † Quos etiamnum 18
hodie Principes ac Magiſtratus imitantur, feſtum Bacchanaliorum planè damnantes
ac prohibentes. Quis etenim (1.) † non 19
animadvertit & credit, diabolum feſti hujus verum ac ſolum eſſe autorem. Eſt certè ille larvatus; eſt perſonatus; eſt Mummerus, qui Chriſtum etiam acceſſit in mendici larva, in Monarchæ purpura, in ſacrificuli veſte, *Matth. 4.* † Nunquam non 20
mille artifex larvam depoſuit, locutus ex equo: ex flumine Cauſſo, & ex Jovis tauro, ex Homero & Porphyrio, Cyrillus *contra Julian. Rotwilæ Anno 1545.* interdum leporis, interdum anſeris, interdum muſtelæ formam induit, & diſertâ voce minatus eſt, ſe urbem incenſurum, Fincelius von
Wunderzeichen. Nunquam † verò pius 21
Magiſtratus toleravit ſolennia, quorum autor eſt dæmon, & in quibus beneplacitum habet.

(2.) Deterrere vel etiam debent larvatos pariter & Magiſtratus iis conniventes
† mille pericula, quibus Mummeri ſunt 22
ſubje-

ſubjecti, prout clarum fecit ſuo exemplo juvenis ille, qui habitu Bacchico indutus, larvaque diabolicâ deformatus Magdeburgi noctu vivus a diabolo fuit abductus, Tileſ. *in*
23 *poſtill. part. 1. pag. 421.* † Sylvii Othonis, qui noctibus vagari ſolitus pugione tandem ſeipſum interfecit, Sueton. *in vit. Sylv. Othon. pag. 401.* & Smyrnæi, qui urbem Smyrnam Bacchi ſacra celebrantes amiſerunt, ſeque ipſos in vitæ periculum temerè conjecerunt, Herod. *in Clio. pag 7.* aliique allegati ab Herrenſchmid *cit. tract. de bacchan. p. 58. & 59.*

24 (3.) † Ne dicamus † de comeſſationibus, potationibus, tubis, tibiis, choreis, tripudiis, ſaltationibus, & Comœdiis inhoneſtis, quæ nunquam non Bacchanalia comitantur, & homines ad laſciviam, ſtupra, adulteria, homicidia, aliaque infinita peccata incidant. Hæc ſanè prohibet ac punit pius Magiſtratus, tantum abeſt, ut Bacchanalibus ceu fomentis peccatorum connivere debeat.

(4.) † Tempus tandem Bacchanaliorum 25
ſi penſitemus, eſt illud ipſum, quo ſancta mater Eccleſia piè recordatur paſſionis Dominicæ, & ſatisfactionem Jeſu Chriſti pro peccatis noſtris inculcat; Sed quid magis cogitationibus ac meditationibus piis obeſſe poſſet, quam feſtum Bacchanaliorum diabolicum, ab ipſo hunc in finem adinventum, quò Chriſto Salvatori ſummam irroget contumeliam, & credentes in ſummum periculum animæ rurſus conjiciat?

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superattendenti & Senatui Annabergenſi, d e 20. Febr. An.* 26
1628. (Verba Reſcripti: Wir haben euern unterthänigſten eingeſchickten Bericht/ wegen des bishero bey eurer Stadt um Faſtnachts-Zeit unchriſtlichen ärgerlichen verlarfften Umlauffens/und dabey verübten Schand und Laſter/verleſen hören. Wie wir nun darob ein ungnädigſtes Mißfallen tragen; Alſo iſt hierauf unſer ernſter Befehlich/ Ihr der *Superintendens* wollet wider ſolches Ubel auf der Cantzel/ Ihr der Rath aber bey Tage und Nacht auf den Gaſſen und in Häuſern euch euers Amts gebrauchen / die Wache ſtärcken/ den Verbrechern fleißig nachtrachten/und nicht allein dieſelben/ ſondern auch die ihrigen / ſo ihnen hierzu Vorſchub und Unterſchleiff erweiſen/andern zum Exempel und Abſcheu in gefängliche Hafft und ernſte Strafe nehmen/ auch dieſen unſern Befehlich zu männigliches Verwarnung nächſtkommenden Sonntag in der Kirchen nach der Predigt öffentlich ableſen/ 2c.)

Definit. CCLXV.

Bonâ conſcientiâ in judicio litigare poſſunt Chriſtiani, modò abſit vindicta & rancor animi.

Summaria.

1. *Advocatorum officium eſt nobile & honeſtum.*
2. *Sed plerique eo abutuntur.*
3. *Quò ſua farciant marſupia, & litigaturientes denudent.*
4. *Boni advocati intentio & propoſitum quodnam?*
5. *Mali advocati ad infernum relegandi.*
6. *Verba Prætorio Mediolanenſi inſcripta referuntur.*
7. *Incommoda litium. n. 8.*
9. *Abſque pecunia haut litigari poteſt.*
10. *Satis lucratur, qui à lite diſceſſerit.*
11. *Non litigandum in judicio de causâ modica. n. 12.*
13. *Chriſtiani bona conſcientiâ in judicio litigare poſſunt. n. 14.*
15. *Non minùs quàm belligerare.*
16. *Litigium judiciarium juris publici tutela.*
17. *Notatur & refutatur error Anabaptiſtarum & Photinianorum. n. 19. & 20.*
18. *Abſit vindicta à litigio. n. 25.*
21. *Quomodo litigandum in judicio, ne conſcientia lædatur? n. 26.*
22. *Non propter lucrum captandum, ſed damnum evitandum.*
23. *Animo deliberato & causâ litigii priùs diſcuſsâ. n. 24.*
27. *Prædedat litigii compoſitio amicabilis.*
28. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

 Nolo

1 Nolo hic defenſare malitiam Advocatorum, quorum officium equidem per ſe generi humano & patriæ eſt maximè neceſſarium, perinde ac militum, vulneribus ac præliis Rempublicam ſalvantium, *l. advocati. 14. C. de advocat. diverſ. jud.* Alphonſ. de Azeved. *in Conſt. Hiſpan. Reg. lib. 2. tit. 16. l. 1. n. 1.* Franc. Marc. *deciſ. 661. n. 4. col. 1.* Guid. Pap. *deciſ. 88. n. 2. & deciſ. 388. n. 1. & ſeqq.* Benius *de privil.*
2 *JCtor. part. 2. privil. 38. n. 2.* † Sed plerique officio hôc nobili abutuntur, munusque advocationis plus ad ſubverſionem veritatis atque litigiorum augmentum, quàm ad lucidationem juſtitiæ & litium diremtionem exercent. Magon. *de rect. patr. rat. part. 1.*
3 *cap. 6. n. 18.* † lites alentes, quò ſua farciant marſupia & litigaturientes denudent, Ventur. de Valent. *in parth. litig. lib. 2. cap. 7. n. 30.* de quibus verè dicitur: Ubi Advocatorum turba ſtrepit, ibi litium anfractibus tota civitas ardebit, nec domus aliqua à litigio vacabit, Johan. Bapt. Magon. *dict. loco.*
4 cùm tamen † boni Advocati intentio ac propoſitum eò directum ſit neceſſe eſt, ut lites dirimantur, amicitia inter homines conſervetur, litigaturis ſucurratur, qui ſuum tueri & cauſam dicere ignorant, Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 369.* Cagnol. *in l. 2. §. poſt originem. 7. num. 215.*
5 *ff. de orig. jur.* † Suo igitur genio relinquantur, & ad infernum relegentur, qui Advocatorum nomine ac titulo conſcientias hominum pervertunt, & judiciorum ſanctitatem in cautelas, technas atque perjuria commutant.

6 Non etiam probo frequentiam † litigiorum ac nimium litigaturientium pruritum & cupidinem: quin potius omnium cordibus inſcripta vellem verba Prætorio Mediolanenſi inſcripta: At quæ illa? *In controverſiis cauſarum capitales inimicitiæ oriuntur; fit amiſſio expenſarum, labor animi exercetur; corpus quotidiè fatigatur; multa & inhoneſta crimina inde conſequuntur; bona & utilia opera poſtponuntur; & qui ſæpe credunt obtinere, frequenter ſuccumbunt, ac ſi obtinent, computatis laboribus & expenſis, nihil*
7 *acquirunt*, Chytr. *in delit. itiner. p. 244.* † Monſtrum profectò horrendum & quartum DEI flagellum, quod divitibus applicandum, qui peſtem fugiunt, fame diteſcunt, bello triumphant, ſed ex litibus redduntur pauperes, ex pauperibus mendici, Vent. de Valent. *in parthen. litig. lib. 1. cap. 4. num. 14.* Herm. Lather. *de cenſ. lib. 2. c. 5. num. 35.* ut non imprudenter hinc faciant, † qui lites in 8
tantum execrantur, ut malint jus ſuum indiſcuſſum relinquere, quàm in judicio contendere. *cap. nihil.* ubi Felin. *in pr. extr. de præſcript.* Jaſon. *in l. filio pater. 87. num. 3. ff. de legat. 1.* Matth. Weſenbec. *vol. 1. conſil. 23. n. 39.* Scilicet quia † nunquam absque 9
pecunia litigari poteſt, *l. eum quem. 79. ff. de judic. arg. l. aliàs. 18. ff. de jurejur. l. 22. C. mandat.* Herm. Lather. *dict. cap. 5. n. 39.* ſed prima, media & ultima cautio litigiorum eſt de expenſis ſolvendis & inſumendis, *Auth. offeratur. C. de lit. conteſt.* Vent. de Valent. *dict. cap. 4. numer. 5.* ut verè dictum videatur, † ſatis lucrari eum, qui à li- 10
te diſceſſerit, Petr. Gregor. Tholoſ. *lib. 47. ſyntagm. jur. univerſ. cap. 1. n. 12.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 22.* Facilè nimirum dijudicare hinc licet, viros bonos lites maximoperè deteſtari; ac reprehendendos fore eos, qui tantillum de jure ſuo remittere ac lites fugere ignominioſum ſibi fingunt, † quibus volupe potiùs videtur, etiam ob 11
ſtillicidium, cloacam, aliamque rem modicam litigare, quorum auribus ſemper inſonet: honorabile non eſſe litigare pro modico, *l. ſi merces. 25. §. 6. ff. locat. Novell. 24. cap. 1.* Et pudeat, ob gallinam, anſerem, leporem † aliamve rem leviſſimam tantas in- 12
terdum lites movere & judicia moleſtare, quod & muliebre videtur, Fab. *dict. tit. 22.* Vent. de Valent. *in parth. litig. lib. 1. cap. 3. num. 36.*

Sed bonâ litigant conſcientiâ in judicio viri etiam boni ac Chriſtiani, quò † facul- 13
tates ſuas divinitus ſibi conceſſas ab iniquis vindicent hominibus, tueantur, ſeque contra injurias defendant: Quia DEI eſt ordinatio judicium, in quo lites tractantur, *Deut. 1. verſ. 9. Exod. 18. verſ. 19. Gen. 9. v. 6. Pſalm. 182. v. 1. Proverb. 8. ad Roman. 13. Novell. 6. & 8. c. quæſitum. 23. quæſt. 4. l. 1. C. de ſumm. Trinit.* Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 10.* Petr. Gregor. Tholoſan. *dict. cap. 1. num. 9.* † Et cum adverſario ſuo litigare atque in 14
judicio conflictari, jus etiam divinum concedit, *Eſai. 1. verſ. 17. Act. 13. verſ. 17.* Quis ergò proceſſus judiciarios à Numine divino approbatos condemnare, vel ſaltem temerariè in dubium vocare auſit? † Sanè Chri- 15
ſtianis in judicio litigare non minùs conceſſum eſt, quàm belligerare, Heresbach. *de adminiſtr. Reip. chriſt. cap. 6.* Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 11. polit. cap. 1. num. 11.* Vent. de Valent. *dict. c. 3. n. 30.* Ne dicamus, † litigium judiciarium pro legitimo 16
habe-

habæri præſidio atque juris publici tutelâ,
l.5. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. l. nulli. 14.
C. de judic. quin & finem judiciorum eſſe,
circumcidere lites, *l. properandum. C. deju-*
17 *dic.* Niſi quis forſan † errorem Anabapti-
ſtarum & Photinianorum ſibi perſuaderi
patiatur ex verbis Chriſti: Ei, qui tecum in
judicio vult contendere, & tunicam tuam
tollere, dimitte ei & pallium, *Matth. 5.*
verſ. 40. nec non Apoſtoli: Omninò deli-
ctum eſt, quod judicia habetis inter vos:
quare non magis injuriam accipitis, qua-
re non magis fraudem patimini? *1. Corinth.*
7. v. 7. quibus actiones forenſes planè impro-
bari contendunt.

18 At quis non animadvertit, † verbis al-
legatis damnari vindictam privatam, ac
commendari patientiam chriſtianam. Vult
enim docere Chriſtus ſuos, ne propter res
terrenas nimis ſint contentioſi, ſed ſi vide-
rint, ſe etiam operâ Magiſtratus non poſſe
res ſuas tueri, amittant potius adhuc plura,
quam ut injuriam ſibi illatam ipſimet ul-
ciſcantur, ut ſic non proceſſus judiciarius,
ſed in defectu juſtitiæ vindictæ cupiditas
duntaxat fuerit prohibita. Frider. Balduin.
de caſib. conſc. lib. 4. cap. 12. caſ. 5. pag. 1171.
19 † Nec alia fuit Apoſtoli intentio, quam ut
vindictam & impatientiam reprehenderet
partis offenſæ, quæ omnia, etiam levicula ſta-
tim ad judicem ordinarium deferebat, cùm
tamen Chriſtianos mutua deceret condona-
tio ex præcepto Chriſti: Remittite & remit-
20 tetur vobis, *Luc. 6. verſ. 38.* † Adeoque D.
Apoſtolus non jus litigandi coram Ma-
giſtratu tollit, ſed privilegium Chriſtia-
norum urget, cui jus illud cedere debeat,
de quo potius remittere aliquid Chriſtiani
tenerentur, quam nomen Chriſtianorum lu-
dibrio exponere apud infideles, Bald. *dict.*
caſ. 5.

Nec enim ſimpliciter & abſolutè liti-
21 gia probamus judiciaria, † ſed ſaltem ea,
quæ decenter, legitimè ac piè tractantur
& ventilantur: nempe non leviſſimam ob
cauſam, vel rem minimi præjudicii, ut
probatum dedi *in Juriſpr. forenſ. ad Conſt.*
22 *Elect. 1. part. 1. defin. 9.* † Non propter lu-
crum captandum, ſed ob damnum evitan-
dum, *can. Epiſcopus. 14. §. 1. quæſt. 1.* ut locus
ſit proverbio illi germanico: Man kan
nicht länger Friede haben / als ſein Nach-
bar wil. † Non temerariè & audacter, 23
ſed animo deliberato & cauſa litigii prius
diſcuſſa; Sicut enim iturus in prælium conſi-
derat prius, utrum juſta ſit belli cauſa, vel in-
juſta, pecuniam colligit, militem conſcribit
& conſerit, Scipio Ammirat. *diſcurſ. in*
Tacit. 9. pag. 430. Mancin. *lib. 5. de ſtat.*
Princip. cap. 1. pag. 159. Ita † Chriſtiani li- 24
tigaturi ponderare prius debent adhibitô
prudentum conſiliô cauſam litigii, an juſta
ſit atque legitima, litemque ingredi expediat,
can. induciæ. 3. quæſt. 3. cap. 1. ne cler. vel mo-
nach. l. ſi aviam. 3. C. de ingen. manumiſſ. l.
2. C. de acquir. poſſeſſ. † Non ut vindictam 25
exerceant, adverſariumque vexent, ſed jus
ſuum tueantur. Modeſte nimirum atque
honeſtè litigii telam protexant Chriſtiani,
nec ſe invicem collitigando decipiant, me-
mores proverbii: Der Sachen Feind / der
Perſonen Freund. Et ſummatim inſtru-
untur collitigantes rythmis ſequentibus:

Simplex, brevis & honeſtus
Vultu, geſtu ſis modeſtus,
Nec utaris locis mille,
Aut verbis aulæ, fori, villæ,
Non ſis fax aut tuba litis,
Sed pacificus & mitis.

ex Matthæſ. Ventur. de Valent. *dict. cap. 3. n.*
45. Joach. à Beuſt. *domin. 3. advent. pag. 655.*
† Quæ ſi litigantes probè obſervaverint, tuti 26
ac ſalvâ conſcientia in judicio comparentes
feliciter cauſam ſuam tractabunt, præſertim
ſi amicabili prius compoſitioni ſe ſubmit-
tant. Culpandum enim maximè, † quod li- 27
tigaturi non ſemper quærant prius ejusmodi
compoſitionem, quæ tamen litigium præce-
dere debet, & à judice etiam inter partes liti-
gantes eſt tentanda, antequam ad proceſſum
deveniatur, *cap. 1. de mut. petit. cap. ult. extr.*
de transact. can ſi illis. 23. quæſt. 4. cap. que-
relam. 15. extr. de ſimon. can. ſi primates. 5.
quæſt. 2. l. æquiſſimum. ff. de uſufr. Felin. *ad*
rubr. de treug. & pac. n. 1. Matth. Weſenbec.
lib. 1. conſ. 21. n. 1.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſa Paul Günthers & Martini Pitzſchens contra Georgi-* 28
um Petzſchern, die 15. Apr. A. 1608. (*Verba Decreti:* Demnach uns durch den Hn.
Superintendenten allhier der Pfarr zu Meersdorff *M. Balthaſar* Behr berichten
laſſen/ welcher maſſen Paul Günther und Martin Pitzſch mit George Petzſchern/
deſſen Weib hiebevor in ihrer Gegenwart auf der Straſſen entleibet worden/
durch eine Chriſtliche Abbitte ſich nicht verſöhnen wollen. Und aber dieſelben
dato vor uns zur Entſchuldigung vorgewendet/ daß dergleichen Abbitte ihnen
an der *reconvention* und ſonſten verfänglich ſeyn möchte/ daß derohalben wir

 die

die Partheyen allerſeits auf vorgehenden gnugſamen Unterricht/ dergeſtalt miteinander gütlich ausgeſühnet/und beyde Günthern und Pietzſchen zum Anfang gebracht/daß ſolche Abbitte und Ausſöhnung ihren rechtlichen Zuſprüchen und *proceſs* allenthalben unſchädlich ſeyn; Jedoch ſie denſelben ohne Rachgier und Feindſchafft wider die Perſonen fortſetzen mögen. Welchem dann die Parthen alſo nachzuleben/und ſich gegen einander friedlich zu verhalten verſprochen und zugeſagt/ ꝛc.)

DEFINIT. CCLXVI.

Expellendi ſunt Calviniani, qui nullâ admonitione ſe commoveri patiuntur, ut ad orthodoxam accedant religionem, ſed in errore ſuo malitioſè perſeverant.

SUMMARIA.

1. *Plures non toleret Magiſtratus in Republicâ Religiones. n. 3. 4.*
2. *Neutram credit religionem, qui contrarias admittit.*
5. *Diverſitas religionis labefactat Reipubl. ſtatum.*
6. *Toleranda diverſitas religionum, ſi unitas obtineri nequeat.*
7. *Et quare hoc?*
8. *Adducitur reſponſum & exemplum Caroli V. Imperatoris.*
9. *Utraque viget in Imperio religio, tam Lutherana, quam Catholica.*
10. *Tolerantur Catholici inter Lutheranos.*
11. *Num etiam Calviniani?*
12. *Expellendi hi ſunt, ſi admoniti ad veram religionem accedere nolint.*
13. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n. 14. 19. 20.*
15. *Adducitur ſententia D. Martini Chemnitii.*
16. *Non ſunt comprehenſi in Pace religionis Calviniani. n. 17.*
18. *Pro fratribus à Lutheranis non agnoſcuntur.*
21. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOn equidem ſine ratione opinantur ſaniores politici, Magiſtratum in Republica plures ſimul religiones minimè tolerare debere; cùm fieri nec ſoleat, nec poſſit, ut quis DEUM ſincerè & ex toto corde diligat, qui diverſas ſimul religiones fovere deſiderat, Anton. Poſſevin. *in Epiſt. ad Reg. Polon.* Windeck. *de hæret. extirp.* Bellarmin. *de laicis. cap. 18.* Franc. Burchard. *in anton. part. 2. cap. 19. & ſeq. pag. 190. & ſeqq.* Eraſm. Roterodam. *in lib. ad Campeg.* apud Johann. Sleidan. *lib. 7. pag. 191.* Scipio Amirat. *in Tacit.*
2 *lib. 11. deciſ. 3.* Certum enim inde eſt, † neutram credere religionem, qui contrarias admittit, Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 8. de Republ. cap. 2. num. 15.* Idque non modò legibus XII. tabb. cautum erat, in quibus hæc legebantur verba: *Separatim nemo habebit Deos, neque novos ſive advenas, niſi publicè aſcitos, privatim colunto, conſtructa à patribus delubra habendo*, Cicer. *2. de*
3 *legib.* † ſed & ab ipſo Jehova conſtitutum, qui in politia Iſraelitica unam tantùm vigere religionem, quin & unicum duntaxat templum in populo ſuo extare voluit, ne diverſis populus religionibus ac cultibus implicaretur: † quam ob cauſam Reges Iſrae- 4
litici deſtruebant templa idolorum, populumque ad verum DEI cultum reducebant, veluti Ezechiæ, Joſaphati, Joſiæ, aliorumque hiſtoria fidem facit. † Ac ſanè ſicut arctiſ- 5
ſimum pacis & concordiæ vinculum inter cives eſt una omnium conſentiens religio, ita diverſitas ſententiarum de fidei articulis pacatum Reipubl. ſtatum labefactat, Lipſius *lib. 4. polit. cap. 2.*

† Attamen obtineri ſi in Republicâ ne- 6
queat unitas religionis, toleranda potiùs diverſitas, quàm turbandum regimen ſtatûs. Ut enim cuilibet Magiſtratui ſummis viribus eò adnitendum concedamus, quò unica, eaque vera vigeat religio; ſi tamen efficere hoc nequeat, † Medicos imitari 7
debet, qui in morbis gravioribus quandoque plus proficiunt quieſcendo, quàm movendo & agendo: & Naucleros, qui cum exortâ in mari tempeſtate eò quò cupiunt, pergere haut valent, eò quò poſ-

poſſunt, dirigunt curſum, ac ſæpè velificatione mutatâ tempeſtatibus obtemperant, ne ſi curſum teneri velint, faciant naufragium; præſtat ſiquidem aliquam habere Rempublicam, licet variis de religione diſſidiis turbatam, quam nullam, Johan. Gerhard. *in coron. diſp. polit. th. 42.* Georg. Schönborn. *3. polit. 11. in fin.* Keckerman. *lib. 1. polit. cap. ult.* Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 2.* Waremund. ab Ehrenberg. *de fœder. lib. 1. cap. 2. numer. 87. & ſeqq.* Arn. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 4. cap. 21.* Dn. de la Nove *diſcurſ. 2. pag. 77. & diſ-*
8 *curſ. 3. per tot.* † Et appoſitè Carolus V. Imp. cum à Clemente VII. Pontifice urgeretur Bononiæ, ut Lutheranam religionem armis oppugnaret, id reſponſi dedit: Ut parentum deliria ſunt ferenda; ita in civitatibus ac religionibus vitia quædam diſſimulanda, fundamentum in Eccleſiâ retineri oportere, Melch. Goldaſt. *tom. 3. Conſtit. Imper. fol. 506.* Wolff. *tom. 2. lect. memo-*
9 *rab. fol. 331.* † Rectè hinc utraque, tam Catholica quam Lutherana in Imperio toleratur religio ex Tranſactione Paſſavienſi *de Anno 1552.* & ſubſecuta Pacificatione religioſa *Anno 1555.* quâ cautum, ne propter religionem in poſterum cuiquam inferatur moleſtia, Joh. Sleidan. *lib. 24. hiſtor. p. 784.* Waremund. ab Ehrenberg. *in meditat. fœder. p. 223. & p. 261.* Sam. à Remching. *de pac. relig.* apud Goldaſt. *in polit. Imper. part. 30.*

10 † Tolerantur ergò Catholici inter Lutheranos. *Sed num etiam Calviniani?* Ferendi omninò, ſi privatim errent, quietè res ſuas
11 agentes, neminem turbantes, † nec errorem ſpargentes; quin potius ad cedendum parati, ſi meliora edoceantur, Magiſtratui inſuper obtemperent, & onera civilia æquè ac alii non inviti ſuſtineant, Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. c. cap. 6. caſ. 4. p. 187.*
12 † Quod ſi verò erroris admoniti ad veram & orthodoxam religionem Lutheranam accedere nolint, ſed malitioſe & pertinaciter in
13 errore perſeverent, jure expellentur, (1.) † ex juſſu D. Apoſtoli; qui obſervare jubet eos, qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam ſanam faciunt, *Rom. 16. v. 17.* Unam nimirum & alteram admonitionem requirit, quæ ſi nihil proficit, vitare & rejicere jubet, *Tit. 3. v. 10.*

14 (2.) † Et fieri vix poteſt, ut admonitione ſpreta in errore perſeverantes Calviniani aliis ſcandalum haut præbeant, & tandem ſeditionis clanculariæ ſemen ſpargant, quæ vel ſola expulſionis cauſa ſufficere poſſet, nedum ſeverior obtineat coercitio, Balduin. *dict. loco.* † quo & inclinat Conſi- 15
lium D. Martini Chemn. *de vitandis Calvinianis*, quando ait: Quod poſtremum conſilium meum, animo optimo atque paterno profectum, ſi aliæ quoque Eccleſiæ & Magiſtratus ſequantur, & Zvvinglianos dogmatiſtas, tanquam cornupetas beſtias & homines in Majeſtatem filii DEI blaſphemos, à ſuis finibus arceant, absque omni dubio Eccleſias & ſcholas atque Reſpublicas, de quibus turbandis iſti homines dies noctesque cogitant, perpetuò benè conſtitutas & florentes habebunt, apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. conſil. theol. pag. 376. n. 4.*

(3.) † Nec juvat Calvinianos exemplum 16
Catholicorum, quos inter Lutheranos tolerari modò diximus; Non enim Calviniſtæ ut Pontificii ſub Pace religionis ſunt comprehenſi, Bidenbach. *Decad. 7. conſil. 8. & 9.* Leonhard. Hutter. *in Calvin. aulico polit.* Anon. JCtus Weſtphal. *in diſſert. de jur. princ. concl. 29.* quod vel ex ſolo §. Doch ſollen/ ꝛc. *in Receſſ. Auguſt. de anno 1555.* eluceſcit, *in verb.* Doch ſollen alle andere/ ſo bemeldter *Religion* (*nimirum Auguſtanæ Confeſſionis*) nicht anhängig / in dieſem Frieden nicht gemeynet / ſondern gäntzlich außgeſchloſſen ſeyn. † Unde Jacobus Kel- 17
ler Jeſuita verbis admodum duris in Reformatos ita prorumpit: Hingegen iſt die Calviniſche Religion / als eine fremde / unerhörte / falſche / ſchädliche Religion im Reich niemals *approbi*ret / niemals zugelaſſen / niemals in den Religion-Frieden eingeſchloſſen / ſondern von dem Käyſerlichen Cammer-Gericht durch rechtmäßige *ſententz* in der Graffſchafft Iſeburg ernſtlichen abgeſchaffet / *in tyrannicid. pag. 5.* † 18
Quare nec Calvinianos Lutherani pro fratribus agnoſcunt, quantumvis jura fraternitatis valdè urgeant; prout multis perſequitur Hutterus *in dict. Calvin. aulico polit. & in ſuo Irenico adverſ. David. Par. nec non in Diſputat. pro libro Concordiæ adverſus criminationes Rudolph. Hoſpinian. Witteb. 21. & 22. Novembr. Anno 1611. habitâ.*
Quod † ſi ergo Calviniani non gaudeant ju- 19
re pacificationis religioſæ, quid obſtat, quo minùs in errore ſuo malitioſè perſeverantes expelli queant. † Quo & verba *Re-* 20
ceſſ. Imperii de Anno 1566. inclinant *in* §. Aufdaß aber in mittler Zeit den verführiſchen ie länger ie mehr / beyden der alten Religion und Augſpurgiſchen *Confeſſion* zuwider einbrechenden *Secten* und irrigen *opinion* kein Raum noch Statt gelaſſen/

laſſen / ſondern dieſelben von dem heiligen Reich Teutſcher Nation / unſerm geliebten Vaterlande abgewendet werden; So haben wir uns mit ihnen den gemeinen Ständen / und ſie ſich hinwieder mit uns verglichen / daß ſolcher *ſecten* und irrigen *opinion*en / ſo / wie gemeldet / ſich von beyden der alten Religion und Augſpurgiſchen *Confeſſion* abſondern / oder denſelben zuwider ſeyn / vermöge des Religion-Friedens keine gelitten noch geduldet / ſondern allenthalben der Gebühr und dem Religion-Frieden gemäß / gäntzlich abgeſchaffet werde.

Ita † *Conſiſtorium Supremum, Superintendenti, Quæſtori & Senatui Pirnenſi, die 24. Martii,* 21
A. 1628. (Verba Reſcripti: Wir haben eure des *Superintendent*en *ſub dato 9. Febr.* abgewichenes / und den 23. dieſes Monats beyde Berichte wegen etlicher Böhmiſchen Calviniſchen Perſonen verleſen hören / und ihr der Schöſſer und Rath habt ſolche hierbey zu befinden. Begehren hierauf an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. da noch andere Perſonen bey euch des *Calviniſmi* halber in Verdacht / Ihr der Superintendens wollet dieſelben unverzüglich vor euch erfordern / in Beyſeyn eurer *Colleg*en die *gradus admonitionum* gegen ſie gebrauchen / und wann ſolche nichts bey ihnen verfangen wollen / alsdann ihr der Schöſſer und Rath / unter denen ein ieder wohnet / dieſelben alsbald aus euern Gerichten wegſchaffen / uns auch / wie ihr ſämtlich ſolches verrichtet / mit Zurückſendung der Beylagen hinwieder berichten. Daran vollbringet ihr höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns Willen und Meynung / ꝛc.)

Definit. CCLXVII.

Calviniani & Pontificii, aliive ſectarii rectius informati & ad orthodoxam religionem Lutheranam converſi, prævia gratiarum actione & precibus publicis abſque alia ſolennitate ad communionem S. Cœnæ admittuntur.

SUMMARIA.

1. *Ad Magiſtratus officium ſpectat, errantes ad veram perducere religionem.*
2. *Ad quam tamen nemo vi cogi debet.*
3. *Idque ex ſententia etiam B. Lutheri.*
4. *Et concluſo Concilii Toletani.*
5. *Quod & placuit Senatui Parlamenti Pariſienſis.*
6. *Et Andreæ Philopatri Presbytero Romano.*
7. *Quam ob cauſam ſectarii apud Lutheranos tolerantur.*
8. *Miniſtrorum Eccleſiæ officium in corrigendis errantibus in fide.*
9. *Converſi ad communionem S. Cœnæ admittendi.*
10. *Revocatio publica requiritur à literatis.*
11. *Nulla ſolennitas à laicis.*
12. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. numer. 13.*

1 NUnquam non ſollicitus eſſe debet pius Magiſtratus, quò in religione errantes convertantur, & ad veram ſalutis viam reducantur, non gladio & coactione violenta, ſed adhortatione pia & verbo divino. Nihil enim tam
2 voluntarium † quam religio, in qua ſi animus eſt adverſus, jam ſublata, jam nulla eſt, Lactant. *lib 5. inſt. divin. cap. 14.* Et ut Medici ſæpe plus quiete, quam movendo atque agendo proficiunt, ita horum errores docendo magis, quam jubendo, monendo quam minando tolluntur, Aug. *epiſt. 65.* Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 2. c. 6. caſ. 4.* † Quod & placuit B. Luthero 3
dicenti: Liberum quiddam eſt credere, imò quiddam divinum in ſpiritu, externâ igitur vi cogi nec poteſt nec debet, *tom. 2. Jenenſ. fol. 180.* † Unde non ſine ratione 4
Concilium Toletanum VI. *canon. 66.* nemini ad credendum vim inferendam ſtatuit. Ac ſanè violentis mediis animi ſubditorum ab illa religione, ad quam coguntur, magis abalienantur & irritantur, occaſio datur

datur cædibus, & tranquillitas Reipublicæ
turbatur, quod multis exemplis probat Petr.
Gregor. Tholoſan. *lib. 12. de Republ. cap. 5.*
num. 12. videatur Keckerman. *in polit. 1. cap.*
ult. Lazar. à Schvvendi *in conſil. ad Maximil.*
II. Imp. Von Regierung des Römiſchen
Reichs/ Johan. Sleidan. *lib. 21. pag. 647.*
5 Thuan. *lib. 79. hiſtor. pag. 178.* † Quare
cùm Rex Galliæ edictum de Hugenotis ex-
tirpandis promulgâſſet, Senatus Parlamenti
Pariſienſis eum, ut ab inſtituto deſiſteret,
hiſce ferè formalibus eſt adhortatus: Æ-
quum ſibi videri, ut exterarum Eccleſiarum
tutioribus veſtigiis inſiſteretur, quæ non fer-
ro & flammis in religione conſtituenda aut
propaganda, ſed puriore doctrina & hone-
ſtis vitæ Antiſtitum exemplis rem confece-
6 rint, Thuan. *lib. 16. hiſtor.* † Et Andreas Phi-
lopater Presbyter Romanus *in Reſponſo ad*
Edictum Anglicum. pag. 85. Si perſuaderi
ſibi, *inquit*, a Cæcilio Conſiliario præcipuo
permiſerit Eliſabetha Regina, ſubditorum
carnificinam in cauſa religionis carere omni
periculo, imprudentia eſt inſignis, ſaltem
ſequi debeat Gamalielis conſilium, *Actor. 5.*
verſ. 39. Benevolentia & tolerantia res ten-
tanda.

Eſtque † cauſa hæc ipſiſſima, quod Catholi-
ci & Calviniani neminem turbantes, nec er-
rorem ſpargentes, quin potius ad cedendum
parati, ſi meliora edoceantur, apud Luthe-
ranos tolerentur, *Defin. præced. numer. 11.*
hunc ſcilicet in finem, ut ſacra noſtra invi-
ſant, ſeque rectius informari patiantur. Quo
in genere † miniſtrorum Eccleſiæ opera eò 8
diligentius occupata eſſe debet, ut errantes
in viam reducantur, Balduin. *dict. caſ. 4. p.*
187. Qui ſi fuerint converſi, non eſt, ut
ulla diutius detineantur † ſolennitate, ſed 9
in Eccleſiam rurſus recipiuntur, & ad com-
munionem S. Cœnæ una cum aliis pœniten-
tibus admittuntur. Sanè in Eccleſia noſtra
hactenus obtinuit, † ut literati publicè re- 10
vocent, vel oratione ſolenni, vel concione, ſi
fuerint monachi ac prædicatores, hocque
ipſo publicum converſionis pariter ac con-
feſſionis edant & proferant teſtimonium. † 11
Laici verò ſine aliis ambagibus & ſolennibus
ad communionem ſunt admittendi, modò
rectè de vera fide informati & edocti reperi-
antur, præmiſſa gratiarum actione una cum
precibus publicis pro ſalute converſorum,
factaque ad populum hac de re admonitio-
ne. A quo uſu & conſuetudine non facilè
recedendum, nec converſi alio onere gra-
vandi.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annæbergenſi, die 11. Febr. Anno 1629. (Verba* 12
Reſcripti: Wir haben euern Bericht / was ſich mit Johann C. geweſenem Bür-
ger zu Caden unlängſten zugetragen / und was derſelbe itzo wiederum ſuche und
bitte / verleſen hören. Weil dann zu befinden / daß er zu unſerer ſeligmachenden
wahren Religion ſich anderweit zu begeben groß Verlangen träget / und von de-
nen Papiſten zum Abfall gezwungen worden; So begehren an ſtatt Seiner
Churfürſtl. Durchl. wir hiermit / Ihr wollet obgemeldten Johann C. zum H.
Nachtmahl zulaſſen / und als ein irrend Schaf / das der Allerhöchſte wieder zu
recht gebracht / an- und aufnehmen; Nach gehaltener Predigt aber und vor der
Communion inliegendes *formular* öffentlich ableſen / rc.)

Sequitur formula gratiarum actionis:

Eine Chriſtliche Danckſagung wird zu thun begehret für eine Manns-Perſon
allhier / ſo von der Evangeliſchen wahren Lehre durch Betrug und Zwang der
Papiſten abgetreten / nunmehr aber durch Erleuchtung des H. Geiſtes ſich wie-
der zu unſerer Kirchen gewendet / und itzo nach Chriſti Einſetzung und Stiff-
tung das H. Abendmahl gebrauchen will: Dem Allerhöchſten ſey für die Bekeh-
rung Lob / Ehr / Preiß und Danck geſaget / der wolle ihn in der erkannten und
bekannten Evangeliſchen Wahrheit ſtärcken / erhalten und Gnade verleihen / daß
auch andere Verirrete und Verführte zu rechte wieder gebracht werden / um JE-
ſu Chriſti unſers HErrn und Heylandes willen / Amen.

Et † *Superintendenti Pirnenſi, die 8. Aug. A 1617. (Verba Reſcripti:* Wir haben euern Be- 13
richt wegen Joſeph T. eines Bürgers und Schuſters bey euch / welcher im Pabſt-
thume erzogen / und die *abſolution* und *communion* in der Kirchen bey euch begeh-
ret / auf Befragung aber weder die Hauptſtücke Chriſtlicher Lehre erzehlen / noch
von unſerm Glaubens-Bekäntniß Rede und Antwort geben können / verleſen hö-
ren. Hierauf iſt rc. unſer Begehren / wañ gedachter T. in den Hauptſtücken Chriſtl.
Lehre / darzu ihr und eure *Collegæ* an gebührendem Fleiß nichts erwinden laſſen
werdet / unterrichtet / ſich dazu bekeñet und dabey zu verharren erkläret / ihr wollet
ihn

ihn zum Beichtſtuhl und Gebrauch des H. Abendmahls zu laſſen/und darbey ein mehrers nicht/ als nach gehaltener Predigt eine Danckſagung / für ein verirretes und durch GOTTes Gnade wieder zu rechte gebrachtes Schaf / verrichten/ꝛc.)

Definit. CCLXIIX.

In adminiſtratione Baptiſmi non niſi tres patrini vel ſuſceptores admittuntur.

SUMMARIA.

1. *Teſtes in adminiſtratione Baptiſmi ſunt adhibendi.*
2. *Quem ritum ex jure divino vulgò derivant.*
3. *Alii originem ejus Higino Epiſcopo adſcribunt.*
4. *De numero patrinorum ſolliciti ſæpè ſunt parentes.*
5. *Quodnam unus ſaltem adhibebatur.*
6. *Poſtea ex obſervantia plures.*
7. *Rurſus tantummodò unus, ex Concilio Tridentino.*
8. *Conſuetudo Eccleſiæ hac in re attendenda.*
9. *Tres hodie adhibentur patrini.*
10. *Conſuetudo in omnibus attendi debet.*
11. *Non audiendus, ſi quis plures adhibere velit patrinos. n. 12.*
13. *Conſiſtorii Supremi Decretum.*
14. *Ejusdem Sententia.*

1 IN Eccleſia ferè univerſa obtinuit, ut teſtes in adminiſtratione Baptiſmi adhibeantur, quos vulgò patrinos, ſuſceptores, propatres, fidejuſſores ac ſponſores appelli-
2 tant. Eumque ritum † ex jure divino probant *cap. 8. Eſai. verſ. 2.* ubi propheta impoſiturus filio ſuo è præſcripto divino peculiare nomen in circumciſione, duos, Deo ita jubente, adhibet impoſiti nominis teſtes,
3 Tremell. *dict. cap. 8.* † Alii verò hujus originem referunt ad Higinum, decimum Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum, qui cum viveret *Anno Chriſti 140.* juſſit, ut in graviſſimis illis perſecutionibus, in quibus liberi parentibus eripiebantur, adhiberentur certi teſtes Baptiſmi, infantibus adminiſtrati: quibus etiam demandabatur, ut parentibus ſublatis infantem in doctrina Chriſtiana erudiendum curarent, Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de baptiſmo. ſect. ult. p. 2017.*

4 Quæcunque † verò hujus rei ſit origo, quodque initium, de numero patrinorum nunquam non ſollicitos novimus parentes. Quæ cura ut præcidatur, ſtatutum olim fuit,
5 ut † unus tantum eſſet unius baptizati ſuſceptor, non plures, ut patet ex *c. in catechiſmo. & c. non plures. de conſecrat. diſtinct. 4.* quæ referuntur ex decretis Eugenii & Leonis Pontificum Svaretz. *tom. 3. quæſt. 67. fol. 241.* Poſtea introductum eſt obſervantia, † ut plures ad eundem baptizatum ſuſcipiendum admitterentur, prout colligitur ex *cap. quamvis. extr. de cognat. ſpirit. in ſexto.* Caſpar. Finck. *quæſt. illuſtr. 99.* † Sed rurſus tandem in Concilio Tridentino fuit concluſum, ut unus tantùm ſive vir ſive mulier, vel ad ſummum unus & una baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant, *ſeſſ. 24. c. 2. de reform. matrimon.* Verum enim vero, † quia res hæc habetur de adiaphoris, ſemper ad conſuetudinem Eccleſiæ eſt reſpiciendum, quæ ſive plures ſive pauciores admittat patrinos, in libertate ſtat chriſtiana. Ita enim Coburgi unum ſolummodo admitti ſuſceptorem, atteſtatur Finck. *dict. quæſt. 99. circa fin.* † Econtra in Haſſia, Thuringia, Miſnia & territoriis Electorum ac Princip. Saxon. tres requiruntur patrini in adminiſtratione baptiſmi. Qua conſuetudine præciſe ſtandum eſt, † quæ & alias in omnibus attendi debet, *l. 1. §. ult. ff. de ventr. inſpic. l. ſi ſervus 50. §. ult. ff. de legat. 1. l. quod ſi nolit. 31. §. qui aſſidua. ff. de ædil. edict. l. 5. §. ult. ff. de teſtib.*

† Non ergò audiendus, ſi quis præter morem quatuor vel plures adhibere velit patrinos in filii ſui Baptiſmo, ſiquidem conſuetudo jus facit, ac vim legis habet, *l. de*

l. de quibus. 32. ff. de legib. Bartol. *in l. vires. 8. in fin. C. de diverſ. offic. lib. 12.* Jaſon. *in. l. more. 5. ff. de jurisd. omn. jud.* quam transgredi
12 haut licet. † Idque ſanctione expreſſa confirmatum *in Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. art. gener. 6. §.* Als auch unläugbar vermercket/ daß bey vielen das hochwürdige Sacrament der heiligen Tauffe um das Einbinden/ Geſchenck/ und ſonderlichen Nutzens / etwann auch unziemlichen Prachts und Hoheit willen / mit groſſer Menge der gebetenen Gevattern in ärgerlichen Mißbrauch gezogen/und alſo etliche hierdurch Krämerey/faſt dergleichen/ wie verruckter Zeit die Meßpfaffen im Pabſtthum mit ihren Meſſen getrieben / nicht ohne groſſes Aergerniß aufrichten/ und zu erbärmlichem Anſtoß der Einfältigen einführen/ und alſo denſelbigen gleich ſündigen / und mit dieſer Leichtfertigkeit GOttes Zorn wider uns erregen thun; So ſollen hinfüro nicht mehr dann drey Gevattern gebeten / und hierüber niemands zugelaſſen werden.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Peter *H.* zu Dreßden / *die 4. Jan. Anno 1613.* 13
(*Verba Decreti:* Auf Peter *H.* Suchen/ daß er über die Anzahl Gevattern bitten möge/ wird *Supplicant* beſchieden/ daß er ſich der *publicirt*en Kirchen-Ordnung gemäß bezeigen/ und mehr nicht als drey Gevattern bitten ſol/ ꝛc.)

Et † *ad requiſitionem Valentini R.* zu *A. die 24. Sept. An. 1617. (Verba Sententiæ:* Habt 14
ihr euch vorm Jahre mit damals Jungfrauen Eliſabethen/ Jacob R. Tochter verehlichet und Hochtzeit gehalten/und es iſt nunmehr dieſelbe ſchwanger worden/ und nahet ſich die Geburths-Zeit herbey/ deßwegen ihr auf das Kindtauffen bedacht ſeyn müſſet. Nachdem ihr aber viel Bekannte und Freunde in eurem Geſchlechte habt/ ſeyd ihr mit allen Gevatterſchafft zu halten/ und derer in guter Anzahl darzu einzuladen gemeynet. Ob nun wol die Anzahl der Gevattern für ein Mitteldiug zu halten/ in welchem Fall die Kirche zu keiner Gewißheit verbunden/ mit der Anzahl der Gevattern es auch ſonſten unterſchiedlichen anderer Oerter gehalten wird. Dieweil aber gleichwol die Churfl. Sächſ. Kirchen-Ordnung deßwegen klare Maſſe giebt / und dieſe Verordnung thut/ daß bey einem Kindtauffen mehr nicht als drey Gevattern gebeten und erſuchet werden ſollen; So habt ihr euch dißfalls darnach zu richten/ und mag euch mehr als drey Gevattern zu bitten nicht verſtattet werden/ V. R. W.)

DEFINIT. CCLXIX.

Plures quàm tres qui adhibent patrinos vel ſuſceptores in Baptiſmo, mulctâ puniuntur arbitrariâ.

SUMMARIA.

1. *Mos rogandi patrinos, eorumq; numerus eſt de rebus adiaphoris.*
2. *Tres ſaltem admittuntur ſuſceptores in adminiſtratione Baptiſmi.*
3. *Ratio numeri trini. n. 5.*
4. *Dictum unius eſt dictum nullius.*
6. *Transgreſſores numeri trini mulctâ puniuntur arbitrariâ.*
7. *Quondam hæc pœna erat centum florenorum.*
8. *Hodie eſt mulcta arbitraria.*
9. *Ex ſimplicitate & ignorantia delinquentes merentur mitigationem pœnæ.*
10. *Reſcripta Electoralia. n. 11.*
12. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 ETſi mos patrinos rogandi eorumque numerus libera eſt Eccleſiæ ceremonia, quæ ſine jactura fidei & ſalva Baptiſmi veritate vel obſervatur, vel omittitur, tamen ubi pro more adhibetur, videtur eſſe teſſera & ſymbolum Chriſtianæ conjunctionis in fide inter parentes & compatres, & iterum inter hos & Eccleſiam, quæ tales ad teſtimonium admittit, quaſi data fraternitatis dextera. † Non ergò à more & conſuetu- 2
dine loci tùm recedendum, quò tres tantummodò ſuſceptores in provinciis Saxonicis admitti diximus *Defin: præced.*

De ratione numeri non valdè laboran-
dum, poſtquam lege eſt definitus *in Ordin.*
Eccleſ. art. general. 6. §. Als auch unläug-
3 bar/rc. † quod ſi tamen ratio petatur, di:ce-
rim, unum non ſufficere Patrinum, quia in-
ter alia ſuſceptores propterea adhibentur,
ut ſint teſtes Bapiiſmi legitimè adminiſtra-
ti, *Eſa. 8. verſ. 2.* Caſp. Eraſm. Brochmand.
4 *in art. de baptiſm. ſect. 5. in fin.* † At dictum
unius eſt dictum nullius, *cap. licèt univerſis.*
ubi Gloſſ. *cap. veniens. extr. de teſtib.* & in
ore duorum conſiſtit omne verbum, *Deut.*
19. verſ. 15. Matth. 18. v. 1. Corinth. 13. Specul.
in tit. de teſte. §. reſtat. in pr. Cephal. *lib. 5.*
conſil. 651. n. 28. Joſeph. Maſcard. *de pro-*
5 *bat. lib. 1. quæſt. 5. num. 117.* † Tertius au-
tem ad diſtinctionem maſculi & fœmel-
læ baptizandæ adhibetur, ut ſexus ille nu-
mero patrinorum prævaleat: ita enim ob-
tinuit, ut in Baptiſmò infantis ſexûs ma-
ſculini adſint duo mares, una fœmina: ſe-
xûs verò fœminei duæ fœminæ, mas u-
nus. Quo in numero ſubſiſtendum, uſ-
6 que adeo † ut transgreſſores mulctam in-
currant arbitrariam; Nec enim ſufficit le-
ges promulgare, niſi obſervantia accedat,
ſubditique metu pœnæ ad hanc adigantur,
l. obſervandum. ff. de offi. præſid. l. 1. §. ſi
ſervus heres. ff. de centr. inſp. l. ſi operis. 14.
C. de pœn. Vincent. de Franch. *deciſ. Neapo-*
lit. 98. n. 2. Jacob. Schult. *in addit. ad Mo-*
deſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 127. n. 64. & part.
4. quæſt. 140. n. 51.

Etſi verò † certa hoc caſu eſt mulcta de- 7
finita, ſcilicet centum florenorum, *dict. art.*
gener. 6. §. Als auch unläugbar. rc. *in verb.*
So ſollen hinfüro nicht mehr denn drey
Gevattern bey aufgeſetzter Strafe 100.
fl. welche wir hiermit wiederum erneuert
haben wollen/ gebeten/ und hierüber nie-
mands zugelaſſen werden. Attamen uſus
ac obſervantia communis mitigationem in-
troduxit, † judicisque arbitrio moderamen 8
mulctæ reliquit, pro ratione ſcilicet perſo-
narum & facultatum delinquentis, ne du-
rior ſit pœna delictò, quæ ſemper ei corre-
ſpondere debet, *l. perſpiciendum. 11. in pr. l.*
hodie. 13. ff. de pœn. l. ſacrilegii. 6. ff. ad leg.
Jul. pecul. l. ſancimus. 22. C. de pœn. l. pedius.
4. §. 1. ff. de incend. l. capitalium. 28. §. ſolent.
§. graſſatores. ff. de pœn. Anton. Gomez. *de*
delict. c. 3. n. 60. in fin. Nicol. Reuſner. *lib. 2.*
deciſ. 20. num. 6. † Sane ſi ex ſimplicitate vel 9
ignorantiâ numerum patrinorum defini-
tum quis exceſſerit, eò magis veniam & mo-
derationem mulctæ merebitur, quia non
dolosè id fecit; quò minor autem dolus, eò
levior quoque debet eſſe mulcta, *arg. l. 2. C.*
de abol. l. aut facta. §. cauſas. ff. de pœn. Felin.
in cap. ſicut. n. 2. & 4. extr. de jurejur. Jul.
Clar. *in practic. § ult. quæſt. 60. n. 9.* Petr. à
Plach. *in epit. delict. lib. 1. cap. 2. n. 19.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Præfecto Rochlicenſi, die 3. Octobr. Anno 1632. (*Verba Reſcripti:* Ob wir wol von Siegfried *N.* wegen übermäßiger Gevatterſchafft 100. fl. Strafe einzubringen/und anhero in unſer Ober-*Conſiſtorium* einzuſchicken/euch am 4. Junii dieſes Jahrs anbefohlen. Dieweil aber aus ſeinem erfolgeten *ſupplici*ren und für ihn beſchehener Vorbitte zu befinden geweſen/ daß er unwiſſend unſerer Kirchen-Ordnung zuwider gehandelt/ und dahero mit einer ſo hohen Strafe nicht beleget werden könne; Als haben wir bey ſolcher Beſchaffenheit ihme drey Theils aus Gnaden erlaſſen/darneben hiermit befehlende/ Ihr wollet ihm ſolches anmelden/ du der Schöſſer in Verbleibung gütlicher Befriedigung die rückſtändige 25. fl. von ihme ungeſäumt einbringen/ und in unſer Ober-*Conſiſtorium* überſenden/ Ihr der Superintendentens aber hinführo auf dergleichen *delinquen*ten beſſere Aufacht haben/ und uns dieſelben iedesmal vermöge euers tragenden Amts ohne *reſpect* namhafft machen/rc.) 10

Et † Superintendenti ac Quæſtori Sangerhuſano, die 10. Octobr. Anno 1639. (*Verba Reſcripti:* Wir haben aus euerm des Superintendenten unterthänigſten Bericht vernommen/ daß *C. H.* zwey ſeiner Kinder auſſer der Kirchen *privatim* tauffen/ darzu bey dem einen mehr als drey Gevattern ſtehen laſſen/rc. Wie nun ſolches unſerer Kirchen-Ordnung ſtracks zuwider läufft; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr beyde wöllet ihme ſolches ernſtlich verweiſen/ du der Schöſſer aber wegen übermäßiger Gevatterſchafft funffzig Goldgülden Reiniſch ungeſäumt von ihme einbringen/und in unſer Ober-*Conſiſtorium* zum Kirchenkaſten anhero überſchicken/rc.) 11

Nec non † Conſiſtorium Supremum Senatui Altenbergenſi, die 15. Julii Anno 1625. (*Verba Reſcripti:* Was maſſen der Pfarrer bey euch ſich über einen Haußgenoſſen/ſo5. Gevattern zu bitten ſich unterſtanden/beſchweret/das habt ihr inliegende zu befinden; 11

Wegh-

Begehren hierauf/ꝛc. Ihr wollet ihn vor euch erfordern/ihm ſeinen Unfug verweiſen/und andern zum Exempel auf etliche Tage mit Gefängniß-Strafe belegen/ꝛc.)

DEFINIT. CCLXX.

Nobilis generis parentibus numerum patrinorum in Baptiſmo liberorum augere permiſſum eſt: non etiam patri plebejo, licèt mater ſit nobilis perſona.

SUMMARIA.

1. *Diſpenſari poteſt circa numerum patrinorum.*
2. *Princeps derogare valet juri poſitivo.*
3. *Nobiles & milites numerum augent patrinorum in liberorum ſuorum baptiſmo.*
4. *Quæ moris ſunt, obſervari debent.*
5. *Prærogativâ hac non gaudet plebejus, qui fœminam nobilem in matrimonium duxit. n. 9.*
6. *Mariti nobiles tribuunt nobilitatis dignitatem uxoribus ignobilibus, numer. 7.*
8. *Uxor nobilis nubens viro ignobili & ipſa efficitur ignobilis.*
10. *Uxor plebeja nubens viro nobili, poſt obitum ejus petere poteſt jura viduis nobilibus debita.*
11. *Non etiam ſi fœmina nobilis nupſerit marito ignobili. n. 12.*
13. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

Diſpenſare quin poſſit Magiſtratus in augendo patrinorum numero, dubium vix erit; Poſtquam enim is jure nititur poſitivo, & piâ obſervantiâ, à Sereniſſimo Saxone *in Ordinatione eccleſiaſtica* confirmata, *art. general. 6.* nil ſanè obſtat, quominùs per diſpenſationem ab eô recedere, pluresque adhiberi patrinos vel ſuſceptores permittere queat, † quia Princeps juri poſitivo derogare, legisque gratiam facere valet, Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 14. num. 6.* Udalric. Zaſius *ad l. princeps. n. 12. in fin. ff. de legib.* Et quidem perpetuo diſpenſationis jure hisce in provinciis gaudent milites & nobiles perſonæ, † quas multùm quandoque numerum patrinorum in baptiſmo liberorum ſuorum augere videmus, ita ut ob multitudinem ſæpe omnes patrini ad baptiſterium haut adſtare poſſint. Prærogativam hanc militibus & nobilibus non invideo, nec ambiguam facio, cùm ſciam, † quæ moris ſunt, ſuo vigori eſſe relinquenda, *l. quod ſi novit. 31. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edict. l. ult. C. de fidejuſſor.* attamen hoc moneo, falli nempe eos, qui cùm cives ac plebeji ſint, jus hoc ſibi arrogant, propterea † quod nobiles duxerint fœminas in matrimonium. Non enim ut fœmina plebeja viro nobili nubens nobilis efficitur, ita & plebejus ab uxore nobili jura ac privilegia nobilitatis conſequitur. Novimus ſiquidem † maritos nobiles tribuere fœminis nobilisſimam dignitatem, *l. fœminæ. ff. de Senator.* quorum radiis illæ coruſcant, *l. ult. in verb. ſentiat mulier viri fulgorem. C. de nupt. Novell. 150.* ex quô ſanè fieri haut poteſt, quin † fœmina plebeja nubens viro nobili & ipſa fiat nobilis, ac pro fœminâ nobili habeatur, prout firmat communis Dd. concluſio, Andr. Alciat. *in l. pronunciatio. §. familiæ. n. 6. ff. de V. S.* Felin. *in cap. novit ille. n. 2. extr. de judic.* Hieron. Treutler. *conſil. 115. num. 20. & ſeqq.* Herm. Vultejus *lib. 3. conſil. 17. num. 46. & ſeqq.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 5. cap. 11. num. 23.* Andr. Tiraquell. *de nobilit. cap. 18. num. 3.* Regn. Sextin. *lib. 2. conſil. Marpurg. 9. num. 36. & ſeqq.* † Vice verſâ expeditum hinc redditur, uxorem nobilem per matrimonium cum viro ignobili contractum effici ignobilem, Bartol. *in l. 1. C. de dignitat.* Guid. Pap. *deciſ. 196. & deciſ. 349.* ſcilicet uxor ſemper ſequitur conditionem mariti, prioremque dignitatem amittit, *dict. l. fœminæ. ff. de Senator. l. in-*

l. ingenuæ. C. de murilegulis. lib. 11. Tiraquell.
9 *allegat. loc. n. 18.* † Non ergò habet maritus civis ac plebejus, quod ex nobilitate uxoris ſibi polliceri, vel numerum patrinorum au-
10 gere queat. Ex quò etiam fit, ut licèt † uxor plebeja nubens viro nobili, ex bonis præ-defuncti mariti jure petat dotalitium, morgengabam & comeſtibilia, Dan. Moller. *lib. 2. ſemeſtr. 8. verſ. econtra autem.* Matth.
11 Coler. *part. 1. deciſ. 60. n. 66.* non tamen † audiatur fœmina nobilis, hæc jura viduarum nobilium petens, ſi viro ignobili nupſerit, Moll. *dict. loc. n. 1.* Coler. *dict. deciſ. 60. n. 77*

de quo pluribus † *in Jurisprud. Forenſ. ad* 1
Conſt. Elect. 36. part. 3. Defin. 2. ubi hoc *Scabinorum Lipſienſium pronunciatum* adduxi: Und es hat ſich die Wittbe/ wann ſie gleich aus Adelichem Geſchlechte gebohren wäre/ weil ihr verſtorbener Mann ein Pfarrer und keiner von Adel geweſen/ in welchem Fall allein das Leibgeding/ Morgengabe und Mußtheil gefodert werden mag/ ſelbiges Getreydes zu Mußtheil nicht anzumaſſen / V. R. W. *in causâ Georgii* Blauſchmieds zu Weida / *Menſ. Mart. Anno 1633.*

Ita † *Conſiſtorum Supremum in causâ* Hanſen *N. die 13. Julii, Anno 1618.* (*Verba Decre-* 1
ti: Auf Hanſen *N.* zu Dreßden *ſupplication*, daß/ weil ſein Weib Sabina eine Gebohrne von Adel/ ſie ihr neugebohrnes Kindlein möge daheime tauffen laſſen/ und darzu eilff Gevattern bitten / wird dieſer Beſcheid ertheilet: Dieweil der Adel vom Weibe auf den Mann nicht gebracht wird/ ſondern daſſelbige ſeinem Stande folget; So hat man *Supplicant*ens Suchen ſtatt zu geben Bedencken/ und wird derſelbige gleich andern Bürgern mit der Gevatterſchafft und ſonſten ſich zu halten wiſſen/ ꝛc.)

Definit. CCLXXI.

Pater ſi ad Baptiſmum liberorum ſuorum patrinos invitare nolit, matri, aliisque proximioribus cognatis hoc injungi debet.

SUMMARIA.

1. *Cauſæ referuntur, ob quas patrini ſunt adhibendi baptiſmo.*
2. *Nomine infantum patrini edunt confesſionem.*
3. *Et ad eorundem informationem in doctrinâ chriſtianâ ſe obligant.*
4. *Patris officium exigit, ut invitet patrinos.*
5. *Quo deficiente matri & cognatis hoc incumbit.*
6. *Non modò ratione pietatis.*
7. *Sed etiam intuitu ſanguinis & futuræ ſucceſſionis.*
8. *Valet argumentum à ſucceſſione ad alimenta.*
9. *Multò magis ad curam animæ.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

NOn exiſtimet quisquam, patrinos ac ſuſceptores ad baptiſmi adminiſtrationem fruſtrà adhiberi, ſed
1 † juſta hujus rei exiſtit cauſa, eaque quadruplex: Nam (1.) patrini infantes baptizandos miniſtro verbi offerunt & ſiſtunt, ac precibus ſuis eos Deo commendant, exemplo illorum, de quibus legitur *Matth.*
2 *13. v. 13. Marc. 10. v. 13. Luc. 18. v. 15.* (2.) † Confeſſionem nomine infantum edunt, *1. Petr. 3. v. 31.* (3.) Teſtes ſunt Baptiſmi legi-
3 timè adminiſtrati, *Eſ. 3. verſ. 2.* (4.) † Et tandem obligant ſe ad inſtituendum infantes in doctrinâ Chriſtianâ, è vitâ immaturiùs evocatis parentibus, Caſp. Eraſm. Brochm. *in art. de baptiſm. ſect. 5. in fin.* Caſp. Finck. *tom. 5. diſput. Gieſſenſ. fol. 433. & ſeqq.* Dionyſ. *c. 2. de Eccleſ. hierarch.* Sunt cauſæ hæ † 4
tales profectò, ut nec ob unicam eorundem actus hic intermitti debeat. Quare non minimum patris officium eſt, ut ad liberorum ſuorum Baptiſmum invitet ac requirat patrinos & ſponſores; quâ in re ſi negligens exiſtat, † nec ullâ adhortatione vel commi- 5
natione ad hoc adigi queat, matri aliisque cognatis proximioribus injungi id debet, non

non modò pietatis ratione, cujus intuitu
6 † etiam cognato egeno victum & amictum ſubminiſtrare, jure ſunt obſtricti, Gloſſ. ult. *in l. qui filium. ff. ubi pupill. educ. deb. & in l. 1. §. ſed nonnullus. verſ. præſtiterit. ff. de tutel. & rat. diſtrah. l. ſi quis à liberis. §. item reſcripſit. verb. juſtè. ff. de libr. agnoſc.* Bartol. *in l. cum unus. §. alimentis. ff. de aliment. & cibar. legat.* Spec. *in tit. qui filii ſint legit. in pr. n. 23.* quidni multò magis curam animæ gerere, & adminiſtrationem Baptiſmi promovere? Sed etiam ratione proxi-
7 mitatis, † quæ jus ſuccedendi ipſis defert, *Auth. poſt. fratres fratrumq; filios. C. de legit. hered. Novell. 118. cap. ſi igitur defunctus. 3. §. ſi verò neque fratres.* Johan. Schneidvv. *ad pr. Inſt. de hereditat. quæ ab inteſt. defer. ſub tit. de tert. ordin. ſucced. num. 31.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 49. n. 14. & ſeq.*
† Quod ſi ergò à ſucceſſione ad alimenta 8
valeat argumentum, ut eſt textus *in l. mutus. §. manente. ff. de jur. dot.* Joh. Petr. Surd. *in tract. de aliment. tit. 1. quæſt. 25. n. 5.* cur non
† à ſucceſſione ad curam animæ argumen- 9
tari liceret? Idque multò magis, quia hæc alimentationi longè prævalet.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Henrico Gröbeln* in Neukirchen *& Superintendenti Chemniccnſi, die 18. Julii An. 1610. (Verba Reſcripti:* Ihr/der Superintendens aber wollet bey dem Pfarrer des Orts Verordnung thun/daß er gedachtes Schultzens Eheweibe auf ihr Anſuchen und vorgehende Reue/ auch Erkäntniß ihrer begangenen Sünden/die Abſolution und *Communion* mittheilen/und im Fall ihr Mann Gevattern zu bitten ſich weigern würde/ ſolches das Weib/ oder die nächſten Freunde beſtellen/und dem Kindlein die Tauffe/Inhalts Churf. Sächſ. Kirchen-Ordnung/ ohne fernere Nachforſchung und Bedencken widerfahren laſſen ſol/ ꝛc.) 10

DEFINIT. CCLXXII.

Munera à patrinis in adminiſtratione Baptiſmi oblata non parentibus, ſed ipſis baptizatis cenſentur donata, ad eosque ſpectant.

SUMMARIA.

1. *Munerum oblatio ad ſubſtantialia Baptiſmi haut pertinet.*
2. *Totius tamen ferè Germaniæ uſu obtinuit.*
3. *Dona hæc non parentibus, ſed liberis baptizatis offeruntur.*
4. *Quorum nomine liberis competit jus tacitæ hypothecæ in bonis paternis.*
5. *Movetur objectio.*
6. *Ea rurſus refellitur.*
7. *Oblatio munerum pertinet ad ſolennia Baptiſmi.*
8. *Subſiſtit donatio inter ſponſum & ſponſam rerum ad nuptiarum ſolennia neceſſariarum.*
9. *Nec non donatio inter conjuges honoris causâ facta.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

NOn equidem munerum oblatio ad ſubſtantialia Baptiſmi pertinet, ſed aqua cum verbo plenam & integram Baptiſmi conſtituit eſſentiam, adhibitâ invocatione SS. Trinitatis, affusâq; & adſperſâ baptizato in nomine Patris, Filii & Spiritûs Sancti aquâ, *arg. can. ſi qui apud. 28. de conſec. diſt. 4.* Johan. Gerh. *loc. theol. tom. 4. de S. Baptiſm. ſect. 3. cap. 3. n. 26. & 28. & cap. 5. n. 88.* † Nihilominus uſu totius ferè Germaniæ hactenus obtinuit, ut munera in teſtimonium Baptiſmi adminiſtrati unà cum pia gratulatione offerant patrini: † Quæ non parentibus, ſed 3
omnium votô ac conſenſu ipſis baptizatis data cenſentur, adeoque iis cedunt, quippe quibus etiam traduntur. † Eorumq; nomi- 4
ne liberis tacitam competere hypothecam in bonis paternis, diximus in *Juriſpr. forenſi ad Conſtit. Elect. 24. part. 2. Defin. 18.* Niſi quis aſſertionem hanc propterea in dubium
vocare auſit, † quòd infantibus nequeat do- 5
nari, quippe qui intellectu & conſenſu deſtituuntur. *§. ſed quod diximus. 10. Inſtit. de inutil. ſtipul. l. in negotiis. 5. ff. de reg. jur.* quare & furioſis comparantur, *l. 1. ff. de bonor.*

6 *poſſeſſ. furioſ. infant. compet.* † Sed non licet argumentari ex regulis juris communis ad donationem & oblationem munerum in baptiſmi adminiſtratione, quippe quæ eſt exorbitans & ſingularis pietatis causâ facta, & nomine liberorum â paren-
7 tibus acceptata. Ex quô porrò † oblatio munerum ad ſolennia baptiſmi pertinet, per id licita efficitur & legitima, licèt ſecundùm regulas juris alias non ſubſiſteret:
8 quo intuitu etiam † donatio eorum, quæ ſunt neceſſaria ad ſolennia nuptiarum & contrahendum matrimonium, inter ſponſum & ſponſam valida habetur, *arg. l. ſi quis pro uxore. 21. v. in contrahendo matrimonio. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Roman. *in conſil. 146.* Natta *tom. 2. conſil. 317.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. quæſt. 44. n. 11.* † nec non inter 9
conjuges honoris causâ facta donatio, Roman. *dict. loc.* Hartm. Piſt. *dict. quæſt. 44. n. 12. per l. quod adipiſcendæ. cum ll. ſeqq. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annæbergenſi, & Quæſtori Lauterſteinen- 10
ſi, die 5. Martii Anno 1627. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern des *Superintendenten* eingeſchickten Bericht/die Irrungen/ſo zwiſchen George Z. und Chriſtoph M. beyden Gevattern zur Läuten ſich enthalten / betreffende / verleſen hören / und ihr der Schöſſer habt ſolchen hierbey zu befinden; Begehren hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. Ihr wollet die Partheyen alsbald vor euch beſcheiden/ dem verbrechenden Theile eine ſcharffe Verweiſung thun/darnebenſt M. auferlegen/daß er das Patengeld/ſo nicht ſeine/ ſondern des Kindes/wiederum annehmen/und zu anderer Anordnung nicht Urſach geben ſol/ ꝛc.)

Definit. CCLXXIII.

Cogenda haut eſt puerpera, ut finitô puerperiô unà cum infante ſeu partu in templô ſe ſiſtat, & à miniſtrô Eccleſiæ benedictionem acceptet.

SUMMARIA.

1. *Multis in locis finitô puerperiô infanti in templo datur benedictio.*
2. *Quæ conſvetudo pia & honeſta habetur.*
3. *Mater tamen, ut infantem ſiſtat in templo, cogi haut debet.*
4. *Rationes & fundamenta hujus aſſertionis.*
5. *Nihil tàm voluntarium, quàm Religio.*
6. *Infantes in adminiſtratione Baptiſmi benedictionem conſequuntur.*
7. *Ritus iſte refertur inter adiaphora.*
8. *Quæ ſalvô cultu divinô omittuntur.*
9. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Multis in locis mos ac conſvetudo invaluit, ut finitô puerperiô mater infantem ſiſtat in templo, ac benedictionem acceptet à mini-
2 ſtrô Eccleſiæ: quam † conſvetudinem ceu piam & honeſtam nequaquam improbamus, quin potiùs mulieres puerperas huic ſe ſubmittere volumus. Quod ſi tamen mater
3 † ad eam ſe conformare nolit, cogi non debet, ut præcisè pareat: (1.) Quia ad ſacra ne-
4 mo vi compelli debet, † ſed conſiſtunt hæc in ſpiritu, perinde ac fides, quæ vi externâ cogi nec poteſt nec debet, B. Luther. *tom. 2.*
5 *Jenenſ. fol. 180.* Quis enim † mihi imponat neceſſitatem, *inquit Lactant.* vel credendi, quod nolim, vel quod velim, non credendi; nihil tam voluntarium, quàm religio, in quâ ſi animus adverſus, jam ſublata, jam nulla eſt, *lib. 5. divinar. inſt. c. 19.* (2.) † Cum- 6
que infantes in adminiſtratione Baptiſmi jam acceperint benedictionem ſacerdotalem, non certè neceſſum erit, ut denuò eam impetrent, ac puerperæ repeti illam faciant finitô puerperiô, id quod aliquo modo ſuperſtitioſum videri poſſet, ſi non diffidentiæ notam importat. (3.) Et quis † non vi- 7
det, ritum iſtum, quo puerperæ ac partui finitô puerperiô datur benedictio, inter adiaphora referri, qualia quæ ſunt, præcisè non obligant, † nec omiſſa neglectum 8
cul-

cultûs divini arguunt; ſcilicet in verbo Dei nec præcepta, nec prohibita, *Ordinat. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. in art. gen. 9.* §. Demnach ſie ſich. Caſp. Eraſm. Brochm. *in art. de libert. eccleſiaſt. cap. 1. ſect. 2.* Frid. Balduin. *de caſib. conſc. lib. 4. cap. 11. caſ. 4.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Haynenſi, die 8. Octobr. Anno 1617. (Verba Reſcripti:* Auf beygefügtes des Pfarrers zu Mühlberg *M. Johann. Fauſtens* wegen etlicher Weiber/ welche nach Endung ihrer Sechswochen die Kindlein in die Kirchen daſelbſt zu bringen/und nach gehaltener Predigt ſich neben ihnen vor dem Altar zum ſegnen zu *præſent*iren / in Verweigerung ſtehen ſollen/ an uns gethane Frage/ erkennen und ſprechen wir für Recht: Dieweil gedachter Pfarrer ſelbſt bekennet/ daß dieſe Kirchen-*Ceremonie* nur ein *Adiaphoron* ſey / die Kindlein auch ohne das bey der heiligen Tauffe eingeſegnet werden; So iſt er die Leute wider ihren Willen zu ſolcher *Local-Ceremoni*en zu zwingen nicht befugt. Und ihr werdet ihn darauf zu beſcheiden wiſſen/ꝛc.) 9

TIT. XIIX.

De

Adminiſtratione & uſu Cœnæ Dominicæ.

Definit. CCLXXIV.

Summâ devotione ac decenter abſque omni veſtitûs levitate ad ſacram Cœnam accedendum.

SUMMARIA.

1. *Non minima eſt pars cultûs divini uſurpatio ſacroſanctæ Cœnæ.*
2. *Dignè ideoque ad eam accedendum.*
3. *Solus Deus nos dignatur hoc convivio.*
4. *Præparatio tamen noſtrâ ex parte accedere debet. n. 5.*
6. *Quod probatur ex ratione naturali.*
7. *Præparatio digna in quibus conſiſtat?*
8. *Veteres communicantibus acclamaverunt:* Surſum corda!
9. *Diſciplina corporis externa à præparatione haut excludenda. n. 10.*
11. *Externa diſciplina eſt character animi.*
12. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

NOn certè minima, ſed una ex præcipuis partibus cultûs divini eſt Communio ſeu uſurpatio ſacroſanctæ Cœnæ, non tantummodò propter mandatum Chriſti, ſed etiam propter alimoniam ſpiritualem, quam ex hac Cœnâ accipientes ad ſerviendum Deo redduntur promtiores. Eſt namque ſacra Communio ſpiritualis medicina, quâ erigimur ad præſtandum id libentius, ad quod naturâ tardiores ſumus, Ambroſ. *1. Corinth. 11.* & caput bonorum omnium, Chryſoſt. *in homil. 83. in Matth.* Potiſſima † ideoque communicantium piorum ſit cura, ut digni ad hoc convivium accedant; nam qui manducat & bibit indignè, judicium ſibi manducat & bibit, *dict. epiſt. 1. ad Cor. 11. v. 29.* † Etſi verò ſolus eſt Deus, qui nos dignatur hoc convivio, 3
in quo divinò planè conſilio ſalutare nobis offert animæ pabulum, nobisque ſimul gratiam largitur, ut beneficii hujus participes fieri valeamus: ex † noſtrâ tamen parte 4
præparatio digna accedat, neceſſe eſt, id quod monendum duxit Sereniſſimus Saxoniæ Elector *in Ord. Eccleſiaſt. art. general. 8.* §. Nicht weniger iſt von nöthen/ daß auch die Pfarrkinder und *Communicant*en zu gebührender Zucht und Ordnung ernſtlich vermahnet und angehalten werden/ damit das Hochwürdige Sacrament nicht

nicht leichtfertig oder unordentlich / ſondern mit gebührender Chriſtlicher Zucht
5 gehandelt werde. † & *in Decreto Synodali de Anno 1624.* §. Gleicher Geſtalt ſollen die Pfarrer und *Diaconi* von der Cantzel das Volck vermahnen/ daß ſie ſich wohl prüfen/ wann ſie zum Tiſche des HErrn gehen. Quod ſi enim ad nuptias, convivia, vel ad colloquium præſtantium virorum homines ſe præparant, ne manibus illotis in con-
6 ſpectum eorum prodeant, † majori utique præparatione opus habent, quando ad menſam Domini, in quâ Filius Dei ipſemet eſt hoſpes atque cibus, in conſpectu ſacroſanctæ Trinitatis & ſanctorum Angelorum accedunt. Frider. Balduin. *de caſib. conſc. lib. 2. cap. 12. caſ. 1. pag. 430.*
7 Eaque præparatio potiſſimùm † conſiſtit in probatione ſui ipſius, *1. ad Corinth. 11. v. 28.* dijudicatione corporis Domini, *v. 29.* ac piâ meditatione omnium ac univerſorum beneficiorum Chriſti, imprimis autem ſanctiſſimæ ſuæ paſſionis & mortis, quam
8 quilibet verâ fide ſibi applicare debet; † ut non ſine causâ veteres communicantibus acclamaverint: *Surſum corda*; quia ſcilicet tunc non eſt locus terrenarum curarum aut carnalium deſideriorum; ſed pii communicantes eò intenti eſſe debent, ut purâ cum conſcientiâ, humili corde, vera cum fide, ſancto cum propoſitio emendandi vitam, pio cum deſiderio & ſincero amore erga
9 proximum compareant; † Attamen nec diſciplina corporis externa à piâ præparatione excludenda eſt, nimirum quæ in victu & veſtitu conſiſtit, quo ſancta communio devotè & decenter peragatur. Temperanter enim vivendum eſt, ut precibus vacare, & myſterium hoc expendere poſſimus: in veſtitu quoque nulla ſit levitas, ſed omnia honeſta & decora, † *Ord. Eccleſ. dict. art.* 10
general. 8. §. Dann wiewol im Pabſtthum/ ꝛc. *verb.* Daß nemlich alle die/ ſo zu *communici*ren vorhabens/ ihnen ſelbſt ein recht Chriſtlich und GOtt wohl gefällig Faſten auferlegen / das nicht auf Unterſcheid der Speiſe geſetzt / ſondern in Abbruch und Chriſtlicher Nüchterkeit und Mäßigkeit ſtehet/ dadurch die Leute deſto geſchickter zum Gebeth und Danckſagung/ und alſo auch zu dem Gebrauch des heiligen Abendmahls mit mehr Andacht ſich ſchicken können/ ob gleichwol alle ihre Würdigkeit nicht auf ſolchem leiblichen Bereiten/ſondern einig und allein auf dem Verdienſt JEſu Chriſti ſtehet/ das durch den Glauben uns zur Würdigkeit gerechnet/wañ gleich daſſelbe nur wie ein Senffkörnlein wäre. *junct.* §. Deßgleichen ſollen ſie mit aller Ehrerbietung/ Demuth und Zucht darzu gehen/und ſich mit Kleidung/ Geberden / und allen alſo erzeigen / daß hierinnen keine Leichtfertigkeit geſpüret/ ſondern der Chriſtliche Geſchmuck gemercket werde. † Nam externa illa ſæpe ſunt 11
characteres animi, qui malè diſpoſitus eſt in iis, qui ad hanc ſacram menſam, tanquam ad comeſſationes & choreas, accedunt.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Paſtori Annabergenſi, die 15. Febr. Anno 1630. (Verba Re-* 12
ſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht/welcher Geſtalt Maria/George *T.* Tochter zu N. im Gebrauch des heiligen Abendmahls bey Empfahung des geſegneten Brodts ſich ärgerlich bezeiget haben ſol/verleſen hören. Wann dann aus der mit überſchickten Zeugen Auſſage nichts gewiſſes zu ſchlieſſen; Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfürſtlichen Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet bemeldte Marien förderlichſt vor euch beſcheiden/ ihr ſolches vorhalten/ und ſie darneben ermahnen/ daß ſie ſich ins künfftige beſſer in acht nehmen / und vor allem Mißbrauch hüten ſol/ ꝛc.)

DEFINIT. CCLXXV.

Sanctam communionem & uſum ſacræ Cœnæ ſemper præcedat Confesſio privata, vulgò auricularis, nec intermitti ea debet.

SUMMARIA.

1. *Præparatio conſiſtit in probatione ſui ipſius.*
2. *Probatio hæc in quonam verſetur?*

3. Con-

3. Confeſſio privata præmittenda Communioni.
4. Privata ſeu auricularis Confeſſio quænam?
5. Explicatur ex Auguſtanâ Confeſſione.
6. Et Ordinat. Eccleſiaſt. Elect. Saxon.
7. Confeſſio privata non intermittenda: & quare hoc? n.8.13.
9. Confeſſio hæc conſolationum fontes aperit, n.10.11.
12. Adducitur teſtimonium B. Lutheri.
14. Convellendus haut eſt ordo Eccleſiæ.
15. Sententiæ Conſiſtorii Supremi, n.16.

1 PRæparatio, quam neceſſariò uſui ſacroſanctæ Cœnæ præmittendam diximus *Defin. præced.* conſiſtit inter alia in probatione ſui ipſius, de quâ Paulus ait: Probet homo ſeipſum, & ſic de pane illo edat, *1. Corinth. 11. v. 28.* Verſatur
2 autem † probatio illa in ſerio examine totius vitæ noſtræ juxta præcepta Decalogi, cum qua conjuncta eſt ſeria pœnitentia;
3 Qua de causâ † præmitti ſolet Communioni peccatorum confeſſio privata ſeu auricularis & abſolutio, *Ordin. Eccl. Elect. Sax. art. gen. 7. in pr. verſ.* Daß man niemand zum hochwürdigen Sacrament des Leibes und Bluts des HErrn Chriſti zulaſſe / er habe denn zuvor ſich bey ſeinem ordentlichen *Paſtorn* angezeiget / gebeichtet / und die *privat-*
4 *abſolution* geſucht. Vocamus autem † privatam ſive auricularem confeſſionem, quâ quis miniſtro verbi ſua confitetur peccata, non quidem omnia ac ſingula, ut fit in Papatu, ſed generaliter & pro re natâ quædam in ſpecie, quæ ipſum omnium maximè ur-
5 gent, prout explicat † *Auguſtana Confeſſio*, quòd abſolutio privata in Eccleſia ſit retinenda, quanquam in confeſſione non ſit neceſſaria omnium delictorum enumeratio,
6 *in art. 11.* † Quo & faciunt verba *Ordin. Eccleſ. dict. tit. 7. §.* Wie aber die Leute zur papiſtiſchen Erzehlung der Sünden nicht gezwungen werden ſollen; Alſo ſollen auch die Kirchendiener nicht vorwitziger Weiſe von ihren Beichtkindern / wie etwa beſchehen / fragen / was ihnen nicht gebeichtet worden / dann dieſe Beichte nicht zu einer *Inquiſition* der heimlichen und verborgenen Sünden / ſondern vornemlich und allein zur Lehre der Unverſtändigen / und zum Troſt der betrübten angefochtenen Gewiſſen verordnet / ꝛc.

Quare licèt confeſſio hæc non abſolutè
7 ſit neceſſaria, quippe nuſpiam mandata, † nequaquam tamen intermitti debet; (1.) vel ſaltem quia per eam occaſio præbetur Paſtori, cum communicantibus ſeorſim & in ſpecie agendi, rudiores informandi, impœnitentes & in ſingularibus peccatis deprehenſos corrigendi, & ad ſeriam pœnitentiam reducendi. Non enim abſque judicio clavibus Eccleſiæ utendum eſt, † veluti 8
innuunt verba *Ordin. Eccleſ. dict. tit. 7. §.* Dann ob es wol. *verſ.* So ſol man dennoch von wegen der Chriſtlichen Zucht / und beſonders um der Unverſtändigen willen die Ohren-Beichte nicht fallen laſſen / ſondern männiglichen vermahnen / daß ſie ſolche lieben / dieweil der gemeine Pöbel allein um alter Gewohnheit willen zum heiligen Sacrament lauffet / und nicht weiß / was Sacrament iſt / die billich zum Gebrauch des H. Abendmahls nicht zugelaſſen werden ſollen / bis ſie gnugſam unterrichtet / dann diß Sacrament unehren nicht allein die es unwürdig empfahen / ſondern auch die es mit Unfleiß unwürdig geben / ꝛc.
(2.) † Quin & confeſſio privata conſolatio- 9
num fontes aperit, ſpecialem gratiæ applicationem conjunctam habet, & occaſionem cum perturbatis peccatoribus ſeorſim agen-
di ſubminiſtrat, † de quo *Ordin. Eccleſ.* 10
hiſce loquitur verbis *dict. art. 7. §.* Wie aber die Leute / dann die Beichte zum Troſt der betrübten angefochtenen Gewiſſen verordnet / darinnen die Einfältigen / wo von nöthen / unterrichtet / und die ihnen ſelbſt in irrigen Fällen nicht rechten Troſt aus GOttes Wort erlangen / und ihr Gewiſſen wiederum zufrieden bringen / auch nachmals das heilige Abendmahl mit frö-
lichem Glauben empfangen können. † Idq; 11
de ſemetipſo teſtatur Lutherus inquiens: Utor confeſſione, nec carere eâ poſſum, quia ſæpenumero maximum mihi ſuppeditat ſolatium, dum in anguſtiis ac ſollicitudinibus animi hæreo, *tom. 6. Jenenſ. germ. fol. 110.*
(3.) † Magni hinc fecit idem Lutherus con- 12
feſſionem, de quâ præclarè ſcribit *in art. Smalcald. part. 3. art. 8.* Nequaquam in Eccleſiâ confeſſio & abſolutio abolenda, præſertim propter teneras & pavidas conſcientias, ac propter juventutem indomitam & petulantem, ut audiatur, examinetur & inſtituatur in doctrinâ Chriſtianâ. Et *in epiſt. ad Francof. an. 1533.* Si mille & iterum mille mundi eſſent, mallem omnia amittere, quàm minimam hujus rei particulam abo-

13 aboleri permittere &c. (4) † Quod ſi ergò uſitatus eſt hic ritus Confeſſionis in loco aliquo, omittendus haut eſt, non tantummodò quod tàm præclarum uſum habeat:
14 ſed etiam quia convellendus haut eſt † ordo Eccleſiæ, nec committendum, ut quilibet, quod rectum ſibi videtur, faciat, id quod ſine ſcandalo fieri vix poteſt; Nam mutatio ritûs, quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat, ſecundùm Auguſt. *epiſt. 119, ad Januar.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem D. Joachimi Garcæi, Superintendentis* in 15
der Neuſtadt Brandenburg/ *die 6. Octobr. Anno 1619.* (*Verba Sententiæ:* Es wäre aber auch beſſer geweſen/ daß derſelbige entweder voriger Maſſen ſich der *Privat*-Beichte und *abſolution* gebrauchet/ (von welcher der theure Mann GOttes Lutherus ſchreibet: Daß er ehe tauſend Welt als dieſelbe verliehren wolte/ und treulich rathet ſolche zu erhalten/ *tom. 6. Jenenſ. german. fol. 108. 110. 364. 371.*) oder doch dem *Diacono* ſeine vorhabende *Communion* vorher mit wenigem angedeutet hätte/ dadurch das gantze Aergerniß vielleicht wäre verhütet worden. Inmaſſen auch dem *Diacono* und ſeinen *Collegis* oblieget / über der reinen/ wahren/ Evangeliſchen Lutheriſchen Lehre/ und den Chriſtlichen heilſamen Kirchen-Ordnungen/ darunter auch die *Privat*-Beichte und *abſolution* gehöret/ beydes mit Lehren und guten Exempeln einmüthiglich und beſtändig zu halten/ V.R.W.)

Et † *ad requiſitionem* Matthäi *G.* zu *A. die 28. Nov. An. 1616.* (*Verba Sententiæ:* Habt 16
ihr neulich einen Handwercks-Geſellen angenommen/ euch das Schmiede-Handwerck treiben zu helffen; Und nachdeme er zu Straßburg erzogen/ allda die Ohren-Beichte nicht gewöhnlich / wil er ſich auch ſolcher ſelbigen Orts entbrechen. Ob nun wol dieſelbe vor- und an ſich ſelbſt vor dem Gebrauch des heiligen Abendmahls nicht nöthig. Dieweil ſie aber gleichwol in dieſen Landen aus wichtigen und bedencklichen Urſachen eingeführet/ darüber Inhalts der Kirchen-Ordnung ſchnurſtracks zu halten; So iſt bemeldter Handwercks-Geſelle derſelben auch ſeines Theils nachzuleben ſchuldig/ und es mag ihme ſolche nicht erlaſſen werden / V.R.W.)

DEFINIT. CCLXXVI.

Si tamen acceſſurus ad ſacram Cœnam juſtâ ex causâ intermiſerit Confeſſionem, arceri propterea non debet à ſacrâ Communione.

SUMMARIA.

1. *Juſtâ ex causâ quandoque omittitur Confesſio auricularis.*
2. *Quo caſu tamen communio haut deneganda. n. 10.*
3. *Confesſio non eſt requiſitum ſubſtantiale uſûs ſacræ Cœnæ.*
4. *Eſt ſaltem ritus utilis non facilè omittendus.*
5. *Nec ſcrupulus movendus ei, qui ſine contemtu non confitetur.*
6. *Ad confesſionem privatam nemo cogendus.*
7. *Allegatur exemplum B. Lutheri.*
8. *Ejusdem quoque verba adducuntur, num. 9.*
11. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 Fieri nihilominùs poteſt, ut juſtâ ex causà quis confiteri intermittat, temporis anguſtiâ forſan præpeditus, deſiderio tamen magno hujus ſanctisſimæ cœnæ ita compulſus, quominùs tantillum moræ admittat, annè hic à ſacra
2 communione arceri debeat? † Non certè: Ut maximè enim Confeſſio ob inſignem ejus uſum ſacræ communioni regulariter præmitti ſoleat, inde tamen non effi-
3 citur, † ut ipſam ſacræ Euchariſtiæ ſubſtantiam ingrediatur, quippe quæ nuſpiam mandata, adeoque præcisè neceſſaria non eſt, ſed ut utilis † ritus ad explo- 4
rationem communicantium, inque eorum ſolatium introductus, qui vel ſaltem ob ſcandalum vitandum obſervari debet.
Quare † ſi quis ſine contemtu & ſtudio 5
ſingularitatis, juſtâ ex causâ commotus, vel ne conſcientiæ ſuæ neceſſitatis legem imponat, omiſsâ Confeſſione ad ſacram Cœnam accedat, movendus ei nequa-

nequaquam eſt ſcrupulus, quaſi magnum
admiſerit delictum, nec communione re-
ctè uſus ſit, Frider. Balduin. *de caſib. con-
ſcient. lib. 2. cap. 12. caſ. 18. pag. 467.* tantum
6 abeſt, ut arceri ab ea debeat. † Quin & B.
Lutherus argumentis convincit, ad Confeſ-
ſionem neminem eſſe cogendum, tanquam
neceſſariam. *in libell. de confeſſ. tom. 1. Je-
nenſ. german. fol. 514.* ſed liberam eam relin-
quit Eccleſiæ, & uſurpandam urgente ne-
ceſſitate conſcientiæ ſuæ, non mandato
7 Papæ, ſe † quoque aliquoties ad ſacram Cœ-
nam acceſſiſſe ſcribit, ſine præmiſsâ Con-
feſſione privatâ, ne ſibi ipſi neceſſitatem
aliquam faciat, ſæpe autem Confeſſione u-
ſum propter ſolatium, quod ex abſolutione
miniſtri hauritur, *in inſtr. viſitator. tom. 7.*
8 *Jenenſ. fol. 10.* † Verba ejus hæc ſunt: Ob
der Pfarrer ſelbſt/oder Prediger/ſo damit
täglich umgehet/ohne Beichte oder Verhör
zum Sacrament gehen wil/ ſol ihme hier-
mit nichts verboten ſeyn. Deßgleichen iſt
auch von andern verſtändigen Perſonen/
ſo ſich ſelbſt wohl zu berichten wiſſen / zu
ſagen/damit nicht wieder ein neuer Pabſt-
zwang oder nöthige Gewohnheit aus ſol-
cher Beichte werde / die wir ſollen und
müſſen frey haben. † Und Ich *D. Martinus* 9
ſelbſt etlichemal ungebeichtet hinzu gehe/
doch wiederum der Beichte brauche und
nicht entbehren mag; allermeiſt um der
abſolution (das iſt/ Gottes Worts) willen.
Dann das junge und grobe Volck muß
man anders ziehen und weiſen/ weder die
verſtändigen und geübten Leute. † Facilè 10
colligere hinc eſt, quòd licèt Confeſſio in Ec-
cleſiâ antiquitùs probata & uſitata, non ſit te-
mere omittenda, ſcilicet, quia cuilibet in Re-
publicâ vivendum eſt ſecundùm leges cujus-
que loci, ſi tamen omiſſa fuerit ex causâ ra-
tionabili, nequaquam Communio denegari
debeat, quum hæc ſine confeſſione ſubſiſtat.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem D. Joachimi Garcæi Superintendentis* in 11
der Neuenſtadt Brandenburg/ *die 6. Octobr. Anno 1619.* (*Verba Sententiæ* Hat neulicher Zeit in eurer *Inſpection* ein Chriſtlicher *Theologus* ſich zum Abendmahl finden wollen/ohne vorhergegangene *Privat*-Beichte und *Abſolution*, die er ſonſten iederzeit gebrauchet/ nicht unwerth gehalten / vielweniger abzuſchaffen bedacht geweſen/noch iſt/oder ins künfftige für ſich bedacht ſeyn wil/ deſſen er den Allerhöchſten zum Zeugen anruffet/er auch wegen ſeiner *Confeſſion* untadlich u. unverdächtig/keines einigen *erroris in doctrinâ*, noch einiger Neurung zu überführen/ſondern dazumal zugeſtandenen Schreckens und Schmertzens/auch Kürtze oder Zeit wegen/das Beichten unterlaſſen müſſen/der *Diaconus* aber ohne Vorbewuſt ſeiner *Collegen* öffentlich vor der gantzen Gemeine ihn vom Gebrauch des H. Abendmahls abgewieſen/und nach gehaltener *Communion* weder ihn Beichte hören/noch *communiciren* wollen/ſondern bis *dato* eingenmächtiger Weiſe *ſuſpendiret*; So iſt hierinnen von dem *Diacono* unrecht gehandelt/und hätte ihme nicht gebühret / bey ſolcher der Sachen Beſchaffenheit denſelben vom Gebrauch des Abendmahls mit öffentlicher Aergerniß der Kirchen abzuſtoſſen / ſondern vielmehr nach der *Communion* freundliche und brüderliche Unterrede zu halten/die Urſachen der unterlaſſenen *Privat*-Beichte zu erkundigen/und ſich glimpflich nach Befindung zu bezeigen/V. R. W.)

DEFINIT. CCLXXVII.

Mulctam arbitrariam haut effugiet, qui poſt confeſſionem privatam die Sabbati factam, ſequenti die Dominicâ ad ſacram Cœnam non accedit: niſi juſtâ causâ præpeditus id fecerit, quo caſu alterâ Dominicâ ſequenti absque ulteriori confeſſione privatâ ad Communionem admittendus.

SUMMARIA.

1. *Malè facit, qui confeſſione privatâ omiſsâ ad ſacram Cœnam accedit.*
2. *Peſſimè autem, qui factâ confeſſione ab uſu Cœnæ abſtinet.*
3. *Quâ de causâ meretur pœnam num. 5.*
4. *Perinde ac is, qui tempore hoc ſacro vitiis indulget.*

6. Scan-

6. Scandalum in Eccleſiâ non debet eſſe impunitum.
7. Fallit hæc aſſertio, ſi juſtâ ex causâ uſus Cœnæ ſuſpendatur.
8. Cauſa beſtialis à dolo excuſat.
9. Quo caſu alterâ die Dominicâ locus datur Communioni absque ulteriori confesſione privatâ.
10. Movetur objectio.
11. Rurſus ea refellitur. n. 12.
13. Reſcriptum ac Decretum Conſiſtorii Supremi. n. 14.

1 MAlè omninò facit, qui omiſsâ confeſſione privatâ ſive auriculari ſacroſanctam Cœnam accedit, *ſuprà Defin. 275.* at peſſimè, qui cùm peccata ſua confeſſus eſt & abſolutio-
2 nem impetravit, † ſequenti die dominicâ, quâ ſancta adminiſtratur Cœna, à cœtu communicantium ſe ſeparat, vel prorſus emanet: quod ſine contemtu ſanctiſſimæ hujus menſæ & absque inſigni ſcandalo fie-
3 ri haut poteſt; † quid ergò mirum, ut pœnam propterea luat arbitrariam, nec rurſus ante cauſam cognitam ad ſacram Communionem admittatur. Quod ſi enim mul-
4 ctâ coercentur, † qui in uſu Cœnæ decorem non obſervant, ſed hoc ipſo tempore, quo ſacra tractant, vel levitati vel vitiis indulgent, uti manifeſtum reddit *Ordinat. Eccleſ. Elect. Saxon. in art. general. 8. §. pen.* Da aber iemand hierwider handeln würde/ſol er darum ernſtlich und unnach-
5 läßig geſtraft werden; † multò ſeveriori utiquè mulctâ judicabitur dignus, qui ſacroſanctam Euchariſtiam contemnit, à cœtu communicantium diſcedit, ſeque ipſum divino hoc convivio indignum reddit, aliis-
6 que ſcandalum longè maximum præbet, † quod nunquam in Eccleſiâ impunitum eſſe debet, pro quo evitando multa conceduntur, ut videre eſt apud Jacob. Menoch. *remed. 1. de recuper. poſſeſſ. n. 319. & ſeqq.* Dec. *conſil. 151. n. 6.* Brun. *conſil. 12. n. 189.* Aym. Cravett. *conſil. 264. n. 7. & conſ. 294. n. 8.*

Sed hoc non aliter intellectum velim,
7 † quàm ſi malitioſè & absque ullâ causâ quis diſceſſerit vel emanſerit; Cauſam enim ſi prætendere habeat, veluti quòd incendio exorto, vi hoſtili, timore juſto, aliavè ex causâ probabili præpeditus ad ſacram Cœnam die ſequenti accedere non poterit, tantum abeſt, mulctâ illum teneri, † ut cauſa etiam be- 8
ſtialis à dolo excuſare eum poſſit, ex vulgata juris regulâ, *l. igitur. 12. §. & generaliter. 3. ff. de liber. cauſ. l. inter omnes. 47. §. rectè dictum eſt. 7. ff. de furt.* Nicol. Reuſner. *lib. 3. deciſ. 12.* Guid. Pap. *conſil. 31. n. 24.* Nicol. Boër. *deciſ. 168. n. 11.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 60. n. 22.* Aym. Cravett. *conſ. 6. n. 89.* † Quin nec hoc caſu opus eſt, ut de- 9
nuò peccata ſua confiteatur, ſed absque ulteriori privatâ confeſſione, alterâ Dominica ſequente ad ſanctam communionem admitti debet. Quid enim opus eſſet novâ confesſione auriculari, cum jam ea præceſſerit. † 10
Niſi quis opponat, intra octiduum multoties confitentem denuò peccaſſe, ut novam abſolutionem impetrare neceſſum habeat; Sed † ſapit objectio hæc Papiſmum, quaſi ſin- 11
gula quæque peccata referri ac recitari deberent à confitente, cùm tamen ſufficiat ea in genere proponi, quæ æque ex abſolutione jam antea factâ veniam merentur. Et cum ſemper poſt habitam concionem ante uſum Cœnæ prævià confeſſione generali recitetur ac conferatur abſolutio, † non poteſt ex 12
peccatis noviter perpetratis communicaturo ſcrupulus moveri, præſertim cùm confeſſio privata ſeu auricularis ſit ritus ſaltem utilis in Eccleſiâ, non præcisè neceſſarius, nec mandatus, *ſupr. Defin. 275.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Firnenſi, die 4. Maji Anno 1632. (Verba Reſcripti:* Wir ſeynd glaubwürdig berichtet/daß am Sonntage *Jubilate* im Kirchſpiel zu Burckerswalda ein groſſes Aergerniß geſchehen/indeme George *S.* von *B.* den Tag zuvor gebeichtet/ ſich auch denſelben Sonntag in die Kirche eingeſtellet/ und das H. Abendmahl zu gebrauchen ihm vorgeſetzt/unter der Predigt aber aus der Kirchen gelauffen/nach *B.* gewandert/und gantz liederlich ohne einige dringende Noth die heilige *Communion* verſäumet habe. Wann dann dergleichen Aergerniß nicht alſo ungeſtraft hingehen kan; Als begehren an ſtatt Sr. Churfürſtl. Durchl. wir hiermit/ Ihr wollet George *S.* unſäumlich vor euch erforden/ ihme dieſe liederliche und muthwillige Verſäumniß des H. Abendmahls nach der Schärffe verweiſen / und die Verordnung thun/ daß er ohne unſere fernere *reſolution* zu GOttes Tiſche nicht gelaſſen werde/inmittelſt uns berichten/ ob zu *B.* die Kirchenbuſſe gebräuchlich/und wie es mit derſelben gehalten zu werden pflege/ꝛc.) 13

Et

Et † *die 27. Jan. Anno 1632* (*Verba Decreti*: Dieweil gedachter *N. N.* aus groſſem Er- 14
ſchrecknüß vor gehaltener *Communion* aus der Kirchen gangen/iſt er mit keiner ſonderlichen Straffe zu belegen/iſt auch nicht nöthig/ aufs neue ihn Beichte zu hören/ ſondern er wird neben andern *Communicant*en auf künfftigen Sonntag wiederum zugelaſſen; Jedoch wird ihme vom Pfarrer deßwegen eine Verweiſung gethan/ꝛc.)

Definit. CCLXXIIX.

A peregrinis, qui linguam Germanicam non callent, benè Confeſſio per interpretem proferri, & abſolutio obtineri poteſt.

SUMMARIA.

1. *Triplex datur confeſſio:* Prima, *quæ fit DEO.*
2. Altera *fit proximo, quem offendimus.*
3. Tertia *fit miniſtro Eccleſiæ.*
4. *Poſtremæ confeſſionis neceſſitas abſoluta non eſt.*
5. *In Eccleſia tamen retinenda, non omittenda.*
6. *Quid ſi peregrinus linguam Germanicam non calleat?*
7. *Per interpretem tum proponenda eſt confeſſio.*
8. *Fundamenta & rationes hujus deciſionis. n. 11. 15.*
9. *Muti etiam ac ſurdi ad communionem admiſſi.*
10. *Quomodo muti edant confeſſionem peccatorum ac fidei?*
12. *Sacerdos quandoque abſolvit moriturum, loqui non valentem. numer. 13. 14.*
16. *In caſu neceſſitatis omitti poteſt confeſſio auricularis.*
17. *Per interpretem facta confeſſio pro publica habetur.*
18. *Multis caſibus admittitur confeſſio publica.*
19. *Ex parte Confeſſionarii, confeſſio debet eſſe ſecreta.*
20. *Non etiam ex parte confitentis.*
21. *Reſcriptum Electorale.*

1 TRriplex datur confeſſio peccatorum: *Prima*, quæ fit ſoli DEO, vel in occulto cordium noſtrorum, *Pſ. 32. verſ. 5. Luc. 18. verſ. 13.* vel publicè in communi confeſſione Eccleſiæ, veluti ſancti ſua & totius Eccleſiæ peccata confite-
2 bantur, *Esdr. 9. & Dan. 9.* † *Altera* fit proximo, quem offendimus, de quâ *Jacob. 5. verſ. 16.* dicitur: Confitemini invicem peccata veſtra; nec enim ſine reconciliatione cum proximo fieri unquam poteſt reconciliatio cum DEO, & abſolutio impetrari,
3 *Matth. 5. verſ. 24. & cap. 18. verſ. 35.* † *Tertia* demum fit miniſtro Eccleſiæ, loco Dei conſtituto, quemadmodum Saul confitebatur peccata ſua Samueli Prophetæ, *1. Sam. 15. verſ. 24.* & David Nathani, *2. Sam. 12. verſ.*
4 *13.* † Poſtremæ hujus confeſſionis non equidem eſt neceſſitas abſoluta, quia latronem in cruce multosque, qui miniſtrum verbi habere non potuerunt, absque tali confeſſione beatè mortuos ſcimus ac credimus, nec ulIibi præcisè eſt confeſſio hæc præcepta, *ſupr.*
Definit. 275. & 276. attamen † in Eccleſiâ 5
eam haut abrogandam, ſed maximè retinendam judicat *Auguſtana Confeſſio art. 11.* quare à nemine negligenda vel omittenda, *dict. Defin. 275.*

† Quid autem ſi homo peregrinæ natio- 6
nis, qui nec Germanicam, nec latinam linguam callet, uſum ſacræ Cœnæ petat, an ipſum propterea non audiendum dicemus, quód peccata ſua confiteri nequeat? Non
certè: † ſed per interpretem confeſſio pari- 7
ter facienda, & abſolutio ei conferenda eſt: veluti omnes ſentire ex Suar. *ſect. 4. n. 1.* refert Vincent. Filliucius Jeſuita *tom. 1. quæſt. moral. tract. 7. cap. 1. n. 15.* Non absque fun-
damentis: (1.) † Siquidem confeſſio non 8
requirit præcisè vocem propriam, nec habet eſſentialiter determinatum ſignum ſenſibile: ſed quâcunque ratione pœnitens declaret mentem ac conſcientiam ſuam, maximè quando aliter fieri non poteſt, ſatis eſt. Sufficit ideoque, ut peregrinus mentem ac voluntatem ſuam per interpretem decla-

 ret.

ret, cauſamque ſuam confeſſionario Sacerdoti aperiat, ab hoc ut abſolutionem impetrare, & ad uſum ſacræ Cœnæ admitti valeat.

9 (2.) Atque hinc etiam † mutos ac ſurdos ad ſanctam Communionem novimus admiſſos, veluti recitat exemplum Melanchthon de muta quadam fœmina, Gothæ ſacrâ Communione usâ: M. Sebaſtianus Boethius Superintendens Hallenſis de ſurdo & muto quodam equite in arce Webelingenſi admiſſo Anno 1564. & alio de muto ac ſurdo Joh. Gerhard. *tom.5.locor.comm.* §.*226.* quæ cumulat Frider. Balduin. *de caſib. conſcient.*
10 *lib.2. cap.12. caſ.12. pag.458.* † Nimirum licèt muti neque peccatorum, neque fidei ſuæ confeſſionem verbis edere poſſint, interrogati tamen de iis nutu, geſtu aut etiam ſcripto reſpondere queunt; quidni ergò uſum Cœnæ dominicæ petentes ad eam admitterentur? Si enim adſunt ſigna deſiderii, non arceatur quisquam ab altari, ut dixiſſe fertur B. Lutherus, cujus teſtimonium adducit
11 Balduin. *dict. caſ. 12.* Minus verò id † habebit dubium in peregrino, linguam uſitatam haut callente, qui longè facilius per interpretem deſiderium aperire, & peccatorum ac fidei confeſſionem declarare valet.

12 (3.) † Traditum porrò eſt in jure pontificio, ſi Sacerdos accedat ad abſolvendum pœnitentem morti proximum, is verò ullum peccati aut doloris ſignum præbere nequeat, quod tùm contentus eſſe debeat relatione aliorum, & abſolvere illum in præſentiâ, etiamſi confeſſionem in præſentiâ non audiverit, *can. qui recedunt. in verb. Subitò obmuteſcens pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis habet*, *cauſ. 26. quæſt.*
13 *6.* † Item *can. is qui. in verb. Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſin verſus fuerit, dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam: & ſi continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus Euchariſtia.* † Et *can. his qui. ibi: Quod ſi* 14
aliquâ ægritudine ita fuerint aggravati, ut quod paulò ante poſcebant, ſub præſentiâ Sacerdotis ſignificare non valeant, teſtimonia eis fidelium & circumſtantium prodeſſe debebunt, ut ſimul & pœnitentiæ & reconciliationis beneficium conſequantur, *eâdem cauſ. 26. quæſt. 6.* † Quod ſi ergò per alios con- 15
feſſio fidei declarari poteſt, cur non etiam per interpretem in caſu, quo aliter peregrinus confiteri nequit?

(4.) † Ac quis tamen neſcit, in caſu 16
neceſſitatis abſque omni etiam confeſſione privatâ vel auriculari admitti quem ad uſum ſacræ Cœnæ, *ſupr. Definit. 276.* Quid itaque opus, ut ſcrupulus ei moveatur, qui ne confeſſionem illam omitteret, ſaltem per intermediam perſonam proponere eam ſatagit. Nec eſt, quod nobis opponatur, † per 17
interpretem factam confeſſionem ſecretam & auricularem non eſſe, nec propriè dici poſſe? Etſi enim modus ſecretæ confeſſionis valdè eſt honeſtus & commodatus huic rei; nequaquam tamen eſt † de neceſſita- 18
te, ſed multis caſibus ſubſtitui poteſt publica confeſſio, veluti quando confitens in periculo mortis, naufragii, peſtis &c. eſt conſtitutus, ac pœnitens non poteſt niſi altâ voce confiteri, Vincent. Filliuc. *dict. cap. 1. num. 11.* & † licèt ex parte Sacerdotis confeſſio- 19
narii ſit de præcepto divino confeſſio ſecreta, tàm quantum ad obſervationem ſecreti juxta voluntatem pœnitentis, quàm quoad hoc, ut non poſſit cogere pœnitentem, quo aliter confiteatur, quam ſecretò: ex parte tamen pœnitentis † nullum eſt tale 20
præceptum, nec Chriſtus prohibuit confeſſionem publicam, ſi pœnitens publicè confiteri velit, Filliuc. *dict. loc. numer. 12.* Ex quibus ſatis manifeſtum eſt, interpretem forè admittendum, ſi pœnitens confeſſionem ipſius notitiæ committat, cujus intuitu pro publicâ habetur.

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wittebergenſi, die 11. Junii Anno 1628. (Ver- 21
ba Reſcripti: Uns iſt euer unterthänigſter Bericht / was der Superintendens zu Torgau wegen etlicher Böhmiſchen Perſonen vorhabender Beicht und *communion*, wie es darmit zu halten / an euch gelangen laſſen / gebührlich vorgetragen worden. Begehren hierauf gnädigſt / Ihr wollet die Verordnung thun / daß jederzeit / wann ſolche Böhmen beichten wollen / eine Chriſtliche Perſon zur Stelle ſey / welche ſo wol ihre Beichte / als desjenigen / der ſie Beichte höret / Unterricht und Zurede verdolmetſche / darauf die Geiſtliche den bußfertigen Böhmiſchen *Confitenten* die *abſolution* und *communion* widerfahren laſſen ſollen. Hieran geſchicht unſere gefällige Meynung / 2c.)

DE-

Definit. CCLXXIX.

Reſipiſcentibus ac pœnitentibus nunquam deneganda eſt ſacra Communio.

SUMMARIA.

1. *Quondam uſus Cœnæ ſacræ ad Paſcha erat adſtrictus.*
2. *Singulis verò diebus olim Chriſtiani communicabant.*
3. *Poſtea ſingulis diebus Dominicis; & quare?*
4. *Succeſſu verò temporis tribus ſaltem anni vicibus.*
5. *Arbitrio Chriſtianorum hoc permittendum. num. 6.*
7. *Pœnitentibus communio nunquam eſt deneganda.*
8. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. num. 11.*
9. *Expreſsè id ſancitum in Ordinatione Eccleſiaſtica. n. 10.*
12. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 13.*
14. *Ejusdem Sententia.*

1 TEnax nimium fuit Pontifex Innocentius III. uſum ſacræ Cœnæ ad Paſcha adſtringens, *can. utriusque ſexus. diſt. 2. de conſecrat.* ita ut ſemel duntaxat hôc divino convivio per annum frui liceret; ſecus ac tempore patrum, cum
2 perſecutiones increbreſcerent, † ſingulis diebus Chriſtiani communicabant, teſte Ambroſio. *lib. 5. de ſacram. cap. 4.* poſteà ſingulis diebus Dominicis, quod ut fiat, ſuadet Auguſtinus *lib. 5. de eccleſ. dogmat. cap. 53.*
3 forſan † ne uſus Euchariſtiæ quotidianus in abuſum & ſuperſtitionem degeneraret, quo in luto videtur hæſiſſe Ludovicus Pius Rex Galliæ, qui adeò devotum ſe præſtitit, ut quadraginta dies ante obitum ſuum nullo alio cibo, quàm ſanctæ Cœnæ veſci voluerit, Joach. Ernſt. Dux Holſat. apud Frider. Achil.
4 *in Orat. pro Galliâ.* Succeſſu verò temporis † tribus anni vicibus, nimirum in tribus præcipuis feſtis ſacram ſumebant Euchariſtiam; quod ut à ſingulis Chriſtianis fieret, Fabianus Papa præcepit, & Concilium Agathenſe
5 confirmavit, *can. 18.* Sed cùm Chriſtus † hac de re in verbis inſtitutionis nihil præceperit, certi haut ſunt Chriſtianis præſcribendi termini, modò frequentes ad hanc ſacram menſam accedant, juxta monitum Chriſti: *Hoc facite, quotiescunque biberitis, in mei commemorationem, 1. Cor. 11. v. 24.* quo ipſo ſatis innuit, ſæpiùs Euchariſtiam eſſe ſumendam.

6 Quotiescunque † igitur Chriſtiani deſiderium hujus ſacri epuli ſentiunt, ſeque dignè præparatos & probatos ſciunt, ſive ſingulis menſibus, ſive ſingulis anni quadrantibus id fiat, læti accedant ad communionem,
† quàm miniſtri Eccleſiæ nunquam petentibus denegare debent, ſi ſcilicet ſint pœnitentes & reſipiſcentes; (1.) Quia ad bonam eccleſiæ gubernationem pertinet, † ut bona communia diſpenſentur à miniſtro communi, non ſecundùm privatam ſcientiam, ſed publicam, alioquin ſequerentur multa ſcandala, perturbatio & injuria. Poſſent namque miniſtri infamare, quos vellent, & fingere peccata; ac fideles ſemper formidarent, ne à miniſtris infamarentur, Vincent. Filliuc. *tom. 1. quæſt. moral. tract. 4. c. 9. n. 280.* (2.) † Idque verbis expreſſis ſancitum *in Ordin. eccleſiaſt. Elect. Saxon. art. general. 8. §. Item* ſo offt etliche Perſonen der *Communion* begehren / ſollen dieſelbe nicht aufgehalten / ſondern nach Chriſti Befehl ihnen gegeben / und die *Communion*, wie ſie durch des HErrn Chriſti Befehl verordnet iſt / gehalten werden. † Et *art. 10. in pr. verſ.* Dann von der heiligen Tauffe und heiligem Abendmahl / wie auch von der heiligen *Abſolution* niemand abzuhalten. *It. §.* Wann aber die Obrigkeit. *verſ.* Dann der Kirchen-Diener Gewalt ſich weiter nicht erſtrecket / dann wie ſie Befehlich haben / den Unbußfertigē ihre Sünden zu behalten / alſo ſeyn ſie auch hinwiederum ſchuldig / einen ieden bußfertigen Sünder / ſo ſeine Sünden erkennet / auf ſein Bekäntniß zu *abſolviren.* (3.) † Neque aliter miniſtri Eccleſiæ de reſipiſcentiâ & pœnitentiâ communicaturorum judicare valent, quàm ex ſignis confitentium externis, peccatorum confeſſione & promiſſâ vitæ emendatione, in quibus probatio ſui-ipſius, de quâ Paulus *1. Cor. 11. v. 27.* conſiſtit. Quâ ex causâ igitur abſolutionem & communio-

Margin numbers of the right column, beside the lines where these passages begin: 7 (quàm miniſtri Eccleſiæ), 8 (ut bona communia), 9 (Idque verbis expreſſis), 10 (Et art. 10.), 11 (Neque aliter).

munionem tali pœnitenti ac reſipiſcenti denegarent? niſi vel nudis præſumtionibus ac ſuſpicionibus confidere præſumant, vel in intima cordis penetrare auſint, quorum tamen neutrum ipſis convenit.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi, die 25. Septembr. An. 1633. (Verba Reſcripti:* Welcher geſtalt an uns Maria G. eines Soldaten Eheweib zum *T.* 12
über den Pfarr daſelbſt wegen verweigerter Beichte/*abſolution* und *communion* ſich beſchweret und gebeten/das habt ihr hierbey zu befinden; An ſtatt Ihrer Churfl. Durchl. unſers gnädigſten Herrns hierauf begehrende/Ihr wollet ſolches dem Beklagten vorhalten/ihme nicht allein dieſen / ſondern auch dergleichen und ſonſten bishero begangenen Unfug mit Ernſt verweiſen/und dafern ſich Klägerin für eine bußfertige Sünderin erkennet/ihme bey Verluſt ſeines Dienſtes ſie zu *admitt*iren auferlegen/mit dieſer ausdrücklichen Verwarnung/daß er ſich hinfüro für dergleichen hüten und vorſehen/und zu angedräueter Strafe nicht Urſach geben ſol/ ꝛc.)

It. † *Superintendenti Leiſnicenſi, die 22. Junii An. 1614. (Verba Reſcripti:* Was maſſen 13
an uns Hans Chriſtoph von Z. zum *B.* über den Pfarrer zum *A.* Matthiam *S* ſich beſchweret/und dahero/damit er bey euch oder dem Pfarrer zu *H.* des Beichtehörens und *communion* ſich erholen moge/bittet/ ſolches habt ihr inliegende zu befinden. Begehren derohalben an ſtatt unſers gnadigſten Herrns/ Ihr wollet bey ſo geſtalten Sachen *Supplican*ten auf ſein Anſuchen die *abſolution* und *communion* gebetener maſſen widerfahren laſſen/ dem Pfarrer aber zum *A.* ſeinen Unfug nach der Schärffe verweiſen/und bey Verluſt ſeines Dienſtes ihme auferlegen/ daß er forthin ſich dergleichen gäntzlich enthalten ſol/ ꝛc.)

Et † *ad requiſitionem* George *M.* zu *G. die 21. Jan. An. 16*9*. (Verba Sentent:* Daß euer 14
vorgeſetzter Pfarrer und Seelſorger euch/unerkanntes Rechtens und ohne Vorbewuſt der geiſtlichen Obrigkeit auf euer Anſuchen/wahre Reu und Buſſe / die *abſolution* und *communion* zu verweigern nicht befugt/ſondern euch zuzulaſſen/oder ſeiner Verweigerung beſtändige Urſache anzuzeigen und anhero zu berichten ſchuldig/ darauf und wann ihr mit euer Nothdurfft darüber vernommen/ ferner zu beſchehen was Recht iſt/ V. R. W.)

Definit. CCLXXX.

Impœnitentes verò & cum proximo non reconciliati ad uſum ſacræ Cœnæ nequaquam ſunt admittendi.

SUMMARIA.

1. *Impœnitentes ad communionem non admittantur.*
2. *Quibus ex cauſis & fundamentis?*
3. *Dignè non accipit Sacramentum, qui ſeipſum haut probat.*
4. *Impœnitentes ſeipſos non dijudicant.*
5. *Adducitur pro confirmatione Ordinatio Eccleſiaſtica.*
6. *Sanctum dari non debet canibus.*
7. *Tilemanni Heshuſii ſententia.*
8. *Immundi ab eſu agni paſchalis arcebantur.*
9. *Cum proximo haut reconciliati non admitti debent ad communionem.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Alia verò eſt ratio & conditio eorum,
qui verè ſunt impœnitentes, nullum
pœnitentiæ alicujus ſignum edentes,
nec admoniti à vitiis abſtinentes, ſed ex pro-
poſito in iis perſeverantes: quos neutiquam
ad ſanctam Euchariſtiam admittere licet, nec
2 abſolutio iis dicenda. (1.) † Exigit enim offi-
cium miniſtrorum Eccleſiæ, indignos ab
hoc epulo divino excludere ob ſummum pe-
riculum, quod illis imminet; nam qui edit &
bibit indignè, damnationem ſibi ipſi edit &
bibit. *1. Cor. 11. v. 29.* At dignè † non accipit 3
Sacramentum, qui ſeipſum non probat, *dict. cap. 11, v. 27.* hoc eſt, qui ſeipſum peccatorem

non

non agnoſcit, nec de peccatis ex animo dolet & reſipiſcere ſibi proponit, *Pſalm. 51. v. 19 Eſa. 58. v. 13. Pſalm. 147. v. 3.* Meliùs itaque faciet Sacerdos talem repellens, quam absque pœnitentia ad communionem admittens.

4 (2.) † Præſertim quia impœnitentes ejusmodi ſeipſos non dijudicant, quod tamen ad dignam præparationem maximoperè requiritur, *1. Cor. 11. v. 31.* Qui enim vult dignus haberi conviva ſacratiſſimi hujus epuli, debet facta jam diligentiſſima ſui exploratione ſeipſum dijudicare, id eſt, ex animo fateri, reum eſſe ſe judicii divini ac mortis æternæ, imitatus ſervum illum; cujus meminit Dei Spiritus *Matth. 18. v. 23. & ſeqq.* Quomodo verò hoc faciet is, qui ex propoſito in vitio aliquo perſeverat, nec pro peccato id agnoſcit?

5 (3.) † Eoque tendunt verba *Ordinat. Ecclеſ. Elect. Saxon in art. gener. 10. in fin. pr. ibi:* Dann von der heiligen Tauffe und heiligem Abendmahl/ wie auch von der heiligen *Abſolution* niemand abzuhalten / noch vielweniger öffentlich in Bann gethan werden ſoll/ er ſey dann *impœnitens*, das iſt/ er erzeige ſich dann alſo/ daß er alle Vermahnung verachte/ und gäntzlich keine Beſſerung bey ihme zu hoffen. Et *art. gener. 7. §.* Es ſollen aber die *Paſtores &c. verſ.* Die aber in ihren Sünden unbußfertig beharren/ und ſich nicht beſſern wollen/ſollen zur *communion* nicht zugelaſſen werden/ ꝛc.

6 (4.) † Fideli porrò diſpenſatori incumbit non dare ſanctum canibus, nec communicare peccato alterius, quod tunc maximè obligat, quando Sacerdos commodè poteſt id negare, licèt peccator petat. Quòd ſi enim non petat, nunquam licet illum invitare, ſi in eo permanet ſtatu, Vincent. Filliuc. *tom. 1. quæſt. moral. tract. 4. cap. 9. n. 274.* † Verè hinc dicit Tilemann. Heshuſius: *Matth. 7.* 7
ſpricht Chriſtus: Ihr ſollt das Heiligthum nicht den Hunden geben/ und eure Perlen nicht vor die Säue werffen/ auf daß ſie dieſelbige nicht zertreten/ und ſich wenden und euch zerreiſſen. Die Hochwürdige Sacramenta/ die Tauffe / das heilige Abendmahl und die heilige *Abſolution*, ſeynd ſie nicht das Heiligthum und die edelſten Perlen der Chriſten? Iſts nicht unſer einiger Troſt und Schatz auf Erden/ das hochwürdige und heilige Predigamt? ohne welchen wir Chriſten ſo nackend auf Erden ſeyn/ und bloß von allem Troſt/ als Adam im Paradieß mag geweſen ſeyn. *In conſilio*, daß Prediger und Seelſorger nicht alleine Macht haben/ ſondern auch ſchuldig ſeyn/ den halsſtarrigen Sündern das Nachtmahl des HErrn zu verweigern. apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. conſil. eccleſiaſt. part. 2. lib. 3. ſect. 9. n. 3.*

(5.) † Cumque immundi ab eſu Agni paſchalis arcebantur, *Num. 9. verſ. 6.* quantò magis illi, qui immundicie peccatorum ſine verà pœnitentia pertinaciter hærent, à communione ſacræ Cœnæ erunt arcendi? Quò in ſpecie pertinent illi, qui cum proximo, † quem offenderunt, nondum reconciliati ſunt, ſed ferventes iræ atque odii flammas in corde circumgeſtant, quibus inculcandum illud Chriſti *Matth. 5. verſ. 25.* Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid adverſus te, relinque ibi munus tuum ad altare & vade, prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum. Priusquam ergò confitentes hoc non fecerint, nec abſolvendi, nec ad Communionem ſunt admittendi. 8 9

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Pirnenſi, die 22. April. Anno 1607. (Verba Reſcripti:* Wir haben euern Bericht in Sachen Jacob *T.* und ſein Eheweib daſelbſt/ſo wol den Pfarrer und Schulmeiſter zu *G.* belangende/verleſen hören. So viel nun *T.* und ſein Eheweib anlangen thut/ dieweil aus angeregten euerm Bericht zu vernehmen/daß das Weib allen Zorn und Rachgier fallen/und ſich mit ihrem Ehemann Chriſtlich ausſöhnen zu laſſen anerboten haben ſolle / der Mann aber auf fleißige Vermahnung und gethane Erinnerung ſich keines Weges zur Chriſtlichen Ausſöhnung und Vergleichung verſtehen und einlaſſen wollen/ ſondern benebenſt etlichen Drauworten wider ſein Eheweib auf ſeiner Halsſtarrigkeit beruhet; So wollet ihr das Weib auf ihr Anſuchen zur *Communion admittiren*/und den Mann nochmals mit allem Fleiß erinnern und unterſagen/daß er/bis ſo lange er ſich gegen gedachten ſeinem Weibe auch erkläret/immittelſt zum hochwürdigen Sacrament ſolcher geſtalt nicht zugelaſſen werden könne/ ꝛc.) 10

DEFINIT. CCLXXXI.

Homo facinoroſus, ut homicida, blaſphemus, adulter &c. quantumvis pœnitentiam agat, ad ſacram Cœnam tamen admitti non debet, antequam per deprecationem publicam cum Eccleſiâ fuerit reconciliatus.

SUMMARIA.

1. *Impœnitentes ad ſacram Cœnam non ſunt admittendi.*
2. *Multò minùs peccatores publici & homines facinoroſi.*
3. *Sententia de hac re D. Polycarpi Lyſeri.*
4. *Reſponſio Mentzeri ad exemplum Chriſti, Judam ad Cœnam ſacram admittentis.*
5. *Facinoroſus pœnitens non admittendus, antequam cum Eccleſia ſit reconciliatus.*
6. *Per deprecationem ſcilicet publicam; & quomodo hæc facienda?*
7. *Deprecationem hanc ipſemet facinoroſus pœnitentiam agens non detrectabit.*
8. *Fundamenta, quibus nititur deprecatio publica. n. 10.*
9. *Facinoroſus totam offendit Eccleſiam.*
11. *Adducitur argumentum ex lege Moſaicâ.*
12. *Scandalum Eccleſiæ datum, deprecatione publicâ eſt tollendum.*
13. *Quod ſtrictè obſervavit priſca Patrum Eccleſia.*
14. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 15.*
16. *Ejuſdem Sententia.*

1 DIximus *Definit. præced.* impœniten-
tes quamdiu non reſipiſcunt, nequa-
quam fore admittendos ad uſum ſa-
cræ Cœnæ; ex quo facilè colligere
licet, nec publicos peccatores ac homines fa-
cinoroſos, puta blaſphemos, homicidas, fu-
2 res, adulteros, † priusquam pœnitentiam
agant, divino hoc epulo dignos judicari,
idque tantò minùs, quantò majus ſcanda-
lum ab ipſis datur Eccleſiæ, Caſp. Eraſm.
Brochmand. *in art. de diſciplina eccleſiaſt.
cap. 4. ſect. ult.* Vincent. Filliuc. *tom. 1.
quæſt. moral. tract. 4. cap. 9. num. 275.* Fri-
der. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 2. cap.
3 12. caſ. 3.* † & notabiliter de hoc ſcripſit D.
Polycarpus Lyſerus: Was öffentliche un-
bußfertige Sünder anlange: / welche in
ihren Sünden beharren/und kein Zeichen
wahrer Reue von ſich geben/ die ſind ent-
weder durch die Kirche in den Bann ge-
than: Und alsdann kan ein Prediger
ihnen das heilige Nachtmahl nicht rei-
chen/ es ſey dann/daß ſie öffentlich mit der
Kirchen ſeynd ausgeſöhnet worden. Da
auch ein Prediger *extra caſum mortis, & ſi
ſeriò reſipuerit*, einem ſolchen *excommuni-
cir*ten wiſſentlich das heilige Nachtmahl
reichen wolte/ hat die gottſelige *antiquit*ät
gantz eyferig geſchloſſen/ *quòd ſit deponen-
dus*; Man ſol einen ſolchen Prediger des
Dienſtes entſetzen. Aber wann die Kirche
fahrläßig iſt *in diſciplinâ Eccleſiaſticâ*, muß
doch ein Prediger ſein Gewiſſen in acht
nehmen/uñ mag ihnen das heilige Nacht-
mahl nicht reichen/wie aus den *ſcriptis no-
ſtratium* zu erſehen/rc. Im Bedencken: Ob
ein Prediger wiſſentlich einem Unwür-
digen das heilige Nachtmahl reichen mö-
ge? apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. conſil.
theolog. part. 2. lib. 3. ſect. 9. num. 9. pag. 352.*
† Neque exemplum Chriſli, Judam prodi- 4
torem ad ſacram Cœnam admittentis quic-
quam patrocinari poteſl; ad id enim hiſce
verbis reſpondet Balthaſar. Mentzer. Und
kan ſich der Pfarrer auf *Judæ* Exempel
nicht ziehen/welchen Chriſtus zum öfftern
mal gewarnet/ er aber in Unbußfertigkeit
verharret. Daß nun Chriſtus ihn zuge-
laſſen/iſt geſchehen/dieweil Judas auf vor-
gegangene Erinnerung ſeine Sünde nicht
erkennen wolte. Chriſtus handelte da-
ſelbſt aber nicht nach ſeiner Göttlichen All-
wiſſenheit und Krafft/ſondern nach ſeinem
damaligen Stande/und wie es die gegen-
wärtige Gelegenheit erforderte/rc. *In re-
ſponſione ad quæſtionem:* Ob ein Predi-
ger wiſſentlich einem Gottloſen *commu-
nici*ren/ und ſich mit dem Exempel/ daß
Chri-

Chriſtus Judam *communiciret* hat/ entſchuldigen möge? apud Dedekenn. *dict. ſect. 9. num. 5. fol. 351.*

5 Cæterum † licèt facinoroſus reſipiſcat & pœnitentiam agat, haut tamen ad ſacram menſam admitti debet, priusquam per deprecationem publicam cum Eccleſia fuerit
6 reconciliatus, ita ſcilicet, † ut nomine ſuppreſſo per miniſtrum Eccleſiæ indicet ſerium animi ſui dolorem ob admiſſum publicum & ſcandaloſum facinus, veniam petat & interceſſionem apud Deum, ac vitæ ſuæ emendationem promittat, Balduin. *dict. caſ.*
7 *3. in fin.* † Quam deprecationem ipſemet facinoroſus, ſi micam adhuc conſcientiæ habeat, non detrectabit, nec quos delicto ſuo publicè offendit, cum iis etiam publicè in gratiam redire verebitur, ſi non de vera pœnitentia, ſine qua ſumtio Cœnæ ſalutaris eſſe
8 nequit, ſemper dubitare velit. † Quod ſi tamen id omiſerit, ad hoc adigi debet, nec admitti ad ſacram Euchariſtiam, donec uſque
9 facta fuerit deprecatio publica. (1.) † Ex quo enim maleficus non ſaltem privatos aliquos, ſed & totam Eccleſiam ſuo facinore & ſcandalo læſit; hoc ipſo occultè & à Deo in conſcientia ſua eſt excommunicatus, & à veris Eccleſiæ membris reſciſſus, licèt aperta ejus excommunicatio ab Eccleſia facta haut ſit, juxta illud Apoſtoli: Si is, qui frater nominatus inter vos, eſt fornicator aut avarus, aut idolis ſerviens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum hujusmodi ne quidem cibum ſumite, *1. ad Corinth. 5. v. 11.* † Quò 10
ergò à vinculis hiſce excommunicationis liberetur, cum Eccleſia in gratiam redeundum erit, quam offendit, priusquam ad ſacram Cœnam accedat, *Ordinat. eccleſiaſt. Elector. Saxon. art. general. 11.* §. Da nun die *excommunicirte* Perſon. *junct.* §. Darauf ſol der Pfarrer/ ꝛc. (2.) † Eoque pertinet, 11
quod Dominus in lege ſanxit: Si quis cum muliere ſerva concubuerit, eum quidem flagris cædendum juſſu Magiſtratûs, ſed poſtea pro delicto ſuo offerre tenebatur ad oſtium tabernaculi teſtimonii arietem in ſacrificium pro delicto, orabitque pro eo ſacerdos, (*inquit*) & pro peccato ejus coram Domino, & propitiabitur ei Dominus, ac dimittet peccatum. Atque ea erat deprecatio publica coram Deo & Eccleſia, *Levit. 19. verſ. 20. & ſeqq.* (3.) † Et ſanè ſcandalum toti Eccle- 12
ſiæ datum parvi æſtimandum haut eſt, ſiquidem Chriſtus etiam unum ex minimis offendenti melius eſſe judicat, ſi in mari ſubmergeretur, *Matth. 18.* Quare meritò publica deprecatione expiandum erit. Id † 13
quod in priſca Eccleſia Patrum ſtrictè obſervatum legimus, adeò ut Ambroſius Imperatorem Theodoſium ob cædem Theſſalonicenſem ne quidem in templum ire permiſerit, niſi publica præcedente pœnitentia, Balduin. *dict. caſ. 3. p. 437.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Miſnenſi & Nobilibus ab Ende in Manzig, die* 14
6. Maji, Anno 1614. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern derer von Ende/ wegen Blaſien *D.* ſo ſeinen Bruder Peter *D.* mit einem Steinwurff dermaſſen beſchädiget/ daß er davon geſtorben/ eingeſchickten Bericht/ ſamt den *original-act*en/ welche wir euch hierbey verwahret wiederum zurücke ſenden/ verleſen hören. Wann er dann bey ſo geſtallten Sachen für kein Pfarr-Kind zu achten; Als iſt hierauf ꝛc. unſer Begehren/ Ihr der Superintendens wollet den Pfarrer zu Tautenheim dahin beſcheiden/ daß er gedachten Blaſium *D.* ohne vorhergehende *deprecation* zur *communion* nicht zulaſſen ſolle/ ꝛc.)

It. † *Superintendenti Annæbergenſi, die 11. Febr. Anno 1625.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben eu- 15
ern eingeſchickten Bericht wegen George *K.* verübten Gotteslästerung verleſen hören. Begehren hierauf/ ꝛc. Ihr wollet ihn vor euch erfordern und beſcheiden/ daß er wegen ſeiner verübten Gotteslästerung und zuerkannten Strafe des Prangers ohne vorhergehende öffentliche *deprecation* von der Cantzel zur Beicht und *communion* nicht zugelaſſen werden ſol/ und derowegen bey euern *Colleg*en diſſfals gebührliche Anordnung thun/ ꝛc.)

Et † *ad conſultationem* Petri *A.* zu *S. die 23. Octobr. An. 1616.* (*Verba Sententiæ:* Seyd ihr 16
wegen begangenen Ehebruchs/ darzu ihr euch bekennet/ aus gewiſſen dabey einlauffenden Umſtänden mit der ordentlichen Todes-Strafe nicht beleget/ ſondern nur willkührlichen beſtrafet worden/ und nachdeme ihr euch bey dem Pfarrherrn des Orts angegeben/ eure Sünde zu beichten/ die heilige *abſolution* zu holen/ und das hochwürdige Abendmahl des HErrn zu gebrauchen/ wil euch der Pfarrer/ ehe und zuvor ihr öffentlich *depreciret*/ nicht zulaſſen. Ob ihr nun wol die

von der weltlichen Obrigkeit euch dißfalls auferlegte Strafe ausgeſtanden. Dieweil aber gleichwol durch eure Begünſtigung die gantze Gemeinde hoch geärgert worden/ mit welcher ihr deßwegen / wann eure Buſſe recht und wahrhafftig ſeyn ſol/nicht unbillich zu verſöhnen; So werdet ihr dannenhero vor der Beichte und Gebrauch des heiligen Abendmahls zu oberwehnter *deprecation* billich angehalten/ V. R. W.)

DEFINIT. CCLXXXII.

Facta licèt homicidæ aliivè facinoroſo remisſione pœnæ à Magiſtratu, ad ſacram tamen Communionem ante publicam deprecationem admitti is haut debet.

SUMMARIA.

1. *Movetur objectio, annon fruſtra diſputetur de facinoroſi deprecatione publica?*
2. *Quæ rurſus diluitur.*
3. *Ob circumſtantias concurrentes non ſemper deveniri poteſt ad pœnam criminis ordinariam.*
4. *Facta licet remisſione pœnæ, deprecatio tamen publica adhuc obtinet.*
5. *Rationes & fundamenta bujus aſſertionis. n. 9.*
6. *Pœna una alteram non conſumit.*
7. *Venia & indulgentia Principis tertio non præjudicat.*
8. *Laudantur propterea Duces Saxon. à Dan. Mollero.*
10. *Adducitur pro confirmatione bujus aſſertionis Ordinatio Eccleſiaſtica.*
11. *Deprecatio publica pertinet ad Miniſterium verbi.*
12. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi, num. 13, 14.*

1 Fruſtra diſputari dixeris, num peccatori notorio & delinquenti facinoroſo ante publicam deprecationem ſit concedendus ſacræ Cœnæ uſus, poſtquam delicti ſui pœnam luentes vel è medio tolluntur, vel ſaltem relegantur; & durare ulterius ſcandalum non poſſit; quid ergò opus
2 reconciliatione? Sed † quam negligens ſit quandoque Magiſtratus & nimium benignus in pœnis remittendis, proh dolor, notiſſimum eſt, quò ſanè caſu quæſtio hæc effectu ſuo neutiquam deſtituitur: Et quid ſi crimen taliter qualificatum eſſet, ut ad mor-
3 tis & relegationis pœnam † deveniri haut queat, indicta vel carceris pœna, vel mulcta pecuniaria; quod multoties fieri videmus, & ex criminaliſtis didicimus.

Non ergò tum fruſtrà de neceſſitate de-
4 precationis publicæ diſputamus, quam † & maximè neceſſariam judicamus, quantumvis Princeps aut Magiſtratus homicidæ aut alii facinoroſo homini ex cauſa quadam fecerit gratiam, eique pœnam
5 remiſerit. (1.) † Benè enim ab invicem diſtingui oportet crimen publicum & ſcandalum Eccleſiæ datum; Illud pertinet ad forum ſoli & intereſſe Magiſtratûs: Hoc autem ad forum poli. Remiſſio ergò iſtius facinoroſum non juſtificat in foro poli, nec remiſſa criminis pœna ſcandalum hoc ipſo remiſſum & ſublatum cenſetur,
† perinde ut nec pœna una alteram conſu- 6
mit, *l. 27. & l. 48 ff. ad leg. Aquil. l. Neratius. 11. §. 2. ff. de ſerv. corrupt. l. 1. §. hunc tamen. l. 2. §. 1. ff. de tutel. & rat. diſtr. l. nunquam. 60. ff. de obligat. & action. l. vulgaris. 21. in fin. pr. ff. de furt.* Quare ſi
Princeps ex gratia † pœnam delinquenti re- 7
mittat; indulgentia hæc ad præjudicium offenſi tanquam tertii haut trahi debet, per *l. 2. §. meritò. 10. & §. ſi quis. 16. ff. ne quid in loco publ.* cujus jura manere debent illæſæ, aliòquin ſi ei auferet jura ſua, peccaret contra naturalem æquitatem, Virgil. Pingitz. *quæſt.*
4. num. 8. † Veluti hinc Dan. Moller. 8
laudat Saxonum Duces, quod ante annos aliquot in remiſſionibus criminum noluerint ullum læſo adferre præjudicium, ſed jus ſuum expreſsè ei ſalvum retinuerint.
lib. 3. Semeſtr. 31. † Facilè colligere hinc 9
eſt, quod nec remiſſio pœnæ criminis gratioſa tollat notam ſcandali, quod per deprecationem publicam etiamnum purga-

10 purgari debet. (2.) † Factum hinc procul dubio, quod *in Ordinat. eccleſiaſt. Elect. Sax.* iis facinoroſis, quibus Magiſtratus pœnas ſeveriores remiſit, injungatur, ut ad avertendum ſcandalum aliquot diebus dominicis ante fores templi ſiſtantur, baculos albos in manibus geſtantes, ut ſignum hoc ſit pœnitentiæ publicæ, *in art. gener. 10.* §. Wann aber die Obrigkeit einen Ubelthäter/ꝛc. (3.)
11 † Cumque deprecatio publica facinoroſo propterea injungatur, ut cum Eccleſia reconcilietur, veramque pœnitentiam agat, quod abſque reconciliatione fieri haut poteſt, utique res hæc ad miniſterium verbi pertinet; quod & dicitur miniſterium reconciliationis: At Magiſtratus miniſterium verbi ipſemet exercere non præſumitur, quin nec hoc facere ipſi fas eſt. Non immeritò ergò Eccleſiæ id relictum erit, ut maximè gratiam pœnæ fecerit Magiſtratus facinoroſis.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annæbergenſi, die 23. Octobr. An. 1607. (Verba* 12
Reſcripti: Wir haben euer Schreiben / Balthaſar *H.* belangende / verleſen hören. Dieweil wir dann nicht allein aus angeregtem euern Schreiben / ſondern auch in Churfürſtlicher Cantzeley allhier befunden / daß höchſt-ermeldter unſer gnädigſter Herr gedachten *H.* wegen der an Hans Cantzlern begangenen Entleibung die rechtliche *Pœn* und ihme zuerkannte Strafe erlaſſen / und daß er ohne allen Entgeld in dieſen Landen wiederum ſicher ſeyn / und ſein Gewerb und Handthierung wiederum treiben möge / gnädigſt zu frieden ſeyn. So iſt anſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren an euch / wann mehr-erwähnter *H.* ſich bey euch angeben / als ein armer Sünder erkennen / und die *Abſolution* und *Communion* begehren wird / ihr wollet ihn *admitti*ren und zulaſſen / iedoch nach gehaltener Predigt dem Volcke von der Cantzel ſolches anmelden / weil er mit dieſem ſeinen Falle die Chriſtliche Kirche und Gemeine geärgert / daß man es ihme von Hertzen verzeihen und vergeben / ihme auch dieſen Fall zur Schmach und Unguten nicht aufrücken und vorwerffen / ſondern GOtt von Hertzen bitten ſolle / daß er einen ieglichen für dergleichen Unheil gnädiglich behüten wolle / und ihme alsdann die *Communion* widerfahren laſſen / ꝛc.)

It. † *Diacono Freybergenſi, die 8. Novembr. Anno 1609. (Verba Reſcripti:* Anreichende Andreas *F.* zu *B.* iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren / Ihr wollet den Pfarrer zu Oedern Krafft dieſes auferlegen / wann ihme gedachter *F.* daß er wegen ſeines begangenen Todtſchlags mit der weltlichen Obrigkeit ausgeſöhnet / gnugſam Schein vorlegen wird / daß er alsdenn die *Abſolution* und *Communion* demſelben widerfahren laſſe / auch von der Cantzel eine gewöhnliche Vermahnung thue / weil es nicht vorſetzlich / ſondern bey nächtlicher Weile über einem Diebſtahl geſchehen ſeyn ſol / daß ſich dieſes Unfalls halber niemand ärgern möge / ꝛc.) 13

Et † *Superintendenti Oſſitienſi, die 5. Februarii An. 1636. (Verba Reſcripti:* Wir haben euern eingeſchickten Bericht / die von Peter *B.* von *K.* bey dem Pfarrer zu *S.* geſuchte *Communion* betreffende / verleſen hören. Wofern er nun die Landesſicherung erlanget / und ſonſten keine andere Hinderniß vorhanden; So iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren / ihr wollet die Verordnung thun / damit er auf vorhergehende Kirchenbuſſe / da ſie des Orts bräuchlich / zur *Communion* zugelaſſen werde / ꝛc.) 14

Definit. CCLXXXIII.

In caſu tamen neceſſitatis mortisque ſubitò inſtantis, facinoroſi pœnitentes etiam abſque publica deprecatione ad uſum ſacræ Cœnæ admittuntur.

S U M M A R I A.

1. *Quandoque facinoroſi ante deprecationem publicam ad ſacram Cœnam admittuntur.*
2. *Si ſcilicet ægrotent, periculumque mortis immineat.*

3. Ad-

3. Adducitur pro fundamento Ordinatio Eccleſiaſtica Electoris Saxoniæ.
4. Admittuntur ad communionem excommunicati in caſu neceſſitatis.
5. Multò magis facinoroſi ante publicam deprecationem.
6. Errata fratri ſunt condonanda.
7. Neceſſitas legem non habet.
8. Recedere licet à regulis juris communis, quando periculum eſt in mora.
9. In caſu neceſſitatis laicus poteſt audire confeſſionem & abſolvere.
10. Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 11.

1 Fieri tamen poteſt, ut omiſſa etiam deprecatione publica homines facinoroſi ad ſacram communionem admittantur; Quid enim ſi ægrotarent, & periculum mortis inſtaret, usque adeò ut nil moræ indulgendum nec viatici cœleſtis adminiſtra-
2 tio differenda eſſet? † Non certè tum medio hoc ſalutari facinoroſi ægrotantes privari, ſed haut expectata deprecatione publica veram pœnitentiam agentes ad ſacram com-
3 munionem admitti debent. Quod vel † (1.) ex ſolâ *Ordinatione eccleſiaſt. Electorali Saxonica* expeditum redditur, quæ excommunicatos etiam pœnitentes in caſu neceſſitatis ante receptionem in Eccleſiam ad uſum ſacræ Cœnæ admittit, veluti apparet *ex Art. generali 11. §.* Da aber die *excommunicirte* Perſon keine Beſſerung erzeiget/ und alſo in tödtliche Kranckheit fiele / ſol der Pfarrer abermals allen Fleiß anwenden/ daß ſie ihre Sünde erkenne/ und derſelben von wegen JEſu Chriſti ledig geſprochen zu werden begehre / auch Beſſerung ihres Lebens verſpreche: Da nun durch GOttes Gnade ſolches erlanget / ſol der Pfarrer ſie *abſolvi*ren / und auf ihr Begehr mit dem Heil. Abendmahl Chriſti tröſten und
4 verſehen. (2.) † Rectè omnino: quod ſi enim contingat, excommunicatum nondum Eccleſiæ reconciliatum, morbo lethali oppreſſum ſacrum petere viaticum, præmiſſis ſerii doloris ac veræ pœnitentiæ ſignis atque indiciis, precibusque de receptione in Eccleſiam accedentibus, æquum eſt, † ut ante rece- 5
ptionem etiam & deprecationem publicam, quam hoc caſu periculum mortis non admittit, reficiatur epulo Cœnæ dominicæ; verendum enim alioqui, † ne peccetur contra ad- 6
monitionem Chriſti de erratis fratri condonandis, *Matth. 18. verſ. 20. & ſeq.* vel lenitatem divinam, quam nobis exhibet *Luc. 15. v. 1. & 2. & cap. 4. v. 18. Matth. 9. v. 12.* (3.) † 7
Ne dicamus, quod neceſſitas legem non habeat, *cap. 2. §. ult. extr. de obſervat. jejun. cap. quanto. extr. de conſuetud. cap. licet. & ult. extr. de feriis. l. item quamvis. ff. comm. divid. l. aliquando. ff. de offic. proconſ.* † quod- 8
que recedere liceat à regulis juris communis, quotiescunque periculum eſt in morâ, *l. de pupillo. §. ſi quis rivos. ff. de nov. oper. nunciat. l. 1. ff. de damn. infect. l. ult. C. de feriis.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 192. n. 6.* ex quo etiam fit, † ut in caſu neceſſitatis laicus poſſit au- 9
dire confeſſionem & abſolvere, *can. ſanctum eſt. de conſecrat. diſt. 4.* Felin. *in c. intimavit. n. 6. extr. de teſt.* Jaſ. *in l. 1. ff. de offic. ejus cui mandata eſt jurisdict. n. 75.* Quidni ergò miniſter Eccleſiæ excommunicatum ante receptionem in Eccleſiam & deprecationem publicam, ſi pœnitentiam agat?

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Miſnenſi & Nobilibus ab Ende in Mantzig, die 13. April. A. 1614.* (*Verba Reſcripti:* Auf inliegenden euern des Superintendenten wegen Blaſien *D.* ſo ſeinen Bruder Peter *D.* zu *W.* mit einem Steinwurff dermaſſen beſchädiget / daß er davon Todes verfahren / anhero gethanen Bericht/ begehren an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. wir hiermit / Ihr die von Ende wollet nebenſt dem Inſchluß euern Bericht / und die zu dieſer Sachen gehörige *Original-Act*en förderlichſt anhero ins Ober-*Conſiſtorium* zu fernerer Verordnung überſenden / und ihr der Superintendens hierzwiſchen mit der *communion*, auſſerhalb des Nothfalls inne halten laſſen/ ꝛc.) 10

Et † *iisdem die 6. Maji. A. 1614.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern derer von Ende wegen 11
Blaſien *D.* eingeſchickten Bericht ſamt den *Original-Act*en / welche wir euch hierbey verwahret wiederum zurücke ſenden / verleſen hören. Wann er dann bey ſo geſtallten Sachen für kein Pfarrkind zu achten; Als iſt hiermit an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr der Superintendens wollet den Pfarrer zu Tautenheim dahin beſcheiden/ daß er auſſerhalb des begebenden Nothfalls gedachten Blaſien *D.* ohne vorgehende *Deprecation* zur *Communion* nicht zulaſſen ſol/ ꝛc.)

Definit. CCLXXXIV.

Non deneganda eſt ſacra Cœna, nec deprecatio publica injungenda iis, qui vulgò facinoroſi habiti, tales reverà non ſunt.

SUMMARIA.

1. *Homines facinoroſi ad ſacram Cœnam haut ſunt admittendi.*
2. *Modò reverà tales ſint.*
3. *Quam in rem probe inquirendum, priusquam à communione arceantur.*
4. *Quod exemplis declaratur.*
5. *Ex vulgi opinione ſiniſtra nemo arcendus à ſacra Cœna, n. 7.*
6. *Publici ſaltem peccatores de crimine convicti excluduntur à communione.*
8. *Pro excommunicato habetur, qui non admittitur ad communionem.*
9. *Adminiſtratio clavis ligantis eſt penes verbi miniſtros.*
10. *Exercitium tamen ad totam pertinet Eccleſiam. n. 11.*
12. *Adducitur Ordinatio eccleſiaſtica Electoralis Saxonica. n. 13.*
14. *Cavendum, ne per deprecationem publicam alicui inferatur injuria.*
15. *Id quod exemplis demonſtratur. n. 17.*
16. *Delictum ex animo & voluntate æſtimatur.*
18. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. numer. 19. 20. 21.*

1 QVod diximus facinoroſis hominibus ſacram Cœnam haut adminiſtrandam, nec pœnitentibus iis absque publica deprecatione ejus hoc divinum conferendum eſſe, *ſupr. Defin. 280. & 281.* id cum mica ſalis acceptum volumus, ſi ſcilicet revera tales ſint, ac crimina commiſerint: † Nec enim
2 hac in re vulgi judicio inhærendum, nec affectibus indulgendum, ſed probè penſitandum, an factum iis imputatum pro crimine vero habendum ſit, ne ſcilicet innocentes à ſacra Cœna excludantur, vel deprecatione publica graventur, cum facilè vulgus errare
3 ſoleat; † Caveant ergò miniſtri Eccleſiæ, ne ſeſe præcipitent, conſcientiam ſuam lædant, & bonis ac innocentibus hominibus injuriam inferant; quin potiùs ſi res ipſis ambigua videatur, ad Conſiſtorium eam deferant.
4 Quid enim † ſi homicidii accuſatus de moderamine inculpatæ tutelæ non modò exceperit, ſed & id demonſtraverit? Quid ſi ſtupri inculpata fœmina id violentum ac ſibi invitæ illatum dixerit? Quid ſi conjuges rixoſi quoad torum & menſam fuerint ſeparati?

5 † Neutrò certè caſu ſacra Communio petentibus ac pœnitentibus erit deneganda, nec ulla ab iis exigenda depre-
6 catio publica. (1.) † Quia publici ſaltem peccatores, hoc eſt, qui de crimine aliquo ſunt convicti, vel quorum delicta ita ſunt publica, ut non poſſint ulla tergiverſatione celari, à Communione ſacrâ ſunt arcendi, Vincent. Filliucius *tom. 1. quæſt. moral. tract. 4. cap. 9. numer. 275.* At tales revera non ſunt, de quibus modo diximus: † ut maximè vulgus & ipſi Eccleſiæ miniſtri aliter ſentiant; nec enim bona ſpiritualia ſecundum vulgi opinionem & præconceptam ſententiam, ſed juxta veritatem & juris deciſionem ſunt adminiſtranda; ſequerentur alioqui inde ſcandala, perturbatio & injuria, Filliuc. *dict. cap. 9. n. 280.* (2.) † Cumque pro excommunicato habeatur, cui Euchariſtia, aliaque bona cœleſtia ac ſpiritualia denegantur, non certè miniſtri Eccleſiæ ex proprio judicio, nedum ſiniſtrâ vulgi opinione quicquam in re tam arduâ agere, ſed toti potiùs Eccleſiæ id committere debent, ne decipiantur ipſimet, aliosque decipiant. † Etſi enim clavis ligantis adminiſtratio potiſſimum eſt penes verbi divini miniſtros ordinarios, *Matth. 7. verſ. 6. & cap. 16. v. 19. Joh. 20. v. 23. Actor. 20. verſ. 28. Hebr. 13. v. 17.* cavit tamen Deus, ne Paſtores in re adeò ardua quicquam tentent, † inconſultò Presbyterio & tota Eccleſiâ, juxta illud Chriſti: Quod ſi neglexerit eos (fratres privatim monentes) audire, dic Eccleſiæ: Quod ſi Eccleſiam audire neglexerit, ſit tibi velut Ethnicus & publicanus quispiam, *Matth. 18. verſ. 17.*

7 (right margin, beside "ut maximè")
8 (right margin, beside "(2.) † Cumque")
9 (right margin, beside "† Etſi enim")
10 (right margin, beside "inconſultò Presbyterio")

†Cui

11 † Cui etiam monito Paulum in inceſtuoſi Corinthii excommunicatione paruiſſe, liquet ex propriis ejusdem verbis: Vobis & meo ſpiritu in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti congregatis cum poteſtate Domini noſtri Jeſu Chriſti: Ejusmodi homo tradatur ſatanæ ad exitium carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit die illo Domini Jeſu, *1. Corinth. 5. verſ. 4. & 5.* Quo ipſo poteſtas de criminibus judicandi, ac ſubitò inculpatos à ſacra Cœna arcendi, miniſtris Eccleſiæ ſolis
12 aperte fuit adempta. (3.) † Quod & clarius expreſſum *in Ordinat. eccleſiaſt. Elector. Saxon. artic general. 10. in pr. verb.* Und ſich aber bis daher nicht allein groſſe Unordnung / ſondern auch viel Aergerniß und beſchwerliche Sachen zugetragen/ da ſich an vielen Orten in Städten und Dörffern die Kirchendiener eigenes Erkäntniß und Gewalts unterſtanden/ die Leute nicht allein von der Tauffe / Abendmahl und
13 heiliger *abſolution* abzuhalten/ ꝛc. † *junct. verb. ſeqq.* Darinnen denn groſſe Ungleichheit gehalten/ alſo daß etliche ſich deſſen nur in etlich wenig Laſtern/ etliche aber in mehr Dingen und zu viel Fällen unterwunden/ und ihre eigene Rachgier ausgelaſſen / und ohne gnugſame Erkäntniß mißgebraucht / die arme Gewiſſen damit gepeinigt/ und ihnen ſelbſt groſſen Widerwillen
14 und Gefahr zugezogen/ ꝛc. (4.) † Ac verendum, ne prædictis perſonis, ſi vel à ſacra Cœna arcerentur, vel deprecatio publica iis injungeretur, præter meritum injuria haut levis inferatur. Non enim quicquam culpæ imputari poteſt ei, qui moderamen inculpatæ tutelæ ſervavit, ſuoque jure uſus eſt, *l. ut vim. 3 ff. de juſt. & jur. l. 1. §. vim vi. ff. de vi & vi armat. l. itaque. 4. l. ſed eiſi. 5. l. ſcientiam. 45. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil.* Jodoc. Damhouder *in pract. crimin. cap. 26.* Hippol. de Marſil. *in practic. crimin. §. quoniam. n. 74. & ſeqq.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. § homicidium. n. 24.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 156. n. 12.* † Et quod- 15
nam crimen ejus, quæ invita ſtuprum violentum paſſa eſt? non certè hæc deliquit, nec ullam promerita eſt pœnam, *l. ſi uxor. 13. §. 7. ff. ad leg. Jul de adult.* delictum ſiquidem † non niſi ex animo & voluntate æſti- 16
matur, nec ullum absque propria voluntate committitur crimen, *cap. cum voluntate. extr. de ſent. excommun. l. qui injuriæ. ff. de furt. l verum. in pr. ff. eod. tit. l. quod Reipublicæ. ff. de injur.* Didac. Covarr. *in Clem. ſi furioſus. 2. part. relect. n. 2.* Andr. Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ. 51. n. 7. & 9.* † Quis 17
etiam conjuges ad cohabitandum aſtringere auſit, qui per Magiſtratum à cohabitatione ſunt abſoluti, tantum ſcilicet abeſt, ut quidquam poſt matrimonii diſſolutionem iis imputari queat, de quo diximus *Jurispr. forenſ. ad Conſtitut. Electoral. 26. part. 3. Defin. 15.* Nimirum neuter horum crimen commiſit, ex quo indignus ſacra Cœna judicaretur, vel ſaltem deprecatio publica ei injungeretur.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annæbergenſi, die 17. April. An. 1635. (Verba Reſcripti:* Wir haben euren eingeſchickten Bericht/ Eliä Brauns vorhabende *copulation* belangende/ verleſen hören. Wofern nun euerm Bericht nach er die in Abel *S.* verübter Mordthat angezogene Nothwehr / wie recht/ ausgeführet/ und mit der weltlichen Obrigkeit ausgeſöhnet / oder der Verwändniß halben oder ſonſten keine Verhinderung vorhanden; So iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren / Ihr wollet die geſuchte *copulation* anordnen / ihn zur *Communion admitti*ren / und mit der gewöhnlichen Kirchenbuſſe oder öffentlichen Abbitte verſchonen/ ꝛc.) 18

It. † *Superintendenti Chemnicenſi die 15. Decembr. A. 1610. (Verba Reſcripti:* Wir haben 19
euern eingeſchickten Bericht wegen Annen/ Jacob *F.* zu *O.* Tochter / ſo von Paul *H.* zu *G.* zu zweyen unterſchiedlichen Malen genothzüchtiget worden ſeyn ſol/ verleſen hören. Hierauf iſt an ſtatt ſeiner Churfürſtl. Gnaden unſer Begehren: Wann gedachte Anna die *abſolution* und *communion* begehren wird/ Ihr wollet ihr ſolche auf vorgehende wahre Reu ihrer Sünden ohne öffentliche Abbitte widerfahren laſſen / es auch hinfüro in dergleichen Fällen alſo halten; Der angezogenen Nothzucht halben aber / Klägerin an die weltliche Obrigkeit verweiſen/ ꝛc.)

It. † *Superintendenti Pirnenſi die 10. Febr. A. 1612. (Verba Reſcripti:* Was maſſen uns Ma- 20
ria / Michael *L.* Eheweib um die *Communion* angelanget / ſolches habt ihr inliegende zu befinden. Wann dann die *Supplicant*in mit ihrem Manne auſſerhalb der Herberge und Unterhalts einig; Als begehren an ſtatt Seiner Churfl. Gn. wir hiermit / Ihr wollet ſie auf ihr ferner Anhalten zur Beichte und *Communion* zulaſſen/ ꝛc.)

Et

Et † eidem die 8. Octobr. Anno 1613. (Verba Reſcripti: Demnach gegen uns *dato* bey ge- 12
haltener Verhör Anna/ Martin *R.* Eheweib zu *S.* über den Pfarrer daſelbſt we-
gen verweigerter *Abſolution* und *Communion* ſich beklaget; Als begehren an ſtatt
Seiner Churfl. Gnaden wir hiermit/ Ihr wollet gedachtem Pfarrer Krafft die-
ſes auferlegen/ daß er geſtalten Sachen nach dieſen beyden Perſonen auf ihr fer-
ner Anhalten/ ungeachtet ſie einander nicht beywohnen/ auf vorhergehende Beich-
te die *Abſolution* und *Communion* widerfahren laſſen ſol/ ꝛc.)

DEFINIT. CCLXXV.

Multò minùs arcendi ſunt à ſacrâ Communione, vel deprecatione publicâ gravandi, qui criminis inculpati de eô neque confeſſi neque convicti ſunt.

SUMMARIA.

1. *Licentioſi nimis ſunt quandoque miniſtri Eccleſiæ in credendo & decernendo.*
2. *Ob ſolam inculpationem nemo à communione arcendus.*
3. *Rationes & fundamenta hujus rei. num. 8. 11.*
4. *Nemo excommunicandus, niſi confeſſus vel convictus ſit de crimine.*
5. *Reus non niſi confeſſus aut convictus condemnari debet.*
6. *Quilibet præſumitur innocens & bonus.*
7. *Adducitur Ordinatio eccleſiaſtica Electoralis Saxonica.*
9. *Ex ſola inculpatione abſque aliis indiciis ſuſcipi non debet inquiſitio.*
10. *Quæ alioquin nulla eſſet.*
12. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi, num. 13. 14. 15. 16.*

1 Licentioſi nimium ſunt quandoque
miniſtri Eccleſiæ in credendo pari-
ter & decernendo, omnium indif-
ferenter calumniatorum verbis fi-
dem dantes, inque ſententiâ condemnato-
riâ ſeſe præcipitantes: ex quo ſæpè fit, ut in-
nocentibus ob ſolam criminis inculpatio-
2 nem ſacra denegetur Cœna, † vel ſaltem
deprecatio publica ab iis exigatur. A quô
tamen religioſi homines & miniſtri Eccle-
3 ſiæ prudentiores abhorrent. (1.) † Ecquis
enim neſcit, pro excommunicatis haberi in
Eccleſiâ, qui à ſacra Cœnâ arcentur, *Ordin.
eccleſ. Elect. Saxon. art. general. 10. & 11.* Jam
ſi excommunicationem eccleſiaſticam
cum pœnâ ſeculari comparare, & ab hac ad
illam argumentari liceat, prout omninò
4 licet, † nequaquam ad pœnam excommu-
nicationis, adeoque nec ad excluſionem à
ſacrâ Euchariſtiâ deveniendum erit, prius-
quam de crimine verè commiſſo, vel ex de-
linquentis confeſſione, vel probatione ma-
5 nifeſtâ conſtet, † poſtquam in foro ſoli
reus alicujus criminis condemnari haut
poteſt nec debet, niſi confeſſus aut convi-
ctus fuerit, *l. ſequentiam.* ubi Dd. *C. de pœn.*
*l. ult. C. de pœn. l. ult. C. de cuſtod. Reor. can.
1. & can. primates. 2. quæſt. 1.* Hippol. de
Marſil. *in pract. criminal. §. ſecunda quæſt.
n. 1.* Foller. *in pract. criminal. verb. dentur.
capitula. n. 20.* † Deficiente namque con- 6
feſſione vel probatione delicti, quilibet
præſumitur innocens, *l. abſentem. 5. ff. de
pœn. l. qui accuſare. C. de edendo. l. 1. & 3. ff.
de ædil. edict. l. cum probatio. 7. ff. de probat.*
Jacob. Menoch. *lib. 5. præſumt. 4. num. 1.
& ſeqq.* (2.) † Idque verbis ſat manifeſtis 7
expreſſum *in dict. Ordin. eccleſiaſt. art. 11. §.*
Nemlich ſo eine Perſon / Mann oder
Weib/ mit einem öffentlichen Laſter der-
maſſen behafft daß es unverneinlich *noto-
rium* oder beweißlich / und von unſern
Amtleuten / Erb- oder Gerichts-Herren
vermöge unſerer Policey- und Landes-Ord-
nung geſtraft/ ꝛc. *& § ſeq. in verb.* Da nun
ſolche Perſonen / unangeſehen aller Er-
mahnung/ Drauung und Strafe in dem
Laſter unbußfertig fortfahren/ und daſſel-
bige gnugſam erkundiget würde/ ꝛc.

† Non itaque ad excommunicationem 8
vel excluſionem ab Euchariſtiâ deveniri
vult Saxo Illuſtriſſimus, antequam cri-

men fuerit notorium atque probatum, ut hinc minimè inculpatos ſolummodò de crimine aliquo à ſacrâ Cœnâ arcere liceat.
9 (3.) Quin † nec abſque indiciis ex ſolâ generali inculpatione inquiſitio in foro ſeculari adverſus inculpatum ſuſcipi ac inſtitui poteſt, *cap. qualiter & quando. extr. de accuſat. l. juſtiſſimus. C. de offic. Rector. provinc.* Hippol. de Marſil. *in pract. crim. §. conſtant. n. 33.* Nicol. Reuſner. *lib. 1. deciſ. 24. n. 15.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 1. caſ. 78. n. 1.* Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 2. verſ. ad formandam &c.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 29. num. 41.* Vincent. Honded. *lib. 1. conſil. 108. num. 8. & 17.* Bartol. Bertaz. *lib. 1. conſil. crimin. 198. n. 4.* † in tantum, ut hujusmodi 10
inquiſitionis nullitas ex defectu indiciorum promanans omnia acta & facta inficiat, nullaque reddat, Hippol. de Marſil. *in §. ſecunda quæſtio. n. 87.* Tiber. Decian. *vol. 2. reſp. 25. n. 11. & vol. 3. reſponſ. 4. n. 5.* Quod ſi verum in foro ſeculari, multò magis utique id obtinebit in forô eccleſiaſticô, † ubi 11
de longè majori, animæ nempe præjudicio agitur, tantum abeſt, ut ſine inquiſitione ipſa ſtatim pœna decerni debeat ac poſſit.

Ita † *Conſiſtorium Supremum M. Johanni Müllero, Paſtori ac Superintendenti Chemni-* 12
cenſi, die 10. Dec. Anno 1608. (*Verba Reſcripti:* Wann dann Beklagte der beſchuldigten Mordthat mit ihren Umſtänden und *qualit*äten allerdings nicht geſtändig noch überwieſen / ſondern auf einen Vertrag / deſſen dann bemeldter Schöſſer zum Hartenſtein in ſeinem Schreiben in keiner Abrede / ſich beruffen; Als iſt hiermit an ſtatt Seiner Churfl. Gn. unſer Begehren an euch / Ihr wollet *M. G. G.* Pfarrer zu Stolberg Krafft dieſes auferlegen / daß er die Beklagte / bis ein anders wider ſie ausgeführet / mit öffentlicher *deprecation* und Verweigerung der *Communion*, ſo wol anderer Kirchen-*Cenſur* verſchone / ꝛc.)

Eidem † *die 14. Febr. Anno 1610.* (*Verba Reſcripti:* Wann dann aus gemeldten Pfar- 13
rers zum Rabenſtein Schreiben zu befinden / daß Martin *A.* des angeſchuldigten Diebſtals nicht geſtändig / auch nicht öffentlich ruchbar / daß Thomä *M.* Weib und Michael *A.* Zauberey getrieben; Als iſt hiermit an ſtatt Seiner Churfl. Gn. unſer Begehren / Ihr wollet den Pfarrer zum *R.* dahin beſcheiden / wofern gedachte Perſonen ſich für reuende Sünder angeben werden / daß er ihnen alsdann die *Abſolution* und *Communion* ohne einige Hinderniß widerfahren laſſen ſol / und wird die weltliche Obrigkeit / wann ein oder das ander Theil ſchuldig befunden wird / der Strafe halber das ihrige darbey zu thun wiſſen. Möchten wir euch in Antwort nicht verhalten / ꝛc.)

It. † *Miniſterio Annæbergenſi, die 26. Jun. An. 1610.* (*Verba Reſcripti:* Welcher maſſen 14
uns Jeremias *T.* bey euch der *Communion* halber *ſupplicando* angelangt / das habt ihr inliegende zu befinden. Wofern es nun *ſupplicant*ens Anziehem nach / daß wider ihn wegen der mit Marien *M.* beſchuldigter Unzucht / noch zur Zeit nichts ausgeführet / ſich verhielte / und alſo dieſes Werck auf bloſſer *inculpation* beruhete / ſo könten wir nicht ſehen / warum ihme die *Abſolution* und das heilige Abendmahl verweigert werden ſolte; Begehren derohalben an ſtatt Seiner Churfl. Gn. wir hiermit / Ihr wollet ihn auf ſein Anſuchen gleich andern Eingepfarrten zur *Abſolution* und *Communion admitti*ren / oder da es anders hierum beſchaffen / uns daſſelbe mit Zurückſendung des Inſchluſſes ausführlich berichten / ꝛc.)

It. † *Georgio* Hoyern / *Paſtori Dippoldiswaldenſi, die 24. Febr. An. 1613.* (*Verba Reſcripti:* 15
Was maſſen uns Michael *F.* Bürger und Mäurer bey euch *ſupplicando* angelanget / das befindet ihr inliegende; Hierauf iſt nun an ſtatt Seiner Churfl. Gn. unſer Begehren / wofern wider *Supplicant*ens Eheweib wegen angezogener Verbrechung noch zur Zeit nichts ausgeführet / ſondern nur bloſſe Beſchuldigung vorhanden / Ihr wollet ſie gleich andern Eingepfarrten zur *Abſolution* und *Communion admitti*ren. Wann es aber um *Supplicant*ens Anziehen anders bewandt / oder hättet ihr ſonſten eurer Verweigerung erhebliche Urſachen / uns ſolches nebenſt Zurückſendung des Inſchluſſes zu fernerer Anordnung alsbald berichten / ꝛc.)

Et † *Superintendenti Oſſitienſi, die 21. Septembr. An. 1607.* (*Verba Reſcripti:* Dieweil des 16
Ehebruchs halber im geringſten wider die beyde Perſonen nichts ausgeführet / und nur etwan des Superintendentens Anziehem nach / bloſſe und ſchlechte Vermuthungen verhanden ſind; Als kan geſtalten Sachen nach einem oder dem andern

Theile

Theile die *Abſolution* und *Communion* nicht abgeſchlagen werden; Begehren derowegen/ ihr wollet dem Pfarrer zu *S.* auferlegen und befehlen / wann ein oder das andere Theil ſich zu ihm verfügen/ als Sünder erkennen/ und die *Abſolution* und *Communion* begehren / daß er ſie unverweigerlich gleich andern Chriſten *admitti*ren und zulaſſen ſolle/ꝛc.)

DEFINIT. CCLXXXVI.

Indiciis tamen urgentibus ſi gravati ſint de crimine aliquo inculpati, absque deprecatione publicâ ad ſacram Communionem admitti haut debent: Sola autem fuga ex metu carceris pro urgente indicio non habetur.

SUMMARIA.

1. *Ad communionem non ſunt admittendi de crimine inculpati & indiciis gravati.*
2. *Indicia quædam ſunt certa & indubitata.*
3. *Quod exemplis demonſtratur. n. 4.*
5. *Ejusmodi indicia ſufficiunt ad imponendam inculpatis deprecationem publicam.*
6. *Allegatur ad hoc Ordinatio Eccleſiaſtica Electoralis Saxonica.*
7. *Ex urgentibus indiciis deveniri poteſt ad pœnam extraordinariam.*
8. *Modò indicia ſint urgentia & ſufficientia.*
9. *Fuga ex metu carceris indicium urgens non facit. n. 14.*
10. *Quandoque fuga indicium ad torturam præbet.*
11. *Modo concurrant alia adminicula.*
12. *Limitationibus multis aſſertio hæc ſuppoſita.*
13. *Materia indiciorum habetur arbitraria.*
15. *Non tàm fugam, quàm animum fugientis inſpici oportet.*
16. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
17. *Ejusdem Sententia.*

1 NOn itaque de crimine aliquo ſolummodò inculpati a ſacrâ Cœnâ arceri, vel deprecatione publicâ gravari debent, *Definit. præced.*
2 Sed † aliud dicendum, ſi indicia contra inculpatos militent urgentia ác ſufficientia, ex quibus facilè convinci vel ad torturam trahi poſſunt. Sunt enim indicia quædam
3 adeò certa & indubitata, † quæ ex naturâ dependent, & rem propoſitam ex principiis naturalibus neceſſario probant, *l. indicia certa. 19. C. de rei vindicat. l. ult. C. de probat.* veluti in puncto adulterii, ſi maritus elapsò † jam annô abfuerit, & domum reverſus uxorem repererit prægnantem, Gloſſ. & Canoniſtæ *in can. dixit. 32. quæſt. 1.* Felin. *in cap. præterea. n. 3. extr. de teſt.* quod indicium, inquit Jac. Menoch. adeò urgens eſt, ut dici debeat probatio concludens, quæ operari debet, ut non ſolummodò mulier perdere debeat dotem, ſed etiam puniri poſſit pœna legis Juliæ de adulteriis, *lib. 5. præſumt. 41. n. 4. & ſeqq.* † Vel ſi maritus tantâ valetudine corporis adverſâ aliquamdiu laboraverit, ut uxori ſuæ debitum conjugale certò præſtare haut potuerit, ipſa tamen interim gravida fuerit facta, *l. filium. 6. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt.* Henric. Bocer. *in tract. de adult. cap. 4. n. 7.* Nemo certè hoc caſu uxorem adulterii inculpatam dixerit innocentem, gravatam nempe tali indicio, quod vel ſolum ad probationem in genere ſufficiens cenſetur, † ut hinc ad ſacram Communionem ſine præviâ publicâ deprecatione eam admittere haut tutum, quin potiùs valdè ſcandaloſum eſſet, † qualia indigitaſſe videtur indicia Sereniſſimus Saxoniæ Elector *in Ord. eccleſiaſt. art. gen. 11.* §. Nemlich. *ibi*: So eine Perſon/ Mann oder Weib mit einem öffentl. Laſter dermaſſen verhafftet / daß es unverneinlich/ *notorium* oder beweißlich/ ꝛc. Et cur non propter indicia delicti alicujus reo inculpato ſacram Cœnam petenti 4 5 6

 injun-

7 injungeretur deprecatio,† cùm & ex ſolis ur-
gentibus indiciis & præſumtionibus ad pœ-
nam extraordinariam deveniri poſſit, licèt
de confeſſione nondum conſtet, *l. 3. verſ. & quia plerique. ff. de offic. præfect. vigil.* Felin. *in cap. afferte. n. 8. in ſecund. limitat. extr. de præſumt.* Ludov. Carer. *in pract. criminal. in 2. tract. de indic. & tortur. in pr.* Jacob. Menoch. *de præſumt. lib. 1. quæſt. 97. n. 17.* Joſeph. Maſcard. *de probat. lib. 3. concluſ. 1220. n. 10.* Brun. *de indic. & tortur. part. 1. quæſt. 4. n. 15. verſ. item limitat.* Jul. Clar. *in practic. §. ult. quæſt. 20. verſ. ſcias tamen. in fin.* Ægid. Boſſ. *in tit. de convict. n. 36. & 49.*

8 † At hoc non aliter, quàm ſi indicia valdè urgentia adſint; cæteroquin ex ſolis generalibus & ambiguis præſumtionibus inculpato alicujus criminis ſacram Cœnam denegare haut licet: Non certè illi, qui fu-
9 gam arripuit, † ne carceri tradatur, & captivatus reſpondere ac innocentiam ſuam
10 docere cogatur. Etſi enim † quandoque fuga etiam ad torturam indicium facit, *Novell. 53. cap. 4. §. igitur. l. 3. §. ſi ad diem. 7. ff. de re militar. l. impuberibus. 7. §. propterea. 2. ff. de ſuſp. tutor. l. raptores. verſ. ſin autem. C. de Epiſcop. & cler.* Felin. *in cap. nullus. n. 3. extr. de præſumt.* Jaſon. *in l. admonendi. 31. n. 169. ff. de jurejur.* Johan. Zanger. *in tract. de quæſt. & tortur. cap. 2. n. 86.* Franciſc. Caſon. *de indic. & tortur. tract. 9. cap. 4. n. 5.* Henr. Bocer. *de quæſt. & tortur. cap. 3. n. 32.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæſt. 21. n. 18.* Quò & reſpicit *Sanctio Carolina criminal. in art. 25. §. ult. ibi:* Zum ſiebenden: So iemand einer
11 Miſſethat halber flüchtig wird. † Vix tamen regulariter hoc procedit, ſi non alia concurrant adminicula, Bocer. *dict. loc.* quare & aſſertionem hancce multis ac diverſis diſtinctionibus limitatam legimus apud Dd. Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 819. & ſeqq.* Proſp. Farinac. *in prax. criminal. lib. 5. tit. 5. quæſt. 48.* Jul. Clar. *dict. quæſt. 21. n. 20.* Menoch. *de præſumt. lib. 1. quæſt. 89. n. 36. & ſeqq.* Erneſt. Cothman. *vol. 1. Reſponſ. 12. n. 190. & ſeqq.* † nempe utrum 12
quis fugiat ex carcere, vel antequam conjectus eſt in carcerem; an ex causa, vel abſque causâ abeſſe cœperit; num ante inchoatum proceſſum, vel poſtea propoſità accuſatione & querela fugam arripuerit: an ultrò reverſus fuerit, nec ne; & quæ id genus aliæ ſunt diſtinctiones, ut heic nunquam judicis arbitrium ſit excludendum,
† cùm præſertim materia indiciorum ha- 13
beatur arbitraria, Bartol. *in l. ult. n. 5. ff. de quæſt.* Hippol. de Marſil. *in practic. criminal. §. diligenter. n. 23.* Matth. Stephan. *in not. ad art. 6. n. 5. Ordin. crim.* Johan. Zanger. *cap. 2. n. 14.*

† Nequaquam verò fuga ſuſpectum fa- 14
ciet inculpatum, ſi metus vinculorum ac carceris cauſam ei dederit, Zanger. *dict. loco. n. 87.* Erneſt. Cothman. *dict. loco.* Neque † 15
enim tam fugam, quàm animum fugientis inſpici oportet, *l. quod ſi fugitivus. §. item apud Mediolanenſes. ff. de ædil. edict.* fatuus namque videretur, qui ſe periculo exponeret, & potiùs ex carcere cauſam dicere ſuamque innocentiam probare mallet, Hippol. de Marſil. *ad rubr. C. de probat. n. 279.* Nicol. Boër. *deciſ. 215. n. 29.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 109. n. 6. & ſeqq.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi, die 30. Octobr. An. 1611. (Verba* 16
Reſcripti: Wir haben euern und des Pfarrers zu Neukirchen *M. Erneſti* Hommels Schreiben wegen Paul *L.* welcher mit Catharinen *R.* begangenen Ehebruchs halber beſchuldiget worden/ deßhalben auch ſtarcker Verdacht wider ihn vorhanden/verleſen hören; Begehren derohalben an ſtatt Seiner Churfl. Gnaden hiermit/ Ihr wollet den Pfarrer zu Neukirchen beſcheiden/ daß er ermeldten *L.* ohne öffentliche *deprecation* zur *Communion* nicht zulaſſen ſol/ er habe dann zuvor ſeine Unſchuld/daß er keinen Ehebruch begangen/ vor der weltlichen Obrigkeit ausgeführet; Möchten wir euch in Antwort nicht bergen/ꝛc.*)*

Et † *ad conſultationem M. Johannis Prætorii, Paſtoris Franckenſteinenſis, die 28. Junii* 17
Anno 1611. (Verba Sententiæ: Iſt wider Chriſtoph *H.* daß er mit Chriſtinen / des Richters Magd fleiſchliche Unzucht getrieben / und einen Ehebruch verübet/ noch zur Zeit nichts beſtändiges ausgeführet; So möget ihr denſelben/ ungeachtet derer *metu carceris* an die Hand genommenen Flucht/ ohne Kirchenbuſſe und *deprecation* zum Kirchgang und dem hochwürdigen Sacrament wol wiederum zulaſſen/ V. R. W.)

Definit. CCLXXXVII.

Pendente proceſſu vel inquiſitione ſuper crimine, reus admitti debet ad uſum ſacræ Cœnæ absque deprecatione publica: præviâ tamen quandoque admonitione ne ſcandalum inde capiant parochiani.

SUMMARIA.

1. *Cautè procedendum in denegandâ ſacrâ Cœnâ inculpatis de crimine.*
2. *Vix innocentes habendi, qui pro defenſione famæ non laborant.*
3. *Nec pro nocentibus habendi, qui proceſſum & defenſionem urgent.*
4. *Hi neutiquam à ſacrâ Cœnâ ſunt arcendi, vel deprecatione publica gravandi. n. 13.*
5. *Quibus ex cauſis & fundamentis?*
6. *Nondum confeſſus & convictus condemnari haut debet.*
7. *Abſtineant miniſtri Eccleſiæ à rigoroſo examine reorum.*
8. *Sententia de hac re Facultatis Theologicæ Lipſienſis. n. 9.*
10. *Nec non Facultatis Theologicæ Helmſtadienſis. n. 11.*
12. *Pendente proceſſu nihil eſt innovandum.*
14. *Pro removendo ſcandalo admonendus quandoque hoc caſu eſt populus è ſuggeſtu. n. 15.*
16. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 17.*

1 CAutè ergò procedendum cum inculpatis de aliquo crimine, ne vel innocentes præter meritum à ſacrâ Communione arceantur; aut ſaltem publicâ deprecatione graventur; vel ſcandalum inde detur in Eccleſia, ſi nempe indiciis urgentibus adeò ſint gravati, ut ferè nil niſi indictio pœnæ reſtet, *Defin. præ-*
2 *ced. 285. & 286.* Nimirum † vix innocentia præſumi poteſt, quando ejusdem probationem & famæ defenſionem ipſimet detrectant, nil minùs ſibi curæ habentes, quàm exiſtimationem inculpatione con-
3 ſpurcatam. † Aliud ergo dicendum foret, ſi actionem aut remedium inquiſitionis non metuentes, pro obtinendâ ſuâ innocentiâ proceſſum & defenſionem urgeant, omnibusque modis eam deductam velint.
4 † Nec enim tum æquum videtur, lite ac proceſſu pendente, ipſos nondum confeſſos & convictos à ſacrâ Communione excludere, vel ſaltem præviâ demum deprecatione publicâ ad divinum hoc epulum ad-
5 mittere. Quia præpoſterè ageretur, † condemnando eos, qui nondum confeſſi & convicti, pro avertendâ ſententiâ condemnatoriâ omnem laborem induſtriamque impendunt, & innocentiam ab iniquis calumniatoribus vindicare ſatagunt; Haut ſi-

quidem † pœnâ aliquâ notari eos fas eſt, *l.* 6
qui ſententiam. ubi Dd. *C. de pœn. l. ult. C. de Cuſtod. reor.* Foller. *in practic. crimin. verb. dentur capitula. n. 20.* Hippolyt. de Marſil. *in pract. crimin. §. ſecunda quæſt. n. 10.*

† Abſtineant ideoque miniſtri Eccle- 7
ſiæ à rigoroſo examine inculpatorum, qui nondum confeſſi durante inquiſitionis proceſſu abſolutionem & ſacram Communionem petunt. Quò etiam inclinat *Facultas Theologica Lipſienſis* † *in Conſilio*: Ob
und wie ein Prediger einen Krancken/wel- 8
cher grober Laſter halben/ darüber er ſich doch unſchuldig rühmet/*communici*ren möge? in §. Das Nöthigen oder Zwingen zu abſonderlicher Bekäntniß der Sünden iſt nicht des Predigers Amt/ und gebühret ihm derhalben keines Weges/wanns auch ſchon die Obrigkeit ernſtlich von ihm begehret/dann ſolches vielmehr dem Nachrichter/als dem Prediger zuſtehet. Selbiger Sünden aber ihn gar nicht zu erinnern/ wolte unverantwortlich ſeyn/und möchte ſolches ohne Schmählerung des Predigt-Amts nicht unterlaſſen werden/ *junct. §.*
† Es kan aber der Prediger ſolche Erinne-
rung thun/auf dieſe und dergleichen Wei- 9
ſe: & §. Im Fall er ſie aber nicht würde bekeñen/ſondern ſich auf Urthel und Recht be-

ruffen/

ruffen/alſo daß er keinen Haß und Groll in ſeinem Hertzen behalten wolte / ſo muß es der Prediger auch darbey laſſen bewenden/und ſein Amt mit *Abſolvi*ren und *Communici*ren unverweigerlich verrichten. apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. conſil. theolo-*
10 *gic. part. 2. lib. 3. ſect. 8. n. 15. fol. 335.* † Et convenit *Facultas Theolog. Helmſtadienſis in Conſilio ſuper caſu ſimili: verb.* Würde er den Todtſchlag von ſich ablehnen/ſo greifft ihm ernſtlich in ſein Gewiſſen/ und führet ihm wohl zu Gemüthe/was ihme darauf ſtehe/wañ er mit Beſchönung grober wiſſendlicher Sünde das heilige Nachtmahl empfienge/und wie er ſich damit an dem allerheiligſten Leib und Blut JEſu Chriſti/ der bald ein Richter der Lebendigen und Todten erſcheinen wird/ ſchuldig mache-
11 te. *junct. verſ.* † Beſtehet er aber in ſeinem Nein/und niñt das auf ſein Gewiſſen/ ſo laſſet ihr es geſchehen/ thut mit *Abſolvi*ren und *Communici*ren euer Amt/und befehlet GOtt und der Obrigkeit der Sachen Ausgang/ꝛc. apud Dedekenn. *dict. loc. n. 16. fol.*
12 *337.* Ex quo etiam † formatô proceſſu vel ordinario vel inquiſitorio ſuper crimine lis pendet, cauſa in eo, quo reperitur ſtatu, eſt relinquenda, nec quicquam innovandum, multò minùs pro condemnato reus habendus, ex vulgato juris principio, quo lite pendente omnis prohibetur innovatio, *tot. tit. ff. & C. nec non in decret. 6to. Ut lit. pendent. nil. innov.* Quintil. Mandoſ. *de inhibit. quæſt. 104.* Modeſt. Piſtor. *lib. 1. conſ. 59. n. 25.*
† Nequaquam vero id fieret, ſi reo ceu jam 13
confeſſo vel convicto, qualem tamen ſe minimè eſſe contendit, & pro defenſione pariter ac innocentiæ ſuæ deductione inſtat, ſacra denegaretur Communio.

Planè ſi indicia † contra ipſum militent 14
talia, ex quibus vulgò pro nocente habetur, parumque de innocentiæ telis appareat, pro ſcandalo in Eccleſia removendo fas erit miniſtro Eccleſiæ, poſt habitam concionem cauſam hanc publicè è ſuggeſtu populo proponere, eumque admonere, ne ſiniſtram pendente proceſſu foveat opinionem, vel ſcandalum iniquè inde arripiat. Nec enim
† miniſtri quicquam intermittere debent, 15
quô in Eccleſia ſcandalum etiam acceptum removeatur, quippe quod non parvi æſtimandum, *Matth. 18.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Oſſicienſi, die 21. Sept. Anno 1607.* (*Verba* 16
Reſcripti: Was aber Peter M. Sachen betreffen thut: Ob wol aus des *Conſiſtorii* zu Meiſſen den *28. Octob. 1603.* eröffnetem Urthel ſo viel zu befinden/ daß ſein und ſeiner Eltern Vorwendens ungeachtet er die Klägerin zu ehlichen ſchuldig/daſſelbe auch durch ein Leuterungs-Urthel/ſo den *6. Julii, An. 1604. publici*ret/iedoch mit Vorbehalt eines Beweiſes/deſſen er ſich ſo wenig als ſeiner Leuterung hinwieder angenommen/*confirmi*ret worden; So können wir doch nicht befinden / warum er *pendente adhuc lite* zum heiligen Abendmahl nicht ſolle zugelaſſen werden. Wollet euch demnach hiernach achten/und euern *Diaconis*, daß ſie ihm/wann er ſich für einen armen Sünder erkennen/und Beſſerung zuſagen wird/die *Abſolution* und Abendmahl gleich andern Chriſten widerfahren laſſen ſollen/ befehlen/ꝛc.)

Et † *Superintendenti Annæbergenſi, die 1. Dec. Anno 1628.* (*Verba Reſcripti*: Was an 17
höchſtgedachten unſern gnädigſten Herrn Matthes *E.* wegen vorhabender *Communion* abermals gelangen laſſen/das habt ihr hierbey zu befinden; Begehren derowegen an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. hiermit / ihr wollet ihn auf ſein ferner Anſuchen *admitti*ren/vor der Communion aber folgende Form von der Cantzel ableſen: Dieweil Matthes *E.* die Ausführung ſeiner Unſchuld nachgelaſſen / der *Proceſs* aber noch nicht zu Ende gebracht/und er gleichwol als ein reuender Sünder von der Coñunion hiezwiſchen nicht abgewieſen werden mögen; So ſol hiermit eine Chriſtliche Gemeinde dieſes Orts vermahnet ſeyn/ſich über dieſem Fall nicht zu ärgern/ſintemal dem Rechten ſeinen Lauff gelaſſen/und er demnach künfftig was Rechtliches Erkäntniß mit ſich bringet/wird dulden und leiden müſſen/ꝛc.)

(o)

Definit. CCLXXXIIX.

In foro qui litigant, à ſacrâ Communione arceri haut debent.

SUMMARIA.

1. *Adducitur monitum D. Apoſtoli, ne ſint litigia inter Corinthios.*
2. *An in foro litigantes ad communionem admittendi?*
3. *Dignus conviva haut eſt, cujus cor odiô proximi ardet.*
4. *Sacræ Cœnæ uſurpatio eſt pignus mutui amoris.*
5. *Deciſio quæſtionis affirmativa, n. 8.*
6. *Judicium eſt Dei ordinatio.*
7. *Nec in Novo Teſtamento litigare prohibitum.*
9. *Philippi Melanchthonis judicium de hoc deciſo.*
10. *Quid de hoc ſenſerit Facultas Theologica Roſtochienſis.*
11. *Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Electoralis Saxonica.*
12. *Litigium forenſe per ſe impium & inhoneſtum non eſt.*
13. *Ex accidenti tamen fieri tale poteſt.*
14. *Quando & quomodo litigantes peccent? n. 15.*
16. *Vindicta privata à litigio forenſi abeſſe debet.*
17. *Cæteroquin litigantes digni non ſunt hoſpites in ſacra Communione.*
18. *Judicium B. Lutheri hac de re. n. 19.*
20. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 SEvera ſunt verba D. Apoſtoli, quando ad Corinthios ſic ſcribit: Omninò delictum eſt in vobis, quòd judicia habetis inter vos; quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? *1. ad Corinth. 6. verſ. 7.* Ex
2 quo ſane res expedita non eſt, † an in foro litigantes ad ſacram Cœnam ſint admittendi, poſtquam in delicto comprehenſos à divino hoc epulo omninò acceri oportet; Ac ſanè difficilimum eſt, omnem ita deponere acrimoniam erga eum, quo cum litigamus, ut cor noſtrum nos eo no-
3 mine non ampliùs accuſet. † Quomodo autem bona conſcientia accedet ad ſacram Communionem, quamdiu cor odiô proximi ardet? Diſerta namque eſt Chriſti admonitio, non poſſe quemquam munus placiturum Deo offerre in altari, niſi fratri prius reconcilietur, *Matth. 5. verſ. 23. &*
4 *24.* Eſtque ſacræ Cœnæ uſurpatio † ſignum & pignus mutui amoris, quo ſe invicem complectuntur, vel ſaltem complecti debent, qui de pane Dominico participant: *1. Cor. 10. verſ. 17.* ut profectò digni haut ſint convivæ Chriſti in ſacratiſſimo hocce epulo qui fratrem ſuum oderunt, Caſp. Eraſm. Brochm *in art. de Cœn. Domin. cap. 10. caſ. conſc. 6.*

† Verum enim verò diximus *ſuprà Defin. 265. n. 13.* bonâ conſcientiâ in judicio viros 5
etiam bonos ac Chriſtianos litigare, judiciumque, † in quo lites tranctantur, Dei 6
eſſe ordinationem. *Deut. 1. v. 9. Exod. 18. v. 19. Geneſ. 9. v. 6. Pſ. 182. v. 1. can. quæſitum. 23. quæſt. 4.* Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 10.* Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 47. Syntagm. jur. univerſ. cap. 1. n. 9.* † quin nec in Novo 7
Teſtamento prohibita eſſe judicia forenſia, liquet manifeſtiſſimè *ex Epiſtol. ad Roman. c. 13. v. 1. & ſeqq. 1. Petr. 2. verſ. 14. & ſeq.* & probat hoc ipſum exemplum Chriſti *Joh. 18. v. 23.* & Pauli *Actor. 23. v. 3. & ſeq. & cap. 24. v. 10. & cap. 25. v. 8.* † Quo jure itaque re- 8
moverentur à ſacra communione litigantes in judicio ex permiſſu ordinationis divinæ? nec enim quidquam culpæ vel delicti poteſt imputari iis, qui juxta præſcriptum verbi divini, & ipſiusmet Chriſti exemplum vitam ſuam agunt. † Rectisſime hinc concludit 9
Philippus Melanchthon *in Conſilio: An ad Cœnam Domini admittendi ſint, qui a judicibus petunt defenſionem, ſeu ut auctores, ſeu ut rei, &c. in verb.* Tales admittendi ſunt ad Cœnam Domini, nec ſunt arcendi propter militiam aut forenſes diſputationes; Nam hæ res ſunt partes publici ordinis, quem & inſtituit & conſer-

 vat

vat & approbat Deus, &c. Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. libr. 2. cap. 12. caſ. 4.*
10 Caſp. Eraſm. Brochmand. *dict. caſ. 6.* † In quam ſententiam etiam concludit *Facultas Theologica Roſtochienſis in Conſilio:* Ob man *pendente lite* mit gutem Gewiſſen zum heiligen Nachtmahl gehen könne? quando inquiunt: Belangende die erſte Frage / ob ihr nicht recht und Chriſtlich gethan/daß ihr *rebus ſic ſtantibus* (wie im vorigen gnugſam berichtet) *pendente lite*, die zwiſchen dem Rath und euch ſtreitige Sache GOtt und dem Landes-Fürſten befohlen/und zur Communion euch gehalten; Eure *Adverſarii* aber bey ihnen ſelbſt ſehr gefährlich und der Gemeine ärgerlich gehandelt/daß ſie Chriſti Befehl und ſo vieler *admonitionum privatarum & publicarum* ungeachtet/ſich etliche Jahre der Communion enthalten? Hierauf geben wir zur Antwort / daß wir aus GOttes Wort/ welches unſere einige Richtſchnur iſt/ nichts anders können oder mögen urtheilen/dann daß ihr recht und Chriſtl. gethan; Dagegen aber eure Widerſacher bey ihnen ſelbſt gefährlich/ und bey der Chriſtl. Gemeinde/darinnen ſie leben/gantz ärgerlich haben gehandelt und nochmals handeln/ſo lange ſie bey ſolchem ihren Vornehmen beharren. apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. conſil. theol. part. 2. libr. 3. ſect. 9. num.*
11 *13. fol. 362.* † Et ſatis clara hac de re extat ſanctio Electoralis Saxon. *in Ordin. Eccleſ. artic. general. 8. §.* Da ſich aber begäbe / daß etliche Pfarr-Kinder von wegen Rechts-Sachen/ſo ſie vor der Obrigkeit haben/ ſich vom heiligen Abendmahl beharrlich enthalten würden/ſollen die Kirchendiener ihnen Bericht thun/daß ſie deßhalben von der Communion nicht bleiben ſollen / weil die Gerichte eine Ordnung GOttes ſeyn; Allein daß ſie ſich für Haß und Groll hüten/welches ſie auch auſſerhalb den Rechts-Sachen zu thun ſchuldig ſeyn/ da ſie anders rechte Chriſten ſeyn wollen.

12 Nimirum † licèt in foro litigare per ſe nec impium nec inhoneſtum ſit, ut hinc communicaturis ſcrupulus moveri haut debeat, nec impedimentum objici queat; ex accidente tamen fieri poteſt, ut litigan-
13 tes † notam criminis incurrant, ſeque Cœnâ dominicâ indignos reddant; Si nempe ipſimet litigiis forenſibus occaſionem præbeant, aut æqua reconciliationis media ſpernant, vel de rebus minuſculis ac levibus contendant. Quibus imbuti vitiis niſi reſipiſcant, haut bonâ conſcientia ad ſacrum hoc epulum accedere poſſunt; † eosque voluit notatos D. Apoſto- 14
lus in dicto *1. ad Corinth. 6. verſ. 7.* ſupra allegato; Quo & facit monitum ejusdem hisce prolatum verbis: Si fieri poteſt, quantum in vobis eſt, colite pacem cum omnibus, *Rom. 12. verſ. 18.* item: Quæ ad pacem faciunt, ſectemur, & quæ ad mutuam ædificationem, *cap. 14. verſ. 19.* & rurſus: Pacem ſectamini cum omnibus, *Hebr. 12. verſ. 14.* † Et Apoſtoli Petri, quando ait: 15
Qui vult vitam diligere & videre dies bonos, quærat pacem & perſequatur eam, *1. Ep. c. 2. verſ. 10. & 12.* Porrò & impium redditur litigium forenſe ex † rancore animi & 16
vindictâ privatâ, quam in corde fovent litigaturientes, qui profectò digni non ſunt Euchariſtia; nam qui odio proximi quærunt vindictam per Magiſtratum, graviſſimè peccant; Dei ſiquidem vox eſt: Non quæres ultionem, nec memor eris injuriæ, *Levit. 10. verſ. 18.* Et ſpiritus Dei quanquam permittat, ut jus tuum perſequaris, una tamen ſeriò mandat, ut inimicum eſurientem cibes, & ſitienti potum miniſtres, *Rom. 12. verſ. 17. & ſeqq.* Brochmand. *dict. caſ. conſc. 6.* † Ita nempe ex accidenti injuſtum 17
& culpabile redditur litigium, quo implicati hoſpites ſacræ Cœnæ haut digni habentur, nec ad eam admitti debent. Per ſe autem lites forenſes non afficiunt litigantes, quò minùs rancore animi & altercandi amore ſepoſitô, digni ad communionem accedant. Eſtque remiſſio odii & vindictæ privatæ reconciliatio illa, quæ ad dignam ſacræ Cœnæ uſurpationem ſufficit, cauſæ verò cognitionem in judicio non tollit. ubi ſi qua reo imponatur pœna, ea non pro vindictâ privatâ eſt habenda, ſed pro exercitio judicii publici, quod impedire non poſſumus, licèt privatim cum adverſario reconciliati ſimus, Frider. Balduin. *dict. caſ. conſcient. 4.* † Quæ omnia B. Lutherus 18
conciſè & appoſitè explicuit *in Epiſtolâ ad privatum quendam datâ*, quam verbotenus adjicere lubet: Es hat mir euer lieber Sohn *M. Johannes* angezeiget / kläglich gar ſatt/lieber Freund/wie ihr euch vom Sacrament ſo viel Jahr enthaltet/ zu groſſem ärgerlichen der andern Exempel / und mich gebeten / euch zu vermahnen / von ſolchem gefährlichen Vornehmen abzuſtehen / weil wir keine Stunde des Lebens ſicher ſeyn. So hat mich ſei-
ne

ne kindliche treue Sorge für euch ſeinen Vater beweget/dieſe Schrifft an euch zu thun. Und iſt meine Chriſtliche brüderliche / wie wir in Chriſto einander ſchuldig ſind / Vermahnung/ ihr wollet von ſolchem Vornehmē abſtehen/und bedencken/ daß GOttes Sohn vielmehr gelitten/und ſeinen Creutzigern vergeben hat/und zuletzt/ wann die Stunde kömmt/ doch vergeben müſſen/wie ein Dieb am Galgen vergeben muß. Ob aber die Sache im Rechte hänget/das laſſet alſo geſchehen / und wartet
19 des Rechtens aus. † Solches hindert gar nicht zum Sacrament zu gehen/ſonſt müſten wir und auch unſere Fürſten nicht zum Sacrament gehen/weil die Sachen zwiſchen den Papiſten und uns hängen; Befehlet die Sache den Rechten; Aber dieweil machet ihr euer Gewiſſen frey/ und ſprechet: Weme das Recht zufällt/ der habe recht; Indeß wil ich vergeben deme/der Unrecht gethan hat/ und zum Sacrament gehen/ ſo gehet ihr nicht unwürdig hinzu/ weil ihr Recht begehret / und Unrecht leiden wollet/ wo es der Richter für Recht oder Unrecht erkennet. Solche Vermahnung nehmet für gut/die mir euer Sohn mit groſſem Fleiß abgeflehet hat. Hiermit GOtt befohlen / Amen. Mittwochs nach *Miſericordias Domini* 1540. apud Georg. Dedek. *dict. ſect. 9. n. 10. fol. 359.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Chriſtophori R.* zu *S. die 17. April. Anno* 20
1618. (Verba Sententiæ: Iſt ein Bürger daſelbſt Peter *S.* ſo eine Zeitlang mit Andreas *D.* im Rechte gelegen/und ſchwere Rechtfertigung geführet / welcher ſich nunmehr zur Beichte und heiligem Abendmahl finden wil/ deſſentwegen ihr zweiffeln thut/ob er bey ſo geſtalten Sachen zuzulaſſen. Ob nun wol berührter Rechtshandel allbereit eine geraume Zeit gewähret/und beyden Partheyen viel Koſten/ Ungelegenheit und Verdruß dadurch zugezogen worden. Dafern aber doch gedachter Peter *S.* keinen Zorn/ Rachgier und Groll zu ſeinem Widerpart tragen thäte/ſondern der Sachen Ausgang allein auf das Recht und erfolgende Urthel geſtellet/ in ſeinem Hertzen aber friedlichen wäre / dahin er allerdings anzumahnen; So möchte ihme auf vorgehende wahre Buſſe und beſchehene Beichte die heilige *Abſolution* und der Gebrauch des hochwürdigen Abendmahls nicht abgeſchlagen werden / ſondern er würde nebenſt andern Chriſten darzu billich gelaſſen/ V. R. W.)

DEFINIT. CCLXXXIX.

Diligenter proſpiciendum de vino in pagis, ne deficiat in adminiſtratione ſacræ Cœnæ.

SUMMARIA.

1. *Quænam materia Cœnæ Dominicæ terrena? n. 2.*
3. *Cur pane & vino Chriſtus in Cœnæ adminiſtratione uſus?*
4. *Ut typus Cœnæ hiſce elementis adimpleretur.*
5. *Nec non propter analogiam horum elementorum cum corpore & ſangvine Chriſti.*
6. *Quod ſpeciatim declaratur. numer. 7.*
8. *Num in defectu vini alio liceat uti liquore?*
9. *Proſpiciendum, ne vinum in ſacræ Cœnæ adminiſtratione deficiat.*
10. *Deciſio negativa ac ratio deciſi. n. 11.*
12. *In loco, ubi panis aut vinum deficit, abſtinendum ab uſu Cœnæ.*
13. *Licèt aliter ſenſerit Bucanus.*
14. *Abſtemii à vino à ſacrâ Cœnâ abſtineant.*
15. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

DE materiâ Cœnæ Dominicæ terrenâ ex profeſſo jam diſſerere, nec officii nec inſtituti noſtri eſt; Stat
1 enim veritas, † quòd in pane & vino illa conſiſtat; Nam Dominum noſtrum JEſum accepiſſe panem, fregiſſe & diſcipulis dediſſe, uno ore teſtantur tres Evangeliſtæ, Matthæus *cap. 26. verſ. 26.* Marcus *cap. 14. verſ. 12.* Lucas *cap. 22. verſ. 19.* Paul. *1. Corinth. 11. verſ. 23. & 24.* † Vinum quoque in calice datum 2
fuiſſe, evincitur ex verbis Chriſti:

Dico

Dico vobis, me non bibiturum ex fructu
vitis, usque quò completum fuerit in Re-
gno DEI: inſtitutioni Cœnæ Dominicæ
immediatè ſubjectis à Matth. *dict. cap. 26.*
v. 29. eidemque præmiſſis à Luc. *dict. cap.*
3 *22. v. 18.* † Cur autem hisce elementis &
non aliis uſus ſit Chriſtus, non equidem
refert noſſe, ſed in voluntate Dei ſine cu-
rioſâ inquiſitione acquieſcere præſtat,
quàm id, quod non eſt revelatum, rimari;
attamen ſi omninò ratio ſit exprimenda,
4 † non malè dicitur typus Cœnæ Dominicæ
hisce elementis adimpletus; adumbrata
ſiquidem fuit ſacra Cœna tùm panibus
azymis in eſu agni paſchalis uſurpandis,
1. Corinth. 5. v. 7. tùm mannâ pane cœleſti,
Joh. 6. v. 31. & 32. tùm convivio lautiſſimo,
in quo vinum maximè defæcatum bibitur,
5 *Eſa. 25. v. 9.* Accedit etiam † analogia inter
panem & corpus Chriſti, & vinum atque
ſangvinem Chriſti: Scriptum eſt enim de
pane, quod confortet cor hominis; & de
vino, quod lætificet cor hominis, *Pſ. 104. v.*
15. ita corpus & ſangvis Chriſti & vires
conferunt in pugna contra hoſtes ſpiritua-
les, & verâ afficiunt lætitiâ peccati causâ
6 contriſtatos. † Et ut panis ex multis con-
ficitur granis, ac vinum ex multis botris:
ita qui de ſacrâ hac mensâ communicant,
unum corpus fieri & in ſpiritum eundem
coaleſcere debent, quò reſpexit Apoſto-
lus Paulus, inquiens: Unus panis, unum
corpus multi ſumus, quia de uno pane par-
ticipamus, *1. Corinth. 10. v. 17.* & rurſus: O-
mnes in unum ſpiritum potati ſumus, *1.*
7 *Corinth. 12. v. 13.* † Porrò panis & vinum quo-
tidiè etiam aſſumtum nullam pariunt nau-
ſeam, ſed ventriculus famelicus hunc cibum
potumque potiſſimùm deſiderat: ita corpus
& ſangvis Chriſti in ſacrâ Cœnâ ſæpius
ſumta non exſatiant hominem, ſed famem
ſacratiſſimi hujus epuli magis magisque ex-
citant, Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de*
Cœn. Dominic. cap. 8. ſect. 3. Frid. Balduin. *de*
caſib. conſc. lib. 2. cap. 12. caſ. 8.
8 † Sed hoc ſaltem quærere lubet: *Num*
in defectu vini alio uti liceat liquore? Quid
enim ſi Communione ſacrâ in pago quo-
dam inſtitutâ, vinum in promtu haut
ſit, nec tam citò & facilè apportari poſſit?
Proſpiciendum ante omnia quàm diligen-
9 tiſſimè, † ne unquam vinum in ſacrâ Cœ-
nâ uſurpandum deficiat: quod ſi verò præ-
ter ſpem aliquando id accidat, differri vel
planè intermitti potiùs debet uſus hujus
ſacratiſſimæ Cœnæ, quam aliud ſubſtitui
elementum; clariſſima † namque ſunt Spi- 10
ritûs Sancti effata: Ne addite ad verbum
illud, quod ego præcipio vobis, neque de-
trahite de eo, *Deut. 4. verſ. 2.* item: Ne
facitote quicquid rectum videtur in oculis
veſtris: Unamquamque rem, quam ego
præcipio vobis, eam obſervantes facite:
ne addito ei, neque detrahito ex eo, *Deut. 12.*
v. 8. Et: Si quis adjecerit ad hoc, impo-
net ei Deus plagas ſcriptas in libro iſto: Et
ſi quis abſtulerit ex verbis libri Prophetiæ
hujus, auferet Deus partem ejus è libro vitæ,
Apocal. 22. verſ. 18. & 19. † Cum itaque 11
Chriſtus diſertè mandarit edi panem cum
corpore ſuo, & bibi vinum cum ſanguine
ſuo; res erit periculi plenisſima, pro vino
alium ſubſtituere liquorem. Ex quo etiam
vulgò tradunt noſtrates Theologi, ſi in loco
aliquo † panis ex frumento factus & vi- 12
num naturale deficeret, (veluti quibusdam
in partibus Norvvegiæ vinum etiam eò
illatum, ob frigoris intenſionem facilè
corrumpitur; & in locis quibusdam Indiæ
orientalis nec frumentum naſcitur, nec
aliunde importari, aut diu conſervari poteſt,
ita ut radicibus quibusdam incolæ panis
locô utantur) abſtinendum potiùs ibi fo-
re ab uſu Cœnæ, quàm aliam quandam ali-
moniam locô panis & vini adhibere, Bal-
duin. *dict. caſ. conſcient. 8.* † licèt aliter 13
ſenſerit Bucanus, nempe ſi panis & vinum
in aliqua regione deſit, iis terrenis ali-
mentis & cibis corporalibus ſacram Cœ-
nam adminiſtrandam eſſe, quibus omnes ho-
mines pro pane & vino, cibo & potu in
illa regione utuntur, *in inſt. Theolog.*
lib. 48. quæſt. 21. † Quin & abſtemios, qui 14
prorſus à vino abhorrent, ut ne guttulam
quidem ferre poſſint, à communione
S. Euchariſtiæ tutiùs abſtinere, quàm
alium liquorem loco vini ſubſtitui, conſu-
luit B. Lutherus *in ſerm. de Novo Teſtam.*
tom. 1. Jenenſ. germ. fol. 318. quem noſtrates
Theologi ut plurimùm ſequuntur, Balduin.
dict. cap. 12. caſ. conſcient. 11. Johan. Ger-
hard. *tom. 5. locor. comm.* §. *227. pag. 480.*
Brochmand. *dict. art. de Cœn. Domin. cap.*
10. caſ. conſc. 9.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi, die 2. Jan. Anno 1629.* (*Verba* 15
Reſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht / wegen bey der gehaltenen
Communion im *Filial* Hermersdorff vorgefallenen Mangelung des Weins / verle-
ſen hören. Wann dann die Eingepfarrten dadurch nicht wenig geärgert worden;

Als

Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet ſolches dem Pfarrer und Kirchner mit Ernſt verweiſen/und ihnen darneben auferlegen/es hinfüro mit dem Wein nicht ſo genau zu beſtellen/damit auf begebende Fälle man iederzeit den Wein in Vorrath haben möge/ꝛc.)

Definit. CCXC.

Nemo auditorum relictô ſuô ordinariô Paſtore ab alterius Eccleſiæ & diœceſeos miniſtro ad ſacram Communionem admitti debet.

SUMMARIA.

1. *Miniſtri Eccleſiæ extra ſuam diœceſin actus miniſteriales exercere haut valent.*
2. *Nec alterius Eccleſiæ parochianos ad Euchariſtiam ſacram admittere.*
3. *Fundamenta hujus deciſi, n. 11.*
4. *Ubique locorum id receptum.*
5. *Quod multorum approbatur autoritatibus apud Georg. Dedekenn.*
6. *Non caret rationibus hæc deciſio; & quænam illæ ſint? n. 7.*
8. *Maximè id verum, ſi permutatio ſuſcipiatur ex odio erga Paſtorem.*
9. *Magno ſcelere ſe obſtringit Paſtor alienum parochianum ad ſanctam Cœnam admittens.*
10. *Quilibet Eccleſiæ miniſter uni duntaxat Eccleſiæ præfectus eſt.*
12. *Ampliatur deciſio hæc, ſi juramento detineatur parochianus.*
13. *Non obligat jusjurandum, quod eſt contra bonos mores.*
14. *Adducitur concluſum Conſiſtorii Stutgardiani.*
15. *Reſcriptum Electorale.*
16. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
17. *Ejusdem Sententia.*

1 POſtquam diximus, extra diœceſin ſuam Paſtoribus & miniſtris Eccleſiæ actus miniſteriales exercere haut fas eſſe, *Supr. lib. 1. Defin. 68.* ſatis inde conſtat, miniſtros Eccleſiæ eos, qui ad Eccle-
2 ſiam ſuam non pertinent, † ſed ordinarios alios habent Paſtores, in ſuâ Eccleſiâ ad ſacram Domini menſam admittere nequaquam debere, Joh. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſ. ſect. 7. §. 117. pag. 196.* Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 4. cap. 9. caſ. 5.* Idque
3 (1.) † ſanctione expreſsâ confirmatum legitur in provinciis Electoratûs Saxonici, *Ordin. eccleſiaſt. art. general. 8. §. ult. ibi*: Es ſol auch kein Pfarrer oder Kirchendiener iemands/ der in ſeine Pfarre nicht gehörig/ das hochwürdige Sacrament ohne Erlaubniß des Superintendenten reichen/ ꝛc. Nec ſpeciale forſan hoc eſt in hisce ter-
4 ris, ſed univerſaliter † verum & ubique locorum receptum, ut patet *ex conſilio* D. Tilemanni Heshuſii *ſuper quæſtione*: Ob ein Pfarrer die Sacramenta denen *adminiſtriren* möge/ die unter ſeine Pflege und Pfarre nicht gehören/ und ob ein Chriſt recht daran thue/daß er auſſer ſeiner Pfarre den Brauch des Sacraments ſuchet? † nec non conſilio Wolffgangi Waldners, 5
& Nicolai Galli Paſtoris & Superintendentis Ratisbonenſis, D. Simonis Pauli, Hieronymi Mencelii Superintendentis Mansfeldici, Michaelis Mülingii, Facultatis Theologicæ Giſſenſis, Tubingenſis & Roſtochienſis, aliorumque conſiliis ſuper eâdem quæſtione, quæ congeſſit, eorumque copiam exhibet Georg. Dedekenn. *vol. 1. conſilior. eccleſiaſt. part. 3. lib. 1. ſect. 4. fol. 437. & multis ſeqq.*

(2.) † Nec ratio hujus deciſi deficit, ut 6
colligere licet ex verbis Electoralibus *dict. Ord. eccleſ. art. general. 8. §. ult.* In Anſehung/ daß zum öfftermal viel und mancherley Unrichtigkeit daraus erfolget. Ec-
quis † enim non videt, ex permutatione iſtâ 7
ſuſpectum reddi Paſtorem ordinarium, qui deſeritur, quaſi officium ſuum non pro dignitate adminiſtret, quâ tamen in re injuria ipſi fieri poteſt: Scandalum præbetur aliis, qui ad hoc exemplum facilè ſuos quoque permutarent Paſtores; quâ ratione obſe-

quium

quium Miniſterio debitum cum omni diſciplinâ facilè currueret. Licentia peccandi introducitur; dum enim auditores ab uno Paſtore ad alterum vagantur, nemo accuratam ipſorum curam habet, nemo etiam vitia ipſorum liberè taxare audet, cùm ſemper metuendum ſit, ne denuò, hôc Paſtore deſertò, alium quærant. Verba hæc ſunt Frider. Balduin. *de caſib. conſc. l. 2. cap. 10. caſ. 5. pag. 386.*

8 (3.) † Cumque mutatio ejusmodi plerumque ſuſcipiatur ex odio parochianorum erga ſuos Paſtores, eò minus certè permittenda erit, quia nemo lites inter Paſtorem & oviculas ſuas alere, ſed potiùs præſcindere debet, & adhortari auditorem præſertim contumacem, ut odium deponat, & cum Paſtore ſuo reconciliationem admittat, juxta admonitionem Chriſti *Matth. 5. verſ. 24.*

9 (4.) Quin † & novit Paſtor peregrinus, quando ſcelere ſe obſtringat is, qui Paſtorem ſuum pertinaciter odit, maximè innocentem; Jam verò eos, qui pertinaciter alios odiunt & non pœnitent, nemo ſalvâ conſcientia ad ſacram Cœnam poteſt admittere, priusquam verè pœniteant, & ad veram revertantur viam, ut hinc Paſtor peregrinus nunquam ſit tutus hanc ob cauſam, ex alienâ diœceſi aliquem ad ſacram Euchariſtiam admittens.

10 (5.) † Et quid multis opus, cum quilibet Eccleſiæ miniſter uni duntaxat Eccleſiæ ſit datus, pro eâ ſola aliquando redditurus rationem. Non ergò poteſtas ſua ad alienos extenditur parochianos; quare ſuos duntaxat curet, alios ſuis relinquens Paſtoribus, juxta monitum Pauli: Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos, *Act. 20. v. 28.* & Petri: Attendite gregi, qui vobis eſt com-
miſſus, *1. Petr. 5. verſ. 2.* † Nec proprio 11
judicio parochiani præpoſitis ſibi electis, ſed ſuis ac ſibi legitimè ab eccleſia præfectis obediant, eosque ſequantur, ut qui vigilant pro animabus ipſorum, *Hebr. 13. verſ. 17.* ne ſi aliter faciant, illud Cypriani incurrant: Sine ſpe ſunt, & perditionem maximam indignatione Dei acquirunt, qui ſchiſmata ſerunt, & relictô Epiſcopô alium ſibi foris Pſeudoepiſcopum conſtituunt. *lib. 1. epiſt. 6.*

Cæterum etſi parochianus † juratam ob- 12
teſtationem obſtare ſibi dicat, quo minus
præpoſitum ſuum Paſtorem compellat, &
ſacræ Cœnæ adminiſtrationem ab eo petat,
non magis tamen audiri debet, quia obteſta-
tio ejusmodi pro nulla habetur, nec obligare
valet jusjurandum, quod eſt † contra bonos 13
mores & Ordinationem eccleſiaſticam, *cap.
etſi Chriſtus. extr. de jurejur.* Felin. *in cap. ſi
diligenti. 12. extr. de foro compet. n. 28. verſ.
quid autem ſi jurejur.* Matth. de Afflict. *deciſ. 322. n. 1. & ſeq.* Paul. de Caſtro *lib. 2. conſ.
143. num. 1. verſ. & benè facit ad prædicta
&c.* † Quo facit *concluſum Conſiſtorii Stut-* 14
gardiani à Dedekenno *hiſce verbis notatum:* Eine Weibes-Perſon hat verſchworen/bey ihrem *Paſtore* nicht zu *communiciren* / wil aber von andern Kirchen-Dienern das Nachtmahl empfangen. *Concluſum eſt in Conſiſtorio Stutgardiano:* Nein. Dann unrecht ſey es/daß ſie es verſchworen/ noch unrechter/ da ſie ihr unbedächtlich Verreden halten wolte/ ſie auch *in ipſâ Communione* den Groll wider ihren Pfarrer behalten würde. Sey derwegen mit Ernſt/ auch mit Bedrauung des Gefängniß darvon abzuhalten/rc. *Anno 1594. dict. ſect. 4. n. 13. fol. 464.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wittebergenſi, die 18. April. An. 1631. (Ver- 15
ba Reſcripti: Was bey uns Hans Friederich von *S.* zu *H.* unterthänigſt ſuchet/ daß er nemlichen anderer Orten beichten und *communici*ren möchte/ das habt ihr aus der Jnlage zu vernehmen. Demnach aber ſein Schwur/ auf den er ſich berufft/GOttes Wort und unſerer Kirchen-Ordnung zuwider läuffet; Als begehren wir hiermit gnädigſt/Jhr wollet ihn vor euch erfordern/die Unziemlichkeit ſeines Vorwendens nothdürfftig zu Gemüth führen/ ihn gäntzlich abweiſen/ und daß er bey dem ordentlichen Pfarrherrn verbleiben/ in unſerm Namen ihme auferlegen. An dieſen allen geſchicht unſere gefällige Meynung/rc.)

Nec non † Conſiſtorium Supremum Georgio ab Hainitz zu Alten Kölitz *& M. Valentino* 16
Zänckern *Paſtori in Kalbitz, die 19. Sept. An. 1617. (Verba Reſcripti:* Was maſſen an uns der Pfarrer zu Groſſenbehla *M. Sylveſter* Friederich über euer des von Hainitz Geſinde/als *N.N.* und *N.N.* daß ſie ſich der Kirchen daſelbſt entſchlagen/dagegen nach Calbitz begeben und allda *communici*ren/ ſich beklaget/ſolches habt ihr inliegende zu befinden; Begehren derhalben an ſtatt Seiner Churfl. Gnaden hiermit/Jhr der von Hainitz wollet bemeldten Perſonen auferlegen/gleich andern euern Unterthanen und Geſinde ſich mit der Seelſorge und Gebrauch des hochwür-

digen

digen Abendmahls nach Groſſen-Behla zu halten/ und Ihr/der Pfarrer/ſo lange ſie in des von Hainitz Dienſten bleiben/ *Supplican*ten zuwider der Kirchen-Ordnung und derſelben *Generali*en hierinnen keinen Eintrag thun/ noch ihme in ſein Amt greiffen / ꝛc.)

Et † ad conſultationem Johannis Erichs Paſtoris in Bockendorff, die 28. Februar. Anno 17
1608.(Verba ſententiæ: Demnach ihr uns berichtet/ daß Lorentz *H.* und nach deſſen Abſterben ſein Sohn Moritz *H.* mit den Opffer-Pfennigen und *Decem*, vermöge der Kirchen-*Matricul* nach Langenheinersdorff gewieſen/ aber deſſen ungeachtet ſich eine ziemliche Zeitlang in die Kirche zu Bockendorff bevorab zu Sommerszeiten gehalten/dahin ſie doch dem eingeholten Gezeugniß nach niemals nichts gereichet/und derentwegen gebeten/ euch des Rechten zu berichten/ ob ihr den Beſitzer der Mühlen für euer Pfarrkind zu erkennen/ und der Sacramenten gleich andern fähig werden zu laſſen / befugt und ſchuldig ſeyd ; Als erkennen und ſprechen wir für Recht/daß der *H.* oder Beſitzer der Mühlen geſtalten Sachen nach/ und inſonderheit weil in der Kirchen-*Matricul* er unter den Eingepfarrten zu Bockendorff nicht befindlich iſt/ mit Genieſſung der Sacramenten und Kirchen-Gerechtigkeiten ſich nach Langenheinersdorff zu halten pflichtig / und euch dieſen oder andern nicht eingepfarrten Perſonen/zuwider den *generali*en/ ohne ſonderbaren Befehlich und Erlaubniß zu *communici*ren nicht gebühre/ V.R.W.)

Definit. CCXCI.

Aliter tamen res ſeſe habet in caſu neceſſitatis & periculo peſtis, quâ cœtus ordinarius & diœceſis eſt infecta.

SUMMARIA.

1. *Aliunde & extra diœceſin in caſu neceſſitatis ad ſacram Cœnam accedere licet.*
2. *Referuntur caſus ejusmodi excepti. n. 3. 4.*
5. *Multis modis fieri poteſt, ut alterius Eccleſiæ parochiani ad communionem admittantur.*
6. *Quæ ratio & fundamentum hujus limitationis?*
7. *Chriſtus neminem ad ſe venientem ejecit.*
8. *Nec Paulus, qui ſe debitorem vocat Græcorum & Barbarorum.*
9. *Caſus neceſſitatis tollit differentiam parochianorum.*
10. *Præſertim ob peſtis graſſantis periculum. n. 11.*
12. *In caſu neceſſitatis receditur à regulis juris.*
13. *Neceſſitas nulli ſubjecta eſt legi.*
14. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 QUod diximus, Paſtori haut fas eſſe
ad ſacram Cœnam admittere alterius Eccleſiæ & diœceſeos parochianum, *Definit. præced.* id nequaquam generaliter & abſolutè intelle-
2 ctum velim. † Quid enim ſi ſedibus ſuis expulſi in locis peregrinis hoſpitentur, & ſic neceſſitate adacti ſuos deſerant Paſtores?
3 Quid † ſi aliquis in itinere infirmâ valetudine obrueretur? Quid ſi forſan Paſtor ex odio aut cupiditate vindictæ, aut quacunque ſimili de causâ ſacram Cœnam cui-
4 dam denegaret? † Quid ſi miniſter alicujus Eccleſiæ notoriè ſceleratus & impurus fuerit, adulter aut homicida, cum ſcandalo blasphemus & perjurus, qui jamdudum remotionem ſit meritus, à quo pius parochianus ſacram Cœnam accipere horreat?
Multis certè modis † accidere poteſt, 5
ut audiantur parochiani certæ alicujus Eccleſiæ, epulum hoc ſacratiſſimum petentes; quos à Definitione præcedenti exceptos velim, Joh. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſiaſt. §. 117. pag. 196.* & Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 4. cap. 9. caſ. 5.*

6 Si enim magnum habetur † peccatum, eſurientibus negare panem, de quo Jeremias conqueritur: Adhæſit, inquiens, lingva lactantis ad palatum ejus in ſiti: parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis, *Thren. 4. verſ. 4.* longè gravius utique ſcelus erit, denegare pabulum animæ
7 anxiè deſiderantibus. Nec † enim Chriſtus quenquam ad ſe venientem ejecit, *Johan. 6. v. 37.* quo ergò jure miniſtri Eccleſiæ parochianos alterius Eccleſiæ uſu ſacræ Cœnæ deſtitutos, vel emigrare coactos ab Eccleſia ſua & communione arcerent?
8 Quò & † facit, quod D. Paulus debitorem ſe vocat Græcorum pariter & barbarorum, *Rom. 1. v. 14.* hoc eſt, omnium, qui miniſterio ſuo indigent, quia Deus tam Græcorum quàm Judæorum Deus ſit, *Roman. 3. v. 29.* Nimirum caſus neceſſitatis regulam ceſſare facit, & tollit differentiam
9 parochianorum † circa uſum ſacræ Cœnæ, prout innuit *Ordin. eccleſiaſt. Elect. Saxon. artic. general. 8. §. ult. in fin. ibi*: Es wären dann wanderende francke Perſonen/und/ wie berühret/wohl unterrichtet.

Imprimis verò attendi haut debet differentia hæc in caſu & periculo † peſtis, ſi 10
forſan eâ cœtus aliquis inficiatur, à quo ſani ac nondum infecti abſtineant, & ab alterius Eccleſiæ Parocho Communionem ſacram petant, quibus ea deneganda haut eſt. Quod ſi enim † juſtâ ex causâ pro 11
obtinendo ſacræ Cœnæ uſu alterius diœceſeos Parochum compellare licet, ut modo diximus, Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 2. cap. 10. caſ. 5.* utique ob peſtis periculum id multò magis licitum cenſetur, quippe quo non unica tantùm perſona neceſſitate premitur, ſed & reliqui ac quandoque cœtus univerſus periclitatur. Nec quisquam non caſum hunc ſummæ dixerit neceſſitatis, † quo receditur non ſolùm à re- 12
gulis juris communis, ſed etiam prohibitivi, Jaſon. *ad l. de pupillo. ff. de novi oper. nunciat.* Zaſ. *1. conſil. 21. num. 11.* & nulli † ſub- 13
jecta eſt legi neceſſitas, *l. 1. ff. de offic. proconſ. l. 7. §. 3. ff. quod vi aut clam.* ſed ipſa legem facit, *can. remiſſionem. 1. quæſt. 1.* Andr. Tiraquell. *in tract. lignag. §. 26. gloſſ. 1. n. 19. & ſeqq.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Oſſitienſi, die 10. Julii Anno 1607. (Verba* 14
Reſcripti: Uns hat der Schöſſer zu Meiſſen Abraham Pfeiffer zu erkennen gegeben/wie daß er glaubwürdig berichtet worden/daß der Pfarrer zu Lommatzſch *M. Valentin L.* bey dieſer itzigen des Orts ſchwebenden Seuche und ſchädlichen Peſtilentz die eingepfarrten Dörffere/ welche ins Amt Meiſſen gehörig/und mit ſolcher Seuche nicht behafftet/zu Anhörung Göttliches Worts und Gebrauch der hochwürdigen Sacrament in ſeine Kirche zu zwingen/ und in muthwillige Gefahr zu ſtecken Vorhabens ſeyn ſolle. Wann dann die Churfl. Kirchen-Ordnung dißfals/ und wie es an ſolchen gefährlichen Orten mit Beſuchung der Predigten und Erholung der Sacramenten mit den Eingepfarrten in dergleichen Nothfall zu halten/ klare Maſſe giebt; Als iſt an ſtatt Seiner Churfl. Gnaden unſer Begehren an euch/ Ihr wollet bey den benachbarten Pfarrern/ ſo in eure *Inſpection* gehörig/ die Verſchaffung thun / daß ſie die eingepfarrten Dorffſchafften zu Lommatzſch/ ſo noch nicht *inficiret*/ wann ſich dieſelbe bey ihnen des Gehörs Göttlichen Worts und der hochwürdigen Sacramenten gebrauchen wollen / zulaſſen ſollen/ꝛc.)

Definit. CCXCII.

Extra caſum neceſſitatis aut morbi in ædibus privatis vel ſacrario templi ſacrâ Cœnâ uti non licet.

SUMMARIA.

1. Negant Calviniani, ægrotis in ædibus privatis ſacram adminiſtrandam eſſe Cœnam.

2. Refellitur hæc aſſertio.

3. Quibus rationibus & fundamentis? n. 5.

4. Chri-

4. Chriſtus Cœnam primam in ædibus privatis celebravit.
6. Sacra Cœna cur vocetur κοινωνία?
7. Baptiſmus in privatis ædibus ab Apoſtolis fuit adminiſtratus.
8. Extra caſum morbi vel neceſſitatis Communio non niſi in cœtu publico peragenda.
9. Quibus ex cauſis & fundamentis? num. 13.
10. Adducitur mandatum divi Apoſtoli Pauli.
11. Nec non Ordinatio eccleſiaſtica Electoralis Saxonica. n. 12.
14. Sententia Philippi Melanchthonis de hac re.
15. Reſcriptum Electorale.
16. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

1 NEquaquam annuendum eſt Cal-
viniianis multùm contendentibus,
ne Euchariſtia ad ægrotos tan-
quam viaticum deferatur, inque
ædibus privatis adminiſtretur, ut videre eſt
apud Muſculum *in locis. fol. 369.* & Are-
2 tium *part. 1. probl. 82.* Poſtquam † enim
diſcrimen locorum in Novô Teſtamentô
eſt ſublatum, *Coloſſ. 2. verſ. 16.* adeò ut cultus
divinus ſincerè celebratus, quocunque et-
iam in loco, Deo placeat, *Johann. 4. v. 21.*
& 23. 1. Tim. 2. v. 8. & congregatio ſancta
habetur, ubi duo aut tres in nomine Chriſti
3 ſunt congregati, *Matth. 18. verſ. 20.* † im-
pium profectò eſſet, epulum hoc ſacratiſſi-
mum & unà conſolationem divinam æ-
grotis lecto affixis denegare, *Matth. 11. v.*
4 *27.* præſertim † cum ipſemet Chriſtus Cœ-
nam primam non in templo Hieroſolymi-
tano, ſed in ædibus privatis celebraverit,
5 *Luc. 22. verſ. 9. & ſeqq.* † Nec toti cœtui
junctim, ſed cuivis etiam Chriſtiano ſeor-
ſim, ſaltem qui ſeipſum probare poteſt,
dictum eſt, ut manducet corpus Domini,
& bibat ſangvinem Domini, *1. Corinth. 11.*
v. 27. & ſeqq. Nec eſt quod Calviniani no-
6 bis opponant, † vocari ſacram Cœnam
κοινωνίαν, *1. Corinth. 10. v. 16.* ad indicandum
ſcilicet pluralitatem utentium Cœna:
Quoniam non ita appellatur ob plurium
communionem, ſed ob corporis & ſan-
gvinis Chriſti participationem, *dict. cap.*
7 *10. ad Corinth. v. 17.* † Et nonnè Baptiſmus
in privatis ædibus ab Apoſtolis fuit admi-
niſtratus? *Act. 16. v. 33.* quidni ergò Cœna
etiam ſacra in caſu morbi vel alterius ne-
ceſſitatis privatim adminiſtrari poterit?
Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 2. cap.*
12. caſ. 13. Caſp. Eraſm. Brochm. *in art. de Cœ-*
nâ Domin. cap. 9. quæſt. 23.

8 † Aliter verò res ſeſe habet extra caſum
morbi vel alterius neceſſitatis, ubi ſacra
Communio in publico cœtu fiat neceſſe
eſt, nec quiſquam in ædibus privatis, domo
parochiana vel ſacrario ad eam admitti
9 debet. (1.) † Eſt enim Cœna Domini in-
ſtituta, ut ſit nervus publici miniſterii, publi-
cæ congregationis & publicæ confeſſionis;
æquum ergò, ut ab iis, qui valent & nulla
causâ ſonticâ à cœtibus publicis excludun-
tur, cum aliis in templo ſumatur, Balduin.
dict. caſ. 13. (2.) † Quò & facit mandatum 10
D. Apoſtoli, ut Cœna ſacra in publicis
celebretur congreſſibus. *1. ad Corinth. 11.*
verſ. 18. 20. & ſeqq. Nec deſerenda eſt
congregatio, ut mos eſt nonnullis, monen-
te Apoſtolo *Hebr. 10. verſ. 24.* (3.) † Eſt- 11
que hac de re ſanctio clara *in Ordinat. ec-*
cleſ. Elector. Saxon. art. gener. 8. §. Es
ſol aber die Communion auf die Sonn-
tåge und etliche andere Chriſtliche Feſte
in zůchtigen Verſamlungen der Chriſten
in der Kirchen mit Chriſtlicher Predigt/
Geſang/ ernſtlicher Anruffung um Gna-
de und Hůlffe in allen Nöthen und mit
hertzlicher Danckſagung fůr das bittere
Leiden und Sterben CHriſti gehalten
werden. *Et art. general. 7 §.* † Deßgleichen 12
ſol auch die Beichte und Verhör derer/ ſo
zur Communion gehen wollen/ aus vielen
beweglichen Urſachen nicht in des Pfar-
rers oder *Diaconi* Hauß/ noch in der Sa-
criſtey/ ſondern in der Kirchen öffentlich
im Chor geſchehen / damit ſolches alles
mit groſſer Zucht und Ernſt in Beywesen
und bey dem Gebeth des Volcks verrich-
tet werde. Quamvis ſanctio hæc quoad
confeſſionem privatam in ſacrario non au-
diendam multis in oppidis, præſertim apud
viros honoratiores, ab uſu hodie receſſerit,
(4.) † Fieri etiam poteſt, ut anſa detur 13
per communionem in ædibus privatis con-
venticulis domeſticis & illicitis, omni ſu-
ſpicione plenis, quæ propterea ſunt prohi-
bita, *cap. conventicula. de pac. tenend. 2. FF.*
53. l. conventicula. C. de epiſc. & cler. Theo-
dor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt.*
lib. 1. claſſ. 4. cap. 20. n. 69. † Quam rationem 14
indigitavit Philipp. Melanchthon. *in Epi-*
ſtolâ ad Johannem Mattheſium de uſu Cœnæ
privatæ, biſce verbis: Sed tamen morem
hunc ægrotantium (qui nempe in ædibus
privatis Cœnâ ſacrâ utuntur) imitari non

ægro-

ægrotantes periculoſum eſt , non ſolùm quod cùm fama hæc ſpargitur, accenditur perſequentium ira ; ſed etiam exemplum depravare poſſent, qui domeſtica conventicula inſtituerent propter alias cauſas & opiniones &c. apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. conſil. theolog. part. 2. libr. 3. ſect. 3. num. 2. fol. 251.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Miniſterio Dresdenſi, die 10. Januar. Anno 1614.* (*Verba Reſcripti:* Nachdem bis anhero in unſerer Haupt-Veſtung Dreßden bey Ausſpendung des heiligen hochwürdigen Abendmahls ein Mißbrauch eingeriſſen/ daß viel Perſonen nicht zu gewöhnlicher Zeit bey der öffentlichen *Adminiſtration*, ſondern in der Sacriſtey gleichſam heimlich und *privatim communicir*et haben/ ſolche Unordnung aber von unſers Obern-*Conſiſtorii* allhier verordneten *Præſident*en und Räthen zu unterſchiedlichen Malen aus beweglichen und wichtigen Urſachen abgeſchaffet/ und dargegen dahin geſchloſſen worden / da iemand wegen Schwachheit des Leibes/ oder anderer erweißlichen Ungelegenheit halber nicht der ordentlichen öffentlichen *Communion* nach der Haupt-Predigt abwarten könte/ ſie doch nach der Frühe- oder Metten-Predigt vor dem Altar/ und alſo der Apoſtoliſchen Ordnung nach öffentlich das heilige Sacrament des Nachtmahls empfangen ſollen / daß wir dieſen unſern *publicirt*en Kirchen-Ordnungen gemäſſen Schluß uns nicht allein durchaus gefallen laſſen/ ſondern auch *confirmi*ret haben/ und begehren hierauf gnädigſt/ daß hinfüro das Stadt-*Miniſterium* allhier die *Privat-Communion* in den Sacriſteyen gäntzlich einſtellen/ und unſers Obern-*Conſiſtorii* beſchehener Verordnung gehorſamlich nachleben ſolle. Daran geſchicht unſere gefällige zuverläßige Meynung/ ꝛc.) 15

Et † *Conſiſtorium Supremum D. Paulo Laurentio Superintendenti Dresdenſi, die 15. April. Anno 1607.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben mit ſonderbarer Befremdung vernommen/ daß bey nahe alle Sonntage / auch wol geringe Standes-Perſonen und Dienſtmägde in der Pfarrlichen Sacriſtey allhier von etlichen euern *Colleg*en zu der *Communion* gelaſſen werden. Wann dann ſolches nicht allein der Kirchen-Ordnung zuwider / ſondern auch in keiner *reformirt*en Kirchen Augſpurgiſcher *Confeſſion* gebräuchlich iſt / und hierdurch bey vielen einheimiſchen und fremden Leuten ein groſſes Aergerniß erreget wird/ welchem ferner alſo nachzuſehē uns keines Weges gebühret; So iſt hiermit an ſtatt höchſtermeldten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ ihr wollet eure *Colleg*en ingeſamt vor euch erfordern/ und ihnen mit Ernſt unterſagen/ daß ſie hinfüro auſſer dem Nothfall niemanden in der Kirchen-Sacriſtey *communici*ren/ ſondern ihre Beicht-Kinder zu öffentlichem Gebrauch des heiligen Nachtmahls verweiſen ſollen/ ꝛc.) 16

DEFINIT. CCXCIII.

Plures quando ſunt in miniſterio Collegæ, unus alteri porrigit ſacram Cœnam: ad quod aliàs vicinus vicino Paſtori eſt obſtrictus.

SUMMARIA.

1. *Inſtructus poteſtate adminiſtrandi Sacramentum ſibimetipſi hoc poteſt adminiſtrare.*
2. *Permiſſum ergò hoc ipſum Paſtori, Collega & vicino Paſtore deſtituto.*
3. *Fundamentum & ratio hujus deciſ. n. 4.*

Verbi miniſter ſeipſum verbo divino conſolari poteſt ac debet.

5. *Movetur objectio ex verbis B. Lutheri.*
7. *Explicantur verba illa, & rurſus objectio refellitur.*
8. *Reſtringitur hoc deciſum ad caſum neceſſitatis.*
9. *Extra quem Paſtor ſibi ipſi Cœnam ſacram porrigere haut debet.*
10. *Et quare non ?*
11. *Miniſterium Spiritus ſancti contemnendum non eſt.*

12. *Ad-*

12. Adminiſtratio ſacræ Cœnæ in conventu publico ordine & decenter peragi debet, num. 13.
14. Adducitur ſanctio Electoralis.
15. Confeſſio & abſolutio Communioni præmitti debet.
16. Nemo ſeipſum abſolvere poteſt à peccatis.
17. Reſcripta Electoralia. n. 18.
19. Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.

1 INficias ire non poſſumus, eum, qui divinitùs eſt inſtructus poteſtate adminiſtrandi aliis Sacramentum, ſibi ipſimet hoc adminiſtrare poſſe: quod & tutò fa-
2 cit deſtitutus † alio miniſterii Collegâ ac vicino, Caſpar. Eraſm. Brochmand. *in art. de Cœnâ Domin. cap. 10. caſu conſcient. 8.* Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. libr. 4. cap. 9. caſ. 7.* Tarnov. *de miniſter. eccleſiaſt. libr. 2. cap. 29. quæſt. 4.* Vincent. Filliuc. *tom. 1. quæſt. moral. tract. 4. cap. 9. n. 283.*
3 Cedunt † enim neceſſitati omnia, quæ divinitùs non ſunt præcepta vel prohibita; at nuſpiam præceptum, ut diſtinctæ perſonæ ſemper obeant partes communicantis & accipientis Sacramentum Cœnæ; nec ullibi interdictum, ne Paſtor tempore neceſſitatis Cœnam ſacram ſibimet porrigat.
4 Quidni ergò † in caſu deficientis Collegæ vel vicini Paſtoris hoc concederetur? ſartis ac tectis ſervatis omnibus, quæ ad legitimam Sacramenti adminiſtrationem requi-
5 runtur; perinde † ac verbi divini miniſter poteſt ac debet ſeipſum verbo divino conſolari. Brochmand. *dict. loc.*

6 † Nec ambiguum hoc reddit aſſertio B. Lutheri *in articulis Smalcaldicis part. 2. art. 2. & in colloq fol. 165.* ſtatuentis, quòd ſeipſum communicare ſit perſvaſio humana, deſtituta verbo Dei, incerta & non ne-
7 ceſſaria. Locum enim † illum quod attinet, propriè oppoſitus is eſt Miſſis privatis pontificiis, in quibus ſolus Sacerdos ſacrificans communicat, & ex illâ communione fructus aliquis ad populum ſpectantem redire ſtatuitur, Johann. Gerhard. *tom. 5. locor. commun. pag. 23.* ex quo ſanè ad noſtrum deciſum, quo Paſtor ſibi ſoli fructum quærit, nihil inferri poteſt. Quin &
8 reſtrictum † id volumus ad caſum neceſſitatis, ſi ſcilicet Paſtor Collegam non habeat, nec propter loci intercapedinem vicinum ſuum accerſere vel adire queat. Tum enim ſeipſum probans priùs & examinans, atque à Deo veniam peccatorum precatus, ſumat corpus & ſangvinem filii Dei, non tanquam ex ſuâ ſed Chriſti exhibentis manu. Pelarg. *in ſcholâ fidei. artic. 10. Auguſt. Confeſſ.* Gerhard. *dict. loco.* Paul. Tarnov. *in diſp. de Cœnâ th. 5.*

† Cæteroquin ſi Paſtor Collegam habe- 9
at, vel vicinum accerſere poſſit, tantum abeſt, id permittendum fore, ut nec ipſimet hoc conſultum, nec ſine ſcandalo Eccleſiæ fieri poſſe exiſtimemus cum Frider. Balduin. *dict. caſ. 7.* Paul. Tarnov. *dict. loco.* Martin. Chemnit. *in exam. Concil. Tridentin. part. 2. cap. 8.* Vincent. Schmuck. *in Conſilio ſuper hac quæſtione* apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. conſil. theolog. part. 2. libr. 3. ſect. 3. num. 10. fol. 255. & 256.*

(1.) † Quemadmodum enim Medicus, 10
licet doctrina & experientiâ excellens, ipſemet ægrotus non proprium ſequitur judicium, ſed Collegarum aliorumvè Medicorum conſilia requirit: ita ad hujus exemplum Paſtori longè conſultiùs erit, ab aliis Eccleſiæ miniſtris conſolationem petere & ſacram Cœnam accipere, † ne miniſte- 11
rium Spiritus Sancti facto ſuo contemnere videatur, ſine quo nemo in tentationibus ſe ſufficienter conſolari valet.

(2.) † Cumque ut aliàs omnia, ita et- 12
iam adminiſtratio ſacræ Cœnæ in cætu publico ordine & decenter peragi debeat, *Ordin. eccleſiaſt. Elect Saxon. artic. general. 8.* §. Es ſol aber die *Commun. verb.* In züchtigen Verſammlungen der Chriſten in der Kirchen/ ꝛc. *It.* §. Es ſollen auch die Pfarrer ſich äuſſerſt befleißigen/ ſolch hochwürdig Sacrament mit aller Chriſtlicher gebührender Andacht und Vorſichtigkeit zu handeln/ damit der Chriſtlichen Gemeine keine Aergerniß gegeben/ ſondern zu gleichmäßiger Andacht gereitzet und erwecket werde. *Et* §. Damit auch ſonſten alle Unordnung verhütet werde/ ꝛc. † *Nec non in* 13
Decreto Synodali de Anno 1624. §. Und wie es billich. *verb.* Daß bey Ausſpendung der heiligen Sacramenten ordentlich/ Chriſtlich und erbarlich umgegangen werde/ ꝛc. non certè hinc permittendum miniſtris Eccleſiæ, ut ſibi ipſis ſacram Cœnam porrigant, quia fieri vix poteſt, ut novitate iſtâ infirmi non ſcandaliſentur.

(3.) † Meritò ideoque Sereniſſimus 14
Saxoniæ Elector in Synodo Eccleſiaſticâ Anno 1624. abuſui hinc occurrendum duxit, ſanciendo, ut in poſterum miniſtri Eccleſiæ à Collegis ſuis vel vicinis Paſtoribus ſacram Cœnam accipiant;

 cui

cui ſanctioni extra caſum neceſſitatis præciſè eſt inhærendum.

15 (4.) † Requiritur porrò, ut confeſſio & abſolutio Communioni præmittatur; *ſuprà Deſinit. 275. Ordinat. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. artic. gener. 7. verſ.* Daß man niemand zum hochwürdigen Sacrament des Leibes und Blutes des HErrn Chriſti zulaſſe/ er habe dan zuvor gebeichtet und die *Privat-Abſolution* geſuchet. At quomodo id fieri poterit, ſi Paſtor alium non requirat Eccleſiæ miniſtrum? 16 † cùm nemo abſolvere ſeipſum poſſit; nec enim dictum: Ubi tibi remiſeris peccata, ſed, quibuscunque remiſeritis peccata, *Matth. 16. v. 19. Joh. 20. v. 21.* Et cur non ut abſolutio à Miniſtrô fideli petenda, obtinente totius Eccleſiæ conſvetudine, ita & ſacra Cœna?

17 *Ita* † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendentibus Circuli* Ober-*Conſiſtorialis die 10. Martii Anno 1625.* (*Verba Reſcripti:* Und nach deme im *Synodo* für rathſam und nützlich erachtet worden/ daß in den Städten/ wo mehr als ein Geiſtlicher iſt/ ie einer dem andern beichten/ und von demſelben ſich *communici*ren laſſen/ auf den Dörffern aber ein *Vicinus* von dem andern die *Abſolution*, und in öffentlicher Verſamlung das heilige Abendmahl empfangen ſolle; So iſt unſer gnädigſtes Begehren/ Ihr wollet deßwegen auch bey euren untergebenen *Paſtoribus* und *Diaconis* gebührliche Verordnung thun/ und fleißige Achtung geben/ daß unſerm gnädigſten Befehlich nachgegangen/ und von keinem weder itzo noch künfftig dawider gehandelt werde/ ꝛc.)

18 *Et* † *Conſiſtorio Lipſienſi, die 19. Novembr. Anno 1625.* (*Verba Reſcripti:* Was an uns der Superintendens zur Neuſtadt an der Orla *M. M. L.* wegen der im nächſten *Synodo* aus gewiſſen Urſachen angeſtallten Beichte und Communion der Pfarrer und Capläne in Städten und Dörffern/ dahero gelangen laſſen/ weil er bey euch keine *Reſolution* erlangen können/ das habt Ihr aus dem Inſchluß zu vernehmen. Nun iſt aus den *Acten* der *General-Viſitation* gnungſam zu ſehen/ wer in der *Inſpection* zur Neuſtadt ſich unſerer Anordnung aus übriger eingebildeter Klug it am meiſten widerſetzet/ und den andern des *Miniſterii Scrupel* gemachet habe. Wir hätten auch wol Urſach/ andern zum Exempel gegen oberwehnte Klüglinge einen Ernſt anzuordnen; wir wollen uns aber verſehen/ ſie werden hinfüro ſich beſcheidentlich erzeigen; Und begehren hiermit genädigſt/ Ihr wollet dem Superintendenten zur Neuſtadt auferlegen/ ſeinen untergebenen Pfarrern und Caplänen anzuzeigen/ daß wir niemanden zu verſtatten gemeynet ſeyn/ unſere Anordnung zu übertreten/ ſondern wollen/ daß ein *Vicinus* dem andern beichte/ und ſich nebenſt ſeinen Pfarrkindern öffentlich *communici*ren laſſe/ und weil in dieſem ſonderlichen Fall keiner ſich weigern wird/ dem *ordinario loci* nachzugehen/ und das Amt an ſeiner ſtatt zu halten und ihme das Abendmahl nicht nur einmal/ ſondern ſo offt ihn ſeine Andacht darzu reitzet/ zu reichen/ in Betrachtung/ daß er dergleichen von ſeinem *Vicino* auch zu gewarten hat; So werdet ihr daran ſeyn/ daß es allenthalben in eurem Creyſe alſo und nicht anders gehalten/ alles unnöthige Grübeln und Klügeln auch eingeſtellet werde/ ꝛc.)

19 *Nec non* † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Doberlucano, die 31. Auguſti An. 1625.* (*Verba Reſcripti:* Nachdeme auch im *Synodo* für rathſam und nützlich erachtet worden/ daß in den Städten/ wo mehr als ein Geiſtlicher iſt/ ie einer dem andern beichten/ und von demſelben ſich *communiciren* laſſen; Auf den Dörffern aber ein *Vicinus* von dem andern die *Abſolution*, und in öffentlicher Verſamlung das heilige Abendmahl empfangen ſolle; So iſt gleichfalls Ihrer Churfürſtl. Durchlauchtigkeit Begehren/ Ihr wollet deßwegen auch bey euren untergebenen *Paſtoribus* und *Diaconis* gebührliche Verordnung thun und fleißige Achtung geben/ daß ſolchem allenthalben nachgegangen/ und von keinem weder itzo noch künfftig darwider gehandelt werde/ ꝛc.)

(o)

Definit. CCXCIV.

Qui rariſſimè aut nunquam ad ſacram Cœnam accedunt, à Paſtore, ne diutiùs abſtineant, admoneri: & ſi non pareant, Superintendenti ac Conſiſtorio res deferri debet.

SUMMARIA.

1. *Chriſtiani ſine jacturâ ſalutis æternæ abſtinere nequeunt à Communione.*
2. *Abſtinentia hæc per ſe eſt peccatum graviſſimum.*
3. *Uſus ſacræ Cœnæ non eſt arbitrarius, ſed neceſſarius.*
4. *Quod probatur ex verbis inſtitutionis.*
5. *Ut & ex dicto D. Apoſtoli.*
6. *Ne taceat miniſter Eccleſiæ neglectum Sacramentorum.*
7. *Sed adhortetur parochianos ad uſum ſacræ Cœnæ frequentem.*
8. *Communicaturis certi dies ac termini præſcribi haut debent.*
9. *Admoniti ſi non pareant, neglectus Conſiſtorio denuncietur. num. 10.*
11. *Contemtores ſunt Sacramenti, qui ab uſu ejus diu abſtinent, n. 12.*
13. *Reſcriptum Electorale.*
14. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 15.*

1 Miſerè decipiuntur perſvaſi, ſe absque periculo & jacturâ ſalutis æternæ à ſacrâ Euchariſtiâ abſtinere poſſe, modò diligenter orent, verbum DEI audiant, & peccata fugiant: cum abſtinentia à ſacrâ
2 Communione ipſamet ſit peccatum † graviſſimum, quo implicati pro Chriſtianis haut ſunt habendi, nec in conſortio fidelium tolerandi, quamdiu non reſipiſcant, & epulum hoc ſacratiſſimum dignè accipiant, Caſpar. Eraſm. Brochmand. *in artic. de Cœnâ dominicâ, cap. 10. caſ. conſcient. 30.* Leonhard. Hutter. *in loc. commun. pag. 727.* Frider. Balduin. *de caſib. conſc. libr. 4 cap.*
3 *9. caſ. 4.* † Nec enim uſus Cœnæ Dominicæ arbitrarius eſt hominibus relictus, ſed ſub neceſſitatis conditione ad eum adſtrin-
4 guntur: † cujus probatio efficax petitur à formulâ mandati divini; Nam de uſu hujus Myſterii Salvator agens non dixit: Si volueritis, poteritis edere. Sed ita: Accipite, edite, bibite, facite hoc. Quæ verba omnia juſſum & mandatum important divinum, cui parere Chriſtianis præcisè incumbit; quia oves Chriſti qui ſunt, vocem ejus audiunt, *Johan. 27. verſ. 7.*
5 † Et convenit quoque D. Apoſtolus, loco Chriſti hoc iis injungens, quando ait: Probet homo ſeipſum, & ſic de pane hoc edat & de calice bibat, *1. Corinth. 11. verſ. 28.* Nimirum non relinquit hoc in poteſtate hominum, ſed edere, ac bibere eos jubet. Ne quicquam dicamus de ſummâ utilitate, quæ eſt à Chriſto, animarum noſtrarum infirmitatibus in hoc ipſo Sacramento propoſita. Hutter. *dict. loco.*

† Facilè hinc patet, quàm malè faciat 6
miniſter Eccleſiæ, neglectum Sacramenti diſſimulans, vel ſaltem tacens, cùm tamen ſalutis ſuarum ovicularum ſitientiſſimus eſſe, & quàm diligentiſſimè parochianos ad frequentem ſacræ Cœnæ uſum adhortari
debeat: † quod ut fiat, *in Decreto Synodali de Anno 1624.* à Sereniſſimo Saxoniæ 7
Electore legitur proviſum, §. Wiewol auch die Beichte/ ꝛc. *verſ.* Es ſollen aber die Paſtores und Seelen-Hirten hiermit erinnert ſeyn/ ihre Schäflein zum öfftern und würdigen Gebrauch des heiligen Abendmahls anzumahnen / den groſſen Nutz/ ſo daraus erfolget/ ihnen vor Augen zu ſtellen / und hingegen die göttliche Straffen/ die aus Verachtung des heiligen Abendmahls erfolgen/ ihnen gebührlich zu ſchärffen. † Non equidem certa di- 8
es, certique menſes vel termini communicaturis ſunt præfiniendi, ut diximus *ſupr. Definit. 279.* attamen neglectus reprehendi, & ut ſæpius ac frequenter ad ſacram Cœnam parochiani accedant, admoneri debent ex verbis Chriſti: Hoc facite, quotiescunque biberitis, in mei commemorationem, *1. Cor. 11. verſ. 24.*

9 Quin † & ſi non pareant admoniti, & per multum tempus vel anni ſpatium abſtineant à ſacrâ Communione, neglectum hunc Superintendenti & Conſiſtorio denunciare jubet miniſtros Eccleſiæ Saxo Sereniſſimus *in dict. Decreto Synodali.* §. Be-
10 gäbe † es ſich nun/ daß iemand über Jahr und Tag/ungeachtet beſchehener Erinnerung/des Tiſches des HErrn ſich enthielte; So ſollen die Pfarrer nicht mehr wie bisher zo ſolche Fälle bis auf die *Viſitation* oder in den *Synodum* ſparen/ſondern alſobalden dieſelben ihrem *Superintendent*en zu erkennen geben/damit derſelbe ſolche Perſonen vor ſich erfodere/zur Beſſerung vermahne/ und in Verbleibung derſelben an das *Con-*
ſiſtorium die Sache berichte/ ꝛc. † Scilicet 11
quia pro contemtoribus Sacramentorum habentur, cenſurâ eccleſiaſticâ digni. Non enim ſolummodò contemtores ſunt Sacramentorum, quin contemtim de illis ſentiunt, loquuntur aut blasphemant; ſed & is contemnere dicitur, † qui non vult uti 12
Sacramentis in ſalutem ſuam divinitùs ordinatis, Balduin. *dict. caſ.4.pag. 1093.* ex quo B. Lutherus illos ſimpliciter contemtoribus Sacramenti adnumerat, qui eo ad minimum ter aut quater quotannis non utuntur, *in præfat. Catechiſmi minoris.* Quod enim datâ operâ negligitur, id hoc ipſo contemnitur.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendentibus in Circulo Conſiſtorii Supremi,* 13
die 10. Martii Anno 1625. (*Verba Reſcripti:* Schließlichen ſo haben wir uns berichten laſſen/ daß in unſern Landen etliche Leute in der *Viſitation* befunden worden/die in drey/ſechs/ zehen/ zwantzig und ſechs und zwantzig Jahren zum heiligen Abendmahl nicht gegangen ſeyn. Wann dann dergleichen Ruchloſigkeit billich bey Zeiten ſol geſteuert / und die ſache *celeriter,* weil *ſummum periculum in mora* iſt/ verrichtet werden; So wollet ihr bey euern untergebenen *Paſtoribus* die Verſchaffung thun/ wann über dergleichen Verwarnung ein erwachſener Zuhörer Jahr und Tag ſich des heiligen Nachtmahls enthält/ daß die Pfarrer unſäumlich ſolches euch berichten/ und da auch ihr keine Folge hättet/ es ſobald an unſer Ober-*Conſiſtorium* bringen/ keines Weges aber bis auf eine *Viſitation* oder *Synodum* in ſolchen hohen Sachen verziehen ſol. An dieſen allen vollbringet ihr unſere gefällige Meynung / ꝛc.)

Nec non † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti* zu Doberlugka / *die 31. Auguſt. An-* 14
no 1625. (*Verba Reſcripti:* Schließlichen ſo ſeyn auch ihre Churfürſtl. Durchl. berichtet worden/daß in dero Landen etliche Leute ſich finden laſſen/die in drey/ſechs/ zehen und mehr Jahren zum heiligen Abendmahl nicht gegangen ſeyn. Wann dann dergleichen Ruchloſigkeit billich bey Zeiten ſol geſteuret werden; So wollet ihr bey euern untergebenen Pfarrern die Verſchaffung thun/wann über dergleichen Verwarnung ein erwachſener Zuhörer Jahr und Tag ſich des heiligen Abendmahls enthielte/ daß die Pfarrer euch ſolches unſäumlich berichten/ und da auch ihr keine Folge hättet/es ſo balden an uns gelangen laſſen/und keines Weges bis auf eine *Viſitation* oder *Synodum* in ſolcher hohen Sachen verziehen/ꝛc.)

Et † *Superintendenti Oſſitienſi, die 27. Januar. Anno 1613. (Verba Reſcripti:* Uns iſt 15
euer Bericht wegen des verſtorbenen Simon R. zu A. *Sepultur* gebührlich vorgebracht worden. Nun laſſen wir zwar eure Entſchuldigung dahin geſtellet ſeyn. Wann euch aber nicht gebühret/da gedachter R. zwey Jahr die Beſuchung der Predigten und Sacramenten verächtlichen hindan geſetzt/und darüber in Unbußfertigkeit verſtorben/zwey gantzer Jahr eurem eignen Bericht nach hierzu ſtille zu ſchweigen/ſondern vermöge der *publicirt*en Kirchen-Ordnung ſolches bey Zeiten anhero ins Ober-*Conſiſtorium* zu berichten; Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ihr wollet euch hinfüro in dergleichen Fällen angeregter Kirchen-Ordnung gemäß verhalten. Möchten wir euch nicht bergen/ ꝛc.)

(o)

Definit. CCXCV.

Diutiùs à Cœnâ ſacrâ abſtinentes ad uſum ejus comminatione carceris alteriusvè pœnæ adigi debent.

SUMMARIA.

1. *Quare denunciandum Conſiſtorio, ſi qui diutiùs abſtineant à ſacrâ Cœnâ?*
2. *Admonendi ſunt denuò, & quidem ſub comminatione pœnæ abſtinentes, numer. 3.*
4. *Severa ſit admonitio; & quomodo inſtituenda?*
5. *Allegatur dictum Chryſoſtomi.*
6. *Admoniti non parentes pro contemtoribus Sacramentorum habentur.*
7. *Movetur objectio, quòd nemo ad fidem cogi debeat.*
8. *Gladio potiùs ſpirituali, quàm materiali homines ad religionem veram ſunt compellendi.*
9. *Nihil abſurdius, quàm fidem in anima cogere velle.*
10. *Refellitur objectio.*
11. *Contemtores Sacramentorum coërceri oportet.*
12. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi, n. 13.*

1 Quem in finem autem, inquies, Conſiſtorio denunciandum, ſi quis admonitus à ſacrâ Cœnâ diutius abſtineat? *Defin. præced.* Non certè fruſtrà id fieri exiſtimes, ſed incumbit Magiſtratui eccleſiaſtico
2 omnibus modis † curare ac providere, quò errantes ad veram reducantur viam, & contemtores Religionis ac Sacramentorum ſeverè coërceantur, aliique in poſterum à ſimili contemtu deterreantur. Factâ ideoque denunciatione Conſiſtorium haut acquie-
3 ſcit, † ſed abſtinentes à ſacrâ Communione ſeveriori admonitione, & in contumaciâ perſeverantes comminatione carceris vel pœnæ alterius ad uſum epuli hujus ſacratiſ-
4 ſimi adigi facit. Nec † unquam rationes admonitionis ſufficientes deficere poſſunt, ſi vel mandatum Chriſti adducatur: Hoc facite in mei commemorationem; vel periculum abſtinentium expendatur, quantoperè nempe ſibi contemtor Sacramenti noceat, dum ſemetipſum ſalutari remedio pabuloque animæ ſuæ, & firmiſſimo robore adverſus tela Satanæ privat, juxta illud Chry-
5 ſoſtomi † *homil. 45. in Johan.* Ut leones flammam ſpirantes: ſic ab hac menſâ diſcedimus terribiles effecti diabolo, & *homil. 24. in prior. ad Corinth.* Ipſa menſa animæ noſtræ vis eſt, nervus mentis, fiduciæ vinculum, fundamentum, ſpes, ſalus, lux, vita noſtra: ſi hinc hôc ſacrificiô muniti migrabimus, maximâ cum fiduciâ ſanctum aſcendemus veſtibulum, tanquam aureis quibusdam veſtibus undique contecti. Quæ ut probè expendant abſtinentes, † ſeverè 6
admoneri debent. Idque ſi non faciant vel non pareant, fieri vix poteſt, ut non uſum ſacræ Cœnæ contemnant, quâ de cauſâ perſeverantes in contumaciâ ſuâ etiam † 7
ſub comminatione carceris vel alterius pœnæ ſunt excitandi.

Niſi quis nobis objiciat, hac ratione ad fidem cogi abſtinentes gladio materiali, quod ipſum † maximopere in Pon- 8
tificiis improbamus; Si enim unquam homines cogendi ſunt ad Religionem, verbo potius Dei & gladio ſpirituali, quàm materiali fieri id debet, quia nihil abſurdius,
† quàm fidem in anima, quæ ſpiritus eſt, 9
cogere velle, cùm aſſenſus, qui fidei pars eſt, ſit actus à voluntate elicitus, ut benè dixerit Lutherus: Liberum quiddam eſſe credere, imò quiddam divinum in ſpiritu; externa igitur vi cogi nec poſſe, nec debere, *tom. 2. Jenenſ. fol. 180.* Sed longè diverſum eſt, † aliquem ad fidem cogere, & con- 10
temtorem fidei, quàm jam amplexus eſt, coercere. Sanè ſi abſtinentes à Cœnâ ſacrâ ſcrupulo fidei eſſent implicati, mitiùs cum ipſis agendum, quò ad veram fidei viam reducantur, & ex verbo Dei inſtruantur. Inſtructi autem & informati ſi ex ſola pertinacia in abſtinentia à Communione ſacra ſubſiſtant, & in negligentia perſeverent, pro † contemtoribus Sacramentorum 11
haben-

habentur, Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib.4.cap.9.caſ.4.in fin.* Quid ergò obſtat, ut pœna iis indicatur, & ſub comminatione ad uſum Euchariſtiæ excitentur, non minùs quàm blaſphemos coërcere licitum judicatur, Nicol. Boër. *deciſ.301.n. 17.* Jac. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ.376.n.2. & 5.* Jodoc. Damhoud. *in prax. crim. cap.61.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Diacono Biſchoffsvverdenſi, die 30. Martii Anno 1610.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euer und Johann Cramers / Pfarrers zu Drebnitz/ an euch ergangenes Schreiben wegen Chriſtoph *R.* Matthes *W.* und Michael *W.* ſo ſich der Communion eine lange Zeit enthalten/verleſen hören. Begehren derohalben an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns/ ihr wollet mit Zuziehung des Schöſſers zu Stolpen gedachte Perſonen förderlichſt vor euch erfordern/ ihnen ſolche ihre Verachtung in Ernſt verweiſen/und bey harter Gefängniß-Straffe auferlegen / daß ſie innerhalb Monatsfriſt auf vorgehende wahre Reue und Buſſe das heilige Abendmahl empfahen ſollen; Uns auch/ weſſen ſie ſich gegen euch erkläret/und ob ſie ſolches zu Wercke gerichtet/ in Schrifften förderlichſt zu erkennen geben/ rc.) 12

Et † *Superintendenti ac Senatui Oſſitienſi, die 9. Octobr. Anno 1610.* (*Verba Reſcripti:* Welcher maſſen gegen uns das *Miniſterium* zu Döbeln über *M. Martinum S.* daſelbſt/ daß er ſich ihres Predigamts äuſſere/ und weder *Abſolution* noch Abendmahl begehre/ klagende ſich beſchweret/ das habt ihr inliegende zu befinden; Hierauf iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ ihr wollet mit Zuziehung der *Diaconorum* und des Stadtſchreibers bey euch die Partheyen förderlichſt vor euch nach Oſchatz beſcheiden/ *S.* des *Miniſterii* Beſchwerung vorhalten/und nach Befindung ernſte Verweiſung thun; ihn darauf zu Abſtellung des gegebenen Aergerniß / ſo wol das *Miniſterium* zu Chriſtl. Sanfftmuth fleißig vermahnen/mit ausdrücklicher Vermeldung/ da ſolches von ihme *S.* nicht geſchähe/ daß nach ſeinem Abſterben Inhalts der *publicirten* Kirchen-Ordnung mit ſeinem Leichnam gebahret werden ſol; Uns auch/ wie ihr dieſes zu Wercke gerichtet / mit Wiederſendung des Inſchluſſes hinwieder berichten/ rc.) 13

DEFINIT. CCXCVI.

Expellendi ſunt, qui ſæpiùs admoniti in abſtinentiâ à Communione ſacrâ malitiosè perſeverant: ipſisque injungendum, ut bona ſua vendant & aliò migrent.

SUMMARIA.

1. *Quid faciendum, ſi abſtinentes à Communione in malitiâ perſeverent?*
2. *Procedendum adverſus ipſos cenſurâ eccleſiaſticâ.*
3. *Si ſcilicet malitiosè nolint comparere.*
4. *Jure cenſuræ eccleſiaſticæ abſtinentes à ſacrâ Cœnâ expelluntur.*
5. *Quibus ex rationibus & fundamentis? n. 10.*
6. *Veri Chriſtiani non ſunt contemtores Sacramentorum. n. 7.*
8. *Contemtus mandati divini haut leve eſt delictum.*
9. *Inobedientes pœnâ coërcentur arbitrariâ.*
11. *Abſtinentes à ſacrâ Cœnâ ingens præbent ſcandalum.*
12. *Fructus pœnarum eſt, ut ſcandalum abrogetur & alii meliores reddantur.*
13. *Reſcriptum Electorale.*
14. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 QUid verò, ſi ſæpiùs & ſub comminatione pœnæ admoniti parere nolint, nec ad ſacram Cœnam accedant, in malitiâ ſuâ perſeverantes? Non certè malitiæ huic indulgendum erit, ſed contra eos † cenſurâ 2 eccle-

eccleſiaſticâ procedendum, juxta tenorem *Decreti Synodalis de Anno 1624.* in quo hæc verba ponit Sereniſſimus Saxo: §. Begâbe es ſich nun. *verſ.* Auch nachmaln gegen dergleichen trotzige/ muthwillige Veråchter des heiligen Sacraments mit der Kirchen-*Cenſur* verfahren werde. De iis nimirum agit, qui non errore aliquo implicati, vel aliâ ex causâ, usque dum rectius informati ſint & ſeſe præparaverint, uſum
3 ſacræ Cœnæ ſuſpendunt; † ſed ſæpiùs admoniti & comminatione pœnæ territi parere nolunt, & malitioſè in abſtinentiâ perſeverant, qui propterea cenſuram incur-
4 runt eccleſiaſticam, † ut nempe ab Eccleſiâ & cœtu publico ſegregentur, & ex provinciâ expellantur, injunctâ iis venditione bonorum & emigratione.

5 (1.) † Sunt enim hi contemtores Sacramentorum, & neutiquam pro Chriſtianis habendi, Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de Cœna dominicâ. cap. 10. caſ. conſcient. 30.*
6 † Quomodo enim annumerabuntur veris Chriſtianis, qui media illa ſupinè negligunt & contemnunt, quibus fides langvida firmatur, remiſſio peccatorum confertur & promiſſio vitæ æternæ obſignatur: quæ bona per uſum ſacræ Cœnæ conferri, teſtis eſt Spiritus Sanctus *Matth. 26. v. 28. 1. Cor.*
7 *11. v. 24. & ſeqq.* † Et quâ ſpecie veri cenſebuntur Chriſtiani, qui nihili faciunt mortem Chriſti, quâ redemti ſunt, per uſum ſcilicet ſacræ Cœnæ eam non annunciantes? *dict. cap. 11. ad Corinth. verſ. 25. & 26.* Quod ſi ergò Chriſtiani veri non ſunt, quid obſtat, ut tanquam membra putrida abſcindantur, & à cœtu Chriſtianorum publico ſegregentur, *Ordin. eccleſ. Elect. Saxon. art. general. 10. & 11.*

8 (2.) Neque † pro levi facinore habendus eſt mandati divini contemtus & inobedientia malitioſa, quâ notantur abſtinentes à Chriſto Salvatore ad ſacram menſam invitati & accedere juſſi; quod vel ex crimine ſubditorum Magiſtratui temporali haut obedientium apparet, † qui pœnâ pro- 9
pterea coercentur arbitrariâ, M. Anton. Peregr. *de jure fiſci, lib. 3. tit. 8. n. 8. in fin.* Proſp. Farinac. *part. 5. oper. crim. quæſt. 113. n. 99.* Fabian. de Anna *conſil. 67. n. 15. & ſeqq.* quæ procul dubio ad mandatum venditionis & emigrationis ex provinciâ extendi poteſt, quia & hæc pœna cenſetur arbitraria, nulli delicto peculiari definita.

(3.) † Quantò magis ergò pœna hæc de- 10
cerni poterit adverſus eos, qui omnium Magiſtratuum Domino obedientiam præſtare detrectant, ut hinc verè conſuluerit Sigfrid. Saccus im Bedencken über die Frage: Ob das rechte Chriſten ſeyn kõnen/ die da ſelten oder nimmermehr zum Abendmahl kommen? inquiens: Wie die im Lande als Unterthanen nicht gelitten werden/ welche ihres Königes oder Fürſten *Edicta* verachten; Alſo auch die des höheſten Königs *Mandat* in Wind ſchlagen; Und wie es denen gehet/ die das groſſe Abendmahl verachten/ alſo auch denen/ welche nach dieſem Abendmahl nichts fragen. apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. conſil. theolog. part. 2. lib. 3. ſect. 8. num. 4. fol. 320.*

(4.) † Et quis tandem non animadvertit, 11
per ejusmodi abſtinentiam à ſacrâ Communione ingens præberi ſcandalum Chriſtianis, quod ut removeatur, expelli omninò debent contemtores ſacrorum, quia ut aliarum, ita & hujus pœnæ fructus in eo
conſiſtit, † quò ſcandalum abrogetur, *Deut.* 12
21. v. 7. 8. & 21. Chriſtoph. Beſold. *claſſ. 2. diſput. polit. 2. n. 15.* & alii meliores reddantur, atque à ſimili malitiâ deterreantur, Anton. Hering. *de fidejuſſ. cap. 10. n. 344.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 37. n. 27.* Petr. Gilken. *ad tit. C. de ſumm. Trinit. n. 116.* Joh. Bodin. *lib. 7. de Republ. cap. 4. n. 21.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Cancellario & Conſiliariis in Præſulatu Miſnenſi, die* 13
1. Septembr. Anno 1623. (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer unterthänigſter Bericht/ Michael *B.* vor dem heiligen Abendmahl habenden und eingebildeten Schauer betreffende/ gebührlich vorgetragen worden: Begehren darauf hiermit gnädigſt/ Ihr wollet ihme/ ſo viel an euch iſt/ zu rechte helffen/ widriges Falls und da er auf ſolchem ſeinen gefaſſeten Scheu verharren würde/ ſeinem Gerichts-Herrn befehlen/ ihme alſobald aufzulegen/ daß er zwiſchen *dato* und künfftige Oſtern ſich zur Beichte und zum Gebrauch des heiligen Abendmahls einſtellen/ oder ſeine Güter verkauffen/ und auſſer unſerem Lande ſich begeben ſoll/ ꝛc.)
Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Præfecto* zur Auguſtusburg/ *die 19.* 14
Martii Anno 1628. (*Verba Reſcripti:* Demnach wir auf euern des *Superintendenten* jüngſt eingeſchickten Bericht/ Michael *R.* zu Oederan wegen ſeines ärgerlichen Lebens Vorhaltung gethan; Als iſt hierauf an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ Ihr der *Superintendens* wollet nunmehr bey dem Pfarrer

rer zu Oederan die Verordnung thun/ daß er auf vorgehende dieſes Orts gewöhnliche *deprecation* wegen ſeiner Verbrechung und dreyßigjährigen Verachtung des heiligen Nachtmahls zur *Communion* gelaſſen werde/ und da er ſichs verweigern würde/ alsdann ihr der Schöſſer zu Verhütung mehrer Aergerniß/ durch den Rath zu Oederan ihn alſobald aus ihren Gerichten hinweg ſchaffen laſſen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCXCVII.

Deneganda eſt ſepultura honeſta contemtoribus Sacramentorum, qui nullâ operâ ad uſum ſacræ Cœnæ adigi potuerunt.

SUMMARIA.

1. *Contemtoribus Sacramentorum denegatur ſepultura honeſta.*
2. *Quam magnifaciunt viri pii ac honeſti.*
3. *At indigni eâ ſunt abſtinentes à ſacrâ Cœnâ.*
4. *Rationes & fundamenta hujus deciſi.*
5. *Pro excommunicatis habentur contemtores verbi divini & Sacramentorum.*
6. *Adducitur ad hanc rem Ordin. Eccleſ. Electoralis Saxonica.*
7. *Sacra ſcriptura minatur impiis ſepulturam ignominioſam. n. 8. 9.*
10. *Qualiter quis vixit, taliter ſepeliri debet.*
11. *Movetur objectio ex traditis Petri Heigii.*
12. *Refellitur rurſus objectio ea; numer. 13.*
14. *Per ſepulturam inhoneſtam alii à contemtu Sacramentorum deterrentur.*
15. *Effectus pœnarum ſæpe adducitur in ſacrâ ſcripturâ. n. 16. 17.*
18. *Animadverſionum cauſa maxima eſt exemplum & memoria.*
19. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
20. *Ejusdem Sententia.*

1 Eſt porrò & hoc ſatis pœnæ abſtinentibus à ſacrâ Communione & contemtoribus Sacramentorum ac verbi divini, ut defunctis iis honeſta & Chriſtiana ſepultura denegetur, ea ſcilicet, quæ ſolennibus ceremoniis inter Chriſtianos celebratur, quamque pii ac viri hone-
2 ſti † magnifaciunt; nec enim ſancti quondam præter honeſtam funerationem quidquam expetiverunt honoris poſt mortem ſuam. Et ſepulturæ ejusmodi privationem in gravium pœnarum numerum retulit Imperator Veſpaſianus, teſte Svetonio *in*
3 *ejus vita cap. 2.* Etſi igitur † ea non facilè cuiquam denegetur, *l. 1. & ult. ff. de cadav. punit.* non tamen hac digni judicantur contemtores Sacramentorum, quorum cadavera per ignominioſam ſepulturam terræ
4 mandari ſat eſt (1.) † per text. *in cap. ſacris 12. extr. de ſepultur.* ubi excommunicatis denegatur honeſta & Chriſtiana ſepultura: nempe quia nihil iis commercii eſt cum Eccleſiâ, & quousque pœnitentiam non agunt, aditus ipſis omnis ad illam præcluditur, omnibusque Eccleſiæ beneficiis privantur, *cap. quod in re. 11. extr. de pœnit. & remiſſ.* quæ autem vivis denegata fuerunt, nec mortuis communicantur, *can. ſanè quod. 24. quæſt. 2.* † Atqui pro excommunicatis 5
haberi contemtores verbi divini & Sacramentorum, dubium vix eſſe poteſt, quippe ipſo facto à cœtu Chriſtianorum ſeparatos, eorumque conſortio planè indignos, Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de Cœna Domin. cap. 10. caſ. conſc. 30.* quidni ergò pari cum excommunicatis mulctâ afficerentur?

(2.) † Eſtque hoc ipſum verbis manifeſtis deciſum *in Ordinat. eccleſiaſt. Elect. Saxon. art. gener. 11. §.* Im Fall aber/ da die *excommunicir*te Perſon ohne Beſſerung aus dieſem Leben abſchiede/ ſo ſol das Pfarr-Volck nicht bey derſelben Begräbniß ſeyn/ ſondern ſie ohne gebührliche *Ceremonien* durch die beſtalten Todten-Gräber/ doch auſſerhalb des Kirchhofs/ als ein abgeſchieden Glied der heiligen Chriſtlichen Kirchen vergraben laſſen. 6

(3.) † Convenit porrò id ſacræ ſcripturæ, inter ſepulturam piorum ac impio- 7

rum

rum probè diſtingventis; Nam populo idololatrico ita minatur Dominus: Mortibus ægrotationum morientur, non plangentur, & non ſepelientur, & in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt, ac gladio & fame conſumentur, & erit cadaver eorum in eſcam volatilibus cœli & beſtiis terræ, *Jer. 16. v. 4.*
8 † Achabo & Jezabeli Baalitarum cultoribus inhoneſta prædicitur ſepultura, *1. Reg. 21. 23.*
9 *24.* & impletur *2. Reg. 9. 33.* † & de impio Rege Joramo legitur, quòd cùm incederet in viis peſſimis idololatrici Regis Achab, ſoceri ſui, fœdo mortis genere obierit, & in civitate David ſepultus quidem fuerit, ſed non in ſepulchro Regum, neque fecerit ei populus ſecundùm morem combuſtionis, exequias ſicut fecerat majoribus ejus, *2. Paral. 21. verſ. 19. & ſeqq.* Quomodo etiam Jaſon pontifex apoſtaticus, nudus & extorris in Ægypto terrà peregrinà perierit, legi-
10 tur *2. Maccab. 5. v. 9.* † Nimirum ſecundùm ſacram Scripturam qualiter quis vixerit, taliter etiam ſepeliri debet, & ut de impiis loquitur B. Lutherus: **Haben ſie gelebet wie die Hunde und Säue/ſo laſſe man ſie auch ſterben wie die Hunde und Säue.** Sigfried. Saccus *in deciſ. quæſtionis:* **Ob das rechte Chriſten ſeyn können/die da ſelten oder nimmermehr zum Abendmahl kommen?** apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. conſil. theol. part. 2. lib. 3. ſect. 8. n. 4. fol. 321.*
11 Nec eſt, quod nobis ſcrupulum moveri patiamur † a Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 37. n. 9. & ſeqq* ex eo, quòd impiis ac nocentibus etiam adhuc viventibus Sacramentorum uſus fuerit permiſſus, cur non ergò ſepulturæ communio ipſis concedenda eſſet, quæ non deneganda iis, qui participes ſunt Sacramentorum, *Clem. 1. de pœnitent. & re-*
12 *miſſ. c. 2. extr. de furt. c. ſuper eo. extr. de hæret. in 6to.* † Verùm enim hoc eſt, quando nocentes ipſimet voluerint eſſe participes ſacræ Cœnæ, qui certè hoc ipſo reatum agnoſcunt, pœnitentiam agunt, ac proinde rurſus ad Eccleſiam redeunt, & numero ac cœtui Chriſtianorum aggregantur. Quod cùm non faciant in Sacramentorum contemtu perſeverantes, moriuntur † utique 13
iſti in reatu & excommunicati, qui Sacramentorum participes non ſunt, de quibus verè ſcripſit Lutherus: **Wo aber derſelbigen Verächter etliche gefunden werden/ die ſich an ſolche Vermahnung nicht kehren/ darüber das Sacrament bey geſundem und lebendigem Leibe nicht gebrauchen/ſo ſol man auch im Tode und ihrem letzten Ende ſie laſſen liegen/ und das Sacrament nicht geben.** apud Georg. Dedekenn. *dict. loc. fol. 321.*

(4.) † Effectum tandem ſi penſitaverimus, ſepulturà honeſtà meritò judicari indignos Sacramentorum contemtores, fateri neceſſum habebimus, quò nempe ab ejusmodi contemtu alii deterreantur, quam rationem in irrogandis pœnis ſacra Scriptura ſæpius inculcat. † Auferes, inquit ſummus Legislator Deus, malum de medio tui, 14 15
Deut. 13. v. 5. addita ratione: Et omnis Iſrael audient & timebunt, & non addent ad faciendum ſecundum rem malam iſtam in medio tui. *verſ. 11.* Et alibi; † Erudientur 16
omnes mulieres pœnas adulterarum videntes, & non facient ſecundùm fœditatem earum; *Ezech. 23. v. 48.* Eoque facit illud Salomonis: Si deriſorem percuſſeris, ſtultus erit ſapientior, hoc eſt, aliorum plagis emendabitur, *Prov. 19. v. 25.* † Idque ipſum quo- 17
que monuit Cicero, quando inquit: Pœnis utimur contra delinquentes, ne quid poſthac committant ipſi, cœteri verò ſint ad delinquendum tardiores, *1. offic.* Et Plato: Convenit omnem, qui ab aliquo rectè punitur, vel ipſum fieri meliorem, utilitatemq; percipere, vel cæteris exempla dare, ut illi pœnas aſpicientes meliores efficiantur, &c. *lib. 34. in Georg.* † Nimirum adnimadver- 18
ſionum cauſa haut minima eſt exemplum & memoria, ut alii ſimilibus a peccatis, quæ prohiberi publicè intereſt, metu cognitæ pœnæ deterreantur, nec in mores abeant maleficia, Gell. *lib. 6. Noct. Atticar. c. 14.* Petr. Heig. *dict. quæſt. 37. n. 27.* Petr. Gilken. *ad tit. C. de ſumm. Trinit. n. 116.* Andr. Tiraqu. *de pœn. cap. 48.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi, die 23. Aug. Anno 1624. (Verba* 19
Reſcripti: **Wir haben euern eingeſchickten Bericht/ wegen des verſtorbenen Lorentz** *P.* **zu** *S.* **verleſen hören. Ob wir nun wol Urſach hätten/Verordnung zu thun/ daß er ohne einige** *Ceremonien* **begraben würde; So können wir doch zu dieſem mal geſchehen laſſen/daß ihme mit der kleineſten Glocken geläutet/und die Leiche me mit wenig Schülern ohne Leich-Predigt zur Erden beſtattet werde. Begehren derowegen an ſtatt höchſt-gedachtes unſers gnädigſten Herrns/ Ihr wollet ſolches bey dem Pfarrer zu Prißnitz anordnen/und darneben befehlen/nächſt-künfftigen Sonntag nach Anleitung des** *Textus* **auf ſolche Verächter der Predigten und heiligen Sacramenten ſeine Predigt zu richten/ und mit dieſer Verwarnung zu ſchärffen/ daß hinfüro dergleichen keiner mit** *Ceremonien* **zur Erden beſtattet werden ſol/ ꝛc.)**

Et † ad requiſitionem Chriſtophori Zorns zu Boderſtadt *die 27. Maji Anno 1617. (Verba* 20
Reſcripti: Habt ihr einen Schwager Namens Martin B. welcher eine Zeithero nicht allein mit unterſchiedenen Perſonen in öffentlichem ärgerlichem Gezäncke gelebet/ſondern auch viel Jahr lang ſich des hochwürdigen Sacraments enthalten/ und wiewol wir ihn deßwegen vielmals abgemahnet/ auch durch andere zur Beſſerung vermahnen laſſen/ hat es doch bishero nichts fruchten wollen; Derowegen ihn der Pfarrer des Orts vorgenommen/auch weil er weder in gutem/noch durch ſcharffe Bedrauung ihn zu rechte bringen können/ daſſelbe dem *Conſiſtorio* angezeiget/es iſt aber immittelſt bemeldter euer Schwager in ſolcher Unbußfertigkeit mit Tode abgangen/ dahero nunmehr wegen der Begräbniß ſich Zweifel ereignen wil. Ob nun wol ſonſten daſſelbe nebenſt hergebrachten gewöhnlichen *Ceremonien* niemand zu verſagen. Dieweil ihr aber ſelbſten berichtet/wie daß der Verſtorbene viel Jahr lang ſich vom heiligen Abendmahl enthalten / und darzu durch einigerley Weiſe und Vermahnung nicht zu bringen geweſen; So wird ihme ein ehrliches Begräbniß nicht unbillich verweigert/ und ſein Leichnam ohne alle *Ceremonien* zur Erden bracht/ V.R.W.)

TIT. XIX.

De

Bonis eccleſiaſticis: eorumque adminiſtratione.

Definit. CCXCIIX.

Bona Eccleſiæ augenda potiùs ſunt, quàm minuenda.

SUMMARIA.

1. *Dubitari poteſt, an liceat Eccleſiæ bona poſſidere?*
2. *Et quænam ratio dubitandi?*
3. *Pontificii in corradendis bonis nec modum nec finem norunt.*
4. *Multum accedit ærario pontificio ex annatis.*
5. *Nec non ex indulgentiis.*
6. *Et ex redemtione Pallii.*
7. *De quo conqueſtus eſt quondam Epiſcopus Magdeburgicus.*
8. *Et extant de hoc gravamina Nationis Germanicæ.*
9. *Mille fuerunt modi Pontificiis pecuniam corradendi. n. 10.*
11. *Hinc quondam in Galliâ ſancitum, ut bona eccleſiaſtica vendantur.*
12. *Et in Angliâ, ne quisquam prædia ſua det Collegiis Monachorum.*
13. *Refellitur dubium ex Lege Moſaica. num. 15.*
14. *Eccleſia jure poſſidet bona.*
16. *Quæ augenda ſunt, non diminuenda.*
17. *Rationes & fundamenta hujus aſſertionis. n. 19. 24.*
18. *Bona eccleſiaſtica ad conſervationem cultûs divini deſtinata.*
20. *Dignitas Miniſterii non admittit diminutionem bonorum Eccleſiaſticorum.*
21. *Dignitas eccleſiaſtica ob paupertatem viloſcit.*
22. *Bona eccleſiaſtica ſunt patrimonium Chriſti.*
23. *Et bona pauperum.*
25. *Reſcriptum Electorale.*
26. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. numer. 27. & 28.*

Dubi-

1 DUbitaverit aliquis, an fas ſit perſo-
nis eccleſiaſticis, ulla bona tempo-
ralia poſſidere præter primitias &
decimas, vel propterea, quòd dum
terram promiſſam adeptus eſt populus
Hebræus, eaque diviſa inter tribus, nul-
2 lius † partis poſſeſſio relicta fuerit Sacer-
dotibus, *Num. 34. Joſ. 14.* quodque apud
Ezechielem, dum officium Sacerdotum eo-
rumque ornatus deſcribitur, dictum repe-
riatur: Non erit autem eis hereditas eo-
rum, & poſſeſſionem non dabitis eis in
Iſrael: Ego enim, inquit Deus, poſſeſſio
eorum: victimam ipſi & pro peccato &
pro delicto comedent, & omne votum
3 Iſrael ipſorum erit, *Ezech. 44.* † Quod
omnino dictum velimus Pontificiis, qui in
corradendis bonis nec modum nec finem
ſervant ullum, avaritiâ magis quam amore
Eccleſiæ adacti. Quantum enim acceſſit
4 ærario Pontificis ex annatis, † hoc eſt, uni-
us integri anni reditibus, præſtitis ab eo, qui
tenens in demortui Epiſcopi aut Abbatis lo-
cum ſucceſſerat, Johann. Sleidan. *lib. 4.*
hiſtor. pag. 88. Franc. Duar. *lib. 6. de ſacr.*
eccleſ. miniſt. Quantum ex indulgentiis,
5 † præſtitia nimirum pro expiatione omni-
um delictorum certâ pecuniæ ſummâ; quo
animæ, quæ cruciabantur igne purgatorio
(laudiſſima pontificiæ culinæ offa) ſimul
ac numulus in arculam eſſet conjectus, in
cœlum è veſtigio ſubvolarent, Sleidan. *l. 1.*
6 *hiſtor.* † Quantum acceſſit ærario ex re-
demtione pallii, quo Romanus Præſul pro
Archiepiſcopi vel Epiſcopi confirmatione,
nimis quam carò linum ſuum vendens, ſibi
acquirebat 25000. florenos, qui modus ac-
quirendi ut eo fœcundior eſſet, conſtitu-
tum fuit, ne pallium hoc perſonam egre-
deretur, nec in aliam transferri poſſet, ſed
cum eo quisque ſepeliretur, *cap. ad hæc. 1.*
7 *extr. de autor. & uſu pallii.* ut † non ſine
cauſâ Jacobus, Epiſcopus Magdeburg. ſub-
ditorum commiſeratione motus, cùm extre-
mam vitæ horam inſtare perſentiſceret, ſe
de morte ſua non adeò dolere dixerit,
quàm ob id, quod ſubditi ſui pauperes ite-
rum pro pallio redimendo gravem exa-
ctionem dare cogerentur, Petr. Syring. *de*
8 *pac. Religion. th. 16.* † quare & inter grava-
mina Germanicæ Nationis adverſus Sedem
pontificiam pretioſa hujus pallii redemtio
fuit relata; Daß nemlichen bey eines Men-
ſchen Leben aus dem einigen Ertz-Biſt-
thum Mayntz für das *Pallium* oder *Con-*
firmation eines Ertz-Biſchoffs ſiebenmal
25000. Fl. iſt zuſammen 175000. Fl. nach
Rom kommen und geliefert worden/ mit
groſſem Beſchwer der Unterthanen/ wel-
chen deßwegen *Tribut* und Schatzung
auferleget worden. *ſub Rubr.* Die Be-
ſchwerden der Teutſchen *Nation* und des
heiligen Römiſchen Reichs wider des
Pabſts zu Rom Geitzigkeit/ apud Goldaſt.
volum. Reichsſatzung. *fol. 215.* Johan.
Limn. *de jur. publ. lib. 3. cap. 4. n. 50.* † Quan- 9
tum denique acceſſit ex aliis mille modis ac
technis, inter quas ſanè in Galliis quon-
dam fuit pernicioſiſſima, ut qui teſtamento
nihil Collegiis eccleſiaſticis legaſſet, honore
ſepulturæ carebat: quem morem tamen
poſtea ſuſtulit Curia Pariſiorum, Johan.
Bodin. *de Republ. lib. 5. cap. 2.* Lanſius *in*
conſult. de provinc. Europ. inter ipſas prin-
cipat. pag. 648. † Nimirum technæ hæ fue- 10
runt & deceptiones, quibus prætextu ſuper-
ſtitioſæ pietatis pontificii omnium homi-
num facultates exſuxerunt, atque omnia ſine
ulla emancipationis ſpe Eccleſiæ & ordini
eccleſiaſtico emanciparunt, adeò ut ne opes
in infinitum † creſcerent, in Galliâ aliisque 11
locis legibus fuerit cautum, ut quæ prædia
deinceps eccleſiaſticis Collegiis dono data
fuerint, ea vendere cogantur, Bodin. *dict.*
lib. 5. c. 2. Et ſimile regnante Eduardo I. in
Angliâ fuiſſe factum Decretum, † ne cui- 12
quam mortalium liceret prædia dare Colle-
giis Monachorum, idque poſtea confirma-
tum ab Henrico V. teſtis eſt Polyd. Vergil.
lib. 17. Hiſtor. Anglic.

Sed relinquamus hæc abuſui & exceſſui
pontificiorum, Eccleſiæ non parum noci-
vo, † nequaquam verò bona hinc ipſi pror- 13
ſus ſunt auferenda: nec quod lege Moſaicâ
Num. 34. Joſ. 14. Ezech. 44. ſalubriter
conſtitutum, ne detur Sacerdotibus pars
poſſeſſionis terræ, ut de eâ negociari ac diſ-
ponere, perinde ut aliæ tribus tanquam de
propriis poſſent, *can. Cleros. diſt. 21.* † ad 14
ipſum Eccleſiæ dominium trahere licet, Pet.
Gregor. Tholoſan. *lib. 2. Syntagmat. jur.*
univerſ. cap. 28. n. 1. nam & nos maximè
probamus vitam eccleſiaſticarum perſona-
rum, quibus nihil proprium eſt, quo curis
divexentur profanis; Eccleſiæ tamen à
piis ex devotione quâdam oblata inde ne-
quaquam detrahimus: † cum & in prædi- 15
ctâ lege Moſaicâ, quâ prohibita erat poſ-
ſeſſio hereditaria Sacerdotibus, prohibi-
tum non erat, agrum ſuum, poſſeſſio-
nem ſuam, domum ſuam conſecrare Do-
mino: quin & conſecratio illa ad jus
pertinebat Sacerdotum; nec ab homine
poterant adimi vel redimi, *Levit. 17.*

can. nulli liceat. 12. quæſt. 2. Petr. Gregor. *dict. loco.*

16 † Non ergò diminuenda ſunt bona eccleſiaſtica, ſemel Eccleſiæ conſecrata, ſed potius augenda & amplificanda; (1.) ob ſanctionem expreſſam *in Ordin. eccleſ. Elect.*
17 *Saxon. art. general. 30. ibi:* † Nachdem auch etliche *Collatores* zum Theil die Pfarrgüter an ſich ziehen/ zum Theil mit den Pfarrern/ ſo bey ihnen um Dienſt anhalten/ *pacificiren*/ und ſich mit ihnen vergleichen/ was ſie in der Pfarrnutzung ſchwinden laſſen/ ꝛc. *junct. verb.* Auch ſolcher Abzug wider GOtt und die Käyſerlichen beſchriebenen Rechte. *Et rurſus:* Damit was einmal zur Pfarr und Gottesdienſt ergeben und verordnet/ auch darbey bleibe/ ꝛc.

18 (2.) † Ex quo etiam bona eccleſiaſtica ad nutriendos Clericos & conſervationem cultûs divini ſunt deſtinata & oblata DEO, cum digni habeantur, ut de altari victum ſumant, qui ei inſerviunt, *cap. cùm ſecundùm Apoſtolum. cap. 2. cap. epiſcopis. cap. exſtirpanda. §. ult. extr. de præbend. cap. cum ſit Romana. extr. de Simonia.* nec alligandum ſit os bovis triturantis, *Gal. 6. Deut. 25. Matth. 10. Marc. 6. Luc. 9.* vel † hanc
19 ipſam ob cauſam nequaquam admitti debet, ut bona eccleſiaſtica diſtrahantur, & per conſequens ſalaria miniſtrorum Eccleſiæ deminuantur, *Ordin. eccleſ. Elect. Saxon. art. gener. 20. verb.* und ohne alle Schmälerung/ ꝛc.

(3.) † Nec ullam admittit deminutionem 20
bonorum & facultatum ipſa Miniſterii dignitas: nam ſicuti omnis ordo ſine honeſtis divitiis, *l. pietatis. 6. C. de ſuſpect. tutor. Novell. 90. cap. 1.* ita & † dignitas eccleſiaſtica 21
ob paupertatem vileſcit, *Clement. in pleriſque. ibi: Ne mendicitatis opprobrio ſerenitatem pontificalis obnubilent dignitatis. de elect. & elect. poteſt.* Petr. Martyr. *in l. 2. Reg. cap. 5. v. 15. & 16.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 8. num. 4.*

(4.) † Dicuntur porrò bona eccleſiaſtica 22
patrimonium Chriſti, *cap. cùm ſecundùm. 16. in pr. ibi: Ut Clerici vivere debeant de patrimonio Jeſu Chriſti. extr. de præb. cap. cum ex eo. 34. verſ. Nos ſuper hoc. ibi: de Chriſti patrimonio. extr. de elect. in 6to.* † bona 23
pauperum. *can. fin. 16. quæſt. 1.* Ritterhuſ. *in differt. jur. civil. & canon. lib. 7. cap. 14.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 54. n. 6.* Quis autem † tam audax & temerarius eſſet, ut patri- 24
monium Chriſti ac pauperum bona diminueret, quæ ſemper amplificari & augeri æquum eſt? Reinking. *dict. loco.*

Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti & Præfecto Liebenwerdenſi, die 8. Martii Anno 1630. (Verba Reſcripti: An uns beſchweret ſich der Pfarrer zu Wahrenbruck *Martin S.* daß zuwider eines in unſerm *Conſiſtorio* zu Wittenberg den *26. Sept. Anno 1593.* gegebenen Abſchieds/ und den *2. Maji* nächſt verwichenen Jahres an euch den *Superintenden*ten und Schöſſer zu Liebenwerda gethanen Befehlichs/ das gantze Kirchſpiel ihme ſeine Feldgüterlein eine Zeithero geſchmälert/ ꝛc. Wann wir dann dieſes des Pfarrers Suchen der Billichkeit gemäß erachten/ und keines weges verſtatten können/ daß dieſe Kirchen-Güter der Pfarre entzogen werden; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet Anordnung thun/ daß die zu Wahrenbruck Eingepfarrte bey Vermeidung der auf die ſäumigen *Executorn* 100. fl. geordneten Strafe durch Zwangsmittel angehalten werden/ noch vor Oſtern bemeldte Feldgütere zu verwahren/ damit ſie unvermindert bleiben/ ꝛc.) 25

Nec non † Conſiſtorium Supremum Superattendenti Pirnenſi, aliiſque ad cauſam hanc deputatis Commiſſariis, die 16. Octobr. Anno 1635. (Verba Reſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht/ die Verbeſſerung des Pfarrguths zu Jansbach/ mit Erkauffung eines demſelben angelegenen Guths/ verleſen hören. Wann wir nun daraus vermercken/ daß durch ſolchen Kauff das Pfarrguth um ein anſehnliches verbeſſert; Als laſſen wir uns euern gethanen Vorſchlag gefallen/ daß nemlichen zu Erkauffung dieſes Guths die 300. fl. an zinsbaren Stämmen und betagten Erbgeldern von der Kirchen Vermögen angewendet/ das übrige aber zu Erfüllung der Kauffſumma von euch deme von Körbitz/ euerm Erbieten nach/ nachgeſchoſſen/ und von euch dem von Bünau der Zinſen halber mit dem Pfarrer Richtigkeit getroffen/ und ſo dann dieſer Kauff zu Werck gerichtet werde/ hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. hiermit begehrende/ Ihr wollet ſolchen *Contract* zu Papier bringen/ und uns denſelben zur *ratification* und *im matriculation* nebenſt der Gebühr anhero überſchicken/ ꝛc.) 26

It. † Capitaneo Radeburgenſi, & Superintendenti Dresdenſi, die 28. Martii Anno. 1625. (Verba Reſcripti: Demnach in jüngſtgehaltener *Viſitation* unter andern bey der Pfarre Klein-Rürsdorff dieſes *gravamen* einkommen/ daß der Müller daſelbſt 27

ſelbſt

ſelbſt unten am Teiche von den Pfarrfeldern etwas abgenommen haben ſoll/darauf auch eine *Commiſſion* in dem erfolgten *Synodo* angeordnet/ wie ihr aus der Inlage zu erſehen; Als iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ Ihr wollet zu eheſter eurer Gelegenheit euch einer Zuſammenkunfft vereinigen/in Gegenwart des Pfarrers und Müllers/ auch der Gerichte und Aeltiſten von der Gemeinde den Ort beſichtigen/und nach Befindung daran ſeyn/damit das abgenommene *reſtituir*et / und die Kirchen-Güter nicht geſchmälert/ der Müller aber andern zum Exempel geſtrafet werde / uns auch eure Verrichtung förderlichſt zu erkennen geben/rc.)

Et † *Superintendenti Annabergenſi, & Præfecto & Senatui Wolckenſteinenſi, die 22. Sept. Anno 1617.* (*Verba Reſcripti:* Wann dann euch dem Rathe ohne unſer Vorwiſſen und *conſens* das Pfarrguth zu ſchwächen nicht gebühret/rc.) 28

DEFINIT. CCXCIX.

Cura bonorum eccleſiaſticorum eorumque adminiſtratio Principibus & Statibus Imperii jure Epiſcopali incumbit.

SUMMARIA.

1. *Bona Eccleſiaſtica juris cenſentur divini.*
2. *Et nullius in bonis habentur.*
3. *Cura bonorum eccleſiaſticorum ſoli Magiſtratui ſuperiori incumbit.*
4. *Rationes & fundamenta hujus aſſertionis.*
5. *Pii Principes & Magiſtratus curam ſibi arrogarunt bonorum eccleſiaſticorum. n. 6. 7.*
8. *Quod & fecit Sereniſſimus Saxoniæ Elector.*
9. *Cura hæc ipſis competit tanquam Epiſcopis.*
10. *Ex transactione Paſſavienſi & Pacificatione Religionis. n. 11.*
12. *Uſus bonorum eccleſiaſticorum haut minus reſpicit ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ.*
13. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 14.*

1 Bona eccleſiaſtica, quia non minùs ac ipſimet Eccleſiæ juris cenſentur divini, iisdemque gaudent privilegiis, *l. ult. C. de SS. Eccleſ.* Andr. Tiraquell.
2 *de privil. piæ cauſ. in pr.* & veluti † Deo dicata nullius in bonis habentur, §. *nullius.* §. *ſacræ. Inſt. de rer. diviſ. l. 1. l. in tantum. l. ſacra. ff. eod. tit.* ſingularis eorundem cura
3 & adminiſtratio requiritur, † quæ nemini privato, ſed ſoli Magiſtratui ſuperiori, Principibus nempe & Statibus Imperii incumbit: (1.) Quippe qui ſunt nutritii Eccleſiæ, *Eſaiæ 49.* conſtituti ad muros ejus ædificandos, *Eſai. 60.* & ad reſtaurandas templi ruinas, *2. Reg. 12. verſ. 5. & ſeqq.* ex quo
4 defenſio † Eccleſiæ & bonorum eccleſiaſticorum ipſis non minùs ac juſtitiæ adminiſtratio competit, Dan. *in polit. Chriſt. lib. 5.* Johan. Gerhard. *tom. 6. loc. de Magiſtratu polit.* §. *165. & ſeqq.* Hugo Grot. *in piet. Ordin. Holland.* Balth. Meiſner. *part. 3. philoſ. ſobr. ſect. 2. cap. 2. quæſt. 1.* Henric. Höpfner. *in Sax. Evangel. pag. 145. & ſeqq.* Melch. Goldaſt. *tom. 3. Conſt. Imp. pag. 34.* (2.) Quam † curam pii Principes & Magiſtratus ſibi propterea haut immerito arrogarunt, quod laudabiliter feciſſe perhibentur ex Romanis Impp. Conſtantinus Magnus, Theodoſius, Marcianus & alii, Hier. 5
Treutler, *conſil. 110. n. 103.* † nec non Imp. Juſtinianus, qui ſe nihilo minorem Eccleſiæ, quàm vitæ curam habere teſtatur *in* 6
Novell. 3. in fin. † quamque ſoliciti fuerunt Impp. & Principes Chriſtiani de adminiſtrandis rebus ac bonis eccleſiaſticis, videre eſt ex *l. 22. C. de SS. Eccleſ. l. jubemus. 14. cum Auth. ſeq. C. eod. tit.* Burſat. *conſil. 42. n. 1.* Erneſt. Cothm. *Reſponſ. Academ. 27.* Hieron. Schurff. *cent. 1. conſ. 48.* Joh. Vincent. Honded. *2. conſil. 31. n. 14. & ſeqq.* (3.) Idque † 7
etiam Sereniſſimum Saxoniæ Electorem feciſſe, ex *Ordinatione eccleſiaſticâ* ſatis eluceſcit, & probant hoc ipſum *verba artic. gener. 28.* Von der *permutation* der Pfarrgü- 8

 ter.

ter. *ibi:* Sondern da es die Nothdurfft erfodert/auch der Pfarre Einkomen nicht nachtheilig/ und demnach dem Pfarrer nützlich/mit Vorwiſſen und Bewilligung unſrer/ als des Landes-Fürſten/ geſche-
9 hen/ꝛc. (4.) † Licèt curam hanc & adminiſtrationem bonorum eccleſiaſticorum Proceres ac Status Imperii Evangelici non ut Principes politici, ſed ut Epiſcopi gerant ex transactione Paſſavienſi & pacificatione Re-
10 ligioſà, † quâ jure pacti & propriæ conventionis ipſis competunt jura Epiſcopalia, *Receſſ. Imper. de Anno 1552. & 1555.* Johan. Gerhard. *dict. loc. §. 174.* Laur. Ohm. *de jur. Epiſcop. concluſ. 20. lit. C.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 1. n. 14.* quorum nomine etiam adminiſtratio bonorum eccleſiaſticorum
11 ipſis defertur, † ut expeditum reddunt verba *dict. Receſſ. de Anno 1555. ibi:* Dieweil aber etliche Stände und derſelben Vorfahren etzliche Stiffte/ Klöſter und andere geiſtliche Güter eingezogen/ und dieſelbigen zu Kirchen/ Schulen/ milden und andern Sachen angewendet; So ſollen auch ſolche eingezogene Güter bey der Verordnung/ wie es ein ieder Stand mit obberührten eingezogenen und allbereit verwendeten Gütern gemacht/ gelaſ-
ſen werden. (5.) † Et quis inficias ibit, uſum 12
bonorum eccleſiaſticorum haut minimum conſiſtere in honeſtâ miniſtrorum Eccleſiæ ſuſtentatione, quæ ad curam Principis maximoperè pertinet. Scriptum namque legitur: Suges lac gentium, & de mamillis Regum lactaberis, *Eſa. 60. v. 16. can. Principes ſeculi.* & ibi Gloſſ. *23. quæſt. 5.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 12. defin. 18. n. 5.* Joh. Lorin. *in comment. Numer. cap. 11. v. 12. fol. 386.* Reinking. *dict. lib. 3. claſſ. 1. cap. 8. in pr.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Miſnenſi & Johanni Theodorico à Schön-* 13
berg, die 6. Auguſti Anno 1617. (*Verba Reſcripti:* Woferne nun ihr beyde befindet/ daß durch dieſe Vererbung der Pfarr-Nutzen ſcheinbarlich befördert werde/ und die Kauff-Summa auf ein höhers nicht zu bringen/ erachten wir nicht für unbillich/ daß die in dem Kauff-Brieffe beniemte Zinſen und Dienſte dem Pfarrer und ſeinen *Succeſſorn* gleichfals gefolget und geleiſtet werden; Hiermit an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns begehrende/ Ihr wollet darüber/ und daß die Kauff-Gelder ins Mittel der Churfürſtlichen Land- und Tranck-Steuer um itzo gewöhnliche Zinſen/ſechs von iedem hundert Gülden ausgeliehen werden/ einen Vererbungs-Brieff aufrichten/ und denſelben zur *Confirmation* und *Immatriculation* nebenſt dem Beyſchluß anhero überſenden/ꝛc.)

Et † *Ottoni Henrico P.* zu *S. die 19. April. Anno. 1611.* (*Verba Reſcripti:* Welcher maſſen 14
gegen uns über euch der Pfarrer zu S. Johannes S. wegen einer Pfarr-Wieſen/die ihr Jacob *R.* dem aufgerichteten Pacht-Brieffe zu wider entzogen/ und vorigen Beſitzers Blaſien *D.* Wittben wiederum eingeräumet haben ſollet/ klagende ſich beſchweret/das habt ihr inliegende zu befinden. Wann dann in dieſer Sachen/ ſo Kirchen-Guth betrifft/ uns als dem geiſtlichen Gerichte zu *decidi*ren gebühret; Als iſt hiermit unſer Begehren/ Ihr wollet euch hinfüro dergleichen Vornehmen enthalten/und *Supplicant*en klagloß machen/ oder da es hierum anders bewandt/ uns ſolches mit Wiederſendung des Inſchluſſes förderlichſt berichten/ꝛc.)

Definit. CCC.

Sine decreto & conſenſu Magiſtratûs eccleſiaſtici ſive Conſiſtorii haut alienari debent bona Eccleſiæ.

Summaria.

1. *Bona eccleſiaſtica nequeunt alienari. n. 2.*
3. *Quod tamen generaliter & indifferenter accipi non debet.*
4. *Multa alienationum veſtigia in jure reperiuntur.*
5. *Quænam alienatio bonorum eccleſiaſticorum prohibita?*

6. Sub-

6. Subſiſtit alienatio ſolenniter & juſtâ ex causâ facta.
7. Solennitas alienationis in decreto & autoritate Magiſtratûs eccleſiaſtici conſiſtit.
8. Requiritur ergò decretum & conſenſus Magiſtratûs eccleſiaſtici ad diſtractionem bonorum eccleſiaſticorum. n. 9.
10. Adducitur Ordinatio eccleſiaſtica Electoralis Saxonica.
11. Nec non decretum Synodale hac de re.
12. Eccleſiæ pupillis & minoribus æquiparantur, n. 13.
14. Bona minorum immobilia certis ſolennitatibus diſtrahuntur.
15. Inprimis verò decreto & autoritate Magiſtratûs.
16. Reſcripta Conſiſtorii Supremi, n. 17. 18. 19.

1 NOn facilè quisquam dubitaverit, quin bona eccleſiaſtica uſu & commercio hominum exemta habeantur, ac proinde alienari nequeant, veluti clara extat prohibitio *in cap. 5. ibi:* Nulli liceat alienare rem immobilem Eccleſiæ, ſive agrum, ſive ruſticum mancipium, neque ſpecialis hypothecæ titulo obligare, *junct. verb. final.* Unde omnes Sacerdotes ab hujusmodi alienatione abſtineant; pœnas timentes, quas Leonina Conſtitutiò comminatur, *extr. de reb. ec-*
2 *cleſ. alien. vel non.* † *& in l. 14. ibi:* Jubemus, nulli poſthac Archiepiſcopo in hac urbe Regiâ, Sacroſanctæ orthodoxæ Eccleſiæ Præſidenti, nulli Oeconomo, cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur, eſſe facultatem fundos vel prædia, ſive urbana ſive ruſtica, res poſtremò immobiles, aut in his prædiis colonos vel mancipia conſtituta, aut annonas civiles, cujuscunque ſupremâ vel ſuperſtitis voluntate ad religioſas Eccleſiæ devolutas, ſub cujusque alienationis ſpecie quamcunque transferre perſonam &c. *cum Auth. ſeq. C. de SS. Eccleſ.* Cardin Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 25. tit. 6.* Joh. Vincent. Honded. *2. conſil. 31. n. 14. & ſeqq.* Hier. Schurff. *1. conſil. 48.* Treutler. *conſil. 85. n. 20.* Joh. Azor. *inſtit.*
3 *moral. lib. 9. cap. 1. & 2. part. 2.* † Generaliter tamen ſi hoc intellectum velimus, à vero longè aberramus, poſtquam multa alienationum veſtigia etiam circa bona eccle-
4 ſiaſtica in jure reperiuntur, ut † videre eſt *in cap. 1. cap. ut ſuper. &. tot. tit. extr. de reb. eccleſ. alien. vel non. can. ſine exceptione. 12. quæſt. 2. cap. tua. extr. de his quæ fiunt à prælat.* Treutler. *dict. conſil. 85. num. 22.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 38. defin. 6. n. 6.* Erneſt. Cothman. *1. conſil. 28. n. 4. & 5.*

5 Reſtringi ideòque debet † prohibitio alienationis bonorum eccleſiaſticorum ad diſtractionem abſolutam & indifferentem: Cæteroquin ſubſiſtit, ſi duo hæc concurrant: † ſolennitas nempe à jure requiſita, 6
& juſta alienationis cauſa, *can. ſine exceptione. 12. quæſt. 2. Clem. 1. de reb. eccleſ. non alien.* Alexander Raudens. *lib. 1. cap. 38 n. 3. de analog.* Joh. Vincent. Honded. *vol. 2. part. 3. conſil. 36. n. 8. & conſil. 31.* Weſenb. *vol. 1. conſil. 59. n. 18.* Hier. Schurff. *cent. 2. conſil. 70.*

Solennitas † autem in eò potiſſimùm 7
conſiſtit, ut decretum & conſenſus Magiſtratûs eccleſiaſtici ad diſtractionem bonorum eccleſiaſticorum requiratur & adhibeatur, Roder. Soaretz. *allegat. 21. n. 1.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſin. 93. num. 21. & ſeqq.* Johan. de Caſtillo *de uſufr. cap. 54. n. 12. & ſeqq.* Thoming. *conſil. 17. num. 2.* Idque (1.) † per text. *in cap. tua nuper. ibi.* 8
Alterius etiam quæſtionis ſolutio ex epiſtolâ Leonis Papæ colligitur evidenter, in qua legitur: Ne quis Epiſcopus de rebus Eccleſiæ quicquam donare, vel permutare vel vendere audeat, niſi fortè aliquod horum faciat, ut meliora reſpiciat, & totius Cleri tractatu atque conſenſu id eligat, quod non ſit dubium Eccleſiæ profuturum, *extr. de his, quæ fiunt à prælato ſine conſenſu Capituli. cap. ult. extr. de reb. eccleſ. non alien. cap. 1. & 2. extr. eod. tit.* Non itaque † ſine 9
conſenſu totius Cleri vel Capituli quondam poterant bona Eccleſiæ alienari. Cùm autem hodie ex pacificatione Religioſa Proceres Imperii in ſuis territoriis teneant jura Epiſcopalia, & Capitulum in Conſiſtoriis repræſentent, utique horum decretum pariter & conſenſus ad validam bonorum eccleſiaſticorum diſtractionem accedat, neceſſe eſt.

(2.) † Quod & ſatis expreſſum in pro- 10
vinciis Electoratûs Saxonici, *Ordin. eccleſiaſt. art. general. 28.* Von der *permutation* der Pfarrgüter. *ibi:* Die *permutation* oder Auslaſſung der Pfarrgüter ſol mit Vorwiſſen und Bewilligung unſrer / als des Landesfürſten geſchehen/ꝛc. *It. art. 35. §.* Es ſollen auch forthin die Vorſteher des ge-

 mei-

meines Kaſtens keine liegende Gründe o-
der Güter der Kirchen zuſtändig *alieniren*/
oder erblich verkauffen ohne erſuchten
Rath und Erlaubniß iedes Orts Haupt-
manns/Erb-oder Lehnsherrn/Schöſſers/
Burgermeiſters/ Raths und *Superinten-
denten*/ und da ſolche alle einhellig auf die
erbliche *Alienation* ſchlüſſen würden / als-
dann und nicht ehe mögen ſie die Kirchen-
11 Gütere verkäuffen. † *Et in Decreto Synod.
de Anno 1624.* §. Es befinden ſich ferner.
verb. Auch wol die Pfarr-Stücke gantz
ohne unſern oder unſerer *Conſiſtorien* Vor-
bewuſt und Einwilligung verkaufft oder
vertauſchet worden/ welches wir dann zu-
wider der *Fundation* und den Pfarrern
zum Nachtheil keines weges zugeben kön-
nen. & §. Wie es aber. *in verb.* Alſo wol-
len wir auch bey den Kirch-Gütern durch-
aus ſolches verboten und männiglich ge-
warnet haben/ohne unſern des Landesfür-
ſten als oberſten Lehenherrns ſonderbaren
Conſens nichts darvon zu verkauffen / zu
vertauſchen oder in andere Wege/ es ſey
viel oder wenig/ zu ver*alieniren*.

(3.) † Et quis neſcit, Eccleſias pupillis 12
ac minoribus æquiparari, eorumque privi-
legiis uti? *cap. 1. extr. de in integr. reſt.* Gloſſ.
*in l. reſpublica. verb. ſolet. verſ. ſic & in Ec-
cleſia. C. ex quib. cauſ. major.* Anton. Fab.
in Codic. lib. 1. tit. 9. defin. 20. n. 10. Hart. Pi-
ſtor. *obſervat. 68. n. 5.* † Quo & facit *Ordin.* 13
proceſſ. judiciar. tit. 45. §. Weil wir aber
dennoch. & §. *ult. verſ.* Welches wir auch
auf Kirchen/ꝛc. Atqui notiſſimi juris eſt,
† bona pupillorum atque minorum im- 14
mobilia ſine certis ſolennitatibus nequa-
quam valdè alienari, Andr. Gail. *lib. 2. ob-
ſerv. 72.* Jacob. Schult. *part. 1. quæſt. 17. n. 4.*
Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 37. defin. 1.* in-
ter quas præcipua ferè eſt, † ut decretum 15
& autoritas Magiſtratûs accedat, *l. 22. in
verb. Interpoſitionemque decreti, ut fraudi
locus non ſit, &c. C. de adminiſtr. tutor. l. 1.
l. 10. l. 11. l. 12. & tot. tit. C. de præd. minor. ſi
decret. non alienand.* Ergò nec bona Eccle-
ſiæ ſine decreto & conſenſu Superioris diſ-
trahere licebit.

Ita † *Conſiſtorium Supremum D. Helvico Garthio, Superintendenti & Mauritio Horn, Præfe-* 16
cto Oſſitienſibus, die 21. Sept. Anno 1608. (*Verba Reſcripti:* Was maſſen bey dem Churfürſten zu Sachſen und Burggrafen zu Magdeburg/unſerm gnädigſten Herrn/Hanſen von Seidewitz nachgelaſſene Lehens-Erben zu Schmörkau um gnädigſte *Ratification* deſſen von ihrem Vater aufgerichteten *contracts*/ wegen der an ſich/ ſo wol derſelben Erben und Erbnehmen erkaufften Pfarr-Aecker/ ſo damals dem Pfarrer zu Terpitz zugeſtanden/ in Unterthänigkeit ſuchen thun/ ſolches habt ihr inliegende mit mehrern zu befinden; Hierauf iſt nun an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren an euch/ Ihr wollet/wie es mit angedeutetem Kauff bewandt/ und ſonderlich/ ob es der Pfarr zu Nutze/ und mit Vorbewuſt des *Conſiſtorii* zu Meiſſen/oder auf ſonderbare gebührliche Anordnung geſchehen/ fleißige Erkundigung einziehen/und uns der Sachen Beſchaffenheit nebenſt Widerſendung des Inſchluſſes hinwieder förderlichſt berichten/ꝛc.)

It. † *Superintendenti & Quæſtori Pirnenſibus, die 24. April. Anno 1616.* (*Verba Reſcripti:* 17
Was maſſen uns der Rath zum Königſtein/damit ein Stück Kirchholtz verkaufft und vererbet/und von deme daraus gelöſeten Gelde die Schule gebauet werden möchte/ *ſupplicando* angelanget/ſolches habt ihr inliegende zu befinden; Begehren derohalben/ ꝛc. Ihr wollet euch erkundigen/ ob nicht der Sachen in andere Wege zu rathen; Im widrigen Fall und wofern unſer gnädigſter Herr ſonſten hieran nicht *intereſſiret*/ das geringſte Stück Kirchholtzes in dem theuerſten Werth verkauffen/u. uns zuvor den *Contract* zur *Ratification* nebenſt dem Inſchluß und der Gebühr anhero überſenden/ꝛc.)

Et † *Superintendenti ac Senatui Freybergenſi, die 27. Febr. An. 1622.* (*Verba Reſcripti:* Was 18
maſſen ihr auf vorgehende unſere Vergünſtigung ein Stück von den Kirch-Gütern verkaufft/ ſolches iſt uns nebenſt Vorlegung des *Contracts* vorbracht worden/haben auch angeregten Kauff Amts halben *confirmiret* und beſtätiget. *Confirmiren* und beſtätigen hiermit denſelben in allen Puncten und Clauſulen/und wollen/ daß demſelben allenthalben ſtet/veſt/und unverbrüchlichen nachgelebet werde/iedoch/ daß ohne unſer Vorwiſſen und fernere Anordnung die Kirche und derſelben Vorſtehere die Kauff-Summa abzufordern und einzubringen nicht befugt/ hierzwiſchen auch und bis nach vollſtändiger Bezahlung der Kirchen das *Dominium* an dieſem verkaufften Stücke ausdrücklichen vorbehalten ſeyn ſoll. Wie wir dann auch um mehrer Nachrichtung willen angeregten Kauff-*Contract* neben dieſer *Confirmation* der Kirchen-*Matricul* einverleiben laſſen wollen/ꝛc.)

Et

Et † Superintendenti ac Quæſtori Miſnenſibus, die 16. Julii Anno 1630. (Verba Reſcripti:
Uns iſt euer eingeſchickter Bericht nebenſt des Pfarrers zu Zſcheula Schreiben/ 19
wegen vorhabender Verkauffung und Vererbung einer zu Jeßnitz nacher Zſcheula gehörigen Kirch-Wieſen/ vorgetragen worden. Woferne nun an dieſer ſtatt eine beſſere und der Pfarre Zſcheula näher gelegene Wieſe käufflichen zu erlangen; So könnten wir ſolches wol geſchehen laſſen; Sonſten aber tragen wir in dieſe *Alienation* zu *conſenti*ren Bedencken; Möchten wir euch hinwieder nicht bergen/ꝛc.)

DEFINIT. CCCI.

Nunquam ſine causâ juſtâ, rationabili & ſufficiente alienatio & diſtractio bonorum eccleſiaſticorum permittenda.

SUMMARIA.

1. *Bona Eccleſiæ absque juſtâ & ſufficiente causâ diſtrahi non debent.*
2. *Quibus ex rationibus & fundamentis?*
3. *Ex causâ demum juſtâ bona pupillorum & minorum alienari poſſunt.*
4. *Jure canonico probibetur alienatio bonorum Eccleſiæ ſine causâ.*
5. *Adducitur Ordinatio eccleſiaſtica & Decretum Synodale.*
6. *Quænam cauſa ad diſtrahendum ſit juſta & ſufficiens?*
7. *Utilis eſt cauſa Eccleſiæ, per quam tollitur damnum ejus & incommoditas.*
8. *Cauſa pietatis habetur ſufficiens ad alienandum.*
9. *Conſervatio ſanguinis Chriſtiani aliis rebus pretioſior.*
10. *Ad repellendum hoſtem theſauri Eccleſiæ tutò diſtrabuntur.*
11. *Subjecta ſunt alienationi bona Eccleſiæ in caſu neceſſitatis & pietatis.*
12. *Adeoque pro ſepulturâ fidelium, alimentatione pauperum & redemtione captivorum. n. 13.*
14. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. numer. 15.*

NOn ſufficit, Epiſcopum vel Magiſtratum in diſtractionem bonorum Eccleſiæ conſentire, eamque
1 decernere; ſed etiam † juſtâ & ſufficiens diſtractionis cauſa ſubſit neceſſe eſt, ad hoc ut valida habeatur alienatio, *Defin. præced. n. 6.* Hier. Schurff. *cent. 2. conſil. 70.* Dom. Arum. *lib. 2. deciſ. 5. n. 6. & ſeqq.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 3. cap. 3. n. 3. & ſeqq.* Ex quo
2 enim (1.) † bona Eccleſiæ æquiparantur bonis pupillorum atque minorum, *Defin. præced. in fin.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 9. defin. 20. n. 10.* Hartman. Piſtor. *obſervat. 68. n. 5.* hoc ipſo ſanè expeditum redditur, non ſubſiſtere diſtractionem bonorum eccleſiaſticorum absque juſtâ & ſufficiente aliena-
3 tionis causâ, quippe quòd † ex causâ demum rationabili bona pupillorum ac minorum immobilia diſtrahere permiſſum ſit, *l. 22. verb. niſi hac forte neceſſitate, &c. & poſtea: Et probationem cauſæ, &c.* ubi Gothofr. *lit. 2. C. de adminiſtrat. tutor. l. 12. in pr. ibi: Ob æs alienum tantum &c.* ubi rectè ſupplet Accurſius: *vel ſimilem cauſam. C. de præd. minor. ſine decreto non alienand.* (2.) † Et benè hoc animadvertit Innocen-
tius IV. Pontifex *in cap. 1. verb. Cùm evidens neceſſitas, quare fieri deberet, vel utilitas non ſubeſſet. extr. de reb. eccleſ. non alien. in 6to. &* Gregor. X. *in cap. ult. verb. & caſibus à jure permiſſis. extr. eod. tit. in 6to.* (3.) Quo 4
† & facit ſanctio Electoralis *in Ordin. eccleſiaſt. art. gener. 28. verb.* Sondern da es die Nothdurfft erfordert/ auch der Pfarr Einkommen nicht nachtheilig/ und demnach dem Pfarrer nützlich. & *Decret. Synod. de Anno 1624. §.* Es befindet ſich ferner. *verb.* Und denen Pfarrern zu Nachtheil keines weges zugeben können. 5

Suppeditat porrò ſanctio hæc † ſimul 6
definitionem cauſæ ad alienandum juſtæ ac ſufficientis, ut nempe ea talis habeatur, quæ non eſt Eccleſiæ damnoſa, ſed utilis & proficua, *cap. ſine exceptione. verſ. niſi aliquid horum faciat ut meliora reſpiciat. extr. de his quæ fiunt à præ-*

prælat. ſine conſc. Capit. l. jubemus. in fin. Auth. hoc jus porrectum. verſ. ut ſemper major utilitas ſervetur Eccleſiæ. C. de SS. Eccleſ. Matth. de Afflict. *deciſ. 17. n. 2.* Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. convent.*
7 *lib. 25. tit. 6. n. 38.* † per quam ergò ſaltem incommoditas ab Eccleſiâ avertitur, non poteſt non hæc juſta exiſtere cauſa diſtractionis, quia utile ſatis eſt, quod inutile tollit, *can. non liceat papæ. 12. quæſt. 2.* puta ut liberetur Eccleſia onere æris alieni, vel erogatione expenſarum, *cap. 1. de reb. eccleſ. non alienand.* Hier. Schurff. *dict. conſil. 70. n. 1.* Erneſt. Cothman. *conſil. 30. n* 4. *& ſeqq.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. 93. n. 15.* Matth. Weſenbec. *vol. 1. conſil. 59.* Nicol. Everhard. *conſil. 30. n. 2.* Cauſæ huic utilitatis
8 † ſi addatur cauſa pietatis, vix alia poterit reſtare, cum hæc omnem ferè comprehendat neceſſitatem, in qua aliis ſubveniendum: non etenim aurum habet Eccleſia, ut ſervet, ſed ut eroget & ſubveniat in neceſſitatibus, *arg. cap. ad audientiam. cum*
9 *ſeqq. extr. de Eccleſ. ædif.* & † conſervatio ſangvinis Chriſtiani & periculi averſio quibuslibet rebus pretioſior eſſe cenſetur, ut tradit Imper. *in l. ſancimus. 21. C. de SS. Eccleſ.* Atque hinc res eccleſiaſticæ pretioſæ pro theſauro Chriſtiani populi reputan-
10 tur, quæ caſu neceſſitatis † & ingruente ſubitâ belli calamitate ad repellendum hoſtem alienari poſſunt, prout expeditum reddunt *Receſſ. Imper. Spirenſ. de Ann. 1542.* §. Aber der Kirchen Kleinoden und Gezierde ſollen in dieſer Anlage nicht mit begriffen/ſondern als zu einem Schatz der Chriſtenheit/ wo man das zu einer eilenden/nothwendigen/unvermeidlichen Hülffe bedürffen würde/geſparet und behalten werden. quod repetitum legitur *in Receſſ. Spirenſ. de Anno 1544. §.* Aber der Kirchen Kleinoden/ ꝛc.

Nimirum ſubjecta † ſunt bona eccleſiaſticâ alienationi in caſu neceſſitatis pariter ac pietatis: at vix major poterit eſſe pietas quàm defendere patriam; & tueri infirmos ab hoſtibus, Nicol. Reusner. *libr. 1. conſil. 2. n. 41.* ex † quo porrò bona eccleſiaſtica tutò diſtrahuntur pro ſepulturâ fidelium, alimentatione pauperum & redemtione captivorum, *l. jubemus. 14. C. de SS. eccleſ.* † Hinc Ambroſius, poſtquam incurriſſet invidiam Arianorum, ideò quòd aureos calices diſtraxiſſet ad redimendos captivos, verè reſpondit: quòd DEO ſint gratiores animæ captivorum, qui redimebantur, quàm aurea vaſa & reliqua templorum ornamenta, Petr. Martyr. *ad cap. 21. lib. 1. Reg.* 11 12 13

Ita † Conſiſtorium Supremum Georgio Hauboldo à Berbisdorff in Mahlis, Superattendenti & Præfecto Oſſitienſibus, die 17. Sept. Anno 1630. (*Verba Reſcripti:* Wir haben des Superintendenten Bericht verleſen hören/ꝛc. Wann dann dieſes Werck wichtig/und dergleichen *alienation* und Vererbung gantzer Pfarrgüter nicht leichtlich/ auch ohne nothwendige ſattſame Urſachen/ſondern nach gnugſamer Erkundigung und vorgehender reiffer *deliberation* zu verſtatten/ꝛc.) 14

Et † Superintendenti Annæbergenſi, & Quæſtori Grünhaynenſi & Præfecto Schwartzenbergenſi, die 3. Febr. An. 1619. (*Verba Reſcripti:* Wann aber gleichwol dergleichen geiſtlicher Güter *alienation* ohne erhebliche Urſachen nicht leichtlich zugelaſſen/und dahero bemeldten *Viſitatorn* ſolche Veränderung ohne unſern *Conſens* und Vorwiſſen anzuordnen nicht gebühren wollen; Als iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren/Ihr ingeſamt wollet euch zu eheſter eurer Gelegenheit an angedeuteten Ort verfügen/denſelben nochmals in Augenſchein nehmen/und erwegen/ ob nicht ſolcher Ort vielmehr erhalten/ und um eine ſolche *penſion*, welche die Zinſen von 99. fl. erreichet/ausgebracht/ oder ja in einem höhern Werth der Kirchen zum beſten verkauffet werden können/und uns ſolches/ wie ihr es allenthalben befunden/ mit Zurückſendung des Inſchluſſes zu unſerer fernern Anordnung förderlichſt berichten/ ꝛc.) 15

DEFINIT. CCCII.

Cauſæ cognitio diſtractionem bonorum eccleſiaſticorum & Magiſtratûs conſenſum præcedat, neceſſe eſt.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Validè non diſtrahuntur bona Eccleſiæ absque ſolennitate canonicâ & juſtâ causâ.*
2. *Solennitas canonica exigit decretum & conſenſum Superioris.*
3. *Cauſæ cognitio hiſce incluſa cenſetur.*
4. *Quibus ex rationibus & fundamentis? n. 10. 11.*
5. *Decretum ſine cauſæ cognitione interpoſitum, ipſo jure nullum habetur.*
6. *Non præſumitur pro decreto, niſi cum cauſæ cognitione interpoſitum exprimatur.*
7. *Non videtur cauſæ cognitio ex temporis brevitate interveniſſe.*
8. *Ante cognitionem cauſæ non poteſt conſtare de ejus qualitate.*
9. *Cauſæ cognitio decretum præcedat neceſſe eſt.*
12. *Ad alienationem bonorum pupilli vel minoris immobilium requiritur cauſæ cognitio.*
13. *Eccleſia minori æquiparatur.*
14. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NEquaquam ergò validè diſtrahuntur bona Eccleſiæ absque ſolennitate canonica, & juſtâ ac ſufficiente alienationis causâ, *Definit.*
2 *300. & 301.* Et quidem ſolennitas † canonica exigit conſenſum Superioris ſive Capituli totius, quod hodie Superior Magiſtratus eccleſiaſticus repræſentat, *can. ſine exceptione. 12. quæſt. 2. Clem. 1. de reb. eccleſiaſt. non alienand.* Alexan. Raudenſ. *lib. 1. cap. 38. n. 3. de analog.* Joh. Vincent. Honded. *vol. 1.*
3 *part. 3. conſil. 36. n. 8.* à † quo tamen cauſæ cognitio excludi non debet, quin potius duobus prædictis requiſitis tertium hoc, quod in cauſæ cognitione conſiſtit, incluſum cen-
4 ſetur: (1.) † Quomodo enim Magiſtratus ſuper alienatione bonorum eccleſiaſticorum facienda unquam decernere, & ei conſentire poteſt, antequam rem benè cognoverit;
5 omiſsâ namque † cauſæ cognitione decretum interpoſitum ipſo jure nullum habetur, perinde ac ſi non à Superiore & Magiſtratu, ſed à privato fuiſſet interpoſitum, *l. magis puto. 5. §. & non paſſim. & §. ſi alienam. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. l. nec quicquam. 9. §. ubi decretum. ff. de offic. proconſul.* Dan. Moller. *lib. 4. ſemeſtr. 1. n. 14.* Hieron. Laurent. *deciſ. Rotæ Aven. 22. n. 9. verſ. movebat etiam quòd decretum, &c.* in quam rem no-
6 tat Decius, † tunc demum pro decreto præſumi, quando exprimitur illud cum cauſæ cognitione interpoſitum, aliàs nullius momenti id eſſe, *conſil. 351. n. 6.* Ex quo etiam fit, ut ſi eodem momento temporis, quo quis fuit deſignatus Curator minorum, per decretum judicis fuit præſtita autoritas in certâ obligatione minoris, & interpoſitum decretum judicis indictâ alienatione, non valeat actus, cum autoritas illa ſive decretum judicis requirat cauſæ cognitionem,
† quæ ex temporis brevitate non exiſtimatur interveniſſe, Alexand. *lib. 2. conſil. 218. n. 10.* Andr. Alciat. *Reg. 3. præſ. 10. n. 8.* Marſil. *in prax. crim. §. nunc videndum. n. 33.* 7

(2.) † Quis etiam cauſam alienationis dixerit juſtam ac ſufficientem, qui eam non cognovit, iis enim duntaxat caſibus bona Eccleſiæ diſtrahere licet, in quibus principaliter pietas & publica verſatur utilitas, Octav. Cacheran. *deciſ. Pedemont. 68. n. 8.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 2. claſſ. 3. cap. 3. n. 7.* Sed unde dijudicandum, num talis exiſtat caſus diſtractionis neceſſariæ, antequam cognitio ſuſcipiatur, ut hinc omitti nequaquam poſſit, usque adeò, † ut præcedere etiam debeat conſenſum, Socin. *vol. 4. conſil. 52. n. 8.* Feder. de Sen. *conſil. 137.* Joſeph. Ludov. *part. 2. deciſ. Peruſin. 93. n. 21. & ſeqq.* Jacob. Thoming. *conſil. 17. n. 2.* 8 9

(3.) † Eoque faciunt verba Innocentii IV. Pontificis *in cap. 1. ibi: Quia etiam tractatus ſolennis diligens, qui in talibus conceſſionibus perpetuis & alienationibus rerum eccleſiaſticarum exigitur, non fuit habitus in eâdem. extr. de reb. eccleſiaſt. non alien.* Nimirum † improbatur propterea diſtractio bonorum eccleſiaſticorum ibidem, quia nullus tractatus vel cognitio cauſæ præceſſerit. 10 11

(4.) † Ac tandem requiritur præcisè ac neceſſariò cauſæ cognitio ad alienationem bonorum pupilli vel minoris immobilium, ut liquet *ex l. 22. in verb. per inquiſitionem judicis & probationem cauſæ, &c. C. de adminiſtrat. tutor.* nec enim ſufficit cauſam adeſſe, niſi ad alienationem ſufficiens à Magiſtratu deprehenſa & cognita fuerit, † ut hinc idem debeat obtinere in diſtractione bono- 12 13

bonorum eccleſiaſticorum, quia Eccleſia minori æquiparatur, Gloſſ. *in l. reſpublica. verb. ſolet. verſ. ſic & in Eccleſia. C. ex quibus cauſ. minor.* Anton Faber. *in Codic. lib. 1. tit. 9. defin. 20. n. 10.* Hart. Piſtor. *obſervat. 68. n. 5.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Georgio Hauboldo à Berbisdorff in Mablis, & Superintendenti ac Præfecto Oſitienſibus, die 17. Sept. Anno 1630. (Verba Reſcripti:* Wann dann dieſes Werck wichtig/und dergleichen Veräuſſerung und Vererbung gantzer Pfarr-Güter nicht leichtlich/auch ohne nothdringende Urſachen/ſondern nach gnugſamer Erkundigung und vorhergehender reiffer *Deliberation* zu verſtatten; Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr ſämtlich wollet daſſelbe mit allen Zubehörungen noch einſten ehiſt in Augenſchein nehmen/ nothwendige Erkundigung einziehen/und in einen Land-üblichen Anſchlag bringen/ hernach mit Sigmunden von *T.* oder andern wegen einer gewiſſen Kauffſummen dergeſtalt *tract*iren/daß der Verkauffer den halben Theil derſelben itzo Michaelis erlegen/ die andere Helffte aber mit *Conſens* aufs Guth verſichern/ und jährlich auf zween *Termine,* Oſtern und Michaelis/mit 6. von 100. verzinſen/auch die Fuhren und Aecker-Dienſte nach Calmen in allen dreyen Arten/ wie bishero die Pachtleute gethan/erblich und unwiederrufflich auf ſich behalten/ und hinfüro iedesmal der Gebühr verrichten ſol/ uns auch ſo dann/ wie weit ihr es gebracht/ zu unſerer *Ratification* oder anderer Verordnung nebenſt dem gefertigten Anſchlag und euerm Gutachten mit Zurückſendung itzigen Beyſchluſſes ausführlich und unverlängt zu erkennen geben/rc.) 14

Definit. CCCIII.

Ipſo jure nulla eſt bonorum eccleſiaſticorum alienatio ſine causâ ſufficiente, ejusque cognitione & conſenſu Magiſtratûs eccleſiaſtici ſeu Conſiſtorii ſuſcepta.

SUMMARIA.

1. *In diſtractione bonorum eccleſiaſticorum tria requiſita obſervanda ſunt.*
2. *Quorum alterutrò neglectò, alienatio ipſo jure nulla eſt.*
3. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n. 12.*
4. *Nulla ipſo jure eſt alienatio bonorum minoris absque debitis ſolennitatibus facta.*
5. *Neceſſaria haut eſt reſtitutio in integrum, quando contractus eſt ipſo jure nullus.*
6. *Bona minoris absque decreto alienata in ejus remanent dominio.*
7. *Adducitur probatio ex jure Canonico, n. 8.*
9. *Requiſita ſolennia ſunt de formâ ſubſtantiali alienationis.*
10. *Forma ad amusſim obſervari debet.*
11. *Omisſio formæ in qualibet parte totum vitiat actum.*
13. *Nulla exiſtente alienatione, fructus quoque ſunt reſtituendi.*
14. *Perinde ut accedat in alienatione, bonorum minoris injuſtè factâ.*
15. *Fructus percepti non cedunt poſſeſſori absque titulo posſidenti.*
16. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
17. *Ejusdem Sententia.*

1 EX prædictis luculenter apparet non ſubſiſtere bonorum eccleſiaſticorum diſtractionem, haut obſervatis tribus hiſce requiſitis, ut nempe cauſa alienationis adſit juſta & ſufficiens, *Definit. 301.* ejusque cognitio præcedat, *Definit. præced.* & tandem decretum ac conſenſus Magiſtratûs eccleſiaſtici ſive Conſiſtorii accedat, *Defin. 300.* † idque adeò verum exiſtimamus, ut alterutrò horum requiſitorum omiſſò ac neglectò, diſtractio bonorum eccleſiaſticorum ipſo jure nulla exiſtat. 2 (r.) † Sæpius enim monuimus, bona Eccleſiæ iisdem ſubjici regulis, quibus aſtringuntur bona pupillorum ac minorum, eccleſiamque pupillo 3

ac

ac minori æquiparari, *ſupr. defin. 300. n. 12.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 9. defin. 20. n. 10.*
4 Hartm. Piſtor. *obſervat. 68. n. 5.* † Atqui expeditum eſt, bonorum minoris & pupilli immobilium diſtractionem absque debitis ſolennitatibus factam ipſo jure nullam haberi, ita ut minor ſive pupillus, quando ad majorennem pervenerit ætatem, bona alienata vendicare queat, nec opus habeat reſtitutione in integrum, ut diximus *in Juriſpr. forenſ. ad Conſtit. Elect. 11. part. 2. de-*
5 *fin. 26.* † neceſſaria ſiquidem non videtur reſtitutio in integrum, quando talis proponitur contractus, qui nullus eſt ipſo jure. *l. 2. C. de præd. minor. ſine decret. non alien. l. 4. C. ſi adverſ. rem judicat. l. 3. C. Si adverſ.*
6 *libert. l. 16. ff. de minor.* † & quod bonorum absque decreto alienatorum minor Dominus maneat, ſatis evincit *l. ſi minor. 15. & l. 16. de præd. minor. ſine decret. non alienand.* ut hinc ei rei vendicatio nequaquam denegari poſſit, §. *omnium. inſt. de action.*
7 *(2.)* † Nec diſplicuit hoc Papæ Symmacho, poteſtatem bona ſine debitis ſolennitatibus diſtracta rurſus vendicandi & repoſçendi eccleſiæ tribuenti, *in cap. ſi quis presbyterorum. 6. verb. fin. Sed etiam licet quibuscunque eccleſiaſticis perſonis vocem contradictionis offerre, ut & cum fructibus poſſint alienata repoſcere & eccleſiaſtica autoritate fulciri, extr. de reb. eccleſ. alien.*
8 *vel non.* † idemque probant verba *cap. 2. ibi: irrita habeantur. extr. eod. tit. & Can. ſine exceptione. 52. ibi: Irrita enim Epiſcoporum venditio & commutatio rei eccleſiaſticæ erit, cauſ. 12. quæſt. 2.* Rodoan. *in tract. de reb. eccleſ. non alien. quæſt. 22. §. nunc autem. n. 14. ſeq.*
9 (3.) † Suntque procul dubio ſolennia iſta tria requiſita de ipſa alienationis bonorum eccleſiaſticorum forma ſubſtantiali; † quæ 10
ad amuſſim obſervari & impleri debet, *cum delicta. 22. extr. de reſcript. cap. Piſanis. 19. extr. de reſtit. ſpoliat. cap. venerabili. 37. extr. de offic. & poteſt. jud. delegat. l. cum hi. 8. ſi prætor. ff. de transact. l. qui per ſalutem 33. ff. de jurejur.* † Cujus omiſſio in qualibet 11
vel minima portiuncula totum vitiat actum, Bald. *lib. 2. conſil. 26. colum. 1. verſ. præterea ſtatutum dicit.* Jaſon. *in l. 1. n. 25. verſ. item omiſſio forma. ff. de lib. & poſth. & l. 2. conſil. 149. n. 12.* Andreas Gail. *lib. 2. obſervat. 65. n. 5. verſ. forma enim ſtatuti.* Et formâ non ſervatâ, actus planè eſt nullus, Zaſ. *lic. 1. conſil. 5. n. 94.* Maſtril. *deciſ. 38. n. 4. verſ. & omnia quæ diſponit &c.*

(4.) † Quò & tandem faciunt verba Sereniſſimi Electoris Saxon. expreſſa *in Decreto Synod. de anno 1624.* §. wie es aber. *in Verb:* bey Straf der unvermeidlichen *Caſſir*ung und Aufhebung aller *contracte*/ die in ſolchen Fällen *nulliter* und zuwider unſerm Verboth gemachet werden. 12

Conſequens † porrò hinc eſt, quod nulliter alienata Eccleſiæ bona cum omni cauſa & fructibus perceptis reſtitutioni ſint obnoxia, veluti probat *dict. cap. Si quis presbyterorum. 6. in Verb. cum fructibus poſſint alienata repoſcere. extr. de reb. eccleſ. alien.* 13
perinde † ut bona minorum injuſtè alienata cum fructibus perceptis ſunt reſtituenda, veluti demonſtravimus *in Juriſpr. forenſ. dict. defin. 29. n. 11.* Quia ſcilicet bona absque causâ & titulô fuerunt poſſeſſa, † adeoque fructus percepti non cedunt poſſeſſori, ſed in reſtitutionem veniunt, unà cum prædio emto, *l. ſi prædium. 16. verb. & fructuum, vel his non exiſtentibus condictionem competere. C. de præd. minor. ſine decret. non alien.* 14 15

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Oſſitienſi die 30. Martii Anno 1625. (Verba Reſcripti:* Als iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren/ihr wollet zu ehiſter euer Gelegenheit beyde Oerter in Gegenwart der Eingepfarrten und anderer *Intereſſen*ten beſichtigen/und nach eingenommener gnugſamer Erkundigung wegen des Gartens/ da derſelbe ohne höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns oder des Obern-*Conſiſtorii conſens* vererbet worden/ daran ſeyn/ damit er wiederum zur Pfarre gebracht/auch der Kirchhof aufs beſte verwahret werde/und uns euere Verrichtung zur *ratification* oder anderer gebürlicher Anordnung zu erkennen geben/ ꝛc.) 16

Et † *ad requiſitionem* Daniel *S.* zu *C. die 27. Sept. An. 1617. (Verba Sententiæ:* Habt ihr vor etlicher Zeit von den Kirchvätern daſelbſt einen Acker/ ſo der Kirchen zuſtändig/ käufflichen an euch gebracht/es wil aber derſelbe euch nunmehr ſtreitig gemacht und wieder entzogen werden/inmaſſen ihr dann deßwegen allbereit belanget worden. Ob ihr nun wol euch dißfals auf euern getroffenen und vollzogenen Kauff-*Contract* gründen thut. Dieweil aber gleichwol aus demſelbẽ nicht zu befinden/daß eine gnugſame und rechtmäßige Urſache der Veräuſſerung des Kirchen-Ackers vorhanden geweſen/weniger daß hierüber gnugſame Erkundigung eingezogen und die *alienation* vom *Conſiſtorio* bewilliget worden/welches doch in dergleichen Fällen und 17

Rrr zu

zu beſtändiger Vereuſerung und Vererbung der Kirchen-Gütere allerdings nöthig; So iſt demnach der zwiſchen euch und den Kirch-Vätern um vorbemeldten Kirch-Acker getroffene Kauff *null* und nichtig; Derowegen ihr euch der Wiederabtretung ſelbiges Ackers nicht zu entbrechen/ V.R.W.)

DEFINIT. CCCIV.

Locatio bonorum eccleſiaſticorum ut ſubſiſtat, cauſæ pariter cognitio & decretum Magiſtratus eccleſiaſtici adſit, neceſſe eſt.

SUMMARIA.

1. *Omnis bonorum eccleſiaſticorum alienatio certas requirit ſolennitates.*
2. *Alienationis voculâ quisnam veniat actus?*
3. *Num & locatio bonorum Eccleſiæ ſolennitatibus adſtricta?*
4. *Per locationem haut transfertur dominium.*
5. *Deciſio affirmativa.*
6. *Fundamenta & rationes decidendi, n. 10. 16.*
7. *Latâ alienationis acceptione comprehenditur etiam locatio.*
8. *Examinatur lectio* cap. 5. extr. de reb. Eccleſ. alien.
9. *Per locationem ad longum tempus transfertur poſſeſſio & utile dominium.*
11. *Locatio iisdem continetur regulis juris, quibus emtio-venditio.*
12. *Locatio ad longum tempus habetur pro venditione magis, quam locatione.*
13. *Adducitur Ordinatio eccleſiaſtica Elect. Saxon. n. 14.*
15. *Cura & adminiſtratio bonorum Eccleſiæ quorſum dirigi debeat?*
17. *Reſcriptum Electorale.*
18. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 19.*

1 QUod diximus, non ſubſiſtere diſtractionem bonorum eccleſiaſticorum absque causâ rationabili & ſufficiente, ejusque cognitione & conſenſu Magiſtratus, *Defin. præcedentib.* id non modò de venditione, ſed & de omnibus alienationum modis ac ſpe-
2 ciebus aliis intellectum volumus, † veluti non modò in genere Pontifex alienationem bonorum eccleſiæ prohibet, ſed & modos alienationis ſpeciatim refert *in cap. nulli liceat. 5. ibi: Alienationis autem verbum continet conditionem, donationem, venditionem, permutationem & emphyteuticum perpetuum contractum. extr.*
3 *de reb. eccleſ. alien vel non.* † At quid de locatione habendum? Non certè locatio-conductio voculâ alienationis pro-
4 priè † continetur, quia per locationem haut transfertur dominium, *l. ſi tibi alienam. 7. l. ſi quis. 9. §. ult. l. non ſolet. 39. ff. locati.* ubi Matth. Weſenb. *in parat. n. 5.* ſed uſus ſolummodo rei pro certa penſione conceditur, *l. ſi tibi habitationem 5. l. ſi merces. 25. §. 1. ff. locat. l. nemo. 6. de locato. l. 1. in pr. & § 1. ff. de loco publ.* Johan. Harppr.
5 *ad pr inſtit. de locat. conduct. n. 8.* † Nihilominus & in locatione bonorum Eccleſiæ requiſita alienationis attendenda eſſe, nec ſubſiſtere eam absque causa juſta & ſufficiente, ejusque prævia cognitione ac conſenſu Magiſtratus, docet nos obſervantia,
6 † quæ & fundamentis haut deſtituitur. (1.) Quantumvis enim per locationem ipſum rei dominium haut transferatur, uti expeditum eſt, quin tamen uſus & fructus rei locatæ & res ipſa ſaltem ad utendum transferatur, nemo inficias ibit, *l. non ſolet. 39. ff. locat.* † ut hoc ſenſu non inepte voculâ 7
alienationis in latiſſima ſignificatione acceptâ etiam locationem comprehendi aſſerere liceat, *arg. cap. 1. §. quamvis. ult. tit. de inveſt. de re a. fact.* Ceph. *conſil. 175. n. 5.* Hart. Piſtor. *part. 1. quæſt. 31. n. 24. verſ. ubi magis generaliter &c.*

(2.) Atque hinc *in dict. cap. nulli liceat.* 8
5. extr. de rebus eccleſ. alien pro voculâ (*conditionem*) ponunt aliqui (*locationem*) ut ſit ſenſus: locationem quoque voculâ alienationis contineri; quod tamen alii ad ſolam locationem ad longum tempus factam reſtringunt, † nempe quòd per hanc trans- 9
feratur poſſeſſio & utile dominium, Andreas Tiraquell. *de retract. gentil. §. 1. gloſſ. 14. n. 79 verſ. nam ex ea transfertur.* Bald. *in l. Lucius. 88. §. inſtituto. 15. n. 1. verſ. quia per locationem ad non modicum tempus. ff. de legat. 2.* Jacob. de S. Georg. *de feud. in verb. Et cum pacto de non alienando. num. 13. verſ. quia per locationem ad longum tempus.* Nicol. Boer. *deciſ. 234. n. 2.* Alexand. *conſil. 105. n. 3.* Weſenb. *de feud. cap. 11. n. 7. verſ. nam talis locatio &c.* Aym. Cravett. *conſ. 337. num. 10.*

(3.) † Et ſi venditio bonorum eccleſiæ 10
certas requirit ſolennitates ad ſui ſubſiſtentiam, utique nec in locatione-conductione horum bonorum, eæ omitti poſſunt, quia locatio conductio iisdem continetur

Re-

11 Regulis juris † quibus emtio-venditio, in tantum, ut veteres emtionis ac venditionis vocabulis promiſcuè uſi fuerint in locatione & conductione, *l. veteres. 19. & l. ſeq. ff.*
12 *de act. emt. l. 2. in pr. ff. locat.* † Quin & locatio ad longum tempus habetur pro venditione magis, quàm pro ſimplici locatione, aut certè ipſi venditioni adæquatur vel æquipollet, Tiraq. *dict. gloſſ. 14. n. 83.* Cæſar Urſil. *in annot. ad Matth. de Afflict. deciſ. 401. n. 3. v. ſed declara melius &c.*

13 (4.) † Minus ſanè dubium id habet in provinciis Electoratûs Saxonici, ubi locationem bonorum eccleſiaſticorum non modò permutationi & alienationi adæquatam, ſed & iisdem requiſitis adſtrictam legimus *in Ordinat. Eccleſiaſt. art. gen. 28. Rubr.* von der *permutation* und Auslaſſung der Pfarr-Güter. & *in nigro:* Die Pfarr-Güter ſollen hinführo nicht mehr ohne Vorwiſſen der Amtleute/Lehn-Herren u. Superintendenten *permutiret* oder ausgelaſſen werden. *Et rurſus:* Sondern da es dem Pfarrer nützlich/mit Vorwiſſen und Bewilligung unſer/ als des Landes-Fürſten/ geſchehen/ auch ſolche *permutation* oder Auslaſſung/ꝛc. † Non ergò locari pote- 14
runt bona Eccleſiæ ſine rationabili & juſtâ cauſâ, ejusque cognitione & conſenſu Sereniſſimi Electoris, ceu Epiſcopi & Magiſtratûs eccleſiaſtici.

(5.) Quod & ipſa ratio ſuadet, † cùm o- 15
mnis bonorum eccleſiaſticorum cura & adminiſtratio eò ſit dirigenda, quò commodum & utilitas Eccleſiæ promoveatur, & reditus ac proventus annui ad ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ deſtinati augeantur & amplificentur, *Ord. eccleſ. art. 28. 29. & 30.* † ſed quomodo finis hic poterit obti- 16
neri, ſi non cauſa probè perpendatur, & quidem ab ipſo Principe, cui Sacrorum cura & adminiſtratio incumbit, ac propterea decretum & conſenſus ejusdem neceſſariò adhiberi debet, *ſupr. Defin. 299.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti & Quæſtori Torgenſibus die 4. Junii An-* 17
no 1617. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern des Superintendentens eingeſchickten Bericht nebens dem Pachtbriefe/die Pfarr-Gütere zu Wildenhayn betreffende/ verleſen hören. Wann dann daraus zu befinden/ daß benannter Pacht-*Contract* mit unſerm Wiſſen und Bewilligung/ wie es der *28. general-Articul* erfordert/nicht geſchloſſen/und dahero an ſich ſelbſt nichtig/auch ohne diß den neuen Pfarrer nicht bindet; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr ingeſamt wollet zwiſchen den Partheyen allerſeits eine billiche Vergleichung oder *moderation* treffen/und uns ſolche zur *ratification* anhero überſenden/ꝛc.)

Nec non † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Biſchoffswerdenſi & Præfecto Stolpenſi* 18
die 31. Jan. An. 1628. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern des Superintendentens eingeſchickten Bericht nebens des Pfarrers zu Fiſchbach Pachtbriefe verleſen hören/ und ihr der Schöſſer habt ſolchen hierbey zu befinden. Ob nun wol dem Pfarrer nicht gebühret/ohne unſere Anordnung dergleichen Verpachtung vor zunehmen; So iſt doch an ſtatt Ihr. Churfl. Durchl. hiermit unſer Begehren/ Ihr wollet die Kirchväter und Eingepfarrten darüber vernehmen/ und nebens ihnen erwegen/ob dieſer Pacht der Pfarre nützlich/oder was ihr allerſeits darbey zu erinnern nothwendig erachtet/ uns ſolches nebens Wiederſendung des Beyſchluſſes wieder berichten/ꝛc.)

Et † *Superintendenti Chemnicenſi ac Præfecto Rochlicenſi die 20. Dec. An. 1613.* (*Verba Re-* 19
ſcripti: Auf inliegendes des Pfarrers zu Alten-Mittweyda *M. Valentini* Brauers wegen Verpachtung des Pfarrguths beſchehenes *Suppliciren*/ begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ wofern *Supplicant* durch geſuchte Verpachtung der Pfarr ſcheinbarlichen Nutzen ſchaffet/ ihr wollet ſolche auf eine gewiſſe Anzahl Jahre/ iedoch dem *Succeſſori* unſchädlich/ zu Wercke richten/ einen *Receſs* verfaſſen/ und denſelben anhero ins Ober-*Conſiſtorium* zur *ratification* und *immatriculation* nebens dem Inſchluß überſenden/ꝛc.)

DEFINIT. CCCV.

Bona Eccleſiæ locanda ſunt ei, qui majorem offert penſionem.

SUMMARIA.

1. *Prudenter conſtitutum, ut bona Eccleſiæ conſenſu Superioris elocentur.*
2. *Locanda ſunt bona Eccleſiæ ei, qui majorem offert penſionem.*
3. *Ex majori penſione majus lucrum Eccleſiæ accedit.*
4. *In emtione-venditione præfertur emtor ratione juris protimiſeos, qui majus offert pretium.*
5. *Emtio-vendition locationi-conductioni æquipollet.*
6. *Liberum eſt Eccleſiæ, cui velit bona ſua locare.*

7. *Jus protimiſeos locum non habet in locatione.*

8. *Quod lege non cavetur, in practicâ non habetur.*

9. *In locatione prædiorum publicorum antiqui poſſeſſores extraneis præferuntur.*

10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 PRudenter conſtitutum eſt, ne locatio bonorum eccleſiaſticorum fiat ſine cauſæ cognitione & conſenſu Magiſtratûs, ſiquidem multum intereſt Eccleſiæ, bona ejus ac reditus amplificari, quod potiſſimùm circa diſtractionem pariter & locationem agrorum & bonorum eccleſiaſticorum in cauſæ cognitione & decreto
2 Magiſtratus attenditur. † Non ergò quisquam dubitaverit, in locatione horum bonorum eum ſemper præferri conductorem, qui majorem offert mercedem ſive penſio-
3 nem: (1.) † Scilicet, quia ex majori penſione majus lucrum & commodum Eccleſiæ reditibus accedit, quorum ratio in contractu hoc maximopere habenda eſt, ut liquet *ex Ordin. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. art. gener. 28. in verb:* und demnach der Pfarre nützlich. *& art. 29. in verb:* da es die Gütere ertragen mögen/ um gröſſern und höhern Zinß verliehen werden.
4 (2.) † Cumque in emtione-venditione, ſi duo emtores de prælatione ex jure protimiſeos certent, præferatur, qui majus pretium offert, *Conſt. Elect. 33. part. 2. in Verb.* So viel als der Verkäuffer von einem andern darum haben/ꝛc. ubi Dan. Moller. *n. 1.* non certe video, cur in locatione prædiorum eccleſiaſticorum aliud obſervari debeat, † poſtquam locatio-conductio emtioni-venditioni æquipolleat, & uterque contractus iisdem fere contineatur regulis juris, *Defin. præced. n. 11. l. veteres. 19. & l. ſeq. ff. de act. emt. l. 2. in pr. ff. de locat.* 5

(3.) † Idque tantò minus, quia liberrimæ relictum Eccleſiarum electioni, cuinam bona ſua locari velint, nec enim quisquam hoc in contractu jus protimiſeos prætendere valet, quippe quod nulla lege competat † jus hoc in locatione, ac cuilibet liberum ſit, cui velit rem ſuam locare, *l. dudum. ff. de contr. emt.* Hartm. Piſtor. *obſervat. 162. in pr.* Quod † autem lege non cavetur, in practica non habetur, Bald. *in cap. nihil. 44. n. 25. extr. de elect. & elect. poteſt.* Jaſon. *in l. illam. 19. n. 8. C. de collat.* † licet aliter res ſe habeat in conductionibus prædiorum publicorum, ubi antiqui poſſeſſores extraneis præferuntur, modo eandem ſolvant penſionem, *l. congruit. 4. l. prædia. 5. C. de locat. præd. civit. lib. 11.* Johan. Köppen *deciſ. 52. n. 64.* Hartm. Piſtor. *dict. obſervat. 162. n. 7.* 6 7 8 9

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Oſſitienſi die 3. Martii, Anno 1614. (Verba Reſcripti:* Wir haben euern eingeſchickten Bericht ſamt den Beylagen / betreffende die Kirch-Wieſe zu Calbitz/ welche bishero George von Hainitz zu Alten-Kötitz für ſich und in Vormundſchafft ſeiner Vettern/ derer von Hainitz zu Neuen-Kötitz/ um Verzinſung inne gehabt/ verleſen hören; Begehren derohalben an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit; Wofern der von Hainitz zu Alten-Kötitz uff ſeiner Verweigerung verharret/ und zu denen bishero jährlichen gereichten 3. Thalr. Zinſes uff die anderweit bewilligten 10. Jahr 6. Gr. jährlich zu legen nicht gemeynet/ Ihr wollet bey den Kirchvätern zu Calbitz Verordnung thun / daß ſie ſolche Kirch-Wieſen einem andern / welcher ein mehrers geben wil/ auf 3. Jahr lang austhun ſollen/ꝛc.) 10

DEFINIT. CCCVI.

Pro impediendâ bonorum Eccleſiæ locatorum præſcriptione penſio ſeu merces nonnunquam & ad ſummum ſingulis decem annis augeri, vel conductoris perſona mutari debet.

SUMMARIA.

1. *In conductione bonorum eccleſiaſticorum antiquus poſſeſſor prærogativa non gaudet.*
2. *Non tuto argumentari licèt à prædiis publicis ad prædia eccleſiaſtica.*
3. *Qualisnam penſio ab antiquo conductore præſtanda?*
4. *Bona & reditus eccleſiæ augeri debent.*
5. *Non extendenda locatio bonorum Eccleſiæ ultra vitam Parochi.*
6. *Merces & penſio nonnunquam angenda. n. 7.*
8. *Quem in finem?*
9. *Ex uniformi penſione bona judicantur Emphyteutica. n. 11.*
10. *Emphyteuſis quanti temporis præſcriptione acquiratur.*
12. *Probatâ malâ fide, locum non habet præſcriptio.*
13. *Mutatione penſionis liberatur Eccleſia à probatione malæ fidei. n. 14.*
15. *Probato locationis titulo, ceſſat præſcriptio. n. 16.*

17. Sin-

17. Singulis decem annis penſio pro locatione augeri conſuevit.

18. Reſcripta Conſiſtorii Supremi, numer. 19. 20.

1 NOn itaque habet antiquus conductor, quo jus protimiſeos ſeu prærogativam in conductione bonorum eccleſiaſticorum prætendere valeat: niſi forſan hoc ipſum urgere velit, quod in conductionibus prædiorum publicorum antiqui poſſeſſores aliis præferantur, *Defin. præced. n. 9. l. congruit. 4. l. prædia. 5. C. de locat. præd. civit. lib. 11.* Hartm. Piſtor. *obſerv. 162. n. 7.* Sed parum hoc juva-
2 bitur, † cum ex ſpeciali prædiorum publicorum jure ad bona Eccleſiæ tutò argumentari haut liceat. *arg. l. jus ſingulare. 16. ff. de ll. Cap. nonnè. 6. extr. de præſumt.* Guid. Papa *deciſ. 473.* Poſito etiam, ſubſiſtere hanc argumentationem, non aliter tamen poſſeſſor antiquus ad continuationem con-
3 ductionis admittetur † quam ſi penſionem majorem ab extraneo oblatam exolvere promiſerit, quia id conductori prædiorum publicorum facere incumbit, ut dixi *in Juriſpr. forenſi ad Conſtit. Elect. 37. part. 2. Defin. 8.* Hartm. Piſtor. *dict. obſerv. 162. n. 8.* Nimi-
4 rum † Magiſtratus & Præfecti Eccleſiæ ita proſpicere debent bonis & reditibus eccleſiaſticis, ut quantum fieri poteſt, amplificentur, nec inde Miniſtris eccleſiæ ratione ſala-
5 rii præjudicetur. Ex quo etiam fit, † ut locatio bonorum eccleſiæ non ultra vitam Parochi, qui tum Eccleſiæ inſervit, extendatur, daß ſich die Auslaſſung der Pfarr-Gütere weiter oder länger nicht/ denn auf die Perſon deſſelben Pfarrers erſtrecke/ ut verba habent *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. in art. gener. 28. in fin.*

Eſt porrò & hoc circa locationem bono-
6 rum eccleſiaſticorum probè obſervandum, † ut penſio ſive merces nonnunquam augeatur, vel alius conductor admittatur, quò im-
7 pediatur præſcriptio, † quâ de re clara extat Sanctio Electoralis *in Ordin. Eccleſiaſt. art. gener. 29. in verb:* Damit auch die Laßgütere/ Aecker/ Wieſen/ Gärten/ oder Fiſchwaſſer zum Pfarrlehen gehörende nicht *præſcribi*ret/ und unter der Leute/ welche dieſelbige um jährlichen namhafftigen Zinß oder Miethgeld inne haben/ eigene Güter/ durch langen Gebrauch vermiſchet/ und eingeleibt/ ſo ſollen ſolche Gütere ie zu zeiten verändert/ andern ausgethan und verliehen/ oder aber/ da es die Gütere ertragen mögen/ um gröſſern u höhern Zinß verliehen werden/ damit die Pfarre bey ihrem Eigenthum bleiben/ und ſie/ die Beſitzere/ vor ihr erkaufft oder Erbguth nicht anziehen können/ oder mögen. Quæ vel ſola ra-
8 tio † id operatur, ut antiquus poſſeſſor, ſi conductionem in poſterum continuare velit, penſionem auctam ſolvat, vel conductionem alii cedat. Scilicet ſi quis per 30. vel 40. annos bona quædam, eorum nomine in ſingulos annos certam ac uniformem penſionem ſolvendo tenuerit, † domino ea repe- 9
tente tanquam bona locata, als Laß-Gütere pro poſſeſſore judicandum, eumque quamdiu canonem ſolverit, a domino haut expellendum, tradunt Bald. *in l. malè agitur. 2. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. n. 4. & in l. omnes. 4. C. eod. n. 3.* Hier. Paſchmann. *vol. 1. quæſt. 22. n. 40.* † Siquidem tanto tem- 10
pore poſſeſſor bona illa tanquam emphyteuſin aut jus perpetuæ coloniæ præſcripſiſſe cenſetur, ſecundum tradita Franc. Bald. *in tract. de præſcript. part. 4. princip. quæſt. 9. n. 1.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præſumt. 108. n. 1. & ſeq.* † Quod nec Sereniſſimo Saxoni dis- 11
plicuit *in Conſt. 40. pag. 2. in verb.* In dieſem Fall iſt ein Zweifel/ da der Kläger ſonſten nichts gewiſſes beweiſet/ vor dem Beklagten zu ſprechen. ubi Dan. Moller. *n. 1.*

Ex quo ſanè perſpicuum eſt, Eccleſiam periclitari in locatione diuturna. Quò ergò avertat periculum præſcriptionis, † ac ne bo- 12
na locata fiant emphyteutica, in probatione malæ fidei ex parte conductoris nunquam non occupata eſt, quâ demonſtratâ, poſſeſſor, qui alias præſumtionem bonæ fidei præ ſe habet, præſcriptionem opponere haut valet, *Conſt. Elect. 3. part. 2.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 16. num. 58.* Andr. Rauchbar. *part. 1. quæſt. 28. n. 36.* Chriſt. Zobel. *ad text. Latin.* Landrecht. *lib. 1. art. 29.* † cùm verò probatio malæ fidei admo- 13
dum ſit difficilis, ab eâ ſe liberare poterit Eccleſia, ſi vel conductoris perſonam immutaverit, vel penſionem ante effluxum præſcriptionis tempus auxerit, quia ex uniformi ſaltem mercede per longum tempus præſtitâ bona fides præſumitur, ut patet *ex pr. dict. Conſtit. Elect. 40. verſ.* die Gütere *pro uniformi canone* und um einen gleichförmigen Zinß/ ꝛc. † immutatâ ideoq; pen- 14
ſione ante effluxum præſcriptionis tempus, nequaquam juvabitur poſſeſſor præſumtione bonæ fidei, quâ eliſâ ceſſabit utique præſcriptio, perinde † ac ſi vel apertè conſtet, vel 15
actor ſufficienter probaverit bona, quæ locata profitetur, à ſe vel ſuis anteceſſoribus poſſeſſori aut ejus anteceſſoribus, pro certâ ac uniformi mercede titulo locationis fuiſſe conceſſa: † quo caſu nullâ unquam tempo- 16
ris præſcriptione obſtante, actor ea recuperare, & poſſeſſorem repellere valet, *l. malè agitur. 2. C. de præſc. 30. vel 40. annor.* Matth. Weſenb. *part. 2. conſil. 62.* Crav. *de antiquit. tem-*

tempor. part. 4. n. 100. Mod. Piſtor. *vol. 1. conſt. 7. quæſt. 2. n. 14.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. reſol. tit. de locat. & conduct. reſol. 2. n. 1.*

17 † Etſi verò mercedem pro locatione vel ſaltem ante ultimum præſcriptionis momentum mutari ſufficit ad hoc, ut ea interrumpatur; obtinuit tamen hactenus, ut ſingulis decem annis fiat penſionis mutatio, nec enim cura Magiſtratus, quam pro rebus eccleſiæ gerit, tam longam admittere videtur moram, nec boni adminiſtratoris officiũ patitur, ultimam periculi lineam expectare.

Ita † Conſiſtorium Supremum Paſtori & Præfecto Mühlbergenſibus die 8. Maji, Anno 1612. 18
(*Verba Reſcripti:* Wäre aber dem Pfarrer und *Cuſtodi* zu Coßdorff mit den Kirchen-Aeckern um den von euch erhöheten Zinß nicht gedienet; So wollet ihr ſolche *Supplicant*en/ wenn ſie die *retardat*en zuvor richtig gemacht/ oder einem andern darum einräumen/ und hinfüro zum wenigſten binnen zehen Jahren vermöge der *Generali*en angeregter Kirchen-Aecker Zinſe mit etwas erhöhen/ wolten wir euch in Antwort nicht verhalten/ ꝛc.)

Item † Archidiacono Oſſitienſi die 28. Martii, An. 1634. (Verba Reſcripti: Würdiger und 19
Wohlgelahrter guter Freund/ wir haben euern eingeſchickten Bericht die Verpachtung des Kirchgartens und Kirchwieſen zu Calbitz belangende verleſen hören; Begehren hierauf an ſtatt S. Churfl. Durchl. Ihr wollet zwiſchen der Kirchen und denen von Hainitz um die Kirchwieſen anderweit auf 10. Jahr gegen voriger *penſion* und jährlicher Erhöhung mit 6. Gr. deßgleichen zwiſchen den andern Pachts-Inhabern des Pfarrgartens gleichesfalls wiederum auf 10. Jahr gegen jährlicher Entrichtung 4. guter Schock und Erhöhung mit 3. Gr. auch daß ſie ihrem Erbieten nach eine Waſſerrinne anrichten/ und erhalten/ ſchlieſſen; Hierüber abſonderliche Pachtbriefe verfertigen/ und beede nebens der Gebühr zur *confirmation* anher überſenden/ ꝛc.)

Et † Paſtori ac Præfecto Mühlbergenſibus, die 10. Sept. An. 1611. (Verba Reſcripti: Wann 20
dann aus der Kirchen-*Matricul* und alten uns vorgetragenen Kirchen-Regiſtern zu befinden/ daß den Leuten die Kirchen-Aecker als Laß-Gütere eingethan; Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ Ihr wollet dieſe Sache dahin richten/ daß die Inhabere der Kirchen-Aecker den Zinß erhöhen/ oder ſolche der Kirchen wiederum abtreten/ wie dann ihr der Schöſſer in Verweigerung ſie darzu anhalten werdet/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCVII.

Emtores prædiorum & bonorum Eccleſiaſticorum fiunt dotales Eccleſiæ, ac proinde patrocinio Conſiſtorii fruuntur.

SUMMARIA.

1. *In matrimonio ad onera ſuſtinenda dos conſtituitur.*
2. *Bona & reditus Eccleſiæ dotis loco aſſignantur.*
3. *Reditus hi in jure Canonico dicuntur dotes eccleſiarum.*
4. *Ut dotes prædiorum in jure Civili.*
5. *Poſſeſſores bonorum eccleſiaſticorum dotales dicuntur Eccleſiæ.*
6. *Patrocinio Conſiſtorii & exemtione à ſervitiis alienis gaudent dotales Eccleſiæ.*
7. *Quod probatur ex Ordinat. Eccleſ. & decreto Synodali. n. 8.*
9. *Novi poſſeſſores ac emtores beneficio hoc fruuntur.*
10. *Translatâ aliqua re, ceſſat privilegium intuitu ejus datum.*
11. *Res tranſit cum ſuâ causâ.*
12. *Onus rei in novum transfertur poſſeſſorem.*
13. *Sicut commodum ejusdem.*
14. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Quemadmodum † in matrimonio ad onera ſuſtinenda dos conſtituitur, *l. ſi pater. 76. in fin. l. cum poſt. 69. §. gener 4. ff. de jur. dot. l. pro oneribus. 20. C. eod. tit. l. ult. C. de dot. promiſſ.* ita etiam in ſpirituali matrimonio, quod eſt inter dotantem & Eccleſiam dotatam contractum, Lambert. *de jur. patron.*
2 *lib. 1. quæſt. 5. princip. part. 1. n. 6. & ſeq.* † bona reditus ac proventus neceſſarii dotis loco à Patrono Eccleſiæ aſſignari ſolent ad Clericorum alimentationem religioſæque domus cuſtodiam, *Novell. 67. cap. 2. Novell. 123. c. 18. Can. nemo. 9. de conſecrat. diſt. 1. cap. non liceat. 2. cap. Epiſcopus. 4 cap. cum ſecundum Apoſtolum. 16. extr. de præbend.* Qui † reditus in jure canonico dicuntur dotes Eccleſiarum, *Can. decretum eſt, can. noverint. 10. quæſt. 1. cap. cum ſicut. 8. extr. de conſecrat. eccleſ.* veluti † ſunt dotes prædiorum in jure civili, *l. 2. §. 1. l. Sejæ 20. §. 1. ff. de inſtr. vel. inſtrum. legat. l. amiſſ. 52. §. fidejuſſores. 2. ff.*

2. ff. de fidejuſſor. Franc. Duaren. *de benefic.*
5 *lib. 5. cap. 4. verſ. non ſine reditibus.* † Atque
hinc poſſeſſores bonorum iſtorum appelli-
tari conſueverunt dotales eccleſiæ, qui Con-
6 ſiſtorii patrocinio gaudent, † ita ut de præ-
diis ac bonis ejusmodi nulli præter Eccleſi-
am & Parochos ulla ſervitia præſtare tenean-
tur; de quibus ita loquitur *Ordin. Eccleſiaſti-*
7 *ca Elect. Saxon. in art. gener. 27. in pr.* † Die-
weil an etlichen Orten von den löblichen
Vorfahren/alten Herrſchafften und *Col-*
latorn zu den Pfarren *Dotales*, das iſt/
Dienſt-oder Fronleute verordnet/auf daß
die Pfarrer Leute zu Dienſten haben/und
ihre Gütere deſto geruhiger und beſſer be-
ſtellen können/ ſollen durch iedes Orts
Obrigkeit u. *Viſitatores* die Leute vermah-
net werden/ ſolche Dienſte willig u. gerne
8 ihren getreuen Seelſorgern zu leiſten. † Et
Decretum Synodale de an. 1624. §. Wo auch
Pfarrer-*Dotales* oder gewiſſe Fron- und
Dienſtleute der Pfarrer ſeyn/die ſollen ih-
re ſchuldige Dienſte zu leiſten/ernſtlich von
der Obrigkeit angehalten/darneben aber
mit neuen Dienſten und Beſchwerungen
von andern keines Weges beleget werden.

Non minimum ſanè privilegium hoc
eſt dotalium, ut novis ſervitiis ac oneribus,
quæ indies fere creſcunt & augentur, à Ma-
giſtratu politico gravari haut debeant.
† Quo etiam gaudent novi poſſeſſores & 9
emtores prædiorum ac bonorum eccleſia-
ſticorum, quia horum intuitu exemtio ab
oneribus & ſervitiis eſt introducta; fieri
ideoque non poteſt, ut non emtores ac no-
vi poſſeſſores bonorum ejusmodi privile-
gio hoc fruantur, excluſis venditoribus
& poſſeſſoribus antiquis; † Siquidem privi- 10
legium competens ob aliquam rei alicujus
qualitatem, translata illa ceſſat. *l. athleta.*
§. gentium. ff. de excuſat. Andr. Gail. *de*
arreſt. cap. 10. n. 9. & ſeqq. Theodor. Rein-
king. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 2.*
cap. 8. n. 33. Et † ſemper res tranſit cum ſuâ 11
causâ, *l. alienatio. ff. de cont. emt. l. 1. C. ubi*
in rem actio. Nicol. Boer. *deciſ. 182. n. 48.*
Quemadmodum † ergò onus rei in novum 12
transfertur poſſeſſorem; Jaſon. *in l. is cui*
opus. n. 6. ff. de novi oper. nunciat. Tiraquell.
in tract. de retract. conſang. §. 1. Gloſſ. 9.
n. 113. & Gloſſ. 10. n. 13. Jozad. *conſil. 15. n. 13.*
Jacob. Menoch. *lib. 1. conſil. 80. n. 79.* † ita 13
& commodo ejusdem novum frui poſſeſ-
ſorem, æquitas poſtulat, quia commodum
ſequitur eum, ad quem pertinet incommo-
dum, *art. §. cum autem. inſt. de emt. ven-*
dit. l. 57. ff. de contr. emt. l. 1. C. de peric. &
comm. rei vendit.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Miſnenſi & Johanni Friderico à Schönberg* 14
die 6. Octobr. Anno 1617. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euers des von Schönbergs
ſchrifftliches Einwenden wegen Vererbung etlicher Pfarr-Felder zu Burckerts-
walda zwiſchen dem Pfarrer daſelbſt Johann *Cellario* Verkauffern an einem/und
Jacob Tammann/Käuffern anders Theils verleſen hören; Wann dann Käuf-
fer durch Vererbung dieſer Pfarr-Güter zum Pfarrn-*dotaln* gemacht wird; So
iſt er mit Zinſen und Dienſten bemeldtem Pfarrer zuſtändig/und hat ſich eben des
Schutzes wie der Pfarrer ſelbſt bey dem Obern-*Conſiſtorio* zu getröſten/ und kan
dasjenige/was andere *de facto* ſich unterſtanden/ und ihnen etwa aus Unwiſſen-
heit nachgeſehen worden/anhero zum Schluß nicht angezogen werden/rc.)

DEFINIT. CCCIIX.

De bonis & reditibus Eccleſiæ neque vectigalia & tributa exiguntur, neque alia onera iis imponuntur.

SUMMARIA.

1. *Clerici & Miniſtri Eccleſiæ à poteſtate ſeculari haut ſunt exemti.*
2. *Nequaquam tamen oneribus perſonalibus gravandi. n. 3.*
4. *Nec vectigalibus & tributis.*
5. *At nonne de bonis ſaltem eccleſiaſticis tributa exigenda?*
6. *Deciſio negativa.*
7. *Fundamenta & rationes decidendi. n. 12.*
8. *Adducuntur textus ex jure Canonico.*
9. *Et exempla juris divini.*
10. *Bona Eccleſiæ nullius perſonæ propria habentur.*
11. *Nec ſubjecta ſunt jurisdictioni Magiſtratûs politici.*
13. *Nec onera alia & ſervitutes bonis Eccleſiæ imponi debent.*
14. *Decretum Concilii Lateranenſis.*
15. *Reſcriptum Electorale.*
16. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*
17. *Ejusdem Sententia.*

1 ETſi apud Politicos pariter & Theolo-
gos Lutheranos expeditum verè eſt,
quòd à ſeculari poteſtate Clerici &
Miniſtri Eccleſiæ exemti non ſint,
Joh. Gerh. *in loco de Magiſtr. polit.* §. *440. & multis ſeqq.* Frider. Balduin. *de Caſib.
conſc. lib. 4. cap. 12. caſ. 13. & 14.* quam ſen-
tentiam integro tractatu tuetur Henning.
Arniſ. *de ſubject. & exemt. clericor.* præſer-
tim *cap. 3.* Bruning. *de homag. concluſ. 306.
& aliquot ſeqq.* Theodor. Reinking. *de re-
gim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 1.*
2 *n. 32. & ſeqq.* † nequaquam tamen oneri-
bus perſonalibus gravari debent, nec officii
autoritati & otio ad ejus adminiſtrationem
neceſſario quidquam decedat, *l. generaliter.
& l. presbyteros. C. de epiſcop. & cleric.* Joh.
3 Gerhard. *dict. loco.* §. *440. pag. 1237.* † Quod
& manifeſtè deciſum *in Ordinat. Eccleſ.
Elect. Saxon. ſub tit.* von *immunitatibus*
und Freyheiten der Kirchendiener. ſ.
Darneben aber unſere Kirchendiener in
Städten und Dörffern aller Perſönli-
chen Bürden/ mit Wachen/ Gerichtsfol-
ge und ſonſten für ihre Perſon verſcho-
4 net bleiben. † Ex quo etiam inferre licet,
quod nec tributis & vectigalibus miniſtri
Eccleſiæ ſint onerandi, quia ſtipendia ipſo-
rum aliàs vix ſufficiunt ad neceſſaria ali-
menta, de quibus tributum exſolvi haut
debet, Frider. Balduin. *dict. caſ. conſc. n. 14.
in pr.*

5 † At nonnè ſaltem de bonis eccleſiaſticis
vectigalia & tributa exigi poterunt? Ne-
6 quaquam ſanè ex Theologorum pariter † &
JCtorum ſententia communi. Joh. Gerhard.
dict. loc. pag. 1238. Balduin. *dict. cap. 14.*
Caſp. Klock. *de contribut. cap. 12. per tot.*
Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & ec-
cleſiaſt. lib. 2. claſſ. 3. cap. 3. n. 1.* Rol. à Valle
vol. 1. conſil. 32. n. 17. Franc. Burſat. *conſil. 42.
n. 1.* Parlador. *rer. quotidian. cap. 3. num. 2.*
Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 2. Syntag. jur.
univ. cap. 28. n. 5. & lib. 3. de Republ. cap. 7.*
Camill. Borell. *conſil. 74. n. 1. & ſeqq.* Car-
din. Tuſch. *Lit. O. pract. concl. 139.* Quam
7 firmatam legimus (1.) † *in l. 22. ibi: Sanci-
mus res ad venerabiles eccleſias &c. à Lucra-
tivorum inſcriptionibus liberas immunesque
eſſe, lege ſcil. quæ ſuper hujusmodi inſcriptio-
nibus poſita eſt, &c. junct. verſ. final. Cur e-
nim non faciamus diſcrimen inter res divi-
nas & humanas? & quare non competens
prærogativa cœleſti favori conſervetur? C.
de Sacroſ. Eccleſ.* idemque habetur *in l. pla-
cet. 5.* ubi Dd. uno ore. *C. eod. tit.*

8 (2.) † A quo non diſſentit jus Canoni-
cum, ut videre eſt *in cap. non minus. 4. verſ.
Quocirca ſub anathematis diſtrictione fieri
de cætero talia prohibemus. & in cap. 7. ibi:
Adverſus Conſules & Rectores civitatum vel
alios, qui Eccleſias talliis ceu collectis & ex-
actionibus aliis adgravare nituntur, volens
immunitati eccleſiaſticæ Lateran. Concilium
providere præſumtionem hujusmodi ſub ana-
thematis diſtrictione prohibuit: transgreſſo-
res & fautores eorum excommunicationi
ſubjacere præcipit, donec ſatisfactionem im-
penderint competentem &c. ext. de immun.
eccleſ.*

(3.) † Ex jure porrò divino ſi petamus 9
probationem, ſuppeditat eam exemplum
Joſephi, qui cum totam Ægypti terram ob-
ligaſſet & tributariam feciſſet, ſacerdotum
terram excepit, quam voluit eſſe liberam,
Geneſ. 47. v. 22. & cum ſolverentur tributa
Regi Perſarum, excepti ſunt Sacerdotes &
Levitæ, ut legitur *Eſdr. 4. v. 27.* † Sunt nam- 10
que bona Eccleſiæ nullius perſonæ propria,
& ad communem Clericorum ſuſtentatio-
nem pertinent, quibus non magis quàm ele-
emoſynis quicquam oneris injungi debet,
ut hinc verè ſcripſerit B. Lutherus *ad Con-
cionatorem quendam aulicum adverſus exi-
gentes tributum à miniſtris Eccleſiæ:* Wo-
von ſollens die Kirchendiener geben/ ſo ſie
nichts eigenes haben/ und eben ſo viel iſt/
als nähme mans von dem Kirchen-Guth/
das iſt / von Almoſen / oder wie man
ſpricht/ von unſers HErrn Chriſti Füſſen.
tom. 7. Jenenſ. fol. 449.

(4.) † Ex quo etiam bona eccleſiæ ſubje- 11
cta haut ſunt jurisdictioni Magiſtratus po-
litici, quippe uſu & commercio hominum
exemta. Reinking. *dict. cap. 3. n. 1.* Klock.
dict. cap. 12. n. 2. Joh. Vincent. Hond. *vol. 1.
conſil. 3. n. 12. & vol. 2. conſil. 20. n. 11.* non uti-
que tributa & vectigalia ad bona hæc exten-
di debent, à Domino † jurisdictionali nem- 12
pe indicta, Bartol. *in l. actorum. ff. de re ju-
dic.* Bald. *in l. cum multa. in fin. C. de bon.
quæ liber.* Petr. de Ubald. *de collect. n. 3.* Joh.
Schneidevv. *de feud. part. 2. n. 109. & part. 5.
n. 19.* Choppin. *lib. 1. de morib. Pariſ. tit. 3.
fol. 108.* idque non ſolum de tributis & vecti-
galibus ſed aliis etiam † oneribus & ſervitu- 13
tibus intellectum volumus, ut nec hiſce bo-
na Eccleſiæ gravari debeant, propter ratio-
nis identitatem & exemtionem, qua gaudent.
Idque ſatis expeditum reddit Concilium La-
teranenſe, cujus verba, quia elegantia ſunt,
apponere huc lubet: † *In diverſis mundi par-* 14
*tibus, Conſules civitatum & Rectores, nec
non alii, qui poteſtatem habere videntur, tot
onera frequenter imponant Eccleſiis, ut dete-
rioris conditionis factum ſub eis ſacerdotium
videatur, quàm ſub Pharaone fuerit, qui legis
divinæ notitiam non habeat: Ille quidem
omnibus aliis ſervituti ſubactis Sacerdotes &
poſſeſſiones eorum in priſtinâ libertate dimiſit*

& eis

& eis alimoniam de publico adminiſtravit: Iſti verò onera ſua ferè univerſa imponunt Eccleſiis & tot angariis eas adfligunt, ut eis, quod Hieremias deplorat, competere videatur, Princeps provinciarum facta eſt ſub tributo. Sive quidem foſſatam, ſive expeditiones, ſeu alia qualibet ſibi arbitrentur agenda, de bonis Eccleſiarum & Clericorum & pauperum Chriſti uſibus deputatis, volunt ferè cuncta compleri. Jurisdictionem etiam & autoritatem Prælatorum ita evacuant, ut nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominibus remanſiſſe. Quocirca ſub anathematis diſtrictione fieri de cætero talia prohibemus. in dict. cap. non minus, 4. extr. de commun. eccleſ.

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti & Præfecto Torgenſi die 6. Febr. Anno 1624.* (*Verba Reſcripti:* Was an unſer Ober-*Conſiſtorium* allhier Johann George *P.* Pfarrer zu *N.* wegen eines Pfarrguths im *Filial* Jeſſen gelegen / welches anitzo mit dem Hufen-Haber beleget werden wolle/ *ſupplicando* gelangen laſſen / ſolches habt ihr aus dem Einſchluß zu vernehmen. Wann dann ſonſten geiſtliche Güter von Steuern und dergleichen Beſchwerungen befreyet; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet uns/ wie es hierum bewandt/ und aus was Urſachen bemeldtes Pfarr-Guth mit ſolcher Neuerung beſchweret werden ſol/ nebens Uberſendung der Inlage in Unterthänigkeit berichten/ ꝛc.) 15

Nec non † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Pirnenſi & Præfecto Hohenſteinenſi die 16. Julii Anno 1625.* (*Verba Reſcripti:* Welcher Geſtalt der Pfarrer zu Stadt und Dorff Wehlen Abraham *T.* über den Hofmeiſter zum Lohnen / wegen Abhütung der Pfarr-Felder und ſonſten ſich beſchweret/ das habt ihr aus dem Inſchluß zu vernehmen; Begehren hierauf ꝛc. Ihr wollet unverzüglich/ und ſo bald zu geſchehen müglichen/die Partheyen und *Intereſſen*ten vor euch beſcheiden/ gegen einander hören/ und daran ſeyn/ daß Inhalts der *General*ien die Pfarr-Felder mit der Trifft und Hütung verſchonet bleiben/ wäre es aber von nöthen/ die Beſchaffenheit anhero berichten/ ꝛc.) 16

Et † *ad requiſitionem Hieronymi Z.* zu *C. die 16. Julii, Anno 1626.* (*Verba Sententiæ:* Hat dem gemeinen Weſen zum beſten eine gewiſſe Steuer und *Collecta* angeleget werden müſſen/ welche unter die Gemeinde nach inhabenden Feldgütern und Aeckern ausgetheilet worden/ und es befinden ſich auch etliche Aecker/ ſo der Kirchen zuſtändig/ davon die Geiſtlichen unterhalten werden müſſen; Derowegen ihr im Zweifel begriffen/ ob auch dieſelbe mit der Anlage beſchweret werden können. Ob nun wol etliche unter der Gemeinde ſelbige Kirchen-Aecker unter die *Contribution* zu ziehen vorhabens; Dieweil aber dergleichen geiſtliche Gütere in gemein von Steuern und andern Beſchwerungen befreyet; So mögen demnach angeregte Kirch-Aecker mit keiner *Contribution* beleget werden/ ſondern ſie ſeyn billich zu verſchonen/ V. R. W.) 17

DEFINIT. CCCIX.

Excepto ſummæ neceſſitatis caſu ne quidem collectis extraordinariis Clerici & bona Eccleſiæ gravari debent.

SUMMARIA.

1. *Ab extraordinariis etiam collectis eximuntur Clerici & bona Eccleſiæ. num. 2.*
3. *Quod tamen limitandum in caſu neceſſitatis.*
4. *Modo ſuperfluum habeant Clerici & Eccleſiæ.*
5. *Fundamenta & rationes limitationis. n. 16.*
6. *Vaſalli ratione bonorum feudalium collectis ſubjecti haut ſunt.*
7. *In caſu tamen neceſſitatis eximere ſe nequeunt à contributionibus.*
8. *Neceſſitas legibus derogat.*
9. *Actus ex neceſſitate factus non continetur ſub lege prohibente.*
10. *Adducuntur textus ex jure civili.*
11. *Concilii Lateranenſis decretum hac de re.*
12. *Probatio adducitur ex Receſſibus Imperii. n. 13.*
14. *Adducitur etiam exemplum Ezechiæ Regis.*
15. *Quid Maximilianus I. de hoc ſenſerit?*
17. *Aliter res ſe habet in caſu non veræ nec urgentis neceſſitatis.*
18. *Quandoque etiam in caſu hoſtilis incurſionis Clerus & Eccleſia à contributionibus eximuntur.*
19. *Reſcriptum Electorale.*
20. *Literæ Conſiſtorii Supremi.*

Quod

QUod diximus, à tributis & collectis immunes eſſe Clericos & facultates Eccleſiarum, *Defin. præced.* id ge-
1 neraliter acceptum volumus † de ordinariis pariter & extraordinariis contributionibus & collectis, veluti expreſsâ ſanctione Impp. Honorius & Theodoſ. ab extraordinariis contributionibus Clericos exemerunt. *in l. placet. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & loquuntur
2 etiam alia jura hac de re generaliter, † ut nequaquam collectas extraordinarias excipere, iisque Clericos & bona eccleſiæ gravare liceat, *l. 1. §. 3. ff. de aleat. l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. præf. urb.* Aym. Cravett. *conſil. 405. n. 2.* Ludolph. Schrader. *conſil. 32. n. 228.* Colet. *conſil. 1. n. 69.*

3 † Quod ipſum tamen limitandum exiſtimamus, in caſu neceſſitatis puta, ſi belli formido evidens circumſtrepat, ſi hoſtes agros populentur & devaſtent, aut ſi quæ clades alia Rempl. urgeat & infeſtet; jure namque tum collectæ ab Eccleſia & Cleri-
4 cis exiguntur, † modò non ea tantùm obtineant, quæ ad alimenta & neceſſitatem, ſed etiam quæ ad abundantiam faciunt, Joh. Gerh. *in loco de Magiſtrat. polit. §. 440. pag. 1238.* Frider. Balduin. *de caſib. conſ. lib. 4. cap. 12. caſ. 14. pag. 1188.* Caſp. Klock. *de contrib. cap. 12. n. 212. & 216.* ubi in curia Pariſienſi aliquoties ita deciſum refert Bartol. *in l. nullus. 21. C. de curſ. publ. & angar. lib. 12.* Anton. Teſſaur. *deciſ. Pedemont. 234. n. 10.* Henn. Arniſ. *de exemt. cler. cap. 4.*
5 *n. 13.* (1.) † Immunitas ſiquidem conceſſa alicui à muneribus & collectis ordinariis vel extraordinariis non extenditur ad onera, quæ ob ſupervenientem caſum inſolitum & neceſſitatem improviſam, de qua ab initio veroſimiliter non fuit cogitatum, pro defenſione Reipublicæ imponuntur, ex communi Dd. effato. Plot. *de in lit. jur. §. 1. n. 17. & 18.* Anton. Teſſaur. *dict. deciſ. 234. n. 10.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 52. n. 26.* Rol. à Valle *conſil. 5. n. 26. & ſeqq.* Natt. *conſil. 63.* Octav. Cacheran. *deciſ. 36. & 68.* Joh. Köppen *deciſ. 61. num. 9. & ſeq.* Henr. à Roſenthal *de feud. cap. 5. concluſ. 86. n. 3.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 1. n. 130.* Petr. Frider. Mindan. *de mandat. lib. 2. cap. 45. n. 12.* Rutger. Ruland. *de*
6 *commiſſ. part. 4. l. 2. cap. 6. n. 44.* † ex quo etiam fit, quod, licet Nobiles & Vaſalli ratione bonorum feudalium collectis & contributionibus ſubjecti haut ſint, Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 18. n. 16. & ſeqq.* Caſp. Klock. *de contribut. cap. 14. ſect. 2.* Roſenth. *dict. cap. 5. concluſ. 78. n. 2.* Erneſt. Cothman. *lib. 1. Reſponſ. 16. n. 32.* Everhard. à Weihe *in tract. de ſubſid. cap. 4. n. 66.* Henr. Bocer. *de collect. c. 4. n. 12. & ſeqq.* Albert. Brun. *conſil. 103. n. 2.* † in caſu tamen neceſſitatis 7
nequaquam eximi debeant, ut multis probatum dedimus *Reſponſ. Elect. 71. lib. 4.* Heig. *dict. quæſt. 18. n. 23.* Matth. Weſenb. *de feud. cap. 19. n. 18.* Jacob. de S. Georg. *in tract. de homag. gloſſ. 1. n. 36.* Bocer. *dict. cap. 4. n. 17. & ſeqq.*

(2.) † Nempe quia neceſſitas omnibus 8
derogat legibus, & omnem immunitatem excludit, Weſenb. *vol. 1. conſil. 40. n. 28.* cauſamque prohibitionis cujuscunque ſolvit ac infringit, *l. alienationes. 13. ff. famil. hercisc. l. per diverſas. 22. verſ. exceptis. C. mandat. l. quæ propter. 162. ff. de R. J.* ita ut actus † ex 9
neceſſitate factus non contineatur ſub lege prohibente actum fieri, Gylman. *vot. cameral. Tom. 1. part. 3. vol. 11. n. 8.* adeoque neceſſitas in omni diſpoſitione & privilegio ſemper intelligitur excepta, Fulv. Pacian. *conſil. 7. n. 124.* Unde verè dixit Quintilianus: id vobis, judices, facilimè perſuadere poteritis, ſi non tam injuſtos tamque imprudentes exiſtimetis Legumlatores fuiſſe, ut neceſſitate perſtringerent ea, quæ præſtari non poſſunt, *declamat. 249.*

(3.) † Faciunt quoque huc textus ſatis 10
clari *in l. neminem. 11. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. cum ad feliciſſimam. 2. C. de quibus muner. vel præſtat. nem. lic. lib. 10. l. nullus. 21. C. de curſ. publ. & angar. lib. 12. l. un. C. ut nem. lic. in emtion. ſpec. ſe excuſ. lib. 10.* in qua poſteriore Anaſtaſius conſtituit: urgente neceſſitate nemini, quantumvis privilegiato, excuſationem tribui, quin pecuniam conferre teneatur in emtionem frumenti & annonæ, ut civitati fame laboranti ſuccurratur, M. Anton. de Amat. *deciſ. 116. num. 17.* Quod ipſum † etiam placuit Pontifici & E- 11
piſcopis in Concilio Lateranenſi ita decernentibus: Niſi Epiſcopus & clerus tantam neceſſitatem vel utilitatem adſpexerint, ut absque ulla exactione ad relevandas communes utilitates vel neceſſitates, ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per Eccleſias exiſtiment conferenda, *in cap. non minus. 4. extr. de immun. eccleſ.*

(4.) † Et ſanè nec clerum, nec Eccle- 12
ſiam nec alium quenquam, quantumlibet privilegiatum, abnuere poſſe, quo minus pro modo ſubſtantiæ ſuæ ad expeditionem Turcicam contribuat, apparet *ex Decretis comitiorum Anno 1500. §. item:* Iſt auch angeſehen. *& paſſim. An. 1554. §.* Und nemlich ſollen. §. Und dieweil nun. & §. Und zu dieſen Churfürſtlichen. ubi dicitur: Daß zu ſolchem Chriſtlichen Mittelwerck

ſollen

ſollen auch alle Stiffte/ Capitul/ Klöſter/ Ordens-Leute/ Kirchen/ der Kirchen *Fabri*cken und Spitäle/ ſie ſeyn in Städten oder anderswo/ Geiſtliche und Weltliche Brüderſchafften und alle andere Geiſtliche Verſamlungen / *Commun*en und Klauſen/ von Mannen und Frauen / ſie ſeyn *exempt* oder nicht / ihre Steuer und Anlage geben/ in Betrachtung/ was ihnen an Handhabung des Chriſtlichen Namens und Glaubens/ darvon ſie auch ihre Würde/ Einkommen und Unterhaltung
13 haben/ gelegen iſt. † Quod & repetitum legitur *in Receſſ. Imperii de Anno 1582. §.* Und demnach ſollen. *Anno 1594.* §. Demnach ſollen die Unterthanen. *An. 1598.* §. Weil denn nun/ *& ſeqq. An. 1603.* Nachdeme es nun. *&* §. Demnach ſollen.

14 (5.) † Ex ſacris ſi petas exemplum, ſuppeditat id Rex Ezechias, qui theſauros Deo conſecratos Sennacheribo pacis redimendæ cauſa perſolvit, *2. Reg. 18. v. 15.* Rectè ſanè, quia patrimonii Chriſti poſſeſſores omnia debent Deo pro conſervandâ verâ Religione, Eccleſiâ & promovendâ ſalute anima-
15 rum, ut innuit † Maximilianus I. Imperator apud Goldaſt. *Conſtit. Imper. tom 2. fol. 129.* & appoſitè dixit Joan. Mariana *in l. 1. de reg. & reg. inſtit. cap. 10. l. 1.* quod templorum ornamenta, reditus annui, aurum argentumque factum, ſignatumque quaſi in quodam ærario ſervatur ad ſupremos Reipubl. caſus, cum hoſtis bello laceſſit, victoria ferox, formidabilisque aut de religione ſanctiſſima certamen eſt, quia iis copiis Rempublicam ad tuendam publicam ſalutem uti non inconveniens eſſe videtur, relatus ab Hieron. de Cævallos *in ſpec. aur. opin. commun. quæſt. 899. num. 190.* & Caſp. Klock. *dict. cap. 12. n. 222.*

(6.) † Accedit tandem juſtitiæ congru- 16
ens Symmetria & nulla ſui parte claudicans commenſuratio in diſtribuendis collectis propter utilitatem publicam; cujus auctrix & cultrix Eccleſia eſſe debet, *cap. 1. §. ſed diverſam. de alienat. feud. in uſib. feudor.* Vaſquius *lib. 1. illuſtr. controv. cap. 7. num. 1.* Thoming. *conſil. 9. n. 77. & conſil. 33. n. 22. vol. 1.* Matth. Weſenb. *vol. 1. conſil. 121. n. 12.* Joan. del Caſtillo *lib. 2. quotid. controverſ. jur. cap. 5. n. 43.*

† Hocque ita in caſu veræ neceſſitatis ſa- 17
lutem publicam, omnium civium ac incolarum conſervationem & proſperitatem concernentis, non levis aut fictæ, quæ revera talis non eſt, ut benè monet Joh. Gerh. *dict. §. 440. pag. 1239.* fieri hinc poteſt
† ut in caſu etiam hoſtilis incurſionis Cle- 18
rici ac bona Eccleſiæ ſuâ gaudeant prærogativâ, nec contributionibus extraordinariis graventur, ſi ſcilicet ex periculo interitus provinciæ haut ſit metuendus, vel modicâ collectâ averti queat: Nimirum circumſtantiæ diligenter ponderandæ, priusquam onus inſolitum Clero & Eccleſiæ imponatur.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Quæſtori* in Heldrungen *die 11. Maji, Anno 1635.* (*Ver-* 19
ba Reſcripti: Wir werden berichtet/ daß die zur Pfarr Reinsdorff gehörige Zinß-Hufen und Kirchenäckere in die Kriegs-*Contribution* gezogen; Und dannenhero der Kirchen ſo wol als dem Pfarr daſelbſten die nothdürfftigen Einkünffte und Unterhalt entzogen werden; Wann aber ſolches unſerer *publicir*ten Kirchen-Ordnung und allda einverleibten der Geiſtlichen *immunit*äten ſtracks zuwiderläuffet/ auch ſonſten bey dieſen ſchweren Zeiten den Kirchendienern auf dem Lande ihr Unterhalt ohne Zweifel ſchwer genug gemacht wird; Als begehren wir hiermit gnädigſt / du wolleſt gedachte *Cenſiten* künfftig mit dergleichen *Contribution*en verſchonen; Daran geſchicht unſere eigentliche Meynung/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum in literis ad Commiſſarium Generalem Dam à Vitzthum da-* 20
tis die 8. Martii, An. 1635. (*Verba Literarum:* Wohl-Edeler/ Geſtrenger und Veſter/ günſtiger Herr und Freund/ Demſelben mögen wir hiermit nicht bergen/ daß gegen uns der Pfarrer zu Reinsdorff *M.* Andreas Hoffmañ ſich höchlich beklaget/ welcher maſſen die zur Pfarrbeſoldung gehörige Zinßhufen und wenig Kirchenäckere daſelbſt in die Krieges-*Contribution* gezogen/ und dahero der Kirchen ſo wol als ihme die nothdürfftige Einkünffte und Unterhalt entzogen würden. Wann aber ſolches nicht allein Ihr. Churf. Durchl. unſers gnädigſten Herrns *publicir*ten Kirchenordnung und einverleibten der Geiſtlichen *immunit*äten/ ſondern auch deme bey Churf. Sächſ. Armee bishero gehaltenen Herkommen gäntzlich zuwider; Als haben wir nicht dafür halten köñen/ daß ſolches Beginnen mit des Herrn *General-Commiſſarii* Wiſſen und Willen/ vielweniger auf Befehl vorgenommen worden. Derowegen wir auch nicht unterlaſſen wollen/ ihme ſolches zu hinterbringen und darnebẽ freundlich zu bitten/ Er wolle dieſe Verordnung thun/ damit die berührten

Kirchen-

Kirchenäcker / und derſelben Beſitzere der *Contribution* entnommen / und hinführo damit ferner nicht beſchweret / ſondern zu Erhaltung des Gottesdienſts / der Kirchen und Pfarrlichen Einkommens iederzeit befreyet bleiben mögen. Daran erweiſet der Herr nicht allein ein recht Chriſtlich / Gott-wohlgefälliges Werck / welches ihm ſonder Zweifel bey iedermänniglichen zum Ruhm und Lob gereichen wird / ſondern wir wollen es auch um den Herrn zu begebenden *occaſio*nen mit angenehmer dienſtwilliger Freundſchafft zu verſchulden unvergeſſen ſeyn / ꝛc.)

DEFINIT. CCCX.

Nec conductores prædiorum ac bonorum eccleſiaſticorum collectas & tributa horum nomine præſtare obſtricti ſunt.

SUMMARIA.

1. *Quæ natura locationis conductionis in perpetuum?*
2. *Mutatur per hanc qualitas & natura rei locatæ.*
3. *In ſimplici locatione conductor bonorum Eccleſiaſticorum tributa haut ſolvit.*
4. *Rationes & fundamenta hujus deciſi. n. 6. 8. 14.*
5. *Res ſemper tranſit cum ſuâ causâ.*
7. *Per locationem non transfertur dominium, nec poſſesſio.*
9. *Non conductor ſed locator ad præſtationem tributorum eſt obſtrictus.*
10. *Uſufructuarius ſolvit tributa & collectas.*
11. *A quo tamen haut argumentari licet ad conductorem.*
12. *Tributa ipſis inhærent prædiis.*
13. *A conductore exoluta repetuntur à locatore.*
15. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

NOn loquimur heic de conductoribus ad longum tempus vel in perpetuum, quibus † utile dominium
1 & jus in re competere, vulgò aſſerunt *ex l. 1. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. petat. l. 1. §. quod autem ait.* ubi Bartol. *ff. de ſuperf.* horum intuitu vel propterea res o-
2 mni dubio haut caret, † quod perpetua ejusmodi locatio dominium alterare, bonisque eccleſiaſticis aliam tribuere cenſeatur naturam & qualitatem, per tradita Vincent. Caroc. *in tract. de locat. & conduct. part. 2. tit. de collect. n. 7.* Natt. *conſil. 36.* ut hinc tributa ab iis jure exigi, forſan arbitrari quis poſ-
3 ſet; Sed † de locatione ſimplici prædiorum & agrorum eccleſiæ nobis eſt quæſtio, an horum intuitu à conductoribus tributa & collectæ peti poſſint? Quod negandum exi-
4 ſtimamus: (1.) † Ex quo enim ipſis Eccleſiæ prædiis ac bonis competit exemtio à tributis collectis, *l. placet. 5. l. ſancimus. 22. C. de SS. Eccleſ. cap. 2. extr. de immun. eccleſ.* Joh. Gerh. *in loco de Magiſtr. polit. §. 440.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 3. cap. 3. n. 1.* Caſp. Klock. *de contribut. cap. 12.* hoc ipſo certè idem juris obtinent aliis locata & ad utendum fruen-
5 dum conceſſa, † quia res ſemper cum ſua qualitate & cauſa tranſit, *l. alienatio. ff. de cont. emt. l. 1. C. ubi in rem actio.* Nicol. Boer.
6 *deciſ. 182. n. 48.* (2.) † Quin & ipſamet Eccleſia opponere poteſt privilegium exemtionis à contributionibus, ut maximè conductor fructus percipiat, quia per locationem ſimplicem neque dominium neque poſſeſſio transfertur, † adeoque & facta lo- 7
catione Eccleſia in poſſeſſione reperitur, *l. non ſolet. ff. locat. l. ſi ſervus. §. locavi. ff. de furt.* Bartol. *in l. ſi apes. §. ult. ff. eod. tit.* Caſp. Klock. *de contribut. cap. 11. num. 167.* quidni ergò tueri ſe poſſet privilegio exemtionis adverſus exactores tributorum. (3.) † 8
Nec conductori incommodum ex præſtatione vectigalium & collectarum de bonis eccleſiæ accreſcit, ſed ipſam potiùs eccleſiam hoc gravat; † quippe quod non con- 9
ductor ſed locator ad tributa ſit obſtrictus. Rol. à Valle *vol. 1. conſil. 66. n. 32.* Cavalcan. *deciſ. 44. n. 54. & ſeqq.* Anton. Hering. *de fidejuſſor. cap. 24. num. 272. pag. 538.* Rutger. Ruland. *lib. 2. de commiſſ. cap. 6. n. 61.*

Nec eſt, quod nobis objiciatur, † à vecti- 10
galium, tributorum & collectarum præſtatione neutiquam ſe valere uſufructuarium ſubtrahere ex eo, quod fructus percipiat, ac propterea haut immeritò hoc onus ſuſtineat, *l. uſufructu. 7. §. hactenus. l. ſi pendentes. 22. §. ſi quid. ff. de uſufr. l. quæro. ff. uſufr. legat. l. neque ſtipendium. ff. de impenſ. in res dot. fact.* Johann Harppr. *in §. conſtituitur. 2. num. 154. inſtit. de uſufr.* Johann. del Caſtillo *de uſufr. cap. 56. num. 14.* Johann. Gartz. *de expenſ. & meliora. cap. 11. num. 45. & ſeqq.* Hart. Piſtor. *part. 1. quæſt. 46. n. 34.* Jac. Menoch. *conſil. 997. n. 28. & ſeqq.* Joh. Köppen *deciſ. 43. n. 13.* Capic. *deciſ. 184. n. 3.*

† Ne-

11 † Nequaquam enim argumentari licet ab uſufructuario ad conductorem, quantumvis uterque fructus percipiat; Hic enim locatoris nomine poſſidet, ac in recompenſationem mercedis fructus retinet, ut hinc iniquiſſimum foret, duplici onere & collectarum &
12 tributorum ipſum gravari. † Et licet conductor bonorum eccleſiaſticorum tributa & collectas exſolveret, cum ex ipſis prædiis debita hæc exigi ſoleant, *l. Imperatores. 7. ff. de*
13 *public. & vectigal.* † haut tamen ab Eccleſia repetere ea prohiberi poſſet, competente ipſi actione negotiorum geſtorum adverſus Eccleſiam ceu debitricem principalem. *dict. l. 7.* ubi Dion. Gothofr. *l. ſi filius. 12. C. de negot. geſt. l. cum pecuniam. 43. ff. eod. tit.* Octav. Cacheran. *deciſ. 83. n. 7.* Vincent. de Franch. *deciſ. 107. n. 1.* Natta, *conſil. 409. n. 4.* M. Anton. Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 4 n. 67. & art 50. n. 18.* † Quod ſi fieret, quis non vi- 14
det, ipſam Eccleſiam in effectu collectari contra privilegium exemtionis, de quo diximus *ſupra n. 4.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Wilhelmo à* Köckeritzen *in Walda die 7. Febr. An. 1612.* (*Ver-* 15
ba Reſcripti: Was an uns der *Superintendens* zum Hayn *M. George* Langevoigt/ und Hanß Böſe zum Wilden-Hayn wegen der Pfarr-Laßhufen daſelbſt berichtsweiſe und *ſupplicando* gelangen laſſen/ſolches habt ihr aus inliegender Abſchrifft zu vernehmen. Wann dann vermöge des im Obern-*Conſiſtorio* den 24. April verfloſſenen 1611. Jahres aufgerichteten Vergleichung/8. Bauren 5. Pfarr-Hufen zu Wilden-Hayn auf 12. Jahr gegen Entrichtung jährlich von jeder Hufen 8. fl. Laßzinſes/ohne einige Beſchwerde anderer Zinſen/Steuern/Dienſte und *Decem* inne zu haben und nach ihrem Beſten zu gebrauchen/auch gleich wie der Pfarrer bishero gethan/Zugviehe darauf zu halten befugt; Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/Ihr wollet die Einhabere angeregter Pfarrhufen dem aufgerichteten Mieth-*contract* und *Immuni*täten der Pfarr-Gütere zuwider mit Belegung der Frondienſte und Hoffuhren verſchonen/ ihnen auch Zugviehe zu halten wider die Gemeine des Orts gebührlichen Schutz leiſten/ꝛc.)

DEFINIT. CCCXI.

Patrimonialia ſeu hereditaria bona ſi Clerici poſſideant, horum intuitu tributis & collectis ſe eximere nequeunt.

SUMMARIA.

1. *Bona Clericorum ſunt duplicia: publica & patrimonialia.*
2. *Num de patrimonialibus tributa & collectæ ſolvendæ.*
3. *Negant hoc Dd. quàmplurimi.*
4. *Quâ ex causâ & fundamento?*
5. *Alii ad collectas extraordinarias aſſertionem ſuam reſtringunt.*
6. *Refellitur fundamentum hujus aſſertionis.*
7. *Deciſio affirmativa verior.*
8. *Fundamenta & rationes decidendi.*
9. *Clerici fruuntur beneficiis civium quoad bona patrimonialia.*
10. *Adducitur exemplum Eduardi I. Anglorum Regis.*
11. *Clerici intuitu bonorum patrimonialium pro laicis habentur.*
12. *Unde eademque perſona diverſo quandoque cenſetur jure. n. 13.*
14. *Privata Clericorum bona ſubjacent præſcriptioni vulgatæ.*
15. *Obtinet etiam jus retractus in bonis Clericorum patrimonialibus.*
16. *In iisque Clerici non reſtituuntur in integrum.*
17. *Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Elect. Saxon. n. 18.*
19. *Res tranſit cum ſuo onere & causâ.*
20. *Reſcriptum Electorale.*

1 DUplicia ſunt bona Clericorum: privata, ut domus, ager, vinea, quæ quilibet in ſuum ſuorumque uſum comparavit, quæ & patrimonialia dicuntur. Et publica ſive communia, quæ ad totum pertinent collegium ſive eccleſiam, ut ſunt prædia, agri, reditusque alii totius conventûs, collegii aut ærarii eccleſiaſtici. De poſterioribus hiſce haut ſolvi tributa & collectas, diximus *ſupra Defin. 108. & 109.* † Quid ve- 2
rò juris de prioribus, patrimonialibus nempe & hereditariis Clericorum bonis ac prædiis? Nec † horum nomine quicquam à Clericis 3
exigendum, autumant Natta *conſil. 280 n. 5.* Nicol. Everhard. *conſil. 30. n. 13. & ſeqq.* Joh. Petr. Surd. *deciſ. 20. n. 10.* Petr. Gregor. *de Republ. l. 3. cap. 7. ſect. 8.* Franciſ. Burſat. *conſil. 42. num. 3.* Marta *de jurisdict. part. 4. cent. 1.*

caſ. 11. n. 25. & caſ. 10. n. 16. quos ſequitur Caſp. Klock. *in tract. de contribut. cap. 12. n.*
4 *62. & multis ſeqq.* † ejus argumenta eo collimant, quod collectæ imponantur perſonis pro rebus, Bartol. *in l. reſcripto. §. ſciendum. ff. de muner. & honor.* cum verò laicis ſuper Eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis nulla ſit attributa facultas, *cap. eccleſia. extr. de conſtit.* non poſſunt hinc eas aggravare ex defectu jurisdictionis, Petr. Antòn. dePetr. *in tract.*
5 *de poteſt. princip. c. 4. n. 55.* † licèt poſtmodum hanc aſſertionem reſtringat ad collectas ſaltem extraordinarias, *dict. cap. 12. n. 74. & 75.* quam reſtrictionem etiam videtur approbaſſe Hennig. Arniſ. *de exemt. cler. cap. 4. n. 11.*

Sed parum ponderis habet ratio Caſpari
6 Klockii, † ſi duplicem ponamus Clericorum reſpectum, pro ratione ſcilicet bonorum eccleſiaſticorum & patrimonialium: illorum ſiquidem nomine Clerici ſunt, nec jurisdictioni laicorum ſubjecti; at horum intuitu pro laicis ac civibus habentur, Fridr. Balduin. *de Caſib. conſc. lib. 4. cap. 12. caſ. 14. circa fin.* Licèt ergò conceſſerim Klockio, collectas imponi perſonis pro rebus, exinde tamen inferre haut licet, quod Clerici collectentur, ſi ratione bonorum patrimonialium contributio ab iis exigatur, qui non ab ipſis tanquam clericis ſed tanquam à civibus
7 & privatis petuntur. † Qua ſtante diſtinctione, Clericos quoad bona patrimonialia à tributorum & collectarum oneribus nequaquam relevari, firmiter aſſerendum cum Lud. Molin. *tract. 2. de juſt. diſp. 31. concluſ. 6.* Matth. Coler. *de proceſ. execut. part. 1. cap. 3. n. 206.* Jacob. Menoch. *conſ. 800. numer. 47.* Andr. Tiraquell. *de retract. conſanguin. §. 32. in gloſſ. n. 80. & 81.* quam ſententiam noſtrates etiam approbant Theologi, ut videre eſt apud Joh. Gerhard. *in loco de magiſtrat. polit. §. 440. p. 1238.* Frider. Balduin. *dict. caſ.*
8 *14.* (1.) † Vel ex hoc ipſo fundamento, quod reſpectu bonorum patrimonialium Clerici æquè ſint cives Reip. & Magiſtratui politico ſubjecti, bonaque ſua jure hereditario etiam ad liberos transmittant; quo prætextu ergò horum nomine tributo ſe eximerent, quippe quod eſt ſignum ſubjectionis, *cap. omnis anima. extr. de cenſu.* Et Paulus *Rom. 13.* ut probaret, omnes fideles eſſe ſubjectos poteſtati terrenæ, *ideo*, inquit, *& tributum præſtatis:* quibus verbis ſimul docet, tributum præſtandum omnibus iis, ad quos ſcribit; dicit autem *cap. 1.* ſe ſcribere ad omnes ſanctos, & per conſequens etiam ad Clericos, idque ratione ſubjectionis, Arniſ. *dict. cap. 4. n. 11.*

(2.) † Et nonnè aliorum civium juribus 9
ac beneficiis fruuntur Clerici ratione bonorum patrimonialium? Meritò hinc ergò oneribus etiam civium, intuitu eorum, gravantur. Abſurdum enim foret, pro membro Reipubl. ſe venditare in favorabilibus: In iis autem, quæ ad conſervandam Rempubl. contribui debent, extranei locum velle ſubire, cum ferendum eſſe leges negent, ut qui lucrum amplectitur, onus ſubire recuſet, *l. un. § pro ſecundo. C. de caduc. tollend. l. ult. §. ſed cum. C. de furt.* jure ideoque † Edu- 10
ardus I. Anglorum Rex, cum Eccleſiaſtici unà cum cæteris Statibus tribuere recuſarent, iis quoque juſtitiam & jura, quibus ſubditi fruuntur, ſubtraxit, ita ut accuſationes illorum nullibi admitterentur, quas contra laicos intenderent, ex Helincho in Eduard. I. Arniſ. *dict. cap. 4. n. 11.*

(3.) † Nec eſt quod dignitatem ſtatus 11
Clericalis nobis quis objiciat, poſtquam Clerici ratione bonorum patrimonialium pro laicis habentur, & ſic diverſo cenſentur reſpectu, quod abſurdum non eſt: nam unam eandemque perſonam diverſis qualitatibus præditam pro diverſa haberi, † diverſoque 12
jure cenſeri, manifeſtè evincitur ex *Receſſ. Imp. de Anno 1548. §.* Nachdeme auch. §. Der Grafen von Tülingen/ ꝛc. *cap. cum capella. extr. de privileg. cap. ex literis. extr. de probat. l. apud filium familias. ff. de manumiſſ. vind.* Andr. Tiraqv. *de nobilitate c. 28. n. 15.* Andr. Knich. *de veſt. pact. part. 2. cap. 5. n. 137.* Johan. Limn. *lib. 2. Jur. publ. cap. 10. n. 7.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 30. n. 6. & ſeqq. & obſervat. 44. n. 8. & 11.* Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. l. 1. claſſ. 2. cap. 11. n. 164.* Regner. Sixtin. *de regal. cap. 4. n. 122.*

(4.) † Idque ratione diverſorum bono- 13
rum, eccleſiaſticorum videlicet & patrimonialium, quæ ab invicem multum differunt, nec pari privilegio gaudent, Coler. *dict. cap. 3. n. 206.* Unde etiam privata Clericorum bona ad inſtar † aliorum bonorum, quæ 14
tenent privati & laici, 30. annorum lapſu præſcribuntur, quum alias adverſus Eccleſiæ bona non currat præſcriptio niſi quadragenaria. *Auth. quas actiones. C. de SS. Eccleſ. cap. de quarta. cap. illud. extr. de præſcript. cap. accedentibus. extr. de privil.* Roſenthal. *in Synopſ. feudal. cap. 6. concluſ. 78. n. 10.* † & ven- 15
dente Clerico rem patrimonialem vel avitam, obtinet locum jus retractus, Guttier. *pract. quæſt. l. 2. quæſt. 156. n. 3.* neque † Ec- 16
cleſiaſtici in patrimonialibus reſtituuntur in integrum, Cæſ. Urſill. *ad deciſ. Afflict. 390.*

390. n. 1. add. de reſtit. in integrum. part. 1. quæſt. 6. art. 8.

17 (5.) Minus verò dubii habet aſſertio hæc in provinciis Electoratus Saxonici † propter manifeſtam Sanctionem *in Ordinat. Eccleſ. ſub. Rubr.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. Darneben aber unſere Kirchendienere in Städten und Dörffern. *verſ.* Und ihre Erbgütere ſchuldige Frohn und perſönliche Pflicht
18 durch andere um Lohn beſtellen mögen. † *Et in eod. tit.* §. Was aber. *ibi.* Was aber ihre (der Kirchendiener) und ihrer Weiber angefallene oder erkauffte eigenthümliche Erbgütere und dergleichen *actiones reales*, Spruch und Forderung betrifft/ ſollen unſere Kirchendiener an Orten/ da andere unſere Unterthanen ſchuldig ſeyn / Recht zu geben und zu nehmen/ ꝛc.

(6.) † Ex quo etiam res quælibet tranſit 19
cum ſuâ causâ & onere, *l. alienatio. ff. de contr. emt. l. 1. C. ubi in rem actio.* eximere ſe eo nequeunt Clerici bona collectis gravata acquirentes, cum per hoc ipſimet ſe volentes oneri ſubjiciant, & per conſequens privilegiis Clericorum renuncient, *l. pen. de pact.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Senatui & Præfecto in Weiſſenſee, die 11. Martii Anno* 20
1633. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euer/ des Raths/ abermaliges unterthänigſtes *Suppliciren* wegen verweigerter Abſtattung des Soldaten-Geldes und Leiſtung anderer unbeweglichen Gütere/ welche den Pfarrern eigenthümlich zuſtehen/ verleſen hören/ und du der Schöſſer haſt ſolches mit mehrerm aus der Inlage zu vernehmen. Begehren darauf hiermit gnädigſt / Ihr wollet Beklagte dahin beſcheiden/ daß ſie ſich dißfalls unſerer Kirchen-Ordnung gemäß bezeigen/ und von ihren eigenen Häuſern/ ſo wol als andern liegenden Gütern/ die gewöhnlichen Dienſte und Anlagen / gleich andern unweigerlich leiſten und abſtatten ſollen. Daran geſchicht unſere gefällige Meynung/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXII.

Canonicatum certâ pecuniæ ſummâ redimere & acquirere non licet: nec ſubſiſtit jure hic actus, aut quemquam obligat.

SUMMARIA.

1. *Quid de Canonicis Evangelicis habendum?*
2. *Quales hi eſſe debeant, quodque illorum officium?*
3. *Num Canonicatum pecuniâ acquirere liceat?*
4. *Omnis diſpoſitio & actio Simoniaca eſt nulla.*
5. *Quibus in rebus committatur Simonia?*
6. *Redemtio Canonicatûs pecuniâ facta propriè Simoniaca non eſt.*
7. *Prohibitio Simoniæ duplici conſideratur modo.*
8. *Deciſio quæſtionis negativa.*
9. *Fundamenta & rationes decidendi. num. 10. 16.*
11. *Beneficium pecuniâ non emitur.*
12. *Legitima vocatio ad beneficia eccleſiaſtica quænam? n. 13.*
14. *Pietas non debet eſſe quæſtus.*
15. *Periculoſum eſt Collegio Canonicorum beneficia vendi.*
17. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
18. *Facultatis Juridicæ Lipſienſis Sententia.*

1 NOlumus heic rem deciſam reaſſumere & decidere, quid de Canonicis Auguſtanæ Confeſſioni invariatæ addictis ſit habendum? Novimus enim ex Receſſibus Imperii, illos omninò to-
2 lerari, nec ſtatum eorundem damnari: † ſi vel literis operam navent, vel in politico aliquo ſtatu Eccleſiæ ac proximo ſerviant, vitamque honeſtam ac inculpatam coram mundo agant, quâ de re latiùs diſſerunt Theologi & JCti *in Conſiliis* apud Georg. Dedekenn. *in append. ad locum de miniſterio. ſect. 2.* von den Thum-Herren/ *num. 3. & ſeqq.* Frider. Balduin. *de caſib. conſc. lib. 4. cap. 4. caſ. 3. pag. 980. & ſeqq.*

† At hoc tantummodò lubet tangere, an
licitè acquiratur per ceſſionem Canonicatus 3
certa pecuniæ ſumma, & ita quidem, ut actus alienationis ſubſiſtat & pretium promiſſum jure exigi queat? Ubi id potiſſimum controverti videtur, † an actus ille ſit Simoniacus?
qualis ſi eſt, procul dubio nihil actum cenſe- 4
bitur, quia omnis diſpoſitio, proviſio & confirmatio Simoniaca eſt nulla, nec jus inde aliquod proviſo acquiritur. *cap. 2. extr. de Simon. cap. ea quæ à ſanctis patribus. 1. quæſt. 3.*

Petr. Gregor. *in Syntagm. jur. univerſ. lib. 23. cap. 13. v. 32.* Negant ideoque qui con-
5 tractum ejusmodi defendere annituntur, † redemtionem Canonicatûs pro pecuniâ incurrere Simoniam, quippe quæ ſaltem in rebus ſacris & ſpiritualibus committitur, Gloſſ. *in Summ. cauſ. 1. quæſt. 1. & can. qui ſtudet. dict. quæſt. 1.* Petr. Gregor. *dict. cap.*
6 *13. n. 7.* ideoque & B. Lutherus † Simoniam eſſe negat vendere vel emere bona Eccleſiæ oblata, beneficia, clinodia, aliaque ab initio ad alendos miniſtros collata; Scilicet quod Simonia ſit vendere dona à Deo nobis data, quæ verè ſunt ſpiritualia, ut remiſſio peccatorum, Spiritus S. gratia Dei: dona verò Eccleſiæ oblata nec propriè dicenda eſſe ſpiritualia, neque à DEO data, ſed ab hominibus Eccleſiæ oblata, ut fundi, domus, pecunia & ſimilia, Luther. *in cap. 23. Geneſ. fol. 269. & ſeqq.*

7 † Sed conſiderant jura rationem prohibitionis Simoniæ duplici modo: quædam enim Simoniaca dicuntur, quod vetita ſunt ut Simoniaca: alia ut Simoniaca prohibita ſunt, quia ſunt Simoniaca ſui natura, Gloſſ. *in cap. ex parte. extr. de offic. de legat. verb. dimittere.* Panormitan. *in cap. 1. n. 5. & 6. extr. de Simon.* Gregor. *dict. cap. 13. n. 30.*
8 † quantumvis ergò conceſſerimus, acquiſitionem Canonicatûs certâ pecuniæ ſummâ factam verè ac propriè Simoniacam non eſſe, pro tali tamen ea omninò habetur, quin & illicita ac nulla eſt, nec contrahentes obligat.
9 (1.) † Verbis enim manifeſtis Gregorius Papa eos ſacrorum ordinum Profeſſores, qui ſub munerum datione vel acceptione Dei eccleſias vel earum ſibi beneficia uſurpant, ſcelus commiſiſſe judicat, & utrumque Eccleſiæ liminibus ſubmovendum cenſet, & qui pro eccleſiæ ambitu munera largitur, & qui ut Eccleſiam adeat, quidquam præſumit accipere, *in can. audivimus. 1. quæſt.*
10 *3.* † Quod & ſancitum legitur ab Urbano II. Pontifice *in can. Salvator prædicit. 8.* & ab Alexandro II. *in can. ex multis. 9. ead. quæſt. 3.* (2.) † Neque natura beneficii Canoni- 11
catûs acquiſitionem pro pecuniâ admittit; ecquis enim unquam rem pecunia partam beneficium appellaverit? *l. 1. in pr. ff. de donat.* (3.) † Eſtque modus hic acquiſitio- 12
nis contra legitimam vocationem ad beneficia eccleſiaſtica, quippe quæ fit per libera eligentium vota, ſicut in electione ſeptem primorum Diaconorum factum legitur *Act. 6. verſ. 5.* Nam vota civium, inquit Leo, teſtimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio Clericorum, in ordinationibus Clericorum expectantur, *in Ep. 87.* Et nullus ordinetur Clericus, niſi probatus fuerit vel Epiſcoporum examine vel populi teſtimonio, præſcribitur in Concilio Carthaginenſi III, *Can. 22.* Nemo † enim ſibi ipſi ſu- 13
mit aut emit honorem eccleſiaſticum, ſive Canonicatus ſive Sacerdotium ſit, aut ſimile quid, ſed qui vocatus eſt à Deo, *Hebr. 5. 4.* (4.) † Canonicatum porrò pro pecunia 14
petentibus non malè objicitur illud Apoſtoli: Non ſumus ut plurimi cauponantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate, *2. Corinth. 2. verſ. 17.* ex quò ſanè liquet, contra pietatem pecuniâ redimi beneficia eccleſiaſtica, quia pietas non eſt quæſtus, *1. Tim. 6. 5.* qualem quæſtum ex officiis ſacris faciunt, qui ea venalia exponunt. (5.) † Quàm periculo- 15
ſum etiam ſit Collegio Canonicorum, beneficia pro pecuniâ vendi, vel inde conſtat, quòd ſub certis demum conditionibus in ipſorum conſortium quis recipi debeat, nempe ſi honeſtos habeat natales, *can. tali conjugio. 1. quæſt. 1.* juſtæ ſit ætatis, *can. pueri ad Sacros ordines. dict. cauſ. 1. quæſt. 1.* ingeniique boni, morum honeſtorum & animi ad labores apti. † Metuendum verè, 16
conditiones haſce minus ponderari ac obſervari, ſi Canonicatum emere liceat pecuniâ, quâ neſcio quis non ſe corrumpi patiatur.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Marci A.* zu *W.* *die 26. Junii, Anno 1609.* 17
(*Verba Sententiæ:* Iſt euch von einem von Adel angetragen worden / daß wann ihr ihm 360. Thlr. bahr erlegen woltet / er ſein *beneficium* im *Canonicat*, welches er im Stifft daſelbſten eine lange Zeit beſeſſen / euerm Sohne *M.* zum beſten *ad manus Capituli reſigni*ren / und ihme nachmals darzu verhelffen wolle / ob ihr nun wol hierzu ziemlichen geneigt / auch gemeynet / daß euers Sohns Wohlfahrt dadurch befördert werde / dieweil aber dergleichen *beneficia* weder um Geld zu verlaſſen noch zu erhandeln / und dieſe *actus* einer *Simoniæ* nicht unähnlichen; So iſt euch mit bemeldtem von Adel dergleichen *Contract* einzugehen nicht rathſam: Es mag auch derſelbe für beſtändig und kräfftig zu Recht nicht gehalten werden / V. R. W.)

Et † *Facultas Juridica Lipſienſis ad conſultationem Decani, Senioris & Capituli H. die 10.* 18
Octobr. Anno 1645. (*Verba Sententiæ:* Hat *W.* von *A.* ſein in dem Stifft *B. M. V.* gehab-

tes *Canonicat C. G. Anno 1621.* dergeſtalt würcklichen *reſigni*ret / daß ihm gedachter *G.* davon zum *honorario* entweder 4000. Thlr an damaliger gänger und geber Müntze oder aber 1000. Thlr. *in ſpecie* zu geben verſprochen/ auch weil *G.* ſolcher Zuſage nicht nachkommen/ ſo iſt dieſe Sache vor ſie in dem Dom⸗*Capitul* dahin verabhandelt/daß *G.* gerichtlichen anderweit mit ſeinem Handſchlage an ſtatt der verſprochenen Zahlung deme von *A.* in der hohen Stiffts⸗Kirchen mit 1000. Thlr. *Capital* und 100. Thlr. davon betagten Zinſen wegen eines *Stipendii* zu entnehmen/ und ihme darüber ſeine Hand und Quittung einzuhändigen zugeſagt. Nachdeme aber mehrbeſagter *G.* ſich dieſer Abhandlung zu entbrechen vorhabens/ ſo wollen ſie berichtet ſeyn / ob *C. G.* die für das *reſignirte Canonicat* verſprochene 1000. Thlr. und 100. Thlr. Zinſen zu zahlen verbunden? Ob nun wol ſonſten über einmal beliebte Verträge/ gethane Zuſagung und gerichtliche Angelobung ſteiff und veſt zu halten. Dennoch aber und dieweil vermöge der Rechte *Canonica*ten und *Præben*den als Geiſtliche und Stiffts⸗Gütere einem andern um Geld zu überlaſſen oder zu *reſigni*ren/ ausdrücklichen verboten/ auch da dergleichen erfolget/ ſolcher *Contract pro Simoniaca* und zu Recht für gantz unkräfftig gehalten wird: So iſt auch die von *W.* von *A. C. G.* gethane *reſigni*rung ſeines *Canonicats pro Simoniacâ* zu achten/ und dahero *C. G.* die dafür bewilligte 1000. Thlr. *Capital* und 100. Thlr. Zinſen abzuſtatten nicht ſchuldig/ V. R. W.)

TIT. XX.

De

Reditibus & Ærario Eccleſiæ.

Definit. CCCXIII.

Præfectis ſeu Curatoribus Eccleſiæ, den Kirch⸗Vätern/ adminiſtratio redituum & ærarii eccleſiaſtici committenda, reſervatâ tamen Parocho inſpectione.

SUMMARIA.

1. *Eccleſia ſine dote ſeu reditibus conſiſtere haut poteſt.*
2. *Quin & ſufficientes requiruntur reditus.*
3. *Quinam ſufficientes habeantur?*
4. *Providendum, ut fideliter reditus adminiſtrentur.*
5. *Quam ob cauſam conſtituuntur Curatores & Præfecti Eccleſiæ.*
6. *Quibus adminiſtratio redituum demandatur.*
7. *Magiſtratus fraudibus adminiſtratorum occurrere debet.*
8. *Juramento conſtringuntur Curatores Eccleſiæ ad fidelem adminiſtrationem.*
9. *Qua in re providus fuit Sereniſſimus Saxoniæ Elector.*
10. *Paſtori competit inſpectio ſuper Curatores Eccleſiæ. n. 11.*
12 *Cura Eccleſiæ Magiſtratui incumbit.*
13. *Reſcriptum Electorale.*
14. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 15.*

1 QUemadmodum ſine animâ corpus ſubſiſtere non poteſt, ita nec Eccleſia ſine dote, h. e. reditibus, *arg. can. Si quis objecerit. 1. quæſt. 8.* Franc. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 12. tit. 1. n. 4.*
2 quin † & ſufficientes requiruntur reditus, *Novell. 67. cap. 2. c. extirpandæ. 30. extr. de præbend* hoc eſt, tales ac tanti,
3 † qui ad celebrationem ſacrorum, ad ſuſtentationem miniſtrorum, cuſtodis & ad cætera ſacræ domus neceſſaria ſufficiunt, *Novell. 57. c. 2. Novell. 123. c. 18. can. nemo. 9. de conſecrat. diſt. 1. cap. popoſuit. 6. extr. de filiis presbyt. cap. non liceat. 2. extr. de præb. cap. ad audientiam. 3. extr. de eccleſ. ædif.* Jacob Menoch. *de arbitrar. jud. quæſt. caſ. 588. n. 2. & caſ. 526.* Sigiſm. Finckelthuſ. *in tract. de jur. Patronat. cap. 4. n. 67.* † providendum itaque, ne reditus Ec- 4
cleſiæ diſſipentur, ſed potiùs augeantur, ac fideliter adminiſtrentur. Quamobrem pro defendendis bonis eccleſiaſticis & colligendis reditibus † conſtituuntur Curatores, qui 5
Proviſores rerum eccleſiaſticarum & miſerabilium perſonarum dicuntur, apud nos Præfecti Eccleſiæ, Kirch⸗Väter/ quibus adminiſtratio redituum demandatur, † uti ap- 6
paret ex *Ordinatione eccleſiaſticâ Electorali Saxon art. gener. 35. in pr. ibi:* Damit den Kirchen und derſelbigen Gütern recht und wohl vorgeſtanden/ und die Kirchen⸗Gebäu⸗

bäu⸗

bäude deſto baß erhalten; So ſollen bey ieder Kirchen feine ehrliche gottfürchtige und redliche Leute/ zum wenigſten zweene zu Kirch-Vätern/ der Kirchen zum beſten erwählet werden / die alles Einkommens und Ausgebens richtige Regiſter halten/ ꝛc.

Sed cum ſæpius proviſio hæc ſuum haut aſſequatur effectum, nec Præfecti reditus fideliter adminiſtrent, ac tales reperiantur,
7 quales eſſe debeant, † Magiſtratui potiſſimùm incumbit hac de re inſpectio, ut fallaciis ac fraudibus occurrat, quem in finem etiam Præfecti Eccleſiæ ad promiſſionem juratam
8 tam de fideliter adminiſtrando adiguntur, † prout clarum facit *Reformatio polit. in Imperio de A. 1548. ſub tit.* Von den *pupillen* und minderjährigen *&c.* §. Und dieweil mit der Kirchen Reuthen/ Gefällen und Gütern/ zu Zeiten auch gefährlicher und betrüglicher Weiſe durch die Pfleger gehandelt wird; So wollen wir den Obrigkeiten/ denen ſolches gebühret/ hiemit auch befohlen haben/ daß ſie gleicher geſtalt auch Einſehens thun/ und verfügen/ die Kirchenpfleger und Vorſteher mit Eyden und Gelübden zu beladen/ der Kirchen getreulich vorzuſtehen / und jährliche Rechnung zu thun. Quod & repetitum legitur *in Reformat. polit. de An. 1577. ſub tit. 32.* † Sanè Se- 9
reniſſimus Saxoniæ Elector nil quicquam in provinciis ſui Electoratus neglexit, ex quo freno fortiori Eccleſiæ Præfecti conſtringerentur & ad fidelem rerum ac bonorum eccleſiaſticorum curam excitarentur; quam ob cauſam † Paſtori cujusque loci inſpectionem 10
injunxit, ut conſilia & actus adminiſtratorios Curatorum Eccleſiæ moderetur iisque ultimam addat manum, ut totus fere *art. general. 35. Ordin. Eccleſ.* expeditum reddit, † 11
verbisque clarioribus *Decretum Synodale de An. 1624.* §. Und weil die Kirchen- und Hoſpital-Gütere/ ꝛc. *in verb.* Daß ſolches allezeit mit Vorbewuſt des Pfarrers geſchehe/ ꝛc. *& §. ſeq.* Böſen Verdacht des Eigennutzes und Abbruch der geiſtlichen Gütere zu verhüten. *junct. verb.* die Pfarrer und Superintendenten auch genauere Achtung darauf geben. Nimirum benè novit Sereniſſimus Saxo, † quod Magiſtratui 12
& Principi cura religionis pariter & Eccleſiæ ac redituum eccleſiaſticorum competat, cui hac in re deeſſe noluit.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Quæſtori in Belzigk. die 16. Januarii* 13
An. 1626. (*Verba Reſcripti*: Was bey unſerm Ober-*Conſiſtorio* allhier der Pfarrer zu Hohenwerbick/ David Wagner/ wegen der durch ſeinen *Anteceſſorn* verwüſtete Pfarräcker gelangen laſſen / und zu Wiederanrichtung derſelben die Pächte/ welche gedachtem ſeinen *Anteceſſori* zuſtändig geweſen/ vorſchläget/ ſolches habt ihr aus der Inlage zu vernehmen. Wann dann angeregte Pächte geſtalten Sachen nach der Kirchen ohnedeß heimfallen; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ wofern es ſich des Pfarrers Anziehen nach befindet/ ihr wollet durch die Kirch-Väter erwehnte Pächte zu Wieder-Anrichtung dieſer verwüſteten Pfarr anwenden laſſen/ darneben aber ihnen auferlegen/ daß ſie hinfüro auf die Beſtellung der Pfarr-Feldere und Erſetzung des *Inventarii* beſſere Aufſicht haben/ oder in Verbleibung deſſen/ wann ins künfftige Mangel ſich befinden wird/ ſolchen von den ihrigen zu erſetzen/ angehalten werden ſollen/ ꝛc.)

Nec non † *Conſiſtorium Supremum Wilhelmo à Kockeriz in Walda & Superintendenti Hay-* 14
nenſi, die 25. Novembr. Anno 1608. (*Verba Reſcripti*: So begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ Ihr der Superintendens wollet/ wofern es nicht allbereit alſo gehalten wird/ die Verordnung thun/ damit hinfüro die Kirch-Väter bemeldtes Orts bey ſich die Einnahme der Kirchgelder/ der Pfarrer aber darüber die *Inſpection* habe/ und er alſo alles Verdachtes hierdurch entnommen/ ihme auch ſein/ den armen Abgebrannten und *Exulibus* ausgelegtes Geld wiederum erſtattet werden möge/ ꝛc.)

Et † *Wolffgango Heinrico à Sleiniz ac Superintendenti Haynenſi die 22. Octobr. Anno 1613.* 15
(*Verba Reſcripti*: Begehren derohalben an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns/ wofern gedachter verſtorbener Pfarrer zu Loſewitz bey ſeinem Anzug/ an ſtatt der zum *Inventario* gehörigen Kuhe / mehr nicht als 30. Gr. bekommen/ Ihr wollet deſſelben Erben die gedachte Kuhe gegen Empfahung 30. Gr. wiederum folgen laſſen/ und wenn ſolches geſchehen/ euch dem Pfarrlichen *Inventario* zum beſten bey des in Neuligkeit verſtorbenen Pfarrers *prædeceſſoris* Erben / oder *in eventum* bey den Kirch-Vätern und Gerichts-Herrn/ daß ſie/ wie ihnen Inhalts der *General*ien gebühret/ nicht beſſer auf die Erſetzung des *Inventarii* damals Achtung gegeben/ ſolcher Kuhe erholen/ ꝛc.)

Definit. CCCXIV.

Libri rationum à Curatoribus Eccleſiæ confici inque iis omnes ac ſinguli reditus & accepta conſignari debent.

SUMMARIA.

1. *Alenda eſt Eccleſia, ejusque miniſtri ſuſtentandi.*
2. *Eccleſiæ reditus fideliter ſunt adminiſtrandi.*
3. *Quem in finem liber rationum à Curatoribus ſeu præfectis Eccleſiæ conficiendus.*
4. *Curatores Eccleſiæ pro tutoribus habentur.*
5. *Eccleſia pupillis & minoribus æquiparatur.*
6. *Tutori incumbit, librum rationum conficere.*
7. *Curatores Eccleſiæ ad rationum redditionem ſunt obſtricti.*
8. *In rationum redditione præcipuum eſt, exhibere librum rationum.*
9. *Nec ſufficit inventarii confectio absque libro rationum.*
10. *Ex omiſſione libri rationum præſumitur dolus.*
11. *Libri rationum quomodo conficiendi?*
12. *Finis rationum reddendarum conſiſtit in reſtitutione reliquorum.*
13 *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
14. *Ejusdem Reſcriptum.*

1 Parum quia prodeſſet conſtrui Eccleſiam, niſi & aleretur, tam Imperator Juſtinianus quàm Pontifices primò omnium certi eſſe volunt de dote prò alimentis & neceſſariis Eccleſiæ ſumtibus, quàm patiantur in eſſe deduci Eccleſiam, *Novell. 67. cap. 2. can. piæ mentis. 16. quæſt. 7. Can. nemo de conſecrat. diſt. 1. Can. placuit. 1. quæſt. 2.* ſed parum etiam prodeſt, dotem ſeu
2 reditus Eccleſiæ conſtitui, † niſi & fideliter adminiſtrentur, augeantur & amplificentur: quem in finem certas Eccleſiæ perſonas præficiendas diximus *Defin. præced.* quarum cura cum potiſſimum in acceptione & erogatione
3 ne redituum conſiſtat: vel † hoc ipſo conſtringuntur ad confectionem librorum rationum: Idque eo magis (1.) quia Curatores ſeu Præfecti Eccleſiæ pro tutoribus habentur. Vormünder und Pfleger der Kir-
4 chen / † prout innuunt verba *Reformat. polit. de Anno 1548. ſub tit.* Von den *Pupillen* und Minderjährigen. *verſ.* Und dieweil mit den Kirchen-Renten / Gefällen und Gütern. *verb.* Durch die Pfleger. *& rurſus:* Die Kirchen-Pfleger und Vorſteher.
5 Quemadmodum etiam † Eccleſiæ pupillis ac minoribus æquiparantur, eorumque privilegiis gaudent, *cap. 1. extr. de in integrum reſtit.* Gloſſa *in l. reſpublica. verb. ſolet. verſ. Sic & in eccleſia. C. ex quib. cauſ. major.* Anton. Faber. *in Codic. libr. 1. tit. 9. definit. 20. n. 10.* Hart. Piſtor. *obſerv. 68 n. 5.* Atqui ex-
6 tra dubium eſt, † tutori maximoperè confectionem libri rationum incumbere, usque adeo, ut ſi illum haut fecerit, teneatur ad intereſſe per juramentum in litem declarandum, Jodoc. Damhouder. *in patroc. pupill. tit. de tut. & curat. ration. cap. 3. n. 7.* Carol. Molin. *in conſuet. Pariſienſ. tit. 1. §. 9. gloſſ. 6. in verb. rendre compte. n. 34. libr. 2.* Tiber. Decian. *libr. 4. conſil. 7. n. 49. verſ. ubi dixit, quòd non ſolùm tutor &c.* Ludovic. Roman. *conſil. 413. n. 2.*

(2.) † Nec quisquam inficias ibit, Cu- 7
ratores & Præfectos Eccleſiæ obſtrictos eſſe ad rationum redditionem, quæ certè nunquam fieri poterit, ſi non conſignentur accepta pariter & erogata: quare in omni rationum redditione † præcipuum ferè ha- 8
betur, librum rationum exhibere, Decian. *dict. conſil. 7. n. 49.* Hier. Schurff. *cent. 1. conſil. 65. n. 47.* quin † nec ſufficit, confici 9
inventarium, in quo facultates adminiſtrandæ conſignentur; ſed & codicem ſive librum rationum, in quo accepta & expenſa conſcribantur, formari neceſſum eſt, Philipp. Dec. *conſil. 110. n. 8. ibi: & in redditione rationis &c. & conſil. 178, n. 1. vers. ſecundò quæritur, &c. & conſil. 192. n. 2. verſ. ſecundo requiritur, quod librum rationum, &c.*

(3.) † Et vel propterea ſaltem confectio 10
libri rationum non omittenda, ne Præfecti Eccleſiæ ſuſpicionem aliquam fraudis & doli incurrant, ſiquidem contra eum, qui cum rei alienæ ſit adminiſtrator, librum rationum non confecit, præſumitur, quod in malo prætermiſerit dolo, atque ita eſt in dolo præſumto, Mod. Piſt. *vol. 2. conſ. 8 n. 5. verſ. nam ſicut ibi tutor. & n. 7.* Joſeph. Maſcard. *de probat. concluſ. 1391. n. 8.*

Cæterum † libri rationum ita ſunt confi- 11
ciendi, ut in iis fideliter ac diligenter deſcribantur accepta & expenſa, reditus atque fructus, ſingulis annis percepti, aliaque ſimilia, Decius *conſ. 110. n. 9. verſ. & in tali libro rationum &c.* Tiber. Dec. *lib. 4. conſil. 84. num. 21.* Schurff. *dict. conſil. 65. n. 8. verſ. & in*

& in tali libro rationum. Nec minimum quid in iis omitti debet, quo Eccleſia de reſi-
12 duo vel reliquis certior reddatur, † quia finis rationum reddendarum præcipuus in reſtitutione reliquorum conſiſtit, *l. non ſolum debitorem. 8. §. 1. ff. de l. b. legat.* Carol. Molin. *dict. gloſſ. 6. n. 15. verſ. mihi magis arridet doctrina* Franc. Vivius. *deciſ. 400. n. 34.* Jodoc. Damhouder. *dict. tract. de tutor. & curat. ration. cap. 2. n. 6. & 7.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Matthæi S.* zu *W. die 7. Jan. An. 1609. (Verba* 13
Sententiæ: Seyd ihr von der Gemeine daſelbſten nebenſt Joh. F. zum Kirch-Väter beſtellet und angenommen worden/ immaſſen ihr auch der Kirchen eine Zeitlang vorgeſtanden/ bishero aber keine Rechnung abgelegt/ auch nachdeme dieſelbe von euch beyden Kirch-Vätern nunmehro gefordert worden/ habt ihr euch zwar darzu angebothen/ aber kein Verzeichnüß der Einnahme und Ausgabe vorlegen können. Ob ihr nun wol ſonſten dasjenige/ ſo ihr von Einkünfften der Kirchen-Güter empfangen/ auch wiederum zu dero Nutzen verwenden und ausgeben müſſen/ anzuzeigen vermeynet. Dieweil aber dennoch euch obgelegen/ ein richtig Buch und Verzeichnüß über ſolche Rechnung zu halten/ und demſelben beydes die Eingaben und Ausgaben mit Fleiß einzuverleiben/ daraus man der Kirchen Vermögen alle Jahr gewiß ſeyn können/ welches aber von euch nicht geſchehen; So mag auch dahero keine richtige Rechnung von euch abgeleget werden/ ſondern ihr ſeyd zu eydlicher *ſpecification* aller Einnahme und Ausgabe verbunden; Wie auch auf allen Fall das beſcheinliche *intereſſe* abzuſtatten ſchuldig/ V. R. W.)

Et † *Superintendenti Pirnenſi, die 22. Auguſti, Anno 1614. (Verba Reſcripti:* Was maſſen 14
an uns Richter und Rath zum *G.* über die Kirch-Väter wegen unrichtig gehaltener Bücher und Rechnungen ſich beklaget/ das habt ihr inliegende zu befinden; Hierauf nun iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ Ihr wollet den Pfarrer und die Kirch-Vätere hierüber vernehmen/ nach Befindung ihnen Verweiſung thun/ und auferlegen/ daß ſie alſobalden angeregte Bücher und Rechnungen in Richtigkeit bringen und ſich der Gebühr nach hierinnen bezeigen/ ꝛc.)

Definit. CCCXV.

Matricula pariter & libri rationum ac redituum eccleſiaſticorum non in Curia vel prætorio, ſed apud Eccleſiam cuſtodiri debent.

SUMMARIA.

1. *Libri rationum ſolos reditus eccleſiaſticos continent.*
2. *Alii ſunt libri, in quibus conſignantur baptizati & novi conjuges.*
3. *Hiſce plena tribuitur fides in probando.*
4. *Perinde ut Regiſtris Monaſterii.*
5. *Liber rationum vim probationis non habet.*
6. *Uterque liber apud Eccleſiam cuſtodiri debet.*
7. *Quibus ex rationibus? n. 8.*
9. *Copia tamen Magiſtratui politico exhibenda.*
10. *Niſi aliud conſuetudine ſit receptum.*
11. *Quæ ſunt conſuetudinis, obſervari debent.*
12. *Cujusque loci conſuetudo eſt attendenda.*
13. *Sententiæ Conſiſtorii Supremi, n. 14.*

1 Libri, de quibus *Definit præced.* dictum, cum ſolos reditus eccleſiaſticos eorumque adminiſtrationem concernant, vulgò libri rationum, Kirchen-Rechnungen/ appellari conſueverunt, a quibus differt † li-
2 ber, in quo baptizati, novi conjuges copulati & ejusmodi alia conſignantur, quem matriculam vocamus eccleſiaſticam, das Kirchen-
3 buch oder Kirchen-*matricul:* cui non † minus ac inſtrumento publico plena tribuitur fides in probando, *arg. cap. cum cauſam. 13. extr. de probat. cap. ad audientiam. 13. extr. de præſcript.* Joh. Aloyſ. Riccius *part. 3 deciſ. Neapolit. 6. n. 2. & ſeqq.* Valaſc. *de jur. emphy quæſt. 9. n. 26. & 27.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 958. n. 29.* † perinde 4
ut Regiſtris Monaſterii, *dict. cap. ad audientiam. 13. extr. de præſcript.* Matth. Weſenb. *conſil. 48. n. 11.* Nicol. de Paſſarib. *de privat. ſcript. lib. 5. cap. 1. & 2.* † Quam probatio- 5
nis vim & efficaciam libris rationum attribuere non licet, ex quo ſane differentia horum librorum eſt apertiſſima.

Conveniunt nihilominus in eo, quod † 6
nec

nec liber rationum nec matricula eccleſiaſtica in Prætorio vel Curia Magiſtratus politici, ſed apud eccleſiam conſervari ac cuſtodiri debeat; veluti de matricula Eccleſiæ verbis diſertis proviſum *in Ordin. Eccleſ. Sax. ſub tit.* Von der *Viſitation* und Superintendentz bey der Kirchen. §. Damit man auch gewiß ſeyn möge/ *fol. 234. verb.* Daß ſolche Verzeichniß bey der Kirchen bleiben/ ꝛc.

7 † Non enim rationes & cauſæ eccleſiaſticæ ſolum Magiſtratum politicum, ſed totam concernunt Eccleſiam; quare non immeritò libri hi penes Eccleſiam conſervantur ac cu-
8 ſtodiuntur: † Ex quo etiam Curatoribus Eccleſiæ rationum conſignatio incumbit, cujus rei inſpectio Parocho eſt demandata, intereſt horum, librum rationum ſemper ad manus & in promatu eſſe, quò ſingula quæque fideliter inſeri queant. Nullum verò intereſſe poterit prætendere Magiſtratus, † cui ſi 9
omnino de reditibus & conſignatis quandoque conſtare neceſſe ſit, copiam exhiberi ſufficit.

† Sed hoc ita, ſi conſuetudine aliud rece- 10
ptum non ſit, hæc enim ſi aliquo in loco obtinuerit, ut libri prædicti etiam in curia cuſtodiantur, ab ea non recedendum erit. Nam
† quæ conſuetudinis ſunt, maximè obſervari 11
debent. *l. quod ſi novit. 31. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edict. l. ult. C. de fidejuſſor.* † & regionis 12
ac loci cujusque conſuetudo maximopere eſt attendenda, *l. 1. §. ult. ff. de ventr. inſpic. l. ſi ſervus. 50. §. ult. ff. de legat. 1. l. ſemper in ſtipulationibus, 34. ff. de R. J. l. 3. §. ult. ff. de teſtib.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem M. Georgii* Landvoigts/ *Superintenden-* 13
tis Haynenſis Menſ. Julio An. 1619. (*Verba Sententiæ:* Als uns ihr eine *Deduction*-Schrifft wegen Haltung der Tauff-Sterbe- und Trau-Regiſter beneben zweyen Fragen anhero überſendet/ und euch darüber in Rechten zu *inform*iren gebeten/ demnach ſprechen wir/ ꝛc. Und anfänglich auf die erſte Frage für Recht: Ob wol durch *connivenz* des vorigen *Superintendent*en der Rath zu Wurtzen bishero berührte Regiſter *de facto* und gantz mangelhafft gehalten/ und ſich derentwegen mit dem *Cuſtode* abgefunden. Dieweil aber ſolche/ vermöge Churfl. S. Kirchen-Ordnung/ den *Paſtoribus* zu halten und zu verwahren oblieget/ und ermeldter Rath mit den Dom-Kirchen auſſer des *Sub-Diaconat*s nichts zu ſchaffen/ und weder Kirchen- noch Schuldiener noch den *Cuſtodem* beſoldet/ Ihr auch euerm Bericht nach/ von bemeldten Regiſtern keine Nachrichtung ſonſten befindet; So werden dieſelben nach gebührlicher Vergleichung und Abtrag bey der Kirchen billich behalten/ und ſo viel müglich ergäntzet/ dem Rath aber hievon beglaubte Abſchrifften auf ihr Begehren erfolget. Auf euere andere Frage ſprechen wir für Recht/ daß um angezogener Urſachen willen benannte Kirchen-Regiſter hinfüro billich von euch und euern *Succeſſorn* fleißig gehalten/ bey der Kirche verwahret/ und daraus dem Rath auf begebende Fälle *extract* billich gegeben werden/ V. R. W.)

Et † *ad requiſitionem Senatus Wurcenſis die 23. Junii, An. 1619.* (*Verba Sententiæ:* Ob 14
wol vermöge der Churfl. S. *publicir*ten Kirchen-Ordnung die Verzeichniß und Regiſter der neugetaufften Kinder ſammt ihrer Eltern und Paten Namen/ auf welchen Tag ſie getaufft/ deßgleichen der neuen Eheleute Namen/ auf welchen Tag ſie getrauet und Hochzeit gehalten/ und denn der Verſtorbenen/ welchen Tag ſie begraben worden/ von einem ieden Superintendenten oder Pfarrer in ſeiner Kirchen gehalten/ auch nach ihrem Todesfall oder Abzug von der Kirchen nicht entwendet/ ſondern dabey gelaſſen werden ſollen. Wiewol auch euerm ſelbſt Anziehen nach die Superintendenten bey euch ihre ſonderbare Regiſter bishero derentwegen für ſich gehalten/ und dahero *in petitorio* und *poſſeſſorio* wohl *fundi*ret ſeyn. Dafern aber dennoch bey euch über funffzig Jahr herbracht/ daß ihr mit des voriger Superintendenten Wiſſenſchafft/ aus ihren Tauff-Hochzeit- und Sterbe-Regiſtern durch den *Cuſtodem* um ein gewiſſes Jahr-Geld/ deren eigene Bücher ſchreiben laſſen/ welche nicht allein ihr in vorfallenden Raths-Sachen gebrauchet/ ſondern auch die vorige Superintendenten ſelbſt offtmals erborget/ und hinwieder zugeſtellet/ und daran niemals keinen Einhalt gethan/ alles nach mehrerm Inhalt euerer Frage; So iſt euch auch die dem itzigen Superintendenten auf ſein Begehren abgefolgte drey Büchere von ihme wieder abzufordern/ und euch derſelben ungefährlicher Weiſe zu gebrauchen unbenommen; Es iſt auch der Superintendens euch ſolche ferner vorzuhalten/ oder in künfftigem Ausſchreiben/ wann es mit ſeinem Vorwiſſen durch den *Cuſtodem* eines Inhalts geſchicht/ und hierunter nichts gefährliches verübet wird/ einigen Inhalt zu thun nicht befugt/ V. R. W.)

DEFI-

Definit. CCCXVI.

Quotannis à Curatoribus Eccleſiæ ſeu Præfectis ærarii Eccleſiaſtici redditio eſt exigenda, cui non ſolus Collator ſive Patronus, ſed etiam Paſtor ac Superintendens cujusque diœceſeos interſit, neceſſe eſt.

S U M M A R I A.

1. *Quilibet rei alienæ adminiſtrator ad rationem eſt obſtrictus.*
2. *Ergo & Curatores Eccleſiæ. n. 7.*
3. *Ex ſanctione etiam Imperatoriâ & Imperii.*
4. *Nec non ex lege provinciali in Electoratu Saxon. n. 5.*
6. *Tutores rationes reddere tenentur.*
8. *Finis rationum redditionis conſiſtit in reſtitutione reliquorum.*
9. *Requiritur præſentia Patroni & Magiſtratus in exactione rationum.*
10. *Pauperi Patrono Eccleſia ſubminiſtrat alimenta.*
11. *Paſtores quoque & Superintendentes rationum redditioni interſint.*
12. *Rationes redituum eccleſiaſticorum ſpectant ad jura Epiſcopalia.*
13. *Inſpectio ſuper reditibus eccleſiaſticis competit Parocho.*
14. *Adducitur ſanctio Electoralis hac de re, num. 15.*
16. *Rationes redduntur toti Eccleſiæ.*
17. *Clerus pro membro Eccleſiæ habetur.*
18. *Reſcriptum Electorale.*
19. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 20.*

1 QUilibet rei alienæ adminiſtrator, ſive ſit neceſſarius, ſive voluntarius, à lege, judice vel homine conſtitutus, rationem ſuæ villicationis ſeu geſtionis reddere obſtrictus eſt, Jodoc. Damhouder. *in patrocin. pupillor. tit. de tutor. & curat. fol. 66. n. 14.*
2 Quo † prætextu igitur hoc onere ſe poſſent eximere Curatores Eccleſiæ, quos ad rationum redditionem quotannis manifeſta etiam ſanctio Imperatoria & Electoralis adſtringit. *in* † *Reformat. polit. de Anno 1548.*
3 *ſub tit.* von den *pupill*en und minderjährigen. §. Und dieweil mit den Kirchen-Leuten / Gefällen und Gütern. *in verb.* die Kirchen-Pflegere und Vorſtehere mit Eyden und Gelübden zu beladen / der Kirchen getreulich vorzuſtehen / und jährliche Rechnung zu thun. † *Et Ordin. Eccleſ. Sa-*
4 *xon. in art. general. 35. in pr. verb.* Die alles Einkommens und Ausgebens richtige Regiſter halten / und daſſelbe auch jährlich verrechnen. *Et* §. Es ſol von den Amtleuten. *verſ.* berührte Kirchen-Rechnung jährlich und richtig gehalten werden. † Quod & verbis clarioribus repetitum le-
5 gitur *in Decreto Synodali de Anno 1624.* Damit nun aber auch dißfals. *verb.* die Rechnung auch nicht in zwey / drey / vier oder mehr Jahren / ſondern jährlich gehalten werden. Nimirum Curatores Eccleſiæ non modo æquiparantur tutoribus pupillorum, ſed & æquabili cenſentur jure ac conditio-
6 ne, quos † extra dubium ad rationum redditionem novimus obſtrictos, *l. 1. §. officio. 3. ff. de tutel. & ration. diſtr.* ubi Bald. *n. 2.* Carol. Molinæus *in conſuet. Pariſienſ. tit. 1. §. 9. gloſſ. 6. in verb. rendre compte. n. 16.* Franc. Vivius *deciſ. 400. n. 1. v. imò generaliter quilibet etiam.* Munoz de Eſcobar *de ratiocin. cap. 3. n. 31.* Oldendorp. *in tract. de execut. ult. volunt. tit. 8. & ult. n. 1. ſeqq.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. cent. 3. Caſ. 209. in pr.* Modeſt. Piſtor. *vol. 2. Conſil. 8. n. 4. & 22.* Horat. Mandoſa *in addit. ad Ludov. Roman. Conſil. 350. n. 1.* Natta *lib. 2. conſil. 114. num. 7.*

† Non ergò detrectare poterunt Curato- 7
res Eccleſiæ rationum redditionem, cui ſemper annexa eſt reſtitutio reliquorum, Dec. *lib. 4. conſil. 84. n. 21. verſ. quia dico, quod eo ipſo & lib. 5. conſil. 42. n. 11. verſ. & in tali redditione rationis &c.* quippe † quia ra- 8
tionis redditio fit & ordinatur ad ſolam reliquorum reſtitutionem, Natta *dict. lib. 2. verſ. 338. n. 8. verſ. & videmus in ſimili.* ex quo non poteſt non multum intereſſe Eccleſiæ, rationes exactè reddi, quem in finem etiam † Collatoris ac Magiſtratus præſentia 9
requiritur. Nec immeritò, quia è re eſt Patroni ſarta tectaque manere bona ſacra ac reditus Eccleſiæ, *cap. nobis. 25. extr. de jur. patron. can. filiis. 16. quæſt. 7.* quod ſi enim ad paupertatem Patronum redigi contingeret, † ab Eccleſia temporalia vitæ ſuffragia ei 10
debent ſuppeditari, *Can. contra ſanctorum. 29. dict. cauſ. 16. quæſt. 7. cap. nobis. 25. in fin. extr. de jur. patronat.* Roch. de Curte *rubr. de util. jur. patronat. n. 1.* Paul. de Citadin. *part. 6. art. 4. n. 1 & ſeqq.* Schönberg. *de advocat. armat. cap. 10. n. 324.* quod ſanè fieri non poſſet, ſi ex adminiſtratione illi-

citâ

citâ ad inopiam vergeret Eccleſia, ut certè multum interſit Patronorum, rationum redditionibus intendere; quod jus quandoque in tantum ſibi arrogant, ut Paſtorem ac Superintendentem prorſus excludere præſumant, 11 † qui tamen unà cum ipſis rationum redditioni intereſſe debent, Joh. Gerhard. *de miniſtr. eccleſiaſt. §. 114. pag. 188.* Sigism. Finckelth. *de jur. patronat. cap. 2. num. 45.*

12 (1.) † Ex quo enim rationes eccleſiaſticorum redituum ad jus Epiſcopale, non ad jus patronatûs pertinent, Gerhard. & Finckelth. *dict. locis*, ad earum utique exactionem Superintendens omninò admitti debet, ut qui vices ac locum Epiſcopi ſuſtinet, à Conſiſtorio eccleſiaſtico ad hoc conſtitutus.

13 (2.) † Diximus etiam *ſupra Defin. 313.* Paſtoribus competere inſpectionem ſuper adminiſtratione redituum & ærarii eccleſiaſtici. Quomodo ergò à rationum exactione poterunt excludi, quippe quæ inſpectionem potiſſimum requirit & ex qua de culpa ac negligentia Præfectorum ærarii conſtare poteſt.

14 (3.) † Verbis ideoque expreſſis in præſentia Paſtoris ac Superintendentis rationes reddere juſſit Præfectos ærarii ſeu Curatores Eccleſiæ Sereniſſimus Saxo *in Ordinat. Eccleſiaſt. dict. art. 35. in pr. verb.* Und daſſelbe auch jährlich vor ihrem Erb-Herrn/Pfarrer/ꝛc. berechnen. *& dict.* §. Und es ſol von den Amtleuten. *verb.* Nebſt dem Erb-Herrn/Superintendenten und Pfarrern berührte Kirchen-Rechnung gehalten werden. † Ut & *in Decreto Synodali de* 15 *Anno 1624. dict.* §. Damit nun aber auch ꝛc. *in verb.* Die Rechnung auch mit Zuziehung des Pfarrers und iedes Orts Superintendentens gehalten werden.

(4.) † Rationes reddi debent toti Eccleſiæ, 16 cujus bona fuerunt adminiſtrata, *dict. art. 35. Ordin. Eccleſiaſt. in pr.* Vel ex hoc ipſo igitur fas haut erit Magiſtratui & Patrono Parochos & Superintendentes ab hoc actu excludere; quia non ſolum Magiſtratus Eccleſiam conſtituit, † ſed & Clero ac Presbyte- 17 ris ea conſtat. Erneſt. Cothman. *Reſponſ. Academ. 42. n. 42.* Frider. Balduin. *de caſib. conſc. lib. 4. cap. 5. caſ. 3.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 6. n. 15.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Conſiſtorio Lipſienſi die 20. Julii An. 1636. (Verba Reſcripti:* 18 Uns iſt euer unterthänigſter Bericht wegen *G. E.* von *K.* zu *S.* und daß er ſich verweigert den Superintendenten zu *W.* bey der Kirch-Rechnung zu haben/ gebührlich vorgetragen worden. Wann wir dann von *caſſi*rung des Synodaliſchen *General-Decrets*, ſo Anno 1628. auf dem Land-Tage geſchehen ſeyn ſolle/ nichts wiſſen/ die alte Kirchen-Ordnung auch klärlich vermag/ daß die Kirchen-Rechnungen nicht nur in Beyſeyn der *Collatorn*, ſondern auch der Pfarrer/ und iedes Orts Superintendenten gehalten werden ſollen; So laſſen wir es auch dabey nochmals allerdings verbleiben/ hiermit begehrend/ Ihr wollet *G. E.* von *K.* den bishero begangenen Ungehorſam verweiſen/ und ihme bey einer namhafften Strafe auferlegen/ hinfüro den Superintendenten an Beywohnung der Kirchen-Rechnung nicht zu hindern/ ihme auch die 110. fl. die er der Kirchen ſchuldig iſt/ entweder abtragen oder genugſam verſichern laſſen/ꝛc.)

Nec non † *Conſiſtorium Supremum M. I. F. Paſtori M. die 23. Febr. Anno 1608. (Verba Reſcri-* 19 *pti:* Welcher Geſtalt bey uns der Schöſſer zu *M.* ſich über euch beklagende beſchweren und bitten thut/ das habt ihr aus dem Inſchluß mit mehrern zu vernehmen. Wann dann vermöge der Kirchen-Ordnung die *Paſtores* den Kirchen-Rechnungen nebenſt denen Gerichts-Herren beyzuwohnen ſchuldig; Als iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren an euch/ ihr wollet euch derſelben auch gemäß bezeigen/ und ſolchen Kirchen-Rechnungen/ wann ſie in der Stadt *M.* oder denen darzu gehörigen *Filial*en gehalten werden/ iedesmal in der Perſon beywohnen/ hättet ihr aber eurer Verweigerung erhebliche Urſachen und Bedencken/ uns ſolches/ nebenſt Zurückſendung der Inlage hinwieder förderlichſt zu erkennen geben/ꝛc.)

Et † *Superintendenti ac Præfecto Haynenſi die 21. Martii, Anno 1614. (Verba Reſcripti:* So 20 viel die vom Pfarrer geſuchte Gebühr anreichet/ wollet ihr ihn bey dem Herkommen ſchützen/ oder da es nöthig/ die Eingepfarrten darüber vernehmen/ und billige Anordnung thun/ hinfüro auch die Kirchen-Rechnung in Gegenwart des Pfarrers halten laſſen/ꝛc.)

DEFINIT. CCCXVII.

Super rationibus à Præfectis ærarii vel Curatoribus Eccleſiæ redditis parochiani etiam ſunt audiendi, priusquam ſubſcriptione & quietatione Superintendentis adminiſtratores liberentur.

SUMMARIA.

1. *Paſtor & Superintendens inſpectionem habent ſuper adminiſtratione ærarii eccleſiaſtici.*
2. *Parochiani ſuper rationibus eccleſiaſticis audiendi.*
3. *Quibus ex cauſis & rationibus? n. 5.*
4. *In ſubſidium parochiani contribuunt ad expenſas in Eccleſia neceſſarias.*
5. *Adducitur Sanctio Electoralis hac de re.*
7. *Rationes toti Eccleſiæ reddendæ.*
8. *Eccleſia triplici ex ſtatu conſtat.*
9. *Quorum uno omiſſo rationes Eccleſiæ redditas eſſe, aſſeverari nequit.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

NEquaquam ergo ab exactione rationum eccleſiaſticarum excludi debet
1 Paſtor & Superintendens, † quippe qui inſpectionem habent ſuper adminiſtratione redituum eccleſiaſticorum, quin & ſubſcriptione ſuâ & apocha de fideli Præfectorum ærarii adminiſtratione teſtantur, eosque liberant ac ſecuros reddunt nomine Eccleſiæ. Priusquam vero id faciant,
2 † parochiani quoque vel ipſimet omnes, vel per certas ad hoc deputatas perſonas ſuper rationibus redditis, num forſan in iis quicquam deſiderent, ſunt interrogandi
3 & audiendi. Idque (1.) † propter ipſorum intereſſe; quod ſi enim ærarium ſumtus & expenſas in Eccleſia neceſſarias de reditibus
4 ſuppeditare & erogare nequeat † onus hoc tandem parochianis in ſubſidium accreſcit, ut contribuant conjunctim, proportionaliter tamen pro ratione ſuarum facultatum, Marta *in tract. de jurisdict. part. 2. cap. 48. n. 10 per tot.* Borell. *conſil. 2. n. 2.* Paul. Chri-
5 ſtin. *deciſ. Belgic. 28. per tot.* † quò ergò gravamine hoc ſe liberent parochiani, invidendum ipſis non eſt, quin & inſpectio rationum redditarum permittenda, ut ſi fortè in iis quid deſiderandum exiſtiment, id proferant, & futuris incommodis occurant. (2.)
† Quod & Sereniſſimus Saxo admonendum 6
duxit verbis ſat claris *in Ordinat. eccleſiaſt. art. gener. 35. §.* Und es ſol. *ibi:* von Amtleuten / Lehn-Herren neben den Erb-Herren / Superintendenten / Pfarrern und Gemeinen auf den Dörffern berührte Kirchen-Rechnung jährlich und richtig
gehalten werden. (3.) Cumque † Eccleſiæ 7
rationes reddi debeant, ut diximus *Def. præced. circa fin.* non certè parochiani ab hiſce uſque adeò removeri poſſunt, quo minus ſaltem deſuper audiantur, ipſorumque intereſſe attendatur, cum ipſi pro membro Eccle-
ſiæ habeantur. † Eccleſia quippe ex tripli- 8
ci ſtatu conſtat: Eccleſiaſtico, ſub quo Paſtores: Politico, ſub quo quivis de populo continentur, Frider Balduin. *de caſib. conſc. lib. 4. cap. 5. caſ. 3.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 2. claſſ. 1. cap. 6. numer. 15.* Johan. Gerhard. *in loco de miniſt. Eccleſiaſt. ſect. 7. in pr.* † omiſſo itaque 9
unico ſaltem Eccleſiæ membro, rationes ipſi redditas fuiſſe verè aſſeverari nequit.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Præfecto Sangerbuſanis die 30. Sept. A.* 10
1625. (Verba Reſcripti: Uns iſt euer unterthänigſter Bericht in Sachen Georgen von G. und den Rath zu Schönwerda betreffend / gebührlichen vorgetragen worden. Wann wir denn daraus vernommen / daß gedachter Rath wegen des von G. Suchen / ſo wol *in puncto juris patronatûs* als der Kirchen-Rechnung / das in unſerm *Appellation*-Gericht geſprochene und Krafft Rechtens ergriffene Urtheil anziehet / darneben des von G. Vorgeben wegen des *Filials* E. widerſprechen thut; So laſſen wir es dabey / bis der von G. ein anders auffühet / verbleiben / und ihr werdet beyde Theil darauf beſcheiden / Ihr der *Superintendens* aber vermöge unſerer *publicir*ten Kirchen-Ordnung keine Kirchen-Rechnung in eurer *inſpection approbi*ren und unterſchreiben / darüber nicht vorhero die Eingepfarrten ingeſamt / oder iedes Orts Ausſchuß mit ihrer Nothdurfft gehört worden / damit ſie hernach mit unziemlichen *contributione*n und Anlagen nicht beſchweret werden dürffen / &c.)

DEFI-

DEFINIT. CCCXIIX.

Providi ſint Curatores ſeu Præfecti ærarii in exigendis Eccleſiæ nominibus ejusque pecuniâ elocandâ, nec ſine conſenſu Patroni & Paſtoris novum contrahant nomen.

SUMMARIA.

1. *Difficile rationes reddere ſecundùm Anchoranum.*
2. *Sed longè difficilius ita adminiſtrare, ut facilis ſit rationum redditio.*
3. *Periculum haut leve verſatur in exigendis Eccleſiæ nominibus.*
4. *Tenentur Curatores ærarii eccleſiaſtici de latâ & levi culpâ.*
5. *Non ergo differant exactionem nominum eccleſiaſticorum.*
6. *Ad quam ex ſanctione Electorali ſunt obſtricti. n. 7.*
8. *Non minus periclitantur Curatores ærarii in elocandâ Eccleſiæ pecuniâ.*
9. *Quænam requiratur diligentia à Præfectis ærarii?*
10. *Tutores pecuniam pupillarem elocare tenentur.*
11. *Iti & Curatores ac Præfecti Eccleſiæ pecuniam ejus. n. 12. 13.*
14. *Per elocationem pecunia eccleſiæ alienatur.*
15. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
16. *Ejusdem Reſcriptum.*

1 Difficile admodum eſſe rationes reddere, ſcripſit poſt Anchoran. *conſil. 331.* Socinus ſenior, *lib. 2. conſil. 159.* ſed longè difficilius, reditus adminiſtrare ac diſponere, non male forſan quis
2 dixerit, cùm † ex adminiſtratione profluat rationum redditio, & qualis illa fuit, talis hæc efficiatur: ne ergò vitium primæ concoctionis circa adminiſtrationem rerum ac facultatum eccleſiaſticarum contrahatur, omnibus modis providendum, quo ipſo non parum juvabitur rationum exactio. Imprimis vero adminiſtrationis † periculum ver-
3 ſatur in exigendis Eccleſiæ nominibus, in quo ſi negligentes reperiantur Præfecti ſeu Curatores ærarii eccleſiaſtici, à reſtitutione damni vix immunes erunt, quippe qui non
4 modò de dolo ſed & † de latâ ac levi culpa tenentur, ad inſtar tutorum, quo nomine & ipſi comprehenduntur, *l. contractus.* ubi Decius *n. 37. ff. de Reg. jur. l. quicquid. C. arbitr. tutel. l. tutori. C. de negot. geſt. l. 3. §. tutores. ff. de ſuſpect. tutor. l. tutor. qui repertorium. §. competit. ff. de adminiſtr. tutor.* Bartol. *in l. quod Nerva. in decimâ quæſt. ff. depoſit.* Carol. Ruin. *lib. 4. conſil. 70. n. 3.*

5 † Nequaquam ergò differant Curatores Eccleſiæ exactionem nominum, ſed quovis modo compellant debitores ad exolvendum, ne ſi uſuræ nimium creſcant, difficile fiat eas obtinere, nedum ipſam exigere ſortem, quam nec debitores absque inſigni jactura & da-
6 mno rei familiaris præſtare poterunt, † veluti benè advertit Sereniſſimus Saxoniæ Elector, ac propterea omnem dilationem denegavit *in Ordin. Eccleſ. art. gen. 35. §.* Sie ſollen auch. *in verb:* Sondern mit dem Einmahnen der Schulden und *Retardaten* ſich fleißig und unverdroſſen erzeigen/ und nicht ſcheuen/ ob ſie derhalben iemands Ungunſt auf ſich laden möchten/ dann den Schuldigern ſelbſt damit gedienet wird/ſo ſie jährlich gemahnet / und zur Bezahlung gedrungen werden/welche hernach die unermahnte Zinſen / die auf eine groſſe Summa gewachſen/ gleichwol mit ihrem und der Erben groſſen Schaden ablegen müſſen. † idemque repetiit *in Decreto* 7
Synodal. de An. 1624. §. Damit nun aber. *in verb.* Auch die Leute zu Erlegung der *Retardaten* und fälligen Zinſen durch ſchleunige Zwangsmittel angehalten werden.

Sed nec minus periclitantur Curatores Eccleſiæ in elocanda ejus pecunia, quam † mu- 8
tuò dederint iis, qui ſolvendo haut ſunt, non poſſunt non culpam & periculum incurrere, ut conſultius forſan ſibi exiſtimaverint, in ærario pecuniam paratam conſervare: quò ipſo tamen reditus & facultates Eccleſiæ parum augebunt & amplificabunt,
† quod ipſis facere incumbit, quia eandem te- 9
nentur præſtare diligentiam, quàm quilibet bonus paterfamilias in adminiſtratione ſuorum bonorum adhibere adſolet, *arg. l. 1. in pr. ff. de tutel. & rat. diſtrah.* Paul. Montan. *de jur. tutel. ac curatel. c. 32. Reg. 9. n. 1.*
Quemadmodum † ergò tutores ex hoc ipſo 10
fundamento pecuniam pupillarem vel in prædiorum emtionem elocare, vel licito fœnori & lucro exponere ſunt obligati, *l. tutor, qui repertorium. §. Si poſt depoſitionem. l. 13. §. 1. 15. de adminiſtr. tutor.* ita & Curatores ærarii eccleſiaſtici, ex rationis identitate ad parilem adminiſtrationem ſe obſtrictos noſcant. Quâ in re tamen omne periculum evi-
tabunt, ſi conſenſu † Magiſtratus, Paſtoris ac 11
Superintendentis autoritate mutuum contraxerint, nec enim tum quicquam culpæ eis imputari poteſt, ut qui ſtrictè obſervaverint
ſanctionem Electoralem ſibi præſcriptam † *in* 12
Ord. eccl. dict. art. gener. 35. §. Wo in einigen Gotteskaſten ſo viel vorhanden und ü-

brig/ daß Armen um landläufftigen gebührlichen Zinß damit zu dienen/auch der Kirchen Nutz zu ſchaffen müglich/ ſollen ſie das mit Vorwiſſen iedes Orts Obrigkeit/ ſonderlich der Superintendenten in Städten und in Dörffern / der Erb-und Lehn-Herren/auch des Pfarrers/ rechtmäßiger
13 Weiſe zu thun Macht haben. † *Et rurſus* §. Es ſol auch kein Vorſteher allein ohne des Erb-und Lehn-Herrn und der andern seiner mitverordneten Verwaltern erſuchten Rath und Bewilligung ichtwas ausgeben/ausleihen oder zuſagen. † Nec mirum 14 cuiquam videbitur, Magiſtratus conſenſum ad hoc requiri, poſtquam per elocationem pecunia Eccleſiæ alienatur, & in alium transfertur; Jam verò alienationem bonorum eccleſiaſticorum abſque conſenſu & autoritate Superiorum ſuſceptam haut ſubſiſtere, diximus *ſupra Defin. 300.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem David R.* zu *S. die 22. Octobr. Anno 1613.* 15 (*Verba Sententiæ:* Seyd ihr vor etlichen Jahren zum Kirch-Vater daſelbſten angenommen und beſtellet worden/darauf ihr euch auch ſelbiges Amts unterfangen und der Kirchen Einkommen *adminiſtriret*; Als nun einer unter der Gemeinde/ſo der Kirchen allbereit mit 75. Gülden verhafftet geweſen/ mehrern Geldes vonnöthen gehabt/ und euch darum erſuchet/ habt ihr ihm von den Kirchengeldern noch 25. Gülden vorgeſetzet/ daß er alſo 100. Gülden ingeſamt ſchuldig worden. Er iſt aber in Abnehmen ſeiner Nahrung gerathen / deßwegen die Erſtattung bey euch geſuchet werden wil. Ob ihr nun wol dawider vorwendet/ daß euch obgelegen/ die Kirchengelder derſelben zum beſten auszuleihen: Dieweil aber gleichwol mit dem *debitorn* es dieſe Beſchaffenheit gehabt/ daß er mit Abtragung der Zinſen ſäumig geweſen/ und ſeine Nahrung von Tage zu Tage abgenommen/ dahero euch gebührt/ vorige Schuld vielmehr von ihme einzubringen/ und deßwegen klagbar zu werden/ als ihme noch weiter von Kirchengeldern etwas vorzuſtrecken und die Schuld zu erhöhen. Ferner nicht zu befinden/ daß die Obrigkeit und der Pfarr darum einige Wiſſenſchafft gehabt/ deren Einwilligung ihr doch zur Ausleihung des Geldes einholen ſollen; So habt ihr euch auch der Zuſprüche wegen des entſtandenen Kirchenſchadens dißfalls nicht zu entbrechen/ V. R. W.)

Et † *Commiſſariis Electoralibus die 16. Sept. An. 1635.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern 16 eingeſchickten Bericht von wegen der 100. Gülden/womit George *G.* der Kirchen bey euch/und nebenſt ihme *Jacobi H.* Erben in Bürgſchafft verhafftet/ verleſen hören. Ob nun wol George *G.* die 100. fl. jährlichen mit 6. fl. abzulegen ſich erboten. Dieweil aber doch hierdurch der Kirchenkaſten allzuhoch verletzet würde; So iſt hiermit an ſtatt Sr. Churfl. Drl. unſer Begehren/ Ihr wollet ihme berührte 100. fl. zum Erbzinß ſtam̃ machen/ un̄ ſo lange er denſelben nicht ablegt/verzinſen laſſen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXIX.

Elocari debet pecunia ærarii Eccleſiaſtici ſub uſuris: moderatis tamen & licitis, non modum permiſſum excedentibus.

SUMMARIA.

1. *Num ſine peccato mortali uſuræ petantur?*
2. *Carolus Molinus à Fabro malus appellatur Theologus.*
3. *Uſuras petere ex pecuniâ mutuò datâ prohibitum non eſt. n. 4.*
5. *Ipſo tandem aſſentiente Fabro.*
6. *Nec diſſentit jus divinum.*
7. *Pecunia Eccleſiæ ſub uſuris elocari debet.*
8. *Modò uſuræ non exigantur illicitæ & immoderatæ.*
9. *Quænam tales ſint?*
10. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis.*
11. *Eccleſiæ æquiparantur pupillis & minoribus.*
12. *Tutores de pecunia pupillari jure exigunt* (*uſuras. n. 13.*
14. *Quod ſi non faciant, tenentur ad intereſſe.*
15. *Eccleſia petit uſuras non ut uſuras, ſed ut intereſſe. n. 20.*
16. *Differunt Uſuræ ac Intereſſe. n. 18.*
17. *Intereſſe debetur ultra alterum tantum.*
19. *Unà cum ſorte etiam in concurſu creditorum exſolvitur.*
21. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
22. *Ejuſdem Reſcriptum.*

NOn usquequaque expeditum videtur, an pecunia eccleſiaſtica lucro & fœnori exponi queat, poſtquam adeò religioſos ſe quidam venditant, † ut ſine peccato mortali uſuras haut 1 accipi exiſtiment, & Chriſtianos fame potiùs perire, quam ullas vel quantulaſcunque uſuras acceptare, cum quibusdam Pontificiis ſuperſtitiosè aſſerant; quam ob cauſam † Carolum Molineum aliud docentem 2 malum appellitat Theologum Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 24. defin. 2. n. 5.* ſed litem hanc non reaſſumemus, quam conſuetudine generali pariter & legibus Imperii jamdudum

dudum ſopitam ac deciſam novimus, ita ut
3 piaculum non ſit, † ex pecuniâ mutuò datâ moderatas lucrari uſuras, *Receſſ. imper. de An. 1500. 1539. 1548. 1577. ſub tit.* Von wucherlichen *Contracten*. *Receſſ. Wormat. de Anno 1586. Conſt. Elect. 30. in pr. part. 2. & Ordin. Torgenſ. de Anno 1583. tit.* Von Wucher und wucherlichen *Contracten*. In quam ſententiam
4 † quoque eunt JCti & Theologi præſtantiſſimi, modò ſemper charitatis proximo debitæ ratio habeatur, & pauperibus ac indigentibus pecunia absque fœnore mutuò detur. Martin. Chemn. *in loc. Philipp. commun.* B. Luther. *in libr. ſingul. de uſur. ad Paroch. tom. 7. Jenenſ. fol. 405. §.* Aber wie/ wenn der Fall käme/ *&c.* Joh. Gerhard. *de cad. 8. quæſt. polit. 1.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 1.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. & n. 35. ſeq.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 57.* Vent. de Valent. *in parthen. litigioſ. lib. 2. c. 11. n. 27.*
5 † Quin & ipſemet Anton. Fab. publicæ ſocietatis tuendæ gratiâ & propter redundantem in vitâ humanâ perverſitatem uſuras benè tolerari admittit, *dict. defin. 2. in fin. & de*
6 *error. pragmatic. decad. 10. err. 1.* † Nec etiam jure divino uſuræ prohibitæ cenſentur, ſi æquitate & honeſtate nitantur, *Exod. 22. v. 25. Levit. 25. v. 37. Deut. 23. v. 19. Luc. 6. v. 34.*

7 Non ergo eſt † ut Eccleſiæ invideamus uſuras, cujus bona & reditus augeri & amplificari ipſa pietas ſuadet, ne dignitas Miniſterii ob paupertatem vileſcat, *Clement. in pleriſque de elect. & elect. poteſt.* Petr. Martyr. *in lib. 2. Reg. c. 5. v. 15. & 16.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3 claſſ. 1. c. 8.*
8 *n. 4.* modò in uſuris licitis ſubſiſtat, † quas vulgò quincunces conſtituunt, easque probatas legimus *in prædictis Receſſ. Imp. & Ord. Torgenſ.* nempe quia uſuræ quincunces meliorum fundorum reditibus correſpondere cenſentur, ac viceſimo anno ſortem æquant, Anton. Fab. *dict. defin. 2. n. 4.* Cum verò in ærario Electorali publico ſextus addatur florenus, quem conſuetudo ferè generalis ap-
9 probavit, † non certè favor Eccleſiæ admittit, ut hunc ipſi denegemus, ne, dum collectæ nomine ſextus ille florenus Magiſtratui ſolvitur, *ex Receſſ. provin. in Elect. Saxon. de An. 1628.* privilegio exemtionis ac prærogativa per indirectum Eccleſiæ defraudetur. Licitè ergò pecunia Eccleſiæ ſub uſuris honeſtis
10 ac moderatis elocatur. † Quod & ſatis dilucidè apparet (1.) *ex Ordin. eccleſ. Elect. Sax. art. gen. 35. §.* Wie in einigen Gotteskaſten *&c. in verb.* daß Armen um landläufftigen gebührlichen Zinß damit zu dienen / auch der Kirchen Nutz zu ſchaffen müglich / ſollen ſie das rechtmäßiger Weiſe zu thun Macht haben. *Et Decreto Synodali de Anno 1624. §.* Alſo wollen wir auch / daß die werbenden Hauptſtämme künfftig mit gewöhnlichen Zinſen verzinſet werden.

(2.) Poſtquam † etiam Curatores ærarii 11
eccleſiaſtici tutoribus pupillorum æquiparantur, & Eccleſia horum jure gaudet, *cap. 1. extr. de in integr. reſtit.* Gloſſ. *in l. reſpublica. verb. ſolet. v. Sic & in eccleſia.* Hartm. Piſtor. *obſervat. 68. n. 5.* vix ſine culpâ negligi poſſunt uſuræ ex pecuniâ eccleſiaſticâ, quas jure exigunt tutores de pecuniâ pupillari, *l. tutor. qui repertorium. 7. §. ſi poſt depoſitionem. l. 13. §. 1. l. 15. ff. de adminiſtrat. tutor.* Etſi † enim 12
authenticorum jure reſtrictum id legitur ad caſum ſpecialem, quo nempe negotiorum pupilli adminiſtratio, ejusque vitæ tuendæ ratio hoc neceſſariò exigit, *Novell. 72. cap. 6. in fin. Auth. noviſſimè. C. de adminiſtr. tut. & curator.* attamen † abrogatâ propemodum 13
Novellarum ſanctione, veterique jure in uſum rurſus revocato, vel conſuetudine ſaltem hodie obtinuit, ut tutores licito lucro & fœnori ſecundùm morem Regionis pecuniam pupillarem exponere, vel in emtionem prædiorum collocare teneantur, ne, † ſi hoc 14
facere neglexerint, ad intereſſe ſint obſtricti pupillis, Bartol. *in dict. l. tutor. qui repertorium. §. ſi poſt. & §. ult. ff. de adminiſtr. tutor.* Salycet. *in dict. auth. noviſſimè. n. 2. in fin.* Didac. Covarruv. *libr. 3. variar. reſolut. cap. 2. n. 1.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 26. n. 6.* Erneſt. Cothman. *vol. 4. Reſponſ. 9. n. 69.* Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſt. 39. num. 24.* Matth. Stephan. *ad dict. Novell. 72. n. 29.*

(3.) † Nec quicquam iniquitatis tandem 15
imputari poteſt Eccleſiæ uſuras petenti, quippe quod eas non ut uſuras ſed tanquam intereſſe exigere præſumatur. Panormitan. *in cap. conqueſt. 8. extr. de uſur.* Petr. Heig. *dict. quæſt. 1. n. 141.* Quam † multum verò dif- 16
ferant uſuræ & intereſſe, apparet ex traditis à me *Reſponſ. Electoral. 50. libr. 4.* licèt multi diſcrimen inter uſuras & intereſſe ſublatum exiſtiment, Chriſt. ab Hagen. *de uſurar. cap. 1. n. 163.* Cothm. *vol. 2. Reſponſ. 52. n. 261.* Sigiſm. Finckelth. *obſervat. 40. n. 12. & 16.* quorum errorem notavimus *dict. Reſp. 50.* Ac longè favorabilius haberi intereſſe uſuris, † vel inde conſtat, quod currat etiam 17
ultra alterum tantum, *l. non utique. 3. § 8. ff. de eo quod certo loco.* licet aliter res ſeſe habeat in uſuris, *l. ſi non ſortem. 26. §. 1. ff. de condict. indeb. l. nihil intereſt. 4. §. pro operis. 1. ff. de naut. fœn. l. uſuræ. 10. l. de uſuris. 27. §. 1. C. de uſur.* Surd. *lib. 3. conſil. 302. n. 1. & ſeq.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 25. n. 29. & ſeq.* Quò & facit † quod in 18
foro Saxonico uſuræ ex mutuo in concurſu creditorum non debeantur priusquam

 reli-

reliquis creditoribus, etiam chirographariis de ſorte fuerit ſatisfactum, *Ordin. Torgenſ. de An. 1583. Sub Rubr.* Von Wucher und wucherlichen *Contract*en. §. iedoch wann eines Schuldners. *Ordin. proceſſ. judiciar. tit. 50.* §. Es iſt aber auch hierbey. *verſ.* Der Zinſen aber. Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 28. part. 1. n. 64.* Matth. Berlich. *part. 1. concluſ. 66. n. 9.* Matth. Coler. *de proceſſ.*

execut. part. 1. cap. 10. n. 112. & ſeqq. † In- 19
tereſſe verò eâ gaudet prærogativâ, ut pro ratione juris prioritatis unà cum ſorte principali cuique aſſignetur creditori, prout demonſtratum dedimus *Reſponſ. Elect. 51. lib.*
4. ex quo fit, † ut Eccleſiæ ſemper unà cum 20
ſorte exſolvantur uſuræ, nempe ceu intereſſe, quod ſolum petere præſumitur, quâ de re latiùs *in Reſponſ. Elect. 46. lib. 4.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitum Auguſti C.* zu *R. die 21. Sept. Anno 1609.* (*Verba* 21
Sententiæ: Habt ihr etliche Kirchen-Gelder auf euerm Hauſe ſtehen/welche noch von euerm Käuffer herrühren/ihr aber ſolche um Verzinſung darauf behalten; Ob nun wol itzo ein ziemlicher hoher Zinß/als 8. von 100. von den Kirch-Vätern euch angemuthet werden wil/dieweil aber daſſelbe in Rechten verboten/ und nicht zuläßlich/ die Kirche auch deßwegen vor andern nicht *privilegiret*; So bleibet ihr damit billich verſchonet/und wenn ihr der Kirchen den gewöhnlichen Zinß erleget/ laſſen ſich die Kirch-Väter daran billich begnügen/ V. R. W.)

Et † *Superintendenti Annæbergenſi, nec non Capitaneo & Quæſtori Schwartzbergenſibus die* 22
22. Febr. Anno 1624. (*Verba Reſcripti:* Was an uns etliche Bürger zu Schwartzenberg / ſo der Kirchen daſelbſt mit Schulden verhafftet/wegen Erhöhung des *intereſſe* mit 7. fl. *ſupplicando* gelangen laſſen/das habt ihr aus dem Inſchluß zu vernehmen/ wann dann ſolche Erhöhung nicht ländlich / und den Rechten zuwider; Als iſt hierauf an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren/ ihr wollet die Leute damit verſchonen/ und die Verordnung thun/ daß die Kirchen-Gelder von den Leuten jährlich mit 6. fl. verzinſet werden/ 2c.)

DEFINIT. CCCXX.

Annuorum redituum nomine Eccleſia ultra quincunces à venditore exigere nil valet.

SUMMARIA.

1. *Eccleſia non petere valet uſuras illicitas & immoderatas.*
2. *Nec reditus annuos ultra quincunces.*
3. *Pacta debent à Prætore ſervari.*
4. *Cur Eccleſia majores annuos reditus exigere haut poſſit? n. 6.*
5. *Contra naturam & qualitatem annuorum redituum id eſſet.*
7. *Contractus quincunces excedens pro uſurario habetur.*
8. *Exceptio uſurariæ pravitatis inſtrumento etiam guarentigiato opponitur.*
9. *Annui reditus ad legitimum uſurarum modum reducendi.*
10. *Merx vendita nullum admittit augmentum. n. 11.*
12. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Eccleſia quia eſt cultrix juſtitiæ, ac proinde nec in ſe, nec in alterum quicquam patitur fieri contra juſtitiam, *cap. 1. verſ. etſi clientulus, de alienat. feudi, in uſib. feud.* uſuras illicitas & immoderatas à debitoribus ſuis petere haut valet,
2 *Defin. præced.* At nec † ultra quincunces ex
reditibus annuis, ſi quos emerit; quod eò magis verum, ſi contractus & conventio reditus exprimat, ſtandum enim tunc eſt conventione, nec ab eâ recedendum, *l. 2. C. de pact. int. emt. & vendit.* quia ex † prætoriâ
3 æquitate pacta omnia & promiſſa ſunt ſervanda. *l. 1. l. juris gentium. 7. §. ait Prætor. 7. ff. de pact. l. 1. ff. de conſt. pecun.* Jul. Clar. *lib. 3. ſent. §. teſtamentum. quæſt. 43. n. 3.*
4 † Sed etſi expreſsè de hoc dictum nil ſit,
haut tamen Eccleſiæ fas eſt majores exigere reditus annuos: (1.) Siquidem horum natura non patitur, † ut quicquam ultra quin- 5
cunces ſolvatur, prout apparet ex *Reformat. polit. Auguſt. de Anno 1548. ſub tit.* Von wucherlichen *Contract*en. §. Und nachdem die Wiederkauffsgülden. *verſ.* So ſollen mit 100. Gülden Hauptgelder nicht mehr denn 5. Güld. jährlicher Gülden/ wie gebräuchlichen/ gekaufft werden / 2c. Hart. Piſt. *obſervat. 66. n. 1.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 7. n. 15.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 19. n. 6.* Non ergò † contrahentes ſalvâ contra- 6
ctus ſubſtantiâ quantitatem redituum augere valent, quin potiùs ſanctioni prædictæ imperiali conformes cenſentur. (2.) † Cæ- 7
teroquin contractus ille pro uſurario haberetur,

tur, *dict.* §. Und nachdem die Wiederkauffs-Gelder/ und was drüber gegeben/ genommen oder gehandelt / wollen wir/ daß daſſelbe für wucherlich und unkräfftig geachtet/gehalten und erkennet werden ſol. Nequaquam verò præſumenda eſt de Eccleſiâ uſuraria pravitas, quin etſi commiſſa fuiſſet,
8 † jure etiam contra inſtrumentum gvarentigiatum Eccleſiæ opponeretur, *Ordin. Torgenſ. de An. 1583. ſub tit.* Von wucherlichen *Contracten*. §. Es träat ſich auch ꝛc. §. Da aber demnach. & §. Darneben ꝛc. ex quo fit, ut ſi majores reditus fuerint promiſſi, id quod penſionem juſtam quincuncium nempe
9 pe redituum excedit, rejiciatur † ac res ad legitimum uſurarum modum reducatur, *l. eos. 26. §. Si quis autem. C. de uſur.* Hart. Piſtor. *obſervat. 56.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 5. n. 10.* Cavalcan. *deciſ. 35. n. 33.* Johan. Vincent. Honded. *vol. 2. conſil. 17. n. 25.* ita ut contractus ſaltem in licita annuorum redituum quantitate ſubſiſtat, nec utile per inutile vitietur, *l. ſi ſponſus. 5. generaliter. 2 ff. de donat. int. vir. & ux.* (3.) † Nec etiam 10
merx vendita ullum admittit augmentum. Etenim quod annuatim ex ipſo emtionis contractu percipitur, non eſt fructus pecuniæ, neque acceſſio aliqua ad ſortem, ſed ipſa ſors, ſive merx vendita, jus ſcilicet redituum, qui annuatim percipiuntur, ut eleganter demonſtrat Andr. Gail. *dict. lib. 2. obſervat. 7.* Quo jure itaque ultra rem venditam quid exigeretur? Niſi fictam diceremus contractam emtionem, † quæ in natu- 11
ram mutui uſurarii incidit, quod jura deteſtantur; *dict. Reform. Polit. Aug. de Anno 1548. loco allegato.* Panormit. *in cap. civitate. n. 7. & 8. extr. de uſur.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Præfecto Oſſitienſibus die 27. Julii Anno* 12
1631. (*Verba Reſcripti:* Was an uns der Rath und Kirchen-Vorſteher zu *D.* wegen der Kirchen-Schulden/ womit ihnen Hanß von *G* verhafftet/abermals gelangen laſſen/ das habt ihr aus dem Inſchluß zu vernehmen. Anlangende nun den ſechſten Gülden jährliches Zinſes/können wir nicht befinden / daß Klägere wider den klaren Buchſtaben/ auch Natur und Eigenſchafft der wiederkäufflichen Verſchreibung und Zinſen/ſolchen zu fodern befugt/ hiermit begehrende/ ihr wollet ſie davon abweiſen/ wegen der *liqui*dirten Unkoſten aber vergleichen / oder durch rechtliches Erkäntnüß entſcheiden laſſen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXXI.

Vel fidejuſſione ſufficiente vel hypothecâ expreſsâ in bonis debitorum conſtitutâ, Eccleſia ratione pecuniæ mutuò datæ aſſecurari debet.

SUMMARIA.

1. *Cautè procedendum in elocandâ Eccleſiæ pecuniâ.*
2. *Eccleſiæ ratione pecuniæ mutuò datæ vel fidejuſſione vel hypothecâ proſpiciendum.*
3. *Probatur hoc ex Ordinatione eccleſiaſticâ & decreto Synodali.*
4. *Qualem debeat præſtare diligentiam Curator Eccleſiæ in adminiſtratione facultatum eccleſiaſticarum.*
5. *Quilibet mutuò dans pecuniam ſibi proſpicit de aſſecuratione.*
6. *Plus ſecuritatis in rem eſt, quàm in perſonam.*
7. *Munita eſt Eccleſia jure tacitæ hypothecæ in bonis debitorum.*
8. *Æquali nititur jure expreſſa & tacita hypotheca.*
9. *Quam ob cauſam Ordinat. eccleſiaſtica expreſſam requirat hoc caſu hypothecam? n. 16.*
10. *Primus diſpoſitionis hujus effectus.*
11. *Expreſsâ qui nituntur hypothecâ viduæ, ratione dotis præferuntur in concurſu creditorum. n. 12. 13.*
14. *Alter adducitur effectus.*
15. *Ex ſpeciali hypothecâ agitur adverſus tertium poſſeſſorem, debitore nondum excuſſo.*
17. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 18.*

1 Diximus *ſuprà defin. 318.* cautè procedendum a Præfectis ærarii eccleſiaſtici in adminiſtratione redituum & elocatione pecuniæ, ne ſe ipſos ex propria obſtringant negligentia: quæ
2 & tum eis imputabitur, † ſi non Eccleſiæ de fidejuſſione ſufficiente, vel hypothecâ expreſsâ in bonis debitorum proſpexerint, cùm hoc facere debuiſſent, diſponente ita *Ord Eccleſ. in prov. Elect. Saxonici, art. gener. 35. §.* † Sie ſollen auch gute acht haben 3
auf die *hypothecir*te Gründe ꝛc. & verbis clarioribus *in decreto Synodali de An. 1624. §.* Alſo wollen wir auch / daß die werbenden

Hauptſtämme künfftig mit gewöhnlichen Zinſen verzinſet/ mit liegenden Gründen gnugſame Bürgſchafft und der Obrigkeit *Conſens* ohne *reſtriction* auf gewiſſe Zeit oder *clauſulâ caſſatoriâ* verſichert werden.

4 Scilicet † ad inſtar tutoris eandem debet præſtare diligentiam Curator ſeu Præfectus ærarii eccleſiaſtici, quam bonus paterfamilias adhibet in rebus ſuis, *arg. l. 1. in pr. ff. de tutel. & ration. diſtrah. l. à tutoribus.* ubi Gloſſ. *verb. debet. ff. de adminiſtr. tutor.* Vix quiſquam verò reperietur, 5 † qui pecuniam alteri mutuò dans ſibi non proſpiciat cautione reali & hypothecâ expreſsâ, vel ſaltem tali fidejuſſore, qui ſit poſſeſſionatus & bonis ſuis 6 cavere queat, cùm plus ſecuritatis † in rem ſit, quàm in perſonam, *l. plus cautionis. 25. l. minus eſt. 204. ff. de reg. jur.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. n. 217.* Niſi quis nobis opponat, fruſtra peti hypothecam 7 expreſſam; † cùm Eccleſia jure tacitæ hypothecæ in bonis & facultatibus debitoris ſit munita in provinciis Electoratûs Saxonici, hoc ipſo, quod mutuò ei dederit pecuniam, *Ordin. proceſſ. judic. tit. 45.* §. Weil wir aber demnach/ *in verb.* hiermit eine heimliche Verpfändung gegeben haben. æqua- 8 li verò niti jure reali, † qui vel tacitam vel expreſſam hypothecam conſecuti fuerunt, ita ut qui tempore prior eſt, reliquis præferatur, dubio caret, *Ordin. proceſſ. judic. tit. 44.* §. Alle dieſe Gläubiger. Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 28. n. 29. & ſeq. part. 1.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de privil. credit. n. 9. in med.*

9 † Quid ergo rei eſt, quod Ordinatio Eccleſiaſtica præciſè exiget hypothecam expreſſam autoritate & conſenſu Magiſtratûs in bonis debitorum conſtituendam? Non fruſtra id fieri exiſtimandum eſt, ſed duplex hujus rei inſignis exiſtit effectus. *Primò* 10 † enim juris expediti eſt, Uxorem debitoris ratione dotis aliis creditoribus, non ſolùm chirographariis, ſed etiam hypothecariis anterioribus præferri, *l. aſſiduis. 12. C. qui potior. in pignor. l. un. §. 1. & ſeqq. C. de rei uxor. act. Conſt. Elect. 28. in pr. part. 1. Ord. proceſſ. judic. Elect. Saxon. tit. 43. in pr.* à 11 quibus tamen excipiuntur, † qui expreſsâ nituntur hypotheca, cui poſtmodum illata præjudicare haut valet, *dict. Conſt. Elect. 28.* ubi Dan. Moller. *n. 33. & dict. tit. 43.* Matth. 12 Coler. *part. 2. Deciſ. 270. n. 1. ſub fin.* † ne creditoribus jus hypothecæ propriâ ipſorum conventione acquiſitum abſque eorundem facto auferatur, quia facilius jus tacitæ hypothecæ lege conceſſum per aliam legem, quàm quæſitum, propriâ conventione immutari poteſt, *l. 2. §. meritò juncto. §. Si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. l. 2. C. de precib. Imper. offerend. l. 4. C. de emancip. liber.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 8. defin. un. num. 4.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. qui potior. in pign. n. 3.* Joh. Schneidevvin. *ad §. fuerat. 29. n. 7. & ſeq. inſt. de action.* Quod † ſi ergò contingeret, ut debitore ad inopiam 13 redacto vel defuncto, vidua ejus magnam repetat dotem illatam, multum juvabitur Eccleſia creditrix hypothecâ anteriori expreſsâ, ſcilicet viduæ præferetur in concurſu creditorum, quod aliàs fieri non poſſet, quantumvis jure niteretur anteriori tacitæ hypothecæ.

Cui *ſecundò* & hoc accedit, † quod bo- 14 nis debitorum venditis & in alium translatis neque Eccleſia neque alius creditor tacitæ innixus hypothecæ, actione pignorantitiâ adverſus tertium poſſeſſorem valeat experiri, priusquam debitor fuerit excuſſus, *Auth. hoc ſi debitor. C. de pignor.* ubi Gloſſ. & Dd. Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 27. n. 7.* Joh. Schneidevv. *ad §. item Serviana n. 81. inſt. de action.* Jaſon. *in §. item ſi quis in fraudem. n. 67. inſt. de action.* Valent. Franc. *in tract. de fidejuſſ. cap. 5. n. 149. & ſeqq.* Id quod ſine magnâ difficultate & temporis haut minimi lapſu expediri non poteſt: † 15 quo tamen onere non gravabitur Eccleſia, ſi ſpeciali hypothecâ expreſsâ ſibi proſpexerit, quia creditor bona ac prædia in ſpecie ſibi hypothecata à tertio poſſeſſore vendicare poteſt abſque omni excuſſione debitoris, *Nov. 112. c. 1. § ab hoc autem litigioſi. 3. l. diſtractis. 14. C. de pignor.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 51. n. 1. & ſeqq.* Matth. Berlich. *part. 2. concluſ. 24. n. 71.* Dionyſ. Gothofr. *ad dict. Novell. 112. cap. 1. §. 3. lit. e.* Vincent. Caroc. *de excuſſ. bonor. part. 2 quæſt. 69. num. 1. & ſeqq.* Joh. Schneidevv. *in dict. §. Si quis in fraudem. n. 64.* † Sunt certè duo effectus 16 tanti ponderis, ut nunquam non curatores ærarii eccleſiaſtici de hypothecâ expreſsâ in contrahendis nominibus ſoliciti eſſe debeant, ſi Eccleſiæ benè proſpicere velint, *dict. Ordin. eccleſ. art. general. 35.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi & Quæſtori Radebergenſi die 25.* 17 *Febr. An. 1635. (Verba Reſcripti:* Was an höchſtgedachten unſern gnädigſten Herrn die Kirch-Väter und Vorſteher des Geiſtlichen Guths zu Radeberg wegen der Geiſtlichen Gelder/ ſo bishero auf der Bürgerſchafft daſelbſten/ und ſonſten bloſſen aber itzo mehrentheils eingeriſſenen Häuſern geſtanden/ auch ſonſten wegen des Geiſtlichen Einkommens unterthänigſt gelangen laſſen und gebeten/ das habt

ihr

ihr hierbey zu befinden. Wann dann ihr Suchen der Billigkeit gemäß/ auch die *general-Articul* ausdrücklich beſagen/daß dergleichen geiſtliche Stämme auf liegende Gründe verſichert werden ſollen; Als iſt an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ihr beede zugleich wollet alsbald und ohne einigen Verzug die Verordnung thun/ damit ſolche geiſtliche Stämme auf die liegende Gründe mit Gerichtlichem *Conſens* verſichert/und die Kirche davon verſorget werde/uns auch/wie ihr ſolches verrichtet/ förderlichſt hinwieder zu erkennen geben/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti Oſſitienſi ac Balthaſari à Rungen die 29. Novemb. Anno 1630.* (*Verba* 18
Reſcripti: Wofern nun die Kirche hierunter nicht gefähret werden kan; So iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ Ihr der von Runge wollet *N.N.* noch auf 1. Jahr vorigen *Conſens* erſtrecken/hierzwiſchen/wann er mit den Zinſen innen hält/den Hauptſtamm bey ihme ſtehen/und das abgenommene Pfand abfolgen laſſen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXXII.

Blanditiis inducere licet moribundum, ut legatum relinquat & aſſignet Eccleſiæ in teſtamento.

SUMMARIA.

1. *Nimium quandoque curioſi ſunt Pontificii corradendis Eccleſiæ bonis.*
2. *Refertur modus illicitus quondam in Gallia conſuetus.*
3. *Non deſiſtunt hodiè Pontificii à mediis reditus Eccleſiæ augendi illicitis.*
4. *Quandoque moribundi doloſis perſuaſionibus ad legendum quid Eccleſiæ inducuntur.*
5. *Perſuaſiones doloſæ ſunt probibitæ.*
6. *Nec ſubſiſtit teſtamentum ad falſas perſuaſiones factum.*
7. *Multò minus, ſi vis ac metus minæve acceſſerint.*
8. *Teſtamentum non ab alterius voluntate dependere debet.*
9. *Nec legatum vel donatio mortis cauſâ falsò extorta valet.*
10. *Blando tamen ſermone ad teſtandum inducere aliquem licet.*
11. *Modò abſit dolus ac importuna ſolicitatio.*
12. *Unde conſtare queat de perſuaſionibus doloſis?*
13. *Arbitrio judicis res hæc committenda.*
14. *Ex mendacio præſumitur doloſa perſuaſio.*
15. *Mendax ſemper verſatur in dolo.*
16. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NImium quandoque curioſi ſunt Pontificii in acquirendis ac corradendis Eccleſiæ facultatibus usque adeò, ut per fas & nefas reditus eccleſiaſticos licitè augeri exiſtiment. Unde in Galliâ
2 ſuperioribus ſeculis obtinuit, ut † qui teſtamento nihil curionibus aut Collegiis eccleſiaſticis legaſſet, honore ſepulturæ careret: ſi quis autem inopinato caſu occubuiſſet, ſacrificulus, Pontificis juſſu, mortuo teſtamentum conderet, & quæ vellet, Eccleſiæ, arbitratu ſuo quaſi teſtator legaret, Bodin. *lib. 5. de Republ. cap. 2.* Lanſius *in conſult. de provinc. Europ. inter ipſas principatu pag. 648.* Quem morem licet Curia Pariſiorum ſuſtu-
3 lerit, Bodin. *dict. loco.* non tamen † prorſus nec in Gallia nec alibi ab illicitis ejusmodi exactionibus Pontificii deſtiterunt, de quibus *ſuprà Defin. 298.* ut non malè cecinerit Mantuan. *lib. 3.*

-------------Venalia Romæ
Templa, ſacerdotes, altaria, ſacra, coronæ,
Ignis, thura, preces, cœlū eſſe venale, Deusq́.

quem refert. Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. c. 8.* imprimis † 4
verò monachi & clerici moribundos doloſis perſvaſionibus inducunt ac minis compellunt, ut cœnobiis, Monaſteriis & Eccleſiis in teſtamentis certis proſpiciant legatis: vel neſcii vel diſſimulantes † parum ejusmodi 5
perſvaſionibus effici. Nec enim legatum nec teſtamentum ſubſiſtit, quod teſtator doloſis ac falſis perſvaſionibus inductus fecit,
† ut probatur ex textu *l. ult. ibi: qui non per* 6
vim & dolum. ff. ſi quis aliq. teſt. probib. l. 70. de hered. inſtit. Jaſon. & Dd. *in l. ult. C. ſi quis aliq. teſt. prob.* Hart. Piſt. *part. 1. quæſt. 29. n 3* Dan. Moller. *de Conſt. Elect. 5. part. 3. n. 13. & libr. 3. Semeſtr. 32.* Frider. Bruckman. *vol. 1. conſil. 12. n. 28.* Erneſt. Cothman.

man. *conſil. 29. n. 142.* Panſchman. *part. 2. quæſt. 21. n. 31. & 180.* Petr. Peck. *libr. 4. de teſtam. conjug. cap. 3. n. 1. & ſeqq.* Idque eò minùs † ſi vis ac metus minæve acceſſerint, quæ omnia à teſtamenti factione voluit abeſſe Sereniſſimus Saxoniæ Elector *in conſt. 5. § ult. verb.* Daß keine *præſumtion* und Vermuthung verhanden / daraus abzunehmen/daß der *teſtator* Schwachheit halben ſein *teſtament* nicht freywillig/ ſondern denen zu gefallen verordnet / ſo bey ihme ſeynd/durch welche er mit harten Worten/ oder ungeſtümen Anhalten zu *teſtiren* ge-
8 bracht worden. † Nimirum nil magis ferè repugnat teſtamenti factioni, quàm aſſidua, dura & immoderata efflagitatio, ſiquidem teſtamentum propriis viribus ſubſiſtere debet, non ab alterius voluntate pendere, *l. illa inſtitutio. 32. ff. de hered. inſt.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 5. defin. 6. n. 6.* Joh. Harppr. *in pr. n. 47. inſt. de teſtam. ordin.* Panſchm.
9 *dict. quæſt. 21.* † Ex quo nec legatum, nec donatio mortis cauſâ vi metuvè aut importunis ſollicitationibus extorta valebit, quippe quæ & ipſa ex liberâ donatoris voluntate dependet, *§. inſt. de donat.* & ultimæ voluntati ſeu teſtamento comparatur, *l. ult. C. de donat. mort. cauſ.* Joh. Harppr. *in §. 1. n. 13. inſt. de donat.*

10 † An ergò nunquam perſvaſionibus inducere licebit moribundum, ut in teſtamento Eccleſiæ quid leget? Licet omnino & pium eſt, proſpicere Eccleſiæ de facultatibus & legatis: quin & Parochi & miniſtri Eccleſiæ ad ægros accerſiti facere id debent: † ſed absque ullo dolo, minis ac 11
importunis ſollicitationibus. Blando ſiquidem ſermone omninò licet invitare teſtatorem, ut heredem aliquem inſtituat, vel legatum ſaltem alicui aſſignet atque relinquat, neque exinde diſpoſitio teſtatoris redditur vitioſa, *dict. l. ult. ff. ſi quis aliq. teſtar. prohib. l. ult. C. eod. tit.* Hart. Piſt. *dict. quæſt.*
29. n. 1. † Hoc ſaltem dubii reſtat, unde di- 12
judicandum, num blanditiis, num verò doloſis perſuaſionibus teſtator fuerit inductus? Multas equidem præſumtiones, ex quibus dolus perſuadentis colligatur, refert Jacob. Menoch. *libr. 4. præſ. 12.* & poſt eum Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 7. num. 4. &*
ſeqq. attamen † cùm res hæc certa definiri 13
nequeat regulâ, & circumſtantiæ deciſionem variare ſoleant, nunquam judicis arbitrium heic excluſum velim. At hoc certum doli videtur indicium ac fortis præſumtio,
† ſi falſis ſuggillationibus & mendaciis per- 14
ſvaſus fuerit teſtator, puta: Heredem proximiorem ab inteſtato obiiſſe, vel gravi injuria teſtatorem affeciſſe contrario poſtea demonſtrato ac probato, Hart. Piſt. *dict. quæſt. 29. n. 4.* Panſchm. *dict. quæſt. 21.* Quia
† mendax regulariter in dolo eſſe præſumi- 15
tur, quando mendacium in ſuum redundat commodum, *l. & eleganter. 7. §. ult. cum l. ſeq. l. ſi quis affirmaverit. 9. §. 1. ff. de dolo.* Hart. Piſtor. *dict. loco.* & ibi Simon. Ulrici Piſtor. *in not. lit. c.* Jacob. Menoch. *de præſumt. lib. 15. præſumt. 3. n. 53. & ſeqq.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Paſtori* zu Schellenberg *die 29. Novemb. An. 1609.* (*Verba* 16
Reſcripti: Auf euern eingeſchickten Bericht euer Pfarr-Kind Hanſen M. zu L. betreffend/ iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren/ wofern gemeldter M. auf vorhergehende Bereuung ſeiner Sünde/ die *Abſolution* und das heilige Abendmahl begehren wird/ ihr wollet ihme auf ſolchen Fall dieſelben/ ſo wol nach ſeinem Ableiben die *ſepultur*, gleich andern verſtorbenen Chriſten widerfahren laſſen / darnebens ihme zu Gemüthe führen/ weil er ziemliches Vermögens/ daß er zu mehrer Anzeige ſeiner Buſſe der Kirchen bey euch etwas am Gelde vermachen wolle/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXXIII.

De legato relicto den Altar-Leuten/ h. e. iis, qui Altari inſerviunt, non participant Curatores Eccleſiæ, vel Præfecti ærarii eccleſiaſtici, die Kirch-Väter.

SUMMARIA.

1. *Interpretatio voluntatis teſtatoris plena eſt periculi.*
2. *In tenebris ambulant, qui interpretantur mentem teſtatoris.*
3. *Facilè judicium teſtatoris defraudari poteſt.*
4. *In nullis non dicaſteriis agitur de interpretandâ teſtatoris voluntate.*

5. Num

5. *Num legatum relictum* den Altar-Leuten *pertineat ad Curatores ærarii eccleſiaſtici.*
6. *Curatores hi non inſerviunt altari, n. 8.*
7. *Soli miniſtri Eccleſiæ altari inſerviunt.*
9. *Verba teſtatoris propriè accipienda.*
10. *Deciſio quæſtionis negativa.*
11. *Ratio deciſionis.*
12. *Extraneus verborum intellectus, qui non conſonat auribus vulgi.*
13. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 VErè ſcripſit Johan del Caſtello, interpretationem voluntatis teſtatoris plenam eſſe periculi, in quâ perſæpè errare ſolemus ac decipimur, *controverſ. quotidian. jur. cap. 5. n. 56. & 58.* quin
2 & in tenebris ambulamus, † cum agimus de interpretanda mente teſtatoris, cum quo locuti non ſumus, & qui nequit modò mentem ſuam aperire, idem Caſtell. *dict. cap. 4. n. 59.*
3 † Verendum hinc omninò, ne dum nimiâ in explicandâ teſtatoris voluntate utimur ſubtilitate, judicium teſtantis defraudetur, ut inquit Imp. *in l. ſi quis heredem. 7. in fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* Nicol. Boer. *deciſ. 155. n. 22.*
4 *verſ. ne dum nimiâ.* † Nihilominus in nullis non dicaſteriis de interpretandâ mente ac voluntate teſtatoris multum ſæpè diſceptatur, quod nec declinari valet, ſi quæſtio ejusmodi in ſola voluntatis declaratione conſiſtens proponatur. Factum id in Supremo
5 Conſiſtorio Electorali, † quando Curatores ſeu Præfecti Eccleſiæ cum Diacono de legato iis, qui altari inſerviunt, den Altar-Leuten relicto concertabant, ex quo enim & ipſi
6 videbantur inſervire altari, † dum facultates & reditus, ad ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ & cultum divinum in altari celebrandum neceſſarios adminiſtrant, utique & hinc legati iſtius ſe participes contendebant: quibus tamen Diaconus opponebat,
7 † ſolos Eccleſiæ miniſtros altari inſervire.

Sanè ſi verba teſtatoris ad impropriam locutionem & intellectum generaliſſimum extendere liceret, Curatores Eccleſiæ † ſub 8
voculâ der Altar-Leute comprehendi non ineptè dixeris, quippe quod hi per conſequentiam altari cenſeantur inſervire hoc ipſo, quo inſerviunt miniſtris Eccleſiæ ſacra tractantibus, quemadmodum in Veteri Teſtamento Levitæ officia præſtabant, Sacerdotibus cultui divino inſerviebant, eoque ſenſu cuſtodes ſive æædituos Eccleſiæ inſervire dicit *Ordin. Eccleſiaſt. in art. gener. 40. §.* mit der Vieh-Hut. Sed cum verba † in teſtamentis 9
propriè & ſecundum communem loquendi uſum accipi debeant, Joan. Imola *in l. gallus. 29. §. inſtituens. n. 64. verſ. quia verba in dubio. ff. de lib. & poſth.* Bartol. *in l. omnes populi. 9. n. 58. verſ. hic enim uſus. ff. de juſt. & jure.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 13. n. 18.* Goden. *conſ. 6. n. 6.* in propria verò ſignificatione ſoli Eccleſiæ miniſtri procul dubio altari inſerviant, † nequaquam ab hoc intellectu recedendum exiſtimavere Domini Conſiſtoriales, quæſtionem hanc pro Diacono contra Præfectos ærarii eccleſiaſtici decidentes. 10

Rectè omninò, † quia nemo forſan ex vulgo Præfectos hoſce appellitat Altar-Leute/ ut qui ærario potius quàm altari præſtant officia. † Cenſetur vero extraneus omnis intellectus, qui non conſonat auribus vulgi, Bald. *in tit. de pace conſtant. in §. ſententiæ. 2. verſ. Opizoni. ad verb. recuperarint. in fin. n. 5.* Hart. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 1. n. 110. & quæſt. 3. n. 6.* Tiber. Decian. *lib. 5. conſil. 89. n. 46.* Alexandr. *lib. 6. conſil. 102. n. 13.* 11 12

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi & Quæſtori Stolbergenſi die 14. Junii, An. 1630. (Verba Reſcripti:* Was an uns der Rath zu Stolberg wegen der Wieſen/ſo dem *Diacono* daſelbſten um den Zinß/wie ſolche ſein *Anteceſſor* gebraucht/ einzuräumen angeordnet worden/gelangen laſſen/und daß ſolche dem *Teſtament* zu folge/ den Kirch-Vätern im Brauch verbleiben mögen/ bitten/das habt ihr beyliegende zu befinden. Wann wir denn nach Erſehung berührten *Teſtaments* mit eingelegter *Copien* ſo viel befunden/ daß ſolche iedesmal den Altar-Leuten um Zinß ausgethan werden ſollen/ und aber vor einhundert und neuntzig Jahren die Altar-Leute niemand anders/als die demſelben gedienet/ geweſen / und itzo auf die Kirchen-Vorſtehere ſolches nicht gezogen werden kan; Als laſſen wir es bey unſer dißfalls am 17. Martii und 19. Aprilis an euch erfolgten Anordnung nochmals allerdings bewenden/und ihr werdet den Rath zu Stolberg darauf zu beſcheiden/ den *Diaconum* aber dabey zu ſchützen wiſſen. ꝛc.) 13

TIT.

TIT. XXI.

De

Mendicis & ſuſtentatione miſerabilium perſonarum.

Definit. CCCXXIV.

Non ferendi ſunt in Republicâ ignavi & validi mendicantes, ſed eorum importunitas cohibenda.

SUMMARIA.

1. Singulis ut dimenſus ſit labor in Republ. curandum.
2. Multa ex otio mala & infortunia oriuntur. n. 5.
3. Otium pulvinar & balneum diaboli.
4. In otioſos diligenter animadvertendum.
6. Ex quibus evadunt mendicantes validi & ignavi.
7. Non tolerandi in Republicâ ejusmodi mendicantes.
8. Fundamenta & rationes hujus aſſertionis.
9. Sollicitus fuit hac de re Sereniſſimus Saxo.
10. Ne mendicus reperiatur in populo Iſraëlitico, præcepit Deus.
11. Adducuntur conſtitutiones Imperatoriæ.
12. Nec non Receſſus Imperii.
13. Et aliorum populorum exempla.
14. Leges ſine moribus vanæ parum proficiunt.
15. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

1 Quemadmodum in benè conſtitutâ Republicâ ſuſtentationis habenda eſt ratio in univerſum, † ita & ſingulis ſuus ut dimenſus ſit labor, curandum, Chriſt. Beſold. *claſſ. 2 diſp. polit. 4. th. 4.* quia grave eſt in Republica vel unum alere otioſum, Keckerman. *lib. 1. Syſtem. polit. cap. 10.* quorum multitudo facilè mutationem Reipublicæ cauſari poteſt, Lipſ. *libr. 4. politic. c.*
2 *11.* † Quot enim mala, quot infortunia ex otio oriantur, omnibus ferè notum, nec inſtituti noſtri ea recenſere. Summatim ut multa comprehendamus, eſt otium ἀταξία quædam contra legem & voluntatem Dei præcipientis, ut homines in ſudore vultus
3 panem quærant. *Gen. 3. v. 19.* † Pulvinar ac balneum diaboli, ex ſententia Divi Auguſtini: Cogitationumque & tentationum malarum incentivum, ex voce D. Bernhardi *cap. 5. de vitâ Chriſtianâ.* Ex quo effectum vitii hujus deteſtabilis colligere cuique licet, quem multis exemplis ac doctrinis moralibus illuſtrat Camerar. *cent. 1. hor. ſucciſiv. cap. 15.*
4 † Diligenter ideoque in otioſos eſt animadvertendum, quia Reipublicæ ſunt pernicioſi, bonorum induſtriæ invident, aliena appetunt, & rebus ſemper novandis ſtudent, inquit Hippol. à Collibus *de increm. urb. 23. circa*
5 *fin.* † Eſtque cor otioſi hominis, ait Gerſon, inſtar molendini, quod cum non habet ad molendum bonum frumentum, quia in continuo eſt motu, molit & conſumit ſeipſum, Gerſon *in opuſc. de remed. contra pu-*
6 *ſillanimitatem.* † Evadunt hinc tandem validi & ignavi mendicantes, ſibi ac toti Reipublicæ pernicioſi, qui tempus otiando & vagando miſerè perdunt, & inſtar fucorum circa alvearia volitantium aliorum domos perreptant, ſtipemque ab aliis importunè & impudenter extorquent, Timpler. *libr. 1. polit. cap. 5. quæſt. 16.* quibus verè dixit Joh. Bodin. nihil in Republica tam pernitioſum eſſe, quam otioſorum ac tenuium hominum huc illuc errantium multitudinem, quippe privatorum bona diripiunt, & in everſione Reipublicæ ſpem omnem fortunarum ſuarum poſuerunt, *lib 5. de Republ. cap. 2. n. 357.* & Camerar. † tria genera hominum de civitatibus expellenda eſſe, leproſos videlicet, cadavera mortuorum, & mendicantes validos, 7
dict. cent. 1. cap. 16. in pr.

Quod ſibi dictum arbitretur quilibet Magiſtratus benè ſibi ac Reipublicæ cupiens; Sanè validos & ignavos mendicantes nequaquam ferendos ac tolerandos, legem poſuit (1.) † Sereniſſimus Saxoniæ Septemvir *in* 8
Conſt. provinc. de An. 1555. ſub tit. Bettler. *in verb.* So wird doch befunden/daß ſich viel Leute des Bettelns befleißigen / die ihr Brodt wohl erwerben können/ und ſo viel man denſelben giebt / ſo viel wird den Dürfftigen abgebrochen. *Et verſ.* Daß denſelben / die ſich ſonſten ihrer Handarbeit nehren können / oder zu dienen geſchickt ſeyn/das Betteln oder Müßiggehen nicht geſtattet/ſondern ſie mit Strafe davon geweiſet werden ſollen. † Quam legem aliquoties poſtea repetiit ac renovavit, ut *in Ordin.* 9

Eccle

Eccleſ. art. general. 34. in pr. Ordin. Polit. de An. 1612. § 18. & Decreto Synodali de Anno 1624. §. Demnach auch viel Landſtreicher und Landbettler. junct. §. Daß demnach
10 hinfüro niemand/ꝛc. (2.) † Quin & ipſemet Deus per Moyſen edixit, ne mendicus in populo reperiatur Iſraelitico, *Deut. 5. v. 4.* quare cum tempore Chriſti mendicantium magna fuerit copia, *Luc. 16. v. 20. & cap. 18. v. 35. Joh. 9. v. 8. Act. 3. v. 2.* colligit hinc Schönbörner, depravatum illius Reipublicæ ſtatum & degenerantem à primis legibus iſto
11 tempore fuiſſe, *l. 3. polit. c. 15.* (3.) † Accedit etiam conſtitutio Impp. Gratiani, Valentiniani & Theodoſii *in l. un. C. de mendicant. valid.* itemque Caroli Magni ita præcipientis: Mendici per regiones vagari non permittantur; Suos pauperes quæque civitas alito: Illis, niſi manibus operentur, nullum quicquam dato, &c. Reinhard. König. *in the-*
12 *atr. polit. part. 2. c. 10. n. 47.* (4.) † Nec deſunt hac de re nobis Imperii Romano-germanici publicæ conſtitutiones, aliquoties in Comitiis & præſertim Francofurti repetitæ, inprimis *in Ord. polit. de An. 1577. tit. 27.* Von Bettlern und Müßiggängern. *in pr.* Daß eine jede Obrigkeit/ der Bettler und anderer Müßiggänger halben/ ein ernſtliches Einſehen thue/ damit niemands zu betteln geſtattet werde/ der nicht mit Schwachheit oder Gebrechen ſeines Leibes beladen/ und deſſen nicht nothdürfftig ſey. *Et paulo poſt:* Daß auch die Obrigkeit Verſehung thue/ daß eine iede Stadt und *Commun* ihre Armen ſelbſt ernehre und unterhalte/ und den Fremden nicht geſtatte/ an einem ieglichen Orte im Reiche zu betteln. (5.) † 13
Apud alias gentes ac populos idem ferè prudenter ſancitum, fidem nobis faciunt Politici; nec abſque ratione juris ac æquitatis: Quod ſi enim ex conſtitutione Imperatoria, *l. 5. §. 7. de liber. agnoſc.* filius, qui ex induſtria ſua poteſt victum quærere, non eſt alendus à patre: multo minùs ferendus & damno aliorum impinguefcendus is erit, qui bonâ corporis habitudine præditus ſuo ſe labore ſuſtentare valet. König. *dict. c. 10. n. 47.*
† Sed quid leges ſine moribus vanæ proficiunt? 14
ſecundum Plautum: Laudamus veteres, ſed noſtris utimur annis, Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 27. num. 16.* Herm. Lather. *de cenſu. lib. 3. cap. 19. n. 130.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Senatui Dresdenſi die 9. Auguſti An. 1630. (Verba Decreti: 15
Es iſt unverborgen/ was maſſen höchſtgedachter unſer gnädigſter Herr/ auf euer unterthänigſtes Erſuchen/ die damals übergebene Bettel-Ordnung am 3. Julii Anno 1627. gnädigſt *confirmi*ret/ und derſelben in allen *Articuln* und *puncten* ſtracks nachzugehen/ und dawider in keinerley Weiſe und Wege zu handeln ernſtlich anbefohlen. Ob nun wol von ſolcher Zeit wegen befundener *Contravention* die Churfl. Sächſ. Herren Cantzler und Räthe/ ſo wol auch wir ſelbſten etliche eures Mittels erfordert/ und euch durch dieſelbigen zu ſchuldiger *parition* und gäntzlicher Abſchaffung der um- und anlauffenden Bettler/ zuförderſt der ſtarcken Handwercks-Geſellen auf den Gaſſen und vor den Häuſern/ fleißig ermahnen/ auch darneben Mittel an die Hand geben laſſen. Dieweil aber doch dieſes alles bishero wenig gefruchtet; Als iſt an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. hiermit nochmals unſer Begehren/ Ihr wollet vorerwähnter Ordnung unweigerlich und ſonder allen fernern Verzug ſchuldiges Fleißes nachſetzen/ dann da ſolches in dieſer Wochen nicht geſchehen/ und die Leute allhier auf der Gaſſen und vor ihren Häuſern von den Bettlern und Handwercks-Geſellen ferner angelauffen werden ſollen/ könten wir nicht länger Umgang haben/ Ihr. Churfl. Drl. auf der verordneten Herren Cantzler und Räthe inſtändiges Anhalten und gebührliches Einſehen ſolches unterthänigſt zu erkennen zu geben/ womit wir doch euer lieber verſchonen wolten. Daran geſchicht obhöchſtermeldten unſers gnädigſten Herrns Meynung/ und wir ſeynd euch zu angenehmer Willfahrung erbötig/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXXV.

Mendicantibus non concedatur ſine permiſſu Conſiſtorii oſtiatim ſtipem colligere.

SUMMARIA.

1. *Validis mendicantibus ne quidem in foro conſcientiæ eleemoſyna danda.*
2. *Quia mendicandi victus artem quandam factitant.*
3. *Miſeris vero mendicis ſtipes haut deneganda.*
4. *Ex Ordinat. Eccleſ. Elect. Saxonicâ. num. 5.*
6. *Eleemoſynæ in jure divino fundatæ. num. 7. 8.*

9. Probè

9. Probè inquirendum in mendicos, qualesnam ſint.
10. Absque licentiâ Magiſtratûs nemo admittendus, ut colligat ſtipem. n. 11. 12.
13. Quare validis mendicantibus nihil dandum?
14. Cautè procedant Magiſtratus, ne à mendicis decipiantur.
15. Quare Conſiſtorii autoritatem mendicantes impetrare neceſſum habent.
16. Novæ ſemper à mendicis inveniuntur technæ.
17. Conſilium Keckermanni, quo hiſce occurratur.
18. Reſcriptum Electorale.

1 NOn ergo ferendi ſunt in Republicâ
ignavi & validi mendicantes, quibus nec in foro conſcientiæ quicquam elargiri tenemur, ut rectè reſpondit Ægidius Wuſtſius JCtus Burgenſ. *in tract. de alend. & contin. domi paup. cap 1. & 14.* allegatus ab Herman. Lather. *de conſul. 3. cap. 19. n. 128.*
2 † quod tamen de validis & ignavis tantummodò mendicis acceptum velim, iis ſcilicet, qui robuſto ſunt corpore validisque lacertis, qui mendicandi victus quaſi artem quandam factitant, & ita ignaviam potius quam laborem ſectantur, Reinhard. König *in theatr. polit. part. 2. cap. 10. n. 51.*
3 † Alia eſt ratio mendicorum, qui vitio corporis affliguntur & morbo laborant diuturno, decrepiti, vel absque culpa fortuitoque caſu bonis everſi ſunt, quos non modò tolerare, ſed & communibus eleemoſynis ſuſtentare, ſuadet æquitas pariter & charitas chriſtiana, Lather. *dict. cap. 19. n. 35.* König *dict. cap. 10.* Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 4. cap. 17. caſ. 9.*
4 Eorumque † curam & rationem habendam verbis manifeſtis præcipit SeptemvirSaxon. Sereniſs. *Ordin. eccleſiaſt. art. gener. 34. in pr. verſ.* Damit arme Dürfftige/ſo entweder mit Leibes-Schwachheit beladen/ oder ſonſt ihr Brodt mit der Hand-Arbeit nicht erwerben können / nicht verlaſſen/ ſondern ihre Nothdurfft davon haben mö-
5 gen. & §. † Zum neundten. *verſ.* Sondern auch nach iedes Orts Gelegenheit ein ziemlicher Vorrath geſammlet werden/ dadurch den recht armen/krancken und nothdürfftigen Leuten deſſelbigen Orts geholffen/ daß ſie nicht Mangel leiden/ ꝛc. Nec enim absque vulnere conſcientiæ mendicis
6 ejusmodi eleemoſynæ denegari poſſunt, † obſtante ſemper lege divina: Si unus de fratribus tuis ad paupertatem devenerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum tuam, ſed aperies eam pauperi, *Deut. 15. v. 2. & 8.* Item: Frange eſurienti panem tuum, *Eſai. 58. v. 7.* Benefacite & mutuum date, nihil in-
7 de ſperantes, *Luc. 6. v. 35.* † Ex quo etiam ſcribit D. Paulus *ad Timotheum:* Divitibus hujus ſeculi præcipe, facilè tribuere & communicare, *1. Tim. 6. v. 8. & Epiſtolâ ad Hebræos:* Beneficentiæ & communionis nolite obli-
8 viſci, *Hebr. 13. v. 10.* † Et notabiliter teſtatur Chriſtus, multos in noviſſimo die in ignem æternum miſſum iri propter intermiſſam eleemoſynam, *Matth. 25.* quin & omnis Dei dilectio negatur ei, qui proximo opera miſericordiæ negat *1. Joh. 3. v. 17. Jacob. 2. v. 15.* Ita nimirum diſtingui oportet inter mendicantes verè pauperes, miſeros atque debiles & ignavos ac validos, ut illis ſuſtentatio eleemoſynæ præbeantur, hi verò expellantur.

† Quare in mendicos benè inquirendum, 9
nec ad collectionem eleemoſynæ quisquam horum admittatur, priusquam miſeriam ac paupertatem ſuam docuerit, & licentiam colligendi ſtipem à Magiſtratu obtinuerit,
ac deſuper literas publicas impetraverit, † 10
veluti ſancitum *in Ord. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. dict. art. gener. 34.* §. Solches zu verhüten/ ſollen erſtlich alle Bürger von der Cantzel vermahnet werden/ daß ſie in ihren Häuſern keinem das Allmoſen geben/ der nicht ſchrifftliche Erlaubniß des Raths
oder Bürgermeiſters aufweiſen kan/ † & 11
§ *ſeq.* Nachmals ſollen die Bürgermeiſter vermahnet werden/ daß ſie derjenigen / ſo Briefe anders woher bringen / und Erlaubniß bitten / das Allmoſen zu ſammlen/ wohl warnehmen/ und fleißig nachforſchen/ woher ſie kommen/ und auf die Briefe und Siegel gut Achtung geben/ daß ſie
damit nicht betrogen werden. † Quod & 12
repetitum legitur *in Ordin. polit. de An. 1612. n. 18.* §. Wollen derowegen / ꝛc. *in verb.* Und den Obrigkeiten befohlen haben / ein ernſtliches Einſehen zu thun / damit niemand zu betteln verſtattet werde/ der nicht mit kundbarer Schwachheit und Gebrechen ſeines Leibes beladen / und ſich ſonſt mit Handarbeit nicht erhalten könne. Delectus nempe mendicorum ſemper haberi debet, ut monet Baſilius *in Pſ. 14.* adductus à Camerario *cent. 2. hor. ſucciſiv. cap. 74. fol.*
294. † Nam qui arte ad fallendum cantilena 13
mendicitatis edocti ulcera corporisque mutilationes quæſtûs causâ prætexunt, his nil prorſus debet ſubminiſtrari, ne ad ignaviam & malitiam ſuppeditentur ſumtus, juxta illud Plauti *in Trinummo:*

De mendico malè meretur, qui ei dat quod edat aut bibat.
Nam & illud quod dat perdit, & illi producit vitam ad miſeriam.

Vide-

14 Videant † ergo Magiſtratus, ne à mendicis ſe decipi patiantur, in ſortem eorundem probè inquirentes, cùm mille noſcant fraudandi modos illi nebulones. Quod ne fiat cum injuria civium ac incolarum, inſpectiones Conſiſtoriis tandem commiſit Sereniſſimus Saxo-
15 niæ Elector, ita ut nec † Magiſtratui fas ſit, licentiam colligendi ſtipem dare mendicantibus, priusquam literas Conſiſtorii exhibuerint, *in decreto Synodali de Anno 1624.* §. Daß demnach hinfüro niemand ſich unterfange bey Leibes-Straſe / wer der auch auſſer Landes oder im Lande ſeyn möchte/öffentlich oder vom Hauſe zu Hauſe das Almoſen zu ſamlen/ es ſeyn dann ſeine Zeugnüß vorhin von unſerer *Conſiſtorien* einem *authoriſiret*/ und ihme in einem oder dem andern Kreyß umzugeben ausdrücklich erlaubet worden. † Nunquam non enim no- 16
væ a mendicantibus inveniuntur technæ: quibus vix aſtutiâ ullâ occurri poteſt; quare jamdudum conſuluit Keckerman. ut Magiſtratus conſtituat certum genus miniſtrorum & apparitorum, † qui vagabundos illos & 17
ignavos mendicantes aliis ex locis accedentes obſervent, eosque in civitate ſtipē mendicando petere non ſinant, ſed in Xenodochium deducant, ac ibi eos examinent, hoſpitiumque & victum per unam noctem ſuppeditent, matutino vero tempore ſtatim a civitate educant, *in curſu Philoſoph. diſp. 30. quæſt. 12. fol. 425.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Senatui Torgenſibus, die 2. Maji, Anno* 18
1632. (*Verba Reſcripti*: Uns hat Brieffs-Zeiger die Vorſchrifft/ſo ihr ihme zu Samlung der Almoſen ertheilet/unterthänigſt erreichen laſſen. Nun hätte zwar euer keinem gebühret/dergleichen *Patent* auszugeben / weil wir in dem *genannt. Synodal-Decret* ausdrücklich verordnet/daß kein *Patent* gelten ſolle/ ſo nicht von unſerer *Conſiſtorien* einem *authoriſiret* ſey. Wir können aber vor dißmal geſchehen laſſen / daß ihr beydes in der Stadt Torgau und in der *Diœces* die Almoſen *colligiret*/und was einkommet ihme zuſtellet. Ins künfftige aber werdet ihr euch beyderſeits enthalten, ohne unſern/oder unſers *Conſiſtorii* zu Wittenberg ausdrücklichen Befehl/dergleichen Vorſchrifften vor euch zu ſtellen/daran verbringet ihr unſere Meynung/ꝛc.)

DEFINIT. CCCXXVI.

Licentiâ quantumvis datâ mendicis eleemoſynas oſtiatim colligendi, ſine præſcitu tamen Magiſtratûs cujusq; loci collectio inſtitui non debet.

SUMMARIA.

1. *Quondam ſolus Magiſtratus facultatem dabat colligendi ſtipem.*
2. *Hodie autoritas Conſiſtorii accedat neceſſe eſt.*
3. *Quo ipſo tamen Magiſtratus loci diſpoſitio haut excluditur.*
4. *Correctio juris non præſumenda.*
5. *Sine præſcitu Magiſtratus mendici non colligant ſtipem.*
6. *Quibus ex cauſis & fundamentis?*
7. *Conſtare ante omnia debet de licentia & permisſione Conſiſtorii.*
8. *Literæ Conſiſtorii producendæ & recognoſcendæ.*
9. *Ærarii Eccleſiaſtici intereſſe verſatur in collectione eleemoſynarum.*
10. *Cura ærarii Eccleſiaſtici incumbit etiam Magiſtratui.*
11. *Varii modi eleemoſynas colligendi, num. 12.*
13. *Quæ moris ſunt, obſervari debent.*
14. *Reſcriptum Electorale.*

1 QVod ergo ſoli Magiſtratui olim permiſſum erat, ut mendicis facultatem darent oſtiatim ſtipem colligendi, *ex ordin. Eccleſiaſt. art. general. 34.* §. Nachmals ſollen die Bürgermeiſter ꝛc. & §. Denen aber/ ſo durch Feuers-Noth/ꝛc. id hodie ſic at-
2 temperatum eſt, † ut autoritatem ac conſenſum Conſiſtorii adhiberi neceſſe ſit, *Defin. præced. ex decret. Synodali de Anno 1624.* §. Daß demnach hinfüro. Quod tamen non
3 ita intelligendum, † ut autoritas & diſpoſitio Magiſtratus cujusque loci prorſus excludatur. Nec enim præſumendum, Sereniſſimum Saxoniæ Electorem id, quod in Ordinatione eccleſiaſticâ hâc de re magna curâ, conſiliò ac ſollicitudine conſtitutum fuerat, uno quaſi verbo in decreto Synodali evertere voluiſſe. *arg. l. ſi quando. 35. in pr. C. de inoff. teſtam.* † præſertim cum 4
nullum ejus diſertè fecerit mentionem, ut proinde nec juris prioris correctio ſit inducenda, *l. præcipimus. 32. in fin. C. de appellat. l. ſancimus. 27. C. de teſtam.* ſed licentia colligendi ſtipem mendicis a Conſiſtorio data † teſtimonium ſeu literæ Conſiſtorii cujusq; 5
loci Magiſtratui debent inſinuari, ad hoc ut eo in loco eleemoſynarum collectio autorita-

toritate judiciali ritè inſtituatur ac diſponatur, prout videre licet ex *dict. decreto Synod. in* §. Daß demnach hinfüro. *verſ.* Darauf dann jedes Orts Obrigkeit fleißig achtung geben/uñ anderer geſtalt einige Samlung
6 nicht geſtatten ſol. Nimirum † quia (1.) facultas ſtipem colligendi vel ſaltem modi collectionis præſcriptio videtur quaſi actus eſſe jurisdictionalis, qui irrequiſito Magiſtratu exerceri haut debet, ne inferior in jurisdictione ſibi conceſsâ turbetur, Felin. *in cap. ut noſtrum. extr. de appellat.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 41. n. 5.* Henr. Bocer. *de jurisdict. c. 8. n. 80.*

7 (2.) † Et quomodo conſtare poterit de licentia Conſiſtorii, ſi literæ ejus non producantur & recognoſcantur: anne credendum nudæ mendicantium aſſertioni, qui multarum technarum gnari, falſis etiam inſtrumentis conſenſum Conſiſtorii ſe impetraſſe
8 multis perſuadere poſſent? † ſi verò literæ exhibendæ & recognoſcendæ, à quonam alio quàm ipſo Magiſtratu tanquam capite univerſitatis vel oppidi hoc fieri debeat? quod & innuunt verba *prædicti decreti Synod.* §. Darauf dann jedes Orts Obrigkeit fleiſſig achtung geben ſol.

9 (3.) Quis etiam non animadvertit, † ærarii eccleſiaſtici intereſſe hac in re verſari, quippe quod nomine totius univerſitatis exſolvit ſtipem, quam unica ſolummodò perſona pro ſe colligit, ut videre eſt *ex Ordinat. eccleſiaſt. dict. artic. gener. 34.* §. Die nun für ſich alleine ſamlen um Kranckheit willen / ſollen die Bürgermeiſter zum Kaſten-Herrn weiſen / daß ihnen nach Gelegenheit des Schadens eine *Eleemoſyna* aus dem gemeinen Kaſten gegeben werde. *junct. verb. final.* Damit alſo die Bürger von ihnen weiter nicht beſchweret werden/ rc. † At- 10
qui rationem & curam ærarii eccleſiaſtici Magiſtratui incumbere nemo inficias ibit, qui jus patronatûs ei ut plurimum competere perpendit, *arg. can. filius. 16. quæſt. 7. & cap. nobis. 25. extr. de jur. patronat.*

(4.) † Cumque modus colligendi ſtipem 11
apud omnes civitates ac univerſitates uniformis haut ſit: quibusdam enim in locis ipſimet mendicantes vel quidam ſaltem ex iis, aut etiam certi cives ad hoc officium deputati oſtiatim eleemoſynas colligunt: alibi verò pelves ponuntur præ foribus templi, in quas munus uniuscujusque injicitur; & qui ſunt modi alii, Magiſtratui † ſane hac in re in- 12
cumbit, modum colligendi ita diſponere, ne à more conſueto recedatur, quia quæ moris ſunt, † maximopere obſervari debent, *l. quod* 13
ſi novit. 31. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edict. l. ult. C. de fidejuſſ. & conſuetudo loci cujusque in omnibus eſt attendenda *l. 1. §. ult. ff. de ventr. inſpic. l. ſi ſervus. 50. § ult. ff. de legat. 1.*

Ita † *Sereniſſimus Elector Saxoniæ Superintendenti Dresdenſi die 5. Aug. Anno 1622.* (*Verba* 14
Reſcripti: Welcher maſſen vor dieſem dem Rath und Gemeine zu Zwenca/in unſerm Stifft Merſeburg ihres ausgeſtandenen Schadens halber eine *Collection* bewilliget/ſolches wird euch unverborgen ſeyn; Weil aber euer *Anteceſſor* ſolche nicht eingebracht und hierzwiſchen gedachte *Supplicanten* zum andernmal mit dergleichen Brandſchaden beſchweret worden; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet bey euern untergebenen *Paſtoribus* Verordnung thun / damit ihnen eine Beyſteuer mit Vorwiſſen jedes Orts Gerichts-Herrn *colligiret* werdẽ möchte/ rc.)

DEFINIT. CCCXXVII.

Eleemoſynæ pro univerſitate incendium paſsâ collectæ ita diſtribui debent, ut major earum pars cedat ad reparationem Eccleſiæ aliarumque domuum ſacrarum & publicarum, reliquæ vero ſingulis pro ratione damni cujusque aſſignentur.

SUMMARIA.

1. *Quibusnam danda ſit eleemoſyna?*
2. *Generale præceptum: Frange panem eſurienti.*
3. *Omnibus ergo egentibus eleemoſyna danda.*
4. *Pro ratione tamen neceſſitatis mendicantium.*
5. *Imprimis ſuccurrendum incendium & hoſtilem deprædationem paſſis.*
6. *Quomodo eleemoſynæ collectæ diſtribuendæ?*
7. *Secundum proportionem geometricam fiat diſtributio.*
8. *Ut nempe major pars cedat ædificiis publicis, reliqua ſingulis pro ratione damni illati.*
9. *Quibus ex cauſis ædificia publica gaudeant hac prærogativâ? n. 14.*
10. *Ne dignitas Miniſterii vileſcat.*
11. *Aliud eſt univerſitas, aliud ſinguli in ea homines.*
12. *Ex civibus ſingulis univerſitas conſtat.*

13. Uni-

13. Univerſitas ex veritate nihil à ſingulis differt.
15. Parochiani in ſubſidium contribuunt ad reparationem fabricæ. n. 14. 16.
17. Reſcripta Electoralia. n. 18.

1 INeptiunt Scholaſtici litem moventes de perſonis, quibusnam danda ſit eleemoſyna, eamque ita decidentes, ut iis ſaltem ſuppeditetur, qui extrema neceſſitate laborant, mutuum vero detur his, qui in gravi neceſſitate ſunt conſtituti, ut videre eſt apud Azorium *part. 2. inſt. moral. lib. 12. cap. 7.* & Jodocum Lorichium *in theſaur. novo theolog. voce: Eleemoſyna. § 9.* Sed quid 2 opus ambagibus, † ſi inhæreamus præcepto divino: Frange eſurienti panem tuum, apud *Eſaiam 58. v. 7.* quod quia generale eſt, generaliter etiam danda erit eleemoſyna 3 † omnibus egentibus, quantum ad vitæ ſuſtentationem ſufficit, Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 4. cap. 18. caſ. 9. pag. 1266.* 4 pro ratione tamen neceſſitatis, † quæ ſi magna eſt, majorem expoſcit eleemoſynam; Prævalet autem neceſſitas publica totius univerſitatis, incendium, vel invaſionem & de- 5 prædationem hoſtilem paſſæ, † cui præ aliis eſt ſuccurrendum, quod & monendum duxit, ejusque curam ſpecialem ſuſcepit Sereniſſimus Saxoniæ Elector *in Ordin. eccleſiaſt. art. gener. 34.* §. Denen aber / ſo durch Feuers-Noth oder andere erſchreckliche Fälle um ihre Nahrung kommen ſeyn/und deſſen gute und wahrhafftige Zeugnüſſe vorlegen können / und zuvor an dem Orte nicht geſamlet haben / mag der Bürgermeiſter erlauben mit einem ſonderlichen ſchrifftlichen Bekäntnüß in allen Bürgers-Häuſern das Almoſen zu ſamlen / und ſollen die Pfarrer zuvor auf der Cantzel ſolche Noth der armen Leute verkündigen / und die Bürger vermahnen/ihnen milde Hülffe nach Vermögen zu erzeigen.

6 At quomodo † diviſio ac diſtributio collectæ eleemoſynæ facienda? Æqualiter procul dubio, cum ad ſingulos pertineat, & nihil magis benevolentiam multitudinis ac ſocietatem civium tuetur, quam in rebus cauſisque civium factæ æqualitatis conſervatio: nam æqualitate continetur concordia: inæqualitas vero diſcordiarum mater eſt, idque eo magis, quia inter cives exiſtit quædam ſocietas, *l. 63. ff. pro ſocio.* in quo commodum pariter & incommodum æqualiter omnibus accreſcit, *l. ſi non fuerint. §. ult. ff. eod. tit.* Caſp. Klock. *de contribut. cap. 19. num. 147.* Achill. Petrocha *vol. 1. conſ. 23. numer. 47. & ſeqq.* 7 † Intellectam autem volumus æqualitatem geometricam, ita ſcilicet, ut pars dimidia eleemoſynæ cedat ad reædificationem ac reparationem eccleſiæ, domuum parochialium & ſcholaſticarum; de altera vero dimidia rurſus pars tertia ad refectionem domuum publicarum impendatur, ac demum id, quod reſiduum eſt, inter cives ſingulos † pro ratione damni cujusque 8 facultatibus illati: Ex quo enim damnum ex eleemoſyna eſt reſtituendum, utique ratio ejus in diſtributione haberi debet. Nec immeritò domus ſacræ publicâ prærogativâ peculiari gaudent, poſtquam (1.) † reſpe- 9 ctus haberi debeat ſtatus publici pariter & eccleſiaſtici, quem omnes promovere obſtricti ſunt ſaltem ex lege gratitudinis, *cap. 9. ad Corinth. v. 11.* Matth. de Afflict. *in præfat. ad deciſ. Neapolit. n. 2.* David Paræus *de jur. reg. quæſt. 5. pag. 84.* & † ne 10 dignitas Miniſterii viluſcat. *Clem. in pleriſq; de elect. & elect. poteſt. can. videntes. 12. quæſt. 1.* Petr. Martyr *in lib. 2. Reg. cap. 5. verſ. 15. & 16.*

(2) † Quin & hæc ipſa univerſitatis præ- 11 rogativa in commodum ſingulorum cedit. Quantumvis enim propriè loquendo aliud ſit civitas ſeu univerſitas, & aliud ſinguli in ea homines, Gloſſ. *in l. ſicut. §. ſiquid. ff. quod cujusq; univerſ. nom.* Rol. à Valle *vol. 3. conſil. 53. n. 6.* Johan. Gœdd. *lib. 2. conſil. Marburgenſ. 38. n. 131* Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. libr. 1 claſſ 5. cap. 19. n. 37.* attamen univerſitas † ex ſin- 12 gulis civibus tanquam partibus ſuis integrantibus conſtat, eſtque concretum ex ſingulis, tanquam corpus conflatum ex diſtantibus, collectivè, non diſtributivè, Caſp. Klock. *dict. cap. 19. num. 325.* ex quo fieri non poteſt, ut non ſinguli etiam prærogativæ univerſitatis, qua in reparatione domuum ſacrarum & publicarum gaudet, fiant participes. † Et licèt univerſitas per 13 fictionem diverſum quid ab ipſis ſingulis eſſe videatur, id tamen verum ſolummodo eſt quoad fictionem & diſpoſitionem juris, cùm ex veritate nihil ab hominibus differat, ſed verè dici queat, quod juris in toto, idem quoque eſſe in parte, Klock. *dict. cap. 19. num. 327.*

(3.) † Nec quicquam etiam vel parum 14 ſaltem per hanc prærogativam ſingulis decedit, ſi penſitaverint, in ſubſidium ad refectionem ac reparationem domuum ſacrarum ipſos teneri; quod ſi enim ex ærario eccleſiaſtico ſumtus pro reficiendâ

15 endà fabricà haut ſuppetant, † parochia-
ni contribuere ſolent, *cap. de his. 4. in fin.*
extr. de eccleſ. ædific. Lambertin. *de jur. pa-*
tron. lib. 3. art. 2. quæſt. 7. pr. n. 8. verſ. & ſi
iſti beneficentiati non habent. Chriſtinæus
vol. 2. deciſ. 28. num. 2. & ſeqq. Henr Bocer.
16 *de collect. cap. 5. num. 17.* † quia in fabrica
reparanda parochianorum quoque cauſa
& utilitas, cura nempe animarum maximè
vertitur, quidni ergo etiam onus hinc ſuſti-
nerent? *l. un. §. pro ſecunda. 4. in fin. verſ.*
neq; enim ferendus eſt. C. de caduc. tollend.
cap. qui ſentit. 55. extr. de reg. jur. in 6to.
quo tamen eò magis ſublevantur, quo major
pars ex collectione Eleemoſynæ, fabricæ re-
parandæ aſſignatur.

Ita † *Sereniſſimus Elector Saxoniæ Superintendenti Zwickavienſi & Nobilibus à Planitz in* 17
Wurbach die 19. Septembr. Anno 1627. (*Verba Reſcripti :* Wir haben euern derer
von Planitz eingeſchickten Bericht wegen der abgebrannten zu Auerbach und wie
unter dieſelben die *colligir*ten Gelder zu vertheilen ſeyn möchten / verleſen hören/
und ihr der Superintendens habt ſolchen hierbey zu befinden; Begehren hierauf
gnädigſt/Ihr zugleich wollet daran ſeyn/daß der halbe Theil davon zu Wiederan-
richtung der geiſtlichen Gebäude/von der andern Helffte aber ein dritter Theil zu
gemeinen Stadt-Gebäuden/itzo und künfftig angewendet / und die andern beyde
Dritt-Theil unter die Bürgerſchafft und Einwohner zu Wiederaufbauung ihrer
abgebrannten Häuſer nach Gelegenheit eines jeden Orts erlittenen Schadens
vertheilet werden / ꝛc.)

Et † *Superintendenti ac Quæſtori Freybergenſibus die 6. Febr. Anno 1632.* (*Verba Reſcripti:* 18
Uns ſeynd eure am 18. Decembr. verwichenes/ und 8. Januar. dieſes Jahrs *datir-*
te Berichte wegen der abgebrannten zu Mucheln/vorbracht/wie wir dann von dem
Miniſterio und Rath daſelbſten gleichfals unterthänigſt angelanget werden. So
viel nun die geſuchten *patenta* wegen Einſamlung einer ergieblichen Beyſteuer
betrifft/haben wir ſolche an unſere drey/ ſowol als Stiffts-*Conſiſtoria* in gewöhn-
licher Form bewilliget / und ungeſäumt ausfertigen zu laſſen angeordnet / wann
nun berührte *collect*en eingebracht / ſo wollen wir / daß hiervon der halbe Theil zu
Wiederanrichtung Kirchen und Schulen und anderer Geiſtlichen Gebäude an-
gewendet/die andere Helffte aber unter die Kirchen-und Schuldiener/ ſowol an-
dere Einwohnere nach Gelegenheit eines jeden erlittenen Schadens/durch gewiſſe
von euch hierzu beſtellte etliche Perſonen ausgetheilet werden/ ꝛc.)

Definit. CCCXXIIX.

Sine præſcitu & conſenſu Superintendentis Stipendia, ſive publica ſint ſive privata, Studioſis & Scholaribus conferri haut debent.

SUMMARIA.

1. *Scientiâ literatorum totus illuminatur mundus.*
2. *Multis ſe exponunt periculis Studioſi.*
3. *Studioſus dicitur animal pasſioni ſubjectum.*
4. *Vacuum reperitur in crumenis Studioſorum.*
5. *Adjuvandi ſunt Studioſi Stipendiis.*
6. *Laudatur munificentia Electorum Saxoniæ erga Studiorum cultores.*
7. *Proprium eſt Principum in cultores Muſarum liberalitatem exercere.*
8. *Quod nec privati intermittere debent, num. 9.*
10. *Sine conſenſu Superintendentis conferenda haut ſunt ſtipendia.*
11. *Quare & quibus ex cauſis?*
12. *Ratio hujus aſſertionis genuina. n. 14.*
13. *Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica.*
15. *Stipendiarii voculâ Eccleſiæ comprehenduntur.*
16. *Et privilegiis Eccleſiæ gaudent.*
17. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Licèt ſcientiâ & eruditione literarum,
quam Scholares anhelant, totus illu-
minetur mundus, quippe per quas ad
obediendum Deo & Magiſtratui vita ſubje-
ctorum informatur, vix tamen miſerior quàm
2 Studioſorũ vita, † qui ſemetipſos exinaniunt,
multis ſeſe periculis exponunt, frequentisſi-
mis vigiliis valetudinem infeſtant, laboribus
ingenium exhauriunt, mortisque imaginem
ſomnum fugientes, archetypum ipſum præ-
properè ſibi accerſunt, usq; adeò, ut non malè
† dicatur ſcholaſticus animal ſemper ferè & 3
ubiq; prædicamento pasſionis ſubjectũ, Joh.
Limn. *lib. 8. jur. public. c. 9. n. 14. & 15.* Si præ-
ſertim

ſertim, ut quam plurimum fit, inopia acce-
4 dat; Regulariter ſiquidem † vacuum, quod Philoſophi nullibi invenire poſſunt, in crumenis ſcholarum reperire licet, Petr. Rebuff. *Ad Authent. habita. C. ne filius pro patre. pag. 670.* Non certè ſine ingenti Reipublicæ pariter atque Eccleſiæ damno, ſi paupertate
5 perciti à Studiis deſiſtant. † Cui malo occurrendum per ſtipendia, quibus Scholares literis incumbentes ſuſtententur, qua in re Principes aliis præeuntes habent illuſtris-
6 ſimos Saxoniæ Electores, † de quorum munificentia ac liberalitate erga ſtudia literarum earumque cultores fidem facit uberrimam *Ordinat. Eccleſiaſt. Elector. Saxon. ſub Rubr.* Ordnung / wie es in beyden unſern *Univerſi*täten zu Leipzig und Wittenberg mit unſern *Stipendia*ten in der Lehre / Zucht und andern gehalten werden ſol.
7 *cap. 1. & paſſim.* † Ac ſane proprium eſt eorum, ut in ſtrenuos Muſarum cultores liberalitatem exerceant. Nihil enim præclarius eſt magnis Principibus ac Regibus, quàm fovere ingenia, quæ ad magnam ſint frugem, ſi excolantur, perventura: quæque memoriam eorum multa ſua cum laude in omnem proferant poſteritatem, Petrus Bembus *lib. 6. epiſtolar. familiar. ad Albertum Brandeburg. Cardinal.*

8 Sed † ne privati intermittant, quidquid ad ſuſtentationem pauperum Studioſorum conducit, cùm ipſorum non minus interſit, Eccleſiam & Rempublicam ope Virorum doctorum adminiſtrari ac conſervari,
9 quare omni laude digni habentur, † qui legatis ac ſtipendiis tenuitati Scholaſticorum ſuccurrunt, quod ab anteceſſoribus multoties factum novimus: modò adminiſtratione malâ ſtipendia haut diſſipentur; idoneisque ſubjectis conferantur, cujus rei inſpectio Superintendenti cujusque loci in-
10 cumbit, † ſine cujus præſcitu & conſenſu conferri ſtipendia haut debent, quantumvis à privatis certæ familiæ fuerint relicta, idque (1.) propter expreſſam ſanctionem E-
11 lectoralem † *in Ordin. Eccleſiaſt. dict. rubr.* Ordnung ꝛc. wie es mit unſern *Stipendia*ten zu halten. *cap. 2.* §. Darmit aber/ſo viel müglich. *in verb.* und Superintendenten oder *Adjunct*en. Quæ licèt de ſtipendiis Electoralibus loquatur, ex identitate tamen rationis, quia idem jus facit, *l. illud quæſitum eſt. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. quidam. 9. §. numularias. 2. ff. de edendo. l. his ſolis. 7. C. de revoc. donat.* bene ad ſtipendia à privatis relicta extendi debet.

(2.) † Conſiſtit verò ratio hujus ſanctionis in eo, ut conferantur ſtipendia juvenibus honeſtis, qui bonis ac idoneis ad diſcendũ ingeniis ſunt præditi, deſiderio literarũ tenentur, & nullum laborem in ſtudiis intermittunt, quod certè in oppidis præſertim minoribus, vix à quoquam alio, quam Paſtore & Superintendente indagari poteſt, † prout in- 13
nuunt verba *dict. Ordin. Eccleſ. in §.* Damit aber ſo viel müglich. *in verb.* Und dann von dem Pfarrer/Schulmeiſter und Superintendenten oder *Adjunct*en ihres *ingenii*, Wandels / Fleiſſes/ und wie fern ſie in ihren *ſtudiis* kommen / Zeugnüß auflegen. *junct. verb. final.* Sondern in dieſen/ wie es auch die Noth der Kirchen erfordert/allein auf den gemeinen Nutz geſehen und ohne Anſehen der Perſonen allein die beſten *ingenia*, geſchickteſte und tugendlichſte Knaben auserleſen / und zu ſolchen *beneficie*n befördert werden. † Ne ergo 14
contra intentionem teſtatorum piorum ſtipendia aliis conferantur, ac male adminiſtrentur, providere Superintendenti maximoperè incumbit.

(3.) Idque eò magis, quia Epiſcopi nomine Superintendens hoc expedire ſolet, † non 15
aliter quam reliquos Eccleſiæ actus, quia in favorabilibus Stipendiarii æque ac pauperes Eccleſiæ vocabulo & appellatione comprehenduntur, Bald. *in l. omnes. in pr. C. de Epiſcop. & Clericis.* Meichſner. *deciſ. Cameral. 26. n. 11. ſeqq. tom. 3.* Et à rebus Eccleſiæ non male ad ſtipendia & pias cauſas inferri ſolet, Caſtrenſ. *conſil. 269. n. 1. lib. 1.* Andr. Tiraquell. *de privil. piæ cauſ. privil. 137. & 138.* † Nam & hæ privilegiis Eccleſiæ gaudent, Fe- 16
lin. *in cap. de quarta. col pen. extr. de præſcript.* Bald. *de præſcript. 1. part. quint. part. princip. quæſt. 1. n. 7.* Matth. de Afflict. *deciſ. 67. n. 4.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Senatui Oſſitienſi die 27. Martii An. 1607. (Verba Reſcripti: 17
Welchermaſſen an uns *Helvicus Gardius* der heiligen Schrifft *Doctor*, Pfarrer und Superintendens bey euch/daß ihr ohne ſein Vorwiſſen und Einwilligung zwey *ſtipendia* zu verleihen vorhabens ſeyn ſollet/ ſich beſchweret/ das habt ihr aus der Inlage zu erſehen; Wann dann in dieſen Landen jedes Orts Pfarrern und Superintendenten über alle Kirchen/Schulen/ und milde Sachen / (darunter die *ſtipendia* zu ziehen) nebens den *Collatorn* die *inſpection* gebühret/der Stiffter auch angeregte *ſtipendia* nechſt ſeinen Blut-Freunden auf euere dürfftige Bürgers-Kinder/welche

der Augſpurgiſchen *Confeſſion* verwandt / und ihre *Studia* ſo weit gebracht / daß ſie ſich auf Univerſitäten halten können/(davon der Pfarrer und Superintendens am beſten urtheilen kan) gewidmet hat; So iſt an ſtatt höchſt-ermeldten unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren an euch/Ihr wollet ſolchem des Stiffters Willen jederzeit mit Fleiß nachkommen/auch ohne des Superintendenten oder ſeiner *Succeſſorn* Vorwiſſen und Einwilligung angedeutete beyde *beneficia* niemands *conferi*ren. Im Fall euch aber hierinnen ungebührlicher Einhalt über Verhoffen geſchehen möchte/ ſolches an Uns als Ober-*Inſpecto*ren jedesmal gelangen laſſen/ und daraus fernere Verordnung gewärtig ſeyn / hieran vollbringet ihr höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns gefällige Meynung / ꝛc.)

Definit. CCCXXIX.

Piè faciunt Miniſtri Eccleſiæ, Fiſcum fraternitatis ſeu ærarium in favorem viduarum ac orphanorum ſuorum erigentes & conſenſum Principis petentes: qui nec iis denegari, nec reditus fiſci alios in uſus converti debent.

SUMMARIA.

1. *Modica ſunt Miniſtrorum Eccleſiæ ſalaria atq; ſtipendia.*
2. *Fiſcus fraternitatis certumq; ærarium pro viduis & orphanis miniſtrorum Eccleſiæ erigi ſolet.*
3. *Qualisnam ſit hic fiſcus, quæq; ratio?*
4. *Confirmari debet fiſcus à Magiſtratu Superiore.*
5. *Maximus viduarum & orphanorum favor.*
6. *Fidei & protectioni Principum perſonæ hæ commendantur.*
7. *Ne reditus fiſci in alios convertantur uſus.*
8. *Ditiores æquè ac pauperes de reditibus participant. n.12.14.*
9. *Viduæ & orphani licet divites, etiam pro miſerabilibus habentur perſonis.*
10. *Quædam perſonæ miſerabiles ſunt ſolo habitu: quædam habitu & actu ſimul.*
11. *Privilegium* l. un. C. quando Imp. inter pupill. vel vid. *ditioribus etiam perſonis eſt indultum.*
13. *Cauſâ rei alicujus unâ ceſſante, altera eam ſuſtinet.*
15. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
16. *Ejusdem Sententia.*

1 Modica quia ſunt miniſtrorum Eccleſiæ ſalaria atque ſtipendia, adeò ut ſe & familiam ſuam vix inde ſuſtentare, nedum quidquam viduis & orphanis reſervare queant, bene utique fa-
2 ciunt, Fiſco fraternitatis † iis proſpicientes, ærariumque peculiare (quod vulgo der Wittben Kaſten appellitant) erigentes, in quo ex fraterna charitate eleemoſynæ à piis hominibus colliguntur, ex honeſtis legatis acquiruntur, & ab ipſismet contribuuntur,
3 quo † viduis & orphanis eorum vel annuatim quid inde ad ſuſtentationem aſſignetur, vel certa portio ſemel pro ſemper ſolvatur, prout ſcilicet à Miniſterio cujusque diœce-
4 ſeos fuerit conventum; † Quod, quia pium eſt & laudabile, à Superiore confirmari debet, nec facilè Magiſtratus conſenſum ſuum
5 detrectabit, † quia maximus eſt favor viduarum ac orphanorum ceu miſerabilium perſonarum, *l. un. c. quando Imp. inter pupillos vel viduas.* & quarum cura maximè pertinet ad pectora generoſa, Gloſſ. jur. Saxon. *lib. 1. art. 20. in pr.* Joh. Limn. *lib. 6. jur. publ. cap. 5. n. 49.* & † fidei ac protectioni Principum 6
perſonæ prædictæ commendantur, *Exod. 22. v. 23. Eſr. 1. v. 23. Zach. 7. v. 10.*

In qua confirmatione tamen haut ſubſiſtendum, ſed & curam ulteriorem ſuſtinere debent Principes ac Magiſtratus Superiores, † ac bene providere, ne reditus fiſci vel æra- 7
rii in alios convertantur uſus, quod certè piaculum eſſet, contra intentionem pariter piorum hominum & dignitatem Miniſterii factum. Quin & diligenter Magiſtratus proſpiciat, quo æqualis fiat diviſio inter viduas & orphanos, † ita ut nec ditiores poſtpo- 8
nantur, nec pauperes iis præferantur, propterea quia non ſolum paupertas, ſed vel maximè etiam conditio viduitatis & orphanitatis in conſiderationem hic venit, vel ut expreſſius loquar, perſonarum miſerabilium reſpectus; Haut minus verò commiſeratione dignos haberi, qui ſunt in illarum conditione, unà † divites pariter ac pauperes, nemo 9
inficias ibit: cùm & divites injuriæ hominum

num ſint expoſiti. Et bene diſtinguit Panor-
10 mitanus, quod quædam † perſonæ ſint miſe-
rabiles habitu ſed non actu, ut viduæ & pu-
pilli divites: quædam verò habitu & actu, ut
viduæ & pupilli pauperes, *in cap. ſignifican-
tibus. numer. 6. extr. de offic. delegat.* Ex quo
11 etiam fit † ut nec viduis & pupillis divitibus
valide opponatur exceptio ſeu beneficium
primæ inſtantiæ a reo coram ſuperiore ju-
dice convento ex *l. un. C. quando Imp. inter
pupillos vel vid. &c.* de quo dixi *Reſponſ. E-
lect. 19. lib. 2.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 177. n. 3.*
Vincent. de Franch. *deciſ. Neapolit. 100 n. 19.*
Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 1. n. 40.* Herm. Vul-
tej. *in dict. l. un. n 10.* Rol. a Valle *conſil. 76.
num. 34. & ſeqq.* Cardin. Tuſch. *lit. M. con-
cluſ. 273. n 14.* Didac. Covarr. *pract. quæſt. 6.*
12 *& 7.* † Nimirum non ſola paupertas cau-
ſam dedit fiſco vel ærario fraternitatis, ſed &
miſerabilitas perſonarum, quantumvis ergo
in divitibus una ceſſet cauſa, altera † tamen 13
beneficium iſtud adhuc ſuſtinet, *arg. §. af-
finitatis. 6. inſtit. de nupt. l. ſi ventri 8. § in
bonis. 2. ff. de privil. creditor.* Bartol. *in l.
liberorum. 11. pr. n. 1. verſ. ex quo nota. ubi
diſpoſitio &c. ff. de his qui notam infam.*
Seraphin. *de jurament. privil. 100. n. 8.* Andr.
Tiraquell. *in Regula: ceſſante cauſa, limit. 22.
num. 1. & ſeqq.* † Cumque in beneficio 14
hoc reſpectus ſimul habeatur ad officia Ec-
cleſiæ præſtita a defuncto miniſtro, in quo-
rum recompenſationem id viduis & orpha-
nis ipſorum conceſſum eſt, non certè anim-
advertere poſſum, cur opulentia iis ſit impe-
dimento, ſi de officiis & dexteritate Paſtoris
defuncti conſtet.

Ita † Conſiſtorium Supremum Miniſterio Eccleſiæ in Diœceſi Dresdenſi die 26. Junii An. 1623. 15
(*Verba Reſcripti confirmatorii:* Nachdeme uns der Herr Superintendens allhier
zu erkennen gegeben/wie daß er nebens andern dieſer Superintendentz Dreßden
unterworffnen *Paſtor*en und *Diacon*en mit ihrer aller wohl-bedachten gnugſamen
deliberation und Einwilligung den *Fiſcum Fraternitatis* in einen richtigen Zuſtand
gebracht/ gewiſſer *legum* ſowol eines *deputat*s für jegliche Wittwe/ was ſie nach
Abſterben ihres Ehewirths *ſemel pro ſemper* haben ſolle/unter einander ſich vergli-
chen/und uns um *Confirmation* erſuchet und gebeten/wir auch daraus ſo viel befun-
den/daß ſolche ihre Vorſorge Chriſtlich/ und dem heiligen *Miniſterio* ſonderlich in
dieſer letzten Zeit hoch von nöthen. So haben an ſtatt und im Namen höchſtgedach-
ten unſers gnädigſten Herrns wir zu ſolcher wohlmeynenden und Chriſtlichen An-
richtung und Verbeſſerung unſern *Conſens* und Bewilligung wiſſentlich gegeben/
thun auch ſolches hiermit beſtätigen/ und wollen/daß dieſer *Fiſcus Fraternitatis* In-
halts der aufgerichteten Vergleichung nochmals *perpetuir*et/ und in künfftigen
Zeiten von den itzigen Pfarrern und *Diaconis*, auch allen denen/ ſo nach ihnen in
der Superintendentz Dreßden zu Kirchen-Dienſten kommen werden/ für und
für in allen *Punct*en unverbrüchlichen alſo gehalten werden und bleiben ſol/ 2c.)

Et † ad requiſitionem Matthäi G zu S. *die 27. Septembr. Anno 1617.* (*Verba Sententiæ:* 16
Hat ſich nach Abſterben *M. H. H.* Pfarrers zu N. Wittwe bey den Kirch-Vätern
daſelbſten angegeben/und daß ſie nebens ihren Kindern das jenige/ſo aus dem *Fi-
ſco Fraternitatis* oder Kirchen-Kaſten des Orts der verſtorbenen Pfarrer Wittwen
und Kindern gebühret/gleichesfalls erlangen möchte/bittlichen geſuchet; Ob nun
wol lieber der Schulmeiſter an ihre ſtatt eine Ergetzung begehret/mit Vorwenden/
daß es bemeldte Wittwe/weil ſie ſich nebenſt den Ihrigen anderswoher und von
dem Ihrigen erhalten könte/nicht bedürfftig/dieweil aber der Kirchen-Kaſten nur
für die Pfarr-Wittwen und Wäyſen ohne Unterſcheid *fundir*et/auch ohne das bey
dieſen Zeiten faſt erſchöpffet/ und dahero die Pfarr-Wittwen und Wäyſen ſelb-
ſten groſſe Noth leiden müſſen; So hat ſein Suchen nicht ſtatt/ ſondern es wird
oberwähnter Wittwe und den Ihrigen dasjenige/ſo gebräuchlichen/ aus dem *Fi-
ſco* billich entrichtet und abgefolget/2c.)

DEFINIT. CCCXXX.

Prædium Hoſpitali ſive pauperibus legatum, ut ex annuis reditibus ſuſtenten-
tur, contra voluntatem teſtatoris diſtrahi haut debet.

SUMMARIA.

1. *Mala Reipublicæ nota, ſi miſerabiles oberrent perſonæ.*
2. *Quibus de ſuſtentatione proſpiciendum.*
3. *Collegia hunc in finem fundata.*
4. *Variæ referuntur horum Collegiorum ſpecies. n. 5. 6.*
7. *Collegia iſta piis locis adſcribuntur.*
8. *Cura Eccleſiæ pertinet ad Principem & Magiſtratum.*

 9. Ut

9. Ut & cura Xenodochiorum, & quo pauperes alantur.
10. Quibus & privati bonis abundantes ſuccurrere debent.
11. Reditus Xenodochiorum conſervandi ſunt.
12. Prædium pauperibus legatum diſtrahi haut debet.
13. Non recedendum eſt à voluntate teſtatoris.
14. Voluntas teſtatoris tanquam Regina prædominatur.
15. Ultima voluntas ſortiri debet ſuum effectum. num. 16.
17. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

1 NOn major eſt nota Reipublicæ malè conſtitutæ, inquit Keckerman. quam ſi multæ miſerabiles perſonæ eâ oberrent, & ſubſidia vitæ non inveniant: quæ res etiam maximam confuſionem in Republica parit, *in Syſtem. politic. cap.14. fol.254.* Reinhard. König. *in theatro politico part. 2. cap. 10. num. 22.*
2 † quare ſi non ex mandato divino, attamen vel ſaltem propter Reipublicæ decus prudens providebit Magiſtratus de certis reditibus, quibus perſonæ illæ miſerabiles ſuſtentari
3 queant, quem in finem † conſilio prudenti certa Collegia & receptacula ſunt fundata, Vultej. *lib.1. jurisprud. Roman. cap. 11.*
4 Schönborn. *lib.3. polit. cap 18.* nempe † Prochotrophia, in quibus aluntur mendici & pauperes, *l. illud quod ex veteribus. 19. & l. ſancimus. 22. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Orphanotrophia, quæ educant minores parentibus & facultatibus deſtitutos, *l.32. C. de Epiſcop.*
5 *& Cleric. l. 17. C. de ſacroſanct. Eccl.* † Brephotrophia, quæ alumnos habent infantes, præſertim expoſititios, *dict. l.19. & dict. l.22.* Noſocomia pro valetudinariis; Gerontocomia, in quæ recipiuntur ſenes, *l. 16. & l.18.*
6 *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* † Et tandem Xenodochia ſive Hoſpitalia, quæ advenas, ægrotos, inopes, debiles, invalidos, qui ſibiipſis per laborem de alimentis proſpicere non poſſunt, hoſpitio excipiunt, *dict. l.22.* Reinhard. König. *dict. cap.10. n.23.* Quæ omnia licet proprie ad bona eccleſiaſtica non re-
7 ferantur, † piis tamen locis adſcribuntur, inque iis opera pietatis exercentur. Bald. *conſil.465.* Caſtrenſ. *conſil.167. libr.2.* Bertrand. *lib.1. conſil. 244. num.3.*

8 Ut † ergo cura Eccleſiæ ad Principem & Magiſtratum pertinet, *can. Princeps. can. ſi apud. 23. quæſt.5.* Joh. Bodin. *libr. 6. de Republ. cap.1. pag.986.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecular. & Eccleſiaſt. libr.3. claſſ.1.*
9 *cap.1. num.9.* † Ita & huic incumbit, pia illa loca non ſolummodò adminiſtrare, ſed & providere de certis reditibus, quibus perſonæ miſerabiles ordinariè poſſint ſuſtentari, Keckerm. *dict. cap. 14.* Veluti Julianus Auguſtus paganos Pontifices Chriſtianorum exemplo ad Noſocomia & Xenodochia extruenda ac publicis privatisque opibus augenda cohortatur Nicephor. Calliſtus; & aliis hac in re exemplo ſuo præivit Sereniſſimus Saxoniæ Elector, prout abundè apparet *ex Ordin. Eccl. art. gen. 33.* von Hoſpitalien. † Quin & privati facultatibus ab- 10
undantes pauperibus ſuccurrere debent juxta monitum Ariſtotelis, ut divites, qui facultatem faciendæ mercaturæ habent, egentibus ad neceſſitatem vitæ ſuggerant, & libenter largiantur, *lib. 6. polit. 9.* unde Ludovicus IIX. Rex Franciæ non minimam promeruit laudem, quòd multa pupillis ac tenuibus viduis teſtamento legaverit, Bodin. *dict. lib.6. cap.2. num.691. fol. 1002.*

Acquiſitis verò † per legata, aliave me- 11
dia licita reditibus, non minor Principum ac Magiſtratuum cura eſt, eosdem conſervare, usque adeò ut nec modum à teſtatore præſcriptum † mutare liceat. Vel- 12
uti ſi quis ad ſuſtentationem pauperum in Xenodochio certum legaverit prædium, quò ex reditibus ejus alimenta iis peterentur, non fas erit Magiſtratui, prædium diſtrahere, aliosque ex pecunia inde redactâ conſtituere proventus, ſcilicet † quia non re- 13
cedendum à voluntate pii teſtatoris, ſed præciſè ei inhærendum, *l. vel negare. 5. ff. quemadmod. teſtament. aperiant. l. ſi quis vinum. 9. §. item ſi quis vinum. 2. verſ. & eſt hoc. ff. de tritic. vino & oleo legato.* Alexand. *lib.2. conſil. 130. numer. 2.* Andr. Alciat. *lib. 9. conſil. 38. numer. 20.* † nam voluntas teſta- 14
toris tanquam Regina prædominatur, Jaſon. *in l. ſi quis qui pro emtore. 15. n. 346. ff. de uſucap.* Curt. Jun. *conſil. 111. num. 6.* eamque lex pedetentim ſequitur, ut canis leporem, Curt. Jun. *dict. loc. verſ. Hinc dixit Baldus, &c.* Quin & ultima voluntas pro lege ipſa habetur, *Novell. 22. cap. 2. verſ. diſponat. & c. can. ultima voluntas. 13. quæſt.2.* nimirum propter favorem teſtamenti & † quo ultima vo- 15
luntas ſuum ſortiatur effectum, *l. cum ſervus. 39. §. conſtat. ff. de legat.1. l. ſi pecunia. 12. l. unum ex familia. 67. §. ſi rem ſuam. 8. ff. de*

de legat. 2. l. cum alienam. 10. C. de legat. Cumque diſpoſitio teſtatoris ad uſum pium eſt directa, eò minus certè ab ea recedendum, quo magis publicè alias intereſt hominum
16 † judicia exitum habere, *l. ſi quis vinum. 9.* §. *item ſi quis vinum. 2. verſ. & eſt hoc. ff. de trit. vino & oleo legat. l. non negare. 5. ff. quemadmod. teſtam. aper.* Bender. *de Reviſ. conel. 20. n. 200.* Andr. Alciat. *lib. 9. conſil. 38. n. 20.* Alexand. *lib. 2. conſil. 130. n. 2.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti, Præfecto & Senatui Chemnicenſibus, die 17
26. Octobr. Anno 1618. (Verba Reſcripti: Wir haben verleſen hören / was an uns ihr ingeſamt wegen Vererbung der Mühlen / welche Hans George Arnold / weiland Ambts-Verwalter zu Rochlitz armen Leuten vermachet / abermals gelangen laſſen. Weil aber aus den klaren Buchſtaben des Teſtaments zu befinden / daß der *Teſtator* die Mühle verwüſtet um 1200. Gülden erkauffet / und hernacher gebauet / auch wie es damit allenthalben zu laſſen / gewiſſe und wohlbedächtige Verordnung gethan; So haben wir darwider etwas zu verſtatten und nachzugeben Bedencken / werdet derowegen der *fundation* nachzugehen / und bey den Erben / daß ſie dieſes *legatum* von den Schulden *liberi*ren / anzuhalten wiſſen / ꝛc.)

Definit. CCCXXXI.

Niſi juſta, probabilis & ſufficiens diſtractionis cauſa adſit.

SUMMARIA.

1. *Prædium pauperibus legatum juſtâ ex cauſa diſtrahi poteſt. n. 2.*
3. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n. 9.*
4. *Magiſtratus quandoq́; poteſt mutare ſententiam teſtatoris.*
5. *Modo conſtet de juſtâ cauſa iis, quorum intereſt.*
6. *Non cenſetur probibita alienatio, quando utilis ei, in cujus favorem facta eſt probibitio.*
7. *Quo caſu rerum etiam Eccleſiæ permittitur alienatio.*
8. *Ut & mutatio pecuniæ ac rei dotalis.*
10. *Argumentari licet à fideicommiſſo ad legatum pauperibus relictum.*
11. *Res fideicommiſſo ſubjectas diſtrahere licet, ſi utilitas hoc ſuadeat.*
12. *Quantumvis teſtator probibuerit bonorum alienationem.*
13. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOlo tamen hoc adeò generaliter accipi, ut nec diſtractio contra voluntatem teſtatoris ſit concedenda, ſi juſta & ſufficiens cauſa exiſtat, & ad ipſum legati uſum, ejusque conſervationem ſpectat alienatio. Legato etenim prædio
2 † ut ex fructibus habeant pauperes quò alantur, ſi periturum id eſſet, conſultiùs videtur hoc alienari, & pecuniam inde redactam in pauperum alimentationem annuam conver-
3 ti, quam totum tolli legatum. (1) † Quia eò potiſſimum eſt reſpiciendum, ut conſervetur legatum & voluntas teſtatoris: quem in finem etiam licitũ cenſetur executoribus teſtamenti, voluntatem teſtatoris utiliter interpretari, eorumq; declaratio ab ipſo teſtatore facta intelligitur, Bald. *vol. 4. conſil. 259.* Andr. Alciat. *lib. 9. conſil. 62. n. 13.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 1. n. 21. & lib. 7. tit. 8. n. 22.*
4 † non ſecus atque ex juſta & probabili cauſa Magiſtratus aliquando poteſt immutare teſtatorum ſententias in alienandis bonis, aut in meliorem uſum convertendis, publicâ nimirum, aut ſaltem privatâ hoc ſuadente utilitate & neceſſitate, *l. 7.* ubi & Bartol. *l. utilitatem. 10. ff. de confirm. tutor. l. ſi plures. 38. §. quamvis. 3. ff. de adminiſtr. tutor. l. 1. in pr. ff. ubi pupill. educari debet.* Bald. *in l. ſi teſtamentum. 10. C. de teſtam.* ubi ait, † Ma- 5
giſtratui cuivis licere voluntatem defuncti mutare, modò conſtet de cauſa iis, quorum intereſt, *l. legatam. 4. ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertin.* Nicol. Reuſner. *l. 4. deciſ. 7. n. 33.* Natta *vol. 2. conſil. 425. n. 3.*

(2.) † Eſtque vulgò receptum, quod ubi 6
perſona, cujus favore facta fuit prohibitio alienandi, non læditur, non videatur permutatio vel alienatio facta contra prohibitionem, *l. ex hoc edicto. 8. §. Si quis alienaverit. 4. ff. de alien. judic. mutandi cauſ. fact.* Petr. Placent. *in tract. de fideicom. quæſt. 8. num. 5. 27.* † ex quo etiam fit, 7
quòd rerum eccleſiæ permittatur alienatio & transmutatio in res utiliores & commodiores, licèt aliàs hæ alienari lege prohibeantur, *can. terrulas. 12. quæſt. 1. cap. ut ſuper.*

8 *ſuper.extr. de reb. eccleſ. non alien.* † & pecunia dotalis in rem, vel res dotalis in aliam, ſi id expediat, commutari poteſt, *l. ita conſtante.26. l. ſeq. l. ſi ex lapidicinis. 32. ff. de jur.*
9 *dot.* † Atqui non læduntur pauperes, in quorum favorem legati diſtractio prohibita eſt, ſi id aliter ſervari, nec uſus legati effectum ſortiri queat, niſi diſtrahatur, quin potius commodum eorum non parum hinc promovetur, ut profecto de ſubſiſtentia alienationis ambigendum prorſus non ſit.

10 (3.) Argumentari † porro bene licet à fideicommiſſo ad legatum pauperibus relictum, quia utriusque effectus ad alia ſe extendit, quæ in locum defunctorum ſuccedunt. Jam vero permittitur alienatio rerum fideicommiſſo ſubjacentium † ex cauſa com- 11
mutationis pretii in alias res utiliores, & fideicommiſſario heredi magis commodas & proficuas, *l. divus.5. ff. de petit. heredit. l. Titius.54. ff. ad SCtum Trebell. l. Imperator.71. §. cum autem.3. ff. de legat. 2.* ubi Bartol. M. Anton. Peregrin. *de fideicom. art. 40. num.32.* Matth. de Afflict. *deciſ. 336. num.3.* Dom. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. lit. F. concl. 283. num. 84.* idque adeo extendit Peregr. *dict. loc.* † ut licèt teſtator 12
prohibuiſſet bonorum alienationem, utilis tamen permutatio haut interdicta videatur, Angel. *conſil. 109.* Placent. *dict. quæſt. 8. num.525.* Quidni ergo etiam de legato pauperibus relicto idem aſſerendum eſſet?

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti, Quæſtori & Senatui Chemnicenſibus, die 24.* 13
Julii Anno 1618. (*Verba Reſcripti:* Wir haben verleſen hören / was an uns ihr der *Superintendens* und Rath wegen Vererbung der Mühlen / welche Hanß George Arnold / weiland Amtsverwalter zu Rochlitz armen Leuten vermacht / und ihr der Schöſſer habt ſolches inliegende zu befinden; Begehren derohalbē an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit / Ihr ingeſamt wollet / ſo viel müglich / bey der *fundation* bleiben. Da ihr aber befindet / daß hierdurch des *teſtatoris* Wille nicht erfüllet würde / alſo daß man zu Erhaltung des *legati* den Armen zum beſten die Mühle verändern müſte. So wollet ihr uns der Sachen Beſchaffenheit / auch wie hoch ſolche Mühle vererbet werden könne / und die darauf hafftende Beſchwerungen ſich erſtrecken / nebens Wiederſendung des Inſchluſſes berichten / ꝛc.)

DEFINIT. CCCXXXII.

Legatum ad certam piam cauſam, eâ deficiente in aliam & ſimilem cauſam æque piam converti poteſt.

SUMMARIA.

1. *Legatum ad pias cauſas in uſus profanos converti non debet.*
2. *Num legatum ad certam piam cauſam in aliam æque piam erogari poſſit?*
3. *Nequaquam: ſed ſtrictè voluntati teſtatoris inhærendum.*
4. *Quam ſancti Patres ſanctè ſervandam cenſuerunt.*
5. *Quid vero ſi cauſa illa deficiat?*
6. *Tunc ad ſimilem cauſam piam legatum transferri debet.*
7. *Quibus ex cauſis & fundamentis? num. 8. 15.*
9. *Perinde eſt aliquid fieri, aut ſimile fieri.*
10. *Adducuntur textus juris pro confirmatione hujus deciſi. n. 11.*
12. *Abrogatâ cauſâ illicitâ, in licitos uſus pios legatum convertitur. num. 13.*
14. *Pro monaſteriis pii Principes Scholas & Noſocomia conſtituerunt.*
16. *Reſponſum Conſiſtorii Supremi.*

Diſtinctæ ab invicem ſunt quæſtiones, an legatum ad pias cauſas in uſus prophanos converti poſſit, & num id, quod à teſtatore ad certam piam cauſam deſtinatum, in ſimilem æque
1 piam erogari queat? † Prior certè voto omnium negativè eſt decidenda, ut patet ex traditis Henr. Petrei *in tract. de Monaſter. pag. 74.* nec enim id, quod ſemel dicatum eſt Deo, ad uſus prophanos transferri debet, *cap. ſemel Deo. extr. de Reg. jur. in 6to. l. ſancimus. & l. ut inter. C. de S.S. Eccleſ.* Petr. Syring. *de pac. Relig. concluſ. 38. gloſſ. 6.* Theodor. Reinking. *de regim. ſeculari & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 3. numer. 15.* Erneſt. Cothman. *conſil. 140. num. 18. & ſeqq. præſertim num. 22.* ubi piè & prolixè hac de re diſſerit. † Quod 2
ſi verò aliquis quæſiverit, num deſtinatum à teſtatore ad certam piam cauſam, puta ad ſuſtentationem puerorum in Scholis trivialibus, transferri poſſit ad aliam cauſam piam, veluti ad ſtipendia inter Scholares diſtribuenda in Academiis? ita reſpondendum judicamus, † ut voluntas teſtatoris ante omnia 3
con-

conſervetur, nec per translationem legati ad
cauſam aliam piam non expreſſam, hautqua-
quam ab ea recedatur, quia publice intereſt,
ultimam teſtatoris voluntatem conſervari
inviolatam, *l. 5. quemadm. teſtam. aper.*
Paul. de Caſtro *in l ex facto.43. ff. de vul-
gar.& pupill. ſubſtit.* Natta *conſil.211 num.19.*
4 *vol.1.* † quam & ſancti Patres ſanctè ſervan-
dam cenſuerunt, *can. ultima voluntas. 3.
quæſt. 2.* ac bene monet Apoſtolus, more
confirmato teſtamento, neminem in eo ali-
quid vel addere vel immutare, gloſſ. *in cap.
tua nobis. extra de teſtam.* Quin & clare Ul-
pian. decidit, quod ad certam ſpeciem civi-
tati relinquitur, in alios uſus id convertere
minime licere, *in l.1. ff. de adminiſtr. rer. ad
civit. pertin.*
5 At causâ, † quam teſtator indigitavit, ceſ-
ſante, veluti ſi tot pueri non exiſterent in
Scholis trivialibus idonei, qui legato opus
habeant, non certe quicquam obſtat, quò mi-
nus illud ad ſtipendia transferatur, eaque
certis aſſignentur Studioſis in Academiis.
6 (1.) † Nec enim unquam legatum ad pias
cauſas relictum, fit caducum, nec ullo vacare
debet tempore, ſed ad licitum legitimumque
uſum perpetuo conferri, ut docet Bartol. *in l.
legatum Civitati. 16. ff. de uſu & uſufr. legat.*
Panormitan. *lib. 1. conſil.27.* Hier. Schurff.
7 *centur.1. conſil.48.* † quod ſi ergo cauſa à te-
ſtatore nominata deficiat, aliud non reſtat
remedium voluntatis ejus conſervandæ,
quam ut legatum ad ſimilem æquè piam
transferatur cauſam, ad uſum nempe Mini-
ſterii, Scholas conſtituendas, pauperes ju-
vandos, aut denique conditionem Eccleſiæ
ac Reipublicæ quoquò modô meliorem effi-
ciendam, *l. cum hi. 8.* ubi gloſſ. *§. eam trans-
actionem. ff. de transact. l. ſancimus. 21.* ubi
Dd. *C. de ſacroſ. Eccleſ.*
8 *(2.)* † Idque eò magis verum in caſu præ-
ſenti, quo legatum ad alimentationem pue-
rorum deſtinatum convertitur in ſuſtenta-
tionem Studioſorum: & ita in uſum ferè
eundem nempe Stipendiorum, utraque enim
cauſa eſt ſtudiorum, ut vere heic dicatur,
9 † perinde eſt aliquid fieri, aut ſimile fieri, *l.
ult. ff. mandati. can. ideo cum gloſſ diſtinct.
30.* adeoque facilis eſt tranſitus in Symboli-
zantibus, ut loquitur Baldus *in c.1. §. ſi verò
qual. olim. feud. alien. poter.*

(3.) † Et facit huc Reſponſum Modeſtini 10
JCti hiſce verbis datum: *Legatum civitati
relictum eſt, ut ex reditibus quotannis in ea
civitate, memoriæ defuncti conſervandæ gra-
tia, ſpectaculum celebretur, quod illic cele-
brare non licet. Quæro, quid de legato ſit
exiſtimandum? Modeſtinus reſpondit, cùm
teſtator ſpectaculum edi voluerit in civitate,
ſed tale quod ibi celebrare non licet, iniquum
eſſe, hanc quantitatem, quam in ſpectaculum
defunctus deſtinavit, lucro heredum cedere,
igitur adhibitis heredibus & primoribus civi-
tatis diſpiciendum eſſe, in quam rem conver-
ti debeat fideicommiſſum, ut memoria teſta-
toris alio & licito genere celebretur, in l. le-
gatum. 16. ff. de uſu & uſufr. legat.* Quod
† idem fere habetur *in l. legatum. ff. de. ad-* 11
*miniſtr. rer. ad Civit. pertin. l. liberto. 21.
§. Lucius. 3. ff. de ann. legat. l. pen. §. ult. ff.
de jur. & facti ignor. l. pen. ff. de oper. publ.*
Ex quibus omnibus ſatis intelligitur, rem le-
gatam, ſi opus facto ſit, in meliorem uſum
convertere licere, ita tamen ut Magiſtratûs
accedat autoritas, Nicol. Reuſner. *lib.4. de-
ciſ. 7. n.24.*
(4.) † Quod ſi etiam legatum ad cau- 12
ſam, quæ ſaltem pia à teſtatore habebatur,
veluti pro celebratione Miſſarum, invoca-
tione Sanctorum, uſu Monaſteriorum;
ceſſante illâ causâ, quia detegitur eſſe impius
uſus, non revocatur, nec ad heredes teſtato-
ris pertinet, † ſed ad alios pios uſus con- 13
verti debet, *ex Receſſ. Imper. Auguſt. de an-
no 1555.* §. Nachdeme aber etliche Stände
des Reichs. Matth. Weſenb. *vol 1. conſil.
37. numer. 6. & ſeqq.* Erneſt. Cothman. *dict.
conſil. 100.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 54.*
Nicol. Reuſn. *dict. deciſ. 7.* Matth. Stephan.
de jurisdict. lib 3. part. 2. cap.13. n.10. & ſeqq.
Matth. Coler. *part.2. dec.244.* Joh Schneid-
vvin. *ad §. ſacræ. num. 10. inſtit. de rer. di-
viſ.* Andr. Tiraquell. *de privil. piæ cauſæ. pri-
vil. 135. & in tract. ceſſante causâ ceſſat effe-
ctus. in verb. legati cauſa. num. 125.* † veluti 14
quoque Principes Germaniæ pro Monaſte-
riis Scholas & noſocomia conſtituiſſe no-
vimus, quos propterea laudat Eberhard.
à Weihe *in aul. polit. Reg. 216.* † quidni 15
idem aſſerere liceret de legato ad vere piam
& licitam cauſam deſtinato, ſi nempe illa ef-
fectum ſortiri haut poſſet?

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem* des Pfarrers und Kirch-Väter zu Dö- 16
beln *die 10. Octobr. Anno 1610.* (*Verba Sententiæ:* Hat Peter Braun / Churfürſtl.
Sächſ. Amt-Mann zu Döbeln / alle ſeine Hinterlaſſenſchafft an unbeweglichen
Gütern / der Lateiniſchen Schulen daſelbſt vermacht / und dieſer maſſen da-
mit zu gebahren verordnet / daß nach ſeinem und ſeines Ehe-Weibes tödtlichem
Abgang dieſelben zu Gelde gemacht / das Geld aber auf Zinſe unter
die

die armen Knaben gemeldter Schulen wöchentlich ausgetheilet werden ſolle/und es iſt itzo die Schule bey euch dermaſſen in Abnahme kommen/daß man zu ſolchen Almoſen die Knaben allerdings nicht haben kan/dahero von den Zinſen jährlich ein ziemlicher Uberſchuß im Reſte verbleibet/davon die verordneten *Teſtaments-Executores* einem ſtudirenden Döbeliſchen Knaben ein *Stipendium* auf einer *Univerſität* zu reichen geſinnet/nach mehrerm Inhalt eurer Frage und ermeldtes *Teſtaments* Abſchrifft; So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel / daß ihr in Mangelung der Schulknaben die Ubermaſſe von den Zinſen zu einem *Stipendio* anzuwenden wohl befugt/ſonſten aber des *Teſtatoris* Verordnung nachzuleben ſchuldig / V.R.W.)

DEFINIT. CCCXXXIII.

Stipendium ad ſuſtentationem proximioribus conſanguineis relictum: den nächſten Freunden/ ad utriusq; ſexus conſanguineos ſpectat.

SUMMARIA.

1. *Interpretandis ultimis voluntatibus plurimum valet aſſertio ſanguinis & familiæ.*
2. *Verba tamen teſtatoris attendi imprimis debent.*
3. *Non ſufficit, teſtatorem quid voluiſſe, niſi de hoc expreſsè diſpoſuerit.*
4. *Ad legatum familiæ relictum non admittuntur cognati.*
5. *Multum valet gentis familiæq; conjunctio.*
6. *Legatum verò conſanguineis relictum pertinet etiam ad fœminas.*
7. *Quibus ex cauſis & fundamentis?*
8. *Cognati ſunt etiam conſanguinei.*
9. *Mens teſtatoris ex ſanguinis neceſſitudine interpretanda.*
10. *Legatum conſanguineis relictum latiſſimè eſt accipiendum.*
11. *Proximitas debet probari ab eo, qui in illa ſe fundat.*
12. *Reſcriptum Electorale.*

1 UT in aliis juris articulis, ita in teſtamentis quoque ac cæteris ultimis voluntatibus interpretandis plurimum valet affectio cujusque naturalis, & charitas ſanguinis, & favor agnationis, quippe ex quo in dubio plerumque ſumitur conjectura, *l. lege Cornelia. 12. ff. qui teſtam fac. poſſ. l. petitionem. 13. C. de advocat. diverſ. judic.* Bald. *in l. ſi defunctus. 9. C. de ſuis & legitim.* Bartol. *in l. liberorum. 220. ff de Verb. ſignif.* Cephal. *vol. 2. conſil. 252. n. 12.*
2 † Nunquam tamen contra verba teſtatoris, quæ ſemper prævalent & pondus interpretationi addunt, quia non ſufficit teſtatorem
3 quid voluiſſe, niſi etiam expreſsè † de hoc diſpoſuerit, Decius *conſil. 89. n. 3. verſ Confirmatur hoc* Bald. *in l. quidam cùm filiusfamilias. 46. in pr. in tertio notabili. verſ. unde non ſufficit teſtatorem velle. ff. de hered. inſtit.* Jaſon. *in l. ſi quis filium. 3. vol. 1. verſ. limita prædictam regulam. C. de liber. præter.* Tiber. Decian. *lib. 2. conſil. 2. n. 63.* Alexand. *lib. 7. conſil. 202. n. 4.* Curt. ſenior *conſil. 42. n. 21. verſ. quia non ſufficit quòd teſtator ve-*
4 *lit &c.* † Satis ideoque expeditum erit, ad legatum non admitti cognatos, ſi relictum id fuerit vel agnatis, vel familiæ, quippe quod tum reſpexerit ad conſervationem gentis ac nominis ſui, *arg. l. tutor petitus. 28. §. quæ tutoribus. ff. de excuſat. tutor. l. ſi ſerv. plurium. §. ult ff. de legat. cap. quia nos cap. requiſiviſti. extr. de teſtam.* Natta *vol. 2. conſil. 363. n. 11.* Multum † ſiquidem valet gentis familiæque 5
conjunctio, ut non ſine cauſa teſtator præſumatur magis favere ſuæ, quam alienæ familiæ, *l. omnia. 32. §. in fideicommiſſ.* ubi Alciat. *ff. de legat. 2. l. qui fundum. 87. §. qui filios. 7. in fin. ff. ad leg. Falcid.* Bartol. *in l ſi mater. 83. §. ſi filius. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

† Aliud dicendum de legato conſan 6
guineis proximioribus den nächſten Bluts-Freunden relicto, quod ad utriusque tam fœminei quam maſculini ſexûs conſanguineos, ſive ſint agnati ſive cognati, modò proximiores, pertinere, dubium vix eſſe poteſt. (1.) † Quia generalis teſtatoris locutio 7
omnes in genere conſanguineos comprehendit, *l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtand. l. 7. ff. de publ. in rem action.* Quis vero negaverit, † cognatos ſive ex linea 8
& genere fœminino procreatos eſſe conſanguineos, ſeu ſanguine conjunctos, ut hinc eos excludere nequaquam liceat. (2) Neque etiam aliter accipienda eſt mens & voluntas teſtatoris, quam † lex ipſa, & natur- 9
ratio ſanguinisque neceſſitudo præſcribit, *l. Lucius. 58.* ubi Bald. *ff. de hered. inſt.* Jaſon. *lib. 3. conſ. 79. vol. 2.* Cravetta *conſil. 185. n. 3.*

n. 3. quæ quidem cognatis plerumque magis favet, quàm extraneis, *l. antepen. ff. de*
10 *pact. l. ult. ff. de privil. Creditor.* (3.) Ne † dicamus, quòd legatum conſanguineis relictum, latiſſimè ſit interpretandum, *l. Aurelius. 28. §. Titius teſtamento. 3. ff. de liber. legat.* Bartol. *in l. cùm alienam. 10. C. de legat.* Decius *conſil. 69. n. 5.* Socinus Jun. *conſil. 98. n. 22. & conſil. 134. n. 29. vol. 1.* Cravetta *conſil. 62. n. 8.* Natta *vol. 1. conſil. 186. n. 10.* Cephal. *vol. 1. conſil. 81. n. 16. & conſil. 144. n. 32.* Quod ſi ergò controverſia hæc occurrat,
non opus habent conſangvinei, † ut de aliâ 11
re ſint ſoliciti, quam de probandâ proximitate. Nam qui vult admitti ut proximior, talem ſe debet probare, Andr. Alciat. *in l. proximi. 41. n. 1. ff. de Verb. ſignif.* Fulv. Pacian. *de probat. libr. 2. cap. 12. n. 25.* quomodo verò proximitas ſit probanda, dixi *Reſp. Elect. 36. libr. 6.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Quæſtori* in Noſſen/ *die 15. Febr. An. 1626.* (*Verba Reſcripti:* 12
Wir haben deinen eingeſchickten Bericht ſamt den Beylagen Caſpar E. zu N. belangende/ verleſen hören/ und daraus des *D.* Cummeſtades mildes Geſtiffte nemlich die Zinſen von 200. Gülden einem armen Freunde des letzten Abtes von der Zelle Andreas Schmiedewald genannt/ welcher ſolches am beſten bedarff/ von fünff zu fünff Jahren wechſelsweiſe gereichet werden ſolle/ vernommen; Wann dann unter des Abts nächſten Freunden nicht allein/ des Raths zu N. Meynung nach/ diejenigen/ ſo deſſelben Nahmen führen/ ſondern auch die/ welche zu ſeiner Sipſchafft am nächſten vom weiblichen Geſchlecht ſich ziehen/ begriffen/ unter dieſen aber Caſpar E. als ermeldtes Abtes Bruders Tochter Sohn ſich befindet; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ du wolleſt bey gedachtem Rath zu N. die Verordnung thun/ und darauf Achtung geben/ damit hinfüro berührte Zinſen obbemeldtes Abts nächſten Freunden/ ſo es am höchſten benöthiget/ ſie ſeyn gleich von Männlichem oder Weiblichem Geſchlecht/ von fünff zu fünff Jahren wechſelsweiſe abgefolget werden mögen/ ꝛc.)

TIT. XXII.

De

Ædificatione & Reparatione Eccleſiarum domuumque parochialium: nec non operis ad agriculturam in prochiâ præſtandis.

DEFINIT. CCCXXXIV.

Conſenſu & autoritate Epiſcopi ſeu Conſiſtorii ædificatio & reſtauratio Eccleſiarum eſt ſuſcipienda.

SUMMARIA.

1. *Eccleſia propriè dicitur cœtus fidelium & credentium.*
2. *Accipitur etiam pro loco, ubi fit congregatio.*
3. *Vocatur quandoque templum; & unde dictum?*
4. *Quondam Sacra in montibus & lucis tractabantur. n. 5.*
6. *Mos hic fuit Idololatris communis.*
7. *In populo Dei tabernaculum fuit conſtructum à Moſe.*
8. *Poſt adventum Chriſti cœperunt ædificari Sacella & ſplendita ædificia.*
9. *Horum cura Epiſcopo & Conſiſtoriis incumbit.*
10. *Sine quorum conſenſu non licet ædificare templum.*
11. *Probatur hoc ex jure Canonico.*
12. *Nec deſtituitur ratione ſingulari: & quænam ea? n. 13. 14.*
15. *Reſcripta Electoralia. n. 16. 17. 18.*

1 PRopriè equidem Eccleſia dicitur cœtus fidelium atque credentium, *can. Eccleſia. de conſecrat. diſt. 1. can. legimus. 93. diſtinct. can. multæ. 1. quæſt. 1.*
2 *can. loquitur. 24. quæſt. ead.* attamen † pro loco etiam accipitur, ubi fit congregatio, Continens pro Contento, quo ſenſu D. Apoſtolus inquit: Numquid non domos habetis ad manducandum & bibendum, aut Eccleſiam Dei contemnitis? & confunditis eos, qui non habent, *1. ad Cor. 11.* ædificium
nempè innuit ſive † templum, *can. de fabricâ eccleſiæ, can. in eccleſiis de conſecrat. diſt. 1.* 3
à tuendo ſic dictum, quod & Domus Domini vocatur cultui divino deſtinata, Petr. Greg. Tholoſ. *in Syntag. jur. univerſ. lib. 2. cap. 1. n. 4.* Quando enim cultus divinus cœpit eſſe publicus, fuerunt ſimul certa quædâ loca cultui deputata, † licet aliquando & in 4
montibus ac lucis ſub dio ſacra fuerint ex-

 culta,

culta, *Gen. c. 21.* ſicut & meminit Virgilius *7. Æneid.*

Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime
columnis.
Horrendum ſylvis ac religione parentum.
Hinc ſceptra accipere, & primos attollere
faſces.
Regibus omen erat : hoc illis curia tem-
plum.

5 Et iterum † Lares ajunt apud eundem Virgil. 6. *Æneid.*

Nulli certa domus : lucis habitamus opa-
cis.

Nec alibi, quàm in nemoribus antiquos Germanos numen coluiſſe, teſtis eſt
6 Cornel. Tacitus *de morib. German.* † qui mos etiam fuit omnibus propè idololatris, ut hinc infinitis ferè in locis ſacræ Scripturæ Deus populo ſuo lucos plantare prohibuerit & plantatos demoliri juſſerit, *Exod. 34. Deut. 7. 12. 16. & 3. Reg. 14. 15. 18. 2. Paralip.*
7 *14. & 17. Eſa. 17. Mich. 5.* † Poſtea verò in populo Dei tabernaculum à Moſe juſſu Dei fuit conſtructum, quod & templum ac domus Dei nuncupabatur, ut apparet ex *1. Reg. c. 1. & 3.* licet Salomon primus templum propriè ſic appellitatum conſtruxerit,
8 *3. Reg. 8.* † Poſt adventum autem Domini noſtri JEſu Chriſti, fide inter Chriſtianos propagata, cœperunt quoque exædificari ſacella & ſplendida ædificia, ſimulque templa, quæ antea idolorum erant, Deo fuerunt conſecrata ſacris adhibitis ritibus, Petr.
9 Gregor. Tholoſ. *dict. cap. 1. n. 9.* † Quorum cura & adminiſtratio Epiſcopis vel Conſiſtoriis, quæ in provinciis Principum & Statuum Evangelicorum jura Epiſcopalia exercent, potiſſimùm incumbit.

Quare nec ſine horum † conſenſu & au- 10
toritate Eccleſias ſive Templa ædificare & reſtaurare licet, per text. *in can. quidam. 10. in pr. ibi : Quidam Monachorum habitu utentes indifferenter per Civitates incedunt, nec non & monaſteria & ſeipſos præſumtione propriâ commendant. Placuit igitur, neminem aut ædificare aut conſtruere Monaſteria, aut Oratorii domum ſine conſcientia ipſius*
Civitatis Epiſcopi. cauſ. 18. quæſt. 2. † & in 11
can. Eccleſia. 8. ibi : Eccleſia, id eſt, Catholicorum collectio, quomodo ſine Apoſtolicæ ſedis inſtituetur nutu, quando juxta ſacra decreta, nec ipſa debet abſque præceptione Papæ, baſilica noviter conſtrui &c. de conſecrat. diſt. 1. Petr. Gregor. Tholoſan. *dict. cap. 1.*
n. 10. Nec ratione hoc deſtituitur † ſingula- 12
ri: Nunquam enim temerè templum ædificare licet, ſed exquirendum priùs, an fructus & reditus adſint ſufficientes, quibus Eccleſia conſtitui, conſtructa conſervari, & Miniſtri Eccleſiæ ſuſtentari queant, *cap. ad audien-*
tiam. extr. de eccleſ. ædif. † num ædificium 13
locò fiat congruo. *can. eccleſias. de conſecrat. diſt. 1.* cauſaque juſta ac populi incrementum Eccleſiam ædificari exigat, *can. felix. can. multis. can. præcipimus. 16. quæſt. 4.* nec in præjudicium alterius id fiat, *can. eccleſiæ. can. quacunque. 16. quæſt. 1. cap. 1. extr. de*
oper. nov. nunciat. † Nulli verò alii quàm 14
Epiſcopo aut Conſiſtorio munus hoc inquiſitionis competit, quin nec ab alio meliùs expediri poteſt, ut vel proptereà autoritatem & conſenſum ejus accedere neceſſum ſit.

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti Martisburgenſi die 9. Januarii, An. 1628.* 15
(*Verba Reſcripti :* Aus beyliegenden *D. Jonæ,* und Siegmund *M.* wegen ihres vorhabenden Kirchenbaues zu G. und von ihren Unterthanen daſelbſt hierzu begehrter Anlage/ begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet mit Zuziehung verſtändiger Werckleute/ in beyſeyn der Partheyen die Kirche zu G. förderlichſt in Augenſchein nehmen/ und da der Bau nothwendig/ ſolchen in einen Anſchlag bringen/ dabey der Kirchen Vorrath/ auch was die *Collatores* und Unterthanen daſelbſten dabey thun wollen oder können/ euch erkundigen / darauf billiche Vergleichung treffen/ oder gebührliche Anordnung thun/ wäre es aber von nöthen/ uns die Beſchaffenheit mit Zurückſendung der Beylagen hinwieder unterthänigſt berichten/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti ac Quæſtori Bitterfeldenſi die 15. Dec. An. 1624.* (*Verba Reſcripti :* Wir 16
ſeynd um Verſtattung in unſern Landen etlicher Oerter vor den Kirchenbau zu Alt-Jeßnitz eine Beyſteuer zu ſammlen / von Hanß Chriſtoff von *K.* daſelbſt unterthänigſt angelanget worden/ wie ihr aus dem Beyſchluß zu ſehen ; Begehren darauf hiermit gnädigſt/ Ihr wollet angeregtes Kirchengebäu durch verſtändige Werckleute in Augenſchein nehmen/ da daſſelbe nothwendig/ die darzu gehörigen Baukoſten in einen gewöhnlichen Anſchlag bringen laſſen/ und euch/ was die Kirche in Vermögen/ der *Collator* und Eingepfarrte auch dabey thun können/ erkundigen/ und uns ſolches zu ferner Verordnung mit Zurückſendung des Beyſchluſſes hinwieder unterthänigſt berichten/ daran geſchicht unſere ernſtliche Meynung/ ꝛc.)

Item † *Paſtori in Wahrenbrück, Quæſtori Mühlbergenſi & Præfecto Libenwerdenſi, die 1. Oct.* 17
An. 1627. (*Verba Reſcripti :* Uns iſt euer des Pfarrers Bericht/ betreffende die baufällige Kirche im *Filial*-Bönitz/ gebührlichen vorgetragen worden/ und ihr die andern

beyde

beyde habet deſſen Inhalt hierbey zu vernehmen/begehren darauf hiermit gnädigſt/ Ihr ingeſamt wollet mit Zuziehung erfahrner Werckmeiſter dieſen Bau in Augenſchein nehmen/darüber einen Anſchlag fertigen/die Anlagen nach Anzahl der Eingepfarrten helffen anordnen/u. dieſelben du/ der Schöſſer und Amts-Verwalter/ von den Seumigen durch Zwangsmittel unverzüglich einbringen/ damit das Nothwendigſte noch vor Winters/das übrige aber gegen nächſtkommenden Frühling an ſolchem Bau verrichtet werde/ꝛc.)

Nec † non Superintendenti ac Quæſtori Pirnenſibus, die 19: Julii, Anno 1616. (Verba Reſcripti: 18
Welcher maſſen uns Joachim von *C.* wegen ſeines baufälligen Kirchenthurms zu *C.* um eine *Collect*en unterthänigſt angelanget / ſolches habt ihr aus der Inlage zu vernehmen; Hierauf begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet nebeſt Zuziehung etzlicher Wercleute beſagten Thurm (dazu ihr der *Superintendens* euern *Adjunct*en einen gebrauchen könnet) in Augenſchein nehmen/ ob der geſuchte Bau auch nothwendig/ bedencken/ und nach Befindung ſolchen in einen Anſchlag bringen/von dem *Collatore,* was er und ſeine Leute darbey zu thun geſinnet / auch wie hoch ſich der Kirchen Vermögen erſtrecket/ vernehmen/ und uns ſolches nebens Wiederſendung der Inlage in Unterthänigkeit berichten/ꝛc.)

DEFINIT. CCCXXXV.

Quod & de domo parochiali aliisque ædificiis eccleſiaſticis eſt aſſeverandum.

SUMMARIA.

1. *Cura ædium parochialium Epiſcopo & Conſiſtoriis incumbit.*
2. *Sine quorum conſenſu & autoritate nequeunt ædificari.*
3. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis.*
4. *Eadem ferè ratio Eccleſiæ & ædium parochialium.*
5. *Adducuntur verba Decreti Synodalis.*
6. *Identitas rationis idem jus facit.*
7. *Domus parochialis acceſſoriè venit ad ipſam Eccleſiam.*
8. *Quia neceſſitatibus Eccleſiæ deſervit.*
9. *Eodem jure gaudent ædes parochiales cum Eccleſiâ.*
10. *Reſcriptum Electorale.*
11. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 PArilis quoque ædificiorum parochialium cura Epiſcopis & Conſiſtoriis incumbit, Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1.*
2 *cap. 3. num. 17.* Ex quo nec horum † ædificatio & reſtauratio absq; conſenſu & autoritate Epiſcopi vel Conſiſtoriorum ſuſcipienda,
3 (1.) † per textum *in can. nemo. 9. in verb. antequam Epiſcopus civitatis veniat, & antè præfiniat, qui ædificare vult, quæ ad luminaria & cuſtodiam & ad ſtipendia Cuſtodum ſufficiant &c. de conſecrat. diſt. 1.* Non ergò ædificare licet domum parochialem ad cuſtodiam & ſtipendia Cuſtodum ſeu Miniſtrorum Eccleſiæ irrequiſito Epiſcopo. (2.)
4 † Quod & rationis identitas evincit, cùm in ædificandis ædibus parochialibus habitationi Paſtorum, ædituorum, Scholæque deſtinatis non minus quàm in conſtruenda Eccleſiâ reſpectus haberi debeat ad neceſſitatem & ſumtus ad ædificandum ne-
5 ceſſarios, † veluti apparet ex *Ordin. eccleſ. Elect. Saxon. art. general. 32. & decreto Synodali de anno 1624.* §. Wir erfahren nicht weniger. *verſ.* weil es aber in alle Wege billich/daß Kirchen- und Schuldiener mit guter Wohnung verſehen ſeyn; So iſt unſer Befehlich/wenn die Kirche es füglichen nicht ertragen kan/ daß hinfüro die Gerichtsherren die Eingepfarrten dahin mit Ernſt anhalten / damit ſie die Pfarr- u. Schul-wohnungen wiederum anrichten/ꝛc. ut hinc verè locum inveniat † vulga- 6
tum illud axioma, quòd identitas rationis eandem inferat juris diſpoſitionem, *l. quædam. 9. §. numularios. 2. ff. de edendo. l. his ſolis. 7. C. de revocand. donat. l. illud quæſitum eſt. 32. ff. ad l. Aquil.* (3.) † Nec ſeparare hic 7
licet ædes parochiales ab Eccleſiâ: quia domus Sacerdotis, Cuſtodis &c. venit acceſſoriè ad ipſam Eccleſiam, *arg. Nov. 57. cap. 2.*
† Nam & hujusmodi ædes neceſſitatibus 8
Eccleſiæ deſerviunt, ut videlicet ii, qui functionibus eccleſiaſticis præſunt, commodè habitare queant, Theodor. Reinking. *dict. cap. 3. n. 17.* † quin & eodem fere jure iis- 9
demque privilegiis ædes parochiales cum Eccleſia gaudent, Paul de Citadin. *de jur. patronat. part. 6. art. 5. n. 7.* Lambertin. *lib. 3. art. 3. quæſt. 7. princip.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti Oſſitienſi & Nobilibus in Wellerswalda, die 17. Januarii An. 1631. (Verba Reſcripti: Wir haben euern des Superintendenten nebenſt des Pfarrers zu Baucha in unſer Ober-*Conſiſtorium* eingeſchick- 19

 ten

ten Bericht wegen nothwendiger Aufbauung des baufälligen Pfarrhauſes daſelbſt verleſen hören; Begehren hierauf gnädigſt / Ihr ingeſamt wollet mit Zuziehung verſtändiger Werckleute den Ort in Augenſchein nehmen / ſolches Gebäude in einen Anſchlag bringen / und wie ihr es befunden / uns unterthänigſt berichten / ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Quæſtori Freybergenſibus, die 23. Martii, Anno 1624.* (*Verba Reſcripti:* Begehren darauf anſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns / Ihr wollet unverzüglich mit Zuziehung verſtändiger Werckleute / in Gegenwart der Kirchväter und Aeltiſten von den Eingepfarrten / die Pfarrwohnung in Augenſchein nehmen / und da ihr befinden werdet / daß derſelben mit dem Flickwerck nach Nothdurfft ferner nicht zu helffen / alsdann den neuen Bau in einen gewöhnlichen Anſchlag bringen / wie viel darzu aus der Kirchen genommen werden mag / und von den Eingepfarrten zu *contribui*ren / bedencken / und nach gehaltener Beſichtigung und eingenommener Erkundigung / ſolches alles nebenſt Zurückſendung des Beyſchluſſes zu fernerer *reſolution* aufs eheſt anhero berichten / ꝛc.) 11

DEFINIT. CCCXXXVI.

Non properandum ad ædificationem & reſtaurationem Eccleſiæ domuumque parochialium, irrequiſitis Patronis & parœcianis.

SUMMARIA.

1. *Cognitio ſuper reſtauratione ædium eccleſiaſticarum ad Magiſtratum pertinet eccleſiaſticum.*
2. *Omnis ſollicitudo de piis cauſis ſpectat ad Epiſcopum.*
3. *De qua etiam participat Magiſtratus ſecularis, n. 5. 6.*
4. *Boni eſt Magiſtratûs, Eccleſias contritas reſtaurare.*
7. *Cognitio ſuper ædificatione Eccleſiæ domuumque parochialium mixti eſt fori.*
8. *Nec parochiani ab hac cognitione ſunt excludendi. n. 14.*
9. *Quorum intereſſe maximô jure attendendum.*
10. *Patronus ſuppeditat in ſubſidium expenſas ad ædificationem Eccleſiæ & domuum parochialium.* (*tur.*
11. *In ſubſidium parochiani hoc onere gravan-*
12. *Probatur hoc ex Ordin. Eccleſiaſticâ & Decreto Synodali. n 13.*
15. *Reſcriptum Electorale.*

1 EX dictis *duabus præced. Definit.* ſatis apparet, cognitionem, quæ ſuper ædificatione & refectione Eccleſiarum domuumque parochialium inſtituitur, ad judices Eccleſiaſticos ſive Con-
2 ſiſtoria pertinere, vel ſaltem propterea † quòd omnis cura & ſollicitudo de piis cauſis ad Epiſcopum ſpectet, *can. unio. 10. quæſt. 3.* Berous *conſil. 6. num. 20. & 28. vol. 1.* Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 2. Syntagm. jur. cap. 1. num. 11. in fin.* de qua tamen cura par-
3 ticipat † etiam Patronus & Magiſtratus ſecularis, *l. hereditatis, in fin. ff. de petit. hered. l. ſi in aliquam. ff. de offic. proconſul.* Matth. Bojis *ad Stephan. Aufrer. de poteſt. judic. Eccleſiaſt. ſuper laic. reg. 2. fallent. 26.*
4 Eſt enim † boni Principis ac Magiſtratus, Eccleſias contritas & conſciſſas inſtaurare, ut ait Pontifex *in can. ult. diſtinct. 96.* & re-
5 ſcribit Gregorius, † excellentiam Principum apud Creatorem majori gloriâ proficere non poſſe, quàm ſi per eam diſperſarum Eccleſiarum poterit ſocietas reſtaurari, *in can. ſicut excellentiam. 23. quæſt. 4.* Chriſtin. *deciſ. Belgic. 28. n. 5. vol. 2.* Marta *de juriſdict. part. 4. cent. 2. caſ. 143. num. 2.*
6 *& ſeq.* † Cumque Rex unà cum Proceribus Regni intendere poteſt circa ſtatum Eccleſiæ reformandum, *cap. 1. ne ſede vacant.* certè multò magis cognoſcere poterit de domo Eccleſiæ ædificandâ & reſtaurandâ, quia nulla ferè major eſt diſſipatio, quàm reditus percipere, & Eccleſiam ruinam minitantem ac ferè proſtratam ſeu reparatione indigentem relinquere, Gerhard. Maynard. *lib. 1. deciſ. 31.* ex † quo etiam cogni- 7
tio ſuper ædificatione & refectione Eccleſiarum mixti dicitur fori, Caſp. Klock. *de contribut. cap. 10. ſect. 1. n. 72.*

Sed nec parochiani ab hac curâ prorſus excludendi, quippe qui unà cum Patrono ſeu Magiſtratu † pariter & Clero Eccleſi- 8
am conſtituunt, ut hinc nec Patrono nec parochianis irrequiſitis ædificatio & reſtauratio Eccleſiæ ac domuum parochialium ſuſcipi debeat: † quippe quorum inter- 9
eſſe etiam ratione onerum ſibi ex ædificatione imminentium maximoperè attendi debet. Patronum enim quod attinet, officium ipſius eſt, Eccleſiam defendere & omni ex parte utilitatem ipſius promovere, *can. filiis. 31. can. decernimus. 32. cauſ. 16. quæſt. 7.* Paul. de Citadin. *part. 6. art. 5. n. 1.* quin & obſtrictus † eſt ad ſuppeditationem ſum- 10
tuum, ſi Eccleſia opus iis habeat, *arg. can. qui-*

quicunque. 16. quæſt. 7. can. nemo. 9. de conſecrat. diſt. 1. cap. cum ſicut. 8. extr. de conſecr. eccleſ. Quæ ratio etiam parochianos ob-
11 ſtringit, † a quibus in ſubſidium æque ſumtus ad ædificationem & reſtaurationem Eccleſiæ exiguntur, Caſp. Klock. *dict. ſect. 1. n. 54.* Marta *de jurisdict. part. 2. c. 48. n. 10. & 13.* Joh. Gutierrez. *quæſt. canonicis ſubjuncta. 10.* Quod & monendum duxit Sere-
12 niſſimus † Saxoniæ Elector *in Ordin. eccleſiaſt. art. gener. 32.* §. Damit aber die Kirchen nicht zu viel beſchweret/ wann etwas an Kirchen / Schulen oder Pfarren zu bauen vorfällt / ſondern in einem ſteten Vermögen ſeyn und bleiben mögen; So ſol vor allen Dingen der *Superintendens* u. *Collator*, wann ein vornehmer Bau vonnöthen iſt/der Kirchen Vorrath erwegen. *Ac poſtea:* Die Eingepfarrten aber Roß- und Hand-Arbeit darzu leiſten/ *& rurſus:* Das ſollen ſie durch eine gemeine Anlage einbringen/ꝛc. *Et in decreto Synodali* † *de* 13
anno 1624. §. Ebener Geſtalt weiſet es ſich ſelbſten / daß die Eingepfarrten auch die Kirchen- und Gotteshäuſer nicht eingehen/ ſondern bey Zeiten in Beſſerung bringen laſſen ſollen. Ex quo ſanè manifeſtò liquet † multum intereſſe parochianorum cauſam 14
ædificationis probè ventilari, antequam ad ipſam ædificationem vel reparationem Eccleſiæ, domuumque parochialium properetur, ut proinde nec hinc a cognitione excludi debeant, Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 3. n. 17. & ſeqq.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Quæſtori Torgenſibus die 15. Junii Anno 1621.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern unterthänigſten Bericht den Kirchenbau zu Dürren-Reichenbach betreffende/verleſen hören/darauf auch ein *Patent* auf unſern Chur-Creiß ertheilet/ darneben gnädigſt begehrende/ Ihr wollet den *Collatorem* und die Eingepfarrten darzu ziehen/ auch dahin beſcheiden/ daß ſie das übrige durch eine Anlage einbringen/ auch da es von nöthen/ von der Kirchen ausgeliehenem Capital der 121. Neuſchocken/den halben Theil zu Hülffe nehmen ſollen/ꝛc.) 15

DEFINIT. CCCXXXVII.

Non minus Ædituo ſive Cuſtodi, quàm ipſi Parocho de habitatione idoneâ ac domo eſt proſpiciendum.

S U M M A R I A.

1. *Merentur Paſtores, ut iis proſpiciatur de idoneâ habitatione.*
2. *Quia bona adminiſtrant ſpiritualia.*
3. *Cuſtodibus quoq; de domô proſpiciendum.*
4. *Quibus ex rationibus & fundamentis?*
5. *Domus Cuſtodis venit acceſſoriè ad ipſam Eccleſiam.*
6. *Adducitur Ordinatio eccleſiaſtica. n. 7.*
8. *Scholarum miniſtri gaudent jure liberæ habitationis.*
9. *Æditui in pagis pueros informant.*
10. *Omnibus indifferenter Miniſtris Eccleſiæ indultum eſt jus liberæ habitationis.*
11. *Cuſtodes quoque Eccleſiæ inſerviunt.*
12. *Ac veniunt nomine Clericorum & miniſtrorum Eccleſiæ.*
13. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 MErentur certè Parochi ac Paſtores, ut non modò de ſtipendiô honeſtô ac ſufficiente ſalario, ſed etiam de idoneâ habitatione ſive domo iis proſpiciatur, quàm vulgò parochialem, das Pfarrhauß oder die Pfarre appelli-
2 tare conſueverunt: Cùm enim † Paſtores Eccleſiæ bona impertiant ſpiritualia, vel ex ſolô honeſtatis debitô ac gratitudinis lege æquum eſt, ut retribuantur eis carnalia, *1. ad Corinth. 9. verſ. 11.* Theodor. Reinking. *de Regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 8. n. 2.* Sigiſm. Finckelthuſ. *de jur. patron.*
3 *c. 4. n. 85. & 92.* † idque ad Cuſtodes etiam ſive Ædituos extendi velim, nempè ut & his domus ædificetur, ne aliunde de commodâ habitatione ſolliciti eſſe debeant, eamque domum ſolemus vocare die Cüſterey: Nec
4 immeritò. (1.) † Cùm & horum operâ atque labore quantumvis ſecundariò & remotô miniſterium & ſacrorum tractatio promoveatur, ut hinc non immeritò domus Cuſtodis veniat acceſſoriè † ad ipſam 5
Eccleſiam, *arg. Novell. 57. c. 2. ibi expendens in eâ miniſtrantibus, can. nemo. 9. ibi: ad ſtipendia Cuſtodum, de conſecrat. diſt. 1.* Finckelthuſ. *dict. cap. 4. n. 85.* Quemadmodum ergò Eccleſiam ſeu templum ædificari ac reparari fas eſt, *ſupr. defin. 334.* ita nec conſtructio domus pro Ædituo negligi debet.

(2.) † Quod & luculenter innuit *Ordin.* 6
Eccleſ. Elect. Saxon. in art. general. 32. verb. initialibus: Die Pfarrkirchen/Pfarrhäuſer und Kirchnereyen ſollen nach Gelegenheit iedes Orts erbauet werden. *ic.* §. Es ſol auch hiemit allen Pfarrherren und Cüſtern ernſtlich befohlen ſeyn/ daß ſie keine Haußgenoſſen in ihre Häuſer einnehmen.
† *Et in art. 38.* §. Wie wir auch hiemit. *verſ.* 7
Sie ſollen auch in der Cüſterey-Behauſung aus allerley bewegenden Urſachen keinen Haußgenoſſen einnehmen/ꝛc.

8 (3.) † Nec dubitat quiſquam, Scholarum Miniſtris de ædibus ac commodâ habitatione eſſe proſpiciendum, quod & verbis ſat claris ſancitum à Sereniſſimo Saxon. Electore in *Decreto Synodali de anno 1624.* §. Wir erfahren nicht weniger. *verſ.* Weil es aber in alle Wege billich/ daß die Kirchen-und Schuldiener mit guter Wohnung verſehen ſeyn. *& junctis verbis ſequentibus:* damit ſie die Pfarr- und Schulwohnungen

9 wiederum anrichten/ ꝛc. Quidni ergò † idem diceremus de æditúis ſive Cuſtodibus, qui & ipſi, in pagis præſertim, pueros informant, Scholæque publicæ venditant exercitium, ut videre eſt in *Ord. Eccleſ. dict. 38.* §. Es ſollen auch alle *Cuſtodes* und Dorff-Küſter Schule halten/ ꝛc.

10 (4.) † Ex quo etiam privilegium liberæ habitationis indultum eſt Miniſtris Eccleſiæ generaliter & indefinitè, *dict. Decret. Synod. verb.* daß Kirchendiener/ ꝛc. nequaquam Cuſtodes ab hoc excludere licet, quippe qui † & ipſi cultui divino in Eccleſia inſerviunt & in pagis ſacra publicè legunt, 11 *art. gen. 40. Ordin. Eccleſ.* §. Mit der Viehehut. *verb.* beyde die Dorffpfarrer und *Cuſtodes* derſelben Zechhut gefreyet und entnommen ſeyn ſollen/ denn weil ſolche Perſonen zum Kirchendienſte beſchieden u. verordnet ſeyn. *Et* §. Als auch die Glöckner. *verſ.* Damit nun am Kirchendienſt kein Mangel ſey/ ſo laſſen wir hiemit nach/ daß die Kirchner/ ꝛc. † Quin & propterea Cuſtodes 12 nomine Clericorum & Miniſtrorum Eccleſiæ comprehenduntur, *can. Cleros. in pr. &* §. *Cantor. diſtinct. 21. Ordin. polit. Elect. Saxon. de anno 1612. tit.* von *Conſiſtorial*-Sachen/ ꝛc. *n. 2.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Oſſitienſi ac Quæſtori Noſſenſi die 19. Octobr.* 13 *Anno 1635.* (*Verba Reſcripti:* Iſt demnach an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr der Schöſſer vor eure Perſon wollet euere anbefohlene Unterthanen zur Schuldigkeit anhalten/ auch die andern Gerichtsherren hierunter ſchrifftlich erſuchen/ ſämtlich und ein ieder bey ſeinen Unterthanen oder vor ſich ſelbſt/ bey Vermeidung derer auf die ſäumigen *executo*ren geſatzten 100. Gülden Straffe / die Verordnung zu thun/ damit dem Schulmeiſter ſeine Wohnung gebauet/ auch wegen Bezahlung der ſchuldigen Garben Richtigkeit getroffen werde/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXXXIIX.

Extra caſum certæ conſuetudinis ſumtus ad ædificationem ac reparationem Eccleſiæ domuumque parochialium ex ærario deſumuntur eccleſiaſtico.

SUMMARIA.

1. *Quiſnam ſumtus ſuppeditat ad refectionem Eccleſiæ & domuum parochialium?*
2. *Conſuetudo hac in re primò attendi debet.*
3. *Allegatur ad hoc Decretum Synodale de Anno 1624.*
4. *Conſuetudo vim habet privilegii.*
5. *Probari debet conſuetudo ab allegante eam.*
6. *Conſuetudo ejusmodi ex antiquis probatur inſtrumentis.*
7. *Deficiente conſuetudine deſumuntur ſumtus ex ærario eccleſiaſticô.*
8. *Probatur hoc ex textibus juris Canonici. num. 9.*
10. *Ex decimis quoque portio ad fabricam Eccleſiæ deſtinabatur quondam.*
11. *Etiamnum hodiè fiſcus Eccleſiæ ſumtus ad fabricam ſuppeditat.*
12. *Quod & obtinet in Provinciis Electoratus Saxonici.*
13. *Quo caſu Superintendenti & Patrono incumbit certam definire portionem.*
14. *Structura ab ædilibus Eccleſiæ* von Kirchvätern *procuranda.*
15. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 16.*

1 DE conſtructione & reparatione ædium parochialium proſpicere atque diſponere res eſt facilis negotii; at multum difficile ſumtus ad hoc ſubminiſtrare, † quo onere nemo non ſe ſubtrahere ſatagit, unde ſæpiùs controverti videmus, cujusnam ſumtibus refectio ædium parochialium facien-
2 da? Quod ut ritè decidatur, † recurri ſolet primo ad conſuetudinem cujusque loci, ut ille reficiat, cui conſuetudo hoc onus injungit, *arg. c. ad Apoſtolicam. 42. in fin. ibi laudabilem conſuetudinem. extr. de Simon.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 3. num. 17.* Alvar. Valaſc. *deciſ. 179. num. 7.* & Caſpar. Klock *de contribut. c. 10. ſect. 1. n. 16.* Paul. de Citadin. *de jur. patronat. part. 6. art. 5.* Lambertin. *quæſt. 7. princip. art. 2. num. 5.* Fulv. Pacian. *conſil. 7. num. 104.* † Quò & re- 3
ſpexit Sereniſſimus Saxo *in decreto Synodali de anno 1624.* Wir erfahren nicht weniger/

niger/ꝛc. *in verb.* und es anders nicht hergebracht. Magna enim vis eſt conſuetudi-
4 nis, ac habet ea vim † privilegii. *arg. l. 1. §. ult. ff. de aquâ & aqu. pluv. arcend.* præſertim ſi per obſervantiam ſubſecutam corroboretur, quia talis obſervantia conſuetudinem declarat, *l. minimè. 23. l. ſi de interpretatione. 37. ff. de legib.* Quæ tamen conſuetu-
5 do † quia in facto conſiſtit, non præſumitur, ſed ab allegante probari debet, *c. 1. de conſuet. in 6to.* Marr. Cabun. ab Anguillis *conſil. 108. n. 11. & 12.* Jacob. Menoch. *conſil. 8. n. 6.* Bertazzol. *conſil. 93. n. 22.* Pacian. *conſ. 41. n. 14.* Difficilis autem quia eſt hæc probatio & quaſi impoſſibilis, ut dicit Borellus *conſ. 65. n. 26.* Andr. Fachin. *vol. 3. conſil. 41.*
6 *n. 6.* † ad inſtrumenta recurrendum erit, quorum uſus ex antiquo apparet, *l. vetuſtiſſimam. C. de jur. domin. impetr.* Klock. *dict. cap. 10. ſect. 1. n. 23.*

7 Deficiente autem conſuetudine ex † ærario Eccleſiaſtico ſeu proventibus & reditibus ejus propriis ad fabricam Eccleſiæ ſumtus ſunt ſuppeditandi, Paul. Chriſtianæus *deciſ. Belgicar. 24. n. 2. vol. 2.* Gerhard. Maynard. *deciſ. Tholoſ. 40. lib. 1.* Theod. Reinking. *dict. cap. 3. n. 17.* Finckelthuſ. *dict. cap. 4. n. 74.* Caſp. Klock. *dict. ſect. 1. n. 33.* Qua
8 de re † ſunt textus juris Canonici *in can. decernimus. 10. quæſt. 1. can. priſcis. can. unio. 10. quæſt. 3. can. vobis. can. conceſſo. can. quatuor.*
9 *can. de reditibus. 12. quæſt. 2.* † ex quibus apparet in fundatione Eccleſiæ certam redituum portionem ad refectionem iſtam fuiſſe deſtinatam, & quidem tertiam ſecundum priſtinos canones: poſteà quartam, ex omnibus Eccleſiæ reditibus, inter quos
10 etiam † decimæ connumerabantur, quæ non ſolummodò pro victu miniſtrorum Eccleſiæ, ut legi divinæ libertius vacare poſſint, *2. Paralip. 13. Malach. 3.* & propter pauperum ac hoſpitum receptionem, *Deut. 14.* ſed etiam propter fabricæ Eccleſiæ conſtructionem, & tuitionem erant inſtitutæ atque pro reparatione Eccleſiarum tacite obligatæ, Peck. *in tract. de eccleſ. repar. cap. 18. in pr.*
Etſi verò diſtributio illa † juris antiqui in 11
omnibus hodiè non attenditur, atteſtante Stephano Aufrero *deciſ. 499.* id tamen remanſit, ut ex ærario eccleſiaſtico ſumtus ad fabricam Eccleſiæ deſumantur, Klock & Reinking. *dict. loc.* Quod nec aliter obſervatur in provinciis † Electoratus Saxonici, 12
prout videre eſt *Ordin. Eccleſ. art. generali 32. in pr. ibi:* Die Pfarrkirchen/ Pfarrhäuſer und Kirchnereyen ſollen nach Gelegenheit iedes Orts/ ſo viel müglich/ von der Kirchen Einkommen erbauet werden. *Et in decreto Synodali de anno 1624.* §. Wir erfahren nicht weniger/ ꝛc. *in verb.* Wann die Kirche es füglich nicht ertragen kan. † 13
Quo tamen caſu Superintendenti ac Patrono incumbit certam deſtinare portionem reparationi ex ærariò eccleſiaſticô pro quantitate proventuum, ne Eccleſia nimium gravetur, *dict. art. 32.* §. Damit aber. *ibi:* So ſol vor allen Dingen der *Superintendens* und *Collator*, wenn ein vornehmer Bau vonnöthen iſt / der Kirchen Vorrath erwegen/ und wie viel zum Bau gebrauchet werden ſol/ ordnen und ſchlieſſen/ ꝛc. Finckelthuſ. *dict. cap. 4. num. 86.* † & 14
tum ab Ædilibus ſacris, qui vocantur, die Kirchvätere/ refectio eſt procuranda & abſolvenda, Paul. de Citadin. *de jur. Patronat. part. 6. art. 5. n. 4.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Günter und Rudolffs von Bünau zu Rade- 15
burg/ ihres Pfarrherrn und Schulmeiſters daſelbſt/ Klägere an einem/ Chriſtoph Haubold von Loſens/ Peter Zeidlern/ die Gemeinde zu Dittmannsdorff und *Conſorten*/ Beklagte anders theils *die 5. Junii Anno 1607.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagte bey dem erſten Klage-Punct eingewendet/ daß Vermöge Churfl. Sächſ. *generalien* die Kirchen- und Pfarr-Gebäude von der Kirchen Einkommen / oder da es nicht füglich ſeyn könte/ von den Eingepfarrten geſchehen ſollen/ ihnen aber/ wie es um das geiſtliche Einkommen und Vorrath zu Radeburg bewandt/ nichts bewuſt/ und dahero gebührliche Rechnung vorzulegen gebeten; So ſollen Klagende von Bünau und ihre Kirchväter mit ſolcher Rechnung von dato an zum längſten innerhalb Sächſ. Friſt ſich gefaſt machen/ und ſolche denen *Commiſſarien*/ welche wir hierzu und Beſichtigung aller geiſtlichen Gebäude förderlichſt verordnen wollen / zu der Beklagten Gegen-Nothdurfft einantworten / damit man ſie darauf zu beſcheiden/ ꝛc.)

Et † *in causâ* Hans Caſpar von Schönsberg und *Conſorten* an einem/ die Kirchväter 16
und Gemeinde zu Grunbach und Görßdorff anders Theils/ den Kirch-Bau daſelbſt belangende/ *die 19. Aprilis Anno 1609.* (*Verba Decreti:* Daß zu dieſem Bau von der Kirchen Einkommen der Vorrath an 900. Gülden Capital/ ſamt denen itzo Oſtern betagten Zinſen genommen werde/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXXXIX.

Facultates ac reditus Eccleſiæ ſi non ſufficiant ad fabricam, parœciani contribuere & ſumtus ſuppeditare tenentur.

SUMMARIA.

1. Quid ſi facultates Eccleſiæ non ſufficiant ad fabricam?
2. Parœciani tum contribuere tenentur ſumtus ad reparationem.
3. Quod lege Electorali ſancitum in Ordin. Eccleſ. n. 4.
5. Et in Decreto Synodali anno 1624.
6. Idque jam dudum in jure Pontificio conſtitutum.
7. Quondam beneficiarii ſumtus ad fabricam ſuppeditabant.
8. Contributionem hanc Deus in Vet. Teſt. mandavit.
9. Vertitur cauſa parochianorum in fabricâ Eccleſiæ.
10. Qui ſentit commodum, ſentiat etiam incommodum.
11. Pro animarum ſalute magna eſt adhibenda providentia.
12. In ſubſidium duntaxat onus contributionis ad parochianos pertinet.
13. Qui id ſubterfugere nequeunt.
14. Reſcripta Electoralia. n. 15.
16. Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.

1 Quid verò ſi tot non reperiantur facultates ac proventus Eccleſiæ in ærario, ut ad reſtaurationem Templi domuumque parochialium ſufficere poſſint? Non certè reparatio tum in-
2 termittenda, ſed † quod deficit, à parœcianis, die Eingepfarrten/ exigi, ab iisque contribui debet. Caſp. Klock. *de contribut. c. 10. ſect. 1. n. 51.* Marta *de jurisd. part. 2. c. 48. n. 10. & 13.* Sigiſm. Finckelthuſ. *de jur. Patronat. c. 4. n. 84. & 86.* Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. c. 3.*
3 *n. 17.* † Quod verbis ſat manifeſtis expreſſum legitur *in Ordin. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. art. gener. 32. in pr. ibi:* Die Pfarr-Kirchen/ Pfarr-Häuſer/ und Kirchnereyen ſollen nach Gelegenheit iedes Orts/ ſo viel müglich/ von der Kirchen Einkommen erbauet werden/ wo aber daſſelbe füglich nicht geſchehen könte/ ſol von den Eingepfarrten/ ob ſie gleich nicht unter einer/ beſondern vielen Herrſchafften geſeſſen/ eine gemeine Anlage zu ſolchem Bau gemacht/ darzu ſie auch von ihren Erbherren ernſtlich und unverweigerlich ſollen gehalten werden/ ꝛc.
4 *& §. ſeq. verſ.* † Und was deme/ ſo von der Kirchen/ wie obgemeldet/ verordnet/ nicht reichet/ und man mehr zum Bau haben muß/ das ſollen ſie durch eine gemeine An-
5 lage einbringen/ ꝛc. *Nec non in* † *Decreto Synodali de anno 1624. §.* Wir erfahren nicht weniger/ ꝛc. *verſ.* So iſt unſer Befehlich/ wann die Kirche es füglich nicht ertragen kan/ daß hinfüro die Gerichtsherren die Eingepfarrten dahin mit Ernſt anhalten/ damit ſie durch eine allgemeine Anlage die Pfarr- und Schulwohnungen wiederum anrichten/ ꝛc. idque novum non
6 eſt; ſed (1.) † jam dudum in jure pontificio conſtitutum, prout patet *ex cap. de his. 4. in fin. extr. de Eccleſ. ædificand.* ubi dicitur, exemplo beneficiariorum cæteros ad reparationem Eccleſiarum eſſe invitandos. Tenebantur ſcilicet beneficiarii, † qui uſumfru- 7
ctum ex beneficiis habebant, Eccleſiam reparare, ſi ærarium eccleſiaſticum ſumtus non poſſit ſuppeditare, *cap. 1. & 2. extr. de Eccleſ. ædif. can. ſi Monachus. 16. quæſt. 1.* Lambertin. *de jure Patronat. lib. 3. art. 2. quæſt. 7. pr. n. 7.* Horum exemplo & reliquos parœcianos invitari jubet Alexander III. Pontifex *in dict. cap. 4.*

(2.) † Quin & Deus in Veteri Teſtamento mandavit, ut populus ad ædificationem, ornatum & neceſſaria Sanctuarii contribueret, *Exod. 25. verſ. 3. & 8. cap. 35. verſ. 6. 22. & cap. 36. verſ. 2. & ſeqq.* Cui ut populus Iſraeliticus pareret, ad reparationem violatæ, expilatæ & ſpoliatæ Eccleſiæ, magno zelo magnâque pietate contulit, totisque viribus incubuit, ut legere eſt *in libris Maccabæorum.* 8

(3.) † Cumque & parochianorum cauſa ac utilitas in reparatione templi vertatur haut minima, ſcilicet ut certo in loco & æde ſacrâ, cœleſti ſpiritualique cibo paſcantur ac foveantur, æquum utique eſt, ut & curam atque onus in ædificatione ſuſtineant; 9
pertinet ſiquidem † incommodum ad 10
eum, qui ſentit commodum, *l. un. §. pro ſecundo. 4. in fin. verſ. neque enim ferendus eſt. C. de caduc. tollend. cap. qui ſentit. 55. extr. de Reg. Jur. in 6to.* Et ſi pro cauſis cor-
poralibus cogitamus, † quanto magis pro 11
animarum ſalute, ſolicitudinis providentia eſt adhibenda, ut nervosè inquit Imp. Juſtinianus *in Novell. 115. c. 3. verſ. ſi enim pro cauſis. circ. fin.* Klock. *dict. ſect. 1. n. 54.* Henr. Bocer. *de collect. c. 5. n. 17.* Chriſtin. *vol. 2. deciſ. 28. n. 2. & ſeqq.* Sed
ut dictum † onus hoc non niſi in ſubſidium 12
parœcianis incumbit, ſi nempè tantum non reperiatur in ærario & proventibus Eccle-

Eccleſiaſticis, quantum ad fabricam & reparationem Eccleſiæ domuumque parochialium ſufficit, idque adeò ut nec in Patronorum, nec populi, nec parochianorum poteſtate ſit † id evitare & ſubterfugere, 13 Finckelth. *dict. cap. 4. n. 48.* Joh. Baptiſta Coſta. *in tract. de remed. ſubſid. remed. 160. illat. 2. n. 2.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Quæſtori Libenwerdenſ. & Mühlbergenſi, die 30. Auguſti Anno 1633. (*Verba Reſcripti:* Wir werden berichtet/ daß die abgebrannte Pfarrwohnung zu Wahrenburg noch nicht wieder aufgebauet worden; Wann dann der neue Pfarrherr *Jeremias Gilbertus* bevorſtehende *Michaelis* ſolches Pfarr-Amt antreten ſol; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr unſere Beamten wollet die ſämtlichen Eingepfarrten zu Wahrenburg ſonder allen Verzug durch Zwangs-Mittel anhalten/ daß ſie noch vorm Winter bemeldte Pfarrwohnung wieder anrichten/ unterdeſſen aber dem neuen Pfarrer ein beqvemes Loſament zu Liebenwerda verſchaffen/ das Miethgeld dafür erlegen/ ihm auch ſein Holtz/ Heu/ Geſtröde/ und andere Nothdurfft für ſeine Haußhaltung dahin anführen/ ſo wol die Winterſaat aufs beſte beſchicken ſollen/ Ihr der Superintendens aber die Verrichtung des Gottesdienſtes und Seelſorge gebührlich anordnen/ ꝛc.) 14

Et † Superintendenti, Quæſtori ac Senatui Torgenſi die 1. Decembr. An. 1636. (*Verba Reſcripti:* Welcher maſſen der Rath/ die Kirchen-Vorſtehere und abgebrannte Bürgerſchafft zu Belgern über die dahin eingepfarrte Dorffſchafften/ wegen verweigerter Beyſteuer zu Ablegung derer von unſerm Weinmeiſter zu Torgau zum Kirchenbau und Wiederaufrichtung der abgebrannten geiſtlichen Gebäude erlegeten 500. Thl. ſich unterthänigſt beklagen/ und darneben bitten/ das befindet ihr inliegend mit mehrern; wann dann daraus zu erſehen/ daß dieſe Schuld mit der eingepfarrten Dorffſchafften Bewilligung gemacht/ und ſie ohne deß die Kirchen/ und andere geiſtliche Gebäude anrichten zu helffen ſchuldig; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet die *Supplicant*en und ſämtliche eingepfarrte Dorffſchafften nebens den Erb- und Gerichts-Herren förderlichſt vor euch beſcheiden / die Beklagten darüber vernehmen/ und nach Befindung ihnen *pro ratâ* die Zahlung auferlegen/ in fernerer Verbleibung/ ſie *reſpective* durch Zwangs-Mittel darzu anhalten/ wäre es aber nöthig/ uns die Beſchaffenheit/ und wie weit ihrs gebracht/ mit Wiederſendung der Inlage eigendlich zu erkennen geben/ ꝛc.) 15

Nec non † Conſiſtorium Supremum Præfecto Miſnenſi die 6. April. An. 1636. (*Verba Reſcripti:* Was maſſen an uns die Kirchfahrt zu Colm über die Beſitzer der Preß- und Wintzerhäuſer wegen bishero verweigerten ſchuldigen *Contribution* zu geiſtlichen Gebäuden und ſonſten ſich beſchweren und bitten thun / das habt ihr hierbey zu befinden; Wann dann die Churfl. Sächſ. Kirchen-Ordnung und *Synodali*ſche *Decreta* ſolches klar beſagen; Als iſt hierauf an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr vor euere Perſon wollet eure anbefohlene Unterthanen zur Schuldigkeit anhalten; Auch die andern Gerichtsherren hiermit ſchrifftlich erſuchen/ daß ſie ſämtlich und ein ieder bey ſeinen Unterthanē dergleichen durch gebührliche Zwangs-Mittel anordnen ſol/ ꝛc.) 16

Definit. CCCXL.

Operas inſuper non ſolummodò equis, ſed & manibus ad fabricam Eccleſiæ & domuum parochialium præſtare obſtricti ſunt parochiani in villis ac pagis.

SUMMARIA.

1. *Parochiani in ſubſidium contribuunt ad fabricam Eccleſiæ.*
2. *Clerici à collectis ſunt immunes.*
3. *Non tamen in cauſis, quæ omnibus in commune proſunt.*
4. *Contribuunt ergò ad reparationem pontium, fluminum, viarum.*
5. *Nec laici eximendi à collectis Eccleſiaſticis in cauſâ publicâ, quæ omnibus proſunt.*
6. *Fabrica Eccleſiæ eſt cauſa pia, publica & communis.*
7. *Præſtant etiam parochiani ſervitia & operas ad fabricam Eccleſiæ.*
8. *Adducitur Decretum Synodale.*
9. *Quinam equis inſerviant: & qui operas ſaltem præſtent manuarias? n. 10.*
11. *Reſtringuntur hæ operæ ad parochianos ruſticos in pagis ac villis.*
12. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 13.*
14. *Ejusdem Reſcriptum.*
15. *Sententia ejusdem.*

NEquaquam ergò confectio & reparatio Eccleſiæ domuumque parochialium negligenda, etiamſi non habeat ærarium eccleſiaſticum, undè ſumtus poſſit ſuppeditare, † ſed in ſubſidium à parochianis hi exiguntur, *Defin. præced.* 1

ced. quorum præſtationi ſubtrahere ſe nequeunt Laici, propter intereſſe ſcilicet & commodum, quod ex cultu divino & conſervatione Eccleſiæ in omnes indifferenter
2 parochianos redundat. Quod † ſi enim Eccleſiaſtici, qui à collectis alias ſunt immunes, *l. placet. 5.* ubi Dd. *de SS. Eccleſ. l. omnes. 33. §. privilegiis. 7. C. de Epiſc. & Cleric.* Fariador *l. rer. quotid. cap 3. num. 2.* Petr. Gregor. *de Republ. libr. 3. cap. 7.* Camill. Borell. *conſil. 74. n. 1. & ſeqq.* privile-
3 gio † immunitatis tueri ſe nequeunt in ejusmodi cauſis, quæ tam ipſis Eccleſiis, quam aliis in commune proſunt, ac pro-
4 pterea ad reparationem † pontium, fluminum, viarum, aggerum, murorum & ſimilium, quæ in bonum commune ac neceſſarium cedunt, ſubſidia jure conferunt, *l. ult. C. de quib. muner. nem. lic. l. abſit. C. de privileg. dom. Auguſt. libr. 11.* Natta *conſil. 311. n. 4. & 5.* Octavian. Cacheran. *deciſ. 68. num. 4.* Ann. Robert. *rer. judicat. c. 3.* Herm. Lather. *de cenſu, libr. 1. cap. 4. n. 1.* Trentacin. *libr. 1. reſolut. variar. tit. de jur. fiſci. reſol. 5. n. 13. & ſeqq.* Henr. a Roſenthal.
5 *de feud. cap. 5. concluſ. 81. in fin.* † utique eodem planè modo & è converſo Laici nequaquam eximere ſe poſſunt a Collectis eccleſiaſticis ad refectionem templi & domuum parochialium, quia indè parile ſentiunt commodum una cum Clericis & per-
6 ſonis Eccleſiaſticis, † eſtque cauſa hæc pia, publica, & communis omnibus, Caſp. Klock. *de contribut. cap. 10. ſect. 1. n. 55. in fin.* Quin nec ſolummodo contributionis onere parochiani hoc caſu gravantur; ſed † & 7
inſuper operas ad fabricam præſtare obſtricti ſunt equis pariter ſuis & manibus, veluti ſancitum a Sereniſſimo Saxon. Electore *in Ordin. Eccleſ. art. general. 32.* §. Damit aber die Kirchen/ *verſ.* die Eingepfarrten aber Roß- und Handarbeit darzu leiſten. † 8
Et Decreto Synodali de Anno 1624. §. Wir erfahren nicht weniger / *verſ.* Wann die Kirche es füglich nicht ertragen kan/ daß hinführo die Gerichtsherren die Eingepfarrten dahin mit Ernſt anhalten/ damit ſie durch eine allgemeine Anlage/ auch Leiſtung der Hand- und Pferdedienſte/ die Pfarr- und Schul-Wohnungen wieder anrichten: Nimirum † ruſtici, qui tantum 9
agrorum poſſident, ut equos vel boves jugatorios alere poſſint, Pferdner oder Hüfner/ illi jumentis ſuis fabricæ inſervire tenentur: Pauperiores autem, qui non habent † 10
integrum manſum vel hubam, ſed tuguriola ſaltem & hortos poſſident, die Häußler/ Gärtner oder Caſtaten / præſtant operas duntaxat manuarias, Joh. Köppen *deciſ. 13. n. 1.* Andr. Knich. *de pact. veſtit. cap. 3 n. 31.* Sed obtinent hæc ſolummodò in parœcianis paganis: Nam † in oppidis quia ſer- 11
vitia & operæ ejusmodi nec exigi nec præſtari conſueverunt, ſubſiſtendum in contributione pecuniæ & ſumtuum, quibus operarii conducuntur.

Ita † Conſiſtorium Supremum in cauſâ Hanſen Caſpars von Schönberg *contra* die Ge- 12
meinde zu Grunbach/ ꝛc. *die 19. April. Anno 1609.* (*Verba Decreti:* Daß wann der Kirchen Einkommen und Vorrath in dieſem Kirchenbau nicht zureichen möchte/ das übrige von den Eingepfarrten/ durch eine gemeine Anlage zu rechter Zeit eingebracht/ die Roßdienſte von den Hüfnern/ die Handarbeit aber von den Gärtnern dergeſtalt verrichtet werden ſollen / wie ſonſt landbräuchlichen / und von dem Erbherrn allbereit angeordnet/ ꝛc.)

It. † in cauſâ Rudolffs von Bünau/ *contra* die Gemeine zu Dittmannsdorff *die 5. Jun.* 13
Anno 1607. (*Verba Decreti:* Sie wolten dann in Erwegung allerhand Umſtände/ die Leute zu Dittmannsdorff itzo und künfftig der Dienſte und Anlagen zu angedeuteten geiſtlichen Gebäuden gäntzlich erlaſſen/ ꝛc.)

It. † Chriſtiano à Roda, Præfecto in Tieffenaw die 8. Septembr. Anno 1630. (*Verba Reſcripti:* 14
Als iſt hiermit an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet nunmehro mit Vorbehalt der allbereit verwirckten 100. fl. nochmals bey 200. fl. Strafe/ eure Eingepfarrte Unterthanen zu Verrichtung der Dienſte und Anfuhren zu den geiſtlichen Gebäuden daſelbſt durch Zwangsmittel ungeſäumet anhalten/ ꝛc.)

Et † ad conſultationem Senatus Rochlicenſis die 8. Julii, An. 1618. (*Verba Sententiæ:* Daß 15
die eingepfarrten Dörffere vermöge der *general-Articul* zum Pfarr- und *Diaconat*-Hauſe die Handfrohnen und Baufuhren zu verrichten ſchuldig/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXLI.

Indifferenter contribuunt ad fabricam Eccleſiæ & domuum parochialium parœciani, ſive ſint manſarii, inquilini vel hortulani, Hüfner/ Häußler und Gärtner.

SUMMARIA.

1. Parochiani in villis & pagis diverſæ ſunt conditionis.
2. Omnes tamen ad fabricam Eccleſiæ contribuunt.
3. Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. num. 7.
4. Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica & Decretum Synodale.

5. Lo-

5. Locutio generalis generaliter intelligi debet.
6. Diſpoſitio generalis, omnes comprehendit ſpecies.
8. Ratio contributionis ad fabricam Eccleſiæ quænam?
9. Identitas rationis idem jus facit.
10. Collectæ imponuntur omnibus incolis.
11. Domicilium duplex qui habent, duplicem ſolvunt collectam.
12. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

1 DIximus *Deſin. præced. n. 9. & 10.* diverſæ conditionis eſſe in pagis ſubditos & parochianos: Vel enim manſos poſſident & agros colunt, vulgò die Hüfner oder Pferdner/ vel hortos, die Gärtner/ vel tuguriola ſaltèm inhabitant, dicti Häußler und Gärtner/ quæ diſtinctio ruſticis pariter ac Dominis juriſdictionalibus hiſce in provinciis eſt notiſſima.
2 † Qualeſcunque verò ſint in pagis ac villis, indifferenter omnes oneri contributionis & ſervitiorum ad fabricam Eccleſiæ & reſtaurationem domuum parochialium
3 ſunt obſtricti (1.) † Loquitur enim Ordinatio Eccleſiaſtica de exigendis ſumtibus & ſervitiis ad reparationum Eccleſiæ à parochianis generaliter *in art. 32. ibi:* Soll von den Eingepfarrten eine gemeine Anlage
4 zu ſolchem Bau gemachet werden/ † Et *in Decreto Synodali de anno 1624.* §. Wir erfahren nicht weniger/ *verſ.* Daß hinfürd die Gerichts-Herren die Eingepfarrten dahin mit Ernſt anhalten. Nequaquam ergò inter parochianos, qualiſcunque etiam il-
5 li ſint conditionis, diſtingui debet, † quia locutio generalis generaliter eſt intelligenda. *l. de precio. 8. ff. de publican. l. ult. C. de Hered. vel act. vendit.* & generalis diſpoſitio tantum operatur in ſpeciebus, quantum ſpecialis expreſſio ſingulorum, *l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. præfect. urb. l. Julianus. ff.*
6 *de legat. 3.* † quin & ſingulas ſpecies, quæ generi inſunt, comprehendit, non aliter ac ſi omnes nominatim fuiſſent enumeratæ atque expreſſæ, *l. ſi duo. de adminiſtr. tutor.*

(2.) † Rationem porrò, ob quam onus con- 7
tributionis & ſervitiorum hoc caſu parochianis injungitur, ſi penſitemus, æquum omnino eſt, omnes indifferenter, qui nomine parœcianorum, der Eingepfarrten/ comprehenduntur, eò gravari: Cauſa enim
& ratio hujus juris eſt ea, † quod in fabricâ 8
Eccleſiæ & refectione domuum parochialium utilitas parœcianorum, cura nempè animarum, vertatur, Caſp. Klock. *de contribut. cap. 10. n. 68.* quæ certè ratio omnes
indifferenter ſtringit, ut ſaltem ex † rationis 9
identitate neminem excludere liceat, *l. illud quæſitum eſt. 32. ff. ad Leg. Aquil. his ſolis. C. de revocand. donat.* (3.) Eſtque alias juris,
quod collectæ ac contributiones † omni- 10
bus imponantur ſubditis, qui domicilium fovent in provinciâ, municipio vel pago, *l. 20. ff. ad municip. l. & qui originem. 3. ff. de muner.* Natta. *conſil. 4. n. 1. & conſil. 139. n. 16.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 1. num. 22.* Henr. à Roſenthal. *de feud. cap. 6. concluſ. 85. lit.* M. Joh. Vincent. Hondedæus *vol. 2. conſil. 6. n. 17.* Andr. Gail. *lib. 2. ob-*
ſervat. 35. n. 2. usque adeo † ut ſi quis duplex 11
habeat domicilium, utrobique is contributionum hujusmodi officio defungi cogatur, *l. 1. C. de muner.* Thomat. *in tract. de muner. §. pauperes. n. 13. pag. 413.* Alderan. Maſcard. *in tract. de ſtatut. interpr. concluſ. 6. n. 189.* de quo tamen vide Klock. *de contr. c. 11. n. 9.* Quo prætextu ergò inter parochianos hoc contributionis caſu poneretur differentia?

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Quæſtori Miſnenſi die 7. Oct. Anno 1618.* 12
(*Verba Reſcripti:* Wir haben euern eingeſchickten Bericht/ die Geiſtlichen Gebäude zu Tannenberg betreffende/ verleſen hören; Begehren derowegen an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiemit/ Ihr wollet daran ſeyn/ damit den allgemeinen Landes-Brauch nach die Eingepfarrten Häußler des Orts ſo wol als die Hüfner und Gärtner zu den geiſtlichen Gebäuden *contribuiren*/ da aber einer oder der andere Unvermögens halber nichts zu ſteuren hätte/ ihn deſtomehr Handdienſte verrichten laſſen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXLII.

Quomodo collectæ inter parœcianos paganos, manſarios nempè, inquilinos & hortulanos diſtribuendæ?

SUMMARIA.

1. Diſtributio collectæ quomodo facienda inter cives in municipiis & oppidis?
2. Pro modo facultatum, ſive ſecundùm æs & libram.
3. Quantum idem ad omnes redundat commodum ex hâc collectâ.
4. Æqualitas ex facultatibus cujusque colletandi dependet.
5. Æqualitas in omnibus collectis attendenda.
6. Inter paganos etiam parœcianos diſtributio collectæ æqualiter facienda.

7. Hæ

7. *Horum facultates potiſſimùm in culturâ & fructibus agrorum conſiſtunt.*
8. *Unde de contributionis æqualitate judicandum.*
9. *Quæ diſtributio inter reliquos paganos, qui agros non poſſident?*
10. *Modus traditur diſtributionis. n. 11.*
12. *Potiſſimum hîc conſiderari debet; quid conſuetudine receptum.*
13. *Et æqualitas ac proportio juſta obſervanda.*
14. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 15. 17. 18. 19.*
16. *Ejusdem Decretum.*

1 NOn loquimur hic de civibus ſeu parœcianis in municipiis & oppidis degentibus, inter quos ſanè contributio ſumtuum ad reſtaurationem ædificiorum eccleſiaſticorum, perinde ut aliarum collectarum eſt facienda,
2 nimirum † ſecundum æs & libram, h. e. ſecundum vires & quantitatem patrimonii ac cujusque obventionem, nach eines jeden Vermögen/ *l. 1 C. de muner. patrimon. l. 4. C. quemadm. civil. mun. indic. l. 1. & l. 4. C. de cenſ. l. 7. 8. & 12. C. de oper. publ. l. 4. & 5. ff. de cenſib. l. 6. §. 15. ff. de muner. & honor.* Henr. Bocer. *de collect. cap. 8. n. 4. & cap. 12.* Matth. Weſenbec. *conſil. 103. & 215.* Ægid. Thomat. *in tract. de collect. §. retenta. n. 2. §. ſubjiciunt. n. 7.* Bartol. *in l. 1. n. 8. C. de apoch. publ. libr. 10.* Specul. *de cenſib. §. nunc*
3 *dicendum. n. 17.* † Nec objicere licet, quod idem redundet commodum ad quosvis parochianos pro ſalute animarum ſuarum ex hac contributione, ut hinc non tam ad facultates, quàm numerum & capita ſingulorum parochianorum ſit reſpiciendum.
4 Etſi enim hoc concedamus, † nequaquam tamen facultatum reſpectus negligi debet, quippe in quo æqualitas conſiſtit, quæ ſemper & quibuscunque in contributionibus
5 attendi debet, † quia collecta quævis onus habetur fructuum, ac ratione poſſeſſionis & perceptionis fructuum potiſſimùm expeditur, *l. fructus. 13. verb. functionem. C. de act. emt. l. 2. C. de annon. & tribut. l. omnes. 33.* ubi Bald. & Salycet. *C. ſine cenſu vel reliq. fund. compar. non poſſe.* Camill. Borell. *conſil. 63. num. 23.* Johan. Garz. *de expenſ. cap. 11. n. 145.* Florez Diaz de Mena *quæſt. 21. n. 82.* Alvar. Valaſc. *de jure emphyteut. quæſt.*
6 *18. n. 2.* Quidni ergò † de parœcianis paganis nempe manſariis, inquilinis & hortulanis (Hüfnern/ Häußlern/ und Gärtnern) idem habendum? Fateor lubens, nec in hiſce reſpectum cujusque obventionum ac facultatum eſſe ſeponendum; Sed cùm paganorum hominum † facultates potiſſimùm in cultura & fructibus agrorum conſiſtant, non eſt, quod ulteriori onere inquiſitionis in reditus ſubditorum Magiſtratus, collectas & contributiones indicens, gravetur. Et numerô ſiquidem manſorum † & agrorum nunquam non poteſt conſtare de æqualitate, ſi ſcilicet certum quid imponatur cuique manſo, licet quandoque fructus & obventiones aliquantulum varient, quod tam præcisè attendi haut poteſt. 7 8

At † quæ ratio diſtributionis inter reliquos paganos, qui manſa & agros non poſſident, ut ſunt inquilini & hortulani, die Häußler und Gärtner? Horum intuitu non peculiarem modum diſtributionis introducendum, ſed rem ita decidendam judicarunt Domini Conſiſtoriales, † ut aliquot inquilini & hortulani unum repræſentent manſum quoad ſumtuum ad refectionem Eccleſiarum, domuumque parochialium exſolutionem, Sigiſm. Finckelthuſ. *de jur. patronat. c. 4. n. 91.* † quod tamen non uniformiter obſervatum deprehendo, ſed quandoque 6. hortulanis & 12. inquilinis, quandoque verò pluribus, quin & paucioribus tantum collectarum nomine fuit injunctum, quantum manſarius, Hüfner pro uno manſo præſtare conſvevit. † Scilicet potiſſimùm hic attendi debet, quid quoque in loco conſuetudine receptum, *l. minimè. 23. l ſi de interpretatione. 37. ff. de legib.* ac pro ratione temporis æquum & proportionabile videtur, † ne aliqui graviùs, alii levius cenſeantur, *l. 3. §. præſes. 15. de muner. & honor. l. 4. C. quemad. civil. mun. indic. lib. 10. l. fundos. 10. C. de fund. patrim. lib. 11. l. id ab unaquaque. 12. C. de annon. & tribut.* Aym. Cravetta *conſil. 195. num. 9.* Henr. Bocer. *dict. cap. 12. n. 16.* 9 10 11 12 13

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi die 6. Maji, Anno 1607. (Verba Reſcripti:* Wann dann dißfals in dem *Synodo* ein *Decretum*, wie es allenthalben mit den Anlagen zu Kirchen- Pfarr- und Schulgebäuden gehalten werden ſolle/ gemachet worden iſt/ dieſes Inhalts/ daß zween Halb-Hüfner vor eine Hufe/ 6. Gärtner vor eine Hufe/ und zwölff bloſſe Häußler auch vor eine Hufe gerechnet werden ſollen; So laſſen wir es auch allenthalben dabey verbleiben/ und iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren an euch/ Ihr wollet die Eingepfarrten vor Euch beſcheiden/ und mit Zuziehung der Gerichtsherren ihnen unter- 14

unterſagen/daß ſie ſich ſolchem *Decreto* gemäß bezeigen ſollen/es wäre denn durch be-
ſtändige Gewohnheit und über rechts-verwährte Zeit ein anders dieſes Orts herge-
bracht/darbey verbleibt es billich/ ꝛc.)

It. † *Superintendenti & Quæſtori Miſnenſib. die 2. Octobr. An. 1607.* (*Verba Reſcripti:* Wann 15
dann dißfalls in dem *Synodo* ein ſonderliches *Decretum*, wie es allenthalben mit den
Anlagen zu Kirchen-Pfarr- und Schul-Gebäuden gehalten werden ſolle / gemachet
worden iſt/ des Inhalts/daß zweene Halbhüfner vor eine Hufe / deßgleichen ſechs
Gärtner vor eine Hufe/und dann zwölff bloſſe Häusler auch vor eine Hufe gerechnet
werden ſollen; So laſſen wir es auch allenthalben dabey verbleiben/ und iſt an ſtatt
höchſt-gedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren an euch/ Ihr
wollet den Gebrüdern von Bernſtein zu Plentz in Krafft dieſes aufferlegen uud be-
fehlen / daß ſie bey ihren Unterthanen zu Semmelsberge alſobald die Verfügung
thun/ damit ſie ſolchem *Decret* gebührliche Folge leiſten/ ꝛc.)

It. † *in cauſâ* der Pferdner zu Dittersdorff / wider die Gärtner und Häusler daſelbſt/ 16
die 4. Sept. Anno 1629. (*Verba Decreti:* Dieweil die Pferdner mit drey untadelhafften
Zeugen dargethan/die Gärtner auch nicht in Abrede ſeyn können / daß ſie von *Anno*
1560. die Anlagen zu den geiſtlichen Gebäuden gleich den Pferdnern entrichtet/ſo laſſe
man es dabey billich bewenden ; ſo viel aber die Häusler betrifft / ſo iſt es dahin ver-
mittelt/daß die/welche kein Feld haben/zweene ſo viel als ein Pferdner oder Gärtner
geben ſollen/ darnach ſie ſich allerſeits zu richten/ ꝛc.)

It. † *Jan. à Milckau, Superintendenti Chemnicenſi & Præfecto Rochlicenſi die 27. Sept. An. 1616.* 17
(*Verba Reſcripti:* Wir haben euern eingeſchickten Bericht die ſtreitige Anlage zu den
geiſtlichen Gebäuden zu Groß-Milcka zwiſchen den Eingepfarrten Hüfnern an ei-
nem/und der kleinen Häusler anders Theils betreffende verleſen hören ; Wann wir
dann geſtalten Sachen nach es bey euerm gethanen Vorſchlag/daß dieſes Orts 16.
bloſſe Häusler gleich einem Hüfner *contribui*ren ſollen/bewenden laſſen ; Als werdet
ihr die Partheyen darauf beſcheiden/ ꝛc.)

It. † *Præfecto Scholæ Miſnenſis, die 25. Junii 1613.* (*Verba Reſcripti:* Wann es dann Land- 18
bräuchlichen/daß die Anlagen nach den Hufen zu verrichten/und vier Gärtner/ſo wol
8. Coſſalen oder Häusler gleich einer Hufen zu achten / ꝛc.)

Et † *Andreæ Sebaſtian à* Schleinitz in Zotenitz *& Zchetin, die 3. Maji Anno 1611.* (*Verba Re-* 19
ſcripti: Hierauf iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begeh-
ren/Ihr wollet den Leuten zu Colnitz Krafft dieſes aufferlegen/daß zu Auffrichtung der
neuen Pfarr-Scheune zwey Halb-Hüfner/ſo wol 4. Gärtner/ſo viel als ein Hüfner
zu Erfüllung angeregter Anlage / gleich andern Eingepfarrten *contribui*ren ſollen/ in
Verweigerung ſie durch gebührliche Mittel darzu *compelli*ren und anhalten / ꝛc.)

DEFINIT. CCCXLIII.

Parœciani quoque Eccleſiæ filialis, vulgò Filialiſtæ, ad reparationem ædificiorum, Matri ſunt obſtricti.

SUMMARIA.

1. *Unitis pluribus Eccleſiis, una eſt Mater, reliquæ ſunt filiæ.*
2. *Eccleſiæ quandoq; conjunguntur.*
3. *Quæ conjunctio dicitur unio vel incorporatio.*
4. *Unde diſcrimen Matris & filiæ exortū.*
5. *Quænam mater, quæq; filia ſit, unde conſtet?*
6. *Mater habetur, in qua Parochi habitatio eſt commodior.*
7. *Vel in qua Eccleſia prior eſt facta Parochi inveſtitura.*
8. *Num Filialiſtæ contribuant ad fabricam matris?*
9. *Deciſio affirmativa.*
10. *Unita Eccleſia ſequitur Eccleſiam, cui facta eſt incorporatio.*
11. *Particeps quoq; eſt privilegiorum & onerum matris Eccleſiæ.*
12. *Qui ſentit commodum, ſentiat etiam incommodum.*
13. *Filialiſtæ veniunt nomine Parochianorum. num. 14.*
15. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 17.*
16. *Ejusdem Sententia informatoria.*

1 Eccleſiis duabus vel pluribus unitis, primariam, quæ dignior, Matrem, reliquas verò filias appellari notiſſimum eſt: ſcilicet expoſcit quandoq; commodum duorum vel plurium cœtuum, ut † in u- 2
num conjungantur, & divini cultûs cauſâ con-

conneɾtantur, iis unus ſolummodo præficiatur Parochus, quæ conjunctio vocatur unio
3 † ſive incorporatio Eccleſiarum, *can. & temporis. 16. quæſt. 1. cap. quia monaſterium. 2. extr. de relig. domib. cap. ſicut unire. 8. extr. de exceſſ. prælat. Clem. 1. §. adhuc prædeceſſorum. de ſtat. Monachor.* Paul. de Citadin. *de jur. patronat. part. 14. n. 3.* Anton. Fab. *de religion. regend. in Rebuspubl. lib. 3. cap. 17. n. 4.* Matth. Stephan. *de jur. patronat. cap. 26. n. 1.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. lit. V. Concluſ.*
4 *229. n. 1.* † Unde diſcrimen Matris & filiæ exortum, *cap. ad audientiam. 3. ibi: Competens in ea honor pro facultate loci, Eccleſiæ matrici ſervetur, extr. de eccleſ. ædif.* de quo & quæ-
5 nam Eccleſia Mater, quæque filia ſit, † vel ex fama communi, vel literis, vel ſeniorum teſtimoniis conſtare poteſt, Lambertin. *de jur. patronat. lib. 2. art. 11. quæſt. 10. pr. part. 2. fol. 170.* Joan. Aloyſ. Riccius *deciſ. Neapolit. 231. n. 1. & 3.* Garc. *de benefic. part. 5. cap. 9. n. 82.*
6 *ſeqq.* Et ſi probatio hæc deficiat, † tum cenſebitur primaria & Mater, vel in qua Parochi habitatio eſt commodior, & altera filia, Anton. Fab. *dict. cap. 17. num. 25.* Joſeph. Maſcard. *de probat. concluſ. 114. n. 16. 17.*
7 Vel † ad quam Paſtor vocatus, & in qua facta eſt inveſtitura prior, Sigiſm. Finckelth. *de jur. patronat. cap. 5. n. 62.*

Hinc ſi contingat, domum Matris parochialem, aliave ædificia Eccleſiaſtica conſtrui
8 aut reparari, † haut raro controvertitur, an etiam filia ſeu potius Filialiſtæ, ut vulgo appellari ſolent, ad fabricam ejusmodi contribuere ſint obſtricti? Quod omnino affir-
mandum † cum Finckelthuſ *dict. tract. de jur. patronat. cap. 4. n. 88.* 9
Siquidem unio Eccleſiarum id operatur, ut Eccleſia unita mutet
naturam priſtinam, † amittat jus ſuum & eo 10
utatur, cui fit unio, *arg. cap. recolentes. 3. extr. de ſtat. Monachor.* Petr. Gregor. *in Syntagm. jur. univerſ. lib. 17. cap 5. num. 6.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. lit. V. concluſ.*
242. quare merito † Eccleſiæ unitæ ſeu fi- 11
liæ non ſolummodo omnia Matris privilegia, ſed etiam onera omnia communicantur,
quia † participans de commodo, etiam par- 12
ticipat de incommodo, *arg. l. ſecundum. 10. ff. de Reg. Jur.* Tuſch. *dict. lit. V. concluſ. 230. num. 22. & 23.* Ut hinc mirum non ſit, ſi collectæ vel ſervitia ad fabricam ædificiorum parochialium in Eccleſia primaria à Filialiſtis quoque exigantur, quippe qui & privilegiorum Matris ſunt participes. Cumque
& † ipſi bona ſpiritualia à Parocho Eccleſiæ 13
Matris accipiant, fieri vix poteſt, ut non ſint etiam parochiani, alibi licet & ſub alio degentes Magiſtratu, nomine hoc ratione contributionis non male comprehenſi, *arg. l. 1. §. generaliter. de legat. præſt. l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem action.*
† quo & reſpexiſſe 14
videtur Sereniſſimus Saxo *in Ordin. Eccleſ. art. gener. 32. in pr. verb.* Sol von den Eingepfarrten / ob ſie gleich nicht unter einer / beſondern vielen Herrſchafften geſeſſen / eine gemeine Anlage zu ſolchem Bau gemacht werden / ꝛc.

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Præfecto Chemnicenſibus, die 11. Maji An 15
no 1616. (*Verba Reſcripti:* Was an uns Heinrich Hildebrand von Einſiedel zum Scharffenſtein wegen der Anlage und Dienſte zu den Pfarr-Gebäuden in der Haupt-Kirchen zu Reichenhayn / dem die Gemeine im *Filial* Nieder- und Ober-Hermsdorff ſich verweigern ſollen / *ſupplicando* gelangẽ laſſen / ſolches habt ihr aus Beygefügten zu vernehmen; Begehren derohalben an ſtatt höchſt-gedachten unſers gnädigſten Herrns / Ihr wollet die Partheyen vor euch beſcheiden / gegen einander hören / und nach Befindung Ihr der Schöffer die Leute im *Filial* Ober- und Nieder-Hermsdorff zur ſchuldigen *Contribution* anhalten / oder / da es nöthig / uns ihr der Sachen Beſchaffenheit mit Wiederſendung des Beyſchluſſes berichten / ꝛc.)
It. † ad requiſitionem Hanſen von Einſiedels zu Preißnitz *die 25. Octobr. Anno 1613.* 16
(*Verba Sententiæ:* Daß Hanſen Haubolds von Einſiedel zu Syra Unterthanen im *Filial* Elßbach zu dem Pfarr-Bau zu Preißnitz / gleich andern Eingepfarrten daſelbſt zu *contribui*ren ſchuldig / und mit der am Montag *Eſto mihi Anno 1577.* aufgerichteten Vergleichung ſich darwider nicht zu ſchützen / V. R. W.)
Et † Chriſtophoro à Rhoda, Præfecto in Tieffenau, die 8. Septembr. Anno 1630. (*Verba Re-* 17
ſcripti: Was maſſen Hans Baſtian von Schleinitz zu Zöten über die *Filialiſten* zu Rödern wegen beharrlicher Verweigerung der nothwendigen Anfuhren zun Pfarr-Gebäuden zu Zöten ſich ferner beſchweret und bitten thut / das habt ihr hiebey zu befinden / ꝛc. Darauf iſt an ſtatt Ihr. Churf. Durchlaucht hiermit unſer Begehren / Ihr wollet nunmehr mit Vorbehalt der allbereit verwirckten 100. fl. nochmals bey 200. fl. Strafe eure Unterthanen zu Verrichtung der Anfuhren zu den geiſtlichen Gebäuden daſelbſt durch Zwangs-Mittel ungeſäumet anhalten / ꝛc.)

Definit. CCCXLIV.

Æqualis fiat hoc caſu diſtributio collectarum inter filialiſtas & reliquos parochianos, ſecus atque in ſumtibus Viſitationum, niſi conſuetudine loci aliud ſit introductum.

SUMMARIA.

1. *Quantum filialiſtæ ad fabricam Eccleſiæ Matris contribuere teneantur?*
2. *Pro tertia ſolummodò parte reſpondit Conſiſtorium Lipſienſe. n.3.*
4. *Fundamentum hujus Reſponſi quodnā?*
5. *Effectus conſuetudinis inſignis.*
6. *In dubium vocanda non ſunt, quæ conſuetudo vetus comprobavit.*
7. *Tantum à filialiſta ſingulo exigi vult Conſiſtorium Supremum, quantum unusquisq; reliquorum parochianorum ſolvit.*
8. *Ratio hujus juris.*
9. *Æqualis ſemper eſſe debet diſtributio collectarum.*
10. *Conſuetudine ſi aliud introductum, obſervari id debet.*
11. *Quia conſuetudo habet vim legis. n.12.*
13. *Conſuetudo eſt ſtricti juris; nec extendenda.*
14. *Tantum habet de potentia, quantum probatur de uſu.*
15. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
16. *Ejusdem Reſcriptum.*

NEquaquam ergò ſunt exemti filialiſtæ à contributionibus & collectis ad fabricam Eccleſiæ Matris, dominuumque parochianarum indi-
1 ctis: ſed hoc dubii † etiamnum reſidet, quomodo ſit facienda diſtributio, & num filialiſtæ ſinguli tantum contribuere obſtricti ſint, quantum ab unoquoqve parœcianorum
2 exigitur? Tertiam ſolummodò † oneris hujus partem filialiſtis conjunctim, ſeu Eccleſiæ filiæ injungendam reſpondit *Conſiſtorium Lipſienſe die 25. Apr. An. 1628.*
3 † *in causâ* der Kirchen-Vätere und Gemeine zu Z. Kläger an einem/und der Kirchen-Väter und Gemeine zu *R. in filial* Beklagte anders Theils/ *hiſce formalibus:* Daß Beklagte zu vorhabendem Bau der Scheune und Ställe zu Z. den dritten Theil zu *contribuiren* und zu erlegen ſchuldig/ꝛc. Quod reſponſum refert Sigism. Finckelth. idque in
4 conſuetudine † generali fundatum aſſerit *in tract. de jur. patronat. cap.4. n.87.*

Sane ſi conſuetudo probata eſſet, facilè acquieſcerem, potiſſimum enim hac in re, ubi certi quid lege expreſſa conſtitutum haut eſt,
5 conſuetudo loci cujusq; attendi debet, † quia conſuetudo obtinet vim veritatis, Bald. *in l.1. C. de ſervitut.* ibique Sichard. *num.1.* Andr. Gail. *lib.1. obſerv.85.n.7.* æquiparatur Regiæ auctoritati, Albert. Riminald. *conſil.135. verſ. liceat. vol.2.* omnesque mundi actûs dirigit & informat, Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib.1. claſſ.3. c.14. n.24.*
6 † nequaquam ergo in dubium ſunt vocanda, quæ vetus comprobavit conſuetudo, *l. Imperat. ff. de pollic. l. non tantùm. §. ult. ff. de decurion.* Attamen quia conſuetudo univerſalis de tertia tantummodò contributionis parte ad fabricam Eccleſiæ Matris à filia præſtanda demonſtrata non eſt, nec ſi eſſet, fugere notitiam Conſiſtorii Supremi poſſet † haut 7
conceḍendum id judicavit filialiſtis, ut ex ſolutione tertiæ partis ab ulteriori ſe liberet onere, quin potius hoc caſu æqualem inter filialiſtas & reliquos parochianos diſtributionem collectarum faciendam reſpondit, ita ut ſingulus quisque ſive ſit filialiſta ſive parochianus, pro modo bonorum ac facultatum à ſe poſſeſſarum parilem exſolvat portionem.
Scilicet † quia & cura animarum, cujus intuitu ſumtus ad fabricam Eccleſiæ à parochianis exiguntur, inter omnes eſt æqualis, 8
ut taceamus æquabilem ſemper † in collectis 9
fieri debere diſtributionem, *l.3. §. præſes. 15. ff. de muner. & honor. l.4. C. quemadm. civ. muner. indic. lib.10. fundos. 10. C. de fund. patrimon. lib. 11. l. id ab unaquaq;. 12. C. de annon. & tribut.* Aym. Crav. *conſil.195. n.9.* Henr. Bocer. *de collect. c.12. n.16.*

Plane ſi aliud † conſuetudine certo 10
aliquo in loco fuerit introductum, tantum abeſt, me reclamare, ut potius ſtricte illi inhærendum exiſtimem, propterea quòd conſuetudo † vim habeat legis, 11
§. ſine ſcripto. inſt. de jur. natur. gent. & civil. l. de quibus. 32. ff. de legib. Erneſt. Cothm. *lib.1. conſil.16. n.4.* Donell. *lib.1. comm. 10.* veluti in diſtributione ſumtuum † ad or- 12
dinationem novi Paſtoris receptum dicit Finckelth. *dict. loc. n.89.* & in expenſis ad viſitationem neceſſariis, judicavit Conſiſtorium Supremum, ut ſcilicet tertiam ſolummodò partem filialiſtæ exſolvere teneantur: Inde tamen ad caſus alios nil inferendum, † ſiquidem conſuetudo quævis ſtri- 13
cti juris eſt; nec de caſu ad caſum extendi debet, Felin. *in cap. auditis. col.6. extr. de præſcript.* Jaſon. *ad dict. l. de quibus. 32. n.12.*

14 Pariſ. *conſil. 25. num. 26.* † tantumque habet de potentia, quantum probatur de uſu, Bald. *in l. ult. num. 9. C. commun. utriusq.* Erneſt. Cothman. *1. Conſil. 16 numer. 4. & ſeq.* Octav. Cacheran. *deciſ. 29. numer. 16.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem* Hanſen von Einſiedels/ *die 25. Octobris An-* 15
no 1613. (*Verba Sententiæ:* Daß die Unterthanen im *Filial* Elßbach zu der Pfarr zu Prießnitz gleich andern Eingepfarrten daſelbſt zu *contribui*ren ſchuldig/ und mit der am Montage *Eſto mihi Anno 1577.* aufgerichteten Vergleichung / welche in Buchſtaben nur von dem Schul-Bau redet/ ſich darwider nicht zu ſchützen / V.R.W.)

Et † *Superintendenti Offitienſi, die 30. Novembr. Anno 1619.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben 16
euer Schreiben/ darinnen ihr berichtet zu werden begehret: Ob die *Filial*en die *Viſitation*s-Unkoſten gleich der Haupt-Kirchen halb zu tragen ſchuldig / oder dieſelben bey dem dritten Pfennig gelaſſen werden ſollen/ verleſen hören; Wenn wir uns denn erinnern / daß gemeiniglich und mehrer Theil der *Filial*en / und ſonderlich / wo nur eines vorhanden/ den 2. Theil zu *contribui*ren pfleget / als laſſen wir es auch nochmals darbey bewenden/ es wäre dann an einem Ort von Alters hero eine andere Gewißheit gehalten worden/ darbey würden ſie billich gelaſſen/ wollen wir euch nicht bergen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXLV.

Non contribuunt ad fabricam Eccleſiæ Matris Filialiſtæ, qui peculiarem in pago ſuo habent ædem ſacram, templum, vel fanum.

SUMMARIA.

1. *Num æquum ſit Filialiſtis injungi onus contribuendi?*
2. *Non contribuunt ad fabricam Eccleſiæ Matris, quando peculiare habent templum.*
3. *Cauſæ & ratio hujus exceptionis.*
4. *Onerato non imponendum onus novum.*
5. *Nec afflicto addenda ulterior afflictio.*
6. *Filialiſtæ num ſint, quibus in pago de proprio templo proſpectum haut eſt?*
7. *Reſponſio affirmativa, n. 9. 10.*
8. *Modo unquam peculiaris in pago fuerit Eccleſia.*
11. *Contribuendum etiam à Filialiſtis ad reparationem domuum parochialium.*
12. *Niſi peculiares habeant domus parochiales.*
13. *Literæ Electorales.*
14. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 INiquum tamen dixeris, ſumtus ad fabricam Eccleſiæ primariæ ſive Matris exigi à Filialiſtis, cùm peculiarem hi ſuam habeant Eccleſiam ſive Templum, in quo ſacra tractantur, verbum à Parocho prædicatur & ſacramenta adminiſtrantur, quod propriis ſuis ſumtibus reparari oportet, nec hi viciſſim à parochianis ad fabricam ſuæ Eccleſiæ quicquam exigere valent; ita ſane eſt,
2 † quare omnino excipi debet hic caſus à regula illa *defin. 343.* tradita, ita ut obnoxii haut ſint Filialiſtæ, qui propriam in pago habent Eccleſiam vel fanum, quicquam ad fabricam
3 Eccleſiæ Matris contribuere. † Nec enim ipſorum intereſt, Eccleſiam illam reparari vel non, cùm divinum proſequantur ac celebrent cultum in templo proprio, verbum ibi à Parocho prædicatum audientes, infantes ſuos baptizari facientes, & ad ſacram Cœnam accedentes. Cumque tum in fabricam templi ſui ſumtus impendere neceſſe habeant,
4 † iniquum omninò foret, alio adhuc onere contributionis ipſos gravari: non magis enim jam onerato aliud injungendum eſt
5 onus, † quàm jam afflicto ulterior addenda afflictio, *l. divus. 14. ff. de offic. præſid. l. antepen. C. de pœn. l. navis onuſta. 4. §. quid ergo. ff. ad Leg. Rhod. de jactu.*

Hac † autem ratione, inquies, nunquam 6
futurum, ut Filialiſtæ quid contribuant, poſtquam ſemper in pagis proprias habeant Eccleſias ſive Templa, in quibus ſacra tractantur, ac cultus celebratur divinus: Cæteroquin enim non erunt Filialiſtæ; ſed ipſimet Parœciani? Hoc equidem multi
habent ſibi perſuaſum; † ſed falſò, nec 7
omnibus Filialiſtis de proprio templo proſpectum eſſe, experientia nos docet: Sane hoc expeditum eſt, quòd filia nunquam ſit,
† ubi non eſt Eccleſia peculiaris de præſen- 8
ti, vel ſaltem aliquando fuerit in pago, ſiquidem unio & incorporatio diverſarum Eccleſiarum reſpectui & nuncupationi Matris ac filiæ cauſam dedit, ut diximus *ſupr.*
defin. 343. Attamen cùm † Eccleſiæ in pa- 9
gis ſæpius incendio conſumantur, vel invaſione hoſtili devaſtentur, quam ob cauſam poſtmodum ad incorporationem Eccleſia-
rum devenitur, fieri omnino poteſt, † ut Fi- 10
lialiſtæ proprium non habeant templum, nec

nec erogatione ſumtuum ad hujus repara-
tionem ſe tueri valeant contra exactionem
collectarum ad fabricam Eccleſiæ Matris, ut
hinc diſputatio *Defin.343.* fruſtra haut fuerit
11 ſuſcepta. † Quin etſi omnino annuendum
eſſet, filialiſtas propriam ſemper habere
Eccleſiam, per id tamen ſe liberare non
poſſent à contributione ad fabricam do-
muum parochialium habitationi Paſtoris
& æditui deſtinatarum, ſi ædificia ejus-
modi in pagis filialiſtarum peculiaria &
propria non reperirentur. † Cæteroquin 12
& horum intuitu à contributionibus & ſer-
vitiis immunes eſſent.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector ad Illuſtriſſimum Principem Dominum Joh. Philippum,* 13
Ducem Saxoniæ &c. Lineæ Altenburgenſis, die 3. April. Anno 1633. (*Verba Literarum Electoralium:* An uns beklaget ſich hierbey *ſub A.* der *Superintendens* zur Neuſtadt an der Orla *M Joh. Cruger,* und Schöſſer zu Arnshaugk *David Andreas* über den *Superintenden*ten zu Orlamünda und Pfarrern zu Drockenborn *N.N.* daß gedachter Pfarrer bey Erbauung des neuen Schulhauſes in der Hauptkirchen daſelbſten unſere *Filiali*ſten zu Lichtenau/ Ströſswitz und Breitenhain/ welche *immediatè* in unſer Amt Arnshaugk gehören/ und uns darüber das *jus patronatus* zuſtändig/ ſeines Gefallens und ohne Zuziehung erwehntes *Superintenden*tens und Schöſſers zu ſchweren Anlangen und Dienſten zwingen/ auch bishero auf vorbemeldtes unſers *Superintenden*tens/ wegen derer in ſeine *Inſpection* gehörigen *Filial*-Kirchen/ an ihn ergangenen Befehliche nichts verrichten wollen. Wann dann kein *Patronus* in der Hauptkirchen die *Filialiſt*en/ wenn ſie ſelbſt eigene Kirchen/ Pfarr- und Schulwohnungen haben/ zu den *Contributio*nen und Dienſten in der Hauptkirchen anzuhalten/ als erſuchen Eure Liebde wir hiermit freund-vetterlich/ Sie wollen mehrgedachten *Superintenden*ten zu Orlamünda und Pfarrern zu Drockenborn hierüber vernehmen/ und da ſie es gedachter maſſen befinden/ ihnen ihren Unfug nach der Schärffe verweiſen und auferlegen laſſen/ daß ſie hinfüro rechtlicher Verordnung gemäß ſich bezeigen ſollen/ damit wir nicht Urſach haben/ unſere *Filialia* von mehrernennten beyden Hauptkirchen abzuſondern/ und durch eigene *Paſtores* zu beſtellen/ uns auch Eur. Liebde Erklärung mit Zurückſendung des Beyſchluſſes hinwieder förderlichſt zu erkennen geben/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Haynenſi ac Præfecto Moritzburgico die 1. Sept.* 14
Anno 1630. Verba Reſcripti: Welcher geſtalt die Gemeinde zu Beerwalde wegen der geforderten *Contribution* zu Erbauung des Pfarrhauſes zu Radeburg ſich beſchweret/ das habt ihr hierbey zu befinden: Wann dann alle Eingepfarrten und *Filialiſt*en die Pfarr- und Schul-Wohnung/ wofern dieſelbe nicht eigene Pfarr- und Schul-Gebäude haben/ zu erhalten ſchuldig; Als begehren an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. wir hiermit/ ihr wollet die *Supplican*ten darauf beſcheiden/ oder uns die Beſchaffenheit der Sachen zu erkennen geben/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXLVI.

Nobiles Parochiani à collectis ad fabricam Eccleſiæ & domuum Eccleſiaſticarum immunes haut ſunt.

SUMMARIA.

1. *Nobiles etiam parochiani contribuunt ad fabricam ædificiorum eccleſiaſticorum.*
2. *Quibus ex cauſis & fundamentis?*
3. *Cauſa contributionis obligat quoque Nobiles.*
4. *Nullus in cultu divino eſt perſonarum reſpectus.*
5. *Æquali cenſentur jure quos nectit paritas rationis.*
6. *Collectis ordinariis & extraordinariis Nobiles ſunt ſubjecti. n. 7.*
8. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOn crediderim, exiſtere quenquam,
qui Nobiles parochianos à contri-
butione ad fabricam Eccleſiæ & re-
parationem ædificiorum parochia-
lium immunes eſſe dicat non ſolùm, (1.) quod
2 † ſub generali ſanctione *in Ordin. Eccleſiaſt. art. gen. 32.* indifferenter parochianis onus
hoc injungente comprehendantur, *arg. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſt.* Sed etiam,
3 quia (2.) cauſa † hujus oneris perſonas No-
bilium æque afficit, nam commodum & uti-
litas ex ejusmodi fabrica in eos non minus
quam in alios parochianos redundat, Eccle-
ſiaque exhibitione Sacramentorum, concio-
nibus & rebus ſacris omnibus parochianis ſi-
ve nobiles ſint ſive plebeji, inſervit absque
ullo † perſonarum reſpectu, cujus nulla quo- 4
ad cultum divinum habetur ratio, ut hic pro-
cul dubio vulgatum illud obtineat, † æquali 5
jure cenſeri, quos nectit paritas rationis, *l. illud. 32. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. 108. ff. de V. O.* (3.) Ex quo prætextu ullum exemtionis jus

Nobiles parochiani opponere valerent, cum
6 † realibus patrimoniorum oneribus tam ordinariis, h.e. tributis ſeu indictionibus, quam extraordinariis, i.e. collectis non minus quam plebeji aggregentur, *l. reſcripto.* §. *ult.* ubi Gloſſ. *verb. incolis. l. munerum.* §. *patrimonium.* ubi Bartol. *ff. de muner. l. ei qui originem.* §. *1. ff. eod tit. l. ad inſtructionem. C. de SS. Eccleſ. l. abſit. C. de privilegio dot.* Hartm. Hartmanni *tit. de feud. obſerv. 31. n. 1. & 3.* Modeſt. Piſtor. *vol. 2. conſil 8. n. 46.* Fulv. Pacian. *lib. 2. de probat. c. 22. n. 52.* † Et ſane Juſtinianei juris autoritas clariſſimè arguere videtur, Nobilitati neutiquam privilegium eſſe tributum quoad collectas, ſive munus patrimoniale, *l. ſunt munera. 11. ff. de vocat. & excuſ. muner. l. 2. l. 3. l. 6. & l. 9. C. de muner. patrim. lib. 10.* Henr. Bocer. *de collect. c. 1. n. 34.* 7

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Paſtoris S. die 20. Auguſti Anno 1613.* (*Verba Reſcripti:* Hat ſelbigen Orts ein neuer Kirchen-Bau nothwendig vorgenommen werden müſſen/ darzu/ weil kein ſonderbahrer Vorrath im Kirchenkaſten vorhanden geweſen/ bey den Eingepfarrten eine gewiſſe Anlage gemacht worden/ und es werden unter denſelben auch etliche von Adel befunden/ ſo ſich bey der Stadt aufhalten und des Gottesdienſts pflegen; So werden dieſelben gleich andern Eingepfarrten zur *Contribution* der Baukoſten gleichmäßiger Anlage nach billich angehalten / V. R. W.) 8

DEFINIT. CCCXLVII.

Ratione tamen bonorum feudalium ad contribuendum haut adigi poſſunt.

SUMMARIA.

1. *Nobiles parochiani contribuunt ad fabricam Eccleſiæ.*
2. *Non tamen de feudis, quæ jure Vaſallagii poſſident.*
3. *Ratione feudorum Nobiles ab omnibus collectis ſunt immunes.*
4. *Quibus ex cauſis & fundamentis? n. 10.*
5. *Jus Vaſallagii ſubditum haut facit.*
6. *Subditi ſolummodò collectantur.*
7. *Vaſalli Domino ſunt obſtricti ad præſtationem ſervitiorum perſonalium.*
8. *Duplici ideoq; onere non ſunt gravandi.*
9. *Semel decimatus ulterius decimari haut debet.*
11. *Conſiſtorii Supremi Decretum.*

1 QVod diximus *Defin. præced.* Nobiles æque ac parochianos plebejos obſtrictos eſſe contribuere ſumtus ad fabricam Eccleſiæ, id equidem veriſſimum eſt, cum grano tamen ſalis accipiendum, ne bona ipſorum feudalia hoc onere graven-
2 tur; † Scilicet quia inter parochianos diſtributio collectæ facienda eſt ſecundum facultates ac reditus uniuſcujusque, excipi ab hiſce debent bona Nobilium feudalia; quorum reſpectu regulaliter tam quoad ordinarias,
3 † quam extraordinarias collectas libertati innituntur. Albert. Brun. *conſil. 103. n. 2.* Everhard. à Weihe *in tract. de ſubſid. cap. 4. n. 66.* Henr. Bocer. *de collect. cap. 4. n. 12. & ſeqq.* Aym. Cravetta *conſil. 497. num. 3. verſ quinto.* Caſp. Klock. *de contribut. cap. 14. ſect. 2.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 18. num. 16. & ſeqq.* Henr. à Roſenth. *de feud. cap. 5. concluſ 78. num. 2.* Erneſt. Cothman. *lib. 1.*
4 *Reſponſ. 11. n. 32.* † ut profectò tutum haut ſit, contributione ſumtuum ad fabricam Eccleſiæ, qui & ipſi collectarum extraordinariarum nomine exiguntur, bona feudalia gra-
5 vare. (1.) † Ex quo enim jus Vaſallagii ſubditum non facit, ne ſubjectionem operatur, *cap. cæterum extr. de judic. & Clement. Paſtoralis. tit. de Sentent. & re judicat.* Natta *conſil. 445. n. 9.* Matth. Weſenbec. *conſil. 1. n. 57. verſ. itaq;.* Carol. Molin. *in conſv. Pariſienſ.* §. *33. Gloſſ. 1. verb. Droicts. n. 105.* Klock. *dict. cap 14. Sect. 2. n. 4.* hujus intuitu Nobilibus injungi non debet onus contributionis ad fabricam Eccleſiæ, quod nititur jure ſubjectionis, & parochianis ſubditis imponitur: Nam † & aliàs ſubditi tan- 6
tummodo collectantur, *l. Reſcripto. 6.* §. *ult.* ubi Bartol. *l. munerum. 18.* §. *patrimomorum. ff. de muner. & bonor.* Gutierretz *lib. 3. pract. quæſt. 15. n. 20.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 33. n. 3.* Burſat. *vol. 1. conſil. 16. n. 31.*

(2.) † Cumque Vaſalli ratione feudi domino ſint obſtricti ad præſtationem ſervitiorum perſonalium, ex quo in armis ſemper ad militiam parati & tam equis quàm corporibus ſervire coguntur; æquum eſt, ut viciſſim ab aliis oneribus & contributionibus 7
quoad feudum eximantur, † nec onere duplici graventur, *l. Titia. 34.* §. *qui invita. 5. ff. de legat. 2. l. licet. ff. naut. caup. ſtabul. l. in delictis.* §. *ult. ff. de nox. action.* Vincent. de Franch. *deciſ. 22. n. 3.* Klock. *dict. ſect. 2. n. 25.* Joh. Grivell. *deciſ. 11. n. 10.* † Semel enim decimatus ulterius decimari non debet, *cap. ult.* 8 9

tit. extr. de decim. & noſtri ordinis functiones onerari geminis incommodis non oportet, uti dixit Symmach. *lib. 5. Epiſt. 63.*

10 (3.) † Ad certa porrò ſervitia dum obligati ſunt Vaſalli, non ſane ad quidquam ulterius adigi poſſunt: Cui etenim bono determinatio facta eſſet ſervitiorum, ſi aliis in cauſis pro lubitu Dominus ipſos poſſit gravare. Jacob. de S.Georg. *Verb. dictis Vaſall. promiſſ. deb. ſervit. n.28.* Amad. Pont. *de laudem. quæſt. 3. n.18.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ* der Kirchenvätere zu Merſchitz und Seuſelitz/ Klägere an einem/ Henrichen von Schleinitz zu Sckaſa und Neuendorff Lehens-Erben 11
Beklagten anders Theils/ *die 8. Martii Anno 1620.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagte mit ihren copeylich *de Anno 1521.* und *in originali de Anno 1548.* vorgelegten Lehen-Briefen *in continenti* beygebracht/ daß das Vorwerck Neuendorff Mannlehen und mit Ritterdienſten beleget ſey/ ſo werden ſie mit den Anlagen und Fuhren zu den geiſtlichen Gebäuden und dergleichen nach Merſchitz und Seuſelitz billich verſchonet/ es könten und wolten denn Klägere/ wie recht/ darthun und erweiſen / daß zu ſolchem Vorwerck etliche Erbhufen erkaufft/ und hiervon innerhalb rechtsverwährter Zeit die geklagten Anlagen und Fuhren verrichtet worden / damit würden ſie in Zeit Sächſiſcher Friſt billich zugelaſſen/ Beklagten ihre Gegen-Nothdurfft dawider vorbehaltlich/ darauf ferner zu beſchehen was recht iſt / V.R.W.)

DEFINIT. CCCXLIIX.

Non audiendi ſunt parochiani contributionem ad fabricam Eccleſiæ propterea detrectantes, quod alio in territorio & ſub alio Magiſtratu degant, ſuumque habeant domicilium.

SUMMARIA.

1. *Omnibus fere commune eſt, quod onera detrectent.*
2. *Parochiani alibi domicilium habentes ad fabricam Eccleſiæ contribuunt.*
3. *Quibus ex cauſis & fundamentis? n.5.7.*
4. *Ordinatio Eccleſ. Elect. Saxon. hac de re generaliter loquitur.*
6. *Adducuntur clara Sereniſſimi Electoris verba.*
8. *Ratio contributionis etiam in parochianis alibi degentibus verificatur.*
9. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n.10.*

1 QVod omnibus fere hominibus communiſſimum eſt, ut commodis inhient, incommoda vero detrectent, id maximè in diſtributione collectarum accidit; Vix enim quenquam videbimus, qui non ab hoc onere cum jactura etiam vincini ſe eximere ſtudeat. Faciunt pro-
2 fecto hoc parochiani, qui nunquam † non de contributionis onere ad piam cauſam conqueruntur, ac quovis modo id avertere contendunt: non raro exceptionem domicilii, quo ſub alia jurisdictione & alieno in territorio obſtringuntur, opponentes. Quo ipſo tamen parum efficiunt, nec ſe eximere que-
3 unt. (1.) Inficiari enim non poſſunt † quod parochiani habeantur ea in Eccleſia, ad cujus fabricam ſumtus exiguntur, qua ratione igitur hoc onus detrectabunt, quippe quod parochianis in genere incumbit, Marta *de Juriſdict. part. 2. c. 48. n. 10. & 13.* Advendan. *in tract. de exequend. mandat. Reg. lib. 1. c. 10. n. 29. & lib. 2. cap. 14. n. 19.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 28.* † Ex quo etiam *Ordinatio Eccleſ.*
4 loquitur generaliter de parochianis ad contribuendum obligatis *in art. gen. 32. in pr.* Sol von den Eingepfarrten. *& in Decreto Synodali de An. 1624. §.* Wir erfahren nicht weniger. *verb.* Die Eingepfarrten dahin mit Ernſt anhalten/ꝛc. Salvo literarum ſenſu excipi non poſſunt † parochiani aliò in territorio & ſub alio Magiſtratu degentes, 5
arg. l. 1. § generaliter. ff. de legat. præſt. l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem act. (2.) Ac ne dubium de hoc relinqueretur, ſatis fuit ſollicitus † Sereniſſimus Saxon. Elector verbis 6
clariſſimis id exprimens *in dict. Ord. Eccleſ. art. 32. in pr. ibi:* Sol von den Eingepfarrten / ob ſie gleich nicht unter einer / beſondern vielen Herrſchafften geſeſſen / eine gemeine Anlage zu ſolchem Bau gemacht/ darzu ſie auch von ihren Erb-Herren ernſtlich und unweigerlich ſollen gehalten werden. Nimirum non † audiri voluit paro- 7
chianos, qui hac exceptione contributionibus ad fabricam Eccleſiæ ſubtrahere ſe velint. (3.) Nec immeritò; ſiquidem hoſce non minus quàm alios ad contribuendum † arctat ratio Sacramentorum, quæ 8
ipſis miniſtrantur, & verbi divini, quod in Eccleſia audiunt, atque ita cœleſti ſpiritualique cibo paſcuntur & foventur; nam ut pulchrè ait Juſtinianus Imp. Si pro corporalibus

bus cogitamus, quantò magis pro animarum ſalute ſolicitudinis providentia adhibenda eſt, *Novell. 115. cap. 3. verſ. ſi enim pro cauſis &c.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Erneſto Abrahamo Dehnen in Helffenberg die 24. April. Anno 1607.* (*Verba Reſcripti:* Welcher Geſtalt bey uns ſich über euch Hans Schilling zu Schönfeld etlicher Fuhren wegen/ ſo eure dahin gepfarrte Unterthanen gleich andern zum Kirchbau daſelbſt verrichten ſollen/ klagende beſchweren und bitten thut/ das habt ihr aus dem Inſchluß mit mehrern zu vernehmen. Wann dann Inhalts der *generali*en die Eingepfarrten jedes Orts/ ungeachtet ſie unter einer Herrſchafft nicht geſeſſen/ die Anlage/ Fuhren und Hand-Dienſte zu den Kirchen- Pfarr- und Schulgebäuden/ zu reichen und leiſten verpflichtet/ eure Unterthanen auch ſolches in keiner Verweigerung ſeyn ſollen. So iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren an euch/ ihr wollet angeregte eure Unterthanen zu ſolcher Bau-Verrichtung mit Ernſt anhalten/ oder da ihr eurer Verweigerung rechtmäßige und erhebliche Urſache zu haben vermeynet/ uns ſolche nebenſt Zurückſendung der Inlage hinwieder zu erkennen geben. Hieran vollbringet ihr höchſtermeldten unſers gnädigſten Herrns gefällige Meynung/ ꝛc.) 9

Et † *Quæſtori ac Præfecto Scholæ Miſnenſis die 13. Sept. Anno 1630.* (*Verba Reſcripti:* Was wir zu Anrichtung und Beſſerung der Pfarrwohnung wegen der dahin gepfarrten ſäumigen Unterthanen zu Backquen/ Koliſch und Polentz ihren Gerichts-Herren Nicoln von Miltitz zu Sieben-Eichen/ Alexander von Miltitzens zu Scharffenberg Lehns-Erben Vormunden und *A.* von *B.* den *3. Auguſti* nächſthin anbefohlen/ ſolches aber nicht alleine ohne Frucht abgegangen/ ſondern auch gedachter von *B.* uñ ſeine Unterthanen die andere gehorſame Eingepfarrten widerwärtig gemacht haben ſollen/ das geben wir euch aus beygefügter Abſchrifft/ und des Pfarrers zu St. Affran anderweit *Supplici*ten mit mehrern zu erſehen. Wen denn dieſe Sache wegen herbeynahenden Winters keinen Verzug leidẽ wil; Als iſt hierauf an ſtat Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ihr wollet nunmehr die ſäumigen Eingepfarrten durch gebührende Zwangsmittel zu den angeordneten Anfuhren ſelbſt anhaltẽ/ ꝛc.) 10

DEFINIT. CCCXLIX.

Aliud ſtatuendum de forenſibus, qui in parochia, cujus Eccleſia refectione eget, fundos & prædia poſſident: Non niſi enim pro ratione neceſſitatis, conſuetudinis, & aliarum circumſtantiarum ad contribuendum hi adigi poſſunt.

SUMMARIA.

1. *Num forenſes in parochia prædia poſſidentes contribuant ad fabricam Eccleſiæ?*
2. *Movetur objectio ex eo, quòd Eccleſia ſit juris publici.*
3. *Forenſes ſunt obligati reficiendis ædificiis publicis; & quatenus hoc verũ. n. 7.*
4. *Prædia in alieno territorio ſita ejus naturam induunt.*
5. *Quatenus hoc accipiendum?*
6. *Ferendus non eſt, qui lucrum amplectitur, onus autem ſubire recuſat.*
8. *Forenſes non parochiani Eccleſiæ haut obſtricti. n. 9.*
10. *Deciſio quæſtionis negativa. n. 11.*
12. *Onus contribuendi ad fabricam Eccleſiæ reale non eſt, ſed perſonale.*
13. *Licet diſtributio collectæ res concernat.*
14. *Limitatur quandoq; deciſio; & quibus in caſibus?*
15. *Neceſſitas ex illicito facit licitum.*
16. *A conſuetudine non recedendum.*
17. *Cujusq; loci conſuetudo attendenda.*
18. *Reſcriptum Electorale.*

1 DIfficilior autem eſt quæſtio de forenſibus, qui parochiani non ſunt nec ſubditi, † attamen in parochia, cujus Eccleſia refectione eget, fundos & prædia poſſident, num & hi in contributionem ad Eccleſiæ iſtius fabricam vocari & collectis ejusmodi ſubjugari queant.
2 Quod ſi affirmare quis velit, † non deſtituetur ratione ſuæ aſſertionis, poſtquam Eccleſia eſt publici juris, Gloſſ. *in §. publicum, verb. ſacris. ff. de juſt. & jur.* Fulv. & Paſian. *conſ. 7. n. 11.* operibus verò & ædificiis publicis reficiendis † perſonas etiam non ſubditas ſive 3
forenſes pro rebus, quas in territorio collectantis poſſident, obligatas eſſe, nemo neſcit, & reddit hoc expeditum *l. ad inſtructiones*, ubi Dd. *C. de SS. Eccleſ.* † Quin & prædia 4
in alieno territorio ſita, naturam, conditionem & qualitatem ejusdem ſortiuntur, *l. pupillus. §. territorium*, ibi Dd. *ff. de verb. Sign.* ut hinc ea excipere non liceat à collectis in territorio indictis; Sed reſtringendũ hoc eſt † ad 5
collectas ipſis prædiis ſeu fundis, & ad horum vel reparationem vel defenſionem impoſitis, quo

quo caſu cum forenſes eandem ſentiant uti-
litatem, quam ſubditi percipiunt, & æque in
poſſeſſione ſuarum facultatum defendantur,
æquum omninò eſt, & onus contributionis
6 iis injungi; ferendus † ſiquidem non eſt, qui
lucrum amplectitur, onus autem ſubire re-
cuſat, ut inquit Imp. *in l. un. § pro ſecundò. C.*
de caduc. tollend. l. manifeſtiſſ. §. Sed cùm in
7 *ſecundum. C. de furt.* † Parili ratione foren-
ſes operibus ac ædificiis publicis reficiendis
intuitu bonorum ſuorum tum demum ob-
ſtricti ſunt, quando commodum inde ad eos
redundat, quòd certè de fabrica Eccleſiæ re-
8 ſpectu † forenſium, qui parochiani non ſunt,
aſſeri haut poteſt: Non enim hæc ita afficit
forenſes, ut ad eos eorumve fundos & præ-
dia quicquam commodi inde deveniat;
9 † Nec magis Eccleſiæ in exhibitione Sacra-
mentorum, concionibus & rebus ſacris ſervit
forenſibus, quàm quibuscunque exteris &
peregrinis illic tranſeuntibus ac fortuito ali-
quo caſu rem ſacram audientibus, & ad Ec-
cleſiam devotionis cauſa accedentibus, Caſp.
Klock. *de contribut. cap. 10. ſect. 1. n. 68.*
10 Ex quo ſatis perſpicuum eſt, † forenſes, qui
parochiani non ſunt, ratione prædiorum in
parochia ſituatorum ad fabricam Eccleſiæ
domuumq; parochialium nequaquam con-
11 tribuere teneri, veluti hanc quæſtionem † in
terminis decidit Stephan. Bertrandus *lib. 1.*
conſil. 53. n. 2. Anton. Theſaur. *deciſ. 149. n. 7.*
& ibi Caſpar. Theſaur. *in addit. pr.* Natta.
conſil. 215. n. 7. & poſt eos Caſp. Klock. *dict.*
cap. 10. ſect. 1. num. 62. & ſeqq. Nec eſt, quod
dubium ex prædiis ſub parochia ſituatis mo-
12 veatur, † quia onus hoc contributionis me-
rè reale non eſt, ſed dirigitur obligatio in
perſonam principaliter, licet taxatio fiat re-
ſpectu rerum, Gloſſ. & Bartol. *in l. reſcri-*
pto. §. ult. ff. de muner. & honorib. Quan-
tumvis ergo diſtributio hujus collectæ fiat
ſecundùm æs & libram, atque hujus intuitu
rem & ejus æſtimationem concernat, † ob- 13
ligatio tamen, vinculum & neceſſitas ſol-
vendi reſpicit perſonam, quæ non poteſt ob-
ligari vel adſtringi, niſi habeat ſubjectio-
nem, Pacian. *conſil. 5. num. 9.* Klock. *dict.*
ſect. 1. num. 64. Marcabrun. *conſil. 40. n. 19.*
& 20. Limitatam nihilominus hanc aſſer-
tionem velim, † circumſtantiæ aliud ſua- 14
deant, & forenſes ad onus hoc adſtringant,
puta ſi tanta ſit neceſſitas & paupertas paro-
chianorum, ut in ſubſidium forenſes ad con-
tribuendum requirere æquitas poſtulet,
Klock. *dict. ſect. 1. num. 71.* Neque enim
neceſſitas legem habet, Andr. Tiraquell.
de retract. lignag. §. 26. gloſſ. 1. num. 19. & ſeqq.
Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 102. num. 6. 7. & 8.*
Weſenbec. *conſil. 40. num. 28.* † licitumque 15
facit, quod aliàs eſt illicitum, *arg. can. ſi nul-*
la. 23. quæſt. 8. l. ſancimus. 21. C. de S. S. Ec-
cleſ. nec eſt culpabile, quod fit neceſſitate ur-
gente, *can. ad limina. 30. quæſt. 1.* Planè ſi
& conſuetudo † aliud introduxerit, rece- 16
dendum ab ea non erit, quia, quæ conſuetu-
dinis ſunt, obſervari debent, *l. quod ſi*
novit. 31. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edict.
l. ult. C. de fidejuſſ. † & cujusque loci 17
conſuetudo in omnibus eſt attendenda;
l. 1. §. ult. ff. de ventr. inſpic. l. 3. §. ult. ff.
de teſtib. l. ſemper in ſtipulationibus. 34. ff.
de Reg. Jur.

Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti, Quæſtori & Senatui Weiſſenſeenſibus die 18
23. April. Anno 1627. (*Verba Reſcripti:* Ob wir wol die zu euerm Kirchen-Bau vor deſſen aus erheblichen Urſachen gemachte / und am *15. Junii* und *20. Septembris* des nächſt verwichenen Jahres *ratificirte* Anlage/ daß nemlich von jedem Acker in euer des Raths Marckfluhr gelegenen arthafftigen Landes- und Weinwachs/ ein Bürger 2. Gr. und ein Auswärtiger 4. Gr. zu dieſem mal entrichten ſol/ auf des Hochwürdigen unſers beſondern lieben Freundes Herrn Johann Euſtachii/ *Adminiſtratoris* des Hoch-Meiſterthums in Preuſſen/ Meiſters Teutſchen Ordens/ in Teutſch- und Welſchen-Landen/ 2c. für des *Compturn* zu Greiffſtädt/ Johann Fuchſen Ordens-Unterthanen zu Waltersdorff und Scherendorff/ den *24. Januarii* dieſes Jahres beſchehene *interceſſion* / am *16. Febr.* hernach/ an euch dahin *reſtringi*ret/ daß von erwehnten des Ordens Unterthanen nicht mehr / als von einem Bürger bey euch einzubringen/ uns auch gäntzlich verſehen / Wir ſolten derenthalben weiter nicht *moleſti*ret worden ſeyn. So befindet ihr doch aus eingelegter Abſchrifft / was an uns hochgedachter Herr *Adminiſtrator* auf ermeldtes *Compturn* ferners Anregen / wegen gäntzlicher Erlaſſung berührter Anlagen abermals gelangen laſſen. Wann dann das itzige Einwenden vom *Compturn* und ſeinen Unterthanen allbereit den *22. Febr.* 8. und *10. Octobr.* des nächſt-verwichenen Jahres vorbracht / von euch dem Rath aber den *27. Februarii* und *28. Octobr.* hernach zur Gnüge abgelehnet worden / daß nemlich (1.) aus Nothwendigkeit dieſe Anlagen / (2.) auf eure Marckfluhr geleget / (3.) in welcher bemeldte des Ordens Unterthanen nutzbare Stücke an ſich gebracht / und wegen der Bürger Unvermögen noch mehr an ſich bringen thäten / (4.) die ſie verſchoſſen und verſteuren / auch davon gleich unſern Unterthanen andere Abrichtung

thun

thun müſſen/(5.)wie hinwieder eure Bürger/ſo unter dem Ordens-Hauſe Bey-Güter haben/dergleichen Anlagen ſich nicht entbrechen können/ (6.) und wäre dieſes ein ſolcher Bau/dergleichen wol in etlich 100. Jahren ſich nicht begäbe / dahero auch keine *præſcriptio* darwider mit Beſtande anzuführen/ (7.)Aus unſerer Kirchen-Ordnung *à communiter attributis* übel geſchloſſen/die Eingepfarrten müſten dergleichen Anlagen geben/ *Ergo* die Auswärtigen / *reſpectu* ihrer dieſes Orts gelegenen Güter damit verſchonet bleiben/ (8)Welches unſern *Conſiſtoriis* und *Superintenden*ten nach dem allgemeinen Lands-Brauch beſſer bewuſt wäre/ (9.)Geſtalt dann andere Auswärtige dieſes Orts/nemlich die Bauern zu Strausfurth/die gemachte Anlage bewilliget/(10, und ob gleich dieſes Ordens Unterthanen ihre eigene Kirchen und geiſtliche Gebäude zu erhalten hätten/ ſo geſchähe doch ſolches nicht von dieſer Stadt / ſondern ihren eigenen Ordens-Gütern/ (11.)viel weniger wäre die Anlage *odioſa*, ſondern *in honorem Dei* dermaſſen *favorabilis*, daß man ehermaln bey Anrichtung der Stifts-Hütten die Leute hat müſſen heiſſen aufhörē zuzutragen/ und was dißfals mit mehrern angezogen und von euch hiebevor in unſer *Conſiſtorium* zu unterſchiedenen Malen unterthänigſt berichtet und eingeſchickt worden; Als laſſen wir es bey unſerer an euch den *16. Febr.* dieſes Jahrs erfolgten *reſolution* nochmals bewenden / hiermit gnädigſt begehrende/ Ihr wollet nicht allein euch ſelbſt darnach achten / ſondern auch den *Compturen* zu Greiffſtädt und Scherendorff hierauf beſcheiden/daran geſchicht unſere Meynung/ ꝛc.)

Definit. CCCL.

Sumtus ex ærario Eccleſiaſtico vel à parochianis præſtandi ſunt, non modò ad conſtructionem, ſed & ad reparationem ædificiorum Eccleſiaſticorum & parochialium partialem, ut ſi Baptiſterium, Campana, Organum pnevmaticum aut in ædibus parochialibus Muſæum Paſtoris, Balneum vel aqua ſaliens &c. ſit reficienda.

SUMMARIA.

1. Proprie loquendo, aliud eſt tueri, aliud de novo facere.
2. Et aliud reficere, aliud ampliare.
3. Reficere eſt corruptum ad priſtinum ſtatum reducere.
4. Ædificium dicitur refici, cujus ſuperſunt adhuc veſtigia.
5. In lata ſignificatione univerſa fabrica reficiendi nomine comprehenditur.
6. Quare & ſumtus ſuppeditandi ad reparationem ædificiorum Eccleſiaſticorum.
7. Probatur hoc ex decreto Synodali de Anno 1624.
8. Partialis quoq; refectio parochianis incumbit, n. 14.
9. Quibus ex rationibus & fundamentis? n. 11. 12.
10. Totum integrale omnes includit ſuas (partes.
13. Finis contributionis ad fabricam Eccleſiæ quisnam?
15. Habitatio victus nomine venit.
16. Reſcripta Electoralia. n. 17.
18. Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 19.

1 PRoprie & ſtricte loquendo, ſicut teſte Neratio, aliud eſt tueri, quod accepimus, aliud de novo facere, quod non habuimus, *l. uſusfructuarius. 44. ff. de uſufr.* ita quoque longe aliud eſt reficere & reparare, aliud ampliare & de † novo
2 facere, Peck. *in tract. de eccleſ. reparand. cap. 2. num. 1. & 2.* nec reficiens dicitur quid innovare, Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 4. limit. 1. num. 39.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. 84. num 3.* Johan. Coras. *in l numer. 10.*
3 *ff. de novi oper. nunciat.* † Sed reficere, ſecundùm Marc. Anton. de Amatis *deciſ. 64. num. 38. & 43.* eſt corruptum ad priſtinum ſtatum reducere, *l. 1. §. reficit. ff. de via publ. &* ſecundum Coraſ *dict. loc.* id ædificium
4 † dicitur refici, cujus ſuperſunt adhuc veſtigia & quando materia, quæ in priſtinum reponitur ſtatum adhuc apparet. *l. quod tamen. §. 1. ff quib. mod. uſusfr. amittit.* Matth de Afflict *deciſ. 392. numer. 12.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 2. cap 3. num. 44. & ſeqq.*
† Attamen lata in ſignificatione fabrica univerſa, tegere ſcilicet, ſubſtruere, ſarcire, ædificare, advehere adportareque, quæ ad eam rem utilia ſunt, reficiendi verbo continentur, *l. 1. in pr. & §. reficere. ff. de rivis. l. 11. ff comm. prædior.* quo ſenſu etiam vocula illa hic accipi debet; † ut ſcilicet qui ex juris diſpoſitione vel conſuetudine ad Eccleſiæ reparationem obſtricti ſunt, pro ratione ſuarum facultatum, tam ad Eccleſiæ novæ conſtructionem, quam antiquæ refectionem & ampliationem teneantur, niſi vel contra- 5 6

rio

rio Regionis more, vel communi Eccleſiæ ſtatuto, vel amicabili & contraria pactione aliud ſit receptum, Stephan. Aufrer. *deciſ. Capell. Tholoſ. 499.* Caſp. Klock. *de contribut. cap. 10. ſect. 1. num 11.* Idque luculenter
7 apparet † ex verbis *decreti Synodal. de Anno 1624. Elect. Saxon. in* §. Wir erfahren nicht weniger. *ibi:* Daß die Pfarr- und Schul-Gebäude an vielen Orten ſo gar ſchlecht ſeyn / und von den Eingepfarrten nicht wollen in richtigen Stand gebracht werden. *Ac poſtea:* Die Pfarr- un Schul-Wohnungen wieder anrichten. §. Ebener geſtalt. *ibi:* Daß die Eingepfarrten die Kirchen- und Gottes-Häuſer nicht eingehen/ſondern bey zeiten in Beſſerung bringen laſſen ſollen/rc. Quæ ſane verba de refectione potiſſimum loquuntur, eamque parochianis injungunt.

8 Porro † nec refert, qualenam ædificium, quæque ejus pars reparetur ac reficiatur, in tantum ut & diſpoſitionem de ſuppeditandis ſumtibus ad fabricam Eccleſiæ, ad refectionem partialem in Eccleſia, veluti baptiſterii, campanæ, organi pnevmatici, & in domo parochiali ad conſtructionem & reſtaurationem Muſæi, balnei, aquæ ſalientis & quæ ſunt alia habitationis commodæ pertinentia, extendere liceat, Caſp. Klock.
9 *de contribut. cap. 9. num. 49.* (1.) † cùm enim jura generaliter loquantur de refectione ædificiorum eccleſiaſticorum, ut imprimis videre eſt *in decreto Synod. dict.* §. Wir erfahren nicht weniger. *&* §. Ebener Geſtalt. non poteſt excipi reparatio partialis, omniumque partium in ædificiis
10 ejusmodi contentarum, † nam totum integrale omnes includit & comprehendit ſuas partes, Jacob. Menoch. *vol. 1. conſil. 7. num. 80.*

(2.) Idq; imprimis manifeſtum † reddit 11
dict. decretum Synodale. §. Wir erfahren nicht weniger. *in verb.* Dahero viel Pfarrer und Schul-Diener nicht trocken liegen/noch ſonſten ihre zugehörige Bequemligkeit zum Studieren/ Schul und Haußhaltung haben können. Quis hinc non videt, † eò intentum fuiſſe Sereniſſimum Legislatorem, ut miniſtris Eccleſiæ de commoda domo & habitatione parochiali, omnibusq; ad eam pertinentibus proſpiceret? 12

(3.) Conſiſtit † porro finis hujus contributionis ultimus in eo, ut templum ſit pariter ac miniſtri Eccleſiæ ſuſtententur, qui Sacra tractent & cultum promoveant divinum, quod nunquam commode fiet, ſi vel minima etiam particula negligatur, campana, baptiſterium & organum pnevmaticum, & quæ ad cultum divinum ſunt neceſſaria, non reficiantur, nec muſæum Parochi vel alia commodæ habitationis pertinentia reparentur. 13
† De quo ultimo etiam clara extat Sanctio Sereniſſimi Saxon. Electoris *in Ordin. Eccleſ. art. gen. 32. in fin. ibi:* Und nachdeme die Nothdurfft erfodert / daß die Pfarrer zu ihrem Studieren einen beſondern Ort haben / da ſie von Weib / Kindern und Hauß-Geſinde ungehindert und ungeirret deſſelben mit Fleiß abwarten können/ ſol jedem Pfarrer in die Pfarr-Behauſung nach Gelegenheit jedes Orts ein Studier-Stüblein gebauet werden. Nec 14
† enim minima pars eſt ſuſtentationis commoda habitatio, quæ & victus nomine comprehenditur, *l. legatis alimentis. ff. de aliment. & cibar. legat.* 15

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Quæſtori Torgenſi die 1. Octobr. Anno 1627.* (*Verba Reſcripti:* Was an uns der Pfarrer zu Stupliß/Valentin N. wegen Anführung eines Röhr-Waſſers auf die Pfarre in Unterthänigkeit gelangen laſſen/ſolches habt ihr aus der Inlage zu befinden. Wann wir dann aus erheblichen Urſachen ſein Suchen vor nützlich und nothwendig erachten; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ihr wollet Verordnung thun/damit aus der Kirchen Vorrath ſo viel genommen werde / davon angeregtes Röhrwaſſer noch vor Winters in den Pfarrhof zu bringen/der Abfall aber davon den Benachbarten gegeben werde/rc.) 16

Et † *Superintendenti, Quæſtori & Senatui Weiſſenſeenſibus die 22. April. Anno 1627.* (*Verba Reſcripti:* Ob wir wol die zu euerm Glockenthurm-Orgel- und Tauffſtein-Bau vor deſſen gemachte Anlage allerdings *ratificiret* rc. Als laſſen wir es dabey nochmals bewenden/rc.) 17

Nec † *non Conſiſtorium Supremum Auguſto à Schönberg die 2. April. Anno 1624.* (*Verba Reſcripti:* Was an uns der Pfarrer zu Klein-Heinersdorff *Georgius O.* wegen eines Pfarr-Röhrwaſſers *ſupplicando* gelangen laſſen / das habt ihr aus dem Inſchluß zu vernehmen. Wann wir dann dieſes ſein Suchen der Kirchen-Ordnung gemäß befinden, Als iſt hierauf unſer Begehren / Ihr wollet die Gemeine dahin halten/ daß ſie ein Waſſer in die Pfarr-Wohnung auf der Kirchen Unkoſten unverzüglich verſchaffen/ und der Pfarrer hernach daſſelbe ganghafft erhalten/oder ſich ſonſten mit ihme gütlich vergleichen ſollen/ rc.) 18

Et †

Et † *Quæſtori ac Præfecto Gymnaſii die 23. Septembr. An 1630.* (*Verba Reſcripti:* Was wir 19
zu Anrichtung einer Studier-und Badſtuben in der Pfarrwohnung bey S. Affran
wegen der dahin gepfarrten ſeumigen Unterthanen jüngſten anbefohlen/das habt ihr
euch zu erinnern/ꝛc. Wann dann die Sache wegen herbey nahenden Winters kei-
nen Verzug leiden will; Als iſt hierauf an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begeh-
ren/Ihr wollet die ſeumigen Eingepfarrten durch Zwangs-Mittel dazu anhalten/ꝛc.)

DEFINIT. CCCLI.

Sacrâ æde devaſtatâ vel domo parochiali peſte infectâ, usque dum fiat reparatio & purgatio, de alio commodiore loco cultui divino & habitationi Paſtoris eſt proſpiciendum.

SUMMARIA.

1. *Ad novam pariter conſtructionem & reparationem Eccleſiæ ſumtus à parochianis præſtandi.*
2. *Quandoq; locus alius ſacris tractandis deſtinatur.*
3. *An tum merces ex ærario eccleſiaſtico & à paræcianis præſtanda?*
4. *Deciſio affirmativa.*
5. *Fundamentum & ratio decidendi.*
6. *Nequaquam ſuſpendi debet cultus divinus.*
7. *Paritas æquitatis eandem inducit diſpoſitionem.*
8. *Miniſtris Eccleſiæ de commoda habitatione eſt proſpiciendum.*
9. *Verba generalia de tempore quocunq; ſunt intelligenda.*
10. *Sententia informatoria Conſiſtorii Supremi.*
11. *Ejusdem Reſcripta, n. 12.*

1 PArum ideoque refert, an nova ſit conſtruenda eccleſia ſeu domus parochialis, vel ſaltem ea reficienda ac reſtauranda, quia utroque in caſu ſumtus ex ærario eccleſiaſtico & in ſubſidium à parochianis ſuppeditantur, *Defin. praced.*
2 Quid vero ſi nec † novi ædificii ſtructura nec refectio ſuſcipiatur, & nihilominus de præſtandis expenſis controvertatur? Finge ædem ſacram ſive templum hoſtiliter devaſtatum vel igne combuſtum, aut domum parochialem peſte infectam eſſe. Nec enim tum cultus divinus usque ad factam reparationem differri, nec habitatio commoda infectione durante Parocho detractari debet:
3 Sed † de alio commodiore loco, jure conductionis & cultui divino pariter & habitationi Paſtoris interim eſt proſpiciendum: annum ergo hoc etiam caſu merces locationis ex ærario vel à paræcianis erit ſolvenda?
4 Non certè iniquum † hoc eſt, ſi contributionis cauſam ad reſtaurationem & fabricam ædificiorum eccleſiaſticorum penſitaveris, quam in eo conſiſtere diximus, *Defin. præ-*
5 *ced. num. 13.* ut cultus † promoveatur divus & miniſtri Eccleſiæ ſacra tractantes ſuſtententur. Neutrum vero fieri poteſt, ſi durante impedimento alius non præſto ſit locus ad ſacra tractanda & habitationem Parochi idoneus: † Quod ſi enim expectandum 6
usque dum reficiatur templum, vel domus parochialis purgetur, cultui divino malè proviſum erit, qui ne tantillum momenti differendus; eadem ergo neceſſitas, quæ ſumtus ad reparationem efflagitat, & hoc caſu obtinet, ut proinde etiam † diſpoſitionem ean- 7
dem huc extendere liceat, quos caſus enim nectit paritas æquitatis aut indentitas rationis, non ſunt quoad juris diſpoſitionem ſeparandi, *l. illud. 32. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio 108. ff. de V. O.* Cumque parochianis incumbat, ut miniſtris Eccleſiæ † de commoda ha- 8
bitatione proſpiciant, veluti apparet *ex decreto Synodali de An. 1424.* §. Wir erfahren nicht weniger. *in verb.* Weil es aber in alle wege billich/daß Kirchen-und Schuldiener mit guter Wohnung verſehen ſeyn/ꝛc. non excipi debet hac Sanctione quicquam temporis, quò ædes parochiales inhabitare tutum haut fuerit, fieri enim non poteſt, ut non hac ratione diſpoſitioni Electorali contraveniant parochiani, qui mercedem locationis ſolvere renuunt. † Nam verba generalia de quocunq; 9
tempore ſunt intelligenda, *l. in venditione. §. de tempore. ff. de bon. aut. jud. poſſid. l. 1. §. nunciatio,* ubi Bart. & Dd. *ff. de oper. nov. nunciat.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem Marci R.* zu *L. die 7. Febr. An. 1609.* (*Verba Sen-* 10
tentiæ: Hat ſichs begeben/daß in abgewichenem Jahre um Michaelis eine groſſe Feu-
ers-Brunſt entſtanden/und dadurch nebens andern Häuſern auch die Kirche und das
Pfarrhaus abgebrannt worden/deßwegen ihr nicht allein vor euch anitzo eine andere
Woh-

Wohnung um einen gewiſſen Zinß miethen/ſondern auch den Gottesdienſt in eines Bürgers Hauſe/allda ziemliche Bequemligkeit verhanden/ verrichten müſſen/ und iſt ferner nicht zu vermuthen/daß ſo bald die Kirche oder das Pfarrhauß aufgebauet werden möchte; So wird immittelſt dem Bürger / in deſſen Hauſe der Gottesdienſt verrichtet wird/von der Kirchen Vermögen / oder Eingepfarrten billicher Abtrag gethan/euch auch der Miethzinß für die Wohnung entrichtet/ V.R.W.)

Item † *Paſtori, Quæſtori & Senatui Senfftenbergenſi, die 26. Novemb. An. 1607.* (*Verba Reſcripti:* Was an uns *N.N.* daß ihme eine Wohnung eingeräumet werden möchte/gelangen laſſen/das habt ihr aus dem Inſchluß zu vernehmen. Hierauf iſt nun an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſtens Herrns unſer Begehren an euch/ ihr wollet es bey den Eingepfarrten in guten dahin richten/daß ſie ihme entweder ein eigen Hauß zur Herberge verſchaffen/oder das Miethgeld jährlich für ihn geben ſollen/ ꝛc.) 11

Et † *Superintendenti Freybergenſi, die 26. Junii An. 1633.* (*Verba Reſcripti:* Was an uns der neue Pfarrer zu Niederboberitz wegen Verrichtung des Gottesdienſts daſelbſt gelangen laſſen/das habt ihr hierbey zu befinden. Wofern nun kein ander bequemer Ort/als des Richters Wohnung/vorhanden; So iſt hierauf an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. hiermit unſer Begehren/ihr wollet den Pfarrer beſcheiden/ daß er daſelbſt den gantzen Gottesdienſt mit ſchuldiger Ehrerbietung und Andacht halten/und alles Aergerniß dabey vermieden werden ſolle/ꝛc.) 12

Definit. CCCLII.

Incumbit miniſtris Eccleſiæ, propriis ſumtibus ædes parochiales ſartas tectas & in bono ſtatu conſervare, in Dach und Fach erhalten.

SUMMARIA.

1. *Aliud eſt reparare, aliud conſervare ædes: & quomodo hæc differant?*
2. *Propriis ſumtibus miniſtri Eccleſiæ conſervent ædes parochiales in bono ſtatu.*
3. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis.*
4. *Adducitur Decretum Synodale ad hanc rem.*
5. *Quid importent voculæ (* in Dach und Fach erhalten.*) n. 6.*
7. *Uſufructuarius non repetit impenſas in conſervationem factas.*
8. *Quia rem uſuifructui ſuppoſitam tenetur ſalvam & integram ſervare.*
9. *Incommodum ſequitur eum, qui ſentit commodum.*
10. *Ad duplicem tuitionem tenetur uſufructuarius.*
11. *Miniſtri Eccleſiæ uſum duntaxat habent ædium parochialium.*
12. *Clericus habens beneficium æquiparatur uſufructuario.*
13. *Adducitur textus juris pontificii.*
14. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi, n. 15.*

Quod de reparatione domuum parochialium ſumtibus Eccleſiæ vel parœcianorum faciendâ diximus, id nimiùm extendi haut debet, nec ad conſervationem earum trahi:
1 Longè † aliud ſiquidem eſt reparare: aliud conſervare; Illud magnas requirit expenſas ad reſtaurandum id, quod jam collapſum eſt; Hoc verò modicis ſumtibus expediri poteſt, quin & eo ipſo reparatio præcaveri, ſi ad exemplum boni patrisfamilias ædes ſartæ tectæ & in bono ſtatu modicis expen-
2 ſis conſerventur. † Quantumvis ergò ad refectionem ſeu reparationem ædium parochialium ſumtus ex ærario Eccleſiæ vel à parœcianis ſuppeditentur, ipſimet tamen Paſtores & Eccleſiæ miniſtri pro ædibus iſtis, quas inhabitant, ſartis tectis ſervandis impenſas facere debent, in Dach und Fach erhalten/ Sigismund. Finckelthuſ. *de jur. patronat. cap. 4. n. 85. & 92.* Paul de Citadin. *de jur. patronat. libr. 3. art. 5. n. 7.* Lamberttin. *de jur. patronat. lib. 3. art. 3. quæſt. 7. princ.* Veluti (1.) † ſancitum verbis ſat 3
expreſſis à Sereniſſimo Saxoniæ Electore *in Ordin. Eccleſ. art. gen. 32. §.* Wann ſie als-

alsdann den Bau aufgebracht und zur Nothdurfft zugerichtet/und den Pfarrern alſo gebauet / eingeräumet und überantwortet/ ſollen ſie denſelben förder und ſonderlich dasjenige/ ſo vom Geſinde durch täglichen Brauch verwüſtet und zerbrochen wird / als Ofen / Fenſter / Thüren/ Schlöſſer / Dach und Fach / ſo lange ſie darinnen wohnen / und daſelbſt Pfarrer bleiben/wie guten Haußwirthen gebühret/ in baulichem Weſen erhalten / und nicht
4 zerfallen laſſen. † *Et in Decreto Synodali de Anno 1624.* §. Wir erfahren nicht weniger. *verſ.* Die Pfarr- und Schulwohnungen wiederum anrichten/welche/ wann ſie richtig übergeben worden/und es anders nicht hergebracht/die Pfarrer und Schuldiener in baulichem Weſen/laut der *generali*en/zu
5 erhalten ſchuldig ſeyn / ꝛc. † Cumque expeditum non ſit, quid propriè importent verba: In Dach und Fach zu erhalten/indeciſum id relinquere noluit Sereniſſimus Saxo *in dict. art. gen. 32.* §. Nachdem aber über dem Verſtand der Worte/ (Dach und Fach) viel Uneinigkeit entſtanden/ꝛc. hunc exprimens intellectum : Daß nemlich ein ieder Pfarrer ſchuldig ſeyn ſol/ſein Gebäude an Ofen/Thüren/Fenſtern/ und Leimwänden/ Zäunen/ Dachungen und was dergleichen ſeyn mag / wie ein fleißiger Haußwirth thun ſol / jährlich zu beſſern ſchuldig/und das ſo lange/als es ſich erhalten laſſen wil/in weſentlichem Bau halte.
6 † *junct. §. ſeq.* Wann aber ein Gebäude/ es ſey Ofen/ Thüren / Fenſter / Zäune/ Wände/Dachungen/ꝛc. ſo alt würde/daß es zu beſſern nicht mehr tüget / oder auch durch Ungewitter oder andere Gottes-Gewalt Schaden nähme/ ſol es die Kirchfarth/ohne Zuthun des Pfarrers zu erbauen ſchuldig ſeyn. Ex hiſce non poteſt non eſſe manifeſtiſſimum , quidnam fabricæ voculis iſtis (Dach und Fach) comprehendatur, & ſumtibus Parochorum Eccleſiæque miniſtrorum ſit expediendum, Dan. Moller. *ad Conſtitut. Elect. 32. n. 27. part. 2.* Chriſtoph. Beſold. *in theſaur. pract. verb.* Dach und Fach.

(2) Nec † habent miniſtri Eccleſiæ, 7
quod de hoc onere conquerantur , cùm & uſufructuario id incumbat , qui impenſas hoc nomine factas à proprietario nequaquam repetere valet, *l. eum ad quem. 7. C. de uſufr.* Caſpar. Klock. *de contribut. cap. 10. ſect. 1. n. 46.* Joh. Garz. *de expenſ. & meliorat. cap. 11. n. 5.* Scilicet † quia rem uſufru- 8
ctui ſuppoſitam , quoad ejus fieri poteſt, non modò ſalvam & integram ſervare, ſed & inſuper reſarcire & reparare, ædesque uſufructuarias reficere, easque ſartas & tectas præſtare tenetur, *l. 1. §. hactenus. l. uſufructu. 7. §. quoniam. 2. cum §. ſeq. l. cum fructuarius. 64 & l. ſeq. ff. de uſufr.* idque propter vulgatam juris regulam, quod cujusque † rei incommoda eum ſequi de- 9
beant, quem commoda ſequuntur, *l. ſecundum. 10. ff. de R. J. l. un. §. pro ſecundo. 4. C. de caduc. tollend.* Johann. Harppr. ad *§. conſtituitur. 2. n. 145. Inſtit. de uſufr.* idque eſt, quod vulgo dicitur, ad duplicem teneri tuitionem rei uſuifructui ſubjectæ uſufructuarium, † nempe ad curam rei 10
conſervandæ , ne intereat , nevè deterior fiat, & ad curam reparandæ rei, ſi fortè vitii aliquid jam contraxerit, aut damni quid acceperit, Harppr. *dict. loc. n. 140.* quæ non malè ad miniſtros Eccleſiæ accommodantur. Etſi enim † hi non uſumfructum, ſed 11
uſum duntaxat habent in ædibus parochialibus, non tamen hac in re uſus ab uſufructu differt, ſicuti & alias in multis hi duo conveniunt, Joh. Harppr. *ad princ. n. 9. Inſtit. de uſu & habitat.* Quin † & Clericus 12
habens beneficium æquiparatur uſufructuario, *cap. de præſenti. extr. de offic. ordinar. in 6to. can. duo ſunt genera. 12. quæſt. 1.* Quidni ergò onus uſufructuarii Clerico imponeretur.

(3.) Et facit huc textus juris pontificii
† *in cap. 1.* ubi dicitur: *Quicunque eccleſia-* 13
ſticum beneficium habent , omninò adjuvent ad tecta Eccleſiæ reſtauranda , vel ipſas Eccleſias emendandas , extr. de eccleſiaſt. ædific. Klock. *dict. cap. 10. ſect. 1. numer. 42.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Senatui Freybergenſibus, die 16. Junii* 14
Anno 1614. (*Verba Reſcripti :* Wann dann vermöge der *generali*en ein ieder Pfarrer die Gebäude/wann ſie einmal zugerichtet/und ihme eingeräumet worden/ in Dach und Fach zu erhalten ſchuldig ; Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ihr wollet *Supplicant*en der Gebühr nach klagloß machen/oder uns/wie es um ihr Anziehen beſchaffen/mit Wiederſendung des Einſchluſſes zu fernerer Anordnung förderlichſt berichten/ ꝛc.)

Et

Et † *iisdem die 30. Junii Anno 1613.* (*Verba Reſcripti:* Als laſſen wir es wegen des andern 15
Puncts/wann die Pfarr-Gebäude dem Pfarrer einmal zugerichtet eingeräumet/ und bey den *generalien*/ Inhalts derer der Pfarrer das Flickwerck auf ſich zu nehmen ſchuldig/ bewenden; Es würde dann demſelben ein Haupt-Schade zugefügt/ und ihr werdet hierauf die Partheyen zu beſcheiden wiſſen/ ꝛc.)

Definit. CCCLIII.

Habitationem in ædibus parochialibus Miniſtri Eccleſiæ aliis locare non debent.

SUMMARIA.

1. *Clerici beneficiati æquiparantur uſufructuariis.*
2. *Uſufructuarii perceptionem fructuum aliis locare valent.*
3. *Non etiam jus ipſum uſusfructûs.*
4. *Miniſtris Eccleſiæ haut fas eſt ædes parochiales locare aliis.*
5. *Et quâ ex cauſâ?*
6. *Uſusfructus ædium parochialium non competit Miniſtris Eccleſiæ.*
7. *Sed ſolummodò harum uſus.*
8. *Uſuarius rem alteri locare nequit.*
9. *Quænam ratio diverſitatis inter uſuarium & uſufructuarium.*
10. *Non omnibus idem utendi eſt modus.*
11. *Limitatur prædicta aſſertio in ædibus parochialibus Eccleſiæ filialis.*
12. *Et quæ hujus limitationis ratio?*
13. *Conſenſu Conſiſtorii ædes parochiales aliis poſſunt locari. n. 14.*
15. *Ex poteſtate epiſcopali ab ordinatione eccleſiaſticâ recedi poteſt.*
16. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 Diximus *Defin. præced. n. 12.* Clericos beneficiatos æquiparari uſufructuariis, *cap. de præſenti. extr. de offic. ordinar. in 6to. cap. requiſiviſti. extr. de teſtam. can. duo ſunt gen. 12. quæſt. 1.* Caſp. Klock. *de contribut. cap. 10. ſect. 1. n. 45.* Quod ſi ita eſt, fieri non poſſe inquies, ut prohibeantur jure miniſtri Eccleſiæ
2 † ædes parochiales aliis locare, cùm procul dubio licitum hoc ſit uſufructuariis, *l. arboribus. 12. §. uſufructuarius. 2. l. non utitur. 38. & l. ſeq. ff. de uſufr. §. 1. Inſt. de uſu*
3 *& habitat. l. ult. ff. de uſur.* † licèt jus ipſum uſusfructus, ceu perſonale in alium nequeat transferri, *l. 3. in fine. ff. quib. mod. uſusfr. amittit. l. ſi uſusfructus. 66. ff. de jur. dot.* Bald. *in l. res quarum. 17. C. de jur. dot.* Fabian. *in tract. de emt. vendit. quæſt. 21. n. 53.* Ant. Gomez, *tom. 2. reſolut. cap. 15. n. 17. verſ. ſecundò limitata.* Joh. Garz. *de expenſ. & melior. cap. 10. n. 28. & ſeqq.* Joh. del Caſtillo *in tract. de uſufr. c. 69. n. 15. & ſeqq.* Hugo
4 Donell. *libr. 10. comm. 8. n. 40.* † Interdictum nihilominus eſt Eccleſiæ Miniſtris, inquilinos in ædes parochiales recipere, easque aliis locare, *in Ordin. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. art. gener. 32. §.* Es ſol auch hiermit allen Pfarrern und Cüſtern ernſtlich befohlen ſeyn/ daß ſie keine Haußgenoſſen in ihre Häuſer einnehmen/ allerley Gefahr/ Aergerniß und Schaden zu vermeiden/ welche offtmals hieraus erfolgen.

Ratione ſpeciali † num hoc factum ſit, 5
non eſt quod dubitemus, propter cauſam ſanctione Electorali annexam, quò ſcilicet periculum pariter & ſcandalum inde metuendum evitetur, ut hinc de naturâ & qualitate uſusfructûs nequaquam ſolliciti eſſe debeamus; quantumvis ea parùm obſtet;
† non enim concedimus, uſumfructum æ- 6
dium parochialium competere miniſtris
Eccleſiæ, ſed harum ſolummodò † uſus 7
ipſis patet, prout expeditum reddunt verba *Decreti Synodalis de anno 1624. §.* Wir erfahren nicht weniger. *ibi:* daß Kirchen- und Schuldiener mit guter Wohnung verſehen ſeyn. De commodâ ſcilicet habitatione iis duntaxat proſpectum voluit Sereniſſimus Saxo, quæ terminos uſûs haut egre-
ditur; † Atqui uſurario fas non eſſe rem 8
alii locare, notiſſimum, *§. minus autem. 1. & ſeq. ibi: item is, qui ædium uſum habet, hactenus jus habere intelligitur, ut ipſe tantum inhabitet, nec hoc jus ad alium transferre poteſt. inſt. de uſu & habitat. l. ſed neq; locabunt. 8. in pr. l. inq; eo. 11. l. plenum. 12. §.*
ult. verſ. operas. ff. eod. tit. † Non enim ut 9
uſusfructus, ita & uſus omnem rei utilitatem continet, ſed ſtrictâ perſonæ neceſſitate æſtimatur, Matth. Weſenb. *in dict. §. 1. & 2. Inſt. de uſu & habitat.* Nam ſi liceret cedere uſum, mutatione perſonarum conditio Domini gravaretur, quia non omni-

10 bus idem eſt † utendi modus, eademque temperantia vel abſtinentia, Osvvald. Hillig. *in Donell. enucleat. lib. 10. cap. 24. lit. c.* Joh. Harppr. *ad dict. §. 1. & 2. Inſtit. de uſu & habit.*

Planè ſi peculiares in Eccleſiâ filiali repe-
11 riantur ædes parochiales, † locare eas alteri miniſtris Eccleſiæ interdictum haut eſt, prout liquet *ex Ordin. eccleſiaſt. dict. art. gener. 32.* Wann aber einem Pfarrer auch ein *Filial* zu verſorgen zuſtehet/und daſſelbe auch eine beſondere Behauſung hätte/ ſol ihme vergunt ſeyn/ſolche zu vermiethen
12 oder zu verpachten/ꝛc. Idque † propterea permiſſum cenſetur, ne Parochi parte ſalarii, quæ non minima in jure habitationis liberæ conſiſtit, defraudentur, & lucellum, quod intuitu laboris duplicati ipſis haut invidendum, amittant. Conſenſu quoque Conſiſtorii † quin ædes parochiales aliis 13
queant locari, dubitandum non eſt, ſi forſan miniſtri Eccleſiæ proprias ædes habeant, inque iis degere malint. † Quò reſpe- 14
xiſſe videtur Legislator Sereniſſimus *in dict. art. gener. 32. §.* Deßgleichen wann die *Paſtores* eigene Häuſer haben und darinnen wohnen/ welches doch ohne Vorwiſſen und Vergunſt des *Collatoris* und der Kirch-Väter nicht geſchehen noch zugelaſſen werden ſol. Nimirum hac in re multum arbitrio Conſiſtorii relictum cenſetur: † nec 15
quicquam obſtat, quo minùs ex poteſtate ac vigore jurium epiſcopalium, quæ Conſiſtoria exercent, ab Ordinatione eccleſiaſticâ in re tam parvi momenti poſſit recedi.

Ita † Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Chriſtiani C. zu *J. die 20. Octobr. Anno* 16
1609. (Verba Sententiæ: Hat euch der Pfarrer des Orts in der Pfarrhauſung/ſo er bewohnet/eine Stube und zwo Cammern nebenſt einer Küchen eingeräumet/ und ſolche auf anderthalb Jahr lang um ein gewiſſes Geld vermiethet/ wie ihr dann auch ſolche Miethe bezogen/und bereit etliche Wochen bewohnet; Es wollen aber nunmehr die Kirchväter ſolches nicht geſchehen laſſen: Deßwegen ſie euch angemuthet/ die Pfarr wieder zu räumen. Ob nun wol euer Mieth-*Contract* verhanden/und mit einer darüber verfertigten Schrifft beyzubringen; Dieweil aber dennoch den Pfarrern nicht gebühret/der Churfl. Sächſ. Kirchen-Ordnung zuwider einen Miethmann und Haußgenoſſen zu ſich in die Pfarre zu nehmen/ noch darinne einige Stube und Cammer um Geld andern zu vermiethen; So mag der mit euch getroffene *Contract* vor gültig nicht geachtet/noch ihr in der Pfarr-Wohnung geduldet werden/ V. R. W.)

DEFINIT. CCCLIV.

Sine præſcitu & conſenſu Conſiſtorii haut inſtituendæ ac celebrandæ ſunt nuptiæ in ædibus parochialibus.

SUMMARIA.

1. *Num proprio auſu Miniſtri Eccleſiæ in ædibus parochialibus nuptias celebrare poſſint?*
2. *Actus nuptialis pro licito habetur.*
3. *Nec convivium nuptiale à quoquam improbatur. n. 4.*
5. *Deciſio negativa.*
6. *Fundamenta & rationes decidendi.*
7. *Uſum duntaxat, non uſumfructum habent Paſtores in ædibus parochialibus.*
8. *Inquilinos in ædes parochiales recipere ipſis haut fas eſt.*
9. *Damnum & periculum ex convivio nuptiali metuendum.*
10. *Nec non ſcandalum, ſi in ædibus parochialibus nuptiæ celebrentur, num. 11.*
12. *Conſenſu Conſiſtorii tutò celebrantur nuptiæ in ædibus parochialibus.*
13. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi.*

1 HAut rarò accidit, ut miniſtri Eccleſiæ de nuptiis liberorum ſolliciti, feſtivitatem & convivium nuptiale nullibi quam in ædibus parochialibus, quas ipſimet inhabitant, commodiùs celebrari exiſtiment? quod licitum eis arbitrari propterea quis poſſet, † quia 2
nuptiæ per ſe illicitæ haut ſunt. Vix enim ſolennia nuptialia apud omnes ferè gentes pro more cujusq; regionis aut loci conſveta, Didac. Covarr. *tom. 1. part. 2. de matrimon.*

cap.

cap. 7. in princ. n. 7. & ſeqq. Paul. Cypr. *de ſponſal. cap. 5. § 37. n. 5.* Henning. Arniſ. *de Jur. connub. cap. 3. ſect. 12. n. 18.* a quoquam
3 improbantur, † ſcilicet quando peractâ benedictione ſacerdotali cognati, vicini & amici à novis Conjugibus vel ipſorum parentibus honeſto excipiuntur convivio, cui deductio Sponſæ in domum Sponſi eſt annexa, per quam Sponſa in poſſeſſionem quaſi mariti traditur, ut cohabitatio conjugalis, omniumque rerum communio inter ipſos conſequatur, Paul. Cypr. *dict. loc.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §. 464.*
4 † Qui certè mos laudabilis & honeſtiſſimus habetur, ut nec ædes hinc parochiales dedecorare queat.

5 Sed non perſvadeant † ſibi Paſtores Eccleſiæque miniſtri, in ædibus parochialibus ſine præſcitu & conſenſu Superioris vel Conſiſtorii feſtivitatem illam celebrari
6 poſſe. (1.) † Ultra habitationem ſiquidem ſolumque uſum in ædibus parochialibus nil quidquam juris Eccleſiæ miniſtris competere, diximus *Defin. præced. n. 6.* nec enim concedendus ipſis eſt uſusfructus ædi-
7 um iſtarum, † contra mentem & intentionem Sereniſſimi Saxoniæ Electoris *in Ordin. Eccleſ. art. gener. 32. & Decreto Synodali, de anno 1624.* ademto autem uſufructu, non magis nuptias vel actum ab habitatione alienum in ædibus parochialibus celebrare, quàm alteri eas locare licebit. (2.)
8 † Nec ratio hujus rei deficit: ex quo enim inquilinos in ædes parochiales recipere prohibentur Paſtores propter metum periculi & damni, ut apparet ex verbis *dict. art. 23. §.* Es ſol auch. *ibi:* daß ſie keine Haußgenoſſen in ihre Häuſer einnehmen/ allerley Gefahr und Schaden zu vermeiden/welche offtmals hieraus erfolgen. † 9
Hoc ipſo etiam celebratio nuptiarum eſt interdicta, quippe ex quibus non minus periculum ac damnum metuendum, quod ex negligente & nocturno ignis uſu, inter commeſſationes præſertim & compotationes famulitii, facilimè accidere poteſt. (3.) Ne dicamus quicquam de ſcandalo, † quod 10
hinc datur plebi in ædibus parochialibus, commeſſationes, compotationes aliumque luxum, cui plerumque in conviviis nuptialibus homines nimiùm indulgent, videnti & audienti: quò & reſpiciunt verba Sereniſſimi Electoris *in dict. art. 32.* ibi: Allerley Gefahr/ Aergerniß und Schaden zu vermeiden/ ꝛc. † Cùm enim Chriſtus 11
ementes & vendentes ex atrio templi binis vicibus legitur expuliſſe, *Johan. 2. verſ. 15. Luc. 19. verſ. 45.* non certè ſine ſcandalo luxus tolerari poteſt in ædibus parochialibus, quæ templo conſveverunt eſſe vicinæ.
† Ex quibus apparet, tutiori ſi hac in re in- 12
gredi velint viâ miniſtri Eccleſiæ, conſenſum Superioris vel Conſiſtorii maximoperè requirendum eſſe ad nuptias in ædibus parochialibus inſtituendas & celebrandas.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi, die 22. Jan. Anno 1623. (Ver-* 13
ba Reſcripti: Was maſſen uns der alte Pfarrer zu Ebersdorff/damit ihme ſeiner Tochter Wirthſchafft aufm Pfarrhauſe anzuſtellen vergönnet werden möchte/ *ſupplicando* gelangen laſſen/das habt ihr aus dem Inſchluß zu vernehmen. Wofern nun bemeldter Pfarrer zuſagen wird/daß er nicht allein ſeinem Erbieten nach beym Hauſe wachen laſſen/ſondern auch vor die Gefahr antworten wolle; So iſt hierauf an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ ihr wollet darauf *Supplicant*en beſcheiden/ und ſolches gebetener Maſſen vergünſtigen/ ꝛc.)

Et † *eidem die 6. Jun. Anno 1623. (Verba Reſcripti*: Was Maſſen uns der Pfarrer zu 14
Lichtenau Wolffgang W. damit ihme ſeiner Tochter Wirthſchafft aufm Pfarrhauß anzuſtellen vergönnet werden möchte/ *ſupplicando* angelanget/das habt ihr inliegend zu befinden; Hierauf iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ ihr wollet *Supplicant*en eine ſtille eingezogene Hochzeit auf ſeine Gefahr und Verantwortung gebetener Maſſen erlauben/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCLV.

Agrorum parochialium culturæ & operis ſubtrahere ſe nequeunt parochiani.

SUMMARIA.

1. *Novis oneribus ſubditos gravare haut licet.*
2. *Subditi exactioni ſervitiorum & operarum ſemper contradicunt.*
3. *Licitis ſervitiis ſubtrahere ſe nequeunt ſubditi.*
4. *Quænam operæ & ſervitia pro licitis habeantur?*
5. *In dubio pro operis non debitis & illicitis præſumitur.*
6. *Ad culturam agrorum parochialium licitè exiguntur operæ à parochianis.*
7. *Quibus ex cauſis & fundamentis?*
8. *Conſvetudini præcisè eſt inhærendum.*
9. *Clarâ ſanctione id proviſum in provinciis Electoratûs Saxonici.*
10. *Adducitur hac de re Ordinatio eccleſiaſtica. n. 11.*
12. *Et Decretum Synodale.*
13. *Magna ſalarii pars Miniſtrorum Eccleſiæ in agricultura conſiſtit.*
14. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 15. 16. 17.*

1 QUum novis oneribus ſubditos
gravare haut liceat, Anton. Sola *in Conſtitut. antiq. Sabaud.
decret. in caſib. gloſſ. 2. n. 1.* usque
adeò ut contra facientes pœnam quinquaginta librarum auri incurrant, *ex l. ult. C. de
alluvion.* Sola *dict. loc. n. 2.* Bernhard. Græv.
lib. 1. concluſ. 17. conſid. 1. in pr. Paul. Matth.
Wehner. *in pract. obſervat. verb.* Dignotul/ Dienſte/ ꝛc. Matth. Coler. *de proceſſ.*
2 *executiv. part. 1. cap. 9. n. 68.* † nunquam
non incolas exactioni operarum contradicere videmus, quorum arbitrio ſi relinquenda
eſſet deciſio, ſervitia vix ulla judicabuntur
licita. Ac certè ſi de injuſtà exactione apparet, ipſis omninò annuendum, quia impium operarum præſidium libertas naturalis haut admittit, Henning. Göden. *conſil.
ultim. num. 317. & ſeq.* Johan. Köppen. *deciſ.*
3 *13. num. 3.* Cæteroquin † non magis ſubtrahere ſe valent ſervitiis ac operis ſubditi,
quàm collectis ac contributionibus neceſſariis, Caſpar. Klock, *de contrib. cap. 2. n. 33.
& ſeqq.* Licita verò quænam ſint, ſi quæſiveris, conſvetudinem pariter introductam,
4 † conventiones & pacta, nec non juris ſanctionem attendendam dicimus, quia in dubio poſſeſſio vitioſa, & ſervitia per dominorum impreſſionem ac vim, quibus ſubditi
pares eſſe nequeunt, extorta præſumuntur,
5 † adeoque impoſitio eorum juſta per conſvetudinem, pacta vel legis diſpoſitionem
probari debet, *l. qui potentiam. C. de omni
agro deſert. lib. 10. l. 2. C. ne ruſtici adult. obſeq.
evoc.* Jaſon. *in §. quadruplici. n. 69. Inſt. de action.* Zaſ. *in l. jusjurandum. §. qui onerandæ. n. 8.
ff. quarum rer. act. non datur.* Carol. Molin.
in conſvet. Pariſienſ. tit. 2. §. 76. num. 16. & 17.
Gartz. *de expenſ. & meliorat. cap. 9. n. 3. & 7.*
Cæſar. Urſill. *ad deciſ. Afflict. 333. n. 6.* Regn.
Sixtin. *de regalib. lib. 2. cap. 13. n. 51.*
6 Facilè hinc judicare licet, † ad culturam
agrorum parochialium jure exigi operas à
parochianis, nec iſtas detrectari poſſe. (1.)
Ad conſvetudinem enim ſi provocemus,
nemini non notiſſimum, & omnibus ferè
in provinciis Statuum Evangelicorum more introductum, ut Parochi & miniſtri
Eccleſiæ, † quorum ſalarium in agricul- 7
turà potiſſimùm conſiſtit, operis ac ſervitiis
utantur parochianorum, ne ipſimet nimiùm de cultura ſoliciti, à ſtudiis & cura animarum ſalutari detrahantur: Inſiſtendum
ideoque huic † conſvetudini, cui non minùs 8
ac matri reverentia debetur, & qui ſervat
morem, ſervat honorem, ut dixit Bald. *lib.
2. conſ. 318. col. 2. verſ. qui enim non ſervat
&c.* quem ſequuntur Nicol. Boer. *in conſvet. Bituricens. tit. des præſcriptions. 3. §.
item per la couſtume. Gloſſ. 2. in verb. nec
econtra. num. 2.* Chaſſan. *in proœm. conſvetud. Burgund. n. 34. & in catal. glor. mundi,
part. 12. conſider. 51. verſ. & ſicut matri debet
adhiberi. p. 553.* Petr. Rebuff. *in conſtit. Reg.
tom. 3. in præfat. n. 70. verſ. conſvetudini ſicut
matri, &c.*
(2.) Quin nec † confugere ad conſvetu- 9
dinem opus erit in provinciis Electoratûs
Saxonici, ubi expreſsà lege parochiani ad
haſce operas obſtringuntur, veluti apparet
*ex Ordinat. Eccleſ. art. gener. 27. in princ.
verb.* Auf daß die Pfarrer Leute zu Dienſten haben/und ihre Güter deſto geruhiger
und beſſer beſtellen können/ſollen durch iedes Orts Obrigkeit und *Viſitatores* die
Leute vermahnet werden / ſolche Dienſte
willig und gerne ihren getreuen Seelſorgern zu leiſten. Et §. *ſeq.* Weil aber eine
beſondere groſſe und gemeine Klage/nachdem die Acker-Arbeit ſo hoch geſtiegen/
daß die Pfarrer ihre Pfarräcker nicht zur
Nothdurfft beſchicken können/und der Urſach an etlichen Orten zum Theil gar wüſte liegen laſſen müſſẽ/daß ſie entweder die
Acker-

Ackerleute nicht bekommen können / oder
durch dieſelben mit dem Lohne ſo hoch ü-
berſatzt werdē/daß es ihnen die Mühe und
10 Unkoſten nicht verlohnet. † *junct. §. ſeq.* De-
rowegen/und auf daß die Pfarrer die Ae-
cker / ſo ihnen zum Unterhalt verordnet/
ſamt ihrem Haußgeſinde genieſſen und ih-
res Studierens und Amts deſto fleißiger
abwarten können/iſt unſer ernſter Will
und Meynung/daß die Bauern des Pfar-
11 rers und Schreibers Aecker beſchicken. †
Et poſtea: Sol es iedes Orts Obrigkeit
alſo anordnen/ſo viel die Gelegenheit der
Unterthanen leiden mag/daß/welche Pfer-
de haben/dieſelbe ordentlich und zechwei-
ſe nach einander die Pfarr-Aecker alſo
12 beſchicken / ꝛc. † Quæ ſanctio legitur
repetita *in Decreto Synod. de Anno* 1624.
§. Inſonderheit aber ſollen die eingepfarrten Pferdner Inhalt der *generali*en hinfüro ſchuldig ſeyn/ auf Begehren des Pfarrers/wie auch des *Cuſtodis* ihre Aecker um einen billigen Lohn zu beſchicken/ ꝛc.

(3.) Ex quo porrò † ſalarii pars non mi- 13
nima miniſtrorum Eccleſiæ paganorum in reditibus agrorum & fundorum conſiſtit, iniquum planè eſt, operas ad horum culturam parochianos renuere, ut qui ſalaria Miniſtrorum Eccleſiæ potius augere quàm diminuere debeant, vel ſaltem propter Miniſterii dignitatem, ne ad paupertatem id vileſcat, *Clement. in pleriſq; de elect. & elect. poteſt.* Bart. Muſcul. *de anomal. ſucceſſ. memb. 2. claſſ. 1. concl. 4. lit. b. n. 119.* Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 8. n. 4.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Oſſitienſi, Quæſtori Miſnenſi, & Hieronymo* Branden *ab* Arnſtadt *die 4. April. Anno 1636.* (*Verba Reſcripti*: Was Maſſen an höchſtgedachten unſern gnädigſten Herrn der Pfarrer zu Knobelsdorff *Donatus K.* über ſeine Eingepfarrte/wegen gebührlicher Beſchickung der Pfarr-Felder unterthänigſt ſich beſchweret/und deßwegen gebeten/das habt ihr hierbey zu befinden; Und iſt hierauf an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ihr wollet die Partheyen auf der Eingepfarrten Unkoſten förderlichſt vor euch beſcheiden/ſie gegen einander hören/ſolches den Eingepfarrten zu Gemüthe führen/ſie vermöge der alten und neuen *generali*en der Arbeit und Lohns halber dieſes Orts Gelegenheit nach vergleichen/oder zwiſchen ihnen billige Weiſung thun/und die Leute zur Schuldigkeit durch Zwangsmittel ungeſäumet anhalten/ꝛc.) 14

Item † *Superintendenti Haynenſi, Johanni Baſtian à Sleiniz & Georgio Rudolpho à Sahla, die 8. Auguſti Anno 1636.* (*Verba Reſcripti*: Was an uns *M. Thomas R.* Pfarrer zum L. wegen Beſchickung ſeiner Pfarrfelder und ſonſten *ſupplicando* gelangen laſſen/das habt ihr hierbey zu befinden; Und iſt hierauf an ſtatt Sr. Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren/ ihr wollet die Partheyen auf der Eingepfarrten Unkoſten förderlichſt vor euch beſcheiden/ſie gegen einander verhören/und vermöge der alten und neuen *Generali*en/der Arbeit und Lohns halber dieſes Orts in guten vergleichen/oder nach Befindung zwiſchen ihnen billige Weiſung thun/oder uns neben Wiederſendung des Inſchluſſes/wie weit ihr es gebracht/und woran der Mangel/zu fernerer Anordnung zu erkennen geben/ ꝛc.) 15

Et † *Superintendenti Oſſitienſi, ac Johanni Chriſtophoro à Kottwitz in Wellerswaldâ, die 3. Julii Anno 1626.* (*Verba Reſcripti*: Was an uns die Anſpanner zu L. und G. wegen Beſtellung der Pfarrfelder zu W. *ſupplicando* gelangen laſſen/ das habt ihr hierbey zu befinden: Begehren hierauf an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns/ihr wollet gedachten Anſpannern im *Filial L.* auferlegen/ daß ſie die Pfarrfelder daſelbſt ohne Unterſcheid dem Pfarrer und ſeinem Pachtmann beſtellen/und dagegen mit Beſchickung der Pfarrfelder in der Hauptkirchen verſchonet bleiben ſollen/ ꝛc.) 16

Nec non † *Præfecto ac Quæſtori Coldicenſibus, die 9. Jun. Anno 1634.* (*Verba Reſcripti*: Was an höchſtgedachten unſern gnädigſten Herrn der Superintendens bey euch *M. Chriſtianus Willius* wegen Einführung ſeines Pfarrholtzes und Beſchickung der Pfarr-Aecker unterthänigſt gelangen laſſen/das habt ihr hierbey zu befinden; Begehren hierauf an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. ihr wollet die Eingepfarrten Pferdner förderlichſt vor euch beſcheiden/ſie über dieſe Puncta vernehmen/ und gegen einem leidlichen *recompens* vergleichen/ ꝛc.) 17

Definit. CCCLVI.

Omnes indifferenter operas agriculturæ præſtant parochiani: nec non vecturas fimi in agros, & frumenti in horrea.

SUMMARIA.

1. *Operæ quædam jumentis expediuntur.*
2. *Quædam dicuntur manuariæ,* Hand⸗Fröhnen.
3. *Rurſus operæ & ſervitia alia ſunt certa & determinata.*
4. *Alia nullo certo tempore circumſcripta.*
5. *Omnes indifferenter operæ ad culturam agrorum parochialium ſunt præſtandæ.*
6. *A quibus non excluduntur vecturæ fimi & frumenti.*
7. *Fundamenta & rationes hujus deciſi.*
8. *Agricultura varias requirit operas.*
9. *Adducitur hanc ad rem Ordinatio Eccleſiaſtica, n. 13.*
10. *Nec non Decretum Synodale.*
11. *Generalis locutio omnes & ſingulas ſpecies comprehendit.*
12. *Identitas rationis in omnibus obtinet operis ac ſervitiis, n. 15.*
14. *Quæ idem jus facit.*
16. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi, num. 17. 18.*

1 Duplex vulgò ponitur operarum diviſio: *Primò* enim quoad modum præſtandi dividuntur in Wagen⸗dienſte & Handdienſte; Nam qui agros poſſident, ac proinde equos vel boves aratorios alunt, jumentis ſuis operas præſtant ruricales, die Pferdner oder Hüf⸗
2 ner. Reliqui verò † qui agros non habent, expediunt ſaltem operas manuarias, mit Geträydeſchneiden/Heumachen/ꝛc. vulgò Häuſeler/Hinterſaſſen/Coſſaten/ꝛc. Andr. Knichen *de pact. veſtit. cap. 3. n. 31.* Köppen. *deciſ. 13. n. 1. Deinde* quoad quantitatem operæ & ſervitia bifariam conſiderantur: Vel enim ſunt certa, determinata
3 & † ad certum tempus reſtricta, gemeſſene Dienſte / nempe ut in vere tot dies cum aratro, in meſſe tot dies cum curru ſerviant ac operas præſtent ſubditi, gewiſſe
4 und benamte Frohn⸗Tage. † Vel incerta ac indeterminata, operæ ſcilicet nullo certo tempore circumſcriptæ, ungemeſſene Frohnen/quæ toties præſtari debent, quoties exiguntur, Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 62. n. 12. & de areſt. cap. 10. n. 2.* Herman. Vultej. *vol. 2. conſil. Marpurg. 30 n. 209.* Paul. Matth. Wehner. *in pract. obſervat. vocab.* Dignotul. *fol. 103.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 9. n. 68.*

Utramque diviſionem ad operas culturæ agrorum parochialium à parœcianis præ-
5 ſtandas benè licet accommodare, † ſive enim hæ ſint manuariæ, ſive jumentis expediantur, obſtricti ad eas ſunt parochiani: Quin & indeterminatas præſtare tenentur operas, toties nempe, quoties ad culturam agrorum requiruntur, † quæque ad 6
eam ſunt neceſſariæ: ut nec hinc de vecturis fimi vel ſtercoris in agros, nec de vecturis frumenti in horrea dubitare liceat. (1.) Exigit namque *Ordinatio Eccleſiaſtica* † operas 7
parochianorum ad culturam agrorum, uti patet *ex art. gener. 27. in verb.* Nachdem die Acker⸗Arbeit ſo hoch geſtiegen/ daß die Pfarrer ihre Pfarräcker nicht zur Noth⸗durfft beſchicken können. *Item:* daß ſie entweder die Ackerleute nicht bekommen können. Et rurſus: Und alſo der Acker nichts genieſſen können. Et poſtea: Es ſey dann zuvor des Pfarrers und Schreibers Aecker beſchicket. quæ verba paſſim repetuntur. Quis verò neſcit, † agriculturam non mo- 8
dò operas manuarias, ſed & tales requirere, quas jumentis expediri oportet: nec certo determinari poſſunt numero vel tempore ſervitia, quæ pro ratione agrorum ac tempeſtatis veniunt præſtanda. Ut hinc ipſa Ordinario eccleſiaſtica operas indifferenter ac ſine determinatione parœcianis ad culturam impoſuerit.

(2.) † Quò & facit generalitas verbo- 9
rum *in prædictâ Ordinatione eccleſiaſticâ,* quæ abſque ulla reſtrictione parœcianos ad ſervitia & operas obligat, Dienſte oder Frohnleute verordnet / auf daß die PfarrerLeute zu Dienſten haben. It. Solche Dienſte willig und gerne zu leiſten. Et poſtea: Aecker beſchicken/quæ vocula ponitur aliquoties *in dict. art. gener. 27.* † item *in* 10

Decre-

Decreto Synodali de Anno 1624. Inſonderheit aber. *ibi:* Wie dann auch andere Pfarrkinder ihrem Pfarrer in der Erndte und ſonſten/wann er ihrer bedarff/ nechſt ihrem Erb-und Gerichts-Herrn um billigen Lohn für andern arbeiten ſollen. *Et §. ſeq.* Die ſollen ihre ſchuldige Dienſte zu leiſten ernſtlich von der Obrigkeit angehalten werden. Sunt certè locutiones hæ adeò generales, ut nec fimi nec frumenti vecturas, vel quasvis alias operas excludere liceat ex
11 natura † generalitatis, quæ omnes ac ſingulas ſpecies comprehendit, Bartol. *in l. generalia. §. uxori. ff. de uſufr. legat.* Mynſinger. *Reſponſ.3.decad.151.* Ludolph. Schrader. *de feud.part.10.ſect.3.n.71. & ſeqq.* Burſat. *conſil. 16. n. 48.* efficitque, ut reſtrictionem non admittant, quæ alias eam reciperent, Octav. Cacher. *deciſ.94.n.10.* Decian. *conſil.66.n.2.* Quin & idem operatur, ac ſi de ſingulis in ſpecie facta eſſet mentio, Surd. *deciſ.265.n.30.*

12 (3.) Rationem † porrò harum operarum ſi probè attendamus, in omnibus ac ſingulis eam verificari, nemo inficiari poteſt; Propterea enim parœcianis operæ injunguntur, ne lucello ac commodo ſalarii defraudetur Parochus, nec à ſtudiis,& curâ animarum detrahatur, ſi ipſummet cul- turæ agrorum præeſſe oporteat, prout † ex- 13
peditum reddunt verba *dict. art. gener. 27. in Ordin. Eccleſ.* Auf daß die Pfarrer die Aecker/ſo ihnen zum Unterhalt verordnet/ ſamt ihrem Haußgeſinde genieſſen/und ihres Studierens und Amtes deſto fleißiger abwarten können. Qualescunque vero operæ ſint, ſi humeris Eccleſiæ miniſtrorum imponantur,nocumento pariter & impedimento ipſis erunt ratione lucri ac ſtudio-
rum, quibus toti invigilare debent, † ut vel 14
ſaltem ex rationis identitate omnes cenſeantur comprehenſæ in prædictâ ſanctione Electorali, *arg. l. illud.32.ff. ad leg. Aquil.*

(4.) Nec unquam operæ ad agriculturam agrorum parochialium præſtitæ mo-
dicæ erunt, † quin iis ſancto inſerviatur mi- 15
niſterio, ac Dei benedictio in ſpiritualibus pariter & temporalibus acquiratur: quam ipſam quoque rationem reſpexiſſe Saxonem Sereniſſimum *in Ordin. Eccleſiaſt.* eluceſcit ex verbis finalibus *dict. artic. 27. ibi:* Sondern um des heiligen *Miniſterii* willen ſich auch an einem leidlichen begnügen laſſen/u. die Vergeltung durch den rechten Segen GOttes auf ſeinen eigenen Gütern vom Himmel erwarten/der ſolches ihnen nicht unbelohnet laſſen wird/ *Matth.10.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Quæſtori Haynenſi, die 10. April. Anno* 16
1635. (*Verba Reſcripti:* Wann dann gedachter Gemeine *Syndicen* bey *dato* gepflogener Verhör beſchehenes Vorbringen und eingewandte Entſchuldigung theils nichtig/ theils unerheblich/ dahero ihre Principalen vermöge der *generali*en berührter Beſchickung ſich mit Fuge nicht zu entbrechen; Als iſt an ſtatt höchſtgedachter Ihrer Churfl. Durchl. hiermit nochmals unſer Begehren/ihr wollet gedachter Gemeine bey Strafe 100. Goldfl. Rheiniſch alsbald auferlegen/erwehnte Beſchickung der Pfarrfelder und andere darzu gehörige Arbeit unverweigerlich und unverlänget zu verrichten/ ꝛc.)

It. † *Præfecto Rochlitenſi & tutoribus filiorum Johannis Wolffgangi ab* Ende in Eh- 17
renberg/ *die 7. Auguſti Anno 1637.* (*Verba Reſcripti:* Was an uns der *Inſpector* zu Waldheim *M. Ægidius Witthius* wegen Anführung des Düngers auf die Pfarrfelder bey euern eingepfarrten Unterthanen *ſupplicando* gelangen laſſen/das habt ihr hierbey mit mehren zu befinden; Und iſt hierauf an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ihr wollet die Partheyen gegen einander hören/den Eingepfarrten ſolches zu Gemüthe führen / und vermöge der alten und neuen *generali*en mit einander vergleichen/auch nach Befindung billige Weiſung thun; In Verbleibung uns neben Wiederſendung des Inſchluſſes den Verlauff der Sachen zu fernerer Anordnung berichten/ ꝛc.)

Et † *Quæſtori Dresdenſi ac Præfecto Gymnaſii Miſnenſis, die 14. Dec. Anno 1635.* (*Verba* 18
Reſcripti: Was an uns der neue Pfarrer zu Cabitz *Johan. Theobaldus*, damit von ſeinen Eingepfarrten ihme ſein wenig Geträydig von Oberlichtenau eingeführet werden möge/*ſupplicando* gelangen laſſen/das habt ihr hierbey zu befinden; Wañ dann dieſes ſein Suchen der Kirchen-Ordnung und Billigkeit gemäß. Als iſt hierauf an ſtatt höchſtgedachter Ihrer Churfl. Durchl. unſer Begehren/ihr wollet *reſpectivè* den Eingepfarrten auferlegen/daß ſie ſolche Fuhren zu Wercke richten ſollen/ꝛc.)

De-

Definit. CCCLVII.

Haut tamen gratis operas agriculturæ præſtant parochiani, qui dotales non ſunt, ſed certa mercede conducti: & qualis hæc eſſe debeat.

SUMMARIA.

1. *Indeterminatæ præſtantur operæ ad culturam agrorum parochialium.*
2. *Reducendæ tamen ſunt ad arbitrium boni viri.*
3. *Perinde ut ſervitia indeterminata Magiſtratui præſtanda.*
4. *Judicium Andreæ Gailii de hiſce ſervitiis.*
5. *Servitia iſta gratis præſtantur absque recompenſatione.*
6. *Præterquam quod panis & caſeus quandoq; operariis præbeatur.*
7. *Dotales Eccleſiæ gratis inſerviunt agriculturæ. n. 11.*
8. *Quinam dicantur dotales?*
9. *Adducitur ad hanc rem ſanctio Electoralis. n. 10.*
12. *A reliquis parœcianis haut dotalibus non tàm ſervitia, quàm operæ præſtantur.*
13. *In quarum recompenſationem ſolvenda ipſis certa merces.*
14. *Eccleſia eſt cultrix juſtitiæ.*
15. *Et afflictis opitulatur ac ſubvenit in neceſſitatibus.*
16. *Qualis merces hæc eſſe debeat?*
17. *Juſta & æqua ſit neceſſe eſt.*
18. *Deciſio quanti arbitrio Superintendentis & Collatoris, vel etiam ipſius Conſiſtorii committitur.*
19. *Qualis victus precariò ſervientibus præberi debeat? n. 20.*
21. *Reſcriptum Electorale.*
22. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 23. 24. 25.*

1 INdeterminatæ quantumvis ſint operæ parochianorum, toties ad culturam agrorum parochialium præſtandæ, quoties opus eſt, ut diximus *Defin. præced. n. 6.* ad arbitrium tamen boni viri debent reduci, *arg. l. ſi libertus. ff. de oper. libertor.* Joachim à Beuſt. *in Rubr. ff. de jurejur. n. 41.*
2 † perinde ut ſervitia indeterminata, quæ Nobiles à ſubditis exigere ſolent, nunquam pro lubitu dominorum, ſed juxta morem ac conſvetudinem regionis vel judicis arbitrium ſunt imponenda, non enim ſævitiæ & inhumanitati ſuperiorum indulgendum,
3 † ſed ſervitia indeterminata ita ſunt modificanda, ne laboribus ſubditi planè ſupprimantur, aut occaſio acquirendi alimenta iis præcidatur, Paul. Matth. Wehner. *in pract. obſerv. vocab.* Dignotul. Gilman. *lib. 2. deciſ. Cameral. 4. n. 11.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 6. n. 68.* Herm. Vult.
4 *vol. 2. conſil. Marpurg. 30. n. 212.* ubi ait: † Cavendum, ne illud liberum Domini arbitrium (in imponendis ſcilicet ſervitiis indeterminatis) in tyrannidem & cyclopicam ſævitiam abeat: næve ita ſubditi aſſiduis operis, angariis & perangariis graventur, ut non ſuppetat eis tempus ſeſe & ſuos alendi: Id ſi fiat, Superior ad querelam ſubditorum, vel ex officio graviter providere, & hujusmodi abuſui opportunum remedium adhibere debet &c. *Hactenus* Gail.

Non itaque eſt, ut parochiani ex indeterminatis agriculturæ operis onus nimium difficile ac durum metuere habeant, idque eò minùs, † quia nec gratis operas 5
haſce præſtant, ſed certà conducti mercede: in quo non parùm differunt à ſervitiis, Nobilibus ac Magiſtratui præſtandis, ex quibus nihil lucelli pro labore & operis accreſcit ſubditis, ſed mera habentur onera gratis expedienda. † Præterquam quòd victus 6
quandoque vilis, qui eſt panis & caſeus, operariis præbeatur, ut apparet *ex Conſtit. Elect. 2. §.* Jedoch daß in dieſen Fällen. *part. 2.* ubi Dan. Moller. *n. 2.* Mitiùs verò agitur cum parochianis, qui operas ſaltem, & non niſi certâ mercede conducti præſtant. Quod ipſum tamen diſtinctione adhibitâ intellectum velim: † Sunt e- 7
nim quidam dotales Eccleſiæ; reliqui verò ſimplices parochiani. *Illi*, poſſeſſores nimirum bonorum eccleſiaſticorum, quia ab aliis oneribus & ſervitiis Magiſtratui debitis ſunt immunes & Conſiſtorii patrocinio gaudent, in recompenſationem hujus immunitatis, Parochiæ gratis haut im-

me-

meritò inſerviunt, ac propterea ad culturam agrorum parochialium absque præmio
8 ulteriori operas præſtant, † unde etiam *dotales* appellitantur, hoc eſt, poſſeſſores bonorum dotalium ſive redituum, quaſi dotis loco Eccleſiæ ad Clericorum alimentationem religioſæque domûs conſervationem aſſignatorum, *ſupr. Defin. 307. Novell. 67. cap. 2. Novell. 123. cap. 18. cap. non liceat. 2. cap. cum ſecundum Apoſtolum. 16.*
9 *extr. de præbend.* † de quibus ita loquitur *Ordin. Eccleſiaſt. in art. gen. 27. in princ. ibi:* Dieweil an etlichen Orten von den löblichen Vorfahren/alten Herrſchafften oder *Collatorn* zu den Pfarren *dotales*, das iſt/ Dienſt- und Frohn-Leute verordnet/ auf daß die Pfarrer Leute zu Dienſten haben/ und ihre Güter deſto geruhiger und beſſer beſtellen können/ ſollen durch iedes Orts Obrigkeit und *Viſitatores* die Leute vermahnet werden/ ſolche Dienſte willig und gerne ihren getreuen Seelſorgern zu
10 leiſten. *Et Decretum* † *Synodale de An. 1624.* §. Wo auch Pfarr-*Dotales* oder gewiſſe Frohn- und Dienſtleute der Pfarrer ſeyn/ die ſollen ihre ſchuldige Dienſte zu leiſten/ ernſtlich von der Obrigkeit angehalten/ darneben aber mit neuen Dienſten und Beſchwerungen von andern keines Weges beleget werden. Manifeſtum hinc redditur, dotales ſoli Eccleſiæ ſeu parochiæ præſtare ſervitia, quæ ab aliis ſubditis exigunt
11 Magiſtratus & domini jurisdictionales: † Quemadmodum ergò horum intuitu nihil mercedis præbetur ſubditis; ita nec dotalibus reſpectu ſervitiorum quidquam exolvi debet.

Alia eſt ratio *parœcianorum*, qui dotales
12 non ſunt; ab † hiſce enim non tàm ſervitia quàm operæ conductæ ſunt præſtandæ. Mercedem ideoque conſtitui iis neceſſe eſt, prout expeditum facit *Ord. Eccleſ. dict. art. 27.* §. Derowegen und auf daß. *verſ.* Es ſeyn dann zuvor des Pfarrers und Schreibers Aecker um einen gebührlichen und gleichmäßigen Lohn beſchicket. Et poſteà: Dem Pfarrer um den Lohn beſchicken. & *dict. Decretum Synodale:* Inſonderheit aber ſollen die eingepfarrten Pferdner/ Inhalt der *Generali*en/ hinführo ſchuldig ſeyn/ auf Begehren des Pfarrers/ wie auch des *Cuſtodis*, ihre Aecker um einen billigen Lohn für andern zu beſchicken/ ꝛc.
13 Non enim † ut dotales, ita & alii parœciani, qui dotales haut ſunt, à ſervitiis Magiſtratui præſtandis ſunt immunes: æquum igitur eſt, ut operæ hæ, quæ in ſubſidium ſaltem, ſi ſervitia dotalium culturæ agrorum parochialium haut ſufficiant, expediuntur, *dict. art. gen. 27.* §. Wil aber ein beſonder/ ꝛc. mercede aliqua recompenſentur, ne parochiani duplici graventur onere, à quo abhorret † Eccleſia ceu 14
juſtitiæ cultrix, *cap. 1. §. ſed diverſum, de alien. feudi, in uſib. feudor.* Cardin. Mantica *de tacit. & ambig. convent. libr. 13. tit. 46. n. 16.* Matth. Weſenb. *vol. 1. conſil. 121. n. 12.* Joh. de Caſtillo *2. quotid. controverſ. jur. cap. 5. n. 43.* Thoming. *vol. 3. conſil. 9. n.*
77. & conſil. 13. n. 22. & † quæ afflictis opitu- 15
latur ac ſubvenit in neceſſitatibus, *can. aurum Eccleſiæ. 12. quæſt.* Caſp. Klock. *de contribut. cap. 12. n. 220.*

† Ne tamen à parochianis iniqua peta- 16
tur merces, & miniſtri Eccleſiæ nimia recompenſatione graventur, ſuccurrere iis voluit Sereniſſimus Saxoniæ Elector, talem exprimens mercedem, † quæ juſta & æqua 17
videatur, *dict. Ordin. Eccleſ. art. gener. 27.* §. Derowegen und auf daß. *in verb.* und einen billigen und gleichmäßigen Lohn. & *dict. Decret. Synodal. verb.* um einen billigen Lohn; ejusque quantitatem, † ſi de 18
hac inter partes controvertatur, arbitrio & judicio Superintendentis ac Collatoris, vel etiam ipſius Conſiſtorii committens, in modò allegatò *Decret. Synodal. verſ.* des Superintendenten und *Collatoris* Ermeſſen nach; *junct. verſ.* Im Fall aber die Eingepfarrten ſich deſſen verweigerten/ oder mit dem Pfarrer wegen des Lohns ſich nicht vergleichen konten/ ſo ſol iedesmal der Superintendens die Beſchaffenheit und woran der Mangel/ ins *Conſiſtorium* berichten/ und von dannen Beſcheid und Anordnung erwarten. † Quin & ad- 19
eò providus & benignus fuit Sereniſſimus Legislator erga Miniſtros Eccleſiæ, ut & parœcianos precariò ſervientes modico victu, qui ſummam & quantum mercedis non aſcendat, multò minùs excedat & ſuperet, contentos eſſe juſſerit, *dict. artic. 27.*
§. ult. ibi: † So dann aus gutem Willen 20
die Eingepfarrten zur Bitte dem Pfarrer etwas von ſeinen Aeckern beſchicken/ ſollen iedes Ortes Obrigkeit auch dieſe Verordnung thun/ damit ſie nicht dafür eine ſolche Ergetzung mit Eſſen und Trincken fordern/ ſo dem Lohne gleich/ oder daſſelbe übertrifft/ ſondern um des heiligen Miniſterii willen ſich auch an einem leidlichen begnügen laſſen.

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Conſiſtorio Wurtzenſi, die 12. Dec. Anno 1626. (Verba Reſcripti:* Als begehren wir hiermit gnädigſt/ihr wollet durch gedachte beede *delegir*ten das Lohn für die Beſchickung der Pfarr-Felder/dieſes Orts Gelegenheit nach/ der Billigkeit gemäß *moderi*ren/ und den Pferdnern auferlegen laſſen/ daß ſie entweder die Pfarr-Felder um daſſelbe beſtellen/oder dafür dem Pfarrern zu Alten- und Neuen-Mugeln / bis auf unſer Wiederruffen 12. Groſchen jährlich auf zwey *Termine*, Faſtnacht und Bartholomai erlegen ſollen/ſie auch in beharrlicher Verweigerung Krafft dieſes durch ihre Gerichts-Herren iedesmal darzu anhalten laſſen/ 2c.) 21

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Haynenſi, Sebaſtiano à Sleinitz & Rudolpho à Sahla, die 8. Auguſti Anno 1636. (Verba Reſcripti:* Iſt hierauf unſer Begehren/ ihr wollet die Partheyen auf der Eingepfarrten Unkoſten förderlichſt vor euch beſcheiden/ſie gegen einander hören/und Vermöge der alten und neuen *Generali*en der Arbeit und Lohns halber/dieſes Orts Gelegenheit nach/ in guten vergleichen/ oder nach Befindung zwiſchen ihnen billiche Weiſung thun/oder uns neben Wiederſendung des Inſchluſſes/ wie weit ihr es gebracht/und woran der Mangel zu fernerer Anordnung zu erkennen geben/2c.) 22

Item † *Comiſſariis ad ejusmodi litem deputatis, die 12. Oct. An. 1636. (Verba Reſcripti:* Als iſt hierauf an ſtatt höchſtgedachter Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ihr wollet nochmals zwiſchen den Partheyen beydes der Acker-Arbeit und des Lohns halber eine billige *Moderation* treffen/und in beharrlicher Verweigerung einem ieden beſonders/ſolchem unverzüglich nachzukommen bey Strafe auferlegen/ 2c.) 23

Item † *Superintendenti & Quaeſtori Haynenſi, die 11. Martii An. 1635. (Verba Reſcripti:* Weil Beklagte geſtalten Sachen nach der geſuchten Beſchickung der Pfarr-Feldere/ Vermöge der *Generali*en mit Fug ſich nicht zu entbrechen; So wollet ihr die Partheyen unverzüglich vor euch forden: In beharrlicher Verweigerung den Leuten ſolche zu verrichten/bey einer namhafften Strafe auferlegen/ dagegen dieſes Orts Gelegenheit nach/das Lohn und Lieferung der Billigkeit gemäß ſelbſt ermäßigen/ und die Partheyen darauf beſcheiden/ 2c.) 24

Et † *Capitaneo ac Quaeſtori Coldicenſi, die 9. Junii Anno 1634. (Verba Reſcripti:* Begehren hierauf an ſtatt höchſtgedachter Seiner Churfl. Durchl. Ihr wollet die Eingepfarrten Pferdner förderlichſt vor euch beſcheiden / ſie über dieſe *Puncta* vernehmen/und gegen einem leidlichen *Recompens* mit einander vergleichen/oder die Beſchaffenheit anhero berichten/2c.) 25

DEFINIT. CCCLIIX.

Parochiani operas ſuas ad culturam agrorum aliis elocare nequeunt, priusquam agri Miniſtrorum Eccleſiæ parochiales ab ipſis conſiti fuerint.

SUMMARIA.

1. *Servitus contra libertatem non præſumenda.*
2. *Quilibet rerum ſuarum moderator & arbiter.*
3. *Non æquum videtur, quenquam operas ſuas locare invitum.*
4. *Omnes contractus ab initio ſunt liberæ voluntatis.*
5. *Jus protimiſeos hodie eſt abolitum & antiquatum.*
6. *Operæ parochianorum primùm locandæ miniſtris Eccleſiæ ad culturam agrorum parochialium.*
7. *Fundamenta hujus aſſertionis. n. 8.*
9. *Lege expreſsâ hoc ita ſancitum.*
10. *Reverentia erga Miniſterium efflagitat hanc prærogativam.*
11. *Nec non dignitas Miniſterii.*
12. *Commerciis certus quandoque ponitur modus. n. 13.*

14. *Sub-*

14. Subditi operas ſuas domino potius quàm aliis locare tenentur.
15. Quidni etiam parœciani potius Eccleſiæ quàm vicinis?
16. Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 17.

INiquum dixeris, cogere aliquem operas ſuas certis elocare perſonis, cum
1 fieri non poſſit; † ut non coactio locationis ſentiat quandam ſpeciem ſervitutis, quæ nunquam contra libertatem eſt præſumenda, Felin. *in cap. auditis. extr. de præſcript.* Bartol. *in l. ſi publicanus. §. ult. ff. de publican.* Franc. Balb. *de præſcr. 2. part. princip. quæſt. 2. num. 11.* Johan. Köp-
2 pen. *deciſ. 57. n. 1.* † Et poſtquam rerum ſuarum quilibet liber eſt moderator & arbiter, *l. tutor. 8. ff. de in lit. jur. l. ſi filiofam. 25. §. 1. ff. ſolut. matrimon. l. ult. C. de pact.* Non certè æquum videtur, quenquam rem
3 ſuam vendere, † vel operas locare invitum, *l. in vendendis. 13. C. de contr. emt. l. non eſt æquum. 9. l. nec emere. 16. C. de jur. deliberand. l. invitus. C. locati.* Henning. Hammel. *de action. cap. 44. num. 4.* Jacob. Cujac. *libr. 27. obſerv. 9.* Hartman. Piſtor. *obſerv. 101. num. 11.* Sunt etenim omnes
4 † contractus ab initio liberæ voluntatis, *l. incommodato. §. ſicut. ff. commodat.* ut meritò privatio diſponendi de rebus propriis ad arbitrium, dicatur contra bonos mores, ſecundum Jaſonem *in l. nemo pactis. in pr. ff. de pact.* Aym. Cravett. *conſil. 4 n. 3.* Nec hac in re quiſquam jus protimiſeos præ-
5 tendere valet, † quippe quod hodie generaliter abolitum & antiquatum novimus. *l. dudum. 12. C. de contr. emtion.* certis quibusdam caſibus exceptis, Andr. Gail. *libr. 2. obſervat. 19.* Andr. Rauchbar. *part. 2. quæſt. 22. n. 6. & 7.*
6 Sed vera ſunt hæc omnia, † ſi non per modum legis condendæ, juſtaque ex cauſâ arbitrium operas elocandi certo modo fuerit limitatum, & jus aliud præſcriptum. Quod hoc caſu factum, facillimè demon-
7 ſtrari poteſt: (1.) ex † *Ordinat. eccleſiaſt. in artic. general. 27. §.* Derowegen und auf daß ꝛc. *verſ.* iſt unſer ernſter Will und Meynung/ daß die Bauern fremde Aecker um Geld zu beſchicken nicht ehe annehmen/ es ſeyn dann zuvorn des Pfarrers und Schreibers Aeckers um einen gebührlichen und gleichmäßigen Lohn be-
8 ſchicket/ ꝛc. † Quò & faciunt verba *Decret. Synod. de Anno 1624. in §.* Inſonderheit aber. *ibi:* Sollen hinführo ſchuldig ſeyn/ auf Begehren des Pfarrers / wie auch des *Cuſtodis* ihre Aecker um einen billichen Lohn/ ꝛc. vor andern zu beſchi-
9 cken. † Ex lege ergò parochiani ſeu ruſtici obſtricti ſunt, operas ſuas primum Eccleſiæ Miniſtris ad culturam agrorum ſuorum elocare, nec hiſce nondum conſitis culturam aliorum ſuſcipere valent.

(2.) † Ac certè prærogativam hanc ef- 10
flagitat reverentia, quâ parœciani Eccleſiæ ejusque Miniſtris ſunt obſtricti: Quod ſi enim creditori datur jus protimiſeos in bonis debitoris, *l. 16. ff. de reb. autor. judic. poſſid.* Anton. Fab. *lib. 5. conjectur. 15.* multo magis in elocatione tantummodò operarum Eccleſiæ hoc erit tribuendum † propter 11
Miniſterii dignitatem, & ex lege gratitudinis, quâ carnalia ſaltem retribuantur iis, qui ſpiritualia adminiſtrant, *1. ad Corinth. 9. v. 11.* Matth. de Afflict. *in præfat. ad deciſ. Neapolit. num. 2.* Et compellit parœcianos non parùm ad hoc ratio teſtandæ tàm obſervantiæ erga Miniſterium, quàm reverentiæ erga Miniſtros, qui ſunt legati DEI & diſpenſatores myſteriorum ejus, *1. Corinth. 4.*

(3.) † Nec novum eſt, ut modus com- 12
merciis ponatur, certisque perſonis prærogativa in emendo & conducendo tribuatur: Fit inde, ut ſi cereviſiæ, carnis, panis vel alterius cujuscunque rei ad victum neceſſariæ inopia oboriatur, non rarò per edictum incolæ jubeantur cereviſiam, carnem vel panem vendere civibus & oppidanis, non forenſibus aut extraneis; † quæ edi- 13
cta jure ſubſiſtere haut ambigendum, *l. 2. ff. de nundin. l. un. C. ut nemini liceat in emt. ſpecier. ſe excuſ. lib. 10. l. 1.* ubi Bartol. & Luc. de Penna *C. de metall. lib. 11.* idemque aſſerit de locatione Jaſon. *l. 2. n. 11. C. de jur. emphyt.*

(4.) † Ex quo etiam defendimus, ſubdi- 14
tos operas ſuas domino potiùs, quàm aliis elocare obſtrictos eſſe. *Reſponſ. Elect. 59. lib. 1.* nec immeritò, ſiquidem in elocatione bonorum emphyteuticorum domino competit jus protimiſeos, *l. ult. §. ſed ne hac occaſione. C. de jur. emphyteut.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 43. num. 22.* Johann. Köppen. *deciſ. 52. n. 4.* Joh. Harppr. *ad §. 3. n. 361. Inſt. de locat. conduct.* † Quidni ergo idem in loca- 15
tione operarum obtineret: eàdemque ex ratione jus hoc ad operas Eccleſiæ præſtandas extenderetur? quia parœciani parili jure matri Eccleſiæ, quâ ſubditi domino & Magiſtratui ſunt obſtricti.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi & Quæſtori Lichtenwaldenſi, die 4. Febr. Anno 1614. (Verba Reſcripti:* Wir haben euern anhero gethanen Bericht/ in Sachen die Pfarrer zu Ebersdorff und Wieſa an einem/ und die Anſpänner beyder Oerter anders Theils Beklagende/ verleſen hören. Wann dann vermöge der *publicir*ten Kirchen-Ordnung die Bauern fremde Aecker um Geld zu beſchicken nicht ehe annehmen/ bis zuvor des Pfarrers und Schulmeiſters Aecker beſtellet/ auch ſolche Aecker um einen gleichmäßigen Lohn beſchicken ſollen; Als werdet ihr die Anſpänner darauf beſcheiden/ und das Lohn nach Gelegenheit der Felder und ſonſten zu *determini*ren oder zu mäßigen wiſſen/ damit die *Paſtores* ſo wol als die Ackerleute dabey bleiben können/ ꝛc.) 16

Et † *Superintendenti ac Quæſtori Miſnenſibus, die 21. Septembr. An. 1625. (Verba Reſcripti:* Wir haben euern eingeſchickten Bericht/ betreffende die Irrungen/ ſo zwiſchen dem Pfarrer zu Lommatſch und ſeinen Eingepfarrten wegen Beſchickung der Felder ſich enthalten/ verleſen hören. Wann dann nicht allein die alten *Genera*lien ausdrücklich beſagen/ daß die Eingepfarrten fremde Aecker um Geld zu beſchicken nicht ehe annehmen ſollen/ es ſeyn dann zuvor des Pfarrers und Schreibers Aecker um einen gebührlichen und gleichmäßigen Lohn Zechweiſe beſchicket/ ſondern auch die neuen ſich darauf *referi*ren/ und darinnen verordnet/ daß wann die Eingepfarrten ſich deſſen verweigern/ auf erfolgten Bericht aus dem *Conſiſtorio* Anordnung geſchehen ſolle/ und hierneben eine groſſe Widerſpenſtigkeit/ daß die eingepfarrten Dorffſchafften dem Pfarrer auch um das Lohn/ ſo ſie ſonſten von Bürgern nehmen/ ſeine Aecker nicht zu beſtellen ſich verlauten laſſen; Als iſt hiermit an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ ihr wollet denſelben ſolche ihre Widerſetzligkeit mit Ernſt verweiſen/ und dem Pfarrer ſeine Aecker Zechweiſe vor andern um ein billiges Lohn/ welches ihr dißfalls ermeſſen werdet/ zu beſtellen auferlegen/ auch in beharrlicher Verweigerung ihr der Schöſſer ſie durch gebührliche Zwangs-Mittel darzu anhalten/ ꝛc.) 17

TIT. XXIII.

De

Subſelliis templorum, eorumque jure.

Definit. CCCLIX.

Cura & adminiſtratio ſubſelliorum templi Superintendenti unà cum Ædilibus vel Præfectis Eccleſiæ incumbit.

SUMMARIA.

1. *Congreſſus publici in Eccleſiâ ſunt neceſſarii.*
2. *Ab auditu verbi fides & ſalus noſtra dependet.*
3. *Nemo eſt Chriſtianus, qui non audit verbum Dei.*
4. *Ex præcepto divino & Apoſtolico.*
5. *Ad publicos congreſſus homines excitandi.*
6. *Fideles à congreſſibus hiſce ne abſtineant.*
7. *Subſellia in templis conſtruenda. num. 10.*
8. *Omnia decenter & ordine in Eccleſiâ fieri debent. n. 9.*

11. Sub-

11. Subſelia in templis pecuniâ emuntur & comparantur.
12. Adducitur ad hanc rem Ordinatio eccleſiaſtica.
13. Cura & adminiſtratio ſubſelliorum incumbit Superintendenti & Ædilibus Eccleſiæ.
14. Quâ ex causâ & ratione?
15. Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 16. & 17.

1 Congreſſus publicos in Eccleſiâ non facilè quisquam non neceſſarios judicabit, qui neceſſarium ducit cultum publicum & verbi divini auditum: à † quo procul dubio fides & ſalus
2 noſtra dependet, ſicuti ſcriptum eſt: Quomodo invocabunt, ſi non crediderint? quomodo credent, ſi non audiant? aut quomodo audient ſine prædicante? Eſt enim fides ex auditu, auditus autem per verbum DEI,
3 *Rom. 10. verſ. 14. & 17.* Nec † Chriſtianorum nomine ac titulo quisquam gaudebit ſine auditu verbi; Oves ſiquidem meæ vocem meam audiunt, inquit Salvator, *Johann. 10 verſ. 27.* & qui ex DEO eſt, verbum DEI audit, *Johann. 8. verſ. 47. 1. Johan. 4. verſ. 6.* Quò & facit præceptum A-
4 poſtolicum: † Sermo DEI habitet inter vos opulenter in omni ſapientia & doctrina *Col. 3. verſ. 16.* Hoc ſi quis de privata ſolummodò inſtitutione accipere velit,
5 facilè refutabitur ex dictis, † quibus ad publicos congreſſus in templis homines excitantur, ut, cùm introire jubentur portas Domini, *Pſalm 100. verſ. 2.* venire & aſcendere ad domum DEI Jacob, *Eſai 2. verſ. 3.* nec deſerere congregationem, ſicut eſt mos
6 nonnullis, *Hebr. 10. verſ. 25.* † Non ergò quisquam abſtineat à publico congreſſu, ſi inter cœtum fidelium reperiri velit, qui lætantur in domum DEI euntes, *Pſalm. 122. verſ. 1.* Quem congreſſum pii Magiſtra-
7 tus non parùm promovebunt, in templis † loca bene diſponentes, ac ſubſellia conſtruentes, ut audientibus commodior ſuppetat occaſio devotè orandi & verbum diſcendi,
8 idque vel propterea etiam, ut † omnia fiant in Eccleſia ordine & decenter, *1. Corinth. 14. verſ. 40.* Ordo enim omnia conſtituit & colligavit: ordo cœleſtia & terreſtria continet: ordo in iis, quæ ratione
9 & animo intelliguntur, locum habet: † ordo in iis, quæ ſenſibus percipiuntur; ordo in Angelis; ordo in aſtrorum motu, magnitudine, mutua relatione & ſplendore. Ordo in Eccleſiis quoque conſtituit, ut alii oves ſint, alii Paſtores, alii præſint, alii ſubſint ac pareant: alius velut caput ſit, alius pedes, alius manus, alius oculi, alius aliud quoddam corporis membrum ad totius Eccleſiæ concinnitatem & utilitatem, vel inferius vel præſtantius. *Verba ſunt hæc* Gregorii Nazianzeni *orat. 26.*

Non ſolùm verò ad ritus Eccleſiæ in offi- ciis ſacris ordo hic ſpectat, † ſed & ea con- 10
cernit, quæ confuſionem in loco ſacro ad audiendum deſtinato impediunt, & ſcandalum removent, ut inter alia etiam ſunt ſubſellia, Kirchen-Stüle/ quibus auditores ſibi proſpicere, eaque † certâ pecuniâ re- 11
dimere ac comparare ſolent; non enim Eccleſiæ invidendum id modicum lucelli, quod reditibus ejus annuis inde accedit, ut videre licet *ex* † *Ordin. Eccleſ. art. general.* 12
36. Von den Stülen in der Kirchen. §. Derowegen ſol in der Kirchen. *Et Decreto Synodali de anno 1624.* §. Wann ſich auch Kirchen-Stände/ ꝛc. Cumque res hæc tam ratione conſtructionis ſubſelliorum, quàm redemtionis & aſſignationis eorum inſpectionem & adminiſtrationem requirat, † in provinciis ſui Electoratus 13
Superintendenti pariter & Ædilibus ſeu Præfectis Eccleſiæ Sereniſſimus Saxo eam demandavit, *in dict. art. gener. 36. verb.* Darum bey dem Pfarrer und Kirch-Vätern anhalten würden. *& verſ.* Sonderlich aber ſollen alle Pfarrer und Kirch-Väter ein fleißig Auffſehen haben / und Verordnung thun / daß durch den Bau der Geſtüle an dem Gehör göttliches Worts niemand verhindert werde/ etc. Nec enim cura hæc vix alii quàm Ædilibus Eccleſiæ, den Kirch-Vätern/ competere poteſt, † ſiquidem hi reditus & fabricam 14
ejus adminiſtrant, ita tamen, ut Superintendenti incumbat inſpectio, ut diximus *ſuprà Defin. 313.* quæ non malè hinc ad ſubſellia quoque templorum, eorumque conſtructionem & venditionem extenditur.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Senatui Freibergenſibus, die 10. Martii* 15
Anno 1608. (*Verba Reſcripti:* Wir werden berichtet/ daß ſich die Prediger zu S.

 Peter

Peter *N.* und *J.* bey euch unterſtehen wollen/ ihres Gefallens mit den Kirchen-Stülen Veränderungen vorzunehmen: Wann aber ihnen ſolches/ zuwider der Kirchen-Ordnung/ zu thun nicht gebühret; Als iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren hiermit an euch/ ihr wollet ſie vor euch beſcheiden/ ihnen dieſes gebührlich verweiſen und unterſagen/ daß ſie hinführo dergleichen Veränderungen ohne euern des Superintendentens und ieder Kirchen Vorſtehere Vorwiſſen und Einwilligung ſich gäntzlichen enthalten ſollen/ ꝛc.)

It. † *Superintendenti & Senatui Dreſdenſi, die 5. Martii Anno 1617.* (*Verba Reſcripti:* 15
Darnebenſt aber ihr der Superintendens und Bürgermeiſter Hilliger darau ſeyn/ daß hinführo allenthalben mit den Stülen gute Ordnung und Richtigkeit gemachet/ und ohne euer Vorwiſſen und Einwilligung von mehr erwehntem Kirch-Vater niemand einiger Stul oder Stand ferner eingeräumet oder entzogen werde/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti Miſnenſi, die 2. Junii Anno 1628.* (*Verba Reſcripti:* Was maſſen 17
Lucas B. Bürger bey euch über Sebaſtian Hertels Amtſchreibers Eheweib wegen *turbation* eines Kirchenſtandes ſich beſchweret und gebeten/ das habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann die Churfürſtl. Kirchen-Ordnung hierinnen klare Maſſe giebt; Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet die Partheyen derſelben gemäß entſcheiden/ euch auch künfftig in dergleichen ohne ſonderbarem Befehl alſo verhalten/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCLX.

Pro qualinam pretio ſubſellia in templis vendenda & redimenda?

SUMMARIA.

1. *Cura ſubſelliorum in quibusnam conſiſtat.*
2. *Subſellia ita conſtruenda, ne aliis ſint impedimento.*
3. *Quod probatur ex Ordinatione eccleſiaſtica, n. 4.*
5. *Subſellia pro pretio vendenda & aſſignanda.*
6. *Qualenam debeat eſſe pretium? n. 7.*
8. *Sufficit pretium modicum.*
9. *Eccleſia non petit illicitum fœnus.*
10. *Sed ſubvenit egenis.*
11. *Pretium hoc augeri quandoque poteſt.*
12. *Ab eo, quod conſuetudine receptum, non facile recedendum eſt.*
13. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

NOn ſolis ideoque Ædilibus ſeu præfectis Eccleſiæ, ſed etiam Superintendenti cura & adminiſtratio ſubſelliorum in templo incumbit,
1 *Defin. præced.* Eaque duo † potiſſimum concernit, fabricam & venditionem ſive conceſſionem: Vel enim de novo ſubſellia conſtruuntur & ædificantur, ubi
2 maximoperè providendum, † ne cuiquam ſint impedimento, quò minus paſſim & liberè in templo meare, ſermoni concionantis debita devotione intendere, ejusque verba percipere queant, juxta moni-
3 tum Sereniſſ. Sax. Elect. † *in Ordin. Eccleſiaſt. art. general. 36. in pr. verſ.* Deßgleichen auch offtmals ſolche Stüle in den gemeinen Gängen aufgerichtet/ daß die Leute vor denſelben nicht wohl hin und wieder gehen können: Derowegen ſol in den Kirchen auf den Dörffern und Städten hinführo kein Stul ohne ſonderliches Vorwiſſen und Erlaubniß des Pfarrers und der Kirch-Väter gebauet
werden. † *junct. verſic.* Sonderlich aber 4
ſollen alle Pfarrer und Kirch-Väter ein fleißig Aufſehen haben/ und Verordnung thun/ daß durch den Bau der Geſtüle an dem Gehör Gottes Worts niemand verhindert/ noch ſich billich darob zu beſchweren habe. Vel jam conſtructa & ædificata ſubſellia poſt obitum poſ-
ſeſſoris † aliis venduntur & aſſignantur. 5
Id quod pro certâ pecuniâ ſive pretio fieri debet, ut innuunt verba *Ordinationis eccle-*

eccleſiaſt. dict. art. 36. Einem andern / der ihn begehret / auf ſein Leben verkauffen mögen und ſollen.

6 Qualenam † verò ſit hoc pretium, haut expeditum. Dixeris procul dubio, tanti ſubſellia vendenda, quanti plurimi id fieri poteſt, cùm reditus Eccleſiæ augendi potiùs ſint, quàm minuendi. Sed quis non

7 videt, hac ratione † ditiores vix unquam ceſſuros pauperioribus, qui rarius vel nunquam ſubſellia ſibi poterunt comparare, quantumvis dignitate alios præcedant, non absque inſigni jacturâ quoad res ſpirituales, quarum pauperes æquè ac divites

8 debent fieri participes. In † modico igitur pretio acquieſcendum exiſtimavit Conſiſtorium Supremum, ita ut pro dimidio thaleri ſubſellium unumquodque vendi ſufficiat. Non enim illicitum petit fœnus

9 Eccleſia, † quæ auctrix & cultrix eſt juſtitiæ atque æquitatis, *cap. 1. §. ſed diverſam de alienat. feud. in uſib. feudor.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convention. lib. 13. tit. 46. numer. 16.* Fern. Vaſquius *illuſtr. controverſ. lib. 1. cap. 7. numer. 1.* Matth. Weſenbec. *vol. 1. conſil. 121. n. 12.* Quin potiùs ſubvenit † egenis: unde res Eccleſiæ patrimonium pauperum nuncupantur, *can. quia juxta, & can. ult. cauſ. 16. quæſt. 1.* tributaque egentium animarum, *can. decimæ. 16. quæſt. 1.* 10

Pro regulâ tamen non ſtat hoc † pretium, ita ut nunquam id queat augeri, ſed inſpiciendum potiùs, quidnam pro ratione temporis & circumſtantiarum æquum videatur, ex quo de modico conqueri non habeat Eccleſia, nec parochiani nimiùm graventur. Planè ſi uſus † certum introduxerit pretium, illudque auxerit, non eſt quod ab eo recedatur; quia tolerabilia habentur, quæ vetus comprobavit conſuetudo. *l. Imperatores. ff. de pollicit. l. non tantum. §. ult. ff. de decurion.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. libr. 1. claſſ. 3. cap. 14. n. 22.* 11 12

Ita † Conſiſtorium Supremum Paſtori & Ædilibus Eccleſiæ Dippoldiswaldenſis, die 20. Maji Anno 1608. (Verba Reſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht *R. H.* und *E. G.* wegen etlicher Kirchenſtände betreffend/ verleſen hören. Wann wir dann darneben von den Partheyen um Beförderung der Sachen *ſupplicando* angelanget worden; So iſt hiermit an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren an euch/ ihr wollet gedachter *H.* einen von ihrer verſtorbenen Schweſter Ständen zu löſen geben/ damit ſie alſo in der Kirchen einen Stand haben möge/ die andern Stände aber der Kirchen zum beſten bemeldtem *G.* oder einem andern/ ſo ſich zu Dippoldiswalda weſentlich aufhält/ ieden Stand um einen halben Thaler/ wofern bishero ein mehrers nicht entrichtet worden/ zukommen laſſen. Wolten wir euch in Antwort nicht verhalten/ ꝛc.) 13

Definit. CCCLXI.

Tutus quilibet ſubſellium ſemel emtum poſſidet, nec rurſus eo eſt deſtituendus.

SUMMARIA.

1. *Num tutò emantur ſubſellia?*
2. *Non valet alienatio bonorum eccleſiaſticorum.*
3. *Niſi acceſſerit ſolennitas canonica.*
4. *Juſtaque alienatione cauſa ſubſit.*
5. *Tutò quis emit ſubſellia, Eccleſiâ ea vendente. n. 7.*
6. *Quia accedit conſenſus Epiſcopi & Magiſtratûs.*
8. *Non periclitantur emtores poſſeſſione ſubſelliorum.*
9. *Nemini poſſeſſio ſua extrajudicialiter auferenda.*
10. *Ne quidem à Principe.*
11. *Etſi juſta auferendæ poſſeſſionis cauſa ſubeſt.*
12. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 13.*

At quomodo tutus erit poſſeſſor ſubſellii, inquies, ſi pro pecunia id ſibi fecerit aſſignari? Fieri enim vix poteſt, † ut non per ejusmodi adjudicationem ſubſellium alienetur; quod num firmiter fiat, meritò quis dubitaverit, poſtquam notiſſimi juris eſt, bona Eccleſiæ haut tutò alienari, † nec ſub- 1 2

 ſiſte-

ſiſtere eorundem diſtractionem, *ſupr. Defin. 300. cap. 5. extr. de reb. Eccleſ. non alien. l. jubemus. 14. cum Auth. ſeq. C. de SS. Eccleſ.* Cardin. Mantica *de tacit. & ambig. convent. libr. 25. tit. 6.* Joh. Vincent. Honded. *vol. 2. conſil. 31. num. 14. & ſeqq.* Hieron. Schurff, *centur. 1. conſil. 48.* Joh. Azor. *libr. 9. inſt. moral. cap. 1. & 2 part. 2.* Treutler.
3 *conſil. 85. num. 20.* At quis neſcit, † alienationem bonorum eccleſiaſticorum nequaquam indifferenter prohibitam eſſe, ſed omninò ſubſiſtere, ſi ſolennitas canonica, h. e. decretum & conſenſus Epiſcopi vel Su-
4 perioris intervenit, † juſtaque alienationis ſubſit cauſa, *can. ſine exceptione 12. quæſt. 2. Clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien.* Alexand. Raudenſ. *libr. 1. cap. 38. numer. 3. de analog.* Joh. Vincent. Honded. *vol. 2. part. 3. conſil. 36. num. 8. & conſil. 31.* Matth. Weſenbec *vol. 1. conſil. 59. numer. 18.* Hier. Schurff. *cent. 2. conſil. 70.* Joh. del Caſtillo *de uſufruct. cap. 54. num 12. & ſeqq.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſin. 93. numer. 21. & ſeqq.* quo de pluribus dixi *ſupr. Defin. 300. 301. &*
5 *ſeqq.* † Juſtam verò cauſam diſtractionis in alienatione ſubſelliorum nemo impugnabit, probè perpendens, hunc ipſum in finem conſtrui & ædificari in templo ſellas, quo parochianis in exercitio cultus divini inſer-
6 viant. † Decretum verò & conſenſum Epiſcopi vel Magiſtratus eccleſiaſtici haut accedere tantum abeſt, ut ipſemet Sereniſſimus Saxoniæ Elector venditionem & alienationem ſubſelliorum potius præceperit *in Ordin. eccleſ. art. general. 36. in verb.* Einem andern/der ihn begehret/ verkauffen mögen und ſollen. *& §. ult.* Was aber von Verkauffung der Stüle itzt gemeldet/ ꝛc.
7 † Non ergò cauſam metuendi habet emtor ſubſelliorum, quò iis rurſus dejiciatur, ſed tutus eſt, perinde ut rei cujusque alterius emtor, cui venditor ad evictionem obſtrictus, nec contractui rurſus contravenire valet, *l. ſicut. 5. C. de obligat. & action.* Matth. Weſenbec. *in §. 5. num. 6. Inſt. de hered. qualit. & differ.* † Quin & ſi alia for- 8
ſan ex cauſâ à territô lis emtori moveretur, ratione tamen poſſeſſionis haut periclitabitur, usque dum alius in petitorio & proceſſu ordinario adverſus ipſum victoriam litis obtineat: nec enim cuiquam extrajudicialiter & ſine plenâ cauſæ cognitione † poſ- 9
ſeſſio ſua auferri debet, *cap. conquerente. extr. de reſtit. ſpoliat. l. meminerint. C. Unde vi. l. 1. l. ult. C. ſi per vim vel alio modo. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Jul. de vi public.* Jaſon. *in l. naturaliter. §. nihil commune. numer. 165. ff. de acquir. poſſeſſ.* Bartol. *in l. ult. numer. 4. C. de edict. divi Hadriani tollend.* Matth. Weſenbec. *part. 3. conſil. 121. numer. 22. & part. 5. conſil. 216. numer. 70.* Bald. *in l. un. num. 2. & 3. C. de prohib. ſequeſtr.* Joſeph. à Seſe *tom. 2. deciſ. Regni Aragon. 153. num. 9.* Alphonſ. de Azevedo *in Conſt. Hiſpan. libr. 4. tit. 15. l. 3. num. 1.* Ariſmin. Tepat. *in compend. deciſ. tit. 558. cap. 20.* † usque adeo ut nec Principi vel 10
magiſtratui plus juris hac in re competat, Ariſmin. Tepat. *tit. 551. cap. 19. verb. nam poſſeſſor non citatus, &c.* Weſenb. *dict. conſil. 216. num. 71.* Jacob Menoch. *remed. recuper. 8. n. 51. & ſeqq.* † etiamſi cauſa aufe- 11
rendæ poſſeſſionis juſta ſufficiens ſubſit; quia non niſi cognitô benè negotiô partibusque hinc inde auditis ad privationem eſt procedendum, Panorm. *in cap. 2. n. 28. extr. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Menoch. *dict. remed. 8. n.* Felin. *in cap. qua Eccleſiarum. extr. de conſtit. 24. & ſeq.* Weſenb. *dict. conſil. 216. num. 79.* Aym. Cravett. *de antiq. temp. in pr. & §. 2. n. 3. & ſeq.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Paſtori & Senatui Altenburgenſi die 28. Martii Anno 1623.* 12
(*Verba Reſcripti:* Auf inliegendes Werner *M.* abermahliges *ſupplici*ren / wegen des ſtreitigen Kirchenſtandes bey euch/iſt an ſtatt höchſtgedachtes unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren an euch; Wofern *Supplicant* ſolchen Stand rechtmäßig gelöſet/und ſo viel Jahr geruhig innen gehabt/ihr wollet ihn nunmehr ſo lange darbey ſchützen/bis der Amt[illegible] ihn mit Recht daraus entſetzen möge/ ꝛc.)

Et † *Senatui Dresdenſi die 19. Dec.* [illegible] (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern Be- 13
richt ſamt den Beylagen/einen [illegible] Sitz in der Sophien-Kirchen zwiſchen *G. L.* wegen ſeines Eheweibes/Klägerin an einem/und *G. G.* Eheweib/ Beklagten anders Theils belangende/verleſen hören. Wann dann aus der Kirch-Väter Bericht zu befinden/daß gedachtes *G.* Eheweib drey Stände oder Sitze in der Sophien-Kirche gelöſet/und derſelbe ſeinem geweſenen Mündlein Klägers Eheweibe deſſen eigenem Bekäntniß nach/in der Rechnung davon nichts angeſchrieben; Als laſſen wir es nochmahls darbey bewenden / begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit/ihr wollet bey den Kirch-Vätern daran ſeyn/ damit Klägers Eheweib mit einem andern bequemen Sitz um die Gebühr verſehen werden möge/ ꝛc.)

DE-

Definit. CCCLXII.

Poſſeſſores ſubſelliorum in templis pro lubitu ea rurſus vendere & in alios transferre non poſſunt.

SUMMARIA.

1. *Quilibet moderator & arbiter eſt rerum ſuarum.*
2. *Poſſeſſores ſubſelliorum rurſus ea aliis vendere nequeunt. n. 10.*
3. *Venduntur ſubſellia ad vitam duntaxat emtoris. n. 4.*
5. *Quare emtores propriè domini non ſunt ſubſelliorum.*
6. *Dominium perpetuum eſſe debet.*
7. *Emtoribus ſubſelliorum non niſi horum uſusfructus competit.*
8. *Uſusfructus in alium transferri nequit,*
9. *Licet commoditatem ejus alteri cedere liceat.*
11. *Eccleſiæ intereſſe verſatur in venditione ſubſelliorum.*
12. *Unde reditus Eccleſiæ augendi.*
13. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 14.*

HOc tamen ſpecialitatis habet alienatio ſubſelliorum, ut facultatem ea rurſus vendendi haut tribuat. Etſi enim aliàs emtori ceu domino hoc
1 facere licet, † quippe quia moderator & arbiter eſt rerum ſuarum, *l. tutor. 8. ff. de in lit. jurand. l. ſi filiofam. 25. §. 1. ff. ſolut. matrimon. l. nemo. 9. C. de Judæis Cœlicol. l. ult. C. de pact. l. in re mandata. 21. C. de*
2 *mandati.* † attamen emtori ſubſelliorum id juris haut competit: nec ſine ratione & fundamento. (1.) Non aliter ſiquidem valet venditio & alienatio ſubſelliorum in
3 templis, † quam facta ad vitam duntaxat poſſeſſoris ſive emtoris, prout expeditum reddit *Ordin. Eccleſ. Sax. art. general. 36. §.* Derowegen ſol in der Kirchen. *verſ.* So ſol auch kein Stand noch Stul einigem Manne oder Weibe erblich/ſondern allein auf des Beſitzers Lebenlang zuſte-
4 hen/ oder vergönnet werden. † *Et poſtea:* Sondern da er ſtirbet/ ſol deſſelben/ es ſey Mannes- oder Weibes-Stul / der Kirchen anheim gefallen ſeyn. *Decret. Synod. de Anno 1624.* §. Wann ſich auch Kirchen-Stände durch Abſterben oder Abzug derer/ ſo ſie betreten und beſeſſen
5 haben/ erledigen / ꝛc. † Ex quo perſpicuum eſt, propriè non dici dominium ſubſelliorum poſſeſſorem, nec verum ei competere dominium, multò minùs facultatem
6 vendendi & alienandi, quia † dominium ex ſuâ naturâ perpetuum eſſe debet, Bald. *in cap. 1. in pr. num. 6. verſ. quia natura dominorum acquiſitorum &c. tit. de eo, qui ſibi & hered. ſuis maſcul. & fœmin. in veſt. accep.* Andr. Tiraquell. *de retract. gentil. §. 1. gloſſ. 14. in verb. Ou æquipollent à vente. n. 88. verſ. atque etiam dominiorum &c.* Curt. *de feud. 1. part. 3. part. princ. numer. 33. verſ. ſecundò movetur &c.*

(2.) Unde porrò liqueſcit, † poſſeſſores 7 ſubſelliorum non niſi uſumfructum eorundem ad vitam tenere, & quod huic conſequens, in alios ipſum transferre haut poſſe, *l. ſi uſusfructus 66. ff. de jur. dot.* ubi expreſſum legitur, uſumfructum à fructuario cedi non poſſe extraneo: & ſi extraneo, h. e. ei, qui proprietatem non habet, cedatur, nihil ad eum tranſire. Quibus verbis dilucidè ſignificatur, † non poſſe fructuarium in re 8 fructuaria alteri uſumfructum conſtituere, ut in eum transferatur, quod idem probatur *ex §. finitur. 3. Inſt. de uſufr.* Bald. *in l. res quarum. 17. C. de jur. dot.* Bartol. *in l. intereſt. 6. C. de uſufr.* Anton. Gomez. *tom. 2. reſolut. cap. 15. numer. 17. verſ. ſecundò limita.* Cavalcan. *in tract. de uſufr. mulieri relicto. numer. 66.* Gaſt. *de expenſ. & meliorat. cap. 10. numer. 28. & ſeqq.* Joh. del Caſtillo *de uſufr. cap. 69. numer. 7.* † Licèt non inficias eam, emtorem ſubſelliorum 9 concedere ea valere ad uſum alterius, ſcilicet quia commoditatem uſusfructus alteri cedere non prohibetur uſufructuarius, *dict. l. ſi uſusfructus. 66. ff. de jur. dot. l. arboribus. 12. §. 2. l. non utitur 38. ff. de uſufr. l. ſi is qui 11. §. 2. ff. de pign.*

(3.) † Nec dubium de hoc reſtabit, ſi 10 ipſiſſima prohibitionis verba intueamur à Sereniſſimo legislatore poſita *in Ordin. eccleſiaſt. dict. art. gener. 36. §.* Derowegen ſol in den Kirchen. *verſ.* Und ſol keiner Macht haben/ einigen Stul bey ſeinem Leben andern zu verkauffen.

(4.) Et quis tandem non videt, † haut 11

 pa-

parum commodi decedere Eccleſiæ, ſi poſſeſſoribus ſubſellia aliis pro lubitu vendere ac cedere permiſſum eſſet: nunquam enim hac ratione, vel rariſſimè foret, ut ſubſellia ad eccleſiam reverterentur, ex quorum tamen
venundatione reditus eccleſiaſtici † maximè 12
augeri debent, uti colligere eſt *ex Decreto Synodal. dict.* §. Wann ſich auch Kirchenſtände. *verb.* Und der Kirchen das Geld zu entrichten ſchuldig und pflichtig ſeyn.

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Senatui Freibergenſibus, die 7. Septembr. 13
Anno 1615 (*Verba Reſcripti:* Da es nun ihrem Anziehen nach ſich alſo verhält/ ſo können wir nicht befinden/ woher Abraham L. an ſtatt ſeiner abweſenden Tochter dieſer Stände/der *Supplicant*in und der Kirchen zum Nachtheil/ ſich anzumaſſen/ oder ſolche ums Geld zu verkauffen befugt ſeyn wolle; Begehren derohalben an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns/ ihr wollet ihn von ſeinem Vorhaben mit Ernſt abweiſen/ und die *Supplicant*in nicht allein bey ihrem Beſitz gebührlich ſchützen/ſondern auch ihr ſolchen Stand gegen Erlegung der Gebühr zuſchreiben laſſen/ ꝛc.)

Et † Superintendenti ac Senatui Leiſnicenſi, die 16. Martii Anno 1631. (*Verba Reſcripti:* 14
Wir haben euern eingeſchickten Bericht/den von Paul Heilen bey euch zur Ungebühr *alienirt*en Kirchen-Stand belangende/ verleſen hören. Wann dann ſolches ſein Vornehmen der *publicirt*en Kirchen-Ordnung zuwider; So laſſen wir es auch bey dem von euch gegebenen Beſcheid allerdings bewenden/ an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. hiermit begehrende/ihr wollet die Partheyen Inhalts deſſelben nochmals von ihrem Vorhaben abweiſen/ ꝛc.)

Definit. CCCLXIII.

Nulla valet diſpoſitio teſtamentaria in ſellis templorum.

SUMMARIA.

1. *Num per teſtamentum ſubſellia templorum in alium liceat transferre?*
2. *Vocula alienationis omnes alienandi modos comprehendit.*
3. *Etiam illam, quæ fit per teſtamentariam diſpoſitionem.*
4. *Examinantur verba* Ordin. eccleſ. in art. gener. 36.
5. *Non tàm verba, quàm mens & intentio prohibentis inſpici debet.*
6. *Deciſio quæſtionis negativa. n. 9.*
7. *Ratio & fundamentum decidendi.*
8. *Uſusfructus & feudum morte poſſeſſoris extinguitur.*
10. *Vocula* emtionis *quandoque omnem comprehendit alienationem.*
11. *Quo ſenſu Lex XII. tabb. voculam hanc exprimit.*
12. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

SI alienationem ſubſelliorum in templis Sereniſſimus Saxon. Elector indifferenter prohibuiſſet, vix dubium à quoquam moveri poſſet,
1 an † non per teſtamentariam diſpoſitionem ea in alium transferre liceret, quia alienationis vocula omnes diſtractionum modos comprehendit, *l. alienationis. 28. ff.*
2 *de verb. ſignif.* Unde † qui non poteſt alienare, nec aliud quicquam poteſt, per quod detur occaſio transferendi, *cap. 1. §. quamvis. ult. tit. de inveſt. de re aliq. fact.* Cephal. *conſil. 175. n. 5.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. quæſt. 31. n. 24. verſ. ubi magis generaliter*
3 *&c.* † quin & alienationis prohibitione
teſtamentariam diſpoſitionem prohibitam cenſeri, tradunt per *l. ſi quis prioris. 8. §. certum. 2. C. de ſecund. nupt.* & *l. Lucius. 88. §. matre. 16. ff. de legat. 2.* Joh. Sichard. *ad l. ult. C. de reb. alien. non alien.* Joh. Gœdd. *ad dict. l. alienationis. 28. num. 16. ff. de verb. ſignif.* Sed poſtquam † Legislator Sere- 4
niſſimus verbo venditionis uſus eſt *in Ordin. Eccleſ. art. general. 36.* §. Derowegen ſol in der Kirchen ꝛc. *verb.* andern zu verkauffen/ ſolam venditionem ſubſelliorum prohibuiſſe cenſetur: ut hinc diſpoſitionem teſtamentariam non malè forſan exceptam dixeris.

Sed fallax eſt hæc illatio, † nec tàm 5
ver-

verba quam mens & intentio prohibentis attendi debet, *l. 3. C. de lib. præter.* Cæpolla *in rubr. de verb. ſignif. in 5. quæſt. 2 pr. verſ. & conſiſtit.* Camill. Galin. *de verb. ſignif. libr. 1. cap. 4. numer. 8.* quæ procul dubio
6 ea eſt, ut ſubſellia † in alium planè non transferantur. Ex quô enim ſolummodò uſus vel uſusfructus ſubſelliorum poſſeſſoribus competit ad vitam, *dict. art. gener. 36. verb.* ſondern allein auf des Beſitzers Lebenlang zu ſtehen / oder vergönnet wer-
7 den. Hoc ipſo ſat † clarè diſpoſitio teſtamentaria cenſetur prohibita, quippe quæ poſt obitum demum poſſeſſoris effectum ſortiri poteſt; neque hinc de uſufructu
8 vel feudo teſtari licet, quia † utrumque jus morte poſſeſſoris extinguitur, *l. vectigal. ff. de pignor. l. quod ex rerum. 24. §. 1. ff. de legat. 1. l. ſi quis domum. §. 1. ff. de locat. cap. 1. §. rurſus. tit. quib. mod. feud. amitt. cap. un. §. etſi clientulus. tit. de alienat. feudi.* nemo autem plus juris in alium transferre poteſt, quam ipſemet habet, *l. nemo. ff. de reg. jur.* Non ergò dubitandum, † quin diſpoſitio teſtamentaria de 9
ſubſelliis templorum invalida ſit.

Et ſi quicquam dubii reſtet ex voculâ venditionis, *in dict. art. generali 36.* & hâc diſpoſitionem teſtamentariam non inepte quis dixerit comprehenſam, † quia vocula emtio- 10
nis-venditionis quandoque generaliter pro omni accipitur alienatione, Arius Pinell. *in l. 2. C. de reſc. vendit. part. 2. cap. 4. n. 10. & ſeqq.* Robert. *lib. 1. animadverſ. jur. civil. cap. 8.* Petr. Auguſt. Morla *in empor. jur. part. 1. tit. 9. in præmiſſ. n. 8. & 28.* Veluti quoque † Lex XII. tabb. omnem alienatio- 11
nem & acquiſitionem emtionis verbo complecti videbatur, *l. ſtatu liberi. 29. circa fin. ff. de ſtatu liber. l. ſicut. 8. §. venditionis. 11. ubi.* Gloſſ. *in verb. generaliter. ff. quibus modis pignus vel hypoth. ſolv. l. ſciendum. 19. §. deinde 5. ubi* Gothofr. *ff. de ædil. edict.* Andr. Tiraquell. *de retract. linag. §. 1. gloſſ. 2. n. 1.* Fabian. de Monte *in tract. de emt. vendit. quæſt. 2. princip.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Senatui Leiſnicenſi, die 13. Nov. Anno 12
1622. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern eingeſchickten Bericht wegen des ſtreitigen Kirchenſtandes zwiſchen Wolff *L.* Klägern an einem/und Paul *E.* Beklagten anders Theils verleſen hören. Wann dann Hanſen *A.* Wittwe von ihrem Kirchen-Stande in ihrem letzten Willen zu *diſponi*ren nicht befugt geweſen; Als iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren/ihr wollet ſolchen Kirchenſtand Wolff *L.* Eheweibe / als der verſtorbenen nächſten Erbin nach der Spille/ Inhalts des 36. General-Artickels um die Gebühr zuſchreiben laſſen/ ſie auch darbey ſchützen und handhaben/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCLXIV.

Obitu poſſeſſoris pariter & ejusdem migratione ex parochiâ domiciliivé mutatione extinguitur uſus ſubſelliorum; eaque rurſus templo cedunt.

SUMMARIA.

1. *Eodem modo conſtituitur & finitur uſus & uſusfructus.*
2. *Obitu poſſeſſoris extinguitur uſus ſubſelliorum.*
3. *Ex clarâ ſanctione Electorali.*
4. *Utendi-fruendi jus perſonæ cohæret.*
5. *Perſonalia quæ ſunt, perſonam non egrediuntur.*
6. *Perdit ſellam in templo, qui mutat domicilium & aliò ſe confert.*
7. *Quibus fundamentis & rationibus?*
8. *Elector Saxoniæ parochianis voluit proſpicere conſtructione ſubſelliorum.*
9. *Uſus & uſusfructus non-uſu amittuntur.*
10. *Quod & de jure novo ita ſe habet. n. 11. 13.*
12. *Exceptio debet eſſe de regulâ.*
14. *Servitutes reales ſolâ negligentiâ non-utentis amittuntur.*
15. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
16. *Ejusdem Reſcriptum.*

Sive uſumfructum, ſive ſolum ſubſelliorum uſum poſſeſſoribus tribuamus, non multum quoad eorum amiſſionem refert, † cum uterque 1
eodem conſtituatur pariter ac finiatur modo, *pr. Inſt. de uſu & habitat. l. 1. §. 1. ff. eod.*

eod. tit. l. 3. in fin. ff. de uſufr. Expeditum hinc fit, morte poſſeſſoris uſum ſubſellio-
2 rum extingui, † eaque rurſus templo ſeu Eccleſiæ cedere; nam uſumfructum morte uſufructuarii finiri, plusquam perſpicuum, *l. 3. §. ult. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. l. 3. l. ſi domina. 10. l. ambiguitatem. 12. l. corruptionem. 16. C. de uſufr.* Ergo de uſu
3 idem aſſeramus neceſſe eſt; † quod & verbis expreſſis legitur ſancitum *in Ordinat. Eccleſiaſt. art. general. 36.* §. Derowegen ſol in den Kirchen. *verſ.* So ſol auch kein Stand noch Stul einigem Manne oder Weibe erblich / ſondern allein auf des Beſitzers Lebenlang zuſtehen oder vergönnet werden. *Et poſtea:* Sondern da er ſtirbet/ ſol deſſelben/ es ſey Mannes- oder Weibesſtul / der Kirchen anheim gefallen ſeyn. Nam jus utendi-fruendi
4 perſonæ † cohæret, factumque perſonæ utentis requirit: quâ ſublata, ipſum jus amplius ſubſiſtere nequit, quia perſonalia perſonam non egrediuntur, ſive loquamur de pa-
5 ctis & conventionibus in perſonam † conceptis, ſive de privilegiis & beneficiis uni alicui nominatim indultis, *l. 1. in fin. ff. de conſt. princip. l. ex pluribus. 42. ff. de adminiſtr. & peric. tutor. l. maritum. 12. cum l. ſeq. ff. ſolut. matrim. non ſolum. 8. §. tale legatum. 3. ff. de liber. legat. l. in omnibus cauſis. 68. l. privilegia. 196. ff. de reg. jur.*

Nec aliter res ſe habet, ſi poſſeſſor ſeu em-
6 tor ſubſelliorum † ex parochia migret, domicilium ſuum mutet, & ſolum vertat. Quo caſu quidem Ordinatio eccleſiaſtica nihil expreſſè diſponit, eundem tamen haut ob-
7 ſcurè includit. (1.) † Propterea quia certæ perſonæ ſellas templorum ac uſum aſſignari jubet; quod ſi ergò perſona iſta in parochiâ non ampliùs reperiatur, effectum ſuum ſanctio ſortiri nequit, ut tùm meritò uſus ceſſet.
8 (2.) † Præſertim cùm Sereniſſimus Legiſlator ſolis parochianis ſanctione hac proſpicere voluerit, mutatô verò domiciliô, abſens non ampliùs pro parochianô habetur, nec juribus parœcianorum gaudet. Meritò ideoque ſella ejus Eccleſiæ cedit, quò rurſus aliis vendi queat parochianis, hócque modò non ſolummodò reditus Eccleſiæ augeantur, ſed & commodum aliorum promoveatur, nec ſella vacua relinquatur. (3.) † Quia 9
nec aliter res ſe habet in uſu & uſufructu, qui æquè non-uſu vel negligentiâ haut utentis amittitur, abſque ullâ alterius uſucapione, h. e. etiamſi alius interim, dum non utitur, uſufructuarius per ſpatium temporis legitimum rem bonâ fide & juſtô titulô non poſſideat, *§. finitur 3. verb. & non utendo per modum & tempus. l. arboribus. 12. § 2. & 3. l. non utitur. 38. ff. de uſufr. l. is qui uſumfructum. 20. l. placet. 25. l. Pomponius. 29. ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* Quod † jure Ju- 10
ſtinianeô correctum fuiſſe in *l. corruptionem uſusfructus. 16. §. 1. C. de uſufr.* contendit equidem Carol. Molineus in extricatione ſedecim legum *ad dict. l. corruptionem. num. 101.* & poſt eum Joh. del Caſtillo *in tract. de uſufr. cap. 67. num. 9. & ſeqq.* † Sed malè, 11
ſi verba ultima *dict. §. 1. ibi: Niſi talis exceptio uſufructuario opponatur, quæ, etiamſi dominium vindicaret, poſſet eum præſentem vel abſentem excludere*, probè penſitemus.
† Poſtquam enim exceptio de regula eſſe de- 12
bet, non poteſt non inde probari amiſſio uſusfructus, ſi exceptio haut utentis opponatur, ut pluribus demonſtrat Harppr. *ad dict. §. finitur. 3. num. 20. & ſeqq. Inſt. de uſufr.* Ac † certè idem evincitur ex noviſ- 13
ſima Imp. Juſtin. conſtitutione *in l. ſicut uſumfructum. 13. C. de ſervit. & aqua.* ubi Imp. Juſtinianus indicat, eôdem pariter modô uſumfructum & ſervitutes reales non utendô amitti. Indubitatum verò eſt, ſervitutes reales, puta viam, iter, aquæ ductum & ſimiles † ſolâ negligentiâ non-utentis 14
amitti, nullô etiam adverſarii intervenientis factô, *l. Attilicinus. 35. ff. de ſervit. præd. ruſticor. l. ſi partem. 19. §. 1. ff. quemadm. ſerv. amitt.* Didac. Covarr. *var. reſol. lib. 1. cap. 17. n. 11.* Baldus *de præſcript. 3. part. 4. part. princip. n. 3.* Padilla *in dict. l. ſicut. 13. n. 1. C. de ſervit. & aquâ.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Antonii G. zu *A. die 27. Martii Anno 1609.* 15
(*Verba Sentent.* Hat euer Eheweib Maria/ als ihr mit derſelben zu *S.* gewohnet/ einen Stul in der Kirchen daſelbſt gelöſet und erhalten/ welchen aber nachmals die Kirchväter einer andern Frauen gegen Erlegung der Gebühr zuſchreiben laſſen/ ſo vorgedachtes euer Eheweib nicht geſchehen laſſen wil. Ob nun wol ſonſten niemande ſein Kirchenſtand/ welchen er einmal gelöſet/ und rechtmäßiger Weiſe an ſich gebracht/ bey ſeinen Lebzeiten wieder zu nehmen und einem andern zu geben. Dieweil ihr aber dennoch ſelber berichtet/ daß ihr euer *domicilium* zu *S.* geändert/ und euch nebenſt euerm Weibe nacher *A.* weſentlich begeben / alſo / daß euerm Eheweibe ſelbiger Stul in der Kirchen wenig nütze / und ſie ſolchen ferner nicht beſitzen kan; So hat ſie ſich dieſem nach deſſen ferner nicht anzumaſſen/

ſen/ ſondern es verbleibet bey der Kirch-Väter anderweit gethanen Verkauffung und Hinlaſſung des Standes billich/ ꝛc.)

Et † *Paſtori ac Ædilibus Eccleſiæ Dippoldiswaldenſis, die 20. Maji Anno 1608.* (*Verba Reſcripti:* So iſt hiermit unſer Begehren/ihr wollet gedachter *H.* zu ihrer Mutter Stande noch einen von ihrer verſtorbenen Schweſter Ständen zu löſen geben/ damit ſie alſo in der Kirchen einen Stand haben möge/ die andern Stände aber der Kirchen zum beſten bemeldtem *G.* oder einem andern/ſo ſich zum *D.* weſentlich aufhält/um die Gebühr hinlaſſen/ ꝛc.) 16

DEFINIT. CCCLXV.

In redemtione ſubſelliorum templi poſſeſſoris heredes gaudent jure protimiſeos & prælationis.

SUMMARIA.

1. *Libera cuique debet relinqui rerum ſuarum alienatio.*
2. *Jus protimiſeos in Imperio eſt abrogatum.*
3. *Multis tamen in caſibus etiamnum obtinet.*
4. *Competit heredibus in redemtione ſubſelliorum templi.*
5. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis, num. 6.*
7. *Non invidendum heredibus jus protimiſeos. num. 8.*
9. *Quod nititur jure divino & Lege Moſaicâ.*
10. *Nec non jure canonico.*
11. *Et æquitate naturali.*
12. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi, num. 13.*

1 NOn absque fundamento de hoc quis dubitaverit, poſtquam libera alienatio rerum ſuarum unicuique, nedum Eccleſiæ, eſt permiſſa, *l. dudum. 14. C. de contr. emtio.* ex quô jus protimiſeos per ſanctionem Im-
2 peratoriam † prorſus in Imperio abrogatum, docent Johan. Köppen *deciſ. 52. num. 10.* Andr. Rauchbar *part. 1. quæſt. 43. num. 22. & part. 2. quæſt. 22. num. 8.* Rol. à Valle *part. 1. conſil. 21. num. 8.* Quod ſi ita eſt, quo prætextu in jure protimiſeos funda-
3 re ſe poterunt heredes? † Aſt neminem fugit, multis etiamnum caſibus jus protimiſeos in Imperio exerceri, de quibus dixi *in Juriſpr. Forenſi ad Conſtit. Elector. 31 part. 2. Defin. 2. & multis ſeqq.* ut hinc eos à re-
4 gulâ generali tutò excipere liceat. † Inter quos etiam redemtio ſubſelliorum in templis referenda, in quâ meritò defuncti vel prioris poſſeſſoris heredes præ extraneis gaudent prærogativâ. (1.) Ex
5 clarâ † ſanctione Electorali *in Ordinat. Eccleſiaſt. art. general. 36.* §. Derowegen ſol in den Kirchen. *verſ.* Sondern da er ſtirbet/ ſol deſſelben/ es ſey Mannes- oder Weibes-Stul der Kirchen anheim gefallen ſeyn/ die ihn um ein leydlich Geld des Verſtorbnen nächſten Erben vor allen andern gönnen ſol. *Et* † *in Decreto Synodali de Anno 1624.* §. Wann ſich auch Kirchenſtände durch Abſterben oder Abzug derer/ſo ſie betreten und beſeſſen haben/ erledigen/ſo ſollen die nächſten Erben ſolche zu löſen ſchuldig und pflichtig ſeyn. 6

(2.) † Nec invidendum heredibus parum id ſolatii, qui unà cum defuncto parente vel conſanguineo pretium pro ſellâ templi ex ſolutum amittunt, ut profectò iniquum eſſet, ipſis præferri extraneos, à quibus nec plus † ſperandum pretii, nec quicquam Eccleſiæ per id decedit, cùm idem planè pretium pro redemtione ſubſelliorum heredes ſolvere obſtricti ſint. 7 8

(3.) Idque tantò minùs denegandum heredibus, quia jure divinô † pariter ac lege Moſaicâ jus protimiſeos eſt firmatum, *Lev. cap. 24. verſ. 25. Ruth. cap. 4. verſ. 4. Jerem. 32. v. 7. & 8.* Cum quô † convenit jus canonicum *in cap. conſtitutus. §. extr. de in integr. reſtit.* Johan. Köppen. *deciſ. 52. num. 2.* Joh. Harppr. *in §. ult. num. 25. Inſt. de emt. vendit.* Quidni ergò in redemtione etiam ſubſelliorum id obtineret? Accedente præſertim † æquitate naturali, ne triſte nimium & lugubre ſit heredibus paterna, 9 10 11

terna, avita & antiqua majorum ſubſellia ab extraneis poſſideri, & in manus alienas transferri, *argum. l. in fundo. 38. ff. de rei vindicat. l. ſi in emtionem. 35. ff. de minor. l. 22. §. nec verò domum. C. de adminiſtr. tutor.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector. Superintendenti & Senatui Lipſienſi, die 20. Januarii,* 12
Anno 1633. (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer unterthänigſter Bericht in Sachen Marien *M. G.* Eheweib *contra B. F. M.* und *S. S.* einen ſtreitigen Kirchen-Stul betreffend/gebührlichen vorgetragen worden. Wenn wir dann daraus befinden/daß gedachtes *S.* Tochter/ Peter Z. verſtorbenen Töchterlein nicht allein mit Blut-Freundſchafft verwandt/ ſondern auch ihrentwegen der verledigte Stul binnen gewöhnlicher Zeit bey dem Kirch-Vater gemiethet/ gelöſet und in wirckliche *poſſeſs* gegeben/hingegen aber die *G.* als eine *extranea* ſolchen nur bey dem Cüſter ohne des Kirch-Vaters Einwilligung gelöſet/und hernach *de facto occupi*ret; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ihr wollet gedachten *G.* nebenſt ſeinem Eheweibe ermeldten *S.* Tochter den Stul wieder abzutreten/und deſſen weiter ſich nicht anzumaſſen/auferlegen: Auch den Cüſter/ daß er ohne des Kirchen-Vaters Wiſſen und Willen den Kirchenſtand *G.* Weibe zugeſchrieben/ zu gebührlicher Strafe ziehen/ 2c.)

Et † *Conſiſtorium Lipſienſe Superintendenti & Senatui Leiſnicenſi die 13. Novembr. An. 1612.* 13
(*Verba Reſcripti:* Wann dann Hanſen *A.* Wittwe von ihrem Kirchenſtand zu *diſponi*ren nicht befugt geweſen; Als iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren hiermit/ihr wollet ſolchen Wolff Langens Eheweibe/als der verſtorbenen nächſten Erbin/Inhalts des 36. General-Artickuls um die Gebühr zuſchreiben laſſen/ ſie auch dabey ſchützen und handhaben/ 2c.)

Definit. CCCLXVI.

Præcedunt in redemtione ſubſelliorum inter plures heredes, qui ſunt aliis proximiores.

Summaria.

1. *Jus protimiſeos in redemtione ſubſelliorum ſtatuto introductum eſt.*
2. *Quale etiamnum hodie firmum habeatur.*
3. *Statuta hæc præciſè obſervanda.*
4. *Non extendenda, quia ſtricti ſunt juris.*
5. *Solis heredibus jure protimiſeos ſuccurritur.*
6. *Et inter plures proximioribus.*
7. *Probatur hoc ex Ordinat. Eccleſiaſt. & Decreto Synodali.*
8. *Non habitâ differentiâ linearum.*
9. *Linea tamen deſcendens præcedit.*
10. *Nepotes ad ſellam avi ſunt admittendi.*
11. *Proximior ſi renuat ſellam, alius in ordine admittitur.*
12. *In jure protimiſeos datur locus Edicto ſucceſſorio.*
13. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
14. *Ejusdem Reſcripta, n. 15.*

NOn igitur eſt, quod de jure protimiſeos in redemtione ſubſelliorum templi heredibus competente dubitemus, vel hoc iis
1 invideamus, † cùm ex lege & ſtatuto
id fuerit introductum jure ſat firmo, ut eſt colligere *ex Conſt. Elect. 32. part. 2. in pr. ibi:* Wo aus *ſtatut*en oder bewährter Gewohnheit hergebracht. Nimirum locum habet jus protimiſeos etiamnum hodie iis in locis, ubi ſpeciali ſtatuto vel conſuetudine † fuit introductum; veluti 2
quoque ex generali quadam conſuetudine pleriſque in locis Germaniæ, nec non in Galliâ, Italiâ & Hiſpaniâ, aliisque in regionibus & provinciis id receptum, teſte Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 19. in pr.* Johan. Harppr. *in §. ult. n. 257. Inſt. de emt. vendit.* Virgil. Pingitzer. *quæſt. 36. in pr.* Johan. Köppen *deciſ. 52. num. 12.* Andr. Tira-

quell.

quell. *de retract. in præfat. n.* 1. & *16.* atque
3 hinc † ſtatuta quæque circa jus protimiſeos attendenda fore, non verò conſtitutiones Impp. Romani Lacapeni & Friderici, docet Joach. à Beuſt. *in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 872.* Andr. Rauchbar. *part. 1.*
4 *quæſt. 43. n. 24.* Cùm autem † ſtatuta pariter & conſvetudines ſint ſtricti juris, non extendendæ, Bald. *in l. non ſolùm. col. ult. verſ. ſed in contrarium. C. de bon. quæ liber.* Tiraquell. *dict. præfat. fol. 19.* Johann. Vincent. Honded. *1. Conſil. 110. n. 33.* Meichſner. *deciſ. Cameral. 20. n. 17. & 40. tom. 3.* Regner. Sixtin. *vol. 2. conſil. Marpurg. 9. num 88. & ſeqq.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 1. cap. 9. n. 26. & cap. 10. n. 23.* Felin. *in cap. auditis. col. 6. extr. de præſcript.* Paris *conſil. 25. n. 26.* ſubſiſtendum
5 utique in iis, † neq; hinc jus protimiſeos aliis perſonis, quæ heredes non ſunt, concedendum. Quin & proximioribus ſolummodò ſubvenitur heredibus, qui procul dubio remotiores excludunt; vocatis ſiquidem heredibus, proximiores ſaltem cen-
6 ſentur † indigitati, *l. ult. C. de verb. ſignif.* Bald. *in l. ſi legatis. col. ult. verſ. quare hic dicitur de reb. dub.* Franciſc. Mantica *de con-*
7 *ject. ult. volunt. lib. 8. tit. 13. in pr.* † Quod & claris expreſſum legitur verbis *in Ordin. eccleſiaſt. art. gener. 36.* §. Derowegen ſol in den Kirchen. *verſ.* Die ihn um ein leydlich Geld des verſtorbenen nächſten Erben für allen andern gönnen. & *Decret. Synod. de Anno 1624.* §. Wann ſich auch Kirchen-ſtände. *verſ.* So ſollen die nächſten Erben.

Non tamen refert, qualescunque ſint
heredes, † ſive in lineâ deſcendente, ſive 8
collaterales, quia appellatione heredis in jure omnes indiſtinctè veniunt ſucceſſores, *l. heredis appellatione. 65. ff. de verbor. ſignif. l. qui per ſucceſſionem. 194. ff. de reg. jur.* Schurff. *cent. 1. conſil. 64. n. 7.* Brech. *in l. nihil. ff. de V. S.* Paul. Matth. Wehner. *in vo-*
cab. Erben: ita tamen † ut heredes in 9
lineâ deſcendente ceu proximiores propter jus repræſentationis & proximitatis collaterales ſemper excludant, vel ſolâ ratione naturali id dictante, *l. ſcripto. 7. §. ult. ff. ſi tab. teſtam. null. ext. unde liber. l. cum rat. naturalis. 7. in pr. ff. de bon. damnat. Novell. 1. in præfat. §. primum itaque & Novell. 18.*
cap. 1. verſ. & natura primò, &c. † Ex quô et- 10
iam nepotes ad ſellam avi defuncti ceu proximiores admittuntur, præſertim quia appellatione liberorum reliqui deſcendentes comprehenduntur, *l. liberis. 10. ff. de Senator. l. idem erit. 3. §. liberos autem. 6. de aſſignand. Libert. l. liberorum. 220. ff. de V. S.* Jacob. Menoch. *lib. 4. præſumt. 84. n. 25.*

Planè † ſi vel opus non habeant ſellis, vel 11
eas redimere nolint, qui proximi ſunt, tunc alii in ordine ſuccedentes procul dubio erunt admittendi; regulariter namq;
in jure protimiſeos † ſive retractûs, edicto 12
ſucceſſorio locus datur, ut patet ex *Conſtitutione Friderici Imper.* apud Jacob. Cujac. *in fin. lib. 5. jur. feud.* Andr. Tiraquell. *de retract. §. 11. & 14.*

Ita † Conſiſtorium Supremum in causâ Ludwig *B.* Tochter/Klägerin an einem/Barba- 13
ren Zachariä *Z.* Tochter/Beklagten anders Theils/ *die 4. Maii Anno 1621.* (*Verba Reſcripti:* So ſollen die ſtreitigen Stüle in ermeldter Thum- und St. Peters-Kirchen/gegen Entrichtung des Löſegelds der Klägerin/ als nächſten Erbin verbleiben/ ꝛc.)

It. † Superintendenti Dresdenſi, die 17. Auguſti Anno 1625. (*Verba Reſcripti:* Was maſ- 14
ſen Samuel *S.* zu Dippoldswalda über den Pfarrer daſelbſt/daß er ſeinem Mündlein Paul *L.* ſeines Vatern hinterlaſſenen Kirchenſtand nicht zuſchreiben laſſen wolle/ſich beſchweret/ſolches habt ihr aus dem Einſchluß zu vernehmen. Begehren hierauf an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns/ihr wollet die Verordnung thun/damit gegen *Supplicant*ens Erbieten Paul *L.* bey ſeines Vatern Stand gelaſſen werde/oder da es vonnöthen/ uns nach eingezogener Erkundigung die Beſchaffenheit mit Zurückſendung der Inlage ehiſt zu erkennen geben/ ꝛc.)

Et † Diacono ac Senatui Chemnicenſi, die 3. April. Anno 1633. (*Verba Reſcripti:* Was an 15
uns Hans *A.* wegen ſeines Großvaters Kirchenſtand zu St. Jacob bey euch gelangen laſſen/ das habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann ſein Suchen der Billigkeit gemäß; Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ihr wollet geſtalten Sachen nach *Supplicant*en klagloß machen/ und die Billigkeit anordnen/ ꝛc.)

Definit. CCCLXVII.

Non habitâ ratione Agnationis vel Cognationis, ſola graduum proximitas in redemtione ſubſelliorum templi attenditur.

SUMMARIA.

1. *Separari ab invicem debent ſubſellia virorum & fœminarum in templis.*
2. *Num agnationis & cognationis ratio habenda in jure protimiſeos?*
3. *In rebus expeditoriis ſoli agnati, in geradâ vero ſolæ cognatæ ſuccedunt.*
4. *Diſpoſitio de rebus expeditoriis, & geradâ ad ſubſellia templorum non extendenda.*
5. *Deciſio negativa probatur.*
6. *Quæ & placuit Scabinis Lipſienſibus.*
7. *Ratio decidendi profertur ex Ordin. Eccleſ. & Decreto Synodali.*
8. *Verba indifferenter poſita, indifferenter quoq; accipi debent.*
9. *Quid ſi plures concurrant proximiores eodem in gradu conſtituti?*
10. *Arbitrio Ædilium Eccleſiæ aliquid indulgendum hoc caſu.*
11. *Vel etiam res ſorte decidenda.*
12. *Ex communi modo dividendi, jure Romano recepto.*
13. *In caſu dubio res ſorti plerumq; committitur.*
14. *Reſcriptum conſiſtorii Supremi.*

1 POſtquam in benè conſtituta Republicâ ſeparatæ ab invicem ſunt ſellæ in templis virorum & fœminarum, quò evitetur confuſio, omniaque decenter ac ordine fiant, dubitari
2 poteſt, annon † etiam in redemtione harum ratio agnationis habenda, ejusque diſcrimen in hæredibus redimentibus obſervandum ſit, ita ut fœmina ex agnato heres, ad defunctæ mulieris ſellam haut admittatur, nec vir ex cognatâ
3 heres ad ſubſellia defuncti cognati, † prout fieri videmus in ſucceſſione rerum expeditoriarum & bonorum utenſilium; In illis ſiquidem ſoli agnati: in hisce verò ſolæ cognatæ ſuccedunt, Weichbild *art. 23.* Landrecht/*libr. 3. art. 15. & lib. 1. art. 27.* Hartm. Piſtor. *libr. 1. quæſt. 33. n. 18.* Dan.
4 Moller. *lib. 2. ſemeſtr. 5.* † Sed malè prorſus diſpoſitio Saxonica de geradâ & rebus expeditoriis ad caſum præſentem & redemtionem ſubſelliorum in templis extenditur, niſi quis & ipſa ſubſellia ad res expeditorias vel bona utenſilia referre velit, temerario
5 prorſus auſu & conatu abſurdo. † Quin potiùs ſublatâ hodie differentiâ agnationis & cognationis, *Novell. 118. cap. 4.* ſolam graduum proximitatem reſpiciendam dicimus, ita ut heres ſive jure agnationis ſive cognationis proximior ratione gradûs ad ſellam defuncti poſſeſſoris ſexûs utriusque admittatur, remotioribus excluſis, † veluti quoq; *Scabinos Lipſienſes* pronunciâſſe ſcio *ad requiſitionem* Martin 6
Schwartzens zu Leipzig/ *Menſ. Jan. Anno 1634. hiſce formalibus:* Iſt Maria B todes verfahren/und hat ihres Vaters Schweſter Tochter an einem / und ihrer Mutter Schweſter-Tochter am andern Theil nach ſich verlaſſen / und es hat ſich durch ihr Abſterben ein Bäncklein in der Kirchen zu St. Niclas verlediget; So wird ſolches Bäncklein vermöge der Kirchen-Ordnung einer unter gedachten beyden Perſonen/ weil ſie im gleichen Grad der Blut-Freundſchafft verwandt ſeyn/überlaſſen / und da ſie ſich hierüber nicht vergleichen können / werden ſie durchs Looß billich entſchieden. Nec † etiam Ordinatio eccleſiaſtica jus protimiſeos in ſubſelliis deferens inter agnationem & cognationem diſtingvit, ſed indifferenter heredibus proximioribus facultatem redimendi concedit, (denen nächſten Erben) quæ verba cùm generaliter & indifferenter poſita ſint, † indifferenter etiam accipi debent, *arg. l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. præfect. urb. l. Julianus. ff. de legat. 3.* 7
8

Quid verò ſi † plures ſive ex agnatione, ſive cognatione ſolâ, vel ex utraque plures concurrant proximiores pari in gradu conſtituti? Non omne arbitrium pro ratione circumſtantiarum, uni vel alteri plus favoris † exhibendi ademptum 9
10

emtum hoc caſu erit Ædilibus ſeu Præfectis Eccleſiæ. Quod ſi verò omnis prærogativæ ratio deficiat, ſorti fieri poterit
11 aſſignatio, † quod & Scabinis placuiſſe tenor ſententiæ modò prolatus fidem facit, idque per *text. in l. ſi duobus. 3. Commun. de legat. l. 2. C. quando & quib. quart. pars &c. lib. 10.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 42. n. 2.*
12 Qui modus partitionis † de jure Romano fuit receptus in dividendo communi patrimonio, *l. 4. § ſed & tabulas. l. ſi quæ ſunt. 5. l. puta. 16. l. officio. 27. ff. famil. ercíſ.* Et alias plerumque † in caſu dubio res ſorti 13 committitur. *l. cum ambo. 14. ff. de judic. l. generaliter. 24. §. quid ergo. 17. ff. de fidei-comm. libert. Novell. 162. cap. 3. in fin.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 25. Defin. 2. n. 1.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Leiſnicenſi, die 19. Novembr. Anno 1630.* 14
(*Verba Reſcripti:* Wir haben euer eingeſchicktes Schreiben und angehengte Frage über den 36. *General*-Artickul von den Stülen in den Kirchen/ob und wie weit das *diſcrimen ſexus* darbey in acht zu nehmen/ verleſen hören. Wann dann bemeldter Artickul an ſich ſelbſt unverdunckelt/und dieſes vermag/daß Mannes-oder Weibes-Stüle/ wann ſie erlediget der Kirchen anheim fallen/ und um ein leydlich Geld des vorigen Beſitzers nächſten Erben vor allen andern gegönnet werden ſollen; Als werdet ihr euch darnach achten/ und uns in allen zweiffelhafftigen Fällen hiervon umſtändiglich berichten/ auch Beſcheids darauf erwarten/ 2c.)

DEFINIT. CCCLXVIII.

Jus protimiſeos ſeu prioritatis in redemtione ſubſelliorum templi non niſi intra menſtruum ſpatium exerceri poteſt, quo elapſo extingvitur.

SUMMARIA.

1. *Juri protimiſeos ex pacto, triginta demum annis, anno & die præſcribitur.*
2. *Quâ præſcriptione omnis tollitur actio in foro Saxonicò.*
3. *Ex ſtatuto autem jus protimiſeos competens ſaltem intra annum exercetur.*
4. *Actus in præjudicium alicujus factus, intra annum retractari debet.*
5. *Quo tempore præſcribatur redemtioni ſubſelliorum in templo?*
6. *Præfinitum eſt hoc caſu ſpatium menſtruum.*
7. *Quâ de causâ?*
8. *Moræ tamen purgatio ex causâ admittitur poſt menſem. n. 9.*
10. *Regulariter currit præſcriptio ignoranti.*
11. *Ignoranti non currit præſcriptio menſtrua.*
12. *Quod aliter ſe habet in præſcriptione annali & breviori. n. 13.*
14. *Cauſa & ratio diverſitatis quænam?*
15. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*
16. *Ejusdem Reſcripta. n. 17.*

1 ETſi juri protimiſeos ſive retractûs ex pacto vel conventione competenti triginta demum annis anno & die præſcribitur, ut patet ex *Conſtit. Elector. 32. verſ.* Dißfalls aber
2 hätte/ 2c. *part. 2.* quia præſcriptione † hac in forô Saxonicô omnis tollitur actio. *art. 29. lib. 1.* Landrecht. Matth. Coler. *ad cap. de quarta. 4. num. 84. extra de præſcript.* perinde ac de jure civili ſpatio 30. annorum, *l. ſicut 3. l. ult. C. de præſc. 30. vel 40. annor. l. 2. C. de conſt. pecun.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 13. Defin. 4. num. 2.* † attamen ſi ex ſtatuto jus hoc alicui competat, non niſi intra annum id exerceri poteſt, quo elapſo retrahens ulterius non auditur, *dict. Conſtit. Elector. 32. §.* Wann aber ſolche *denunciation. verſ.* So ſol er innerhalb Jahresfriſt/ 2c. Nam & alias † actus in præjudicium alicujus 4 factus

factus intra annum retractari debet, ſecundùm regulam juris Saxonici, de quâ videri poteſt Henn. Göden. *conſil. 4. num. 19.* & Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 15. num. 46.*

5 Annùm ergô etiam † heredi ſubſellia
in templo redimenti annale ſpatium erit
indultum? Coarctandum id judicavit Sere-
niſſimus Saxoniæ Elector, menſtruum præ-
finiens hoc caſu ſpatium ſellas redimere vo-
6 lentibus † *in Decreto Synodali de Anno 1624.*
§. Wann ſich auch Kirchenſtände durch
Abſterben oder Abzug derer/ ſo ſie betreten
und ſie beſeſſen haben/ erledigen; So ſol-
len die nächſten Erben ſolche innerhalb
vier Wochen bey Verluſt derſelben zu lö-
ſen/ und der Kirchen das Geld zu entrich-
ten ſchuldig und pflichtig ſeyn. Quod du-
7 plici † de causâ factum reor. *Primo*, ut com-
peſcatur negligentia heredum, eoque citiùs
extraneis de ſubſelliis in templo proſpici
poſſit: *Deinde*, ne Eccleſia diutiùs ſolutio-
nem pretii, quo opus forſan habet, ex-
pectare cogatur. Non tamen hoc ita
8 accipi debet, † ut omnis moræ purgatio
heredibus præcludatur; Quid enim ſi æ-
gritudo proximi heredis, neceſſitas ma-
ris, incurſus hoſtium, aliudvè impedimen-
tum legitimum interveniens redemtionem
9 impediret? Sanè tum etiam † poſt menſem
heredes admitti dixerim, quia tempus hujus
præſcriptionis non eſt continuum, ſed utile,
*arg. l. 1. ſub fin. C. de annal. except. l. ob com-
miſſa. C. ad leg. Jul. de adult.* Andr. Tiraq. *de
retract. lignag. §. 1. gloſſ. 10. n. 36. & multis
ſeqq. & §. 3. gloſſ. 4. verb. ne ſera plus recen.
num. 5. ibi: quid tamen, ſi juſtum aliquod
impedimentum. & n. ſeq.* Matth. de Afflict.
*in tract. de jur. protimiſ. §. ut intra 30 dies.
num. 24.*

Quâ de causâ & ignorantia heredis † ef- 10
ficit procul dubio, ut poſt mortem ad-
mittatur ad redemtionem ſubſelliorum; Etſi
enim alias præſcriptio ignoranti currit,
uſq; adeò † ut contra eam non detur reſti- 11
tutio in integrum *l. ult. circa fin. C. de præ-
ſcript. longi tempor. Conſtit. Elector. 9. part.
2.* ubi Daniel Moller. aliter tamen res ſeſe
habet † in annali, vel etiam brevioris tem- 12
poris præſcriptione, Chriſtoph. Zobel. *in
gloſſ. ad art. 28. verb.* Kommet aber nie-
mand in Jahr und Tage/ *lib. 1.* Landrecht.
Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 12. num. 25.*
Andr. Rauchbar. *part. 2. quæſt. 15. num. 25.*
Quod ſi enim tempus annale † ignoranti 13
non currit, *l. ſemper. 15. §. hoc interdictum. 3.
verſ. annus. ff. quod vi aut clam. l. annus. 6.
ff. de calumn. l. genero. ff. de his qui not. in-
fam. l. 2. ff. quis ordo bonor. poſſeſſ. ſervet.*
Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 12. num. 26.*
multò minùs ignorantia † in præſcriptione 14
menſtruâ poterit ei nocere, quia ſupina illa
negligentia non pertinentis, ob quem præ-
ſcriptio temporis longiſſimi principaliter
fuit introducta, in tam brevi unius anni,
nedum menſis ſpatio, jure ſuo ob facti igno-
rantiam non utenti imputari nequit, Da-
niel Moller. *ad dict. Conſt. Elect. 32. n. 13.
part. 2.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Matthæi Z.* zu *L. die 27. Auguſt. Anno 1626.* 15
(*Verba Sententiæ:* Iſt euer Frauen Schweſter mit Tod abgangen/ und weil euer Eheweib ihre nächſte Erbin/ hat ſie ſich auch ihres Kirchenſtandes anmaſſen/ und ſolchen bey den Kirchen-Vätern löſen wollen/ welche aber berichtet/ daß ſolcher allbereit von einer andern Perſon hingelaſſen. Ob nun wol derſelbe euer Frauen vor andern gebühret; Dieweil ihr aber ſelbſt berichtet/ daß ſich bemeldtes euer Eheweib binnen 4. Wochen nach ihrem Abſterben darzu nicht angegeben/ ſondern allererſt die 6. Woche hernach kommen; So hat ſie ſich dadurch ihres Rechtens verluſtig gemacht/ und mag nunmehr ferner zu ſolchem Kirchenſtande nicht gelangen/ ꝛc.)

It. † *Superintendenti Leiſnicenſi, die 24. April. Anno 1629.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben 16
euern eingeſchickten Bericht wegen der ſtreitigen Kirchenſtände bey euch/ verleſen hören/ ſeynd auch von der *Supplicant*en mit der Inlage angelanget worden. Wann dann daraus zu befinden/ daß dieſelbe ſich an Löſung des erſten Standes verſäumet/ und ihr allbereit ein anderer angewieſen worden. Als iſt hierauf an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ ihr wollet ſie bey dem letzten ſchützen/ oder da ſolches nicht ſeyn kan/ ihr förderlich einen andern bequemen Stand um die Gebühr einräumen/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti Freybergenſi die 5. Julii Anno 1633.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben 17
euern/ und der Kaſten-Vorſtehere eingeſchickten Bericht/ die von *D. Georgio* Schöllern drey ſtreitige erkauffte Weiber-Stüle belangende/ verle-

ſen. Wann dann daraus zu befinden/ daß zwar ihrer drey wegen dieſer Stüle ſich angeben/aber doch in gebührlicher üblicher Friſt keine darum angehalten/ und alſo derſelben ſich verluſtig gemacht. Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/ihr wollet *D.* Schöllern darbey verbleiben laſſen/rc.)

Definit. CCCLXIX.

Non invidendum Nobilibus parochianis, ſi de commodioribus ſubſelliis in templo iis proſpiciatur, vel etiam in horum aſſignatione aliis hi præferantur.

SUMMARIA.

1. *Redemtio ſubſelliorum in templis ad ſpatium menſtruum eſt reſtricta.*
2. *Quo elapsò heredes cenſentur ei renunciaſſe.*
3. *Et revertuntur ſubſellia ad Eccleſiam.*
4. *Quibus Ædiles Eccleſiæ aliis proſpicere poſſunt parochianis.*
5. *Ubi Nobilibus prærogativa haud invidenda.*
6. *Nobilitas apud omnes gratioſa.*
7. *Præcedentia tribuenda ei, qui de meliori creatus eſt ſangvine.*
8. *Nobilibus tamen non-parochianis nulla tribuenda eſt prærogativa.*
9. *Ratio hujus limitationis quænam?*
10. *Cauſa duplicata tribuit præeminentiam?*
11. *Cardinalis Epiſcopus Cardinali non-Epiſcopo præferendus.*
12. *Ceſſante juris ratione, ipſum jus ceſſat.*
13. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 14.*

1 AD certum ideoque tempus, menſtruum nempe ſpatium, reſtricta eſt prærogativa redemtionis ſubſelliorum, poſſeſſoribus heredibus data, quo elapsò ulteriùs eam prætendere non valent, obſtante ipſis exceptione præſcriptionis † propriæque renunciationis, quia intra tempus ad redemtionem ſibi indultum ſubſellia anteceſſorum defunctorum haut petentes iis renunciare videntur. † Quare tùm libero Præfectorum ſeu Ædilium Eccleſiæ arbitrio relictum erit, ſubſellia cuinam velint, vendere & aſſignare, *ex Ordinat. Eccleſ. art. general. 36.* §. Derowegen ſol in den Kirchen *verſ.* Und da deren nicht vorhanden/ oder nicht darum bey dem Pfarrer oder Kirchen-Vätern anhalten würden/einem andern/ der ihn begehret/ verkauffen/ rc. Ita tamen, ut circumſtantias quasvis probè ponderent, ex iisque judicium ſuum hac in re informent. Certè ſi benè de Eccleſiâ meritos † vel nobiliores parochianos aliis præferant, iisq; de commodioribus proſpiciant ſubſelliis, non poterit favoris hoc ipſis vitio verti, nec etiam

Nobilioribus id invidendum. Præterquam enim quòd parochiani ſint, & fundamento redemtionis communi cum aliis nitantur, † dignitas quoq; & præeminentia ſtatûs accedit, quæ ipſis non parùm præcedentiæ tribuit; digniores ſiquidem cæteris ſunt præferendi, *l. 1. ff. de albo ſcribend. l. ult. ff. de fide inſtrum.* Jo. Limn *lib. 4. juriſpubl. 9. n. 41.* Herm. Kirch. *in legato lib. 2 cap. 5. n. 84.* Eſtque gratioſa † apud omnes nobilitas, & ut novus homo Arpinas fatetur, nobilitati omnes favent, Cic. *pro P. Sext.* Kirchn. *de legat. lib. 1. c. 4. n. 147.* ac quando de præcedentiâ ſeu prærogativâ vertitur certamen, præfertur ille, qui † de meliori creatus eſt ſangvine, ut voluit Bald. *in l. nemini. C. de advocat. diverſ. judic.* Abb. *in cap. dudum. notab. 4. extr. de elect.* 5 6 7

Sed de parochianis tantummodò Nobilibus hoc acceptum velim. Aliis enim, † qui parochiani non ſunt, nulla eſt concedenda prærogativa; ſolis ſiquidem parochianis proſpicere voluit Sereniſſ. Saxo ſubſelliorum conſtructione & aſſignatione, ut colligere eſt *ex Ord. eccleſ. dict. art. gen. 36.* Non igitur quicquam prætendere juris poſſunt; nedum prærogati- 8

 vam

vam ſibi arrogare in redemtione ſubſelliorum Nobiles, qui parochiani haut ſunt, ſed
9 alterius diœceſi ſubjecti. Quin † & ratio prælationem parochianis Nobilibus tribuens in iis deficit. Nititur nempe ea duplici jure, quia parochiani pariter & Nobiles ſunt, cau-
10 ſa verò duplicata plus tribuit † præeminentiæ quàm una ſola, Jaſon. *in l. re conjuncti. n. 18. ff. de legat. 1.* Jacob. Menoch. *lib. 1. conſil. 51. n. 31.* Andr. Tiraquell. *de nobilit. cap. 5. n. 81.* & duplicem habens dignitatem præfertur habenti unam, Petr. Galeſat. *de*
11 *equeſtr. dignit. n. 53.* Veluti hinc † Cardinalis Epiſcopus Cardinali non-Epiſcopo præfertur, ſicut & Cardinalis presbyter Cardinali Diacono, *Clem. 2. §. initium. de elect. can. cleros. diſt. 21. can. oportebat. diſt. 69.* Don. Garſ. Maſtrill. *de Magiſtratib. lib. 4. cap. 13. n. 61.* ut hinc verè opponatur Nobilibus extra parochiam ſubſellia petentibus illud vulgatum: † ceſſante juris alicujus rati- 12
one, ipſum jus ceſſat, *cap. cum ceſſante 60. extr. de appellat. l. cum pater. 77. §. dulciſſimus. 20. ff. de legat. 2. l. generaliter. 52. §. 1. C. de Epiſc. & Cleric.* Barboſ. *in axiom. juris uſufreq. axiom. cauſ. 40. n. 4.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Nicolao & Johanni Heinrico à Lüttichaw, die 24. April. 13
Anno 1611. (*Verba Reſcripti:* Welcher maſſen uns Hans George von *S.* zu *K.* angelanget/das befindet ihr inliegende. Wann wir dann vor unbillich nicht achten/ daß den Eingepfarrten von Adel vor ſie/ihre Weiber und erwachſene Kinder nach Gelegenheit der Kirchen bequeme Stände vor andern einzuräumen/ſolches auch an andern Orten alſo gehalten wird; So werdet ihr euch hierinnen gegen dem von *S.* ſelbſt zu bezeigen wiſſen/ ꝛc.)

Et † Superintendenti ac Senatui Coldicenſi, die 19. Septembr. Anno 1637. (*Verba Reſcripti;* 14
Wir haben euern eingeſchickten Bericht betreffende die Irrungen/ ſo zwiſchen dem Obriſten Lieutenanten und Amtſchöſſern bey euch über einen Kirchenſtand ſich enthalten/verleſen hören. Wann wir dann hieraus befunden/das Gottes-Väter unſerer Kirchen-Ordnung zuwider/ *M.* zu *H.* als welcher dahin nicht gepfarret/ *An. 1630.* einen neuen Stul vor ſein Weib in eurer Kirchen zu bauen vergönnet/hernach der von *M.* mit ſeiner *famili*en ſich an einen fernern Ort gewendet/ und die Stüle in etlichen Jahren von den Seinigen nicht beſeſſen worden; Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ihr wollet erwehnten Obriſten Lieutenanten gedachtes von *M.* Weibes Kirchenſtand bis auf unſere fernere Verordnung einräumen/ immittelſt den Amtſchöſſer bey dem Schleinitziſchen Stande ruhig verbleiben laſſen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCLXX.

Subſellia Officialium publica in templis nulli ſubjecta ſunt redemtioni poſt ipſorum obitum.

SUMMARIA.

1. *Peculiaria aſſignantur ſubſellia Officialibus; & quibus nam?*
2. *Quâ ex causâ & ratione?*
3. *Subſellia hæc aliis non vendenda & aſſignanda, n. 7.*
4. *Probatur hoc ex Ordinatione eccleſiaſticâ.*
5. *Intuitu officii ſubſellia hæc conceduntur.*
6. *Honorum & munerum nundinatio ſordida & exitioſa.*
8. *Sub diſpoſitione generali non comprehenduntur caſus ſpecialiter privilegiati.*
9. *Regulariter non veniunt, quæ ſpeciali notâ ſunt digna.*
10. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi, n. 11.*

1 UBique ferè locorum uſu ac conſvetudine laudabili receptum eſt, ut publica conſtruantur & aſſignentur ſubſellia Officialibus, veluti ſunt in Academiâ Profeſſores, in civitatibus Magiſtratus, Senatores, Quæſtores ſive Præfecti, in villis verò Collatores, Nobiles, Schulteti & Scabini, nec

non

2 non Eccleſiæ Ædiles. Cauſa † ſiquidem officii publici hanc præeminentiam exigit, ut locus peculiaris in templo & præ reliquis quaſi honeſtior ipſis tribuatur, vulgò der Amts-Stul. Cujus hæc eſt
3 ratio, † ut officium concomitetur, & poſt obitum vel diſceſſum Officialis transeat unà cum officio ad ſucceſſorem. Quare nec heredibus ullum in hisce competit jus protimiſeos † vel prærogativa, nec aliis ſubſellia ejusmodi vendi debent, prout
4 claré ſancitum *in † Ordinat. eccleſiaſt. artic. general. 36. §. ult. ubi:* Was aber von Verkauffung der Stüle itzt gemeldet/ das ſol allein auf die Privat-Perſonen/ und nicht auf die Geſtüle/ die in Städten der *Univerſit*ät oder dem Rath/ Hauptmann oder andern/ ſo *in publico officio* ſeyn/ in Dorffkirchen aber auf die *Collatores*, die von Adel/ und da Richter/ Schöppen/ Kirch-Väter/rc. beſondere Stüle hätten/ verſtanden wer-
5 den. Ratio hujus ſanctionis † obſcura haut eſt, intuitu ſcilicet officii publici ſubſellia hæc ſunt conſtructa, non magis ergò quàm ipſa officia aliis vendi & diſtrahi poſſunt ac debent; nulla non enim publicorum honorum & munerum nundinatio ſordida & exitioſa exiſtit, † quin 6
nec ullius rei venditio majori fraudi communibus rebus fore videtur, quàm ejus, in quâ ſumma conſilii publici ſalus, vel ſaltem reſpectus continetur, Herman. Kirchner. *in Morviller. lib. 3. cap. 5. n. 7.* Nec † quæ de ſubſelliorum diſtractione in 7
genere dicta fuerunt, ad publicas & privilegiatas Officialium ſellas ſunt extendenda; quia ſub diſpoſitione generali non comprehenduntur † caſus ſpecialiter privi- 8
legiati, *l. decurionibus 3.* ac ibi gloſſa & Bartol. *C. de ſilentiar.* Bald. *in l. ult. circa finem. C. ſi contra jus vel util. publ.* Andr. Tiraquell. *de utroque retract. part. 1. §. 1. gloſſ. 14. n. 103. & ſeq.* Meichſner. *deciſ. Cameral. 3. num. 5. tom. 3.* Hier. Treutler. *conſil. 7. n. 49.* † & regulariter non veni- 9
unt, quæ ſpeciali notâ ſunt digna, *cap. per translationem*, ubi Dd. *extr. de off. leg. cap. ult. extr. de præbend.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecular. & eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 4. cap. 16. n. 49.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Senatui Oſſitienſi, die 13. Septembr. Anno 1615. (Verba Reſcripti: Was maſſen uns der Amtsvoigt bey euch Johann *P.* wegen Erbauung eines Standes/ vor ſich/ ſein Weib und ihre *Succeſſores* in eurer Pfarrkirchen *ſupplicando* angelanget/ ſolches habt ihr inliegende zu befinden. Wann es dann gebräuchlich/ daß denen Amts-Perſonen in der Kirchen gewiſſe Stände vergönnet werden; Als werdet ihr euch gegen *Supplicanten*/ ſeinem Weibe und ihren Nachkommen der Gebühr zu bezeigen wiſſen/rc.) 10

Et † Superintendenti ac Senatui Haynenſi, die 19. Februar. Anno 1627. (Verba Reſcripti: 11
Wir haben euern des Superintendenten und Kirchvaters eingeſchickten Bericht/ die Irrungen/ ſo zwiſchen dem Schöſſer bey euch und dem Verwalter des Guths *A.* wegen etlicher Weiber Kirchenſtüle/ von alters der Amts-Stul genannt/ ſich erhaben/ verleſen hören. Ob wir nun wol hieraus zu vernehmen/ es ſey von Alters alſo herkommen/ daß von des Schöſſers Weibe und Zugehörigen/ die erſten/ von ihm aber die letzten vier Stände beſeſſen/ auch dahero der Amtsſtul genennet worden. Dieweil es aber bisheto alſo nicht gehalten worden; Als iſt hierauf an ſtatt höchſtgedachte unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ ihr wollet beyde Theil beſcheiden/ daß die oberſte Stelle des Schöſſers/ die nächſte des Verwalters Weib behalten/ hernach der Schöſſerin/ folgends der Verwalterin Töchtere und dann letzlich ihre Dienerinne ſitzen/ und doch kein Theil mehr dann die Helffe des Stuls einnehmen ſol/ rc.

Definit. CCCLXXI.

Quorundam ſumtibus ſubſellia Officialium publica in templo conſtruenda & ædificanda?

Summaria.

1. *Ex reditibus Eccleſiæ ſumtus ad fabricam ejus deſumendi.*
2. *Qui ſi non adſint, parochiani contribuere tenentur.*
3. *Idemq́ obtinet in reparatione partiali.*
4. *Num Eccleſiæ ſumtibus ſubſellia Officialium exſtruenda?*
5. *Movetur ratio dubitandi.*
6. *Onus ſpectat ad eum, qui commodum ſentit. num. 7.*
8. *Refellitur ratio dubitandi.*
9. *Deciſio negativa.*
10. *Incumbit autem hoc onus Collegio officialium.*
11. *Niſi ſubſellia publica ab Eccleſia redimantur à novis Officialibus, n. 12.*
12. *Aut ſi conſvetudine aliud ſit introductum.*
13. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Diximus *ſupra Defin. 338. & 339.* ex ærario ſeu proventibus Eccleſiæ ſumtus ad fabricam ejus fore deſumendos, aut ſi in facultatibus tantum non habeat, quod ſufficere poſſit, ipſos parochianos ad contributionem
2 ſumtuum † horum eſſe obſtrictos, per *Ordin. eccleſiaſt. Elect. Saxon. art. gener. 32.* quod nec de jure canonico aliter ſe habet, ut videre eſt *in can. decernimus. 10. quæſt. 1. can. priſcis. can. unio. 10. quæſt. 3. can. vobis. can. conceſſo. can. quatuor. can. de reditibus 12. quæſt. 2.* Gerhard. Maynard. *deciſ. Tholoſ. 40. lib. 1.* Paul. Chriſtin. *Belgic. 24. n. 2. vol. 2.* Caſpar. Klock. *de contribut. cap. 10. ſect. 1. num. 51.* Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 48 n. 10. & 13.*
3 † usque adeo, ut in conſtructione & reparatione etiam partiali idem obtineat prout demonſtratum dedimus *ſupra Defin. 350.*
4 Ex quo ſanè dicendum videtur, † ſubſellia quoque Officialium ſumtibus eccleſiæ ſeu parochianorum eſſe conſtruenda, quippe quòd fabrica hæc Eccleſiam æquè concernat, & pro reparatione ejus partiali ha-
5 beatur? Non malè † forſan quæſtio hæc ita decidetur, modò ſubſellia ejusmodi jure proprietatis ad Eccleſiam ſpectent, ex quibus lucrum atq́ne reditus capiat: iniquum etenim eſſet, ſumtus renuere ad conſtructionem alicujus rei, unde lucrum ſperatur, vel ſaltem ex regulâ juris vulga-
6 ta: † onus & incommodum ſuſtineri ab eo, qui ſentit commodum, *l. 1. in pr. ff. ad SCt. Trebellian. l. in ration. in pr. ff. ad leg. Falcid. l. fin. ff. de legat. 3. l. ſi ex toto. in pr. l. quòd in rerum. §. 1. ff. de legat. 1.* nec ferendus eſt, † qui lucrum amplectitur, 7
onus autem ſubire recuſat, inquit Imp. *in l. un. 9. §. pro ſecundo l. C de Caduc. tollend. l. manifeſtisſimè. §. ſed cum C. de furt.* † Cum 8
verò nihil quidquam commodi vel lucri Eccleſiæ ex ſubſelliis Officialium publicis accedat, quippe quæ nunquam ad illam revertuntur, nec pro certo pretio rurſus diſtrahi poſſunt, *Defin. præced.* quin nec jure proprietatis ad Eccleſiam ſpectant, ſed pro ædificiis publicis ac privilegiatis habentur, † non certè ad horum 9
conſtructionem ſumtus ab eâ exigere licet, ſed incumbit hoc onus Officialibus, vel potiùs ipſi † Collegio, cui ſubſellia 10
proprietatis jure cedunt, in commodum Aſſeſſorum pariter præſentium & ſubſequentium ſucceſſorum.

Atque hinc patet, Eccleſiam hoc onere non ſublevari, ſi ex conventione † cum 11
Officialibus initâ, pro certo pretiò ſubſellia iſta à ſucceſſoribus & novis Officialibus redimantur. Ex quo enim tùm commodum ſucceſſivum Eccleſiæ accedit, non habet, quod † de erogatione ſumtuum ad 12
conſtructionem & reparationem ſubſelliorum conqueri poſſit. Quin etſi aliud conſvetudine receptum probetur, ulterius de hoc non ambigendum, quin potiùs ei † præcisè inhærendum erit: In erogatio- 13
ne ſiquidem ſumtuum ſemper primùm conſvetudo & obſervantia eſt attendenda, *arg. cap. ad Apoſtolicam. 42. extr. de Simon.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecular. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. c. 3. n. 17.* Alvar. Valaſc. *deciſ.*

decif. 179. n. 7. Caſp. Klock. *de contrib. cap. 10. ſect. 1. n. 16.* Paul. de Citadin. *de jure patronat. part. 6. art. 5.* Lambert. *quæſt. 7. princip. art. 2. n. 5.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi, die 24. Martii Anno 1623. (Verba Scripti:* Was an uns der Schöſſer und Amtſchreiber zu Dippoldiswalda wegen Erbauung zweyer Amtſtüle für ihre Weiber gelangen laſſen/ das habt ihr aus dem Einſchluß zu vernehmen; Und iſt hierauf an ſtatt unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren/ Ihr wollet der *Supplicant*en und ihre *Succeſſorn* Weibern ſolche vergönnen/ die Unkoſten aber nicht von den Kirch-Vätern ſondern ausm Amte erſtatten laſſen. Es wäre denn/daß ihre Weiber ſolche Stände itzo alſobald löſeten/und nach ihrer Männer Abzuge dieſelbe der Kirchen heimfallen/ und ihrer *Succeſſorn* Weibern iedesmal hinwieder auf begebende Fälle zu löſen gegeben werden ſolten/ꝛc.) 14

Definit. CCCLXXII.

Uſus ſubſelliorum publicorum haut concedatur aliis, qui ipſi Officiales non ſunt.

SUMMARIA.

1. *Subſellia publica ſpeciali jure ac privilegio ab Officialibus poſſidentur.*
2. *Uſum ſubſelliorum publicorum haut concedendus.*
3. *Quia intuitu officii ſunt aſſignata Officialibus.*
4. *Privilegium non extenditur ad alias perſonas.*
Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Osſitienſi, die 22. Januar. Anno 1614.* (*Verba* 10
Reſcripti: Was maſſen uns Wentzel *R.* zu *A.* im Kirchſpiel Mochau wegen ſeines verſtorbenen Sohnes Simon *R.* Begräbniß *ſupplicando* angelanget/ ſolches habt ihr inligende zu befinden. Wofern es nun an deme/ daß wider *Supplicantens* Sohn wegen des entleibten Hanſen *W.* zu Recht nichts ausgeführet; So können wir nicht befinden/ warum ihme die *ſepultur* zu verweigern; Begehren derohalben an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit/ Ihr wollet Verordnung thun/ damit dieſe Leiche alſobald gebührlich zur Erden beſtattet werde/ ꝛc.)

Et † *Paſtori in Seiffersdorff ac Quæſtori Dippoldiswaldenſi, die 24. Julii Anno 1613.* (*Verba* 11
Reſcripti: Was an uns Nicol *S.* zu *N.* wegen ſeines verſtorbenen Bruders Hanſen *S.* Begräbniß gelangen läſſet und bittet/ das habt ihr aus der Inlage zu vernehmen. Wofern es nun an deme iſt/ wie *Supplicant* uns darneben mündlich berichtet/ daß gemeldter Hans *S.* wegen eines begangenen Todtſchlages niemals gerichtlich iſt angeſchuldiget/ vielweniger deſſelben überführet/ ꝛc. So können wir nicht befinden/ warum er zu andern Chriſten nicht begraben werden ſolle/ und weil ohne das in itziger Wärme und zur *infection* dienlicher Lufft die todten Cörper mit Beſtattung zur Erden nicht aufzuhalten ſeyn; Als iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren hiermit/ ihr wollet ohne Verzögerung dem Verſtorbenen mit einer Glocke läuten/ ihn auf den Kirchhof legen/ und an eine Seite begraben laſſen. Würde nun künfftig wider des Verſtorbnen Verhälniß ſo viel/ daß er zu andern Chriſten mit dem Geläute billich nicht zu legen geweſen/ wie zu Recht/ gnugſam ausgeführet werden/ auf ſolchen Fall wollet ihr uns ſolches nebenſt der Inlage zu fernerer Anordnung zu erkennen geben/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCLXXXI.

Ex caſu fortuito ac improviſo minùs felici morte abrepti ſepulturâ honeſtâ haut carent.

SUMMARIA.

1. *Sepultura ignominioſa pro pœna habetur.*
2. *Honeſta ſepultura hoſti non deneganda.*
3. *Officium ſepulturæ eſt opus miſericordiæ & charitatis.*
4. *Quod hoſti etiam debetur.*
5. *Privandi non ſunt honeſtâ ſepulturâ, morte improviſâ ac infelici abrepti.*
6. *Caſus improviſus nullam meretur pœnam.*
7. *Niſi præceſſerit culpa.*
8. *Sepulturâ ignominioſâ afficiuntur, qui in torneamento illicito pereunt.*
9. *Vel in pugnâ cum beſtiis.*
10. *Non etiam qui in licito torneamento ſuccumbunt.*
11. *Honeſtè ſepeliendi infantes morte improviſâ obeuntes.*
12. *Qui nec doli nec culpæ ſunt capaces.*
13. *Adeoque nec pœnam vel ignominiæ notam incurrunt.*
14. *Reſcriptum Electorale.*
15. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

Cer-

1 CErtiſſimum ſit poſitum fundamen-
tum, quòd ſepultura inhoneſta ac
ignominioſa habeatur pœnæ pro-
meritæ nota: nec enim quiſquam
absque dolo & culpâ ſuâ, honeſtâ privari
2 debet ſepulturâ, usque adeo † ut nec hoſti
ea debeat denegari exemplo Davidis, qui
auditâ morte Saulis hoſtis ſui, viros Jabes
Gilead eum ac filios ſepulturæ tradentes
ſummis laudibus eſt proſecutus, *2. Sam. 2.*
3 *verſ. 4. & ſeqq.* † quia ſcilicet ſepulturæ
officium pro opere miſericordiæ & chari-
tatis reputatur; *Geneſ. 23. verſ. 4. & cap. 50.*
4 *verſ. 7. Joſ. 24. verſ. 32. Ruth. 1. verſ. 9.* †
quod etiam hoſti debetur, *arg. text. Exod. 23.*
verſ. 4. Matth. 5. verſ. 43. & ſeqq. Ex quo in-
ferre licet ad eos, qui caſu fortuito ac impro-
5 viſo minùs felici per mortem abripiuntur, †
quos propterea ſepulturâ honeſtâ privan-
dos nemo judicaverit, quòd nullâ prorſus
culpâ, multo minùs dolo aliquo perierint;
quo jure igitur ſepultura honeſta iis pot-
erit denegari? Non enim in judicia DEI
inquirendum, nec de fide ac ſalute eo-
6 rum dubitandum eſt. † Quin & caſus im-
proviſus nullam meretur pœnam. *l. 1.*
§. 3. in fin. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 1.
l. 5. C. eod. tit. l. 9. in fin. l. 31. l. 51. in fin. ff.
ad leg. Aquil. Jodoc. Damhoud. *in pract.*
crimin. cap. 85. in fin. Ægid. Boſſ. *in tit.*
de homicid. n. 66. Proſp. Farinac. *part. 5.*
oper. crimin. quæſt. 126. n. 56. Andr. Gail.
lib. 2. obſervat. 110. n. 38. & ſeqq. modò nul-
7 la † præceſſerit culpa, nec cauſam fortui-
to dederit, cæteroquin pœnæ omnis ex-
pers occiſus haut erit, *arg. l. 1. § 3. in fin.*
ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Foller. *in pract. cri-*
min. in verb. pœnis debitis feriantur. num. 31.
Hippol. de Marſil. *in l. 1. §. divus. n. 14. in*
fin. verſ. nota ulterius. & n. 15. ff. ad leg. Cor-
nel. de ſicar. Bertaz. *lib. 1. conſil. 85. n. 9.*
† Perſpicuum hinc porrò eſt, non abs- 8
que cauſâ affici ſepulturâ ignominioſâ,
qui pereunt in torneamentis illicitis, &
non virtutis, ſed lucri ac quæſtûs gratiâ
inſtitutis, *cap. 1. extr. de torneam.* quod
idem aſſerendum de his, qui ſolius lucri
cauſâ † in pugnam cum beſtiis deſcen- 9
dunt: Magis enim hoc temeritatem quàm
fortitudinem præ ſe ferre videtur. Econ-
tra verò qui torneamento licito perit, † 10
ſepulturâ honeſtâ haut quaquam carere de-
bet, *cap. un. de torneam. in Extrav. Job. 22.*
ſcilicet quia licitis in torneamentis prima-
riò virtus ſpectatur militaris, ut hinc nulla
imputari debeat culpa ei, qui deditus huic
exercitio ex caſu improviſo perit. † Mi- 11
nùs verò privandi ſunt ſepulturâ honeſtâ
infantes, caſu improviſo ac infelici obe-
untes, qui nec doli nec culpæ ſunt capa-
ces, † ſed quicquid agunt, ignorare di- 12
cuntur, *l. ſed etſi quemcunque. §. ult. ff.*
ad leg. Aquil. l. infans. ff. ad leg. Cornel.
de ſicar. l. manè §. ult. l. pupillus. ff. de
acquir. heredit. l. ſi infanti. C. de jur. de
lib. l. quod infans. ff. de Rei vindicat. l.
impuberem verſ. nam infantes. ff. de furt.
† ex quo nec pœnam, nec ignominiæ no- 13
tam aliquam incurrunt, Dec. *in l. ferè in*
omnibus. n. 1. ubi & Cagnol. *n. 1. ff. de Reg.*
Jur. Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæſt. 60. in*
pr. Jodoc. Damhouder. *in prax. rer. crim.*
cap. 48. n. 1. & ſeqq. Joſeph. Ludov. *part. 1.*
deciſ. Lucen. 17. n. 63. Petr. à Plach. *in epit. de-*
lict. cap. 32. n. 1. & 2. Anton. Gomez. *tom. 3.*
variar. reſol. cap. 1. n. 57.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti & Quæſtori Minenſi, die 24. Auguſti* 14
Anno 1623. (Verba Reſcripti: Wir haben deinen des Schöſſers Bericht wegen *G. M.* zu *B.* an einem Strang erworgenen Kindes von zwey Jahren verleſen hören/ und ihr der Superintendens habt ſolchen hierbey zu befinden. Wann dann an dergleichem Kinde weder Verſtand noch böſer Vorſatz / ohne welchem kein Verbrechen ſeyn kan / ſich ereignet; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr beyderſeits wollet verordnen/daß berührtes Kind mit den gewöhnlichen *ceremonien* möge zur Erden beſtattet werden/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Freibergenſi, die 29. Octob. Anno 1627.* 15
(Verba Reſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht des vorm Jahre in Schacht gefallenen und wieder gefundenen Berg-Schmiedes *G. M.* von der Freundſchafft begehrtes Begräbniß betreffende/verleſen hören. Wann er dann ſeines Chriſtlichen Lebens und Wandels gutes Gezeugniß erlanget; Als iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren hiermit/ wofern keine gründliche Nachricht vorhanden / daß er ſich ſelbſt vorſetzlich in das Schacht geſtürtzet / ihr wollet ſeinen Cörper auf ſeiner Erben und Verwandten Anhalten mit gewöhnlichen Kirchen-*ceremonien* zur Erden beſtatten laſſen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCLXXXII.

Abſque omnibus ceremoniis in loco ſeparato ſepeliendi ſunt impii, contemtores verbi divini & Sacramentorum.

SUMMARIA.

1. *Non omnis ſepultura ignominioſa eſt canina.*
2. *Quomodo hæ ab invicem differant?*
3. *Honeſta datur ſepultura, cui non omnes adhibentur ceremoniæ.*
4. *Impiis non denegatur ſepultura.*
5. *Inhoneſtè tamen ſepeliuntur.*
6. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. num. 7. & 11.*
8. *Contemtores Religionis absque ceremoniis Chriſtianis ſunt ſepeliendi.*
9. *Sanctum canibus non dandum, nec margaritæ ante porcos projiciendæ.*
10. *Sententia B. Lutheri hac de re. num. 11.*
13. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

FIeri poteſt, ut ignominioſâ quis af-
1 ficiatur ſepultura, licèt non caninâ
vel aſininâ, quam propriè dicimus
eam, quando carnifex demortui cadaver
projicit, vel in loco inhoneſto terræ
infert. Ignominioſam verò ac inhone-
2 ſtam vocamus ſepulturam, † quæ absque
ſolennitatibus & ceremoniis in loco ſeparato
extra cœmiterium, vel intra illud ad
parietes in angulo quodam peragitur, ut
hinc ſimpliciter pro ignominioſa & in-
3 honeſtâ non ſit habenda ſepultura, † cui
non omnes adhibentur ceremoniæ, vel
etiam pleræque intermittuntur, modò in
cœmiterio & loco conſveto cadaver terræ
inferatur. Nempe pro ratione circumſtantiarum,
defuncti licèt non caninâ vel
aſininâ, attamen ignominioſâ extra cœtum
piè defunctorum afficiuntur.

4 † Quantumvis igitur impiis, contem-
toribus verbi & ſacramentorum non omnis
denegetur ſepultura; nec enim cadavera
inſepulta relinqui decet, *l. ſi quis. 12. §. hoc
edictum. 3. l. ſunt perſonæ. 43. ff. de relig. &
5 ſumt. funer.* † attamen digni haut ſunt ho-
neſtâ ſepulturâ, ſed absque ceremoniis in
loco remoto ac ſeparato ſepeliendi, prout
colligere eſt ex *Ordinat. eccleſiaſt. art. general. 11. §.*
Im Fall da die *excommunicirte* Perſon ohne Beſſerung aus die-
ſem Leben abſchiede / ſo ſol das Pfarr-
Volck nicht bey dem Begräbniß ſeyn/
ſondern ſie ohne gebührliche *Ceremonien*
durch die beſtalten Todtengräber / doch
auſſerhalb des Kirchhofes / als ein ab-
geſchnittenes Glied der heiligen Chriſt-
lichen Kirchen vergraben laſſen. Quæ
ſanctio licèt de excommunicatis loqua-
tur, † ad impios tamen quosvis, con- 6
temtores nempe verbi divini & Sacramentorum
non malè extenditur: (1) vel ſaltem
ex ratione identitatis, ut nempe beneficia
Eccleſiæ denegentur defunctis, † qui 7
adhuc viventes ſua ſponte à commercio &
beneficiis ejusmodi abſtinuerunt, *cap. quod
in te. 11. extr. de pœnit. & remiſſ.*

(2) Et quo, quæſo, jure poterunt † hi 8
ſepeliri ceremoniis chriſtianis, qui Religionis
& pietatis prodigioſi fuêre contemtores?
Ex quo etiam Chriſtus prohibuit,
ne talium hominum ſepultura nobis
curæ & cordi eſſet, ſi vel maximè ſanguine,
& quidem quam proximè nos attingerent,
inquiens: Sine, ut mortui ſepeliant
ſuos mortuos, *Matth. 8. verſ. 23. Luc. 9. verſ. 6.*

(3) † Nec etiam ſanctum canibus dan- 9
dum, nec margaritæ ſunt projiciendæ ante
porcos, *Matth. 7. verſ. 6.* quod fieret, ſi impiorum
funera cantilenis ac ceremoniis
aliis cohoneſtarentur. Unde B. Lutherus
quærenti: Wie ſol ich mich halten/wenn
ich in meiner Kirchen Leute finde / die in
zwantzig Jahren / oder ſonſt eine lange
Zeit nicht ſeyn zum Sacrament gangen?
† benè reſpondiſſe fertur: Man laſſe ſie 10
zum Teuffel fahren; und wann ſie alſo
ſterben/ ſo lege man ſie auf den Schinde-
leich. *In Colloquiis menſalibus pag. 164.*
† Et rurſus *in ſcriptis ejus hæc leguntur* 11
verba: Seyn nun etliche / die ſolche
Strafe nicht leyden wollen in GOttes
Namen/ die mögen aus der Kirchen blei-
ben/oder heraus gehen ins Teuffels Na-
men. Wer hält hier den andern? Sie
werden uns doch keine nütze noch Hülffe/

ſon-

ſondern vielmehr Schaden thun in ſolchen Nöthen/die GOttes Wort nicht hören wollen. Wir aber können GOttes Wort nicht verſchweigen um ihren willen/ laß ſie zum Teuffel fahren und ſterben/wie die Hunde und Säue/ und ohne Sacrament u. Gnade imerhin auf den Schindleich begraben. *tom. 7.* in der Vermahnung zum Gebet wider den Türcken/*f. 440.*

(4.) Rectè omninò, † quia Spiritus Dei diſcertè minatur hominibus idololatris & extremè flagitioſis, quòd ipſorum corpora in ſepulchra honeſtè non ſunt inferenda, ſed in ſterquilinia contemtim abjicienda, *Jer. 16. v. 4.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in articulo de morte. cap. 3. caſ. conſc. 8.* Joh. Gerhard. *tom. 8. lotor. commun. fol. 150.* 12

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Pirnenſi, die 9. Jan. 1632. (Verba Reſcripti:* Wir haben euern Bericht J. P. betreffende/ verleſen hören. Weil es nun die Beſchaffenheit mit ihme hat; So werdet ihr die Verordnung thun/daß er auf einen Winckel des Kirchhofs ohne Klang/Geſang und gewöhnliche *Ceremonien* begraben werden möge; Wir tragen aber hierneben Mißfallen/daß vom *Miniſterio* nicht beſſer Acht auf die Bürger gegeben/ und dergleichen Aergerniß / auch der Leute ewigem Verderben bey Zeiten mit den anbefohlenen *Gradibus admonitionum* nicht vorgebauet/ und im Fall ihr der Leute nicht mächtig ſeyn könnet/an Uns die Sache berichtet wird. Hiermit an ſtatt höchſtgedachter Ihrer Churfl. Durchl. begehrende/Ihr wollet neben euern *Diaconis* hinführo mehr Fleiß anwenden/ und allerſeits euch dahin bemühen/daß dergleichen öffentliches Aergerniß und Seelen-Gefahr nicht weiter einreiſſe/ damit wir in Verbleibung deſſen nicht zu anderm Einſehen verurſachet werden. Hieran geſchicht Ihrer Churf. Durchl. Meynung/ꝛc.) 13

Definit. CCCLXXXIII.

Catholici, Calviniani vel alii ſectæ addicti in provinciis Statuum Evangelicorum honeſtè ſepeliri debent, omiſſis licet vel temperatis ſaltem pro ratione circumſtantiarum ceremoniis conſvetis.

SUMMARIA.

1. *Quibus ſepulturâ honeſta deneganda?*
2. *Removetur objectio ex verbis Electoralibus deſumta.*
3. *Probata eſt à Sereniſſimo Electore inhoneſta ſepultura.*
4. *Explicatur* art. gen. 15. Ord. Eccleſ. (*neſtâ.*
5. *Pii tantummodò digni ſunt ſepulturâ ho-*
6. *Quinam ritus honeſtæ ſepulturæ? n. 7.*
8. *Variant hi ritus pro ratione circumſtantiarum.*
9. *Quomodo ſepeliendi orthodoxæ Religioni haut addicti.*
10. *Pauciores adhibentur ceremoniæ horum ſepulturâ.*
11. *Quæſtio deciditur per diſtinctionem.*
12. *Judicium Facultatis Theologicæ Wittebergenſis.*
13. *Rationes deciſionis. n. 14.*
15. *Scandala ſunt vitanda.*
16. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 17.*

1 Falsò dixeris à nobis denegari impiis ſepulturam honeſtam, poſtquam Sereniſſimus Saxoniæ Elector omnes indifferenter defunctos honeſtè ſepeliri juſſerit *in Ord. Eccleſ. art. gener. 15.* §. Alle Todten ſöllen ehrlich begraben werden/ *&c.* Aſt verba † Legiſlatoris Sereniſſimi contra mentem & intentionem ejus nequaquam ſunt torquenda. Fatemur enim, regulam ibidem poni generalem, ſed ſalvis exceptionibus, quæ ſub generalitate illâ non comprehenduntur: Cæteroquin † parum effecti haberet diſputatio de inhoneſtâ ſepulturâ, quam tamen ipſemet Dn. Elector in excommunicatos ab Eccleſia ſtatuit, *dict. ord. Eccl. art. gener. 11.* §. Im Fall aber da die *excommunicirte* Perſon/ ꝛc. Quin & regulam illam de ſolis piis accipiendam eſſe, vel inde liqueſcit, † quòd per actum ſepulturæ honeſtæ homines ad vitam piam excitare voluerit Sereniſſimus Saxo, prout liqueſcit ex verb. *dict. art. 15. ibi:* Auf daß ein ieder ſein Ende und wie ungewiß daſſelbige ſey/bedencke/ und ſein Leben in Bußfertigkeit zu richten / hierdurch vermahnet werde. Effectus autem hic vix ſperandus foret, ſi impiis pariter & piis honeſta concederetur ſepultura. Non ergò dubitemus, pios † tantummodò honeſtâ ſepulturâ dignos judicari, tali ſcilicet, quâ funus ad cœmiterium deducitur cum pſalmodiis ſacris ad viventium informationem ac conſolationem, defuncti verò commendationem, præſentibus Eccleſiæ ac ſcholæ miniſtris unà cum comitatu vicinorum, tactisque campanis ac prævià oratione funebri, additoque defuncti encomio & laudatione, cadaver terræ mandatur. † Quibus de tributis ita loquitur *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. in dict. art. gener.*

(margin numbers in order: 1, 2, 3, 4 left; 5, 6 right)

gener. 15. §. Es ſol auch die Leiche mit einem Tuche ehrlich bedecket/ und mit dem Pfarrer und Glöckner / *Diaconis* und Schulmeiſter/ einem oder mehr nach Andacht und Vermögen eines ieden ſamt den Schülern/ damit die verhanden/ und mit Chriſtlichen Geſängen/ dadurch die Menſchen ihrer Sterblichkeit und des jüngſten Gerichts/ auch der frölichen Auferſtehung von den Todten und des künfftigen ewigen Lebens erinnert / beleitet und zu der
7 Erden beſtattet werden. † *junct.* §. Darzu dann auch die Kirchendiener. *verb.* Eine kurtze Leichpredigt und Erinnerung gethan. *&* §. Damit aber *verſ.* Da aber ſondere Perſonen Leichpredigten begehren/ ſollen die Kirchendiener dieſelbigen / wie bisher o bräuchlichen weſen / verrichten/ und nicht abſchlagen/ ꝛc.

Sunt hi ritus Chriſtiani communiores,
8 quibus in deductione funerum nobilium † alii quandoque peculiares pro loci conſvetudine adduntur; Horum tamen indifferens uſus haut eſt, ſed pro conditione ac ſtatu defuncti ceremoniæ plures adhibentur vel omittuntur, relictò hac de re arbitriò Conſiſtoriis & Magiſtratui eccleſiaſtico, vel ſaltem Miniſterio, prout ex *præcedentibus Defi-*
9 *nitionibus* manifeſtum, cujus deciſioni † etiam committendum eſt funus Catholicorum, Calviniſtarum, aliorumque orthodoxæ religioni haut addictorum. Quos in nomine Sacroſanctæ Trinitatis baptizatos, etiam in terris Evangelicorum honeſtâ ſepultu-
10 râ dignos judicamus, ita tamen, ut † remiſſiores ſint ritus ac ceremoniæ conſvetæ, omnisque pompa remota, pro ratione ſcilicet defunctorum, qui vel ſimplices ſunt in ſuâ religione, vel pertinaces, ma-
11 litioſi ac contentioſi. † Illis ſiquidem faciliùs perdonandum, quin & condolendum, quàm inflatis & ſuperbis veritatis divinæ contemtoribus; quare & ſimplicioribus ritus conſveti rariſſimè denegantur, vel
12 uti judicavit † Facultas Theologica Wittebergenſis *in conſilio:* Wie es mit dem Begräbniß der Calviniſten/ Papiſten und anderer Schwärmer zu halten. *in verb.* Muß allhier genauer Unterſchied zwiſchen Halsſtarrigen und zwiſchen denen aus Unwiſſenheit und Einfalt Irrenden und Verführten gehalten/ jene als Feinde unſerer Kirchen und *Religion*, ohne Geſang und Klang und dergleichen *Ceremonien*/ auch ohne *comitat* euers *Miniſterii* u. Schulen: dieſe aber als verwirrende Schäflein in aller Gedult u. Chriſtlicher Liebe alſo mit gebräuchlichen *Ceremonien* zu begraben zugelaſſen werden/ daß man ſehen u. ſpühren möge/ daß auf euern Theil den *Privat-Affecten* nicht zu ſehr nachgeſetzet werde/ dann bey ſolchen aus Einfalt und Unwiſſenheit Irrenden der H. Geiſt auch in der letzten Noth ſeine Wirckung zur Seligkeit alſo bisweilen zu haben pfleget/ daß die *Errores*, welchen ſie aus Verführung/ doch nicht halsſtarriger Weiſe/ beygepflichtet/ durch die Todes-Angſt/ als *ſtipulæ abſumiret*/ u. verzehret werden. Da dan auch uns gebühren wil/ mit ſolchen Perſonen in aller Sanfftmuth bey Begräbniſſen zu *procediren*/ daß man auch hieraus ſehen möge/ welches Geiſtes Kinder wir ſind. apud Georg. Dedeken. *Vol. 1. conſil. Theol. in append. ad locum de miniſterio ſect. 7. num. 10. fol. 1093.*

† Severius autem cum pertinacibus & ma- 13
litioſis propterea procedendum, & vel pauciores ceremoniæ, vel planè nullæ eorum funeribus adhibendæ, quò prærogativa relinquatur piis & orthodoxæ religioni addictis: & ne in morte † nimis honorentur, qui 14
vivi odio habiti fuerunt, *Pſalm. 139. v. 21. & 22.* Quin nec exiguum poneretur offendiculum infirmioribus, ſi pari decentiâ religioſi ſepelirentur, † quantâ autem curâ præcaven- 15
dum ſit infirmorum ſcandalum, docet ipſemet Chriſtus *Matth. 18. v. 6.* & Paul. *Rom. 14. v. 21. 1. Theſſ. 5. v. 22.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de morte, cap. 3. caſ. conſcien. 8.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi, die 3. Maji Anno 1624.* (*Verba* 16
Reſcripti: Wir mögen euch nicht bergen/ daß der Hof-Schlottfeger/ L. B. welcher bey ſeinem Leben der Römiſchen Catholiſchen Religion zugethan geweſen/ verſtorben. Ob nun wol ſeine Meiſter um die Chriſtliche Ceremonien zur Leichbeſtattung/ als eine Predigt und halbe Schule/ Anſuchung gethan; So haben wir ihm doch beydes aus erheblichen Urſachen abgeſchlagen. Begehren aber an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit/ Ihr wollet die Verordnung thun/ daß er gleich den Bauersleuten morgen oder übermorgen vor Mittage ohne Glockenklang und Leichpredigt/ mit etlichen Knaben und etwa dem *Peſtilenziali* auf einen abgelegenen Ort des Kirchhofs zur Erden beſtattet/ und dabey nebens etlichen Geſängen *Collecten* abgeleſen werden möge/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti Quæſtori & Senatui Pirnenſi, die 2. Martii Anno 1628.* (*Verba Reſcri-* 17
pti: Wir haben euern des *Superintendent*en *ſub dato 9. Febr.* und den 23. dieſes Monats beyde Berichte wegen etlicher Böhmiſchen Calviniſchen Prieſter/ auch ietzo verſtorbenen T. B. verleſen hören/ und ihr der Schöſſer und der Rath habt ſolche hier-

hierbey zu befinden/ Wofern nun bemeldter B. hiebevor der Calviniſchen *Religion* zugethan geweſen/ dieſe nächſt verfloſſene zwey Jahr zu Pirna die *Communion* nicht begehret/auch keine Nachricht verhanden / daß er in ſeiner Kranckheit zu unſerer Chriſtlichen *Religion* ſich bekannt/ und darauf von dieſer Welt abgeſchieden; So iſt hierauf an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ Ihr der *Superintendens* wollet die Anordnung thun/daß er ohne *ceremonien* auf einen Kirchhof vor der Stadt beyſeits an der Mauren möge begraben werden. Da auch noch andere Perſonen des *Calviniſmi* halber in Verdacht wären/ dieſelbe unverzüglich vor euch erfordern/ in Beyſeyn eurer *Collegen* die *gradus admonitionum* gegen ſie gebrauchen/ und wann ſolche bey ihnen nicht verfangen wollen/ alsdann ihr der Schöſſer und Rath/unter denen ein ieder wohnet/ dieſelben alſobald aus euren Gerichten wegſchaffen/Uns auch/wie ihr ſämmtlich ſolches verrichtet/ mit Zurückſendung der Beylagen hinwieder berichten. Daran vollbringet ihr höchſtgedachtes unſers gnädigſten Herrns ernſte Meynung/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCLXXXIV.

Denegari haut debet ſepultura ceremoniis conſvetis adornatâ iis, qui de falsâ Religione tantummodò ſunt ſuſpecti.

SUMMARIA.

1. *Differunt ab invicem ſimpliciter errantes & in errore pertinaces. n. 2.*
3. *Hi digni habentur ſepulturâ aſininâ.*
4. *Illis verò honeſta ſepultura denegari haut debet.*
5. *Diſcrimen hoc approbatum à Theologis Roſtochienſibus.*
6. *Suſpecti tantummodò de falsâ religione honeſtè ſepeliendi.*
7. *Et quâ ex causâ ac fundamento?*
8. *Sepultura inhoneſta pœnæ loco habetur.*
9. *Pœnâ haut affici debent, qui nondum confeſſi vel convicti ſunt.*
10. *De quovis in dubio benè ſentiendum.*
11. *Adducitur hanc in rem conſilium Theologorum Roſtochienſium.*
12. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 13.*

1 NUnquam non ergò diſcrimen faciendum eſt inter ſimpliciter errantes & ſeductos, qui errorem ſuum privatim fovent, parati cedere meliora docentibus: & eos, qui errores ſuos non tantùm pertinaciter defen-
2 dunt, † verùm etiam vel per cuniculos, vel per apertam audaciam alios ſeducunt, & ſchiſmata faciunt. Licet enim hi poſteriores adhuc viventes, à noſtrarum Eccle-
3 ſiarum conſortio ſe ipſos ſegregantes, † poſt mortem aſininâ digni habeantur ſepulturâ, Frid. Balduin. *de caſ. conſc. lib. 6. cap. 11. caſ. 5.* attamen, qui ex ſimplicitate errant, & in ſuâ ſimplicitate hinc diſce-
4 dunt, honeſto privari non debent † funere, ademtis licèt vel attemperatis ſaltem ceremoniis conſvetis, *Defin. præced.* Quare prudenter ac providè agendum, ne vel ſcandalum ſimplicioribus præbeatur, vel ſeve-
5 riùs cum defunctis agatur † quò & reſpexerunt Theologi Roſtochienſes, quando inquiunt: Mit dieſen und dergleichen achten und halteſt wirs mit andern *Theologis*, daß billich in der Begräbniß ein ſolcher Unterſcheid gehalten und getroffen werden müſſe/ welcher durch die Chriſtliche Liebe alſo gemoderiret und gemildert werde/ daß auf beyden Seiten keine Schwachen geärgert / der Gliempff auf unſer Seiten erhalten/die Irrigen mehr herzu gelocket / die Hartnäckigen von ihrer Halsſtarrigkeit abgeſchrecket werden mögen/ und ſo viel müglich/ nach der Richtſchnur göttliches Worts ein Mittelweg möge gelehret werden / damit bey der löblichen und guten Stadt N. die gedeyliche *commercia* alſo mehr und mehr in Aufnehmen kommen und bleiben mögen/ daß der allerhöchſte Schatz des Worts GOttes und die wahre Chriſtliche *Religion* für und ob allen Dingen auf feſtem Fuß ſtehen und bleiben möge/ꝛc. *In Conſilio* von den Begräbniſſen der Calviniſchen Leichen: apud Georg. Dedeken: *vol. 1. conſ. theologic. in append. ad locum de miniſterio. Sect. 7. n. 9. circa fin. fol. 1092.*

Tutiori † autem ingrediuntur viâ, qui 6
nihil ceremoniarum denegant funeribus de Calviniſmo vel Religione heterodoxâ duntaxat ſuſpectorum, ſi confeſſi vel convicti haut fuerint. Præterquam † enim 7
quòd de ſalute titubandis in vera Religione deſperandum non ſit, cùm in ultimo etiam articulo mortis miſericordia DEI & meritum Chriſti ſalutare apprehendi queat, inficias vix quisquam ibit † pœnæ 8
loco haberi ſepulturam inhoneſtam ac ceremoniis cnſovetis deſtitutam, quia

 certè

certe affici non debeant, qui de crimine in-
9 culpato confeſſi aut convicti haut † ſunt,
l. qui ſententiam ubi Dd. *C. de pœn. l. ult. C. de cuſtod. Reor. can. primates. 2. quæſt. 1.* Hippol. de Marſil. *in pract. crim. § ſecunda quæſtio. n. 1.* Foller. *in pract. crim. verb. dentur capitula. n. 26.* Quin potius abſit omnis ſiniſtra ſuſpicio, quam nec pietas Chriſtiana
10 admittit, † de quovis in dubio benè ſentiens, ut hinc ſepultura ceremoniis conſvetis adornata hoc caſu denegari haut debeat, quippe qua omnis à defuncto ſuſpicio
11 ſiniſtra removetur, innuentibus † Theologis Roſtochienſibus *hiſce verbis:* Daß die Leichen-Begängniſſen bey uns Chriſten nicht eine politiſche *Ceremonia* oder weltliche Dienſtleiſtung ſey/ welche ein Menſch einem Menſchen *in civili ſocietate* leiſte/ beſondern welche ein lebendiger Chriſt einem verſtorbenen Chriſten erzeiget/ und daß wir Chriſten dadurch anzeigen/ daß wir die jenigen/ deſſen todten Leib wir zur Begräbniß begleiten/ in ihrem Leben für gute rechtgläubige Chriſten gehalten haben/ und alſo im rechten Glauben zu ſterben begehren/ wie diejenigen geſtorben ſeyn/ dann im widrigen Fall befiehlet der Sohn Gottes/ man ſolle die Todten ihre Todten begraben laſſen / *Luc. 9. in dict. conſil.* von den *Ceremonien* und Begräbniſſen der Calviniſchen Leichen.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Pirnenſi, die 22. Martii Anno 1630. (Verba Reſcripti:* Uns iſt euer Bericht/ J. S. geſuchte Beſtattung und Leichen-Predigt belangende/ verleſen worden. Ob nun wol derſelbe einer aus denen/ ſo wegen des *Calviniſmi* berüchtiget geweſen/ und die *Communion* zuvor nicht begehret. Dieweil er aber des *Calviniſmi* nicht überführet/ noch die *gradus admonitionum* mit ihme fürgenommen/ dagegen er in eurer Kirchen die Predigten fleißig beſuchet/ und in ſeiner Kranckheit euern *Collegen M.* Fiſchern ihme zu *communiciren* zu ſich erfordern laſſen/ als aber derſelbe zu ihm kommen/ die Sprache und Verſtand hinweg geweſen/ dahero und weil ſein Weib neben ihrer Tochter ſich iederzeit gar fleißig zur Kirchen und Beichtſtul gehalten/ auch von ihme das beſte zu hoffen; So möget ihr bey ſolcher Beſchaffenheit ſeinen verblichenen Cörper nicht allein mit Chriſtlichen *Ceremonien* zur Erden beſtatten/ ſondern auch die begehrte Leichen-Predigt verrichten/ doch dabey die Zuhörer vermahnen / daß ſie unter andern wichtigen Urſachen um dergleichen geſchwinden Fällen willen/ bey guter Geſundheit ſich Jährlichen etliche mal zur Beichte und *Communion* finden / und dieſelbe nicht biß auf das Siechbette verſchieben ſollen. Wolten wir euch nicht bergen/ ꝛc.) 12

Et † *eidem die 5. Maji Anno 1620. (Verba Reſcripti:* Wir haben euern benebenſt des Pfarrers zum Königſtein eingeſchickten Bericht/ des verſtorbenen Steinmetzers Geſellen auf der Berg-Veſtung Königſtein *A. G.* Begräbniß betreffende/ verleſen hören. Wann dann daraus keine gründliche noch *ſpecificirte* Nachrichtung zu befinden / daß er der *Calvini*ſchen *Religion* zugethan/ und ein Läſterer unſerer wahren Chriſtlichen *Religion* geweſen; So iſt an ſtatt höchſtgedachtes unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ Ihr wollet den Verſtorbenen mit gewöhnlichen *Ceremonien* zur Erden beſtatten laſſen/ hättet ihr aber eigentliche Nachrichtung/ wie und gegen wem er ſich zur *Calvini*ſchen *Religion* beharrlich bekannt/ und unſere *Religion* verläſtert/ wollet ihr ſolches alſobalden berichten/ und unterdeſſen mit der *Sepultur* in Ruhe ſtehen/ ꝛc.) 13

DEFINIT. CCCLXXXV.

Munda ſint Cœmiteria ab omni illuvie, mœnibusque & ſepimento cincta.

SUMMARIA.

1. *De loco ſepulturæ proſpicere, incumbit Magiſtratui eccleſiaſtico.*
2. *Locus funeribus extra civitatem deſtinari debet.*
3. *Non ſaltem ad exemplum Patriarcharum & Salvatoris noſtri.*
4. *Sed etiam ob publicam ſalutem.*
5. *Alia adducitur hujus rei ratio.*
6. *Quod & convenit juri civili. n. 7.*
8. *Locus ejusmodi vocatur Cœmiterium ſeu dormitorium.*
9. *Cœmiterium ſit mundum & mœnibus cinctum. n. 10.*
11. *Officium ſepulturæ eſt fidei & reſurrectionis teſtimonium.*

12. *Cœ-*

12. Cœmiteria Germanicè appellantur **Gottesäcker.**
13. Cœmiterium locus eſt religioſus.
14. Reſcriptum Electorale.
15. Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.

1 NOn modò de ipsâ ſepulturâ, ſed etiam de hujus loco diſponere ac providere Magiſtratui incumbit eccleſiaſtico ſeu Conſiſtoriis. Certus nimirum deſtinari debet locus ad ſepulturam & inhumationem piè defuncto-
2 rum, & quidem † extra mœnia ac civitatem, non modò ad exemplum Patriarcharum, qui locum funeris à communi viventium cœtu ſelegerunt, veluti Abraham ſpeluncam agri ad ſepulturam emit, *Gen. 29.*
3 *verſ. 20.* † & Rachel ſepulta legitur in viâ verſus Ephratam, *Gen. 35. v. 19.* Joſeph in agro Sichem, *Joſ. 24. v. 23.* ac ipſemet Salvator ante portam in petra, *Matth. 27. v. 32. & 60.*
4 † ſed etiam ſalus publica hoc expoſcit, ne, ſi mortui in civitate ſepeliantur, ex putreſcentium corporum conditoriis vapores excitentur & erumpant, non ſine damno incolarum, cum peſtilens contagio facilè inde poſſit oriri. *arg. l. 1. §. curabit. 2. ff. de cloac.*
5 Quin & Reipublicæ † intereſt, diligenter præcaveri, ne tandem frequentiâ & multitudine ſepulchrorum id efficiatur, ut civitas magis a mortuis, quam à vivis incoli videatur, Beſold. *in conſil. pol. vit. & mort. lib. 3. cap. 2.* Ex quo porro divus Hadrianus re-
6 ſcripto pœnam † ſtatuit quadraginta aureorum in eos, qui in civitate ſepeliunt, quam fiſco inferri juſſit, & in Magiſtratus, eadem qui paſſi ſunt & locum publicari juſſit & corpus transferri, *in l. prætor ait 3. §. divus Hadrianus 5. ff. de ſepulchr. violat.* ad quod Re-
7 ſcriptum ſe referre † videntur Impp. Dioclet. & Maximian. quando inquiunt: mortuorum reliquias, ne ſanctum municipiorum jus polluatur, intra civitatem condi, jam pridem vetitum eſt *in l. 12. C. de religioſ. & ſumtib. funer.*

Solet autem locus iſte ad funera deſtina-
8 tus vocari † Cœmiterium ſeu dormitorium, nempe quod tantummodò dormire, & in vitam æternam ſepultos excitandos arbitremur. Pet. Greg. *in Syntagm. jur. univ. lib. 2.*
cap. 13. n. 3. De quo † piè pariter & prudenter ſancitum legimus *in Ordin. Eccleſ.* 9
Elect. Saxon. quòd purgari debeat ab omni illuvie, & ſepimento vel mœnibus cingi, ne forſan beſtiæ ſepulchra ſuffodiant & cadavera devorent, *in art. gen. 15.* §. Auf daß auch die Kirchhöfe allenthalben/ und ſonderlich auf den Dörffern/ da ſich Pfarrer oder Glöckner dero drauf wachſenden Gräſerey gemeiniglich gebrauchen/ ehrlich und rein als ein Schlafhauß der Chriſten/ ſo am jüngſten Tage von Chriſto auferwecket und ſelig gemacht werden ſollen/ gehalten; So ſollen dieſelben mit Mauren/ Plancken/ Zäunen und Thüren verwahret/ und vorm Viehe allenthalben
mit Fleiß vermachet werden. † Quod repe- 10
titum poſtea *in Decreto Synodali de An. 1624.* §. Nicht weniger gebieten wir/ die Kirchhöfe und Gottesäcker allenthalben ehrlich und reinlich zu halten/ mit Mauren/ Plancken/ Thüren/ auch eiſern oder höltzern Gegittern/ über welche das Vieh nicht lauffen kan/ zu verwahren. Rectè ſanè: vel
propterea ſolummodò, quod officium † ſe- 11
pulturæ ſit fidei, reſurrectionis & vitæ melioris quoddam quaſi teſtimonium, *can. non æſtimemus. verſ. corpori autem. 13. quæſt. 2. 1. Theſſ. 4. v. 13. & 14.* ex quo Cœmiterium
Germanicè appellatur † Gottesacker/ in quo 12
ſcilicet corpora piorum, veluti grana quædam in ſpem futuræ meſſis ſeminantur, *1. Cor. 15. v. 35. & ſeq. Joh. 12. v. 24.* Et quidni Cœmiterium ab omni immunditie purgaretur, ac ſepimento muniretur, cùm
† pro religioſo habeatur loco in jure civili? 13
l. cum in diverſis. ff. de relig. & ſumtib. funer. quare & conſecrari quondam conſuevit, *can. 1. cauſ. 13. quæſt. 1.* Petr. Gregor. *in Syntagm. jur. dict. cap. 13. n. 3.*

Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti ac Præfecto Gymnaſii Miſnenſis, nec non 14
Chriſtiano à Schleinitz, die 19. Januar. Anno 1619. (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer des *Superintendenten* und Verwalters Bericht/ ſo wol deine des von Schleinitz Erinnerungs-Puncta ſamt andern Beylagen/ und was ihr der *Superintendens* zu eurer Entſchuldigung eingewendet/ in Sachen der Gemeinden zu Bocharen und Lercha/ auch des Vorwercks und Wintzerey zu Sieben-Eichen an einem/ Thomas W. zu Meiſſen am andern Theil/ wegen des Fahrens und Umwendens aufm Kirchhofe zu S. Martini/ auf welchem vorbemeldte Gemeine/ Vorwerck und Wintzerey ihr Begräbniß haben/ gebührlich vorgetragen worden. Ob ihr euch nun wol unter einander des Berichts allerdings nicht habt vergleichen können; Dieweil ihr aber in deme einig ſeyd/ daß gedachter Thomas W. auf ſeinem Grund u. Boden ohne Berührung des Kirchhofes fahren und umwenden könne/ unſere *publicirte* Kirchen-

Ordnung auch in dem 15. *general-articul* dieſes ausdrücklichen Inhalts iſt/ daß die Kirchhöfe allenthalben und ſonderlich auf den Dörffern / da ſich Pfarrer oder Glöckner der darauf wachſenden Gräſerey gemeiniglich gebrauchen / ehrlich und rein als ein Schlafhauß der Chriſten gehalten/ und mit Mauren/ Plancken/ Zäunen und Thüren verwahret / und vorm Vieh allenthalben mit Fleiß vermachet werden ſollen; So laſſen wir es dabey billich bewenden / und ihr werdet die Partheyen darauf zu beſcheiden wiſſen/ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti ac Quæſtori Coldicenſi, die 10. Auguſti Anno 1632.* 15
(*Verba Reſcripti:* Begehren aber darneben/ Ihr wollet den Rath und Kirch-Väter anhalten/ daß ſie den Kirchhof im Städtlein unverlängt/ vermöge unſerer Kirchen-Ordnung/wohl verwahren/damit er von Schweinen/Ziegen/Gänſen ꝛc. nicht aufgewühlet und verunreiniget/noch ſonſten darüber gemeine öffentliche Wege gemachet/und dem Pfarrer an deſſelben Nützung Schaden zugefüget werde. Mochten wir euch hinwider nicht bergen ꝛc.)

DEFINIT. CCCLXXXVI.

Ex frequentiâ funerum, ſi cumulentur ſepulchra, contagioni inde metuendæ omnibus modis occurrendum & cœmiterium vel dilatandum, vel aliud novum eſt conſtruendum.

SUMMARIA.

1. *Extra cœmiterium defuncti haut ſepeliendi.*
2. *Niſi accedat conſenſus Superioris.*
3. *Inhumatio mortuorum fiat in cœmiteriis.*
4. *Quid ſi cumulentur ſepulchra?*
5. *Occurrendum tunc contagioni metuendæ; & quibus mediis?*
6. *Magiſtratui cura juris ſepulturæ incumbit, n. 9.*
7. *In ſepulturâ mortuorum incolumitas viventium attendi debet.*
8. *Quænam terra ſepulturis tribuenda?*
10. *Sepultorum translatio non permittenda.*
11. *Seditio olim orta ex ejusmodi translatione.*
12. *Laudatur Carolus V. oſſa B. Lutheri effodi prohibens.*
13. *Reſcriptum Electorale.*
14. *Conſiſtorii Supremi Decretum.*

1 CUm cœmiteria hodie certâ autoritate publicâ ſint conſtituta, nequaquam liberum eſt unicuique, extra cœmiterium & in loco planè non religioſo defunctos ſepelire, *cap. fraternitatem. 3. verſ. qui verò relictis antiquis Eccleſiis, & patrum aliorumque parentum ſuorum ſepulchris contra conſvetudinem Patrum veſteris teſtamenti, qui cum patribus ſuis ſepulti eſſe leguntur, ad nova & minùs religioſa loca ſe transferunt, irrationabiliter & contra antiquam inſtitutionem facere videntur &c. extr. de ſepult.* †
2 niſi forſan conſenſus Superioris acceſſerit, ex conſtitutione Bonifacii IIX. pontificis, *in cap. cum quis. 2. §. ſi quis. extr. eod. tit. in 6to.* quam ſic interpretari ratio ſana ſvadet: Solummodò ideoque †
3 in cœmiteriis mortui terræ mandari debent, usque adeò, ut, licet ex frequentia funerum ſepulchra cumulentur, † haut tamen extra
4 cœmiteria & locum religioſum humatio ſit permittenda, niſi quis metum contagionis peſtilentis ex putreſcentium corporum vaporibus urgere velit. Cui tamen † alio 5
occurri poteſt modo, ut vel profundiora fiant ſepulchra, vel calx viva, quò eò citiùs cadavera in cineres inde redigantur, iis inferatur; vel cœmiterium dilatetur, vel etiam novum planè conſtruatur. Nimirum † quia hodie publici juris habe- 6
tur diſpoſitio de ſepulturis, ac proinde Magiſtratui cura hæc incumbit, providere is ſemper debet, quò metus contagionis avertatur.

Etſi enim mortuorum quoad ſepulturam magnus eſt favor, † tantus tamen 7
eſſe nequit, ut vincat utilitatem & incolumitatem civium, ſed ita reſpiciendi ſunt mortui, ne vivis noceant. Quare & teſte Cicerone *de lb.* cautum fuit lege XII. tabb. eam terram ſepulturis tribui, † 8
quæ

quæ corpora mortuorum ſine detrimento vivorum recipiat, hoc eſt, terram ſterilem: quæ verò fruges ferre, & ut mater cibos ſuppeditare poſſit, eam nec vivum nec mortuum minuere, neceſſum eſſe, nec negligendum quicquam, quod ſalus & utilitas cujusque Reipublicæ urgeat. Quod ergò
9 proprium eſt magiſtratus, † ut publicam nempe promoveat ſalutem, id maximoperè heic obſervare debet, & prudenter pariter ac providè diſponere, ne ex cumulatione ſepulchrorum anſa detur ulla contagioni, non tamen hoc medium ſibi perſvaderi patiatur, ut transferat ſepultos, quod nec pium
10 nec licitum judicatur: Prohibetur † ſiquidem translatio ſepultorum per edictum, ne fiat ſine autoritate puplica Imperiali ſeuPontificali, Gloſſ. *in l. 8. & l. divi. 39. ff. de religioſ. & ſumt. funer. l. 1. & pen. C. eod. tit.* Ex quo ſeditio olim narratur orta, † quod Ma- 11
cedonius Arrianus, invitâ magnâ parte populi, propriâ autoritate arcam, in quâ continebantur oſſa Conſtantini Magni, de domo, in quâ erat, in Eccleſiam transtulerat; quam rem indignè etiam tulit Conſtantinus Imperator, tametſi ipſe quoque eſſet Arrianus, Petr. Gregor. Tholoſan. *in Synt. jur. univerſ. lib. 2. cap. 14. num. 2.* † Lau- 12
dibus econtra ſumis evehenda eſt Caroli V. Imp. religioſa pietas, qui anno 1547. in bello Smalcaldico Wittebergam ingreſſus, cùm in templo arcis ſepulchrum Lutheri conſpexiſſet, & Epiſcopus Atrebatenſis Antonius ei adſtans petiiſſet, Lutheri cadaver effodi & comburi, hiſce verbis petitum renuit: Non gero bellum cum mortuis, Xenocar. *in vitâ Caroli V.* Wolff. *centur. 16. lection. memorab. pag. 666.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti & Senatui Dresdenſi, die 2. Auguſti An.* 13
1633. (Verba Reſcripti: Wir ſeynd glaubwürdig berichtet/ daß wegen überhäuffter Leichen auf dem Kirchhofe zu *S. Johannis* ein gantz übeler unerträglicher Stanck ſich ereigne/ alſo daß weder die Geiſtlichen/ noch die Leute/ ſo denen Leichbegängniſſen beywohnen/ ohne Gefahr ihrer Geſundheit allda bey den Predigten bleiben können/ dergleichen auf dem Lazareth-Kirchhofe auch ſeyn ſolle. Dieweil dann durch dieſes Mittel die leidige Seuche gar leichtlich fortgepflantzet und ausgebreitet werden kan/ und aber ſolchem billich vorgebauet wird; So begehren Wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet die Verordnung thun/ daß die Gräber auf beyden Kirchhöfen tieff gnug gegraben/ ungelöſchter Kalck und auf denſelben neuer Schutt geworffen/ hierneben die Predigten auf dem Kirchhofe zu S. Johannis eine Zeitlang eingeſtellet/ und immittelſt in der Kirchen auf dem Neumarckte gehalten werden ſollen/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum in causâ* des Neuen Kirchhofs zu Weißtrop/ *die 17. Julii* 14
Anno 1611. (Verba Reſcripti: Demnach in jüngſt gehaltener *viſitation* bey der Pfarr Weißtrop unter andern Beſchwerungen angebracht/ daß der Kirchhof daſelbſt zu enge/ und man allbereit zu unterſchiedenen malen gantze Särge mit Leichnamen ausgegraben/ und aber die Eingepfarrten zu einem neuen Kirchhof den Obern-Pfarrgarten vorgeſchlagen/ dafür der Pfarrer Daniel Neubitzer Abtrag begehret; Als haben wir *dato* auf des *Synodi Decret* die Partheyen anhero erfodert/ und nach geflogener Verhör ſie dahin verabſchiedet/ daß berührter Ober-Pfarrgarten hinführo zu einem neuen Kirchhofe gebrauchet/ dargegen dem Pfarrer deſſelben Gräſerey und andere pflegliche Nützung gelaſſen/ auch hierüber ihme von den Eingepfarrten Jährlich 12. fl. Erbzins durch eine Anlage entrichtet/ und hierzu neben dem *Superintendent*en allhier der eingepfarrten *Collatorn* und Gerichts-Herrn *commisſion* aufgetragen werden ſol/ ꝛc.)

Definit. CCCLXXXVII.

Sumtus ad fabricam & conſtitutionem cœmiterii ex ærario Eccleſiæ deſumendi: aut ſi facultates hujus non ſufficiant, à Parochianis ſunt ſuppeditandi.

Summaria.

1. *Cujus ſumtibus cœmiterium ædificandum?*
2. *Cœmiterium eſt locus religioſus.*
3. *Religioſus locus unde dictus?*

4. Eadem ratio Eccleſiæ & cœmiterii quoad ſumtus ad fabricam ſubminiſtrandos.
5. Conſvetudo primùm attendi debet.
6. Quâ deficiente, ſumtus ad fabricam cœmiterii ex ærario Eccleſiæ deſumendi.
7. Idque in jure Canonico etiam fundatum.
8. Si facultates ærarii eccleſiaſtici non ſufficiant, à parochianis ſumtus ſunt exigendi.
9. Perinde ut in ædificatione domuum Parochialium.
10. In ædificatione, cœmiterii omnium parochianorum agitur cauſa.
11. Quare & omnes ad contributionem impenſarum obſtringuntur.
12. Reſcripta Conſiſtorii Supremi, n. 13.
14. Ejusdem Decretum.

NOn ergò quisquam dubitaverit, quin causâ & neceſſitate exigente novum ædificari debeat cœmiterium, *Definit. præced.*
1 † Sed cujusnam ſumtibus, & unde hi deſumendi? quæ ſanè principalior eſt quæſtio circa fabricam cujusque rei ac ædificii: at facilè
2 decidenda ex certo hoc præſuppoſito, † quod cœmiterium ſit locus religioſus, §. *religioſum locum. 9.* ubi Dd. *Inſtit. de rer. diviſ. & acqu. ipſ. domin. l. ſi ſponſus. 5. §. 8. & ſeqq. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. lege Julia. 4. §. non ſit locus. 6. ff. ad leg. Jul. pecul.* ac proinde non malè accenſeatur Eccle-
3 ſiæ, † tanquam ab uſibus profanis propter ſanctitatem relictus, ex derivatione hujus voculæ, notante Gellio *noct. attic. lib. 4. cap. 9.* Macrobius *lib. 3. ſaturn. cap. 3.* Mynſing. Weſenbec. & Schneidevvin. *ad dict. §. religioſum. 9.* Parilis ideoque erit ratio
4 † cœmiterii & Eccleſiæ quoad ſumtus ad fabricam ſuppeditandos; atque hinc repetendum, quod de ſubminiſtratione expenſarum ad ædificationem Eccleſiæ domuumque Parochialium diximus, *ſupr. Definit. 338. & 339.*
5 † Nimirum ante omnia conſvetudo loci cujusque erit attendenda, nec ab eâ hoc caſu recedendum, *arg. cap. ad apoſtolicam. 42. extr. de Simon.* Paul. de Citadin. *de jur. patronat. part. 6. artic. 6.* Theodor. Rheinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 3. num. 17.* Alvar. Valaſc. *deciſ. 179. num. 7.* Caſp. Klock. *de contribut. cap. 10. ſect. 1. n. 16.* Cœteroquin † ex 6
ærario eccleſiaſtico ſumtus ad fabricam cœmiterii ſunt deſumendi, perinde ut de ædificiis domuum eccleſiaſticarum & parochialium legitur proviſum *in ordinat. Eccleſ. artic. gener. 32. in pr. & Decreto Synodali de Anno 1624.* Wir erfahren nicht weniger/*&c.* † quod & juri Canonico con- 7
venit, *can. priſcis. can. unio. 10. quæſt. 3. can. vobis conceſſo. can. quatuor. 12. quæſt. 2.* Klock. *dict. ſect. 1. num. 33.* Paul. Chriſt. *deciſ. Belgicar. 24. num. 2. vol. 2.* Rheinking. 8
dict. loco. Si † verò tantum non reperiatur in ærario & proventibus eccleſiaſticis, quantum ad fabricam cœmiterii ſufficiat, in ſubſidium parœciani expenſas contribuere tenentur, non aliter † ac ſi domus parochia- 9
lis eſſet conſtruenda, *dict. Ordin. Eccleſ. art. gener. 32. in princ. & Decret. Synodal. allegat. §.* Wir erfahren nicht weniger. *verſ.* So iſt unſer Befehl/ꝛc. *cap. de his. 4. extr. de Eccleſ. ædif. can. ſi monachus. 16. quæſtion. 1.* Lambertin. *de jure patronat. lib. 3. art. 2. quæſt. 7. princ. num. 7.* Non immeritò ſanè, quia † in ædificatione cœmiterii 10
univerſorum parœcianorum agitur cauſa, quò ſcilicet cadavera eorum puro ac tuto in loco reponantur, & terræ mandentur: æquum igitur eſt, ut univerſi † in hâc fa- 11
bricâ parile ſuſtineant onus, & impenſas ſubminiſtrent, *argum. l. un. §. pro ſecundo. 4. in fin. verſ. neque enim ferendus eſt C. de caduc. tollend. cap. qui ſentit. 55. extr. de Reg. Jur. in 6to.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Quæſtori Leisnicenſi, die 12. Julii An. 1630.* 12
(*Verba Reſcripti:* Wir haben euern eingeſchickten Bericht / die Erkauff- und Anrichtung eines neuen Gottes-Ackers zu Gersdorff betreffende/verleſen hören. Wofern nun ſolches die unumgängliche Nothdurfft erfodert/ und die Kirche ſo viel in Vermögen hat; So iſt an ſtatt Ihrer Churfürſtl. Durchl. hierauf unſer Begehren/ Ihr wollet den angegebenen darzu gelegenen Raum von der Kirchen Vorrath erkauffen; hätte es aber die Kirche nicht im Vermögen/ſolche Gelder durch eine Anlage von den Eingepfarrten darzu bringen/ꝛc.)
Et † *iisdem die 21. Julii Anno 1630.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern eingeſchickten Be- 13
richt / wegen der Eingepfarrten zu Gersdorff verweigerten *Contribution* zum neuen Gottes-Acker daſelbſt verleſen hören. Wann aber die Nothwendigkeit ſolche erfodert / und dem Pfarrer ohne billige Erſtattung und unſere Einwilligung

gnug vom Pfarrgute etwas abzutreten nicht gebühret; Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet/ der Leute Einwenden ungeachtet/alſobalden den jüngſthin von euch vorgeſchlagenen/ oder ſonſten einen andern gelegenen Raum durch eine allgemeine Anlage darzu erkauffen/ die der Schöſſer ſolche durch Zwangsmittel von ihnen einbringen / denen wiederſpenſtigen Rädelsführern ihre unbeſcheidene Reden mit Ernſt verweiſen / ſie auch nach Befindung andern zum Abſcheu in Strafe nehmen/ꝛc.)

Nec † non in causâ der Eingepfarrten zu Weiſſentrop/ *die 23. Octobris Anno 1611.* (*Verba Decreti:* Obwoln die Eingepfarrten zu Weiſſentrop vermöge unſers den 17. *Julii* dieſes Jahres *publicirt*en Abſchiedes/welcher Krafft Rechtens erreichet hat/ den von ihnen ſelbſt vorgeſchlagenen Ober-Pfarrgarten zu einem neuen Kirchhofe erkauffen u. gebrauchen ſollen. Dieweil aber doch die auſſerhalb Weißtrop fünff eingepfarrten Dorfſchafften/ daß ſie bey vorigem Abſchiede nicht geweſen/ und um geringere Unkoſten zu einem neuen Kirchhofe gelangen könten/ *exceptivè* darwider eingewendet; So wird ihnen hiermit bey Strafe 50. fl. Rheiniſch auferleget/daferne Ihnen Inhalts des vorigen Abſchiedes der Ober-Pfarrgarten nicht annehmlich / daß ſie (zu Folge derer in unterſchiedlichen *Synodis* ertheilten *Decret*en von *dato* innerhalb Sächſiſcher Friſt/mit Vorwiſſen und Einwilligung des *Collatoris* und Pfarrers/ einen andern auſſerhalb des Dorfs Weißtrop gelegenen tüchtigen Ort erkauffen/und zum neuen Kirchhofe aufs beſte verwahren/ auch diejenigen/ welche dem Pfarrer zu Weiſſentrop keinen *Decem* geben/ demſelben ihres itzigen Fürbringens ungeachtet/die Hufen- und Häuſelgroſchen unweigerlich entrichten / oder durch gebührliche Hülfsmittel von jedes Orts Gerichts-Herrn darzu *compellir*et werden ſollen. Darnach ſie ſich zu achten/ꝛc.) 14

DEFINIT. CCCLXXXVIII.

Urgente neceſſitate ad cœmiterium extruendum, vel dilatandum, ut poſſeſſor fundum vel agrum pro juſto pretio vendat, invitus compelli poteſt.

SUMMARIA.

1. *In alterius agro & fundo ſæpius extruitur cœmiterium.*
2. *Refusô tamen ei juſtô pretiô.*
3. *Quid ſi poſſeſſor fundum vendere nolit?*
4. *Ne quidem à Magiſtratu poſſesſio invito eſt auferenda.*
5. *Magiſtratus ad faciendam juſtitiam eſt conſtitutus.*
6. *Quod noſtrum eſt, alterius facto nequit auferri.*
7. *Invitus quis vendere cogitur fundum ad extructionem cœmiterii.*
8. *Utilitas publica præfertur commodi privatorum.*
9. *Princeps ob cauſam publicam jus privatorum invertere valet.*
10. *Accedente præſertim neceſſitatis causâ.*
11. *Necesſitas legem non habet.*
12. *Sed ipſa legem facit.*
13. *Pretium tamen juſtum poſſeſſori eſt refundendum. n. 15.*
14. *Etiamſi publica utilitas urgeat distractionem.*
16. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Fieri vix poteſt; ut ſive cœmiterium jam extructum ob funerum & ſepulchrorum cumulationem ſit dilatandum, vel novum etiam ædificandum, non præjudicetur poſſeſſori, cujus hortus, ager aut fundus propter commodam ſituationem ad locum religioſum deſtinatur. Meritò ideoque pretium † ei juſtum exolvi debet; ne quod omnes ac univerſos tangit, uni tantummodò imponatur, & anſa conquerendi detur de oneris inæqualitate. At † quid ſi poſſeſſor fundo vel agro cedere nolit? Non facilè invitum ad id compelli dixeris, cùm poſſeſſio ſua nemini ſit auferenda, usque adeò † ut nec Prin- 2 3 4

Princeps, nedum inferior Magiſtratus hoc tentare debeat, Frider. Pruckman de *Regalib. cap. 4. effect. 5.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 6.* Johann. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8.* Zaſ. *ad l. princeps 31. ff. de legib.*
5 Conſtitutus † ſiquidem eſt Magiſtratus ad faciendam juſtitiam, *1. Reg. 10. v. 9.* cujus proprium eſt, alienum non attingere, *Ezech. 45. v. 8.* Severum hinc audire neceſſum habuit effatum Rex Iſrael Achabus ab Elia ob ereptam Nabotho vineam *1. Reg. 21. verſ. 19. can. convenior. verſ. Naboth. 23.*
6 *quæſt. 8.* Quin † nec jus naturale id admittit, in quo fundata eſt regula illa vulgata, ut, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium haut transferatur, *l. id quod noſtrum 11. ff. de Reg. Jur.*

7 Sed vera ut hæc ſint regulariter, † non certè obſtant, quò minus poſſeſſor juſto ſaltem pretio fundum ſuum ad cœmiterii conſtructionem vendere compellatur: (1.) Ex causâ nimirum publicæ utilitatis, quæ
8 † ubique privatorum præfertur commodo, *l. utilitas. 3. C. de primipil. l. 2. §. Caſſius. ff. de aquâ & aquâ pluv. arcend. l. 14. C. de oper. publ. l. lex Cornelia 5. §. ult. in fin ff. de in-*
9 *jur.* ex quo etiam Princeps † ac Magiſtratus, jus privatorum invertere valet, *l. Lucius. 11. in pr. ff. de evict. l. item ſi verberatum. §. 2. ff. de R. V. l. venditor. 13. §. ſi conſtat. ff. commun. prædior.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum num. 26. & ſeqq. extr. de conſtit.* Cravett. *conſil. 5. n. 4. part. 1.* Dec. *conſil. 361. num. 8.* (2.) Cooperante
10 neceſſitatis causâ † ſi alius in promtu non ſit locus, in quo commodè poſſit extrui cœmiterium, vel propinquitas ſaltem loci urgeat diſtractionem, præſertim quando agitur de cœmiterio amplificando vel dilatando. † Nec enim neceſſitas legem 11
habet, ſed juri derogat, omnemque excludit immunitatem, *l. 1. C. ut nemini liceat in emtione ſpec. ſe excuſ. &c. lib. 10. l. jubemus nulli. 14. C. de SS. Eccleſ.* Andr. Alciat. *in l. invitus. ff. de V. S.* Andr. Tiraquell. *de retract. lignag. §. 26. gloſſ. 1. num. 19. & ſeqq.* Hieron. de Cævallos. *inſpec. opin. commune. quæſt. 906. n. 50. & ſeqq.* Weſenbec. *conſil. 40. num. 28.* Cravetta *conſil. 1. pro genero. num. 8. & ſeqq.* Unde ingens dicitur telum, nulli ſubjectum legi, † ipſa 12
legem faciens, *can. remiſſionem. verſ. ſed notandum. 1. quæſt. 1. can. quando de conſecrat. diſt. 1.* (3.) Ac certè non habet poſſeſſor, de quo conqueratur, † ſi juſtum 13
fundi vel agri ſui accipiat pretium, quo alium facili negotio ſibi comparare valet. Non etenim alia ratione quàm refuſò ſibi pretiò ad ceſſionem compelli poteſt, quippe quod causâ etiam publicæ utilitatis exiſtente † eſt exolvendum, per text. *in l. venditor. 13. §. 1. comm. prædior.* ubi lapides ne 14
quidem publico nomine, h. e. ex causâ publicæ utilitatis, in alieno cædi poſſunt, niſi ſolutum ſolatium, hoc eſt, honeſtum pretium pro hoc Domino præſtetur. † 15
Quod non inconcinnè accommodatur ad caſum præſentem, *Arg. l. ſi quis ſepulchrum 12. ff. de relig. & ſumt. funer.* nam & hic ſalus vertitur ac utilitas publica, *l. ſunt perſonæ. 43. ff. eod. tit.* religionisque favor, *l. 1. §. interdictum. 6. ff. de mort. infer.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Quæſtori Pirnenſi, die 9. Decembr. An- 16
no 1631. (Verba Reſcripti: Wir haben euern unterthänigſten eingeſchickten Bericht/ die Erweiterung des Gottesackers zum Königſtein/ und den darzu vorgeſchlagenen angelegenen Garten/ oder ein Stücke davon betreffende/ verleſen hören. Wofern nun/ euern Bericht nach/ die Erweiterung nothwendig/ auch darzu kein ander Mittel vorhanden; So iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren/ dieweil in einem ſolchen Fall zu Beförderung des gemeinen Nutzens und der Beſitzerin/ ſo wol den ihrigen ſelbſten zum beſten/ ſie wider ihren Willen den anſtoſſenden Garten/ oder ein Stücke darvon zu verkauffen wohl angehalten werden kan/ Ihr wollet mit derſelben noch einſten darum gütliche Kauffhandlung pflegen/ in dero beharrlicher Verweigerung aber ſolchen Garten/ oder ein Stück darvon durch die Gerichten *taxiren*/ der Kirchen zuſchlagen/ und die *taxir*te Kauff-Summa gebührlichen *deponi*ren laſſen/ ꝛc.)

Definit. CCCLXXXIX.

Non improbanda eſt conſvetudo, ut honoratiores defuncti in Eccleſiâ ſeu templo ſepeliantur.

SUMMARIA.

1. *Cœmiterium extra urbem eſt ædificandum.*
2. *Aliter licet ſenſerit Leo Imperator.*
3. *Cujus ſanctiones authenticæ non ſunt.*
4. *Quondam in atrio Eccleſiæ defuncti ſepeliebantur.*
5. *Poſtmodum in ipſis Eccleſiis.*
6. *Examinantur hujus rei cauſæ. n. 7.*
8. *Nimis ſuperſtitioſi fuerunt hac in re Pontificii.*
9. *Vera cauſa quænam?*
10. *Hodie etiamnum in Eccleſiis honoratiores ſepeliuntur.*
11. *Cur hoc fiat?*
12. *In civitate ſepulturas probant exempla ſacra.*
13. *Quæ moris ſunt, non facilè mutari debent.*
14. *Conſvetudini adhibenda eſt reverentia.*
15. *Reſcriptum Electorale.*
16. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 EXtra urbem locum ad ſepulturas eli-
gendum & cœmiterium extruen-
dum eſſe, diximus *ſupr. Defin. 385.*
num. 2. & ſeqq. à quo divortium fa-
cit Leo Imperator. *in Novell. 53.* quam hiſce
2 concludit verbis: Quicunque † tamen ſi-
ve extra muros, ſive intra civitatem ſepelire
mortuos volet. Rationes, quas nectit, non
magni videntur momenti, perinde ut nec
3 ipſamet † ſanctio eſt authentica, Jacob. Cu-
jac. *17. obſervat. 13.* Johann. Gödd. *de contr.*
ſtipul. cap. 6. concluſ. 7. num. 74. Hoc au-
tem negare haut poſſumus, Majoribus olim
4 dignitatis causa placuiſſe corpora † quorun-
dam, imprimis Martyrum in atrio aut
porticu, vel in exedris Eccleſiæ ſepeliri,
can. præcipiendum. 13. quæſt. 2. ex hac for-
ſan ratione, ut quotidiano conſpectu hu-
jusmodi monumentorum, mortalitatis ad-
monerentur poſteri, Gilken. *ad l. nemo. 2.*
5 *n. 2. C. de SS. Eccleſ.* Ulterius † poſtea
creſcente ſuperſtitione ſub Gregorio Ma-
gno progreſſi ſunt Pontificii, & in ipſis
etiam Eccleſiis ac monaſteriis demortuos
ſepelire cœperunt: Vel quod hoc iis
6 prodeſſe exiſtimaverint, † ſi nempe pro-
ximi ad loca venientes ſacra, ſuorum,
quorum ſepulchra aſpiciunt, recorden-
tur, ac pro eis Domino preces fundant,
ut colligere eſt ex Decreto Gregorii *in*
7 *can. cum gravia 13. quæſt. 2.* † Vel ut com-
mendans defunctum Martyrum patroci-
nio, affectus pro illo ſupplicationis au-
geatur, *can. non æſtimemus. in fin. dict.*
8 *cauſ. 13. quæſt. 2.* Sed † rationem utram-
que ineptiis relinquimus ſuperſtitioſis Pon-
tificiorum, rectiùs edocti, quòd pre-
ces pro mortuis ſint planè inutiles, quin &
impiæ: ſiquidem animæ piorum, quam-
primum è vivis migrant, in cœlis & ma-
nu DEI ſunt, impiorum verò in inferno,
Luc. 16. v. 22. & 23. & qui portas infer-
ni ſemel eſt ingreſſus, nunquam ex eo e-
luctabitur, nec per portam vitæ ingredie-
tur, quia clauſa eſt janua, *Matth. 25. verſ. 10.*
† Nervum fortaſſis tanget, rationem hu- 9
jus moris eam reddens, quod Pontificii ex
vigiliis miſſis & anniverſariis eò facilius
ſacra & quæſtum facere potuerint cum Jo-
hann. Gerhard. *tom. loc. theolog. 8. cap. 7.*
§. 88.

Qualiscunque verò tandem fuerit ratio,
† demta ſuperſtitione, mos ſepeliendi de- 10
functos in Eccleſiis improbari non poteſt,
quin & apud Evangelicos eſt receptus, ubi
honoratiores ſaltem in locis ejusmodi ſa-
cris humari videmus, vel quod † defuncto 11
dignitas & fama ex loco conſecrato accedat;
vel quod tutior ejusmodi cenſeatur locus,
ne forſan ab impiis cadaver aut oſſa defun-
ctorum effodiantur, vel facinoroſi poſtea
in eodem ſepulchro condantur, Petr. Gre-
gor. *in Syntagm. jur. lib. 2. cap. 13. num. 4.*
Sanè † haut ſuperſtitioſè ſtatuendum, 12
quòd in cœmiterio ſaltem corpora demor-
tuorum terræ mandari neceſſe ſit, poſtquam
ſacra in contrarium extant exempla; ita
enim ſepultus legitur Rex David in civitate,
1. Reg. 2. verſ. 10. Actor. 2. verſ. 29. nec non
Rex Jojadas; *2. Chron. 24. verſ. 16.* & Pro-
pheta Samuel in domo ſua, *1. Sam. 25. verſ. 1.*
† Summatim dicimus, hæc in re uſu ac 13
moribus recepta non facilè immutanda eſ-
ſe, *l. quod ſi novit. 31. §. quia aſſidua. ff.*
de ædil. edict. l. ult. C. de fidejuſſ. Nam
conſvetudini ceu matri adhibenda eſt re- 14
verentia, Bald. *lib. 2. conſil. 318. col. 2.*
verſ. qui enim non ſervat. Chaſſan. *in proœm.*
conſvet. Burgund. num. 34. & in Catal. glor.
mund. part. 12. conſiderat. 15. verſ. & ſi-
cut matri debet adhiberi. pag. 552. Petr.
Rebuff. *in comm. Conſt. Regiar. tom. 3. in*
præfat. num. 70. verſ. conſvetudini ſicut ma-
tri &c.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti Torgenſi, die 24. Decembr. Anno 1626.* 15
(*Verba Reſcripti:* Was an uns E. H. von B. zu S. wegen ſeines Weibes / als einer Sechswöchnerin Begräbniß in der Kirchen daſelbſt/unterthänigſt gelangen laſſen/ das habt ihr hierbey mit mehrern zu befinden. Und begehren hierauf gnädigſt/ Ihr wollet die Verordnung thun/ damit gedachtes ſeines Weibes verblichener Cörper gegen einer Vergleichung der Billigkeit nach in der Kirchen zu S. an einen beſondern Ort/ da das Weibes-Volck nicht zu gehen oder zu ſitzen pfleget/ möge beſtattet und beygeſetzet werden/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti, Quæſtori ac Senatui Freibergenſibus, die 3.* 16
Julii Anno 1609. (*Verba Reſcripti:* So viel die Grabeſtät belanget/ begehren wir hiermit gleichfals/ Ihr wollet hinführo von den gemeinen Leuten niemand in die Kirchen begraben / ſonſten aber nach Gelegenheit eines ieden Herkommens/ Standes/ Verdinſts und Vermögens die Grabſtelle anweiſen/ und dafür iedesmal ein gewiſſes entrichten laſſen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXC.

Sine præſcitu & conſenſu Patroni ſeu Collatoris nemo in Eccleſiâ ſepeliri debet.

SUMMARIA.

1. *Jus ſepulturæ accenſetur juribus Epiſcopalibus.*
2. *Et ab Eccleſiâ eſt impetrandum.*
3. *Num requiratur conſenſus Patroni ad ſepulturam in Eccleſia?*
4. *Differt jus Patronatus à juribus Epiſcopalibus.*
5. *Cura Eccleſiæ ad Epiſcopum ſpectat.*
6. *De quâ tamen participat etiam Patronus.*
7. *Deciſio quæſtionis affirmativa; & quænam rationes decidendi?*
8. *Moribus hodiernis à Patrono jus ſepulturæ impetrandum.*
9. *Patrono debetur honor & reverentia.*
10. *Cui adhæret jus ſepulturæ.*
11. *Per ſepulturam Eccleſiæ damnum facilè inferri poteſt.*
12. *Irrequiſito Patrono ſuſcipienda haut eſt Eccleſiæ reparatio.*
13. *Reſcripta Electoralia. n. 14.*
15. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 JUs ſepulturæ quin accenſeatur juribus Epiſcopalibus, vix quisquam dubitabit, *Ordinat. Eccleſ. Elect. Saxon. & artic. general. 15.* Von Todten und Begräbniſſen / ſiquidem ad ipſam
2 ſpectat Eccleſiam, † ab eaque eſt impetrandum, *can. non æſtimemus. 19. ibi: ad mortuos, pro quibus curam gerimus 13. quæſt. 2. can. ubicunque can. placuit. can.*
3 *præcipiendum. dict. cauſ. 13. quæſt. 2. cap. cùm in Eccleſia. 9. extr. de Simon.* † Quid ergò eſt, inquies, ut Collatoris ſeu Patroni conſenſum & ſepulturam in Eccleſiâ vel templo faciendam requirere neceſſum ſit; Nec enim quemquam fugit, jus patronatûs in ſolâ Miniſtri Eccleſiæ præſentatione conſiſtere, Hoſtienſ. *in tit. de jur. patronat. verſ. quid ſit. &c.* Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1.*
4 *cap. 9. num. 3.* † adeoque multum differre à juribus Epiſcopalibus, quæ à ſolo exercentur Epiſcopo vel Principe per confirmationem ejus, qui à Patrono fuit præſentatus, Matth. Weſenbec. *part. 1. conſil. 48. num. 23. in fin.* Chriſtoph. Beſold. *in differt. de patrocin. & client. num. 63.* Matth. Stephan. *ad novell. 57. n. 12. & ſeqq.* † Ve- 5
rùm enim verò quantumvis jus ſepulturæ pariter in eccleſiâ & omnis cura ac ſollicitudo de Eccleſiis & piis cauſis Epiſcopum ſpectet, *can. unio quæſt. 3.* Berous *vol. 1. conſil. 6. num. 20. & 28.* Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 2. ſyntagm. jur. cap. 1. n. 11. in fin.* † 6
de eo tamen participat etiam Patronus & Magiſtratus ſecularis, *l. hereditas. 50. in fin. ff. de petit. hered. l. ſi in aliquem. ff. de offic. procons.* Math. Boys. *ad Stephan. Aufrer. de poteſt. judic. eccleſiaſt. ſuper laic. reg. 2. fallent. 26.*

Et † licet conceſſerimus, de jure Pontificio jus ſepulturæ à ſolo Epiſcopo impetrandum eſſe, nec fluere ex jure patronatûs, *cap. un. extr. de jur. patronat. in 6to.* Lambertin. *de jur. patronat lib. 3. art. 10. quæſt. 9. princ.* Attamen (1.) † moribus hodiernis repurgatâ in provinciis Statuum Imperii Evangelicorum religione, ſepeliendi jus non ab Eccleſiâ, neque à Ma-

Magiſtratu eccleſiaſtico, ſed à Patrono Eccleſiæ ſive à Magiſtratu politico ſolet impetrari, ipsâ experientiâ teſte, de quâ fidem facit Matth. Stephan. *in tractat. de jur. patronat. part. 1. cap. 24. num. 9.* & Sigiſm. Finckelthuſ. *de jur. patron. cap. 6. num. 149.*

9 (2.) † Nec admittit reverentia Patrono debita, ut ſine ejus præſcitu atque conſenſu ſepultura in Eccleſia ſuſcipiatur. Jus etenim honorificum competere Patrono, extra dubium eſt, *can. piæ mentis. can. Frigentius 16. quæſt. 7. cap. nobis. 25. extr. de jur. patron.* Marc. Anton. Cucchus *in Inſtit. jur. canon. lib. 2. tit. 9. pag. 177. verſ. ſed & ſuus honor.* Spino à Carcer. *in ſpecul. teſtam. gloſſ. 4. pr. numer. 6.* Cothman. *Reſponſ. Acad. 30. num. 9.* † Honori verò huic 10
Patrono competenti adhæret quoque Jus ſepulturæ, Joach. Steph. *lib. 4. de jurisdict. cap. 13. num. 8.*

(3.) Ex quo etiam per ſepulturam in Eccleſia fabricæ ejus facile afferri poteſt damnum, † iniquum foret, Patrono inſaluta- 11
tô, permittere ejusmodi ſepulturam; quippe qui obſtrictus eſt ad ſuppeditationem ſumtuum, quando opus habet in Eccleſia reparatione, *arg. can. quicunque 16. quæſt. 7. can. nemo. 9. de conſecrat. diſt. 1. cap. cùm ſicut. 8. ext. de conſecrat. Eccleſ.* † Unde fit, 12
quòd ædificatio ac reſtauratio Eccleſiæ irrequiſitô Patrono fieri haut debeat, ut diximus *ſupr. Definition. 336.*

Ita † Sereniſſimus Sax. Elect. Superintendenti Plavienſi die 12. Jun. Anno 1626. (*Verba Reſcripti:* Welcher maſſen an uns der von Bodenhauſen ſich wider Alban von Dobenegk zu Rhoda/ daß derſelbe ohne ſeine als des *Collatoris* Begrüſſung und Vergünſtigung das Begräbniß daſelbſten in der Kirchen angeordnet/ in Unterthänigkeit beſchweret/ ſolches habt ihr aus der Inlage zu befinden. Begehren darauf hiermit gnädigſt/ Ihr wollet erwehnten von Dobenegk darüber vernehmen/ und da es ſich alſo verhält/ ihme unterſagen/ daß er hinführo auf begebende Fälle ſolche Begräbniſſe bey dem von Bodenhauſen als *Collatorn* ſuche/ dem von Bodenhauſen auch gebührlichen Abtrag thun ſolle/ rc.) 13

Et eidem † die 22. Martii Anno 1637 (*Verba Reſcripti:* Wie hoch ſich an uns der Ve- 14
ſte/ unſer lieber getreuer Urban Caſpar von Feilitzſch zu Kürbitz / Fürſtl. Brandenburgiſcher geheimer Rath und Cantzler/ rc. wider Wolff Albrecht von Poſeck zu Weiſchlitz/ in Unterthänigkeit beſchweret/ daß er ſich unterſtehe in der Kirchen zu Kürbitz ſelbſtthätig und eigenes Gefallens/ unbegrüſſet ſeiner des von Feilitzſch als *Collatoris*, auch euers als ordentlichen *Inſpectoris*, graben/ und die Todten hinein legen zu laſſen/ ohne einige *Recompens* gegen dem Gotteshauß/ wie er dann neulicher Zeit ſeinen verſtorbenen Vater und Schweſter im Chor nach ſeinem Belieben alſo beyſetzen laſſen/ das habt ihr aus der Beylage mit mehrern zu erſehen. Und begehren hierauf gnädigſt/ Ihr wollet ſolche Klage dem von Poſeck fürhalten/ Ihn darüber vernehmen/ und da er es nicht in Abrede ſeyn könte / Ihme unſer Mißfallen hierob anmelden/ darneben bey Vermeydung unſerer willkührlichen Straffe ihme auferlegen/ daß er ſich unſäumlich mit der Kirchen/ darüber er kein *Jus Patronatus* hat/ ſondern nur ein Eingepfarrter iſt/ nach billichen Dingen wegen berührter beyder Leichen abfinde und vergleiche/ hinführo auch auf begebende fernere Fälle/ iedesmals mit des *Collatoris* und eurem Vorbewuſt und Einwilligung ſeine Todten begraben laſſe. Daran geſchicht unſere Meynung/ rc.)

Nec † non Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Quæſtori Haynenſi, die 17. Januarii 15
Anno 1628. (*Verba Reſcripti:* Welcher geſtalt an höchſtgedachten unſern gnädigſten Herrn Joachim Bernhard von Rohr zu Elſterwerda/ als *Patronus* der Kirchen daſelbſt/ über *Eraſmum* von Maltitz/ daß er ſeinem verſtorbenen Weibe/ als einer Sechswöchnerin/ ohne ſein Vorwiſſen ein Grab in der Kirchen machen zu laſſen/ *de factô* ſich unterſtanden/ ſich beſchweret/ und deßwegen unterthänigſt gebeten/ ſolches habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann der von Maltitz ſolches zu thun nicht befugt/ gleichwol aber der *Collator*, wofern Beklagter ſolches gütlich bey ihme ſuchen wird/ der Billigkeit ſich erbiethen thut; Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet den von Maltitz beſcheiden/ daß er den von Rohr dißfalls erſuchen wolle/ und darauf die Verordnung thun/ damit ſeines Weibes verblichener Cörper gegen einer Vergleichung der Billigkeit nach/ in der Kirchen zu Elſterwerda beſtattet und beygeſetzet werde/ rc.)

Definit. CCCXCI.

Non invidendum Eccleſiæ lucellum ſeu honorarium pro loco ſepulturæ, in cujus aſſignatoine maximoperè providendum, ne ſellis templi officiat, vel cuiquam ſit impedimento.

SUMMARIA.

1. *Jus Canonicum non permittit pro ſepulturâ quid exigere.*
2. *Contrarium qui facit, Simoniæ crimen committit.*
3. *Pœna quanam hujus criminis Reo irrogata ab Alphonſo Rege Arragonum?*
4. *Tempore Gregorii Magni lucrum ex ſepulturis quæſitum.*
5. *Mores Sacrificulorum deſcribuntur.*
6. *Ratione loci ſepulturæ nihil exigere licet de jure canonico.*
7. *Etiamſi in Eccleſiâ locus ſepulturæ petatur.*
8. *Per venundationem ſepulchri, tributum defuncti imponitur.*
9. *Mos venundationis ſepulchrorum in Eccleſias reformatas transmigravit.*
10. *Carè venduntur hodiè ſepulchra.*
11. *Eccleſiæ lucellum pro ſepulturâ non invidendum.*
12. *De jure civili extra commercium non eſt jus ſepulturæ.*
13. *Permittit jus canonicum, honorarium pro ſepulturâ ſponte oblatum acceptare.*
14. *Quædam honeſtè accipiuntur, quæ inboneſtè petuntur.*
15. *In Cœmiteriis etiam ſepulchra hodiè venduntur.*
16. *Multò magis Eccleſiæ venundatio permiſſa erit.*
17. *Cavendum, ne per ſepulchrum in Eccleſia ſellis officiatur.*
18. *Defunctis ita proſpiciendum, ne viventibus damnum inferatur.*
19. *Reſcriptum Electorale.*
20. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 21. 22.*

1 NOn permittit jus canonicum, ut pro ſepulturâ quidquam exigatur, quia Pontificibus impium fuit viſum, ea habere venalia, quæ divini ſunt juris: quæque humano commercio exemta ſunt, Chriſtianæ charitatis officium, habitâ Religionis & pietatis ratione, gratuitò concedi jubet:
2 usque adeò, † ut Simoniæ crimen incidere videantur, qui ſepultræ nomine quidquam exigunt, *cap. non ſatis. 8. cap cùm in Eccleſiâ. 9. cap. ſuam. nobis 29. cap. audivimus. 41. extr.*
3 *de Simoniâ.* Atque hinc non nimis ſeverè † Alphonſus Arragonum Rex Paſtorem quendam pagi per biduum in foveâ ad lumbos usque terra circumfuſâ retinuiſſe ſcribitur, quòd viduæ cujusdam maritum ſine pretii numeratione ſepelire noluerit, prout refert Joach. à Beuſt. *ad l. admonendi. de jurejur.*
4 *num. 968 fol. 675.* quantumvis † ſacrificuli tempore Gregorii Magni ſolius lucri gratiâ intra urbes cœmiteria tranſtulerint, quò ſcilicet eò faciliùs ſacra & quæſtum facerent, Warem. ab Ehrenberg. *lib. 2. de fœder. cap. 1.*
5 *num. 111.* † Etenim decedit quispiam è vita, mox tibi præſto ſunt, rogant: Velisnè mortui corpus ad ſepulturam deferri ſtragulâ honeſtiori contectum, an ſordidiore, vel mediocri? Velisnè crucem elegantem, an verò minùs pulchram anteferri? Nam prout delegeris, dandum erit pretium, Johan. Schleidan. *lib 9. comment. de ſtatu Relig. pag. 247.* Herm. Later. *de cenſu lib. 3. cap. 22. num.*
32. Parili modo ratione terræ † vel loci, in 6
quo defunctus ſepelitur, quidquam exigere jus canonicum prohibet, nec terram cœmiteriatam pro ſepulturâ fodiendâ vendere permittit, *cap. abolendæ. 13. extr. de ſepultur. can. in Eccleſiaſtico. 13. quæſt. 2.* Idque eò minùs, ſi locus † ſepulturæ in Eccleſiâ peta- 7
tur, ne Clerici cenſeantur de humanis mortibus gloriari, ſi ex cadaveribus defunctorum ſtudeant quærere quolibet modò compendium, *can. queſta eſt 12. in fin. dict. cauſ. 13. quæſt. 2.* licèt nullum ſit aliud quæſtuoſius aucupium, quam quod ex venundatione ſepulchrorum colligitur, Hoſpinian. *libr. 3. de Cœmiter. cap. 1. de orig. templ.* Sed quid † hoc aliud, quàm defuncto tri- 8
butum imponere, cùm nimirum ſepulchra mortuorum carè venduntur, quam exa-

exactionem Chriſtianis objici, dolendum eſſe, refert ex Hoſpiniano Warem. ab Ehrenberg *de onerib. ſubdit. cap. 4. num. 65. pag. 68.* & poſt eum Lather. *dict. cap. 22. n. 35.*
9 Nihilominus † mos iſte vendendi ſepulchra in Eccleſias etiam reformatas transmigravit: ac reperiuntur teſte eodem Ehrenberg *dict. loc. n. 112.* civitates, inprimis in Saxonia, ubi
10 vix locum † ſepulchri pro 100. Joachimicis emere queas: ut hinc Chriſtiani noſtri ſint iniquiores Hebrone barbaro, offerente agrum Abrahamo pro uxoris corpore ſepeliendo gratuito, *Geneſ. 23. v. 10. & ſeqq.* Lather. *dict. cap. 22. n. 33.*

11 † Annon ergò Eccleſiæ nihil lucelli offerendum erit, ſi locus ſepulchri in eâ petatur? Non certè hoc dixerim: poſtquam de
12 jure † ſaltem civili jus ſepulturæ haut eſt extra commercium, *§. religioſum. 9.* ubi Johann. Harpr. *n. 2. Inſtit. de rer. diviſ. & acq. ear. domin.* Quin & ipſo jure canonico prohibitio venundationis ſepulchrorum ita reſtringitur, niſi conſuetudine alicujus loci
13 receptum ſit, † ut non tàm aliquid exigatur, quàm ex liberalitate ſponte offeratur, præſertim ſi Clerici non habeant, unde vivant, *cap. ad apoſtolicam 42. extr. de Simon. dict. can. queſta. eſt. verſ. Sed ſi quando. can. in eccleſiaſtico. 14. & can. præcipiendum. 15.*
14 *dict. cauſ. 13. quæſt. 2.* Scilicet quædam † honeſtè accipiuntur, quæ tamen inhoneſtè petuntur, *l. 1. §. provide. 5. in fin. ff. de extr. cognit.* Eaque conſuetudo hodie ulterius eſt progreſſa, ita ut pro loco ſepulchri in templo vel Eccleſiâ petere etiam & exigere quid liceat: quin & univerſaliter invaluit, † ut in Cœmiteriis etiam vel ſingula 15
ſepulchra, vel certum aliquod ſpatium, in quo vel univerſæ familiæ, vel heredibus tantummodò ementis ſepelire liceat, pretiô determinato redimatur; † Quo prætex- 16
tu itaque hoc invideretur Eccleſiæ? cujus reſpectus & indigentia omnem lucri illiciti & fœneratitii ſuſpicionem tollit. Honeſtè ſiquidem datur, quod petitur ad Eccleſiæ ſuſtentationem: Ac ſanè quod moribus receptum eſt, ſuo relinqui debet vigori, *l. quod ſi novit. 31. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edict.*

† Planè in venundatione & aſſignatione 17
ſepulchri talis ſemper eligi & deſtinari debet ad hoc locus in Eccleſiâ, ne ſepultura ejusmodi ſellis templi officiat, vel cuiquam ex parochianis ſit impedimento, quò minùs commodè templum ingredi, & ſellam ſuam occupare, cultumque divinum exercere queat; Nam defunctis ita proſpicendum, † ne damnum viventibus inde ac- 18
cedat, vel uſus rerum ſuarum invertatur, *arg. l. nam hoc 14. ff. de condict. indeb. l. juris naturæ. 206. extr. de Reg. Jur.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Johanni* Gerhardten *& Achatio* von der Aſcheburg zu 19
Beyer-Naumburg/ *die 18. Junii Anno 1634.* (*Verba Reſcripti:* Wir werden berichtet/daß ihr in der Kirchen zu Beyer-Naumburg/derer Pfarr-Lehen uns zuſtändig/ein Erbbegräbniß ohne des Superintendenten zu Sangerhauſen und unſerer Beamten Vorbewuſt angerichtet/der Kirchen auch keinen *recompens* dafür entrichtet haben ſollet. Wann euch aber ſolches eigenes Gefallens zu thun nicht gebühret hätte/und zuvor der Kirchen deswegen Abtrag gemachet werden ſollen; Als begehren wir hiermit gnädigſt/Ihr wollet euch dißfalls mit derſelben Vorſtehern nach billigen Dingen vergleichen/und uns ſolche *transaction* zu unſerer *ratification* oder fernerer Anordnung förderlichſt anhero ſchicken/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annæbergenſi, die 8. Nov. An. 1620.* (*Verba* 20
Reſcripti: Wir haben euern und des Pfarrers zum Geyer eingeſchickten Bericht/ wegen auf eine Zeitlang der verſtorbenen Frauen von Steinbachin auf Felixburg Leichnam/geſuchter Beyſetzung verleſen hören. Wofern nun der verſtorbenen Frauen von Steinbachin hinterlaſſene Erben mit der Kirchen gebührlich ſich abfinden würden; So iſt an ſtatt/ ꝛc. Ihr wollet die Verordnung thun/ damit unter der Erden eine Grabſtätt ausgewölbet/ welche hernach wiederum eröfnet/und ihrer Gelegenheit nach die Leiche *transferi*ret werden möge/ ꝛc.)

Ita † *Superintendenti Quæſtori & Senatui Freibergenſi, die 3. Jul. Anno 1609.* (*Verba Re-* 21
ſcripti: So viel die Grabſtäte belanget/begehren wir hiermit gleichfalls / Ihr wollet hinführo von den gemeinen Leuten niemand in die Kirche begraben/ ſonſten aber nach Gelegenheit eines ieden Herkommens/Standes/Verdienſts und Vermögens die Grabſtäte anweiſen/und dafür ein iedesmal ein gewiſſes von 10. bis auf 50. fl. entrichten laſſen/ ꝛc.)

Nec † non Superintendenti & Quæſtori Haynenſi, die 27. Jan. Anno 1628. (Verba Reſcripti: 22
Wollet demnach die Verordnung thun/damit ſeines Weibes erblichener Cörper gegen einer Vergleichung der Billigkeit nach/ in der Kirchen zu Elſterwerda an einem bequemen Ort (da das Volck nicht zu gehen noch zu ſitzen pfleget) möge beſtattet und beygeſetzet werden/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXCII.

Annuendum eſt Illuſtribus, Nobilibus & honoratioribus perſonis, in memoriam & honorem ſuorum defunctorum Cenotaphia in Eccleſiis erigi, vexilla affigi, aliaque monumenta poni, & funus ornari curantibus.

SUMMARIA.

1. *Corpora defunctorum induta haut tumulo condenda.*
2. *Sed homines defunctos faſciis ſaltem linteis cooperiri ſufficit.*
3. *Coronarum uſus apud funera noſtratium conſuetus.*
4. *Ratio hujus uſus.*
5. *Adhibentur quandoque etiam unguenta.*
6. *Et quâ ex cauſâ?*
7. *Eriguntur porrò Cenotaphia & monumenta, vexillaque affiguntur.*
8. *Quod non omni ex parte improbandum.*
9. *Rationes hujus aſſertionis. n. 10.*
11. *Conſuetudo jus facit & vim legis habet*
12. *Funeribus illuſtrium & honoratiorum prærogativa haut invidenda.*
13. *Jure civili probatur ſepultura pomposa.*
14. *Epiſcopi cum habitu eccleſiaſtico ſepeliuntur.*
15. *Ne excedatur modus ornamentorum in ſepulturâ.*
16. *Inepta eſt voluntas teſtatoris de ornamentis ſecum condendis.*
17. *Licet honoratioribus pro more recepto quid indulgendum.*
18. *Reſcriptum Electorale.*
19. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

INter ornamenta, quibus corpora defunctorum humari ſolent, communiſſimum
1 ferè eſt, † ut induta tumulo condantur, at minùs piè, ſi jus divinum conſulamus, cujus monitu homo, quemadmodum nudus mundum ingreditur, ſic nudus quoque viciſſim egredi debet, *Job 1. verſ. 21. Eccleſ. 5. v. 14. 1 ad Tim. 6 verſ. 7.* ex quo etiam pios ho-
2 mines † faſciis tantummodo linteis, quas ipſa honeſtas exigere videtur, coopertos fuiſſe, ex ſepulturâ Salvatoris, *Matth. 27. v. 59. Marc. 15. v. 46. Luc. 23. v. 51.* & Lazari, *Johan. 11. v.*
3 *44.* apparet. † Coronarum quoque uſum in ſepulturis receptum novimus, non abſque ratione Chriſtianâ; ut enim victores quondam coronabantur in ſignum virtutis & honoris
4 obtenti: † ita quoque defunctos, qui ex vitæ hujus calamitatibus & certamininibus variis feliciter ſunt eluctati & ad beatitudinem pervenerunt, coronari convenit, Rittershuſ. *ad*
5 *LL. 12. tab. claſſ 1. cap. 9.* † Accedit porrò uſus unguentorum, veluti legitur de Joſepho, quod mandaverit ſervis ſuis Medicis, ut ungerent patrem ſuum Jacobum, quod & fecerunt, ungentes eum per quadraginta dies, *Gen. 50. v. 1. & ſeqq.* & de funere Regis Aſæ, quod poſuerint eum ſuper lectum, plenum aromatibus & unguentis, *2. Chron. 16. v. 14.* † 6
hunc procul dubio in finem, ut fœtor vel planè à defunctorum cadaveribus averteretur, vel certè minueretur: itemque à putrefactione diutiùs corpora præſervarentur. Quæque ornamenta alia pro more & conſuetudine loci cujusque in ſepulturis adhibentur.

Quò & referenda † erectio Cenotaphio- 7
rum, affixio Vexillorum, impoſitio lapidis ſepulchralis, aliavè monumenta memoriæ causâ extructa, *l. vel quod 6. §. 1. & l. monumentum. 42. ff. de relig. & ſumt. funer.* Eaque improbanda haut ſunt, præſertim † ſi 8
modico uſu ab illuſtribus, nobilibus, aliisque honoratioribus perſonis in honorem & memoriam defunctorum adhibeantur: etiamſi in ipſis Eccleſiis monumenta ponantur & vexilla affigantur. (1.) Neminem ſiquidem latet mos ſepeliendi apud Germanos, † quò 9
illuſtres præſertim & nobiles perſonæ plerumque veſtibus pretioſis exornantur & induuntur, poſtea gladiis & pugionibus ſcrinio impoſitis palam publicè efferuntur ac tandem

dem cenotaphia in memoriam ipſorum eriguntur, & vexilla in Eccleſiis affiguntur: ut
10 quod Plutarchus † de ſui ſeculi mortalibus
perhibet, quod nimirum corpus ornarint, cum animum non potuerint, quem purum ac ſplendidum deducere voluerint, quaſi jam emeritum & vario ac magno certamine liberatum: rectius fortè ad noſtros accommodetur mores, à quibus haut temerariè re-
11 cedendum, † quia conſuetudo jus facit, vimque legis habet, quin & derogat juri communi, *l. de quibus. 32. ff. de legib.* Bartol. *in l. viros. 8. in fin. C. de diverſ. offic. libr. 10.* Jaſon. *in l. more. 5. col. 9. ff. de jurisdict. omn.*
12 *judic.* (2.) † Et quare non illuſtribus & honoratioribus perſonis, quibus magnificentia aliqua competit, hac in re prærogativæ quid concederetur, cum pro ſe habeant exempla ſepulturæ magnificentiſſimæ Davidis, Salomonis & aliorum, quorum meminit Joſephus 7. *antiquit. cap. ult. & lib. 1. de*
13 *bell. Judaic. cap. 2.* (3.) Neque † hanc pompam de jure civili improbari, apparet ex *l. & ſi quis. 14. §. impenſa. 4. ff. de religioſ. & ſumt. funer.* ac in ſpecie unguenta inter funeris impenſas recenſentur, *l. funeris. 37. ff. de relig. & ſumt. funer.* (4.) De jure † 14
porrò Canonico Archiepiſcopi & Prælati cum pallio & habitu eccleſiaſtico ſepeliri debent, *cap. ad hæc. 2. extr. de auth. & uſu pall.* Inveſtitos enim Epiſcopos ſepeliri nefas eſſe creditur, in reverentiam ſcilicet ſacroſancti characteris, (ſi Diis placet) quo fuerunt inſigniti, Anton. Fab. *in rational. ad dict. l. 14. §. 6. ff. de relig. & ſumt. funer.*

† Planè cavendum, ne in poſitione mo- 15
numentorum & ornamentis funerum modus excedatur, vel cum corporibus ipſa ornamenta condantur, ut monet Ulpian. *in dict. l. & ſi quis. 14. §. non autem. 5.* quia ſumtuoſitas nimia vivis nocet, mortuis haut prodeſt: quippe qui nulla re amplius indigent, & vel amiculo ferali, ſeu faſciis linteis ſunt contenti: quare & inepta † appellatur vo- 16
luntas ejus, qui de ornamentis ſecum condendis in teſtamento præcepit, *l. ſervo. 113. §. ineptas. 5. ff. de legat. 1. l. medico. 40. §. mulier. 2. ff. de aur. & arg. legat.* Quamvis † 17
& hac in re perſonis illuſtribus & honoratioribus ex more recepto quandoque indulgendum.

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti & Senatui Torgenſi, die 15. April. Anno* 18
1631. (*Verba Reſcripti:* Was maſſen an uns Chriſtian von der Pforta und Wolf Dietrich von Schleinitz wegen einer Fahnen / welche ſie Dietrichen von der Pforta zum Gedächtniß in der Kirchen bey euch aufhängen laſſen wollen / in Unterthänigkeit ſich beſchweret / das habt ihr inliegende mit mehrern zu vernehmen. Begehren darauf hiermit gnädigſt / ihr wollet die *Supplicanten* der Gebühr nach / klaglos machen / oder uns eurer Verweigerung erhebliche Urſachen mit Zurückſendung des Inſchluſſes förderlich zu erkennen geben / ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Superintendentis* zu A. *die 24. Auguſti Anno* 19
1615. (*Verba Sentent:* Iſt daſelbſt eine Adeliche Perſon mit Tode abgangen / und dero Freunden auf ihr Anſuchen verwilliget worden / daß der Verſtorbene in der Kirchen begraben werden möchte / wie denn auch gegen Erlegung einer *recompens* eine gewiſſe Stelle in der Kirchen hierzu angewieſen worden / und es wird nunmehr ferner von der verſtorbenen Perſon nahen Anverwandten begehret / daß ihm ein *Epitaphium* in der Kirchen aufzurichten / und zum Gedächtniß des Verſtorbenen eine Fahne anfzuſtecken erlaubet werden möge. Ob nun wohl dergleichen *Ceremonien*, übrige Unkoſten und Gepränge bey den Begräbniſſen in gemein unnöthig / auch des Orts nicht herbracht. Dieweil ihr aber dennoch ſelbſten berichtet / daß der Verſtorbene vornehmen anſehnlichen Standes und von hohen Geſchlechte geweſen / auch ein ſtattliches Vermögen und Erbſchafft nach ſich verlaſſen; So wird bey ſo geſtalten Sachen der Freunde Suchen ſtatt gegeben / und nebenſt dem *Epitaphio* dem Verſtorbenen auch eine Fahne zum Gedächtniß in der Kirchen aufzuſtecken nachgelaſſen V. R. W.)

Definit. CCCXCIII.

Deferendum petito heredum, ut in cœmiterio conjux juxta tumulum prædefuncti conjugis ſepeliatur.

SUMMARIA.

1. In ſepultura alicujus hereditaria extraneus invitis heredibus ſepeliri haut debet. n. 2.
3. In cœmiterio communi ſepucbrum eligere licet.
4. Servato tamen ordine locorum æquali.
5. Audiendus eſt filius, ſepulchrum petens juxta tumulum patris.
6. Et conjux, ſi velit ſepeliri juxta tumulum prædefuncti conjugis.
7. Fundamenta & rationes pro hac ſententia, n. 8.
9. Quos conjunxit conjugium, non ſeparet ſepulchrum.
10. In majorum tumulo ſepeliri, haut minima pars felicitatis habetur. n. 13.
11. Pœna verè eſt, alio in loco ſepeliri.
12. Adducitur autoritas D. Hieronymi.
14. Reſcripta Conſiſtorii Supremi.

1 EXpeditum ferè eſt, non audiendum fore, qui extraneum defunctum in ſepultura alterius hæreditaria, certæ familiæ deſtinata, terræ mandare ve-
2 lit, ſiquidem jus civile non permittit in † locum alterius invito domino mortuum inferri, *l. locum. 2. §. 1. l. is qui. 7. ff. de relig. & ſumt. funer.* ne ſcilicet alteri per alterum iniqua conditio inferatur, *l. non decet. 74. ff. de Reg. Jur.* Cæteroquin in cœmiterio com-
3 muni † etiam alterius parochiæ ſepulchrum eligere licet, *cap. 1. cap. fraternitatem. 3. cap. de his. 4. cap. in noſtra. 10. extr. de ſepultur.*
4 † ſervato nihilominus ordine locorum æquali abſque reſpectu perſonarum, cujus diſpoſitio & cura Eccleſiæ & Conſiſtoriis relinquenda.

A quo tamen ordine recedendum, ſi æquitas pariter & pietas id expoſcat, exſoluto præſertim Eccleſiæ pro electione honorario,
5 † veluti ſi filius adhuc vivens ſe defunctum ſepeliri petat, ubi antea ſepultus eſt pater, *l. quod paterfamilias. 6. in princ.* ubi Bald. *ff. de relig. & ſumt. funer. cap. licet. 4. in verb. ſed ſunt cum ſuis majoribus tumulandi. extr. de ſepultur.* Oldrad. *conſil. 25. & conſil. 257.*
6 † Pariter & deferendum petito heredum, ut uxor vel maritus in cœmiterio publico & communi juxta tumulum prædefuncti conjugis ſepeliatur, Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. jur. univerſ. lib. 2. cap. 13. nu-*
7 *mer. 8.* (1.) † per text. *in cap. 1. ibi: Nos inſtituta majorum parum conſiderantes ſtatuimus, unumquemque in majorum ſuorum ſepulchris jacere, ut patriarcharum exitus docet. extr. de ſepultur.* Idque
8 clarius † exprimitur ab Auguſtino hiſce verbis: Unaquæque mulier ſequatur virum ſuum ſive in vita, ſive in morte: & à Gregorio: Soror B. Benedicti ſepulta eſt in ſepulchro, quod ipſe ſibi præparaverat: ut quorum mens una fuit ſemper in Domino, eorum quoque corpora ſepultura haut ſepararet, *in can. unaquæque 3. cauſ. 13. quæſt. 2.*

(2.) Quæ ratio † firmior adhuc videtur 9
in conjugibus, ſcilicet ut quos conjunxit unum conjugium, conjungat quoque ſepulchrum: quia una caro ſunt, & quos DEUS conjunxit, homo non ſeparet. *can. Ebron. 2. dict. cauſ. 13. quæſt. 2. & can. quos DEUS. cauſ. 33. quæſt. 3.*

(3.) † Nec parùm felicitatis in eo ponitur, 10
ut piè defuncti oſſa in majorum vel proximorum tumulo quieſcant: veluti hinc Severus Ravennatum Archiepiſcopus tumulum fieri juſſit, in quo ſe & uxorem & filiam collocavit, Rufin. *hiſt. Eccleſ. lib. 3. cap. 31.* Hocque ipſum etiam fuit votum Joſephi, rogantis fratres ſuos, ut tempore viſitationis ſuæ oſſa ſua ſecum deferrent, & in ſepulchro patrum ſuorum ea collocarent, *Geneſ. 50.* Nec fruſtra cenſentur appoſita in ſacris verba, quando agitur in libris Regum de nonnullorum ſepultura: Obiit & appoſitus eſt ad patres ſuos, hoc eſt in ſepulchro patrum ſuorum. † Econtra Prophetæ, qui contra præ- 11
ceptum Domini comederat in Bethel, pœna hæc indicitur: Non inferetur cadaver tuum in ſepulchrum patrum tuorum, *1. Reg. 13.*

(4.) † Eoque pertinent verba Hierony- 12
mi, quando ait: Ebron dicitur eſſe civitas quatuor virorum, quia in ea ſepulti ſunt tres Patriarchæ in ſpelunca duplici cum tribus uxoribus ſuis, id eſt, Abraham & Sara, Iſaac & Rebecca, Jacob & Lea, præter ipſum Adam & Evam uxorem ſuam; Tobias dicit ad filium: Cum acceperit DEUS animam meam, corpus meum ſepelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus: & cum ipſa compleverit tempus ſuum, ſepelias eam juxta me in uno ſepulchro. *Hactenus verba Hieronymi relata in dict. can. Ebron. 2. cauſ. 13. quæſt. 2.* Ex quibus luculenter patet, † quam pium & ho- 13
ne-

ſeſtum haberi debeat votum, ut conjuges in uno ſepeliantur tumulo; quod ſi fieri poteſt, haut ipſis eſt denegandum.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Offitienſi & H. à P. in S. die 6. Nov. An. 1609.* 14
(*Verba Reſcripti:* Wir haben euren *P.* und des Pfarrers zu *S.* unterſchiedliche Schreiben und Berichte wegen der noch unbegrabenen *M. F.* verleſen hören. Nun giebt die Churfl. Sächſ. Kirchen-Ordnung klar/ daß Kirchen- und Kirchen-diener-Sachen / ſo wol was die Todten und ihre Begräbniſſe betrifft / bey den *Conſiſtoriis* angebracht / und allda erörtert werden ſollen. Derowegen ihr *P.* nicht Urſache habt / euch dißfalls über der Verſtorbenen Erben und Freunde / weil ſie ihre Klage bey der geiſtlichen Obrigkeit angebracht / zu beſchweren / und einiger Botmäßigkeit hierüber anzumaſſen / wäre auch viel beſſer / daß die Todten begraben / dann durch unnöthigen Zanck verhindert / und in ihrer Ruhe verunglimpffet würden. Und weil gleichwol der Chriſt- und ehelichen Liebe gemäß / daß Eheleute / wie im Leben / alſo auch im Tode ſich nicht ſondern; Als thun wir eure gemachte Ordnung hiermit dieſer geſtalt erklären / daß wann zwiſchen Eheleuten ein ſolcher Fall / da eines nach dem andern verſtirbet / ſich ereignen / und des letzt-Verſtorbenen Erben 1. Schock der Kirchen zu erlegen ſich erbieten werden / ihr den todten Leichnam zu ſeinem Ehegatten ohne Verweigerung legen / und da der F. Erben ſolches bewilligen werden / ihr mit der Verſtorbenen den Anfang machen / ſonſten aber ſie der Ordnung nach auf den Kirchhof begraben / auch hinführo ohne *reſpect*, ob die Perſonen in Aemtern ſeyn / oder nicht / in den Begräbniſſen Gleichheit halten laſſen ſollet / ꝛc.)

Definit. CCCXCIV.

Præcavendum, ne inſepulta maneant corpora peſte defunctorum: quæ tamen in loco peculiari ac remoto humari debent.

SUMMARIA.

1. *Parum adimit defuncto, ubicunque cadaver maneat.*
2. *Et an ſepeliatur vel non.*
3. *Sepultura omnibus commendata eſſe debet.*
4. *Officium ſepulturæ eſt opus charitatis Chriſtianæ.*
5. *Morbo peſtifero defuncti maximopere ſepeliri debent.*
6. *Sanctio Electoralis hac de ſepultura quænam?*
7. *Maturanda eſt ſepultura peſte defunctorum. n. 11.*
8. *Differenda quamdiu alias ſepultura? n. 9.*
10. *Mos Romanorum, nonum expectantium diem.*
12. *Peſte defuncti in loco ſeparato ſepeliendi.*
13. *Qua ex cauſa & ratione? n. 15.*
14. *Removetur objectio.*
16. *Culpabile non eſt, quod fit urgente neceſſitate.*
17. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 18. 19.*

1 QVamvis nil adimatur Chriſtiano, ubicunque etiam corpus ſuum poſt diſceſſum animæ maneat, Auguſtinus *de Civit. DEI lib. 1. cap. 2.* veluti hinc Albani nefas putabant, curam mortuorum gerere; & Sabæi corpora defunctorum eo, quo ſtercus, modo ducebant, Chaſſan. *de glor. mundi. part. 1. conſid. 5.* nec referet † multum, an ca-
2 davera ſepeliantur, vel non; quia cuſtodit Deus oſſa piè defunctorum omnia, *Pſalm. 34. verſ. 12.* & mortuos ſuos reddet, *Apoc. 20. verſ. 13.* Attamen † ſepultura omnibus 3
commendata eſſe debet, ut diximus *ſupra Defin. 373.* imprimis verò in tempore peſtis, quo homines ad eam adigere vix tutum cenſetur, propter periculum contagionis. Haut tamen omitti debet, nec poteſt abſque nota impietatis, quia † ſepulturæ 4
officium in numero operum charitatis Chriſtianæ collocatur. *Gen. 43. verſ. 4. cap. 50. verſ. 7. Joſ. 24. verſ. 32. Ruth. 1. verſ. 4.* nec

propterea pauperibus vel peſte defunctis de-
5 negari debet, *ſupr. Defin. 374.* † tantoque minus, quantò majus imminet periculum ex putredine cadaverum peſtiferorum, ſi non terræ inferantur, ut hinc maximopere providendum à Magiſtratu, ne inſepulta corpora
6 peſte defunctorum relinquantur. † Quod ſane haut facere neglexit Sereniſſimus Saxoniæ Elector, ut videre eſt ex *Ordin. Eccl. art. gener. 15. §.* Nach dem auch Bericht einkommen/daß zur Zeit der regierenden Peſtilentz/ꝛc. *verſ.* welcher Cörper auch etliche Tage in den Häuſern unbegraben liegen/ einer in der Stuben/ der ander vor der Thür/ der dritte im Garten gefunden worden/um welcher unmenſchlichen/unerbaren Härtigkeit willen GOTT noch zu gröſſerm Zorn und Strafe beweget werden mögen; Iſt derohalben unſer Befehlich/ daß in ſolchen ein gebührliches Einſehen und Chriſtliche Verordnung in den Dörffern ſo wohl als in den Städten geſchehe/ damit nicht ſo abſcheulich wider den Glauben und Liebe gehandelt/ ſondern die mit ſolcher Plage leiblich von GOTT heimgeſuchet/ ihre gebührende Hülffe haben/ und die Verſtorbenen als die Glieder Chriſti zur Erden beſtätiget werden mögen/ ꝛc.

7 † Maturanda quoque eſt ſepultura peſte defunctorum: Etſi enim alias hæc paululum, & ad minimum horis duodecim deferri debet propterea, quòd quidam ob ſubitaneos morbos, apoplexiam, ectaſin, &c. videantur mortui, quia deſtituti ſunt omni ſenſu & motu, qui tamen intra ſpatium aliquot horarum priſtinas recuperant vires, & quaſi re-
8 viviſcunt, † *Ordinat. Eccleſ. dict. art. gener. 15. in princ. ibi:* Da iemand von GOTT durch Kranckheit und tödtlichen Abgang von dieſem Jammerthal abgefordert würde/ ſol derſelbe nicht alſobald begraben/ beſondern zum wenigſten 12. Stunden daheim im Hauſe behalten werden/ in Betrachtung/ daß etliche durch geſchwinde Kranckheiten oder Ohnmacht etwan alſo ſchwach/ mattloß und verzuckt/ daß ſie vor todte Menſchen angeſehen/ und doch gleichwol über etliche Stunden wiederum ſich erholen/verſtändig und lebendig werden/ꝛc. Veluti † memorabile hu- 9
jus rei recitatur exemplum de muliere quadam Colonienſi ab Henrico Kornm. *de mir. mort. part. 2. cap. 16.* atque † hinc ad nonum 10
usque diem apud Romanos cadaver humi deſtitutum domi jacebat, pedibus januæ obverſis, & nonò demum die elatum ſepulturæ mandabatur, teſte Rittershuſ. *ad LL. XII. Tabb. cl. 1. c. 10. p. 33.* Attamen † peſtis tem- 11
pore maturanda eſt ſepultura propter ſummum, quod ex fœtore & putredine imminet, periculum. Quin & cadavera tum in ſepulchra benè profunda ſunt inferenda, injecta poſtea multa terra & lapide ſepulchro arctè impoſito, ut monet Ambroſius *libr. 1. de Abrahamo cap. 3.* allegatus à Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de morte, cap. 3. caſ. conſc. 6.*

Ex qua ratione † & hoc profluit, ut in lo- 12
co aliquo ſeparato & peculiari, peſte defunctorum cadavera terræ inferri conſueverint: ſiquidem ad Magiſtratûs officium pertinet, non tantum ſubditorum ægrotantium vel mortuorum, ſed & viventium ac proſpera 13
adhuc valetudine utentium curam ſuſcipere, & mala quævis avertere, Chriſt. Beſold. *lib. 2. polit. cap. 4. §. 8. th. 42. & 43.* Joh. Gotfr. Grimmæus *in Syntagm. jurid. polit. Diſſ. 4. th. 92.* Nec eſt, quod in cœmiteriis publicis ſepultura omnis ſit communis; † Hoc enim licet facile largiamur, in 14
caſu tamen morbi peſtiferi graſſantis id nequaquam impedimento eſſe debet, quò minus peculiaris aliquis locus à frequentia hominum remotus ſepulturæ morbo peſtifero defunctorum deſtinari queat, † vel ſaltem ob 15
commodum publicum, ne aer exhalationibus putridis ac noxiis, quæ ex ſepulchris oriri ſolent, corrumpatur, & ſic corpora vivorum inficiantur. Et ſanè tempore peſtis neceſſitas efficit, ut ſeparatio fiat funerum; † culpa- 16
bile vero non eſt, quod fit urgente neceſſitate, *can. ad limina. cauſ. 30. quæſt. 1.* Hieron. Cævall. *in ſpecul. comm. opin. quæſt. 906. numer. 50.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 3. cap. 1. num. 49.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Quæſtori Miſnenſi, die 16. Novembr. Anno* 17
1614. (*Verba Reſcripti:* Welcher maſſen gegen höchſt-ermeldten unſern gnädigſten Herrn Catharina von Mergenthal Wittbe/zu Teutſchen Bohra/über den *Collatorn* zu Tannenberg Wolff Friedrich Alnpecken/und den Pfarrer daſelbſt/ Michael Eckarten/wegen der Begräbniſſe vor ihre an der böſen Seuche verſtorbene Unterthanen demüthigſt beklaget/ ſolches habt ihr inliegend zu befinden. Hierauf nun iſt an ſtatt/ꝛc. Ihr wollet den *Collatorn*, Gerichts-Herrn und Eingepfarrte hierüber vernehmen/und Verordnung thun/ daß auf gemeine Unkoſten zu den *inficirten* Leichen ein gewiſſer Ort abgeſondert und wohl verwahret werde/ꝛc.)

Et

Item † *Superintendenti Chemnicenſi ac Præfecto* in Sachſenburg/ *die 15. Septembr. Anno 1609.* 18
(*Verba Reſcripti:* Wir haben aus euern des Superintendenten Bericht ſamt dem Beyſchluſſe mit mehrerm vernommen: Wasmaſſen euer und des Pfarrers zu Mittweyda/ als *Adjuncti Viſitatoris*, gemachter Anordnung zuwider/ die Leute zu Seyfersbach ſich unterſtanden/ in die 60. *inficirte* Leichen nahe der Kirchen-Pfarr-und Schulwohnung auf dem Kirchhofe im Dorffe zu begraben/und damit die Schule anzuſtecken ſich unterfangen/ auch darvon/ ſo lange eine Leiche Raum hat/abzuſtehen nicht gemeynet/darzu ihr der Verwalter durch Zwangs-Mittel ſie anhalten ſollet/wie ihr daraus ferner zu erſehen. Wann dann ſolches der Chriſtlichen Liebe/Kirchen-Ordnung und dem allgemeinen Landes-Brauch zuwider/ euch dem Verwalter auch ohne das in dergleichen Fällen ohne unſer oder des Superintendenten Vorwiſſen und Einwilligung Anordnung zu thun nicht gebühret/und alſo dieſe euere Begünſtigung im Stande Rechtens nicht verantwortet werden/noch dieſe Sache wegen der groſſen Gefahr längern Verzug leiden kan; Als thun an ſtatt/ꝛc. wir dem Verwalter hiermit bey Straffe 100. Goldgülden Rheiniſch auferlegen und befehlen/die Leute alſobalden durch ernſte Zwangs-Mittel anzuhalten/ daß ſie ihre *inficirte* Leichen nicht mehr auf den Kirchhof zu Seyfersbach/ ſondern an den von euch dem Superintendenten und Pfarrer zu Mittweyda vorgeſchlagenen Ort hinführo begraben/ denſelbigen auch/ wie ſichs gebühret/ verwahren und vermachen ſollen/ ꝛc.)

Et † *Quæſtori Leiſnicenſi, die 4. Auguſti Anno 1630.* (*Verba Reſcripti:* Was maſſen an uns 19
der Pfarrer zu Gersdorff/ *M. Wolffgangus* Schreckenfuß/über ſeine Eingepfarrten daſelbſt abermal wegen beharrlicher verweigerten Anrichtung des neuen Gottes-Ackers ſich anderweit beſchweret/ dagegen die Eingepfarrten daſelbſt abſonderlich geſuchet/ das habt ihr hierbey zu befinden. Wann wir es dann bey unſern auf euern vorigen Bericht erfolgten unterſchiedlichen Anordnungen allerdings bewenden laſſen; Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/ihr wollet nunmehr die verwürckte Straffe ungeſäumet einbringen/ darvon den neuen Kirchhof anrichten/den Eingepfarrten aber anderweit bey 100. Thaler Strafe auf den alten Kirchhof forthin begraben ſollen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCXCV.

Non admittenda eſt Appellatio in cauſâ ſepulturæ, ſi moram haut patiatur.

SUMMARIA.

1. *Magiſtratus commendatum ſibi habent jus ſepulturæ.*
2. *Sæpiùs retardatur ſepultura à Parochianis.*
3. *De jure civili à ſententiâ duntaxat definitivâ recipitur Appellatio.*
4. *A quovis gravamine de jure canonico appellare licet.*
5. *Quod & in foro Saxonico obtinet.*
6. *Appellatio eſt ſpecies quædam defenſionis.*
7. *Defenſio nemini deneganda.*
8. *Qui gravatus haud eſt, non poteſt appellare.*
9. *Gravamen eſt cauſa Appellationis.*
10. *Non licet appellare in causâ ſepulturæ, quando periculum in morâ. n. 14.*
11. *Non datur locus appellationi in cauſis requirentibus celeritatem.*
12. *Ab executione non admittitur appellatio.*
13. *Multis in caſibus appellatio rejicitur.*
15. *Propter imminens periculum receditur à regulis juris.*
16. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 Piè pariter & prudenter maximè commendatum ſibi habent pii Magiſtratus jus ſepulturæ, ſanctionibus & Reſcriptis eam promoventes: Quod tamen ſubditi & parochiani non ſemper grata mente agnoſcunt, ſalutari-

taribus ſanctionibus parum obedientes, mo-
ramque injicientes, quò minùs ad ſepultu-
2 râm mox deveniatur, quandoque † etiam
ſub ſpecie veri appellationis remedio inni-
tentes. Nec fruſtrà, ut opinantur, poſt-
quàm beneficium hoc omni competat grava-
3 tô. Etſi enim de jure † communi regulari-
tèr duntaxat à ſententiâ definitivâ recipiatur
appellatio, *l. ſi clericus. 2. C. de epiſc. audient.*
l. 2 ff. de appell. non recip. l. ante ſententiæ. 7.
C. quor. appell. non recip. Matth. Weſenbec.
in parat. ff. de appellat. numer. 8. Hoſtienſ.
in ſummar. extr. de appellat. numer. 5. Matth.
Coler. *part. 2. deciſ. 299. num. 1. ibidem in ad-*
dit. Frider. Penſold. Chriſt. Zobel. *part. 1.*
4 *differ. 41. num. 9.* attamen † de jure cano-
nico à quavis ſententiâ, etiam interlocutoriâ,
& quocunque gravamine, tàm judiciali
quàm extrajudiciali appellare licet, *cap. ſuper*
12. cap. ex parte 47. cap. cum ceſſante 60. extr.
de appellat. Weſenbec. *dict. loc.* Andr. Gail.
libr. 1. obſervat. 120. num. 2. obſerv. 129. num.
1. Joach. Mynſing. *cent. 4. obſervat. 43.* Ru-
ginell. *in tract. de appellat. §. 2. cap. 2. am-*
5 *pliat. 12. numer. 118.* Idque † Saxones ſe-
quuntur, ut ita contra quodvis gravamen
parti læſæ proſpectum ſit beneficio Appella-
tionis, teſte Andr. Rauchbaro *part. 2. quæſt. 6.*
num. 55. Matth. Coler. *dict. deciſ. 269 n. 2.*
Weſenbec. & Zobel. *dict. loc.* Nec malè,
6 quia appellatio habetur † ſpecies quædam
defenſionis, Marant. *in ſpecul. part. 6. §. &*
quandoque appellat. numer. 278. defenſio au-
7 tem nemini † eſt deneganda, *l. ut vim 3.* ubi
Jaſon. *numer. 17. ff. de juſt. & jur. l. 1. § cum*
arietes ff. ſi quadrup. paup. feciſſ. dict. l. 4. &
5. l. ſcientiam 45. §. qui cum aliter. ff. ad leg.
Aquil. l. 1. ubi Bald. *num. 18. C. unde vi.* Hip-
polyt. de Marſil. *in l. 18. §. cognitionem. num.*
8 *47. ff. de quæſt.* Ideoque † ſicut is, qui gra-
vatus haut eſt, non poteſt appellare, Bald. *in*
l. un. numer. 7. C. ne liceat in unâ eâdemque
causâ tertiò provoc. Franch. *in capit. ſi duo-*
bus 7. numer. 1. extr. de appellat. Cæſar. Barz.
Bon. deciſ. 52. Octav. Cacheran. *deciſ. 61.*
ita gravatus appellare valet, ſiquidem appel-
latio datur propter gravamen; † eſtque gra-
vamen cauſa appellationis, *cap. ut debitus*
59. extr. de appellat.

Sed conceſſerimus ea regulariter, ſi
præſertim cauſa ſepulturæ in proceſſu
ventiletur dubia: non verò extendere licet
beneficium appellationis ad caſum, quo pe-
riculum eſt in morâ, † ac ſana ratio ca- 10
davera defunctorum terræ mandari ſuadet,
veluti ſi peſtis tempore litigium de ſepelien-
dis mortuis moveatur, quod inhumatio-
nem retardare haut debet, ob bonum pu-
blicum & contagionis peſtiferæ propagatio-
nem inde metuendam. Quare meritò
tùm rejicietur appellatio: (1.) Quia be-
neficio † huic non datur locus in cauſis 11
requirentibus celeritatem, quæ ſine dilatio-
ne expediuntur, in quibus executio per ap-
pellationem nequaquam impediri debet,
Specul. *in tit. de appellat. §. in quibus verſ. 8.*
Marant. *dict. loc. num. 330.* Jaſon. *in l. 1. ff.*
de feriis. ex † quo nec admittenda appel- 12
latio ab executione, Matth. Coler. *de proceſſ.*
execut. part. 4. cap. 2. num. 33. Quis verò
non animadvertit, in caſu propoſito opus eſ-
ſe celeri expeditione?

(2.) Nec ſanè indifferenter hodiernis
moribus omni in cauſa appellare licet, ſed † 13
plurimæ dantur limitationes & exceptiones
hujus aſſertionis, quas præter alias copioſè
adducit Maranta *in alleg. §. & quandoque*
appellatur. num. 280. & multis ſeqq. ut hinc
abſonum non ſit, cauſam ſepulturæ caſibus
exceptis accenſeri; vel ſaltem ob favorem
boni publici, ne intermiſsâ ſepulturâ, fœtore
ex corporibus putreſcentibus exhalante, aer
corrumpatur, unde viventium ſalus maxim-
operè periclitatur, *l. ſunt perſonæ. 43. de re-*
lig. & ſumt. funer.

(1.) † Et quis tandem judex neceſſitate 14
non ſe commoveri patiatur, ut appellatio-
nem rejiceret in caſu peſtis, morbivè alte-
rius contagioſi graſſantis, cùm telo neceſſi-
tatis urgente omnia cenſeantur licita & ju-
ſta, quæ alias talia non ſunt, ut pulchrè de-
clarat Bodin. *libr. 5. de Republic. cap. 5. pag.*
896. Nevizan. *in ſylv. nupt. libr. 5. ſub tit.*
quomodo judicandum. numer. 48. † Et pro- 15
pter imminens periculum receditur non ſo-
lùm à regulis juris communis, ſed etiam pro-
hibitivi, Jaſon. *ad l. de pupillo. §. præterea.*
ff. de oper. nov. nunciat. Zaſ. *lib. 1. conſil. 21.*
num. 11.

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Quæſtori Leiſnicenſibus, die 20. Octobr. 16
Anno 1630. (Verba Reſcripti: Wir haben euern abermaligen eingeſchickten Be-
richt/die von den Eingepfarrten zu Gersdorff beharrliche verweigerte Anrich-
tung des neuen Gottes-Ackers daſelbſt und darwider eingeworffene *Appellation*
betreffende/verleſen hören. Wann dann ſolche Anrichtung bey ietziger Sterbens-
Gefahr keinen Verzug leidet/und dahero dieſe *cauſa non appellabilis* iſt; Als laſſen
wir

wir es/ dieſer wichtigen *Appellation* ungeachtet/ bey unſern vorigen Anordnungen allerdings verbleiben; Hierauf an ſtatt höchſtgedachtes unſers gnädigſten Herrns begehrende/ Ihr der Schöſſer wollet ſolche nochmals *exequiren* und zu Wercke richten/ ꝛc.)

TIT. XXV.

De

Rebus & juribus Academicis.

DEFINIT. CCCXCVI.

Academias in Emporiis ſeu civitatibus Mercurialibus commodè erigi, noſtra fidem facit Lipſiaca, apud Status Imperii Evangelicos primum tenens locum.

SUMMARIA.

1. *Jus privilegiandi Academias refertur inter Regalia.*
2. *Competit ergò Imperatori.*
3. *In Camerâ etiam admittuntur promoti in Academiis ab Imperatore ſolo approbati.*
4. *Hoc jus Impp. jamdudum competiit.*
5. *Academia Colonienſis ab Imperatore privilegiata.*
6. *Nec non Patavina, Pariſienſis & Pragenſis.*
7. *A ſolo Pontifice confirmatæ Academiæ plenâ gaudent autoritate.*
8. *Lipſienſis Academia à Pontifice privilegiata.*
9. *Primum tenet locum inter Academias Statuum Evangelicorum.*
10. *In Emporiis commodè eriguntur Academiæ.*
11. *Hujus rei incommoda quænam?*
12. *Majora rei inde proveniunt commoda.*
13. *Profeſſores hodiè modica habent ſalaria.*
14. *Vacuum reperitur in crumenis ſcholarium.*
15. *Movetur objectio, quæ & rurſus refellitur.*
16. *Fundamentum propter abuſum everti haut debet.*
17. *Reſcriptum Electorale.*
18. *Literæ Conſiſtorii Supremi.*

ACademias privilegiare, haut poſtremi ordinis haberi Regale, unanimi calculo à Doctoribus proditum eſt, Henn. Arniſ. *de jur. Majeſtat. libr. 1. cap. 6. num. 14. pag. 417.* Thomas Michael *de jurisdiction. concluſ. 12. lit. a.* Regn. Sixtin. *de Regal. cap. 2. numer. 21.* Henr. Bocer. *de jurisdict. cap. 1. n. 43. & de Regal. cap. 2. n. 121.* aliique ab aliis allegati. Quis ergò eſt,
2 † qui jus hoc Imperatori denegare auſit? vel ſaltem convictus *ex Ordin. Camer. part. 1. lib. 3.* §. Deßgleichen ſollen die Beyſitzer/ ꝛc. ubi hæc leguntur verba; Die *Univerſit*äten / welche zum wenigſten von unſern Vorfahren/ Römiſchen Käyſern und Königen / der ietzigen Käyſerlichen Majeſtät/ etc. oder uns *confirmi*ret / ut profectò mirum ſit, quosdam eò audaciæ progreſſos fuiſſe, ut veriti haut ſint ſcribere: In † Camerâ non 3
admitti niſi promotos in approbatis à Pontifice Academiis, quos contrariis refellit exemplis Johan. Limnæus *lib. 8. jur. publ. cap. 1. num. 32.* Nec noviter jus confirmandi & privilegiandi Academias ad Imperatores deveniſſe, † ſed jamdudum 4
iis competiiſſe, fidem faciunt præter *l. un. C. de ſtud. liberalib. urbis Rom. lib. 11. tit. 18.* Academia vetuſtiſſima Bononienſis primùm † ab Imp. Theodoſio inſtituta, de- 5
indè à Carolo Magno reparata, poſteà à Lothario Saxone inſtaurata, ac tandem à Carolo V. majoribus privilegiis exornata: † Patavina, Pariſienſis & Pragenſis, 6
quæ omnes Carolos Impp. conditores & confirmatores habuerunt, Herm. Kirchn.

de

de republ. diſput. 2. in auctar. pag. 39. Limn. *dict. cap. 1. num. 33.* Nequaquam tamen hinc inferendum, autoritate confirmationis
7 legitimâ † deſtitui Academias à ſolo Pontifice confirmatas & privilegiatas, obſtante totius Imperii obſervantia, quâ Academiæ in Germaniâ erectæ & apertæ autoritate Pontificis quaſi ab ipſo Imperatore erectæ & imperiales habentur, æquè ac ſi per Imperatorem erectæ & inſtitutæ eſſent, cujus obſervantiæ rationem profert Joach. Stephan. *lib. 4. de jurisdict. Eccleſ. cap. 12. n. 23. & ſeqq.* & poſt eum Matth. Stephan. *de juris-*
8 *dict. lib. 3. part. 2. cap. 2. n. 25.* † utriusque autem nititur autoritate Lipſienſis noſtra, quam per Fridericum I. ex familia Marchionum Miſnenſium & Electorum Saxoniæ conditam primum Anno Chriſti 1408. privilegiis à Pio II. Pontifice Romano munitam, & poſtea Anno 1412. ab Alexandro V. corroboratam, demum verò Anno 1447. ab Imp. Carolo V. confirmatam pluribusque privilegiis donatam & ornatam novi-
9 mus. † Eaque tam antiquitatis quàm autoritatis ratione primas tenet inter Academias Statuum Imperii Evangelicorum. Cumque nobiliſſimum ſit emporium Lipſi-
10 enſe, concludere † hinc tutò licet, non incommodè in emporiis ſeu civitatibus mercurialibus erigi Academias, tantoque minùs, quanto plures Viri omnium Facultatum doctiſſimi, eruditiſſimi & celeberrimi ex hac noſtrâ prodierunt, non ſine ingenti commodo Eccleſiæ, Principum, Magnatum & Rerumpublicarum.

11 † Non equidem me latent inconvenientiæ & incommoda, quibus Johann. Limnæus permotus in emporiis Academias erigi diſſuadet, nempe quod frequentia nundinarum & mercatuum animos Studioſorum avocet à ſtudiis; docentium interrumpat diligentiam; utrosque verò non rarò interturbet *dict. lib. 8. jur. publ. cap. 1. num. 69.* Sed ſi contra ocu-
los ad commoda vertamus, † incommoda 12
ab hiſce ſuperari, ſin non planè tolli, fateri neceſſum habebimus. Sunt vero hæc, converſatio cum exteris, omnium rerum atque librorum ſelectorum copia, morum civilitas, frequentia hominum & commerciorum, unde, quæ Studioſis neceſſaria ſunt, facilius peti & impetrari poſſunt; praxis & experientia harum rerum, quæ in cathedrâ docentur ac diſcuntur, nec non majores ex commerciis proventus, qui Studioſis pariter & Profeſſoribus commodi quid afferre poſ-
ſunt, quæ ſane haut minima utilitas, cùm † 13
alias hodie Profeſſorum plurimi naturam cogantur imitari, quæ paucis dicitur contenta: quin & fata concedentes famam quandoque ſibi, liberis & familiæ famem ut plurimùm relinquunt, Limn. *dict. lib. 8. cap.*
3. num. 24. & regulariter vacuum, † quod 14
Philoſophi invenire nullibi poſſunt, in crumenis Profeſſorum & Scholarium reperire licet, Rebuffus *ad Auth. habita. C. ne fil. pro patre.*

Quod vero Limn. *dict. cap. 1. n. 70. & 71.*
addit, † luxum in veſtitu, aliasque mille 15
inconvenientias, quas Emporia præbent, Studioſos facillimè corrumpere & obruere; nec rarò duella inter mercatores ac Studioſos oriri, & à verbis ad verbera ultro citroque deveniri, ſi forſan juniores, qui mercaturæ præpoſiti ſunt, cum ſemper pecuniâ numerata reperiantur inſtructi, Studioſos, quibus commoditas hæc denegata eſt, deſpectui ducant; Studioſi vero eosdem conviciis onerent; Hæc
omnia abuſui potius ſunt adſcribenda, † 16
unde non ſtatim uſus tollendus: ipſumque fundamentum penitus evertendum erit, quin potiùs ſectemur exemplum Medicorum, qui propter vitioſos humores ipſum non deſtruunt corpus, Petr. Syring. *de pac. Relig. concluſ. 54. lit. b. circa fin.* Keckerman. *lib. 1. præcogn. philoſoph. cap. 4. p. 82.*

Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Facultati Theologicæ in Academiâ Lipſienſi, die 5. Decem- 17
bris Anno 1627. (Verba Reſcripti: Würdige und Hochgelahrte / liebe Andächtige und Getreue / was wir hiebevorn *ſub dato* den *2. Septembr. Anno 1613.* euch / wie dann auch auf erfolgten euern unterthänigſten Bericht / den *1. Octobr. A. 1613.* der geſamten *Univerſit*ät Leipzig befohlen / das iſt euch unverborgen / ꝛc. Wann dann unſere *Univerſit*ät Leipzig unter den *Academi*en der Evangeliſchen Reichs-Stände *primùm locum* hat / ꝛc.)

Et † Senatus Eccleſiaſticus in literis ad Sereniſſimum Electorem datis, die 26. Auguſti An- 18
no 1629 (Verba Literarum: Einmal iſt es gewiß / daß die *Univerſit*ät Leipzig itzo im gantzen heiligen Römiſchen Reiche unter allen Evangeliſchen *Univerſit*äten die *primaria* und fürnehmſte iſt / ꝛc.)

DE-

Definit. CCCXCVII.

In Collegiis Facultatum Academicarum, quarum primum tenet locum Theologica, ſecundum Juridica, tertium Medica, & quartum Philoſophica, ad Profeſſionem non facilè admittendi ſunt, qui gradum Doctoris in tribus ſuperioribus, in Philoſophicâ verò Facultate Magiſterii titulum haut ſunt aſſecuti.

S U M M A R I A.

1. *Academiæ vocula generaliter quandoque accipitur.*
2. *Specialiter accepta quid denotet?*
3. *Vocatur quandoque Univerſitas, n. 4.*
5. *Ratio hujus nominis quænam vera?*
6. *Quatuor plerumque reperiuntur Facultates in Academiis.*
7. *Primum inter haſce tenet locum Theologica Facultas.*
8. *Cui ſuccedit Facultas Juridica.*
9. *JCtorum dignitas & tituli eminentes.*
10. *Tertium locū obtinet Facultas Medica.*
11. *Et quartum tandem Philoſophica Facultas.*
12. *Quales deberent eſſe Philoſophi?*
13. *Hodie quinam ita dicantur?*
14. *Ad Profeſſionem non admittendi, qui gradum haut ſunt aſſecuti.*
15. *Rationes & fundamenta hujus aſſertionis.*
16. *Qui 20. annos in Academiis docent, Comitivam adipiſcuntur.*
17. *Magiſterium & Doctoratus inter dignitates referuntur.*
18. *Magna requiritur eruditio in Profeſſoribus.*
19. *Tituli Academici ſunt teſtimonia eruditionis.*
20. *Honores Academici à Profeſſoribus conferuntur.*
21. *Qui Doctor vel Magiſter non eſt, tales creare nequit.*
22. *Reſcripta Electoralia, num. 23.*

1 Academiæ vocula (in cujus derivatione variant auctores, ut videre eſt apud Joh Limn. *lib. 8. jur. publ. cap. 1. num. 1. & ſeqq.*) generaliter accepta, non modò ſcholas inferiores, ſed etiam Collegia civium nobiliorum quævis, ubi vel Muſica, Oratoria, Poeſis, &c. excoli ſolet, vel ubi exercitia aliquot junctim
2 juventuti proſtant, comprehendit: † In ſpecie verò ac propriè ſic dicta inſigniores literarum ſcholas ac privilegiata docentium ac diſcentium Collegia, in quibus artes liberales publicè traduntur
3 & addiſcuntur, denotat, quæ † & vulgò Univerſitas appellitatur, non quòd univerſa artium liberalium genera, & ſtudium univerſi, hoc eſt, omnium optimarum diſciplinarum ac rerum complectatur, ut autumnant Goclen *in lexic. Philoſ. verb. Academia pag. 25.* & Beſold. *lib. 1. polit. 12.*
4 *§. 3. n. 31.* † nam & Academia Pariſienſis & Aurelianenſis nomine Univerſitatis ſalutantur, cùm tamen in illâ nulla ſit juris civilis Profeſſio, in hâc autem nulla Theo-
5 logica; ſed quia † in Academiis ex Collegiis variis una ſocietas conſtituitur, ut ex ſingulis fiat Univerſitas; ad quam etiam univerſis patet aditus, tanquam ad privilegiatas quaſdam nundinas, Middendorp. *de Academ. lib. 1. cap. 1. pag. 2.* Matth. Stephan. *de jurisdict. libr. 3. part. 1. cap. 1. n. 16.* Plerumque nihilominus Academiæ quatuor † continent Facultatum 6
Collegia: Theologicæ nimirum, Juridicæ, Medicæ & Philoſophicæ. Meritò primum tribuimus locum Facultati Theologicæ, ſive enim ratione objecti, ſive medii, vel etiam ratione utilitatis & certitudinis una ſcientia alterâ melior ac præſtantior dicatur, † nemo non fatebi- 7
tur, Theologiam reliquas ſcientias ſuperare, atque hinc Theologos primò honore dignos eſſe, quippe qui fidem & bonam conſcientiam plantant ac rigant, Deô feliciter incrementum largiente, *1. ad Cor. 1. & 1. ad Timoth. 4.* quique myſteriorum divinorum ſunt diſpenſatores, *1. ad Cor. 4.*
Poſtea † ſuccedit Facultas Juridica, in 8
quâ Jurisprudentia tractatur & addiſcitur, quæ utilitate ſuâ in omnes Reipublicæ articulos ſe diffundit, ut ſine eâ neque domus ulla, nec civitas ad momentum poſſit ſubſiſtere: res propterea ſanctiſſima, nec pretiô nummario æſtimanda, *l. 1. §. 5. ff. de extraordin. cognit.* neceſſaria ac laudabilis, *l. 4. C. de Advocat. di-*

verſ. judic. plenaque honoris, *l. 6. §. ult. C.*
9 *de poſtul.* † unde Profeſſores hujus ſcientiæ, ſeu JCti non modò ſacerdotes, *l. 1. §. 1. ff. de juſt. & jur.* ſed & amici ac Patres Principis, nec non paſſim in jure Excelſi, Glorioſi, Magnifici, Nobiliſſimi, Illuſtres, Splendidiſſimi, Clariſſimi vocati & honorati fuerunt, *lib. 17. de jur. patron. l. 4. C. de contr. ſtipulat. l. 17. C. de poſtul. l. 2. & 3. C. de offic. diverſ. judic.* Tertium locum ob-
10 tinet † Facultas Medica ſeu Collegium Medicorum, qui ratione pariter utilitatis, neceſſitatis ac dignitatis cedunt JCtis. Nam gliſcente inter cives aliquô tumultu, plus unicum prodeſt conſilium JCtorum, quàm centum purgationes de Rhabarbaro, notante Anton. de Guevara *in horol. Princip. libr. 1. cap. 43. n. 190.* & tituli JCtorum prædicti majorem autoritatem & dignitatem facili negotio evincere poſſunt, quò de
11 fuſiùs diximus *in Deciſ. illuſtr. 7.* † Ac tandem ordo Facultatem tangit Philoſophicam, quæ licet ratione loci infima, non minùs tamen quam reliquæ Facultates neceſſaria, utilitatiſque & commodorum pleniſſima, ut quæ viam aperit ad altiores de-
12 veniendi. † Et ſi Philoſophi noſtro tempore antiquum Philoſophiæ ſplendorem tuerentur, & Pythagoræ, Platonis aliorumque premerent veſtigia, vel omnium primos, vel ſtatim poſt Theologos locandos fore, judicat Limnæus, propterea quòd Philoſophia erat rerum divinarum atque humanarum Encyclopædia, quæ comprehendebat, quicquid mens humana ſcire aut capere pot-
13 erat. *dict. lib. 8. jur. publ. c. 4. n. 39.* Sed † hodie qui Philoſophi dicuntur, rudimenta ſolummodò artium liberalium tradunt, ac proinde, quà tales, Philoſophi propriè haut ſunt, inter quos etiam Jus civile conſtituit differentiam, *lib. 1. in pr. & §. 4. ff. de extr. cognit. l. 6. §. 3. & 4. ff. de excuſat.* Beſold. *lib. 1. polit. cap. 12. §. 3. n. 37.*

Hoc autem commune quatuor indiffe-
14 renter Facultatibus eſt, ac eſſe debet, † ut non admittatur Profeſſor, qui in Facultate ſua ſummos haut obtinuit honores Doctorales, ſcilicet in tribus ſuperioribus Facultatibus & Magiſterii in Facultate Philoſophica. Non certè abſque fundamentis.
(1.) † Ex quo enim magna eſt Profeſſorum 15
dignitas, usque adeo, ut ſi per 20. annos in Academiis † docuerint, Comitivam 16
adipiſcantur, *arg. l. 1. C. de Profeſſor. qui in urb. Conſt.* Matth. Weſenb. *conſ. 40.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. quæſt. cent. 1. caſ. 68. n. 43.* Middendorp. *de Acad. cap. 23.* ut alia taceamus horum privilegia, æquum omninò videtur, & titulis Academicis ipſos condecorari, ne quicquam honoris denegatum eis ſit, † nam & Magiſterium & 17
Doctoratum ad dignitates referri, non facilè quisquam inficiabitur, *cap. quando Gallicanæ. 3. extr. de Magiſt.* Bartol. *in ult. C. de judic. & in l. ult. C. de teſtam. milit.* Alexand. *vol. 1. conſil 18. in fin.* (2.) † Quan- 18
ta porro eruditio, docendi peritia & copia diſſerendi in Profeſſoribus requiratur, perſpicere eſt ex *l. un. C. de Profeſſ. urb. Conſtant.* ut hinc curam non modicam adhibere debeant in legendis Profeſſoribus Academiarum Patroni, quo ſuſcipiant docentes, qui docere ſufficiant, *l. 2. C. de excuſ. artif.* eligent ſapientes, qui ſapientiam tradant, *Novell. 137.* At tales qui ſint, † 19
ex publico teſtimonio, & gradibus Academicis colligere licet, quippe qui dignis tantummodo conferuntur ceu teſtimonium eruditionis ſpecimine ſingulari in examine publico probatæ ac demonſtratæ. (3.) † 20
Cumque in Academiis à Profeſſoribus conferantur aliis tituli & honores doctorales ac magiſteriales, Joh. Limn. *dict. cap. 1. n. 24.* ubi hanc ponit Academiæ definitionem, quod ſit Collegium docentium & diſcentium à ſummo Principe privilegiatum, ad hoc ut certo in loco artes liberales publicè tradere & addiſcere, atque eruditis honorum aliquot titulos & gradus conferre liceat; non certe fieri id poterit,
† ſi non ipſimet tales extiterint, & vel Do- 21
ctores vel Magiſtri fuerint creati, cùm quod quis ipſemet non habet, aliis nequeat conferre, *l. nemo plus. 54. l. 160. §. ult. l. in his. 175. in fin. ff. de Reg. Jur.* Bartol. *in l. ult. n. 3. ff. ad SCtum Trebellian.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Facultati Theologicæ Lipſienſi die 5. Decembr. Anno 1627.* 22
(*Verba Reſcripti:* Was wir hiebevor *ſub dato* den *2. Sept. Anno 1613.* euch/ wie auch auf erfolgten euern unterthänigſten Bericht den *1. Octobr. Anno 1613.* der geſamten *Univerſit*ät zu Leipzig befohlen/ nemlich *Licentiatum Johann Mülmannum*, als den vierdten *Profeſſorem Theologiæ* daſelbſten zum *gradu Doctoris* kommen zu laſſen/ das iſt euch unverborgen: Wann dann *Licentiat J. M.* allbereit etliche Jahr lang ſelbige *Profesſionem* und *Stipendiaten-inſpection* auf ſich gehabt/ bisher*o* aber den *gradum Doctoratûs* nicht angenommen/ und wir nicht gemeynet/ ihme ſolches ferner nachzuſehen/ in ſonderlicher Betrachtung/ daß auf andern Evangeliſchen Univerſitäten in den höhern Facultäten/ darunter die

die *Theologiſche primaria* iſt/lauter hoch-*graduirte Profeſſores* zu ſeyn pflegen/ und unſere *Univerſit*ät Leipzig unter den *Academien* der Evangeliſchen Reichsſtände *primum locum* hat/dahero nicht unbillich / daß ſie auch mit hoch-*graduirten* Perſonen in der Theologiſchen *Facult*ät verſehen ſey/zumaln nachdeme ohne das auch *D. V. S.* ſeiner langwierigen Leibes-Schwachheit wegen/ den Verrichtungen des *Collegii Theologici* nicht beywohnen kan/und alſo nur zwey *membra* eurer *Facult*ät ſeyn/die den *gradum Doctoris* erlanget haben; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet *L. M.* unverzüglich vor euch erfodern/ und krafft dieſes in unſerm Namen ihme auferlegen / den *gradum Doctoris*, ohne einigen fernern Verzug anzunehmen/ uns auch wie ihr ſolches verrichtet / und weſſen er ſich erkläret / alſobalden unterthänigſt berichten. An dieſem allen geſchicht unſer endlicher Will und Meynung/ ꝛc.)

Et † *Idem die 1. Octobr. Anno 1628.* (*Verba Reſcripti:* Uns iſt eure *nominatio* zur verdienten *Theologiſchen Profeſſion*, und gegen was vor einen *Revers* ihr vermeynet/das *Licentiat T. W.* darzu zugebrauchen wäre/gebührlich vorgetragen worden; Nun habt ihr euch zu erinnern/aus was erheblichen Urſachen wir hiebevor allbereit angeordnet/das alle vier *Profeſſiones* mit *Doctoribus Theologiæ* ſollen beſtellet werden/und daß wir eueren geforderten *Revers* nicht belieben wollen/laſſen es auch nochmals allerdings darbey bewenden/ und weil wir dahin geſchloſſen / daß gedachter *Licentiat T. W.* zur angeregten vierdten *Profeſſion* gebrauchet werden ſolle / ſo thun wir ihn darzu hiermit *confirmi*ren und beſtätigen / mit gnädigſtem Begehren/ ihr wollet ihm nicht allein ſolche *Profeſſion* auftragen/ und die darzu gehörige Beſoldung folgen laſſen / ſondern auch darneben auferlegen / daß er/ ungeachtet des von euch ihme angemutheten *Reverſûs*,/ den wir nochmals keines weges billigen können/) innerhalb drey oder vier Monaten zum längſten den *gradum Doctoris* annehme / und alſo die Erſetzung dieſer *vaciren*den *Profeſſion* ihre Richtigkeit ohne fernere *difficult*ät erlange. An dieſem allen geſchicht unſere endlich gefällige Meynung/ ꝛc.) 23

DEFINIT. CCCXCIIX.

Officium & dignitas Rectoralis benê per electionem defertur Principibus & Illuſtribus perſonis, in Academiâ literis operam navantibus, aliisque Profeſſoribus & membris Univerſitatis, abſque ullâ Superioris & Patroni confirmatione: modò cauſa prægnans interventionem & cenſuram ejus haut exigat.

SUMMARIA.

1. *Magna autoritas Rectoris Academici.*
2. *Sed temporalis, non perpetua.*
3. *Quare talis?*
4. *Honorem ſimul & laborem ſuſtinet Magiſtratus Academicus.*
5. *Summa & illuſtris dignitas Rectoralis.*
6. *Rector Principis & Patroni repræſentat perſonam, & alios Principes præcedit.*
7. *Non Principem & Patronum Academiæ.*
8. *Sceptra Rectoribus præferuntur regia.*
9. *Rectorem injuriâ qui afficit, capite plectitur.*
10. *Officium Rectoris non detrectant Principes & Illuſtres perſonæ.*
11. *Cujus ætatis Rector eſſe debeat?*
12. *Rectori Illuſtri adjungitur Pro-Rector.*
13. *Quinam eligant Rectorem?*
14. *In Italia Studioſi ad electionem Rectoris admittuntur.*
15. *Electio Rectoris non indiget confirmatione Superioris vel Patroni.*
16. *Niſi cauſa prægnans hanc exigat.*
17. *Non eligendus eſt Rector, qui non eſt orthodoxæ Religionis.*
18. *Cauſæ & rationes hujus aſſertionis, num. 19. 20.*
21. *Scandalum maximoperè eſt evitandum.*
22. *Reſcripta Electoralia, n. 23. 24.*

1 QUam Rector Reipublicæ tenet
poteſtatem & auctoritatem in
cives : eam ſibi meritò vendicat
Rector Academiæ in Studioſos,
quin & partes primas inter reliquos Pro-
feſſores, eſtque caput Academiæ, Bodin.
2 *libr. de Republ. cap. 7.* † non in perpetuum,
ſed ad certum tempus, & in pleriſque
Germaniæ Academiis per ſemeſtre ſpa-
tium : Idque juſto ex fundamento, ſive
ſit honos ſive onus officium Rectoris, ut
3 benè ratiocinatur Johan. Limnæus. † Si
enim honos eſt, inquit, utique omnibus
dignis in Collegio ſucceſſivè meritò de-
fertur : æqualibus ſiquidem æqualia tri-
buenda, Ariſt. 5. *Ethicor.* Si onus, non
ſemper ab uno, ſed per vices ab altero
quoque ſupportari debet, ne quidam
melioris conditionis ſint aliis, ne æqua-
libus inæqualia tribuamus, uni quie-
tem, alteri negotium, & ne unus ſem-
per hoc onere gravatus, legendi mu-
nus publicum cogatur intermittere.
Hactenus Limn. *libr. 8. jur. publ. c. 5. num. 29.*
4 † Utrumque autem, & honorem &
laborem verè ſuſtinet Magiſtratus Aca-
demicus, & quò onus aliquo modo ſub-
levetur, honos ipſi ſuccurrit, ac ferre
juvat labores dignitas, quæ minima
5 non eſt, † ſed ſumma & illuſtris. Re-
ctores namque Academiarum principa-
les gubernationis Academicæ partes jure
Imperii & juriſdictionis, quam ab Im-
peratore tanquam omnium dignita-
tum culmine habent, ſuſtinent, & prin-
cipali honore ac autoritate poſt Princi-
pem, Academiæ Patronum, præfulgent,
Matth. Stephan. *de juriſdict. libr. 3. part. 2.*
6 *cap. 11. num. 10.* † Ejus quippe per-
ſonam repræſentant, adeoque alios in-
feriores Principes præcedunt, etiam
Epiſcopos eâ in Academiâ literis ope-
ram navantes, Felin. *in Rubr. de major.*
& obedient. num. 9. Jacob. Menoch. *de*
arbitr. judic. quæſt. libr. 2. cent. 1. caſ. 68.
num. 24. Vincent. de Franch. *deciſ. 138.*
7 *num. 3. & 4.* † Cedunt tamen Principi
vel Duci, qui Patronus eſt illius Aca-
demiæ, quia Patroni in Eccleſiis jus
præcedentiæ habent, Stephan. *dict. cap. 1.*
num. 17. Nec parùm hunc augent ho-
norem Sceptra illa aurea, quæ in publi-
cis actibus ab Academiarum famulis Re-
8 ctoribus præferri videmus, † dignitatem
ſiquidem Regiam ea declarant, quibus
nec Principes, nec alii territoriorum
Domini utuntur ac gaudent, Stephan.
dict. loc. n. 11. ut proinde quidam exiſtimave-
rint, Rectorem qui injuriâ affecerit, pœnâ
capitis † fore plectendum, Erneſt. Cothm. 9
Reſponſ. Acad. 10. n. 9. Quod olim Papiæ
contra Ricium, & Piſis contra Craſſium ob-
ſervatum refert Jac. Menoch. *de arbitr. judic.*
quæſt. dict. lib. 2. cent. 3. caſ. 263. n. 15.
† Neque hinc munus, honorem & titu- 10
lum Rectoris Academici detrectant Prin-
cipes, Duces, Marchiones, Comites, Ba-
rones, aliæque illuſtres perſonæ, quibus in
Academiâ literis operam navantibus ut
plurimùm Rectoratus ſolet deferri, non
magnô ætatis habitô reſpectu, † licèt in- 11
fra annum vigeſimum neminem ad mu-
nus Rectoris admittendum ſcripſerit poſt
Bald. *in Auth. habita, n. 48. C. ne fil. pro pa-*
tre. Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt.*
libr. 2. cent. 6. caſ. 540. n. 9. Matth. Stephan.
dict. cap. 11. n. 26. Non enim hoc caſu pe-
riclitabitur adminiſtratio, † quia Pro-Re- 12
ctori ſeu Principis adjuncto demandatur,
isque Rectoris nomine Studioſos in al-
bum recipere, de negotiis ſuæ juriſdictio-
ni ſubjectorum cognoſcere, & ſi quæ alia
officio Rectoris incumbunt, peragere te-
netur. Per electionem verò Principes &
perſonæ illuſtres aliæ ad Rectoratum de-
veniunt, † ſicut & quivis alii Rectores, 13
quos in Academiis Germaniæ ut pluri-
mùm vel ſoli Profeſſores, vel unà cum i-
pſis Magiſtri & Doctores in Academiâ illâ
creati juxta ſeriem Nationum eligunt, ra-
riſſimè Studioſi alii, † licet in Galliâ & Ita- 14
liâ aliud uſu fuerit receptum, Gloſſ. *in l. 6.*
ff. de juriſdict. Bartol. *in l. more. 5. ff. eod. tit.*
Limn. *dict. cap. 5. n. 8. & 9.* Steph. *dict. c. 11.*
n. 21. Et quondam etiam Baſileæ Studioſos
interfuiſſe electioni Rectoris, refert Wur-
tiſ. *in Chron. Baſil. lib. 6. c. 2.*
Eſtque proprium & ſpeciale in electio-
ne Rectoris, † quòd non indigeat confir- 15
matione Superioris vel Patroni, niſi di-
ſcordia vel alia neceſſitas interventionem
Superioris exigat, † qui tùm pro ſuâ au- 16
toritate & prudentia aptiorem conſtituere
poteſt Rectorem, Middendorp. *libr. 1. de*
Academ. cap. 3. in fin. Stephan. *dict. cap. 11.*
n. 27. Cenſuram ideoque Patroni nemo
improbabit, ſi † eligatur Rector, qui non 17
eſt orthodoxæ Religionis, quod quidem
in ordinariâ electione ex numero Pro-
feſſorum propter præſtitum Religionis
juramentum accidere nequit, ſed quan-
do Principi vel Comiti extraneo munus
Rectoris deferendum venit, maximoperè
ratio fidei ac Religionis, cui eligendus
fertur addictus, haberi decet, ne forſan
in Academiis Statuum Evangelicorum ad
ſummam Rectoris autoritatem & dignita-
tem admittantur, qui puri non ſunt in fide
& religione Lutheranâ orthodoxâ, ſed vel
Cal-

Calviniani vel alterius ſectæ: quâ in re cura & inſpectio haut deneganda eſt Patrono,
18 cujus cauſa potiſſimùm hic agitur. † Quantus enim deſpectus: quantumvè periculum attrahatur Academiæ & Patrono ejus, ſi Rector, qui caput eſt totius Univerſitatis, omniaque dirigit & diſponit, heterodoxæ Religioni eſt deditus, nemo non videt & animadvertit. Hoc ipſo enim Academia à Confeſſione Auguſtanâ & Formulâ Concordiæ
19 haut parùm deflectit, † non modò in conſortium recipiens, ſed & directorem ſibi conſtituens talem, qui nec Auguſtanam Confeſſionem nec Formulam Concordiæ probat & agnoſcit. Non poteſt non etiam per ejusmodi electionem contraveniri ſtatutis & ſanctioni Electorali, quæ absque præſtito juramento in Auguſtanam Confeſſionem & Formulam Concordiæ nullum Profeſſorem, nedum Rectorem admittit. † Ut 20
taceamus ingens ſcandalum, quod toti Eccleſiæ Evangelicæ per hanc electionem præbetur, † quantò autem ſtudio præcaven- 21
dum ſit offendiculum, teſtis eſt ipſemet Chriſtus *Matth. 18. v. 6.* & Paul *Rom. 14. v. 21.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector. N.N. die 14. Septembr. Anno 1629.* (*Verba Reſcripti:* Uns 22
iſt euer unterthänigſter Bericht/ warum ihr vergangen eine Perſon zu euerm *Rectorn* erwehlet/ ſo der wahren Evangeliſchen *Religion* nicht zugethan/ ſondern zum *Calviniſmo* ſich bekenne/und der *Communion* zu N. ſich gebrauche/ gebührlich vorgetragen worden/ und haben wir euere angeführte Urſachen mit mehrern angehöret und vernommen. Nun hätten wir uns verſehen/ Ihr würdet euch ſelbſt beſcheiden haben/daß zur wahren *pietät*/ die bey einem *Rectore* in euren *Statut*en erfodert wird/die Liebe der rechten Evangeliſchen und allein ſeligmachenden *Religion* zuförderſt gehöre/und wie unſere hochgeehrte Vorfahren/ ſo wol wir ſelbſten nicht verſtattet/daß die *Profeſſoria* oder andere geringere *dignit*äten einer andern Perſon *conferi*ret werden/als die ihrer und unſerer wahren *Religion* zugethan wäre/und ſich darzu mit Hand und Mund bekennete/Alſo und noch viel weniger gezieme es ſich/die höchſte *dignitatem Acedemicam*,welche auf Käyſerlichen *privilegi*en beruhet/und dahero ihren Urſrung gewinnet/ irriger und zumahl in des heiligen Römiſchen Reichs aufgerichtetem *Religions*-Frieden unbegriffener Lehre zugethaner Perſon aufzutragen/ Es iſt auch dergleichen von euern *Anteceſſ*örn nicht geſchehen/ daß ſie dem *Corpori* ein ſolches Haupt fürgeſetzet / das in dem *Principal*-Stück/nemlich der Religion/ſich von ihme abgeſondert/und an andere Oerter auſſer Landes nicht ohne groſſes Aergerniß zur *Communion* ſich gewendet hätte. Demnach aber ein anders zu dieſem mal/und bey ietzigen ohne das höchſtgefährlichen Zeiten von euch geſchehen; ſo tragen wir darob ein ſonderbares Mißfallen / und iſt uns mit euern vermeynten *motiv*en und angeführten Urſachen gantz keine Gnüge geſchehen; Sie ſeynd ſammt und ſonders der Wichtigkeit nicht/daß ſie eine ſolche groſſe *exorbitantz* von den *Legibus fundamentalibus* und von 200. Jährigen Herkommen beſchönen oder entſchuldigen könten; Ihr erinnert euch gnugſam/ welch ein wachendes ſorgfältiges Auge wir die gantze Zeit unſerer geführten Churfürſtl. Regierung auf unſere wahre *Religion* gehabt/und wie wir auch bey ietzigen Läufften uns aufs höchſte gehütet/daß auch nicht der geringſte Argwohn von uns mit Fug geſchöpffet werden könte/als ob wir zuwider dem aufgerichteten *Religions*-Frieden *directè* oder *obliquè* einer andern Lehr in unſern Landen/*Univerſit*äten/ Kirchen und Schulen *favoriſ*iren thäten/ dahero euch in alle Wege auch gebühret hätte/ in dergleichen weit-ausſehendem Werck mit mehrer Fürſichtigkeit und Behutſamkeit zu verfahren/ und bey der *election* die *Religion* für allen Dingen in acht zu nehmen/ Unſerer *recommendation* ſeynd wir zwar unvergeſſen/laſſens auch darbey nochmals bewenden/ es iſt aber weder aus derſelben/noch aus andern unſern abgegangenen Schreiben zu ſchlieſſen/ daß wir begehret haben/etwas neues fürzunehmen/ oder unſern *fundamental*-Geſetzen und *Principal* Zweck zuwider zu handeln/ und da ihr unſern Befehlich dahin zu ziehen gemeynet geweſen/ hätte es die Billigkeit und Schuldigkeit erfordert / Euch vorher unterthänigſten zu erkundigen/ Ob wir mit euerm ungewöhnlichen Fürhaben gnädigſt zufrieden wären/ und den in unſerm an euch ergangenen Befehlich angedeuteten *reſpect in ſpecie* auf das *Rectorat*-Amt gedeutet wiſſen wolten. Wiewol wir nun Urſach hätten/ die Verordnung zu thun/ hinführo gantz keines *Rectoris election* ehe zu *publici*ren/ biß wir ſolche *approbi*ret und *confirmi*ret hätten; So wollen wir doch zu dieſem mal noch darmit in Ruhe ſtehen; Begehren aber hiermit/ Ihr wollet euch künff-

künfftig bey Erwehlung der *Rectorn* alſo bezeigen/ damit euerm geleiſteten *Religions*-Eyde gemäß Ihr unſere wahre Evangeliſche und allein ſeligmachende Lehre nicht aus den Augen ſetzet/ſondern dieſelbe in hohe Acht nehmet/ mehr auf das *bonum publicum* und Verhütung öffentlichen Aergerniſſes/ damit die Kirche GOttes ohne das betrübet/ als auf andern äuſſerlichen *reſpect* euer Abſehen habet; Und weil wir gnugſam Nachrichtung haben/ wann gleich hohe Standes-Perſonen zu *Rect*oren erwehlet werden / daß doch das *Rectorat* nicht eben nothwendig ſo lang bey ihnen bleiben dürffte/ als ſie ſich allda aufhalten: Wie dann *Anno 1605.* mit Hertzogen *A.* F. zu M. Liebde es alſo gehalten worden/ daß ſeine Liebde nur ein halb Jahr das *Rectorat* auf ſich gehabt/ Ausgangs aber deſſelbigen ein ander darzu verordnet/ und ſeine Liebde damals mit anweſenden dero Herrn Bruders Liebde von der *Univerſit*ät gantz übergangen worden; So werdet ihr euch wegen des künfftigen Winter-*Rectorats* auch alſo bezeigen/ damit wir nicht zu fernerer Ahndung und anderer Verordnung verurſachet werden mögen. Wolten wir euch zu unſerer *reſolution* nicht bergen/ und ihr vollbringet hieran unſere gefällige Meynung/ ꝛc.)

Idem † *N. N. die 13. Januar. Anno 1630.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben aus angehörter Verleſung euers anderweit eingeſchickten unterthänigſten Berichts/ wegen jüngſt beſchehener *Rectorats*-Wahl/ warum auf unſer Erfordern und Urſachen berührter Wahl anzuzeigen/ Ihr euch nicht ſchuldig erachtet/vernommen/ weil nemlich ſolches *libertati votorum* und euren Pflichten (Inhalts deren die *vota* ingeheim zu halten/) zuwider lauffen wolte. Wann euch aber unverborgen/ daß *libertas & ratio votorum* nicht wider einander ſtreiten/ und zwiſchen uns dem Landes-Fürſten/ auch *Patrono Academiæ* und derſelben Verwandten/oder unſern Unterthanen auch dißfalls ein mercklicher Unterſcheid zu machen/ wir auch nicht gerne einen unter unſern *Profeſſorn* wiſſen wolten/ deme die andern *ſalvâ conſcientiâ* bey der *Rectorats*-Wahl ihre *vota* nicht geben könten; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet uns euers ietzigen Fürwendens ungeachtet/ unſern an euch den *9. Decembr.* nächſthin ergangenen Befehlich zu Folge/warum ihr *ſalvâ conſcientiâ N. N.* zum *Rectorat* eure *vota* nicht geben wollen noch können/ die *ſpecial*-Urſachen/ unter eurer ſämmlichen *ſubſcription* unverlängt berichten/ und zu anderer Anordnung nicht Urſach geben/ ꝛc.) 23

Et † *eidem die 12. April Anno 1630.* (*Verba Reſcripti:* Wann wir dann nunmehr euch an denen von unſern hochlöblichſten Vorfahren zu Ehre/ Nutz und Wolfahrt der *Univerſit*ät ertheilten/auch von uns gnädigſt beſtätigten *Statut*en und *Privilegi*en keine Hinderung und Abbruch zufügen zu laſſen gemeynet; Als ſeyn wir gnädigſt zufrieden/daß ihr euch wegen des *Rectoris electio*n demſelben gemäß halten/ möget/ Ihr werdet euch aber gleichwol hierbey iederzeit alſo erweiſen/ wie es an ſich ſelbſt recht und billich/ und ihr es allerſeits gegen GOtt und uns euern Pflichten nach zu verantworten habet. Daran geſchicht unſere Meynung/ und wir ſeynd euch mit Gnaden gewogen/ ꝛc.) 24

DEFINIT. CCCCIX.

Prævîâ demum nominatione certarum perſonarum à tota Univerſitate factâ, una ex iis ad profeſſionem vacantem à Patrono Academiæ confirmatur.

SUMMARIA.

1. *Profeſſores quinam propriè ſint & vocentur.*
2. *Docentes Jura in Academiis Anteceſſores appellitantur.*
3. *Præceptores in ſcholis trivialibus Profeſſorum titulo haut ſunt notandi.*
4. *Non vile munus eſt functio Profeſſoria.*
5. *Profeſſores quales eſſe debeant?*
6. *Patronorum curæ incumbit novos conſtituere Profeſſores.*
7. *Prævia tamen nominatione certarum. per-*

perſonarum à totâ Academiâ facienda.
8. Quod moribus receptum: in Galliâ etiam probatum. n. 9.
10. Priùs quis examinandus, quàm ad Ordinem Profeſſorium admittendus.
11. Nec indifferenter omnibus functio profesſionis eſt concedenda.
12. Reſcripta Electoralia. n. 13.

1 Profeſſores vocantur propriè Doctores
publici, qui non pro mercede, uti loca-
tores, ſed ſalario publico in privilegia-
tis Academiis ſive Univerſitatibus literariis
docent ac profitentur, *tit. C. de profeſſor. lib.*
10. & lib. 12. tit. 15. Matth. Stephan. *de juris-*
dict. lib. 3. part. 2. cap. 3. num. 4. Johan.
2 Limn. *lib. 18. jur. publ. cap. num. 1.* † Et
in ſpecie jura docentes ac interpretantes ap-
pellitantur Anteceſſores, quemadmodum il-
li, qui forum ſequuntur, ſalutari conſueve-
runt Togati, *l. 2. §. quæ omnia. C. de veter.*
jur. enucl. Weſenbec. *in proœm. Inſtit.* licèt
3 in ſcholis † etiam trivialibus ſeu particula-
ribus ludimoderatores ac præceptores vanâ
temeritate nomen Profeſſorum quandoque
ſibi arrogent, qui tamen revera tales haut
ſunt, Steph. *dict. loc. num. 4.* Non modica
4 enim eſt dignitas Profeſſorum, † ſicut nec
vile aut perfunctorium munus, cui homines
eruditiſſimi taleſque ſunt præficiendi, qui
non modo facundiâ ſeu peritiâ docendi ex-
cellunt, *l. 7. C. de profeſſor. & medic.* copi-
amque diſſerendi & interpretandi ſubtilita-
tem habent, *l. un. C. de Profeſſor. qui in urb.*
5 *Conſtant.* † ſed etiam probis moribus ſunt
præditi, morumque fulgent ſplendore, quò
Studioſi habeant, quem ſequantur ſolem, ac
ne illud tritum incurrant: Qui deficit in
moribus & proficit in literis, plus deficit
quàm proficit; vel ab aulicis pro inurbanis
& moroſis idiomate vulgari, Schulfüchſe/
ſalutentur, Limn. *dict. cap. 3. num. 6.*

6 Non minima ergò ſit cura Patroni, ut ta-
lem eligat & confirmet novum Profeſſorem,
qui functione hac dignus habeatur, eique
utiliter & cum laude queat præeſſe: quod
efficiet, ſi perſonas quaſdam habiles ab Aca-
demiâ ſibi denominari faciat, ex iiſque unam
vel aliam eligat; idque obſervantiâ in Aca-
demiis receptum novimus: nec ſolent Pa-
troni abſque præviâ denominatione totius
Academiæ novum conſtituere Profeſſorem.
Rectè omninò † quia nominatio hunc in- 7
ſignem importat effectum, ut priùs ab Aca-
demiâ in eruditionem, mores & qualitates
nominandorum inquiratur, veluti liqueſcit
ex ordinat. Eccleſiaſt. Elector. Saxon. ſub
Rubr. Verordnung beyder *Univerſit*äten.
tit. Von Wahl der *Profeſſorn* aller *Facul-*
täten. *in pr. & §.* So bald durch Todes-
fall. Idemque in Univerſitatibus Gallicis ex-
peditum reddit ſanctio à Carolo IX. Rege † 8
promulgata: Ut ſi contigerit vacare locum
Profeſſoris quâcunque in ſcientiâ & linguâ,
ſignificetur illud omnibus Academiis famâ
conſpicuis, iique, quibus placuerit ſe ſiſtere &
ſubjicere diſputationi ac lectioni vacantis
profeſſionis, ad modum à Decano & aliis
Profeſſoribus propoſitum recipiantur, quo
poſtea ex illis maximè capabiles & apti, qui
diſputarunt & lectionem abſolverunt, à Re-
ge eligantur. † Quæ ſanctio poſtmodum 9
ab Henrico III. Rege fuit repetita, Johann.
Limn. *dict. cap. 3. num. 10.* Et ſanè præter-
miſſâ ejuſmodi nominatione, vix conſtare
poterit Patrono de eruditione ac qualitati-
bus perſonarum, quibus profeſſio deferatur,
† cùm tamen jure ſit conſtitutum, ut priùs 10
quis examinetur, & ſpecimen ſuæ doctrinæ
ac facultatis docendi edat, quàm à Patronis
Academiarum in Collegium vocetur, *arg. l.*
nemini C. de advocat. diverſ. jud. l. magiſtros
7. & l. ſi quis 10. C. de Profeſſ. & Medic.
Matth. Stephan. *dict. cap. 3. num. 18.* † ne 11
ſcilicet omnibus indiſtinctè profeſſionis
munus concedatur, ſed ſaltem probatis &
dignis, *l. 2. C. de Profeſſ. & Medic. l. un. C. de*
ſtud. liber. urb. Rom.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Academiæ Wittebergenſi, die 20. Dec. Anno 1629. (Verba* 12
Reſcripti: Nun laſſen wir es bey unſerer *ſub dato 24.* dieſes Monats erfolgter Anordnung nochmals allerdings bewenden/ ſeyn auch nicht gemeynet/ unſerer Landes-Fürſtlichen Hoheit dißfalls etwas entziehen zu laſſen / und hat über das der *Juriſten Facult*ät (der wir kein *jus nominandi* geſtehen / ſintemal allein die geſamte *Univerſit*ät/und nicht abſonderlich eine *Facult*ät an uns iemand zu *nominir*en befugt iſt) keines weges gebühret / ohne eure Einwilligung und ihrer Namen Unterſchreibung dergleichen an uns zu bringen/ Stellen es aber zu ihrer künfftigen Verantwortung/ und begehren hierauf gnädigſt / Ihr wollet

alſobald Nachfrage halten/ warum ihre *Supplication* unſern ſo vielfältigen Anordnungen zuwider nicht unterſchrieben worden/ daß auch hinführo ein anders geſchehe/ Anſchaffung thun/ ꝛc.)

Et † *eidem die 2. Maji Anno 1617.* (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer unterthänigſter Bericht 13
und *denomination* gebührlichen vorgetragen worden. Dieweil wir aber daraus und dem eingebrachten Schreiben vermercken/daß bey den vorgeſchlagenen Perſonen eines und das andere Bedencken vorläufft/und zu zweiffeln/ ob ſolcher Geſtalt die *vacir*ende *Profeſſiones* nützlichen beſtellet werden möchten; So begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet mit Hindanſetzung aller *privat-affect*en dieſen Sachen wol nachdencken und mit Fleiß erwegen/ ob nicht mit andern Perſonen/ und durch wen die Stellen zu erſetzen. Was ihr nun dißfalls der ſtudierenden Jugend erſprießlichen zu ſeyn vermeynet/ſolches wollet ihr uns ingeſammt/ſo balde zu geſchehen müglich/ zu erkennen geben/ und darauf unſere *reſolution* erwarten/ ꝛc.)

Definit. CCCC.

Cuilibet tamen Facultati in Academiâ Lipſienſi competit jus nominandi novum Profeſſorem: ſed prævia communicatione cum reliquarum Facultatum Profeſſoribus.

SUMMARIA.

1. *Multum refert, novos Profeſſores ab Univerſitate nominari.*
2. *Utilitas & commodum nominationis.*
3. *Optimè facit Patronus nominationem hanc ab Univerſitate requirens.*
4. *At malè, novum Collegam inauditis Profeſſoribus adjungens.*
5. *Literæ expectativæ ſuper Profeſſione haut jure ſubſiſtunt.*
6. *Specimen novi Profeſſoris præcedat confirmationem.*
7. *Non indulgendum affectibus in denominatione.*
8. *Præmortuorum tamen liberi habiles aliis ſunt præferendi.*
9. *In Academia Lipſienſi jus denominandi ſtat penes unamquamque Facultatem.*
10. *A quo more non recedendum.*
11. *Denominatio tamen reliquarum facultatum Profeſſoribus ſignificari ſolet.*
12. *Inſciis Profeſſoribus novus haut adjungi debet Collega.*
13. *Reſcriptum Electorale.*

1 MUltum ideoque refert, novos Profeſſores ab Univerſitate nominari, ſcilicet quòd illi, qui in Collegio vel Academiâ ſunt Proceres, omnium optimè nôrunt vel nôſſe poſſunt, ſi quis vel malis præditus moribus, vel nullâ ſcientia & facultate diſſerendi præpollet: quin & eorum in-
2 tereſt, † ne vel moroſus vel omninò inhabilis collega illis obtrudatur, totumque Collegium & Univerſitas eâ ratione deformetur & apud alios diffametur, Matth. Stephan. *de*
3 *jurisdict. lib. 3. part. 2. cap. 3. n. 19.* † Optimè ergò facit Patronus, ſi denominationem aliquot perſonarum, ex quibus eligere poſſit, vel unius quam poſtea advocet, ab Academi-
4 cis requirat Proceribus; At malè, † ſi inauditis Profeſſoribus novum Collegam iis adjungat; Nec e re eſt Univerſitatis, ut promiſſio vel expectativa detur alicui ſuper loco Profeſſoris nondum aperto. Quales † ex- 5
pectativas jure haud valere, multis tuetur rationibus Stephan. *dict. cap. 3. n. 17. & ſeqq.* Conceduntur ſiquidem abſque ullo ſcrutinio & examine, nullô edito doctrinæ & facultatis ſuæ, quam profiteri expectans vult, ſpecimine, † contra jura manifeſta, quibus 6
conſtitutum legitur, ut priùs quis examinetur ac ſpecimen ſuæ doctrinæ ac facultatis docendi, quæ nondum cognita & ſpectata eſt, edat, *l. Magiſtros. 7. & l. ſi quis. 10. C. de Profeſſ. & Medic.*

Caveant autem Profeſſores, † ne amicitia, favore aut donis corrumpi ſe patian- 7

riantur, vel affectibus indulgeant in denominatione perſonarum ad vacantem functionem profeſſoriam, ſed affinitate, ſangvinis conjunctione, aliisque affectionis ſtimulis remotis, ex conſcientiæ præſcripto dignos Patrono commendent, cognitosque reddant, *Ordinat. Eccleſ. Elect. Saxon. tit.* Verordnung beyder Univerſitäten. *Rubr.* Von Wahl der *Profeſſoren.* §.
8 So bald durch Todesfall *&c.* † licèt con-
ceſſerim, quod ſi in demortuorum locum ſurrogandi veniant Profeſſores novi, præmortuorum liberi, ſi idonei exiſtant, præ aliis ad vacantem ſpartam jure advocentur, *l. 11. §. 1. l. 13. in princ. C. de advocat. diverſ. judic.* Bologne. *ad Auth. habita. C. ne fil. pro patre. n. 30.* Joh. Limn. *lib. 8. jur. publ. c. 3. n. 12.*
9 Cæterum † quoad jus denominandi
novos Profeſſores in Academiâ noſtrâ Lipſienſi ſpecialiter hoc introductum eſt, ut penes ſolam Facultatem ſtet poteſtas in Collegio ſuo novos Profeſſores Sereniſſimo Patrono nominare, quem morem Elector Clementiſſimus hactenus non
improbavit; quare ab eo non † temerè eſt 10
recedendum, *l. quod ſi novit. 31. §. aſſiduas. ff. de ædil. edict. l. ult. C. de fidejuſſor.* Ne tamen aliarum Facultatum Profeſſoribus hoc modo novus obtrudatur Collega in
Univerſitate & Concilio Academico, † 11
iis denominatio notificari ſolet, priusquam Sereniſſimo Electori exhibeatur, ut ſi quid monitu dignum de perſonis habeant denominandis, facultas proferendi
haut ipſis præcidatur. Nunquam † enim 12
inſciis & invitis Collega adjungi debet, ſi præcavere velimus clandeſtinas machionationes, quæ poſtmodum manifeſta quandoque erumpunt in diſſidia.

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Facultati Juridicæ in Academiâ Lipſienſi, die 28. April. 13
Anno 1626. (Verba Reſcripti: Uns iſt eure unterthänigſte *denomination* wegen Erſetzung *D. Jacobi Blumelii* verledigten *Profeſſion* gebührlichen vorgebracht worden: Dieweil aber daraus nicht zu befinden/ daß dieſelbe/ Inhalts unſers *Viſitation-Decrets,* mit unſerer Univerſität/ ob ſie dabey etwas zu erinnern/ vorhero *communiciret*/ ſolche auch von euerm *Decano* oder *Ordinario* und allen eurer *Facultät Profeſſoren in ſpecie* nicht unterſchrieben worden; So iſt uns bedencklich/ die *confirmation* darauf zu ertheilen/ ſondern begehren hiermit gnädigſt/ ihr wollet euch angeregtem unſerm *Viſitation-Decret* hierinnen gemäß bezeigen/ und darauf unſerer *reſolution* erwarten/ ꝛc.)

Definit. CCCCI.

A Sereniſſimo Saxon. Electore Ordinarius, qui & Facultatis Juridicæ perpetuus eſt Decanus in Academiâ Lipſienſi, immediatè haut præcedente aliquâ nominatione conſtituitur.

SUMMARIA.

1. *Curam diligentem in conſtituendis Profeſſoribus novis ſuſtinet Sereniſſimus Elector.*
2. *Adducitur hanc in rem Ordinatio Eccleſiaſtica, n. 3. 4. 5.*
6. *Prævià demum denominatione aliquot perſonarum, novus conſtituitur Profeſſor.*
7. *Ordinarius verò absq; denominatione conſtituitur.*
8. *Ratio hujus ſingularitatis.*
9. *Ordinarius Lipſienſis eſt ſimul Conſiliarius Electoralis.*
10. *Et perpetuus Juridicæ Facultatis Decanus.*
11. *Quod officium aliàs eſt annale vel ſemeſtre. n. 12.*
13. *Officium Decani quodnam?*
14. *Convocat Collegas.*
15. *Auditis aliorum ſuffragiis concipit ſententiam.*
16. *Candidati nomina ſua dant Decano.*
17. *Decanus in Collegiis Academicis primus & honorabilior.*
18. *Reſcriptum Electorale.*
19. *Literæ Conſiſtorii Supremi.*

Eaque

1 EAque omnia, quæ *Deſinit. præcedentibus* à nobis dicta fuerunt, curæ ſibi habere Sereniſſimum Saxoniæ Electorem, Academiarum Lipſienſis & Wittebergenſis Patronum clementiſſimum, apertè liqueſcit *ex Ordinat. Eccleſiaſtica, ſub tit.* Verordnung beyder *Univerſit*äten. *Rubr.* Von Wahl der
2 *Profeſſoren &c.* † cujus vel ſola verba initialia fidem faciunt locupletiſſimam, quæ hûc addere lubet: Nachdem unter allen andern zum höchſten von nöthen/der *Univerſit*ät rühmlich/und der Jugend fürträglich iſt/daß die *Profeſſores* aller *Facult*äten mit fürnehmen/ gelehrten/fleißigen/ eyferigen und unverdroſſenen Männern beſtellet ſeyn; Als wollen wir/daß ſo offt eine *Profeſſion* durch Abſterben oder ſonſten verlediget würde/ für allen Dingen iede *Facult*ät für ſich ſelbſt Rath halten/welchen ſie zu dieſer ihrer *Facult*ät *Lection*, aus ihrem Mittel tüglich/geſchickt/ fleißig und gelehrt genugſam erachten könten/ auch da ſie einen ſolchen Mann in ihrem Mittel nicht haben werden/ alsdenn mit Fleiß nachdencken ſollen/ wo man auſſerhalb dieſer *Facult*ät und *Univerſit*ät/ eine gnugſame *qualificirte* Perſon/ die ſolche Stelle mit Nutz/ Ehren und Würden beſtehen
3 und vertreten könne/finden möchte † *junct.* §. Wann ſie nun ſchlüßig worden/ und uns ſolches (wie in allewege mit unſerm Vorwiſſen gehandelt/und auſſerhalb des/ niemands nichts zugeſaget werden ſol/) zuſchreiben werden/ſo wollen wir uns mit gnädigſter Erklärung darauf vernehmen
4 laſſen. † *Item* §. Und ſolches ſol alſo. *in verb.* mit gemeinen unſers *Rectoris, Cancellarii,* und *perpetui Conſilii,* auch aller *Profeſſoren*/ ſo vielleicht damals *in concilio* nicht ſeyn werden/guten/ſtattlichen Rath und Bedencken erwehlet/ und denn zu be-
5 ſtätigen uns fürgeſchlagen werden. † *Et* §. So bald durch Todesfall *verb.* Der *Decanus* die *Facult*ät zuſammen fodern/ und aller vorgeſchlagenen Perſonen einen Auszug vorlegen/ und erſtlich die gantze *Facult*ät vornehmen ſol/ daß ein ieder unangeſehen einiges Nutzens/Gabe/Freundſchafft oder Feindſchaft/allein der Univerſitäten und ſonderl. ihrer *Facult*ät Ruhm/ Ehr und Frommen erwegen/ und nachmals ſein Bedencken eröffnen wolte/ welche zwo oder drey Perſonen unter den vorgeſchlagenen/ zu der *Profeſſion* am be-
6 ſten zu gebrauchen ſeyn ſollen/ꝛc. † Ex quibus manifeſtiſſimum redditur, Sereniſſimum Patronum, prævià demum denominatione aliquot virorum præclariſſimorum ad petitionem Academiæ, unum ex illis eligere, & ad functionem profeſſoriam vacantem confirmare.

† In perſonâ tamen Ordinarii res ali- 7
ter ſe habet: abſque ullâ enim denominatione Elector Sereniſſimus, de vacantia hujus officii ab Academiâ aertioratus, ei, quem dignum & idoneum judicat, functionem iſtam defert, ac Facultati Juridicæ præficit. † Quod inde procul dubio 8
obtinuit, quia in cauſis arduis conſilium Ordinarii à Sereniſſimo Electore ſpeciatim quandoque requiritur, ut hinc Serenitatis ſuæ haut parùm interſit, talem conſtitui Ordinarium, cui fidere queat; † 9
Veluti etiam proptereà Ordinarius Lipſienſis honore & titulò Conſiliarii Electoralis donatur. In quo & id peculiariter receptum, ut † perpetuum ſuſtineat 10
Decanatum in Facultate Juridica. Idemque in Medica Facultate obtinet, quæ & ipſa perpetuum habet Decanum, † quod 11
officium tamen in reliquis Facultatibus eſt annale vel ſemeſtre; quem morem haut obſcurè approbavit Elector Sereniſſimus *in Ordinat. Eccleſ.* † *dict. tit.* Ver- 12
ordnung beyder *Univerſit*äten §. Von der Wahl der *Decanen* ꝛc. §. Alſo auch laſſen wir uns gefallen/ daß in der *Juriſten* und *Medicorum Facult*ät/ es mit dem *Ordinariat* und *Decanat*, wie es herkommen/ bleibe/ ꝛc.

Cæterùm Decanorum munus hiſce † 13
deſcribit verbis Matth. Stephan. Quælibet Collegia ſeu Facultates habent certum caput, ſive ſuperiorem aliquem puta Decanum, quem ex eorum ordine debito modo & ſtato tempore, pro obſervantia & conſvetudine cujusque loci, eligunt, in quem omnem poteſtatem jurisdictionem Collegialem transferunt, qui & idcircò neceſſitate ita efflagitante, † Collegas in ſuo Collegio, pro commo- 14
do illius Collegii, jus habet convocandi, & à quo Collegæ vocati cõparere conguntur, niſi abſentiæ juſtas rationes prætendere poſſint: Cumque ut plurimum à Theologis, Juriſconſultis, Medicis & Philoſophis conſilia petantur, † Decano id 15
incumbit, ut ille auditis prius aliorum ſuffragiis ſententiam in mundum redactam obſignet & confirmet. Denique ſi qui ſunt, qui ad dignitates Doctorales promovere volunt, hi prius nomina ſua † Decano dare tenentur, quos ille poſt- 16
modum toti Collegio ad examen ſiſtit, & ſi in eo bene ſteterint, publico teſtimonio virtutis & doctrinæ in publicô actu exornat & afficit. *Hactenus* Stephan. *de juriſdict.*

dict. lib. 3. part. 2. cap. 4. num. 6. & ſeqq. cui
& adſentitur Johann. Limn. *libr. 8. jur. publ.*
17 *cap. 4. numer. 45.* Eſtque Decanus † hodie
in Collegiis Academicis primus & hono-
rabilior, *cap. poſt electionem. 7. extr. de conceſ. præbend. cap. cum inter univerſas*, ubi Gloſſ. & Panorm. *extr. de elect.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Univerſitati Wittebergenſi, Menſ. Decembr. Anno 1629.* 18
Verba Reſcripti: Wann uns aber bemeldtes *Ordinariat* ohne Mittel zu beſtellen zuſtehet/ und die angezogene Ordnung dahin nicht zu *extendi*ren; So haben wir daſſelbe und darzu gehörige *Profeſſionem Decretalium*, auch *Aſſeſſur* in unſerm Hof-Gerichte und Geiſtlichen *Conſiſtorio* unſerm Hof-Rath Herrn *D. S.* wegen ſeiner bisher verſpüreten *Qualit*äten auftragen laſſen. Hierauf gnädigſt begehrende/ Ihr wollet gedachtem *D. S.* ſo bald er ſich bey euch angeben wird/ erwähnte *Profeſſionem Decretalium*, ſamt der dazu gehörigen Oberſtelle in *Facultate Juridicâ* anweiſen/ auch die dazu verordnete Beſoldung/ Einkommen und *Accidentia*, wie ſolche der verſtorbene *D. R.* gehabt/ ohne Abbruch folgen laſſen/ inmaſſen wir dann auch der *Aſſeſſur* halber in unſerm Hofgerichte und Geiſtlichen *Conſiſtorio* bey denſelben *Collegi*en allbereit abſonderliche Anordnung gethan. Daran geſchicht unſere gefällige Meynung/ und Wir ſind euch/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum ad Sereniſſimum Saxoniæ Electorem, die 11. Decembr. Anno* 19
1629. (*Verba literarum:* Ob nun wol erwähnte *Profeſſores Juridicæ Facultatis* ihren gethanen Vorſchlag und der *Univerſit*ät *Nomination* mit weyland Churfürſt *Auguſti*, hochlöblichſter Gedächtniß/ *Univerſit*ät-Ordnung *ſub titulo*: Von Wahl der *Profeſſorn*, ſo wol Churfürſtl. Verordnung/ Krafft welcher die verledigten Oberſtellen aus denen folgenden *Superioribus* zu erſetzen/ und die in dieſer *Univerſit*ät gebräuchliche *aſcendenz* behaupten wollen/ auch nicht ohne/ daß Vermöge höchſtgedachtes Churfürſt Auguſti Ordnung. *tit.* von der Wahl der *Profeſſorn*, vierzehen Tage nach eines *Profeſſoris* Ableibung/ derſelben *Facult*ät Rath zu halten/ und der *Univerſit*ät die *nominir*ten Perſonen anhero zu *præſenti*ren/ insgemein nachzulaſſen/ dahin auch E. Churf. Durchl. Befehliche *ſub datis* den *20. Febr. Anno 1621.* und *27. Junii Anno 1627.* gerichtet; So mögen doch dieſelben auf gegenwärtigen Fall mit Beſtand nicht gezogen werden/ da es um Erſetzung des *Ordinats* zu thun/ welches Eur. Churfürſtl. Durchl. ohne Mittel in beyden *Univerſit*äten Leipzig und Wittenberg/ ſo wol als die oberſte *Profeſſion in Facultate Theologicâ* zuſtehet/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCCII.

Singulæ Facultates in Univerſitate Lipſienſi pro Schrifftſasſiis habentur: quorum jure totius ſolummodò Academiæ Wittebergenſis Collegium gaudet.

SUMMARIA.

1. *Speciali gaudet prærogativâ Lipſienſis Academia.*
2. *Ratione ſcilicet nominationis Profeſſorum & Decanatûs.*
3. *Utroque in paſſu res aliter ſe habet in Univerſitate Wittebergenſi.*
4. *In Academiâ Lipſienſi ſingulæ Facultates pro Schrifftſaſſiis habentur.*
5. *Non etiam in Univerſitate Wittebergenſi, & quis hujus rei effectus?*
6. *Facultates ſingulæ in Academiâ Lipſienſi conveniuntur coram Supremo Conſiſtorio Dresdenſi.*
7. *Non etiam Facultates Univerſitatis Wittebergenſis.*
8. *Amtſaſſii forum ſortiuntur in præfecturis Electoralibus.*
9. *Schrifftſaſſii autem in Curiis provincialibus & aulâ Electorali.*
10. *Literæ Conſiſtorii Supremi.*

1 SPeciali ergò prærogativâ gaudet noſtra Academia Lipſienſis, non modò quoad nominationem novorum Profeſſorum; ſed etiam ratione Decanatûs in Juridicâ & Medicâ Facultate: Illa ſiquidem ſingulæ cuique com-

2 competit Facultati † in Academiâ Lipſienſi, modò reliquis Facultatibus & Profeſſoribus notificetur: Decanatum verò in Facultate Juridicâ perpetuum ſuſtinet Ordinarius, & Senior in Facultate Medi-
3 ca. Quod utrumque aliter † ſe habet in Univerſitate Wittebergenſi, ubi à tota Academiâ novi denominantur Profeſſores: eſtque officium Decani in omnibus Facultatibus ambulatorium, *ſupr. Defin. 399. 400. & 401.* Hiſce aliud adhuc addimus
4 ſpeciale, † quod nempe in Academia Lipſienſi ſingulæ quæque Facultates pro Schrifftſaſſiis habeantur, quorum jure omnes demum Facultates conjunctim conſideratæ, ſeu totum Univerſitatis Wit-
5 tebergenſis Collegium gaudet: † Ex quo rectè dixeris, in Academia Lipſienſi ſingulas Facultates jure Schrifftſaſſiorum immediatè recognoſcere Patronum Univerſitatis, Sereniſſimum nempe Dn. Electorem Saxoniæ, cum tamen Facultates Univerſitatis Wittebergenſis ſubſint Rectori ac toti Collegio Academico. Eaque cauſa verè eſt, quod ſingulæ quæq; Facultates Academiæ Lipſienſis propriò nomine nominationem novi Profeſſoris exhibeant, ceu Patrono Sereniſſimo, cui immediatè ſubſunt.

6 Porrò & hoc diſcriminis † inde profluit, ut Collegium Facultatis alicujus in Univerſitate Lipſienſi coram Rectore & Univerſitatis conventum forum declinare poſſit, ad Judicem ſuum ordinarium primæ inſtantiæ, Conſiſtorium nempe Supremum Dresdenſe, vel potiùs Senatum Electoralem eccleſiaſticum provocans: † quam exceptionem fori declina- 7
toriam opponere non valent Collegia Facultatum in Academiâ Wittebergenſi, ſcilicet, quia non gaudent jure Schrifftſaſſiorum, ſed Rectorem, totius Academiæ nomine jus dicentem, vel Concilium Academicum, pro judice agnoſcunt competente; † ad inſtar nobilium & Magi- 8
ſtratuum Amtſaſſiorum, qui forum ſortiuntur in Præfectura Electorali, nec judicem primæ inſtantiæ Curiam provincialem vel Senatum Appellationum ſibi obtrudi patiuntur, † cùm econtra 9
Schrifftſaſſii conventi in Curiis provincialibus vel Judicio Appellationum ſupremo cauſam ſuam ibidem ventilare, ac ſententiam expectare teneantur, *Ordin. Provincial. de Anno 1550. tit.* Wer vor das Ober-Hof-Gerichte möge geladen werden/*verſ.* So mag auch ein ieder. *p. 217. & Ordin. Appellat. Chriſt. II. Elect. de Anno 1605 tit.* Wer vor unſer *Appellation*-Gerichte geladen §. Deßgleichen / weil ohne das in unſern Landen/ *&c. & §. ſeqq.* Caſpar. Ziegler. *ad prax. aur. Nicol. Calvol. tit. Schrifftſaſſii & Amtſaſſii, concluſ. 1. & 2.* Pet. Heig. *part. 1. quæſt. 9. n. 12. & ſeqq.*

Ita † Conſiſtorium Supremum ad Sereniſſimum Saxoniæ Electorem die 31. Januar. An. 1621. 10
(*Verba Literarum:* Inmaſſen dann der beſchehene Vorſchlag in viel Wege nachdencklich/in dem ſie ſo lange damit verzogen/ſolchen wieder das Herkommen *nomine Facultatis* mit gantz ungewöhnlichen *Terminis* und *Proteſtationibus* abgefaſſet/und mit angeregter *An. 1580. publicir*ten *Univerſität*-Ordnung/ *tit.* Von Wahl der *Profeſſorn*, deßgleichen mit dem *Reſcripto Viſitationis Anno 1614.* am *2. Octobr.* hindurch dringen wollen/da ihnen doch bewuſt iſt/ daß bemeldte Ordnung *in hoc paſſu nominationis Profeſſorum* allein bey der Univerſität Leipzig ſtatt hat/ weil daſelbſt alle vier *Facult*äten auf Cantzley-Schrifften ſitzen / und iede ohne der Univerſität Zuthun das *jus nominandi*, auch auſſer den *Profeſſorn* ihre *Aſſeſſores* und *Adjunctos* hat/welche alle mit *nominir*en und *præſentir*en/ dagegen zu Wittenberg die Univerſität alleine / und nicht abſonderlich die *Facultates* auf Cantzley-Schrifften geſeſſen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCIII.

Solet quandoque Sereniſſimus Elector, haut expectata Univerſitatis nominatione, novos conſtituere Profeſſores.

SUMMARIA.

1. *Regulariter abſque nominatione non conſtituendus eſt novus Profeſſor.*
2. *Quânam ex cauſâ & ratione?*
3. *Quandoque tamen Sereniſſimus Elector Saxon. abſq; nominatione conſtituit Profeſſores novos.*
4. *Idq; fit ex plenariâ poteſtate.*
5. *Nemo ſibi ipſi legem imponere valet.*

6. Or-

6. Ordinatione eccleſiaſtica non reſtringitur Sereniſſimus Saxo.
7. Principes imperii repræſentant Imperatorem in ſuis provinciis.
8. Diſpenſatio contra leges poſitivas inter jura Principis refertur.
9. Non facile Profeſſor conſtituendus absque prævia Univerſitatis nominatione.
10. Quod confirmatur autoritatibus, rationibus & textibus. n. 11. 12.
13. Quid obſervandum, ſi absque nominatione deferatur alicui functio Profeſſoria?
14. Literæ Conſiſtorii Supremi ad Sereniſſimum Electorem. n. 15.

1 Regulariter ſanè nominatio præcedere ſolet confirmationem ac conſtitutionem novi Profeſſoris, usque adeò, ut Sereniſſimus Saxoniæ Elector certam hac de re legem promulgare haut dubitaverit *in Ordin. Eccleſiaſt. ſub tit.* Verordnung beyder *Univerſit*äten. *Rubr.* Von Wahl der *Profeſſorn &c.* nec ſine ratione urgentiſſima id factum quisquam exiſtimet,
2 † cum multum interſit Academiæ pariter & ſtudioſæ juventutis, talem eligi Profeſſorem, qui non modò ratione doctrinæ & eruditionis excellat, ſed & bonis moribus ac virtutibus ſit præditus, ex quo ſalus & com-
3 modum Reipublicæ literariæ ſperandum, quo de pluribus *ſupr. Defin. 339.* † Nequaquam tamen Principis ac Patroni Sereniſſimi poteſtas ita eſt conſtringenda, quò minus haut præcedente univerſitatis nominatione, vel ſaltem non expectata ea, pro lubitu deferre queat Profeſſoriam functionem ei, quem
4 aptum & dignum judicaverit, † ex poteſtate ſcilicet plenariâ, quæ legibus poſitivis adſtricta haut eſt, *l. 31. ff. de legib.* Unde profluit plenitudo arbitrii nulli neceſſitati ſubjecta, nullisque juris regulis limitata, ſed libera prorſus & abſoluta, Bald. *in l. 2. C. de ſer-*
5 *vit. & aqua.* † Cumque nemo ſibi legem imponere valeat, *l. quòd autem. §. uxori. ff. de donat. inter vir. & uxor.* nec Prætor ſe ipſum cogere, nec triplici ſimul officio fungi poſſit, puta: dicentis, coacti & cogentis, *l. ille à quo. 13. §. tempeſtivum. 4. ff. ad SCt. Trebell.*
6 vel hoc ipſo expeditum redditur, † Ordinatione Eccleſiaſtica, quæ pro merâ lege poſitiva habetur, Sereniſſimum Electorem ceu ipſummet legislatorem non magis teneri, quam Imperatorem quondam legibus, quas ipſemet ſolus propriaque autoritate concedere dicebatur, *l. 1. §. 1. ff. de conſtit. princ. §. ſed & quod principi. Inſt. de jur. nat. gent. & civil.* de quo minus hodie dubitandum,
7 poſtquam Principes Imperii † eandem in provinciis & diſtrictibus ſuis habent poteſtatem, quam Imperator in imperio univerſo, Jac. Menoch. *vol. 1. conſil. 75. n. 36.* Matth. de Afflict. *deciſ. 305. n. 7.* Modeſt. Piſt. *vol. 1. conſ. 24. n. 1.* Warem. ab Erenb. *de ſubſid. Regn. cap. 15. v. 5.* Frid. Pruckman, *in §. ſoluta poteſtat. cap. 4. memb. 3. effect. 10. n. 22.* Thom. Mich. *de jurisd. concluſ. 45.* Bornit. *de Majeſt. cap. 14.* Vent. de Valent. *in part. litig. lib. 1. cap. 2. n. 6.* Unde & † diſpenſatio contra leges poſitivas inter jura Principis 8
refertur, Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. libr. 1. claſſ. 2. cap. 12. n. 49.*

Eſt tamen poteſtas hæc vocandi Profeſſores ordinaria, ad quam † non facilè nec ſine 9
causâ urgente convolandum, ne forſan in locum defunctorum ſurrogentur minus idonei & inhabiles, de quibus vix alii verè judicare poterunt, quàm ſimiles periti, ut non male forſan dixerit Petr. Gregor. † Nul- 10
lum majus vires irrepere in Academias poſſe, vel aliud, quò facilius decus, ſplendor & doctrina earum intercidat, quam dum arbitrio Principum aut Senatus aut aliorum Magnatum intruduntur Profeſſores, ſine libero judicio eorum, qui in illis profitentur, *lib. 18. de Republ. c. 8. n. 3.* † Quò & facit Reſcri- 11
ptum Imp. Juliani: Nec repente aut temere quis proſilire debet ad hoc munus docendi, ſed vel à Principe probari, vel quia Princeps ſingulis civitatibus adeſſe non poteſt, ex ejus juſſu judicio ordinis probari, & Decretum Curialium mereri debet, optimorum conſpirante conſenſu, *l. Magiſtros. 7. C. de profeſſ. & medic.* Et † Leo Cæſar non ali- 12
ter conſortio Advocatorum ſedis Prætorianæ aliquem ſociare ſtatuit, quam ſi prius in examine Rectores provinciæ, ex qua oriundus eſſet, eum idoneum repererint, & inſuper niſi Juris periti ejus Doctores juratò ſub geſtorum teſtificatione deponerent, eſſe eum, qui ſubrogari vellet, peritia juris inſtructum, *l. nemini 11. C. de advoc. diverſ. jud.* Manifeſtum hinc † eſt absq; prævia univerſitatis 13
denominatione, nunquam munus Profeſſorium concedendum fore alii, quam qui jam antea ab Academia dignus fuerit judicatus, vel etiam nominatus, & de quo bona converſationis ac conſortii amicabilis ſpes eſt, ne, ſi forſan invitis aliquis obtrudatur, anſa detur clandeſtinis machinationibus, quæ poſtmodum in manifeſta erumpunt diſſidia.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad Sereniſſimum Saxoniæ Electorem, die 15. Martii Anno 1624.* 14
(*Verba Literarum:* Und ſeyn zuvor eher nach Gelegenheit von Hofe aus durch gnädigſte Befehliche die *Profesſiones* beſtellet / immaſſen anderer Exempel zu geſchweigen bey währender der Chur Sachſen *Adminiſtration* von Herrn Friedrich Wilhelmen / Hertzogen zu Sachſen / ꝛc. höchſt-löblicher Gedächtniß / unter andern / *D. B. R.* von Jehna aus nach Wittenberg durch gnädigſten Befehlich zum *Profeſſorn* verordnet worden / welches Euerer Churfürſtl. Durchl. zu fernerm gnädigſten Nachdencken unſern Pflichten nach anzudeuten wir uns ſchuldig erachtet / und ruhet bey derſelben / was ſie darauf gnädigſt anordnen laſſen wollen / ꝛc.)

Ita † *aliis in Literis, die 11. Decembr. Anno 1629.* (*Verba Literarum:* Ebenmäßige Meynung hat es auch mit der hergebrachten *Nomination* und *Aſcendenz*, welche aus erheblichen Urſachen nicht allezeit Statt funden / noch Eure Churfl. Durchl. und dero höchſt-löblichſte Vorfahren ſich daran ſo wenig als an die Ordnung binden laſſen. Alſo hat der Herr *Adminiſtrator* der Chur Sachſen / hoch-ſeliger Gedächtniß / gedachten *N. N.* und andere *Profeſſores* mehr ohne Mittel eingeſetzet / ꝛc. So ruhet bey Euer Churfürſtl. Durchl. ob ſie zu Erhaltung Ihres Rechtens / auch Abwendung nachtheiliger *Conſequenz* durch *N.N.* dieſe Stelle gnädigſt erſetzen laſſen wollen / ꝛc.) 15

DEFINIT. CCCCIV.

In nominatione ac electione novorum Profeſſorum eò ſemper eſt reſpiciendum, ut inter pares præferantur aliis indigenæ, ſtipendiarii, quique in Collegio Profeſſorum nullo conſanguinitatis vel neceſſitudinis vinculo aliis ſunt conjuncti.

SUMMARIA.

1. *Remotio Profeſſorum magni & difficilis eſt momenti.*
2. *Minoris momenti eorum receptio.*
3. *Libera nominatio & electio ad ſubjectum idoneum reſtringi debet.*
4. *Quid ſi plures concurrant idonei & habiles?*
5. *Præfertur indigena extraneo.*
6. *Qua ex cauſa & ratione?*
7. *In officiis publicis indigenæ extraneis præferendi.*
8. *Præferendi ſunt quoque aliis ſtipendiarii, num. 10.*
9. *Quare hoc?*
11. *Non tolerandi in Collegio, qui nexu conſanguinitatis conjuncti.*
12. *Pluralitas votorum in Collegio facit concluſum, n. 13.*
14. *Pro votorum pluralitate militat ratio juris & præſumtio.*
15. *Literæ Conſiſtoriis Supremi, numer. 16, 17.*

1 Magni & difficilis momenti quemadmodum eſt remotio Profeſſorum, ad quam nunquam ſine cauſa magna & gravi properandum, usque adeò ut inſtar ſacrilegii ſit, auſu temerario Profeſſorem ab officio removere Bartol. *in auth. habita. num. 13.* & Bolognetus ibidem *num.*
2 *244.* ita non minoris præjudicii habetur † receptio novi Profeſſoris, ut ſcilicet talis conſtituatur, & in defuncti locum ſurrogetur, qui eruditione, ſcientia, facultate diſſerendi, gravitate & bonis moribus præpollet, *l. 7. C. de Profeſſor. & Medic. l. un. C. de profeſſor. qui in urb. Conſtant.* Libera ergo quantumvis eſt denominatio & electio novi Profeſſoris ratione familiæ & perſonarum: attamen † 3
reſtringi debet ad idoneum & habile ſubjectum ratione ſcientiæ, eruditionis ac morum, prout ſatis eluceſcit *ex Ordinat. Eccleſiaſt. tit.* Verordnung beyder *Univerſitäten. Rubr.* Von Wahl der *Profeſſoren.*

Quin-

Quin & ſi plures ambiant profeſſoriam
4 functionem, & † qui pares ſunt ratione morum ac eruditionis, adeoque omnes idonei & habiles ad capeſſendam hanc dignitatem, nequaquam tamen promiſcua debet eſſe nominatio, ſed gravi judicio uniuscujusq; qualitates ponderandæ, conditioque reſpicienda, quo juſto nitatur fundamento unius vel
5 alterius prælatio. Et *primo* † quidem inter pares & æquales meritò præfertur extraneo indigena, ex jure civili pariter & canonico, quo oriundus ex diœceſi, in qua beneficium vacat, ſi idoneus eſt, aliis præfertur extraneis, *l. in Eccleſiis. 11. C. de Epiſcop. & Cleric. l. tres tantummodo. 2. C. de offic. prætor. l. aſſumtio. 6. ff. ad municip. can. nec emeritis. 12. can. nullus. 13. diſt. 61. cap. ne pro defectu. 41. extr. de elect. cap. bonæ memoriæ. 4. extr. de poſtul. prælat.* Garc. *de benefic. part. 7. cap. 9.* Franc. Marci. *libr. 1. deciſ. 633. num. 3.* Spino à Carceres *in ſpecul. teſtam. Gloſſ. 3.*
6 *princ. n. 32. & ſeqq.* Nec ſine † cauſa & ratione, cum expeditum ferè ſit, indigenas ratione naturæ & curæ magis patriæ favere, majorique fide & charitate eidem obſtrictos teneri, *arg. l. 101. ff. de legat. 3. l. 17. §. 4. ff. ad municipal.* Jac. Menoch. *de præſumt. l. 5. præſumt.*
7 *12.* † quo ex fundamento etiam aliis in officiis publicis indigenæ extraneis præferuntur, Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 2. cap. 23.* Chriſtoph. Beſold. *lib. 2. polit. cap. 3. §. 1. num. 6.*

8 Et hinc *ſecundo* habenda † quoque ratio alumnorum ſeu ſtipendiariorum, qui inter pares quoad eruditionem & mores præ aliis ſunt nominandi & ad profeſſorium munus evehendi, quia ſcilicet major fides & dexteritas ob acceptum beneficium in iis præſumi-
9 tur, † qui & propterea fortiori vinculo ſunt obſtricti, ne pro lubitu munus profeſſorium reſignare, & pinguiores reditus alibi ſperantes ab Academia rurſus diſcedere valeant, ex qua mutatione nunquam non Univerſitatis Studioſæque juventutis jactura eſt metuenda, † veluti hinc quoque in nominatione ac 10
vocatione novi Paſtoris rationem hanc attendi jubet *Ordin. Eccleſiaſt. in art. general. 1. §.* Wollen wir hiermit / ꝛc. *& Decretum Synodale de anno 1624. pag. 4. §.* Gleich wie wir. *ibi:* Auch unſere *Stipendiat*en und Land-Kinder vor andern gleich uns in acht nehmen wollen / ꝛc.

Ac *tandem* inter pares idoneos tuto poſtponuntur, † qui nexu conſanguinitatis in Col- 11
legio profeſſorio aliis ſunt conjuncti, quin nec facilè hi ad Collegium admittendi, cum fieri vix queat, ut vel reverentia vel ſanguinis proximitas non impediat libertatem votorum, non ſine periculo & jactura partium, præſertim in Collegio anguſto, quod paucis conſtat Aſſeſſoribus, in quo tamen æquè ac in Collegiis amplioribus † pluralitas voto- 12
rum facit concluſum. Quamquam enim melius ageretur cum rebus humanis, ſi ponderarentur ſententiæ, non numerarentur, Plin. *libr. 2. epiſt. 12.* quia argumentum peſſimi eſt turba, Senec. *cap. 2. de vit. beat.* obtinuit tamen in omnibus ferè Curiis, Collegiis & Judiciis, † ut quæ numero vincit ſen- 13
tentia, eadem rationis quoque pondere ſuperior exiſtimetur, Anton. Fabr. *in Cod. lib. 1. tit. 7. Defin. 2. n. 2.* quia quod major pars curiæ effecit, pro eo habetur, ac ſi omnes egerint, *l. quod major. 19.* ubi Bartol. *ff. ad municip.* Hieron. Schurff. *cent. 1. conſil. 59. n. 30.* † Eſtque pro votorum pluralitate juris 14
pariter ratio atque præſumtio, ſiquidem plus vident oculi quam oculus, & à multis perfectius haberi poteſt veritas, quam à paucis, *arg. l. ult. C. de fideicommiſſ. cap. prudentiam. extr. de offic. delegat.* quo de pluribus dixi *in Deciſ. illuſtr. 82. n. 22. & ſeqq.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad Sereniſſimum Dn. Saxoniæ Electorem, die 31. Januar. Anno* 15
1621. (Verba Literarum: Es werden auch die *Facultiſt*en *juxta tenorem Reſcripti Viſitationis Anno 1614.* nicht unbillich zu den verledigten *Profeſſion*en gezogen; Wann ſie nur Vermöge Eur. Churfl. Gnaden *Inſtruction de anno 1617.* hierzu vor andern ſonderlich den *Stipendiat*en und Landes-Kindern am nützlichſten zu gebrauchen/ ꝛc.)

It. † *In literis die 17. Novembr. Anno 1626. (Verba literarum:* Beruhet demnach bey Eur. 16
Churfürſtl. Durchl. ob Sie bey ſo geſtalten Sachen ihren geweſenen hohen *Stipendiarium*, der viel Jahr lang von Eur. Churf. Durchl. in den *Studiis* Verlag gehabt / *N. N.* der gar ein *Extraneus* iſt / vorziehen / und zu der *vacirend*en *Profeſſion* gnädigſt *confirmi*ren / oder was Eur. Churfl. Durchl. hierinnen anordnen wollen / Eur. Churfl. Durchl. Befehlich ſeyn wir unterthänigſten Gehorſam zu leiſten ſchuld-pflichtigſt und bereit-willigſt / ꝛc.)

Et † *in literis die 18. April. Anno 1628.* (*Verba literarum:* So iſt doch dabey zu bedencken / daß er *D.N.N.* Eidam iſt/und ſich's daher nicht wohl leyden wil/ daß zugleich drey nahe verwandte Perſonen / welche wann *Acta* und Fragen an die verordneten *Doctores* und *Aſſeſſores* des Hof-Gerichts verſchicket werden / iedesmal *majora* machen können in einem *Collegio*, das nur von fünff Perſonen beſtehet / zu *Profeſſoren* zu beſtellen. Was nun Eur. Churfürſtl. Durchl. hierauf gnädigſt anordnen wollen / deme ſeyn wir unterthänigſt nachzuleben ſchuldig / auch ſonſten Eur. Churfürſtl. Durchl. iederzeit gehorſame Dienſte zu bezeigen pflicht-willigſt und bereit/ ꝛc.) 7

Definit. CCCCV.

Seduli & fideles ſint Profeſſores in profitendo ac diſputando; nec propterea extraordinariis commiſſionibus & occupationibus, quibus remora injici poteſt, gravandi.

SUMMARIA.

1. *Commendatur fidelitas Udalrici Zaſii.*
2. *Abſtineant Profeſſores ab invidia in docendo ac profitendo.*
3. *Sint econtra fideles in officio ſuo.*
4. *Notatur prolixitas damnoſa Thomæ Haſelbachs in profitendo.*
5. *Caveant Profeſſores, ne extra oleas vagentur.*
6. *Diligentia in profitendo & diſputando requiritur à Profeſſoribus.*
7. *Adducitur hanc in rem Ordinatio Eccleſiaſtica.*
8. *Negligentia Profeſſorum mulctam meretur.*
9. *Quin & remotionem ab officio.*
10. *Ex ſanctione Electorali manifeſta.*
11. *Profeſſores negligentes contraveniunt factæ promisſioni.*
12. *Commiſſionibus & legationibus gravandi haut ſunt Profeſſores Juris.*
13. *Excuſantur Profeſſores à mulcta, qui juſtum neglectus impedimentum prætendere valent.*
14. *Reſcripta Electoralia. n. 15. 16.*
17. *Literæ Conſiſtorii Supremi.*

1 QVod de ſe ipſo hiſce verbis profert Udalricus Zaſius: De me ſine jactantia hoc dico, ſi una hora, quæ ſentio, in meos auditores intrudere poſſem, omnia fideliter communicaturum, *ad l. 2. ff. de orig. jur.* id dictum & ſcriptum ſit omnibus indifferenter Profeſſoribus; monitu certè dignum,
2 † ne locum dent invidiæ, optima quæque celantes, vel ſtudio lecta ſua intricantes, ut ab auditoribus percipi ac intelligi nequeant, Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 18. de republ. cap. 2.* Middendorp. *libr. 1. offic. Schol. cap.*
3 *15. pag. 60.* † Sed in munere ſibi concredito ſumma utantur fidelitate, perſpicuè pariter & ea, qua fieri poteſt, brevitate docentes
4 ac profitentes, nequaquam prementes † veſtigia Thomæ Haſelbachs Theologi Vienneñſis, de quo dicitur, integros vigenti annos eum in primi Eſaiæ capitis explicatione conſumſiſſe, nec tamen ad finem eam perduxiſſe, Joh. Cuſpinian. *in vita Friderici III. pag. 508. numer. 49.* † Ita nimirum extra 5
oleas quandoque vagari ſolent Profeſſores, ſingula quæque, etiamſi impertinentia ſint, crinibus attrahentes, inque horum explicatione multum tempus conſumentes, quos parùm officii ac fidelitatis memores dixeris; cum paria habeantur male & omninò non legere, *argum. l. de ætate. §. nihil. ff. de interr. action. can. multi. diſt. 40.* Joh. Limn. *lib. 8. jur. publ. cap. 3. n. 16.*

† Sint porrò Profeſſores ſeduli ac diligentes in profitendo ac diſputando, caveantque ſibi, ne otio & feriis nimium indulgeant, prælectiones ſuas de die in diem differentes, nunquam legentes vel diſputantes, non ſine Studioſorum jactura ingenti; quare officii ſui verbis admodum ſeve- 6

ſeveris admonentur à Sereniſſimo Saxon.
7 Electore *in Ordinat. Eccleſ.* † *dict. tit.* Verordnung beyder *Univerſitäten. Rubr.* von *examine neglectuum* in beyden *Univerſitäten*, quin & mulcta Profeſſoribus negligen-
8 tibus indicitur, *Rubr.* † *in princ. verſ.* Und dann wir aus den *Statuten* ſo viel befunden / daß auf die verſäumte *Lectiones* eine gewiſſe Straffe geſetzet worden. *junct.* §. Wann aber einer. *verſ.* Von demſelben ſol nicht allein unnachläßig die *mulcta* eingezogen / ſondern auch durch *Rectorn* und *Cancellarium* ernſtlich vermahnet werden / daß er ſich ſolches hinführo enthalten wolle. Ac certè ſi non abſtineant à neglectu,
9 ſed in otio perſeverent, † non habent, quod conquerantur, ſi planè reprobentur, quod jure fieri poteſt ex doctrina Bartol. *in l. grammatici. C. de Profeſſor. lib. 10.* idque verbis diſertis innuit Sereniſſimus Saxo *in*
10 *dict. Ordin. Eccleſ. alleg. loco.* † Dann es möchte ſich einer hierinnen alſo erzeigen / daß man verurſachet / ſeine Stelle mit einer andern tüglichen Perſon zu erſetzen / die fleißig und der Jugend nützlich leſen und dienen würde / ꝛc. Eandemque pœnam negligentia Profeſſorum vel propterea
11 meretur, † quòd factæ promiſſioni haut parum contraveniant otium amantes, & à profitendo ac diſputando diu abſtinentes: Inter alia ſiquidem Profeſſores recepti ſtipulata manu promittunt, quòd velint ſtudere bono publico, fideliter in docenda & erudienda juventute ſuum facere officium, ornare ſuam ſtationem honeſtis moribus, & detrimenta Univerſitatis avertere pro viribus, Limn. *dict. cap. 3. n. 15.*

Quam ob cauſam etiam maximoperè præcavendum, † ne commiſſionibus aliisque 12
occupationibus extraordinariis Profeſſores juris nimium graventur, & per id ab officio ſuo detineantur, velut monendum duxit Sereniſſimus Elector *in Ordinat. polit. de anno 1612. ſub tit.* von *Conſiſtorial* Sachen. §. 8. *verſ.* Und damit die *Profeſſores* der *Juriſten-Facultäten* deſtoweniger die *Lectiones* und *Diſputationes* gehörender maſſen zu *continuiren* verhindert würden / wollen wir auf geſchehene unterthänigſte Erinnerung der Landſchafft / ſie in Zukunfft mit *Legationen* und *Commiſſionen* ſo viel möglich / verſchonen. † Nimirum juſſu Electorali 13
vel adverſa valetudine, aliave juſta ex cauſa præpediti Profeſſores ſi non legant; nec ullam metuere habent mulctam, nec vitio ipſis vertendum eſt, uti colligere licet ex *Ordinat. Eccleſiaſt. Rubr.* von *examine neglectuum.* §. Wann einer mit kundbarer Leibes-Schwachheit. & §. Wann auch einer nothwendiger und unvermeidlicher ſeiner eigenen Geſchäffte halben. *it.* §. Und da ſich befunden / daß etlicher maſſen eine erhebliche Urſache geweſen / ꝛc.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Univerſitati Wittebergenſi. die 3. Septembr. Anno 1624.* 14
Verba Reſcripti: Wann dann nunmehr die Nothdurfft erfodert / daß erwehnte *Profeſſio Codicis* hinwieder erſetzet werde; Als thun wir Krafft dieſes hierzu *N. N.* und an deſſen Stelle *N. N.* zum *Profeſſorn Inſtitutionum* hiermit *confirmiren* / hierauf gnädigſt begehrende / Ihr wollet iedem ſeine *Profeſſion*, und ermeldtem *N. N.* zugleich den andern *locum* unter denen *Profeſſoren Juris* anweiſen / ihnen auch die darzu gehörige Beſoldung und *accidentia* folgen laſſen / darneben aber ihnen und andern *Profeſſoribus Juris* ausdrücklich vermelden / da einer oder der andere nicht leſen oder *diſputiren* / auch dasjenige nicht verrichten / und mit allem Fleiß ihnen angelegen ſeyn laſſen würde / was unſers Groß-Herrn-Vaters *publicirte* Ordnung und unſere *Decreta* von einem ieden *Profeſſore* erfordern / und ihme zu thun oblieget / daß derſelbige ohne einigen *reſpect* nicht mit Geld / ſondern Entſetzung ſeines Amts und *Profeſſion* alſobald beſtrafft / und eine andere tüchtigere und fleißigere Perſon an des unfleißigen Statt angenommen werden ſolle. Daran vollbringet ihr unſere Meynung / ꝛc.)

Et eidem die 31. Octobr. ejusdem Anni (*Verba Reſcripti:* Wir haben euren eingeſchickten 15
Bericht wegen des jüngſt gehaltenen *examinis neglectuum* neben zugehörigen *Deſignationibus, Lectionibus* und *Diſputationibus* verleſen hören / und durchſehen laſſen; Thun euch hierauf berührte *Lectiones* hinwieder zurück ſenden / und können zu dieſem mahl mit der *Theologi*ſchen *Facult*ät Verrichtung und Herrn *N. N.* Entſchuldigung zufrieden ſeyn; Wegen der *Profeſſorn Juridicæ Facultatis* laſſen wir es bey der jüngſten *reſolution* auf die beſchehenen *nominationes* bewenden / inſonderheit wird *N.N.* mit den Hofgerichts-*Commiſſionibus* und *Examinibus teſtium*

ſtium ſich ferner nicht belegen laſſen / auf daß er hierdurch an ſeinen *Lectionibus* und andern obliegenden Verrichtungen nicht verhindert werde; So hat *N. N.* unter den *Facultiſten* mit Einſchickung ſeiner *Diſputation*en unſerm *Decret* eine Genüge gethan / die andern *Facultiſten* aber wird ihr *Decanus* hinführo zu mehrerm Fleiß zu vermahnen wiſſen/ꝛc.)

Nec non † *N. N. die 20. Septembr. Anno 1626.* (*Verba Reſcripti:* Demnach wir von der Hochgebohrnen Fürſtin / Frauen Hedwig / Gebohrnen aus Königl. Stamm Dennemarck / Hertzogin und Churfürſtin zu Sachſen/Wittben/ unſerer freundlichen lieben Muhmen / Schwägerin / Frau Schweſter und Gevatterin erſuchet worden / euch zu erlauben / daß ihr euch bisweilen nach Lichtenburg begeben/ und daſelbſt die vorfallenden Sachen *expedi*ren helffen möget / und wir ihrer Liebe Suchen ſo weit Statt geben / daß ihr die Cantzeley-Tage zu Lichtenburg Mittwochs und Sonnabends anſtellen / und Dienſtags oder Freytags nach verrichteter *Lection* hinaus reiſen / auch Donnerſtags oder Montags vor Mittage bey der *Univerſit*ät euch wieder einſtellen ſollet / damit ihr alſo an euer *Lection* nichts verſäumet/ und doch darneben die zwey Cantzeley-Tage zu Lichtenburg wöchentlich beſuchen könnet/ꝛc.) 16

Et † *Conſiſtorium Supremum ad Sereniſſ. Saxoniæ Electorem, die 31. Januarii Anno 1621.* (*Verba Literarum:* Und verhoffen wir / durch dieſe beyde Perſonen weyland Churfürſt Auguſti ꝛc. *Anno 80. publicirt*e Univerſität-Ordnung in Ubung zu bringen / daß hinführo alle acht Tage eine *publica diſputatio Juridica* ſolle gehalten werden / welches bisher bey den Univerſitäten Wittenberg und Leipzig nicht zu Wercke gerichtet werden können / daran doch denen *Studioſis Juris* und ihren Eltern zum höchſten gelegen / und andere Univerſitäten dadurch in Aufnehmen kommen / ꝛc.) 17

Definit. CCCCVI.

Benè valet diſpenſare Princeps Academiæ Patronus, ut Profeſſor legat per Subſtitutum.

SUMMARIA.

1. *Functio Profeſſoris eſt perſonalisſima.*
2. *Profeſſoribus per Subſtitutos legere permiſſum haut eſt.*
3. *Sicuti nec Vaſallo per Subſtitutum ſervitia feudalia præſtare.*
4. *Adducitur Sanctio Electoralis hanc in rem. n. 5.*
6. *Aliter ſentiunt alii.*
7. *Diſpenſare poteſt Princeps Patronus ut Profeſſor legat per Subſtitutum.*
8. *Rationes & fundamenta hujus aſſertionis.*
9. *Modo Subſtitutus quoad eruditionem ſimilis ſit Profeſſori.*
10. *Admittitur quandoque Subſtitutus, electâ licet induſtriâ perſonæ. n. 11.*
12. *Miniſtro Eccleſiæ adjungi poteſt Subſtitutus.*
13. *Quando præſertim cauſa rationabilis ſubeſt.*
14. *Neceſſitas legem non habet.*
15. *Profeſſori aliis ſimul officiis onerato, alius ad legendum ſubſtitui poteſt.*
16. *Non facile quisquam pluribus officiis onerandus.*
17. *In Academiis Profeſſores juris de jure reſpondent & curiis adſident. n. 18.*
19. *Duplici officio quandoque quis fungi poteſt.*
20. *Reſcripta Electoralia. n. 21.*

1 Non facile quisquam negaverit, munus profeſſorium eſſe perſonaliſſimum, ita ut nec ad heredes tranſeat, nec invito Patrono in aliam perſonam transferri queat, ſiquidem certæ perſonæ induſtria eligitur in Profeſſoribus: Ex quo porrò redditur perſpicuum, functionem profeſſoriam † ab ipſo Profeſſore electo & confirmato expediri debere, nec admitti Subſtitutum, ſi Profeſſor per eum legere velit; nam quotiescunque induſtria certæ perſonæ 2

ſonæ eſt electa, operæ & ſervitia per Subſtitutum nequeunt præſtari, *l. un. §. ne autem. C. de caduc. tollend.* Schenck. Baro à Tautenberg. *in cap. 1. tit. de milit. Vaſallo, qui*
3 *arm. bell. depoſ. num. 15.* veluti hinc † non audiendus eſt Vaſallus, ſi ad præſtationem ſervitiorum offerat Subſtitutum, Alvarot. *in cap. 1. §. ſi quis deceſſerit,* & ibi Matth. de Afflict. *tit. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter Dom. & Vaſall.* Bald. *in l. quisquis. 16. C. de Epiſcop. & Cleric.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 6. cap. 6. num. 49.* Non minor autem fidelitas & induſtria in Profeſſore requiritur, quam in Vaſallo, ut propterea neutri expeditio per Subſtitutum ſit permit-
4 tenda, idque † minus dubium habet in Academiis Electoralibus Saxonicis propter claram ſanctionem *in Ordinat. Eccleſiaſt. tit.* Verordnung beyder Univerſitäten. *Rubr.* Vom *examine neglectuum* in beyden Univerſitäten. §. Wir wollen auch/daß hinfüro in beyden Univerſitäten ein ieder ſeine *Lection* ſelbſten verwalten / und niemands durch einen *Subſtitutum* zu leſen verſtattet
5 werden ſol; Idque repetitum † *in Ordin. Polit. de anno 1612. Rubr.* von *Conſiſtorial*-Sachen. *num. 8. §.* Nun ſolte ſich zwar ein ieder ſeiner Pflicht. *verſ.* So wollen wir den *Rectorn* und *Profeſſorn* unſerer Univerſitäten hiermit ernſtlich und bey höchſter unſerer Ungnade befohlen haben / daß ſie ihres Amts mit treuem Fleiß hinfüro abwarten / daſſelbe für ſich und nicht durch *Subſtitut*en verrichten / ꝛc.

6 † Aliter licet ſentiant Bartol. *in l. nemo eſt. numer. 5. ff. de duob. reis.* Abbas *in cap. 1. extr. de ſumm. Trinit.* quo & inclinare videtur Matth. de Afflict. *in cap. 1. §. ſi quis deceſſerit. tit. Si de feudo defuncti content. ſit inter Dom. & Vaſall.* quorum ſententiæ eatenus ſubſcribendum putave-
7 rim, † ſi Princeps Academiæ Patronus gratiam fecerit ſingularem Profeſſori, ut per Subſtitutum legat. Nec enim dubitandum, quin Academiæ Patronus hac in re diſpenſare valeat: (1.) Siquidem prohibi-
8 tio iſta juris eſt poſitivi, † cui contravenire poteſt ipſemet Legislator, per tradita Bald. *in l. 2. C. de ſervit. & aqua.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 2. cap. 12. numer. 49.* veluti quoque verbis expreſſis diſpenſationem ſibi reſervavit Sereniſſimus Saxon. Elector *in Ordinat. Eccleſiaſt. dict. rubr.* vom *examine neglectuum* in beyden Univerſitäten. §. Wir wollen auch. *verb.* Und niemands durch einen *Subſtituten* zu leſen ohne unſer Vorwiſſen und Nachlaſſen verſtattet werden
ſol. (2.) † Nec quicquam inde pericu- 9
li vel incommodi Academiæ metuendum, ſi ejusmodi præficiatur Subſtitutus, qui ratione eruditionis & doctrinæ ipſi Profeſſori ſimilis eſt & æquipollet, qualem Patronus eligere præſumitur, prævia præſertim nominatione. (3.) † Ex quo etiam corruit ob- 10
jectio vulgata, Subſtitutum ſcilicet non admitti, ſi certæ perſonæ induſtria fuerit electa, *l. un. §. ne autem. C. de caduc. toll.* fallit ſiquidem hoc in Subſtituto æquali ejusdemque peritiæ, ob quam jus eandem fingit perſonam, ſecundum tradita Bartol. *in dict. l. nemo eſt. numer. 3. in fin. ff. de duob. reis.*
† Quin nec obeſſe poteſt maxima hæc ipſi 11
Patrono, ſpecialiter diſpenſanti, ex cujus voluntate & autoritate res tota hæc dependet. (4.) Notum porrò, quod † Patronus 12
Eccleſiæ, miniſtro verbi ſive Paſtori adjungere queat Subſtitutum, Franc. Duar. *de benef. Eccleſ. lib. 8. cap. 2.* Johann. Gerhard. *locor. theol. lib. 6. ſect. 7. §. 117.* Sigismund. Finckelth. *de jur. patronat. cap. 6. num. 128.* Chriſt. Weber. *de jur. patronat. poſit. 120.* quod & clarum reddit in provinciis Electoratus Saxonici *Ordin. polit. de anno 1612. Rubr.* von *Conſiſtorial*-Sachen *num. 3.* Quidni ergo idem juris competeret Sereniſſimo Patrono in ſubſtitutione profeſſionis? (5.)
† Accedente præſertim cauſa neceſſitatis vel 13
alia rationabili, ſine qua vix Patronus ad ſubſtitutionem deveniet. Quid enim, ſi Profeſſor ſit emeritus & decrepitæ ætatis, vel perpetuus valetudinarius, ut commode nequeat præeſſe lectionibus? Nullum aliud reſtabit remedium, quàm ut Subſtitutus ei adjungatur ex neceſſitate, † quæ legem 14
non habet, *can. remiſſionem. verſ. ſed notandum. 1. quæſt. 1. can. ſicut. can. quando de conſecrat. diſt. 1.* Weſenbec. *conſil. 40. n. 28.* Hier. de Cævall. *in ſpecul. opin. comm. quæſt. 906. n. 50. & ſeqq.*

† Nec aliud dicendum, ſi Profeſſor ali- 15
quis occupationibus & officiis aliis ſit obrutus, ut omnibus utiliter præeſſe non poſſit, longè tutius enim tùm faciet Sereniſſimus Patronus, per diſpenſationem ſpecialem Subſtitutum admittendo, quam ſanctioni generali haut abſque jactura ſtudioſæ juventutis præciſe inſiſtendo: Sanè dixerit ali-
quis, † Profeſſores nequaquam duplici vel tri- 16
plici muneri præficiendos eſſe, quò diligentius functioni profeſſoriæ incumbere queant, ac ne unum ab altero impediatur officium, cum non abs re ſcripſerit Imp. Juſtinianus, duabus rebus neceſſariis unum hominem non ſufficere, *in l. nemo. 14. in pr. C. de aſſeſſ.* Herm. Kirchn. *in Morrill. lib. 1.*

17 *cap. 3. n. 26.* † Sed optandum hoc potius quam ſperandum, poſtquam regulariter hodie in Academiis Germanicis Profeſſores in Facultate Juridica ſimul de jure reſpondeant, Judiciis & Curiis provincialibus aſſideant, ac non minimam ſalarii ſui partem inde accipiant; quin & gravioribus & arduis quandoque negotiis bonum publicum concer-
18 nentibus graventur, † ut propter hominum peritorum penuriam non ſemper officia, quæ experientiam requirunt, ab invicem ſeparare & perſonis diſtinctis injungere liceat.
† Nam & regulariter plures dignitates, ho- 19
nores vel officia, & ſic vicem plurium ſuſtinere atque exercere quis poteſt uno eodemque tempore, quando non habent annexam adminiſtrationem, nec ſibi mutuò repugnant, ſed ſe invicem compatiuntur, *cap. pen. § porro extr. de elect. in 6to. cap. 1. extr. de offic. delegat.* Felin. *in cap 3. num. 10. extr. de probat. l. ſi conſul.* ubi Gloſſ. & Bartol. *n. 1. ff. de adopt.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector N.N. die & Anno N.N.* (*Verba Reſcripti:* Welcher maſ- 20
ſen wir von dem Hochgelahrten unſerm lieben Getreuen *N.N.* ihme *N. N.* zum *Subſtitu*ten zu *confirmi*ren / mit dem Jnſchluß unterthänigſt erſuchet worden / ſolches habt ihr daraus mit mehrern zu erſehen. Nun wären wir ihme zwar hierinnen zu willfahren nicht ungeneigt: Dieweil aber *N.N.* ſeinem eigenen Anziehen nach vor wenigen Tagen *in Doctorem promovi*ret / dagegen *Supplicant* der fürnehmſte *Profeſſor Juris Canonici*, und *materiam judiciorum* zu leſen ſchuldig iſt / welches *absque uſu & experientia* mit der Jugend Nutzen nicht geſchehen kan / über diß auch euch nicht unbewuſt / daß wir am *20. N.N* des nächſt-verwichenen Jahres vier *Adjunctos Facultatis Juridicæ*, und darunter zween zu *Subſtitu*ten und *extraordinari Profeſſoren*, die andern beyden zu Hofgerichts-*Advoca*ten beſtellet. Als zweiffeln wir nicht wenig / ob erwehnten *N.N.* dieſe *Subſtitution* mit der Jugend Nutzen / und vor andern *Doctorn*, ſo lange vor ihme *promovi*ret / *in praxi* geübt / und allbereit *in Facultatem recipi*ret worden / aufgetragen werden könne. Begehren derowegen hiermit gnädigſt: Jhr wollet dieſes wohl berathſchlagen / und uns nach fleißiger Erwegung auch noch etliche andere Perſonen zu beniemter *Subſtitution* namhafft machen / damit wir uns der *Confirmation* halber darauf zu bezeigen haben / ꝛc.)

Et † *Facultati Juridicæ in Academia Wittebergenſi, die 2. Maji Anno 1617.* (*Verba Reſcripti*: 21
Uns iſt euer unterthänigſter Bericht und *denomination* dreyer *Subſtitu*ten gebührlich vorgetragen worden. Dieweil wir aber daraus vermercken / daß berührter Bericht zuwider unſerm *Decreto Viſitationis* mit eines ieden Tauff- und Zunamen nicht unterſchrieben / *&c.* So tragen wir bey ſo geſtalten Sachen die *Confirmation* alſobald zu ertheilen Bedencken / Und begehren hiermit gnädigſt / Jhr wollet dieſen Sachen wol nachdencken / und mit Fleiß erwegen / mit welchen Perſonen die *Subſtitutiones* zu beſtellen. Was ihr nun dißfals euer *Facul*tät und der Jugend erſprißlich anzuordnen / ſowol den *Subſtitutis* vor *materias* aufzutragen vermeynet / ſolches wollet uns ihr ingeſamt unter der anbefohlnen *Special-Subſcription*, ſo bald zu geſchehen müglich / zu erkennen geben / und darauff unſere *reſolution* gewarten / *&c.*)

DEFINIT. CCCCVII.

Nequaquam prohibendi ſunt Profeſſores juris, in Academiis profitendo ac diſputando jus publicum tractare.

SUMMARIA.

1. Ex multorum opinione jus publicum in Academiis eſt tractandum. n. 2.

3. In pulvere ſcholaſtico de poteſtate Principis non diſputandum. n. 4.

5. Permittendum omnino in Academiis jus publicum tractare. n. 9. 11. 14.

7. Certò tamen modo & adhibita limitatione. n. 7.

8. Ne-

8. *Negotia Statuum Imperii tranſacta; in Academiis diſputandò haut reſuſcitanda.*
10. *Jus aliud eſt publicum, aliud privatum.*
12. *Jus publicum, in quibus materiis non minima ex parte conſiſtat?*
13. *Caveant Studioſi, ne ſerò nimis Jus publicum diſcant.*
15. *Adducitur ſententia Beſoldi.*
16. *Et quid Limnæus hac de re ſenſerit ac ſcripſerit?*
17. *Literæ Conſiſtorii Supremi.*

1 NUllibi non, in aulis præſertim Principum & Magnatum; auribus Profeſſorum Academicorum illud pervetuſtum; Ne ſutor ultra crepidam; inſuſurrare novimus: Putant ſcilicet, privato ſola privata jura tra-
2 ctanda, † publica verò in Cancellariis & archivis Principum ſub fide ſilentii diligenter aſſervanda, nec juvenibus, utpote auditoribus inidoneis proponenda ac propalanda eſſe. Quod nec utiliter fieri, nec commodi inde quidquam in ſtudioſam juventutem redun-
3 dare, vulgo opinantur. In † pulvere ſiquidem ſcholaſtico (inquit Rudolph. Maximil. Dux Saxon.) multa ſæpe de poteſtate Principum tanquam de Ideis Platonicis variè diſſeruntur, quæ ſi ad uſum communem exigantur, videtur in ſomnis fuiſſe laboratum; idem contingit illis, qui vel nimis Majeſtatem Principis adulantur, vel nimis eandem arrodunt, *in Orat: contra Galliam*, apud Frider. Achil: *de princ. int. Provinc. Europ. pag.*
4 *mihi 291.* ut hinc † vehementer contra docentes jus publicum inſurgere haut dubitaverit Auct: *diſcurs:* Ob es heilſam und nützlich ſey / im heiligen Römiſchen Reiche *Uniones* und Bündniſſe aufzurichten / quando inquit: Bey dieſen *puncte*n ſolte man beyderſeits ſich nicht irren laſſen / und was bisweilen von unbedächtigen zanckſüchtigen Leuten in Schulen *& ex cathedra* von Religions-Frieden / Catholiſchen oder Evangeliſchen Weſen *deblateri*ret wird; Dann diß iſt kein *privatum, ſed publicum negotium Imperii,* darinnen *privati homines de ſchola, Concionatores, Oratores, Diſcurrente*n und ſolches Volck nichts zu *terminir*en haben / und iſt gewiß / daß dieſe Leute bey Churfürſten und Ständen groſſen Schaden thun / auch dißfalls auf beyden Seiten viel *peccir*et wird / und wiewol zu wünſchen / daß der *Magiſtratus publicus utrinque*, vermöge des Religion-Friedens ein mehrer und ernſter Einſehen hätte / ꝛc.
5 † Sed miſerum hoc eſt miſerorum hominum judicium, qui vel invidentes Academiis nobiliſſimam juris portionem vel ad velandam Imperialium pactorum, fœderum & legum publicarum ſiniſtram interpretationem, non ſine ingenti jactura boni publici hoc jus ſibi ſolis arrogantes, miſerrime ſtatum quæſtionis confundunt. Quorum error duplici diſtinctionis fœdere adhibito, nullo negotio detegitur. Diſtinguendum enim † *primò* inter capita juris publici, quæ 6
fundamenta generalia, ſanctiones & conſtitutiones Imperii, nec non pacta, transactiones & negotia Principum Imperii jam deciſa concernunt: Et quæ inter Cæſaream Majeſtatem Statusque Imperii, aut etiam inter ipſos Status adhuc controvertuntur & diſceptantur: *Deinde* † etiam ſeparanda ab in- 7
vicem ſunt, verum profiteri & addiſcere intellectum, ſenſumque genuinum pactorum, ſanctionum & conſtitutionum Imperialium, & poteſtatem decidendi in cauſis arduis & dubiis ſibi arrogare: Ut maxime enim conceſſerimus Profeſſoribus Academicis, fundamenta juris publici generalia, leges & negotia imperii jam transacta modeſtè & ſubmiſſe profiteri, deque iis diſputare ad informationem Studiorum juris, & diſciplinæ politicæ explanationem: † per hoc tamen ne- 8
quaquam iis datam, quin potius ademptam volumus poteſtatem negotia adhuc inter partes controverſas definiendi ac determinandi, quæ forſan à Favitoribus ſuis in aulis didicerint ac perceperint propalandi, jam deciſa denuò in dubium vocandi, aut temere & audacter nimis de hiſce judicandi, ut bene monet D. Gottfr: Fibig: *in elect. jur. publ. ſemidecad. 1. quæſt. 4.*

Hoc præſuppoſitò non eſt † quod litem 9
moveamus ulteriorem Profeſſoribus de facultate tractandi jus publicum in Academiis, quam jure iis competere, manifeſtum fecerunt Johann. Limn. *lib. 1. de jur. publ. cap. 2. num. 9. & multis ſeqq.* Domn: Arum: *Ad Aur. Bull. diſp. 1. theſ. 1.* Chriſtoph. Beſoldus *in templo juſtit. & de jurisdict. Imp. Rom. quæſt. 1.* Fibig. *dict. loc:* Herman: Kirchn: *in Morviller. lib. 1. cap. 13. num. 28. & n. 33. ac ſeqq:* Ex quo enim (1.) † jus civile aliud 10
eſt publicum, aliud privatum, *l. 1. de juſtit. & jur. §. ult. Inſt. eod. tit.* hocque ſingulorum utilitatem, illud verò ſtatum Rei Romanæ publicum concernit, *dict: l. 1. & §. ult.* nequaquam juris publici cognitio Juriſconſultus

effugere

effugere debet, Petr. Heig. *lib. 1. quæſt. 11.*
11 *num. 1.* niſi † Jurisprudentiam corrumpere, eamque ad materiam ſtillicidiorum, de glande legenda, calce ſodienda & alias minoris præjudicii ac momenti cauſas reſtringere velimus, non ſine injuria nobiliſſimæ hujus artis, & contra mentem ac intentionem Imperatoris Juſtiniani.

12 (2.) † Nec minima juris publici pars conſiſtit in pactis, fœderibus, transactionibus, tutelis ac teſtamentis Principum & Statuum Imperii, quorum deciſio ex legibus & fundamentis juris civilis eſt deſumenda; Quo prætextu itaque unum ab altero ſeparari, & de cauſis Principum & Statuum Imperii facultas cognoſcendi ICtis adimi poterit? quorum conſilia maximè à Principibus deſuper requiri, ipſa teſtatur experientia: ut hinc ſtatum Imperii explorare ac diſcere neceſſum ſit, juxta illud Ciceronis: Ad conſilium de Republica dandum, caput eſſe, noſſe Rempublicam, Lipſ. *lib. 3. polit. 4.*

13 (3.) † Aut ſi doctrinam hanc à Studioſis usque dum ad aulam & regimen vocentur, differendum dixeris: quis otium & occaſionem diſcendi ſpondebit, ſi non etiam ſerò nimis ad diſcendum tunc acceſſerint. Quam in rem veriſſimè ſcripſit Auguſt. Buchner. *Quid tunc diſci potuit? quid didiciſſe juvit, cum Senatus aut ad otium ſummum, aut ad ſummum nefas vocaretur? & modo ludibrio, modo dolori retentus, nunquam ſeria, triſtia ſæpè cenſeret? eadem mala jam Senatores jam participes malorum multos per annos vidimus tulimusque, quibus ingenia noſtra impoſterum quoque hebetata, fracta, contuſa ſunt, breve tempus (nam tanto brevius omne, quanto felicius tempus) quo libet ſcire, quod ſcimus*, Buchn. *in notis ad Plin. lib. 8. Epiſtol. 14.*

(4.) † Aliorum porrò exempla ſi imite- 14
mur, prout omninò fas eſt, negligi haut debet tractatio juris publici; Annon enim Græci? Annon Romani de jure publico diſſeruerunt? Beſold. *dict. quæſt. 1.* Nimirum in ſcholis diſcere debemus, non quæ in ſcholis ſaltem proſunt, ſed quæ civem ingenuum ad Rempublicam in partibus ſibi credendis gubernandam aptum reddunt, *procœm. Inſt.*
circa fin. † Graviter hinc ſcripſit Beſoldus 15
ex mente Plinii *in templo juſtit. pag. 79.* Jus Publicum non diſcere, non docere, didicitum non in uſu habere poſſe, Reipublicæ tyrannide periculoſiſſimo morbi genere laborantis, indicium æſtimatur. Ægrotatio ergo atque corruptela eſt ſeculi noſtri, quod alicubi nil odioſius exiſtimatur, quam leges publicas Imperii Romano-Germanici allegare & Receſſus, reciprocamque obtendere obligationem Statuum ac Imperatoriæ Majeſtatis, quoque nonnullis in aulis privilegia & contractus vix ſine Principis, Aulico-Politicorumque offenſione ſubditi nominare audent, *Hactenus* Beſold. Et Joh. Limnæus:
† Cum ad Academias accedamus, tanquam 16
ad mercatus publicos, non ſolum ea, quæ ad nosmetipſos informandos, atque ad propriam indigentiam ſublevandam faciunt, comparaturi, verum etiam ea, quæ Reipublicæ, propter quam potiſſimum nati, prodeſſe poſſint; hoc eſt, ſcientia noſtra totum mundum illuſtraturi (uti egregio encomio omnes bonarum artium & partium Studioſos ac Profeſſores commendat Imper. Fridericus I. in famoſiſſima *Auth. habita. C. ne fil. pro patre*) certe non aberrabimus, ſi cum jure privato publicum ſimul in Academiis didicerimus, ut aliquando Reſpublica in partibus nobis concreditis optimè à nobis poſſit gubernari. *Hactenus* Limn. *dict. cap. 2. num. 11.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad Sereniſſimum Saxoniæ Electorem, die 14. Aprilis Anno* 17
1630. (*Verba Literarum:* Eure Churfürſtl. Durchl. ſeynd mit dem Beſchluß *ſub A.* von *N. N.* zu *N.* unterthänigſt angelanget worden / Jhme gnädigſt zu verſtatten / damit er um des verſtorbenen *Profeſſoris Linguæ Gallicæ ſalarium*, oder auch ohne *recompens* der Jugend das *jus publicum extraordinariè* öffentlich *profitiren* möge; Worauf in Eur. Churfürſtl. Durchl. Namen wir der Univerſität die *Juriſti*ſche *Facult*ät darüber zu vernehmen / am *21. Octobr.* verwichenes Jahres befohlen / und haben Eu. Churfürſtl. Durchl. aus den Beylagen *ſub B.* und *C.* gnädigſt zu befinden / was ermeldte *Facult*ät hierwieder am *6. Februarii* dieſes Jahres eingewendet. Wir können aber dabey zu erinnern nicht unterlaſſen: Wann ihre angeführte *rationes* gelten ſolten / daß die *Profeſſio Juris publici in Imperio Germanico* abzuſchaffen / und nur *Doctores Juris privati*, (deſſen die *Profeſſores* und *Faculti*ſten zu *N.* bishero faſt alleine ſich befliſſen /) zu *creiren* / ſo würde viel zu lang gewartet ſeyn / wann die von Adel und *JCti* ihr *Jus publicum* erſt *in aula* (da man keine *præcepta*, ſondern allein *exempla* findet)

det) erlernen wolten/die daraus beſorgliche Gefahr könte dergeſtalt abgewendet werden/wann der *Lector* vorher ſeine *Lectiones* dem *Decano Facultatis Juridicæ* zur *Cenſur* übergeben müſte/ꝛc. Sonſten iſt oberwehnter *N. N.* ein feiner/ junger/ gelehrter und thätiger Mann / und ruhet bey E. Churfl. Durchl. was Sie ihme dißfals verſtatten/ auch ſonſten hierauf gnädigſt anordnen laſſen wollen/ꝛc.)

DEFINIT. CCCCIIX.

Gradus ac tituli Academici non niſi doctis & honore dignis ſunt conferendi.

SUMMARIA.

1. Gradus Academici quem in finem conferantur?
2. Benè merita non abeant incompenſata.
3. Exhortatione præmiorum boni efficiuntur. n. 4.
5. Per abuſum indigni quandoque ad honores Academicos admittuntur.
6. Plures interdum Doctores reperiuntur docendi, quàm ſcholares.
7. Non niſi dignis & eruditis ſunt conferendi gradus Academici. n. 9.
8. Eruditio eſt de ſubſtantia promovendi.
10. Multi per gradus Academicos ad ſummos contendunt honores.
11. Adducitur teſtimonium Kirchneri.
12. Itemque probatur ex annotationibus Decretorum Comitialium.
13. Gradus Academici præbent teſtimonium eruditionis.
14. Fons omnium dignitatum Imperator.
15. In quo omnes dignitatum theſauri ſunt reconditi.
16. Pœna Profeſſorum promoventium indignos.
17. Amittit privilegium, qui abutitur poteſtate ſibi conceſſa.
18. Reſcripta Electoralia. n. 19.

DIgnitates & gradus Academicos, qualeſcunque illi ſint, Doctoratus, Licentiaturæ, Magiſterii, vel etiam Baccalaureatus, prudenti conſilio in præmium & recompenſationem laborum ac eruditionis acquiſitæ conferri, utque hinc ad bonarum artium & diſciplinarum ſtudia invitentur alii, procul dubio quivis conceſſerit; Æquitas namque † exigit, benè merita haut abire incompenſata; *Auth. habita. C. ne fil. pro patre.* Gloſſ. *in l. un. C. de ſtud. libr.* Johann. Limn. *libr. 8. jur. publ. cap. 8. num. 1.* Honosque autore M. Tullio *1. Tuſcul. quæſt.* alit artes & præmiorum † exhortatione boni efficiuntur, *l. 1. ff. de juſt. & jur. l. 1. §. 10. de extraordin. cognit.* Georgius Acac. Enenckel. *de privil. JCtorum libr. 1. cap. 10. n. 7.* Veluti in ſpecie de honoribus ſcholaſticis ita loquitur Solon: Opinamur verò, *inquit*, ô Anacharſi, gymnaſiorum deſiderium magis accendi in juvenibus, ſi eos, qui optime ſe geſſerunt, honorari conſpexerint, & in medio Græcorum præconis voce magnifica proclamari, & non pauci ex ſpectatoribus virtutum ac laboris amore inflammantur; Solon apud Lucian. *in Anatharſi.* † Et quis virtutem amplectetur ipſam, præmia ſi tollas, inquit Juvenalis, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 2. cap. 14. num. 35.* Cauſa hæc ſola eſſe ſufficientiſſima, ob quam dignis tantummodo ac eruditis honores Academici conferrentur, non argento venderentur: Sed quam variè hic peccetur in Academiis, notum eſt
fere omnibus, † ut non falsò quis dixerit, im- 5
perfectum ſcientiæ ſuppleri pecuniarum perfectione: cum Johan. Andr. *in Clem. 2. de Magiſtr.* & gloriantur hinc Itali, ſi accipiant pecuniam & mittant Aſinos in Germaniam: Lanſius *de princ. int. provinc. Europ. pag. 609.* Abuſus profectò honorum Academicorum
deteſtandus, † qui cauſam dedit querelæ 6
Garſ. Plures paſſim reperiri Doctores, qui docendi ſint, quàm ſcholares, qui docere poſſunt, *de expenſ. cap. 4. n. 6.* ac benè hi appellitantur moneta tonſa, id eſt, ſine literis, ſilentiarii, ſecretarii; Und die der Macherlohns nicht werth ſeyn. Nolden. *de nobilit. cap. 5. n. 189.*

Reprehenſionem ideoque & cenſuram
ne hac in re incurrant † Profeſſores Aca- 7
demici, omnibus modis præcavere debent, ne paſſim ſine differentia docti & indocti ad gradus & titulos Academicos admittantur, ſed dignis ſolummodo & peri-

peri

peritis hi conferantur, Limn. *dict. cap. 8.*
8 *num 5.* Matth. Steph. *dict. loc.* (1.) Etenim de ſubſtantia † promovendi Doctoris vel Magiſtri eſt ſcientia & eruditio, de quâ conſtare debet, priusquam fiat gradûs collatio, veluti ſtatuit Synodus Conſtantienſis: Item, *inquit*, ut de cætero floreat ſapientia, & vigeant literarum ſtudia, nullus ad titulos graduum & honorum aſſumatur, niſi idoneus & approbatus moribus & ſcientiâ atque benè meritus: nec ita levis & nimium præcipitata promotio fiat. Nam ut notum eſt & multis ridiculoſum, Magiſtri nomen multi petunt, quos magis adhuc diſcipulos eſſe deceret, Stephan. *dict. cap. 14. num. 62.* Deficiente itaque ſubſtantia in promovendo, quô fundamentô promotio ipſa ſubſiſtet ac valebit?

9 (2.) Nec fieri poteſt, ut † per ſiniſtram ac indifferentem graduum Academicorum collationem non inferatur inſignis injuria omnibus iis, qui maxima cum laude titulis ejusmodi fuerunt honorati & condecorati, iisque mediantibus ad ſummos pervenerunt honores: veluti haut deſunt exem-
10 pla eorum, † qui bono ordine inſtitutis ſtudiorum ſuorum curſibus primùm in Philoſophia promoti Baccalaurei, inde Magiſtri, ex eo ad Facultatis Juridicæ diligentiam progreſſi Licentiati, & tandem Doctoris nomen promeriti, feliciſſimô abſolutæ eruditionis vehiculo ad Conſiliariorum & Cancellariorum dignitatem ſumma cum gloria contenderint, quorum catalogum refert Herman. Kirchn. *in Morviller. lib. 1. cap. 17. num. 16. & ſeqq.* ubi tandem *num. 20.*
11 hæc addit verba: † Ac finita quidem foret oratio, ſi indicem aliquem inſtituere vellem eorum, qui per academicos gradus tanquam per hederas, quas Plutarchus ſcribit, humo ſublatas altiſſimis arborum cacuminibus involvi, ad ſupremam eruditionis dignitatem emerſerint. Rei hujus teſtimonium ſuppeditant longè firmiſſimum anno-
12 tationes † Decretorum Comitialium, quibus magnus continetur numerus doctiſſimorum virorum, qui intra unius ætatis memoriam Cancellariatum in Germania apud Principes paſſim ſunt perfuncti, ex quibus pauciſſimi reperiuntur, qui Doctoris gradu & titulo caruerunt. Ut profectò iniquiſſimum ſit, pares & æquales titulos quibusvis, etiam indignis, conferri.

(3.) † Et quemnam fugere poteſt, majorem haut eſſe commendationem ad conſequendam tùm Conſiliarii, tùm Cancellarii dignitatem & officium, quàm quæ ex publicis ſtudiorum teſtimoniis & gradibus Academicis afferatur; unde communis illa in curiis Principum antiqua obtinuit conſuetudo, ut in Conſilium atque Senatum nemo, niſi vel nobili genere, vel literatâ dignitate & doctrina gradu præditus ſit, cooptetur, Kirchner. *dict. cap. 7. n. 26.* Sed falſum erit teſtimonium hoc, nec absque notâ mendacii, ſi & indigni paſſim titulis honorentur Academicis. 13

(4.) Quod nec fieri poteſt † ſine injuriâ in Cæſaream Majeſtatem hinc redundante. Quemadmodum enim aliarum, ita etiam dignitatum Academicarum fons & origo eſt Imperator, ex quo & in quem omnes dignitates fluunt & refluunt, tanquam flumina de mari & in mare, Bald. *in cap. un. §. judices. de pac. juram. firm.* Præpoſ. *in cap. un. quæ ſint regalia.* † & in quo omnes dignita- 15
tum theſauri reconditi eſſe cenſentur, Curt. Jun. *conſil. 1. n. 17.* Johan. Borch. *de feud. cap. 4. n. 12.* Indignus ergò ſi ad honores adſpiret Academicos, fontem dignitatis ipſum, Imperatorem nempe, hinc conſpurcari, ejusque gratiam in abuſum trahi, ecquis non animadvertit? 14

(5.) † Et tandem pœnam haut evitabunt 16
Profeſſores; qui in Academiis indignos promoviſſe deprehenduntur. Petr. Gregor. *lib. 18. de Republ. cap. 9. num. 9.* quin & privilegiis ipſo facto privantur. Eſt ſiquidem † 17
natura privilegii, ut id mereatur amittere, qui ſibi conceſſa abutitur poteſtate, *can. privilegium. 11. quæſt. 3.* Mart. Stephan. *dict. cap. 14. num. 126.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Facultati Juridicæ* zu *N. die 11. Maji Anno 1621.* (*Verba* 18
Reſcripti: Uns iſt euer unterthänigſter Bericht / *N. N.* betreffende / gebührlichen vorgetragen worden / und ihr habt aus der Beylage / welcher maſſen er um Abſchrifft eures gedachten Berichts unterthänigſt bittet / zu vernehmen. Wann wir es aber bey euren Bericht bewenden laſſen / und ihme deſſelben Abſchrifft mitzutheilen Bedencken tragen; Als begehren wir hiermit gnädigſt: Ihr wollet ihn darauf beſcheiden / auch künfftiger Zeit mit euern *Promotionibus* vorſichtiger umgehen / und uns dißfalls zu anderm Nachdencken nicht Urſach geben / ꝛc.)

Et † *eidem die 15. Junii Anno 1624.* (*Verba Reſcripti:* Wir werden abermals von *N. N.* 19
daß er zu des verſtorbenen *N. N.* verledigten Stelle in der *Facult*ät bey euch gelangen möge / mit der Inlage unterthänigſt erſuchet / wie ihr daraus zu befinden. Wann ihr dann denſelben durch eure *promotion* des hohen *gradus* ſelbſt würdig geachtet/er ſich auch bisher *in praxi* geübet/und vor unſerm *Conſiſtorio* bey beſchehener Vorhaltung ſich dermaſſen verantwortet und erzeiget / daß man mit ſeinen befundenen *qualit*äten zufrieden ſeyn können: Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet/euers Einwendens ungeachtet/ihn nunmehr vermöge eurer *Statuten in Facultatem recipi*ren/und fortbin bey den *promotionibus* mehrer Vorſichtigkeit euch gebrauchen; Hättet ihr aber *in theoriâ* an *N. N.* nochmals ſtarcken Zweiffel/ auf ſolchen Fall ihme von einer gewiſſen *materiâ publicè* zu *diſputi*ren/ oder ſolche in etlichen *publicis Lectionibus* zu *explici*ren auferlegen / und nach derſelben Verrichtung mit ſeiner *reception* gebührlich verfahren/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCCIX.

Stipendia non niſi piis, probis, ſtudiorum avidis & eruditis conferri debent.

SUMMARIA.

1. *Studioſis alimenta ſunt neceſſaria.*
2. *Parentibus incumbit liberos alere.*
3. *Cauſa dotis & ſtudiorum æquiparatur.*
4. *Parentes filiis præſtare tenentur ſumtus ſtudiorum.*
5. *Magiſtratus ac Principes pauperibus ſtudioſis proſpiciunt ſtipendiis.*
6. *Quâ in re palmam ferunt Saxoniæ Electores.*
7. *Probatur id ex Ordin. Eccleſiaſticâ.*
8. *Stipendia benè & providè ſunt adminiſtranda.*
9. *In pauperes tantummodò conferenda.*
10. *Ex ſanctione Electorali manifeſtâ.*
11. *Nec non probis & idoneis concedenda.*
12. *In qualitatem ingeniorum ante collationem ſtipendii probè inquirendum.*
13. *Cura hæc maximè ad Principes ſpectat.*
14. *Utilitas ſtudiorum in Rempublicam redundat.*
15. *Reſcripta Electoralia, n. 16. 17.*

UTi cunctis mortalibus, ita etiam Studioſis alimenta ſunt neceſſaria, nec enim vivitur vento; *l. 2 in fin. C. de alim. pupill. præſtand.* nec magnos in ſtudiis progreſſus facere poſſunt fame præpediti. Non ergò eſt quòd dubitemus, parentes ad præſtationem ſumtuum ad ſtudia neceſſariorum obſtrictos eſſe, † quippe quorum officio incumbit liberos alere, usque adeò, ut necare partum dicatur, qui denegat alimoniam, *l. 4. ff. de agnoſc. & alend. liber.* & ſuadet hoc non modò commodum ipſorum parentum, ut quorum maximè intereſt, animum liberorum haut corrumpi, *l. 14. §. 1. de ſervo corrupto.* quin potiùs excoli, † ſed & favor Reipublicæ, ex quo cauſa dotis ac ſtudiorum æquiparatur, Bartol. *ad l. 1. ff. ſolut. matrim.* Ruin. *libr. 1. conſil. 101. n. 12.* Quemadmodum ergò pater invitus tenetur dotare filiam, *l. 13. ff. de rit. nupt.* Ita † & filio ſumtus ad ſtudia ſuppeditare, Pinell. *ad l. 1. C. de bon. matern.* modò habeat, unde eos deſumere queat; paupertate ſiquidem & inopiâ preſſus facilè excuſationem merebitur: Et piè hoc caſu † ſuſtinent officium parentis vel conſanguinei proximiores bonis & facultatibus abundantes, vel ipſimet Magiſtratus ac Principes, quorum proprium eſt ſtudia promovere, & in ſtrenuos Muſarum cultores liberalitatem exercere, iisque certis ſtipendiis proſpicere. 5

† Quâ in re palmam meritò tribuimus 6
Sereniſſimis ac Celſiſſimis Electoribus Saxoniæ, quorum beneficentiâ ſat opimis ſtipendiis ſuſtentantur Alumni quàm plurimi, ut vel ex ſolâ *Ordinatione Eccleſiaſtica* colligere eſt *ſub tit.* Ordnung / wie es in beyden *Univerſit*äten zu Leipzig und Wittenberg mit unſern *Stipendiat*en in

 der

der Lehre/Zucht und andern gehalten wer-
7 den ſoll/ † *cap. 1. verſ.* Haben wir nicht al-
lein bey denſelben eine beſſere Ordnung
vorgenommen/ ſondern auch/ daß unſere
liebe und getreue Unterthanen im Wercke
zu ſpühren / daß uns zuförderſt die Ehre
GOttes/ reine unverfälſchte Lehre ſeines
heiligen ſeligmachenden Worts und ihr
ewiges Heil und Seligkeit mit Ernſt an-
gelegen / beydes zu Leipzig und Witten-
berg die Anzahl der *Stipendia*ten mit einer
namhafften Summa erhöhet/ da zuvor
bey der Univerſität Leipzig ſiebentzig Kna-
ben/und zu Wittenberg allein vier *Stipen-
dia*ten *in Theologiâ*, und zwantzig *in Philoſo-
phiâ*, neben den Chor-Schülern in der
Stiffts-Kirchen daſelbſt gehalten/ itzund
an jedem Ort hundert und funfftzig / und
alſo in einer Summa 300. Knaben/ auſ-
ſerhalb was wir auf die *Stipendia*ten *in Ju-
re* und *Medicinâ* bis daher aufgewendet/
bey den hohen Schulen künfftiglich erhal-
ten. Egregia profectò liberalitas laudeque
8 digniſſima, adeoque etiam † bene admini-
ſtranda, ac non niſi pauperibus & literarum
avidis piisque conferenda.

Uti enim in diſtributione eleemoſyna-
rum delectus ſemper haberi debet, ne men-
dicitas fallat liberalitatem, monente Baſilio,
in Pſalm. 14. adductus à Camerario *cent. 2.*
9 *hor. ſubciſiv. cap. 74. fol. 294.* † ita nec ſti-
pendia, quæ & ipſa certo reſpectu ſunt elee-
moſynæ, in omnes indifferenter ſunt con-
ferenda, ſed tantummodò in eos, qui aliun-
de non habent, ut literis operam navare
10 queant, veluti apparet † ex ſanctione Ele-
ctorali *in dict. Rubr.* Von den *Stipendia-
te*n. *cap. 2. §.* Damit aber. *in verb.* und
vornemlich armer Leute Kinder / ſo
dieſelben bey den *Studiis* zu erhalten un-
müglich/in unſere *Stipendia* eingenommen.
Et poſtea: Zuförderſt von der Obrigkeit
deſſelben Orts/ da ſie wohnhafft/ ihrer
Armuth und Unvermögens Zeugniß auf-
legen/auf daß den Armen geſchickten/ der
Reichen und offtermals zum Studieren
untügendliche Kinder nicht aus Gunſt
vorgezogen werden/ ꝛc. † Ratio deinde 11
habenda quoque eſt ingeniorum, ſtudiorum
aviditatis, pietatis ac probitatis alumnorum,
ne beneficia Electoralia malè conſumantur,
ſi vel nimium licentiosè vivant in Acade-
miis, vel de fructu Studiorum in ipſis nul-
la ſpes ſit; † quare ingeniorum qualitatem 12
prius explorare jubet Saxo Sereniſſimus *in
dict. cap. 2. §.* Darmit aber. *verb.* Ihres
ingenii, Wandels/ Fleiſſes/ und wie fern
ſie in ihren *Studiis* kommen/ Zeugniß auf-
legen: Et poſtea: Und ohne Anſehen der
Perſonen allein die beſten *ingenia*, geſchick-
teſte und tügendlichſte Knaben auserleſen/
und zu ſolchen *benefici*en befördert werden.
Item in §. ſeq. verb. Derſelbe aber in *exa-
mine* nicht tüglich noch geſchickt darzu be-
funden / ſo ſollen ihn unſere Verordnete
nicht einnehmen. Ita nimirum conferri
debent ſtipendia ac beneficia dignis ſaltem
& idoneis ſubjectis, † cujus rei curam ma- 13
ximè ſuam faciant Reges ac Principes, qui-
bus nihil præclarius, quàm fovere ingenia,
quæ ad magnam ſint frugem, ſi excolantur,
perventura, quæque memoriam eorum mul-
ta ſuâ cum laude in omnem proferant po-
ſteritatem, Petr. Bembus *lib. 6. epiſtolar.
familiar. ad Albert. Brandeb. Cardinal.* † 14
Quin & maximum intereſſe Magiſtratûs
hac in re verſatur, cùm ad Rempublicam
inde vel commodum vel incommodum re-
dundat, ut videre eſt ex verbis *dict. Ordinat.
Eccleſiaſt. Rubr.* Von den *Stipendiate*n *cap.
1. in fin. ibi:* Darmit jederzeit/ wo in Kir-
chen oder Schulen Mangel an Leuten vor-
fallen/ die Nothdurfft aus denſelben erſe-
tzet/ und ein Vorrath von gelehrten Leu-
ten durch GOttes Gnade und Segen er-
zogen werden möge. *Et cap. 2. §.* Wie
denn/*in fin. ibi:* daß jederzeit mit recht *qua-
lificir*ten Perſonen unſere *Stipendia* beſtel-
let/ damit wir und unſere getreue Land-
ſchafft uns derſelben ſo viel mehr in vorfal-
lender Noth zu getröſten haben mögen/ ꝛc.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Facultati Juridicæ Witteberg. die 19. Auguſti Anno 1618.* 15
(*Verba Reſcripti:* Euch iſt unverborgen/daß unſer Juriſtiſches *Stipendium*, wel-
ches bisanhero bey euch *N. N.* gehabt/ nach deſſelben Endung wieder zu erſetzen
vonnöthen; Wann dann bey uns *N. N.* und *N. N.* darum angehalten; Als begeh-
ren wir hiermit gnädigſt/ihr ingeſamt wollet beyde *Supplicant*en neben andern un-
ſern bey euch vorhandenen *Stipendia*ten *Juris* vor euch erfordern/ ſie mit Fleiß *exa-
minir*en/wie jeder beſtanden/ uns eure *cenſur* überſenden/ und aus allen / bey de-
nen Pflichten/ damit uns ihr verbunden/ drey Perſonen/welche die beſten *profe-
ctus in jure* haben/ ohne allen andern *reſpect* unverzüglich *præſentir*en/ ꝛc.)

It. † *Univerſitati Lipſienſi, die 13. Julii Anno 1632.* (*Verba Reſcripti:* Wir werden berichtet/daß *N. N.* bey euch/ welchen wir bishero mit einem *Stipendio* begnadet / allerhand unziemlicher Händel ſich befliſſen haben ſolle. Wann er dann hierdurch unſers *Beneficii* ſich gantz unwürdig und unfähig gemachet; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet ihn aus der Zahl unſerer *Stipendiaten caſſi*ren/und ſein gehabtes *Stipendium* Zeigern *N. N. aſſigni*ren/und ihn zu gebührendem Fleiß und Gehorſam vermahnen/ ꝛc.) 16

Et † *Facultati Juridicæ in Academiâ Wittebergenſi, die 8. Octobr. Anno 1618.* (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer unterthänigſter Bericht/unſere Juriſtiſche *Stipendiaten* bey euch betreffende/gebührlich vorgetragen worden. Wann wir dann daraus befinden/ daß in dem gehaltenen *Examine* zu dem jährigen hohen *Stipendio*, welches bisanhero *Licentiat N. N.* gehabt/ *N. N. N. N.* und *N. N.* vor andern am beſten beſtanden; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ihr wollet um unſer hertzliebſten Gemahlin Vorbitte willen/gedachtem *N. N.* erwehntes *Licentiati N. N. Beneficium* auf drey Jahr einräumen/ und ihn zu ſchuldigem Fleiß ermahnen/ ꝛc.) 17

DEFINIT. CCCCX.

De reditibus Facultatis abſens quoque Collega participat, ſi occupationibus publicis à Principe vel Magiſtratu ſibi impoſitis præpeditus, expeditionibus Collegii intereſſe haut potuerit.

SUMMARIA.

1. *Paupertas Collegii Sorbonici.*
2. *Profeſſores Academici plerumque paupertate premuntur.*
3. *Quibus tamen honeſtà deberent conſtitui ſalaria.*
4. *Et quibus ex cauſis?*
5. *Vix habent hodiè Profeſſores, unde ſe ſuosque alant.*
6. *Non invidendum Profeſſoribus lucellum ex Reſponſis Facultatum.*
7. *Duplici Profeſſores funguntur officio.*
8. *Quare & duplex illis debetur præmium.*
9. *Præmium pro laboribus in Facultate favorabile eſt.*
10. *Non participat de reditibus Facultatis, qui non laborat.*
11. *Niſi juſſu Principis aliisve publicis occupationibus fuerit præpeditus.*
12. *Rationes & fundamenta hujus limitationis. n. 13.*
14. *Salario non cadit Profeſſor, qui morbo detentus legere haut potuit.*
15. *Benè meriti ætate ingraveſcente non ſunt removendi.*
16. *Nec privandus ſalario Profeſſor, calamitate profiteri impeditus.*
17. *Factum & mandatum Principis inter caſus fortuitos refertur.*
18. *Reſcripta Electoralia. n. 19.*

1 COllegium Sorbonicum, quod Lutetiæ Pariſiorum eſt, ſingulis ferè manuſcriptis libris Bibliothecæ ſuæ hoc addidiſſe elogium: Hic liber eſt pauperum Magiſtrorum domus Sorbonicæ, refert ex Papirio Maſſonio *lib. 3. annal. pag. 345.* Johann. Limn. *l. 8. jur. publ. cap. 3. n. 22.* Rectè num fecerit; aliis judi-
2 candum relinquimus: † Hoc tamen certum eſt, inquit idem Limn. *ibid. n. 24.* hodie ejusdem prædicamenti multos Academiarum haberi Profeſſores, qui licèt votum paupertatis, quod Monachorum eſt, nunquam præſtiterint, eidem tamen æquè obſtricti, quaſi communi ſub regula degunt. † Etſi enim iis 3
tàlia conſtitui, & terminò ſtato exolvi deberent ſalaria; qualia non tantùm ad vitæ neceſſaria, ſed & ad eorundem honorē pertinere videntur; † ne ſterilis cathedræ ipſos pœ- 4
niteat, quin & ut doctiores ac magis probati ad functionem profeſſoriam alliciantur; Petr. Gregor. Tholoſan: *lib. 18. de Republicâ. cap. 4.*

cap. 4. Joh. à Chokier. *libr. 1. Theſaur. Polit.*
5 *pag. 45.* † res tamen, proh dolor! hodiè eò devenit, ut vix ſola habeant neceſſaria, unde ſe & familiam ſuſtentare poſſint, nedum quicquam ſuis relinquant heredibus, ut verè dicatur hereditas ſine ullo corpore in juris intellectu conſiſtere.

Nemo ergò invideat Profeſſoribus lucellum, quod ex Collegiis Facultatum, aliisque
6 functionibus recipiunt, † pro Reſponſis ſcilicet, ſententiis & conſiliis, quibus conſulentes informare ſolent. Quemadmodum enim licito jure duplicem ſuſtinent vicem, of-
7 ficioque duplici † ac invicem compatibili funguntur, *cap. pen. §. porrò. extr. de elect. in 6to. cap. 1. extr. de offic. de legat. l. ſi conſul. ff. de adopt. l. 1. ff. de offic præſid.* Felin. *in cap. 3. n. 10. extr. de probat.* Bartol. *in dict. l.*
8 *ſi conſul. n. 1. ff. de adopt.* † ita etiam tutò ac inculpatè utriusque muneris nomine exigunt lucellum, *l. bis ſcholaribus. C. de erogat. milit. annon. l. 12.* Andr. Gail. *l. 1. obſervat. 44. n. 8.* nam quoties jura duorum concurrunt in perſonam unius, idem ſervari debet in perſona unius, quod in duabus, *l. ſi mibi & tibi ff. de legat. 1. l. Titia. §. qui Marco ff de annuis legat. l. tutorem. ff. de his quibus ut indignis.* Roman. *conſil. 47. & conſil. 422. n. 1.*
9 Gail. *dict. obſervat. 44. n. 8.* † Eſtque præmium hoc pro Reſponſis & conſiliis Facultatum tantò æquius & favorabilius, quantò majori ac ſolo acquiritur labore, ſcilicet quia ceſſante eo, nil lucri à quoquam ſperandum. Ex quo etiam quibusdam in Collegiis obti-
10 net, † ut à reditibus excludantur, qui ſunt abſentes aliis negotiis dediti.

Quâ ſtante conſuetudine vel ſtatutò, ex-
11 ceptos velim eos, † qui juſſu Principis vel Magiſtratûs, aliisque publicis occupationibus ratione alterius officii ſibi incumbentibus præditi, conſultationibus & expeditionibus Collegii ſeu Facultatis intereſſe nequeunt: nec enim quidquam hiſce de portionibus ſuis videtur detrahendum; (1.) † Quando 12
enim non ſtat per eum, qui legem vel conditionem implere obligatus eſt, quò minùs impleatur, haberi dicitur perinde ac ſi impleta fuiſſet, *l. 19. §. 9. l. 38. in princ. & §. 1. ff. locat. l. 5. in princ. ff. de condict. cauſ. dat. l. 1. §. 13. ff. de variis cognit. l. 54. § 2. ff. de legat. 1. l. ult. §. 1. ff. ad leg. Rhod. de jact.* Andr. Gail. *dict. obſervat. 44. numer. 13.* Pfeil. *centur. 1. Reſponſ. 54.* Bologn. *ad Authent. habita. numer. 72. C. ne fil. pro patre.* Ergò perindè habendum, † ac ſi Collega 13
negotiis conſuetis interfuiſſet, & unà cum aliis laboráſſet, qui ex juſſu Principis præter voluntatem ſuam abſens fuit ut hinc iniquiſſimum foret, portionem de redidibus debitam ei denegare.

(2.) Veluti quoque ex hac ipsâ ratione † 14
promiſſo & conſtituto non cadit ſalario Profeſſor morbo detentus vel ſenio impeditus, quò minùs profiteri ac juventutem inſtruere valeat, *l. 4. §. 5 ff. de ſtat. liber. dict. l. ult. § 1. ff. ad leg. Rhod. de jact.* Johann. Limn. *dict. cap. 3. numer. 28. & 29.* † nec enim 15
conveniens eſt, benè meritos ætate ingraveſcente removere, *can. quamvis triſte. 7. quæſt. 1. cap. 1. de paroch.*

(3.) Idemque aſſerendum de iis, † qui 16
peſte aut aliâ calamitate publicâ, vel caſu fortuito impediuntur, quò minùs officium ſuum facere, & negotia ſibi commiſſa tractare poſſint, Andr. Gail. *dict. obſervat. 44. numer. 13.* Quò non malè referimus avocationem Principis & Magiſtratûs ad alia negotia, aliasque expeditiones, † ſiquidem Principis 17
factum atque mandatum inter caſus fortuitos ac inſolitos refertur, *argum. l. Lucius Titius. 11. ff. de evict.* Johann Baptiſt. Coſta. *de ration. rat. quæſt. 136. numer. 21.* Sebaſt. Medic. *in tractat. de fortuit. caſib. quæſt. 13. num. 6.* Cæſar. Urſil. *in annot. ad afflict. deciſ. 54.* Gail. *conſil. 22. num. 15. & ſeqq.* Anton. de Gamma *deciſ. 349. n. 8.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Facultati N. N. zu *N. die 7. Maji Anno 1619. (Verba Reſcripti:* Was an uns *N. N.* euer *Collega*, wegen Vorenthaltung etlicher Einkünfften/ welche bey euch in ſeinem drey Monatlichen Abweſen auf der Polniſchen Reiſe gefallen/ in Unterthänigkeit gelangen laſſen/ ſolches habt ihr aus der Inlage zu vernehmen. Wann dann auf unſer gnädigſtes Begehren *Supplicant* beſagte Reiſe unterthänigſt auf ſich genommen/und derentwegen ihme zu Schaden nicht gereichen ſoll; Als begehren wir hiermit gnädigſt / ihr wollet ihm berührte Einkünffte ohne Abbruch und unverweigerlich folgen laſſen/ ꝛc.) 18

Et

Et † *eidem die 25. Octobr. ejusdem Anni* (*VerbaReſcripti:* Uns iſt euer unterthänigſter Bericht/ etzliche Einkünffte betreffende/welche ihr euerm *Collegæ N. N.* wegen ſeiner Abweſenheit in Polen vorzuhalten vermeynet / gebührlichen vorgetragen worden: Was auch *N. N.* darwider eingewendet/ſolches habt ihr aus beygefügter Abſchrifft zu vernehmen. Wann dann bey euerm *allegirten Statuto* ſich die Clauſul (*niſi legitimè impeditus*) befindet/und erwehnter *N. N.* die Polniſche Reiſe auf unſern Befehl und Unkoſten verrichtet; Als können wir dieſes ſein Suchen nochmaln für unbillig nicht erachten; Begehren derentwegen hiermit gnädigſt/ ihr wollet unſerer dißfalls den 7. May gethaner Verordnung unweigerlichen nachkommen/ *Supplicanten* klagloß machen/und zu anderer Verordnung nicht Urſach geben/ ꝛc.) 19

DEFINIT. CCCCXI.

Cadavera punitorum licèt Medicis rectè concedantur ad Anatomiam, exercitium tamen anatomicum extra Academiam nemini eſt permittendum.

SUMMARIA.

1. *Num Cadavera punitorum Medicis ad Anatomiam concedenda?*
2. *Movetur ratio dubitandi.*
3. *In corporibus animalium commodè Anatomia poteſt exerceri.*
4. *Deciſio affirmativa cum fundamento.*
5. *Refellitur ratio dubitandi.*
6. *Utilitas diſſectionis ſeu Anatomiæ.*
7. *Nulla inde defunctis attrahitur contumelia.*
8. *Adducitur Reſponſum ScabinorumLipſienſium.*
9. *Judicis arbitrio relinquendum, quæ cadavera ad Anatomiam concedi debeant.*
10. *Nemini extra Academiam exercitium Anatomicum permittendum.*
11. *Quia reſtrictum eſt ad Facultatem Medicam privilegiatam.*
12. *Licentia diſſectionis à Principe impetranda.*
13. *Reſcriptum Electorale.*

1 NOn omnis dubii expers eſt, an rectè cadavera punitorum concedantur Medicis ad Anatomiam? Hoc enim ſi negare quis auſit cum Kornman. *de miracul. mort. part. 9. cap. 35.* Agrippa *de vani-*
2 *tat. ſcient. 86. pag. 324.* dicet cum iisdem, † diſſectionem non modò contra humanitatem, ſed etiam in contumeliam propinquorum tendere; quare tempore Galeni dunta-
3 xat † in corporibus animalium Anatomiam legimus exercitam, propterea quod brutorum cadavera homini ſint ſimilia, veluti quoque Ariſtoteles teſtatur, longè meliùs interiora poſſe inſpici in brutis, quam homine, *libr. 1. hiſtor. animal. cap. 86.* Sed neglectis
4 hiſcè ratiunculis, firmô nititur † fundamento exercitium Anatomicum *in Ordinat. Eccleſiaſt. Elector. Saxon. ſub. tit.* Verordnung beyder Univerſitäten. *Rubr.* Von der *Facultät* in der Artzney. §. Sonderlich aber ſoll der *Profeſſor Chirurgiæ, &c. verſ.* Zu dem ſol er auch in einer *publicâ Anatomiâ* alle Jahr zum wenigſten einmal/ in einem *humano corpore*, wann es verhanden/ was er geleſen / *demonſtri*ren und weiſen/ ꝛc. Nec enim contra humanitatem peccatur, nec cuiquam injuria infertur † per diſſectionem 5 corporis humani, ſi cauſam utilitatis publicæ perpendamus, ob quam injuria haut fieri cenſetur, *l. quod Reipublicæ. ff. de injur.* maxime cùm & aliàs, quod in commune omnibus prodeſt, privatorum utilitati debeat præferri. *l. un. §. ult. C. de caduc. tollend.* Certum ſiquidem eſt, † quod diſſectio hujus- 6 modi à Medicis publici boni intuitu, & ut exinde perfectior Medicinæ cognitio comparari, & ad alios curandos Studioſi peritiores evadere, ac circumſpectiores accedere poſſint, ſuſcipiatur, Petr. Theodor. *in Colleg. crim. diſp. 10. th. 6. lit. C.*

 Speck-

Speckhan. *cent. 1. quæſt. 8.* Tiber. Decian. *in*
7 *tract. crim. libr. 6. cap. 44. num. 17.* † Quin
nec cadaveribus ulla inde attrahitur contumelia, ſed id commodi potius iis accedit, ut oſſa ſepeliantur & terræ mandentur, quæ aliàs in furcâ relinquerentur, Matth. Weſenbec. *ad tit. de cadav. punit.* Anton. Gomez. *tom. 3. variar. reſolut. 14. num. 9.* Matth. Stephan. *libr. 1. de juriſdict. cap. 6. num. 141. &*
8 *ſeqq.* Neque hanc † in ſententiam reſpondere dubitaverunt *Scabini Lipſienſes ad requiſitionem D. Sultzbergeri, Medici ac Profeſſoris quondam in Academia Lipſienſi, Menſ. Februar. 1631.* hiſce ferè formalibus: **Derowegen auch ſolcher *Cadaverum Sectio* und *Anatomia* zu Recht zuläßlichen/ ꝛc.**

Quod tamen non indifferenter accipiendum, nec cuivis exercitium anatomicum per-
9 mittendum, † ſed judicis arbitrio & diſcretioni relinquendum eſt, quando punitorum cadavera ad diſſectionem debeant concedi, cui hoc caſu circumſtantias quaſque probè perpendere incumbit. Ex quo ſanè perſpi-
cuum, † nemini extra Academiam fas eſſe 10
anatomicum inſtituere exercitium, licèt Doctor ſit promotus, qui hoc ſuſcipiat; Scilicet quia ad privilegiatam Facultatem Medi-
cam ſpectat, atque ideò reſtrictum eſt † ad 11
Academiam, cui privilegia Univerſitatis jure regalium fuerunt conceſſa, Henr. Bocer. *de regal. cap. 2. num. 121.* Henn. Arniſ. *de jure majeſt. libr. 1. cap. 6. num. 14.* Regn. Sixtin. *de Regal. cap. 2. n. 21.* Ex quo etiam li-
centia diſſectionis à ſolo † Principe eſt im- 12
petranda, prout exiſtimat Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 100. num. 2.* & ibi Bajard. *num. 4.* is verò Anatomicum exercitium, ceu privilegium ſpeciale Profeſſoribus Medicis in Academiis conceſſerit, non certè quiſquam, qui nec in Academia vivit, nec membrum Facultatis eſt, tutò in ejus præjudicium poteſtatem diſſecandi punitorum cadavera ſibi arrogabit.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Capitaneo & Senatui Weiſſenfelſ. die 13. Julii Anno 1624.* 13
(Verba Reſcripti: Was an uns unſere Mediciniſche Facultät zu Leipzig wegen *Doctoris N. N.* bey euch vorhabender *Anatomi* in Unterthänigkeit gelangen laſſen/ ſolches habt ihr aus dem Beyſchluß zu vernehmen. Weil aber ſolches ſein Vorhaben gedachter unſerer Facultät nicht zum geringen *præjudiz* ihrer habenden *privilegien*/ bey euch auch dem gemeinen Mann zur Aergerniß gereichet/ zudeme die Barbirers-Geſellen daſelbſt wegen der Nähe dergleichen *exercitia* alle Jahr zu Leipzig mit anſehen können; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet gedachtem *Doctor N. N.* ſolches ſein vorhabendes *exercitium ſecandi extra Academiam* einzuſtellen auferlegen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCCXII.

Non facilè inter Profeſſores Academicos proceſſus injuriarum admittantur, ſed contentio ac diſcordiæ quibuscunque modis componantur.

SUMMARIA.

1. *Actio injuriarum num adverſus quoſvis indifferenter competat?*
2. *Deciſio ponitur affirmativa.*
3. *Quæ probatur ex generalitate Sanctionis Electoralis.*
4. *Perſonæ honoratiores ſubtrahere ſe nequeunt recantationi.*
5. *Non etiam Collegia & totæ Univerſitates.*
6. *Nec Profeſſores ac Clerici.*
7. *Non facilè hiſce concedendum, ut ad proceſſum injuriarum deveniant.*
8. *Et quibus ex fundamentis ac cauſis? n. 10.*
9. *Profeſſores ſunt Studioſorum informatores.*
11. *Adducitur ſanctio Electoralis de tentanda amicabili compoſitione inter litigantes.*
12. *Non committitur injuria abſque propoſito & dolo.*
13. *Qui non præſumitur in Profeſſoribus Academicis.*
14. *Reſcripta Conſiſtorialia. n. 15.*

In-

1 INjuriantes quosvis actione injuriarum
conveniri poſſe ad hoc, ut palinodiam
vel recantationem præſtare obſtricti
ſint, non omnes concedunt; mitiùs ſi-
quidem cum honoratioribus procedendum
autumant Cæpoll. *conſil. crimin. 39. num.*
20. & ſeqq. Andr. Tiraquell. *in tract. de*
pœn. temper. cauſ. 31. & nobilit. cap. 20. num.
2 *108. & ſeqq.* † Quibus hiſce in provinciis
opponimus ſanctionem Electoralem verbis
ejusmodi promulgatam: Daß ein iegli-
cher/ wer der auch wäre/ ſo den andern an
Ehren ſchmähen/ und deßwegen rechtlich
beklaget würde/ ihm einen öffentlichen
Wiederruff vor Gericht zu thun ſchuldig
ſeyn ſoll. Sunt autem verba hæc (wer der
3 auch wäre) adeò generalia, † ut neminem
prorſus excipiant, *cap. ſolita. verſ. quodcun-*
que ligaveris, ubi Abb. *in ult. not. extr. de*
major. & obedient. l. ult. junct. Gloſſ. *in verb.*
per quamcunque. C. qui legit. perſon. Luc. de
Penna *in l. ult. in pr. C. de exact. tribut. libr.*
4 *10.* Non ergò habent perſonæ, † quan-
tumvis honoratiores, quò ſe proceſſu injuri-
arum & pœna recantationis ſubtrahant, ſi
convitia in alios conjecerint, cùm generali
ſanctione Electorali & ipſæmet comprehen-
ſæ cenſeantur. Nec melioris ſunt conditio-
5 nis Corpora, Collegia † & Univerſitates,
contra quas æquè proceſſus injuriarum obti-
net locum, Johann. Harpr. *in §. non ſolùm.*
11. num. 56. Inſtitut. de injur. perinde
ut alia actio famoſa, Bartol. *in l. aut facta. 10.*
§. ult. ff. de pœn. num. 7. poſt. princ. Bald. *in*
l. quoniam. 5. §. ſi quis. 1. ff. de his qui not. in-
fam. num. 3. verſ. in contrarium. Quin ergò
6 Profeſſores Academici † eodem teneantur
jure, nec conventi actione injuriarum, re-
cantationem ob qualitatē ſuæ functionis de-
clinare valeant, haut ambigendum, cùm &
Clericos prædicta ſanctio Electoralis com-
prehendat, ut demonſtravimus *in pract.*
crim. part. 2. quæſt. 96. num. 19. & 20. aliter
licet ſenſerit Proſp. Farinac. *part. 3. oper.*
crim. quæſt. 105. n. 75. quem ſequitur Matth.
Berlich. *part. 5. concluſ. 62. n. 22.*

7

† Non facilè tamen concedendum, ut
inter Profeſſores Academicos lites & diſ-
cordiæ alantur, aut proceſſus injuriarum diu
inter eos ventiletur, ſed modis omnibus
providendum, quò amicabili compoſitione
res ſopiatur. (1.) † Nec enim absque 8
ſcandalo juventutis ſtudioſæ ſemina hæc
litium propalantur & in publico judicio in-
juriarum cauſæ tractantur: quin & ipſorum
muneri id obeſt, cùm inter alia Profeſſorum
requiſita haut minimum, ut bonis moribus
ſint præditi omnique virtute excellant ac
præluceant, *l. 7. C. de Profeſſor. & Medic.*
libr. 10. l. un. C. de profeſſor. qui in urb. Con-
ſtantinop. libr. 12. † Poſtquam enim illi Stu- 9
dioſis ceu animi & morum informatores
ſunt poſiti, multùm refert, quo ipſi morum
fulgeant ſplendore, Studioſi inde ut habe-
ant, quem ſequantur Solem, Johann. Limn.
libr. 8. jur. publ. cap. 5. numer. 5. At quis be-
nè moratos & virtuoſos appellitabit eos, qui
nec pacifici, nec mites ſunt, ſed rixoſi, liti-
um ac diſcordiarum cupidi, † quas ne pro- 10
pter verbum offenſivum, quantumvis mi-
nimum, detrectant, cùm tamen benè ſciant
aut ſcire deberent, bonæ exiſtimationi ver-
bis malevolorum injurioſis parùm detrahi
poſſe, quæ propterea philoſophico, hoc eſt
virtuoſo ſpiritu contemnere potiùs, quàm
verbis rixoſis & proceſſibus judicialibus,
vindicare eos deceret. (2.) † Saluberri- 11
ma idoque eſt ſanctio Electoralis, ut nun-
quam litigantibus, præſertim in actione in-
juriarum, aperiatur proceſſus, ſi non priùs
compoſitio amicabilis fuerit tentata, quam
exhibet *Ordinat. proceſſ. judic. de Anno 1622.*
tit. 1. §. Beſonders aber ꝛc. hiſce verbis:
Mit allem Fleiß dahin zu ſehen/ und ſich zu
bearbeiten/ damit nicht leicht und ohne Un-
terſcheid die zwiſchen den Partheyen ent-
ſtandene Irrungen/ zuförderſt in *Injurien*-
Sachen/ in weitläufftigen rechtlichen *Pro-*
ceſs gewieſen/ ſondern ſo viel immer müg-
lich/ zuvor verſuchet werde/ ob die Par-
theyen entweder auf billige Maſſe in gu-
tem zu vergleichen/ ꝛc. (3.) † Cumque 12
actio injuriarum non competat, nec inju-
ria committatur absque dolo & animo inju-
riandi, *l. illud relatum. 3. §. ſane. 1. & l. ſeq.*
ff. de injur. l. ſi non. 5. qui liberos. 9. l. ſeq. C.
eod. tit. Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de in-*
jur. num. 8. Jacob de Belloviſo *in pract. cri-* 13
min. libr. 1. cap. 3. numer. 6. † qualis non
præſumitur in Profeſſoribus & literatis ho-
minibus, quippe virtutibus deditis & præ-
cellentibus; vix jure lites ejusmodi inter
Profeſſores moveri, dicendum erit.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Univerſitati Lipſienſi, die 28. Aprilis An. 1624.* (*Verba* 14
Reſcripti: Welcher maſſen an uns *N. N.* einer wider ihn von den *Decemviris*
bey euch *injurien* halber angeſtellten Klage/ ſich in Unterthänigkeit beſchweret/
ſolches habt ihr aus dem Beyſchluſſe zu vernehmen. Wann aber in gedachtes

 N. N.

N. N. bey uns dißfalls eingewendeter unterthänigſter *Supplication* keine *injurien* zu befinden/ und wir nicht gemeynet/ zwiſchen unſern *Profeſſoribus* zu Verſäumung ihrer *laborum* und der ſtudirenden Jugend zu Aergerniß dergleichen unnothwendigen *proceſs* zu verſtatten; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet die Partheyen vor euch beſcheiden/ ſie gütlich vergleichen/ oder uns die Beſchaffenheit zu erkennen geben/ hierzwiſchen aber mit Verſtattung des *injurien-proceſſûs* in Ruhe ſtehen/ ꝛc.)

Et † *eidem die 19. Novembr. Anno 1624.* (*Verba Reſcripti:* Was bisanhero bey den *De-* 15
cemviris bey euch zwiſchen N. N. und N. N. beyden *Profeſſoribus* wegen der Behauſung/ welche N. N. beſeſſen/ vor Irrunge ſich erhalten/ ſolches wird euch unverborgen ſeyn. Wann wir es dann dißfalls bey unſerm den 8. *Martii* dieſes Jahres an euch ergangenen Befehlich/ daß nemlich N. N. berührte Wohnung/ um derer daſelbſt angeführten Urſachen willen/ vor N. N. eingeräumet werden ſol/ nochmaln verbleiben laſſen; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet N. N. zu derſelben Abtretung ehiſtes anhalten/ und N. N. ſolche beziehen laſſen. Den *injurien-proceſs* belangende/ ob wol in beſagten N. N. an uns gethanen unterthänigſten *ſupplici*ren keine *verba per ſe injurioſa* zu befinden/ und dahero auch *animus injuriandi* nicht zu *præſumi*ren. Dieweil er aber dennoch mehr Beſcheidenheit gebrauchen/ und als ein *Profeſſor* den *Decemviris* ſchuldigen *reſpect* bezeigen ſollen; So wollet ihr N. N. ſolches der Gebühr nach verweiſen/ und ihm unterſagen/ hinführo in Suchung ſeiner Nothdurfft glimpflichere Worte und mehrere *Moderation* zu gebrauchen/ und darauf ihn mit den *Decemviris* hinwieder ausſühnen/ und den *injurien-proceſs* abſchaffen/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCCXIII.

Abſque cenſurâ & ſubſcriptione Inſpectoris vel Decani in Facultatibus Academicis nil quicquam literarum typis excudere & publicare Typographis fas eſt.

SUMMARIA.

1. *A quo & quando artificium typographicum eſt adinventum?*
2. *Variè concertant de hoc autores, n. 3.*
4. *Sicuti etiam de anno & tempore.*
5. *Pro hoc artificio gratias Deo agamus.*
6. *Nunquam id ſatis laudari poteſt.*
7. *Magnus artificii hujus deprehenditur abuſus.*
8. *Pœna typographorum, qui ſcripta deteſtanda & injurioſa divulgant.*
9. *Nil abſque prævia cenſurâ typis mandandum. n. 10.*
11. *Cenſura hæc in Academiis commendata eſt Decanis & Facultatibus cujusque materiæ & artis.*
12. *Reſcripta Electoralia. n. 13, 14.*

1 NOlumus heic inquirere, à quo & quando artificium Typographicum fuerit adinventum, quâ de re variè
2 concertant autores & Hiſtorici. † Vel enim autorem nominant Johannem Guttenberg, Polyd. Virgil. *de invent. rer. lib. 2. cap. 7.* Chaſſan. *part. 11. glor. mund. conſid. 39.* vel Johannem Fauſtum & Petrum Scheferum de Germsheim, Aventin. *l. 8. hi-*
3 *ſtor. pag. 422.* † vel Ulricum Hoan, Irenicus *l. 2. exegeſ. german. cap. 47. pag. 47.* alii verò aliis, & vel Italis vel Batavis id acceptum referunt. Guicciard. *in deſcrip. Flandr. pag. 3.*
4 *& 182.* † Veluti quoque de tempore & anno haut conveniunt, eumque alii 1440 alii 1456. alii 1458. & rurſus alii alium ponunt annum, ut videre eſt apud Salmuth. *in not. ad Pancir. nov. repert. tit. 12.* Avent. & Chaſſ. 5
dict. loc. † Sed ſufficiat nobis, grates agi maximas DEO Optimo Maximo, pro nobiliſſimo hoc artificio, quo verbum divinum ac vera Religio propagatur, omniumque artium libri & ſcripta autorum celeberrimorum ad poſteros transferuntur; ut † pro- 6
fectò nunquam ſatis dignum poteris nanciſci laudis ſuæ præconem, recteque, quisque etiam is ſit, apud Scheurlum *de laudib. Germ. & Ducum Saxon. pag. 24.* cecinerit: *Qui*

Qui primus Latias effinxit in ære lituras,
Et docuit ſacros ære notare libros,
Nonnè putas docti cœlum ſuperâſſe Myronis,
Phytiacas ventres Pharrhaſioſque Joves.

Sed quàm egregius & inſignis eſt artificii
7 uſus, tam magnus † econtra apud multos deprehenditur abuſus, cùm non raro libros famoſos, ſculpturas & ſcripta injurioſa, vel in Religionis ſinceræ deteſtationem, vel hominis alicujus infamiam typis imprimi ac divulgari videamus à typographis & ſculpto-
8 ribus, quos propterea † non modo amiſſione poteſtatis excudendi libros ſed mulctâ inſuper arbitrariâ puniri jubent *Receſſus Imperii Auguſt. de Anno 1530.* §. Und nachdem die unordentliche Druckerey. *Ratisbon. Anno 1541.* §. Ferner haben wir befunden/daß die Schmähe-Schrifften. *Reformat. Polit. Auguſt. de Anno 1548. tit.* Von Schmä-
9 he-Schrifften/ Gemählden / ꝛc. † Utque porro huic vitio facilis poneretur obex, providè ſancitum, ut in toto imperio ubivis locorum certi conſtituantur Inſpectores, qui ſcripta typis imprimenda, ſive ſint carmina, ſive libri, ſive alterius ſortis & cujusque materiæ, inſpiciant, perlegant & approbent, ne absque eorum cenſura & ſubſcriptione quicquam literarum excudere fas ſit typographis;
10 † quo de ita legimus *Ordin. Polit. Francofurt. de Anno 1577. tit. 35.* §. Wann wir nun. *verſ.* So ſetzen und ordnen wir / auch hiermit ernſtlich gebietende/ daß hinführo alle Buchdrucker / Verleger oder Händler/ wo und an welchen Orten die im heiligen Reich geſeſſen ſeynd/bey Niederlegung ihres Handwercks/auch einer ſchweren *Pœn* nach Ermeſſung ihrer ordentlichen Obrigkeit/unnachläßig zu bezahlen / keine Bücher/ klein oder groß/ wie die Namen haben möchten / in Druck ausgehen laſſen ſollen / dieſelbe ſeyn dann zuvor durch ihre ordentliche Obrigkeit eines jeden Orts/ oder ihre darzu Verordnete beſichtiget/und der Lehre der Chriſtlichen Kirchen / deßgleichen denen aufgerichteten Reichs-Abſchieden gemäß befunden/darzu daß nicht aufrühriſch oder ſchmählich / es treffe gleich hohe oder andere Stände/ gemeine oder ſondere Perſonen an/ und deßhalben *approbi*ret und zugelaſſen. Et poſtea: In allen Büchern/ ſo ſie alſo mit Zulaſſen der Obrigkeit hinführo drucken werden/ ꝛc.
Hæcque † cenſura in Academiis hodie De- 11
canis & Facultatibus pro rationibus cujusque materiæ eſt commendata. Optimè profectò, ne vel obſcœna, vel Religioni Chriſtianæ contraria prodeant ſcripta, ac ne autoribus indignè aliquid vel addatur, vel dematur, de quo quisquam conqueri poſſit, *dict. Ordin. Polit. Francof.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Univerſitati Lipſienſi, die 13. Jul. An. 1618. (*Verba Re-* 12
ſcripti: Was Herrn *N. N.* vor ein *Epithalamium* von etlichen groben Zothen *componi*ret und in Druck verfertiget/ſolches habt ihr aus der Inlage zu vernehmen. Wann dann ſolches zu groſſem Aergerniß züchtiger Ohren gereichet/ dannenhero wir/ daß dergleichen unſchambare Gedichte ohne einige vorhergehende *Cenſur* gedruckt worden/ gedachtes *N. N.* Beginnens halber ein ungnädiges Mißfallen tragen; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihme ſolches mit allem Ernſt zu verweiſen/ und Verordnung zu thun/ daß er/ſo wol als andere ſeine *Carmina*, ſie ſeyn deutſch oder lateiniſch/ dem *Decano*, oder da derſelbige ſolches zu thun Bedencken trüge/ der Theologiſchen Facultät zur *Cenſur* vorher/ und ehe ſie gedruckt werden/ übergeben ſolle/ ꝛc.)

Item † Univerſitati ac Senatui Lipſ. die 24. Nov. Anno 1619. (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer 13
unterthänigſter Bericht/in Sachen *N. N.* Klägern an einem/ und die Buchdrucker bey euch Beklagte anders Theils betreffende/ gebührlichen vorgetragen worden. Wann wir es dann bey der *confirmir*ten und *publicir*ten Druckerey-Ordnung allerdings verbleiben laſſen; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ihr wollet darob ernſtlich halten/ die Verbrecher/ und ſonderlich welche mit Unterſchlagung des Druckers und Orts Namen/ ohne *Cenſur* ichtwas in Druck verfertigen/zu gebührender Strafe ziehen / wie auch diejenigen/ ſo den Drucker-Eyd noch nicht geleiſtet/ zu Ablegung deſſelbigen anhalten/ *N. N.* aber/ daß er mit der erkaufften Druckerey ſich gleichfalls beſagter Ordnung und andern Buchdruckern gemäß bezeigen ſoll/ beſcheiden/ ꝛc.)

Et † iisdem die 14. Februar. Anno 1634. (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer unterthänigſter 14
Bericht/ wegen des nächſten bey euch gedruckten *Catalogi* nebenſt *N. N.* Entſchuldigung vorgetragen worden. Wie wir nun den vorgegangenen *Errorem* für dißmal dahin geſtellet ſeyn/ auch bey euer des Raths/ wegen *Juſti Janſonii* gethaner Verordnung es allerdings bewenden laſſen; Alſo begehren wir hier-

mit

mit gnädigſt/ihr die Univerſität wollet mit Fleiß anordnen/daß künfftig kein *Catalogus* gedruckt werde/es habe dann jede Facultät ihre Bücher vorhero *cenſi*ret/und Achtung geben/ daß unſerer wahren Evangeliſchen Religion zu Nachtheil / oder der Verordnung und dem Herkommen zuwider/ nichts darinnen zu befinden ſey. Hiermit geſchicht unſere gefällige Meynung/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCCXIV.

Jure conceduntur privilegia Bibliopolis ſuper certis autoribus ac libris, ſumtibus ipſorum impreſſis, ne alius quiſquam eosdem excudere faciat & exponat venales, indictâ confiſcatione mulctaque pecuniaria in transgreſſores.

SUMMARIA.

1. *Bibliopolæ magnis ſumptibus libros imprimere curant.*
2. *Meritò ergò ſibi de privilegiis deſuper proſpiciunt.*
3. *Quæ privilegia ab Imper. & Statibus Imperii in provinciis eorum impetrant.*
4. *Privilegia hæc annon ſapiant monopolium?*
5. *Monopolia in Imperio Romano-Germanico ſunt abrogata.*
6. *De jure civili etiam prohibita.*
7. *Inter cauſas morborum civilium referuntur monopolia. n. 8.*
9. *Subſiſtunt privilegia Bibliopolis data.*
10. *Quibus ex rationibus & fundamentis? n. 11. 14.*
12. *Magiſtratus omnia dirigere debet ad ſubditorum utilitatem.*
13. *Juſtâ ex ratione Princeps monopolia permittere poteſt. n. 16.*
15. *Quin & ſibi ipſi arrogare.*
17. *Libertas commerciorum juſtâ ex cauſâ poteſt conſtringi. num. 18.*
19. *Reſcripta Electoralia. n. 20. 21.*

1 CUm Bibliopolæ ſumtibus non minimis libros excudere faciant, quorum ſatisfactio & lucrum, quod inde ſperant, in multos ſæpe differtur annos, quandoque etiam, ſi libri impreſſi raros inveniant emtores, non parùm inde damni marſupiis eorum accedit, invidendum certè ipſis non eſt, ſi providè agant,
2 ſeque certò privilegiò † muniant, ne forſan alius quiſquam eosdem libros typis imprimere curet, nec Bibliopolæ exteri eos alibi impreſſos venales importent. Veluti quo-
3 que non modò ipſummet Imperatorem, † ſed & Principes ac Status Imperii alios quotidiè ejusmodi privilegia concedere videmus, indictâ ſimul confiſcatione librorum, certâque in transgreſſores conſtitutâ mulctâ. Jure num id fiat, propterea quis dubitave-
4 rit, quòd res hæc † ſapiat Monopolium, certæ nempe perſonæ facultatem commercii attribuens: Sunt autem Monopolia, quia Reipublicæ nociva habentur, in imperio
5 Romano-Germanico † abrogata, *Receſſ. Imper. de ann. 1500. 1512. 1524. 1526. 1529. 1532. 1548. & 1571.* In der Policey-Ordnung zu Franckfurth. *tit.* Die *Monopolia &c.* Quod & † jamdudum ab Imperatore Zeno- 6
ne factum legimus *in l. un. C. de monopol.* ne videlicet reſtrictis commerciis pauperes graventur, quæ præcipua ferè eſt cauſa prohibitorum Monopoliorum, Jodoc. Damhouder. *in prax. rer. crimin. cap. 132. n. 15.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. num. 68.* Keckermann. *in diſputat. practic. 31. probl. 9. in fin.* Johan. Borcholt. *lib. 1. conſil. 17. col. 1. verſ.* Uber diß alles ſeynd die *Monopolia &c.* † Perinde hinc ut 7
contractus illicitos & doloſos etiam Monopolia inter cauſas morborum civilium refert Jacob. Bornit. *libr. 4. de Republ. cur. pag. 127.* quippe quòd ea exercentes omnia tentent, excogitent, explorent, quibus multitudinis opes ad ſe contrahant, & exactò rerum pretio pauperes gravent, Bocer. *lib. 1. de illuſtri ſtat. c. 14. pag. 106.* † Quod certè ni- 8
hil aliud eſt, quam tyrannidem exercere, privatorum utilitatem intervertendo ac opprimendo, ſecundum Heresbach. *de Republ.*

Chriſt. de miniſtr. cap. 36. pap. 284. Johann. Sichard. *ad Rubr. l. un. num. 2. C. de monopol.* Jacob. Menoch. *libr. 2. de arbitr. jud. quæſt. caſ. 569. in pr.*

9 Sed tanti hæc † non ſunt momenti, ut inde privilegia Bibliopolis ſuper impreſſione certorum librorum ſive ſcriptorum conceſſa improbentur. (1.) Nam utilitati Reipu-
10 blicæ Monopolia in genere prohibenti, † opponimus æquitatem in jure naturali fundatam, quæ non admittit, ut quisquam alteri noceat malitioſè, quod ſanè fieret, ſi Bibliopola, qui imprimendo aliquod ſcriptum, multos erogaverit ſumtus, ut aliquando lucrum & commodum laboris ſui ſentiret, alterius bibliopolæ facto ſpe ſuâ fruſtraretur, & in paupertatem inopinatam conjiceretur,
11 † ex quo demum, incolis ac civibus ad inopiam redactis, ipſi civitati ac Reipublicæ ruina acceleratur; quod tamen maximoperè præcavendum, econtra utilitas publica omnibus modis promovenda, *l. un. §. pen.* ubi Bartol. *C. de caduc. tollend.* Hieron. Schurff. *cent. 2. conſil. 9. n. 9.*

12 (2.) † Nec Magiſtratûs officium admittit, venundationes librorum contra privilegia ſemel data aliis indifferenter concedere, quippe qui omnia dirigere debet ad ſubditorum utilitatem, *l. ſi quis filium. C. de inoff. teſtam.* Ex quo Princeps dicitur univerſalis protector miſerabilium, *l. un. C. quando Imp. inter pupill. vel vid.* omniumque communis Pater, Aym. Cravett. *conſil. 20. num. 3.*

13 (3.) † Et hinc porrò Princeps ex causâ publicæ utilitatis non modò commercia ad certa loca, certasvè perſonas reſtringere, ſed etiam monopolia facere poteſt, Ariſt. *libr. 1. polit. 7.* Bald. *libr. 5. conſil. 409. n. 14.* Chriſtoph. Beſold. *in tractat. de ærar. publ. cap. 3. ſect. 5. verſ. nec publica.* Herman. Lather. *de cenſu. libr. 3. cap. 14. num. 34.* Adam Keller. *de offic. jurid. polit. libr. 2. cap. 18. pag. 495.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 7. cap. 21. num. 5.* Hyppol. à Collib. *in principe, cap. 34. col. ult. verſ. alter caſus. &c.* Nequaquam † ergò mo- 14
nopolia in genere ac indifferenter prohibita eſſe quis exiſtimet, ut profectò nil cauſæ ſubſit, quò minus ex causâ ſupra memoratâ Bibliopolis ſaltem quoad certos autores eorumque ſcripta concedi validè queant privilegia.

(4.) Quin & hæc ipſa ratio, utilitas nempe publica efficit quandoque, ut Magiſtratus Monopolia † ſibimetipſis poſſint 15
arrogare, reliquis ab opificiis & commerciis excluſis; quò ſcilicet reditus fiſci augeantur; ita namque benè valet Magiſtratus ordinare, ut ſubditi panes vel cereviſiam in opificio publicè in eum finem inſtructo coquant, vel ſal ex clauſurâ, mercantiæ deſtinatâ, emant: Si præſertim ex ejusmodi ordinatione privatis vel nihil, vel parùm præjudicetur, Johan. Köppen. *deciſ. 59. n. 28.* Petr. de Anchoran. *conſil. 13. per tot. & conſil. 288. numer. 3.* Jaſon. *in l. quo minùs. numer. 155. & ſeq. ff. de flumin.* Veluti in † 16
Miſniâ, aliisvè ſuperioris Germaniæ locis, peculiaria ædificia coquendis ſubditorum cereviſiis à Senatu extructa conſpiciuntur, referente Köppen. *dict. loco.*

(5.) Nec quidquam aſſertioni noſtræ officit libertas commerciorum, quæ nunquam tàm efficax, † quin ex causâ urgen- 17
te & probabili vel publicæ utilitatis ei queat derogari, quippe quod valeat Edictum vel Ordinatio Principis, publicam reſpiciens utilitatem, etiamſi jus aliquod privati tollat, *l. Lucius. in princ. ff. de evict. l. idem ſi verberatum. §. 1. ff. de R. V. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. comm. prædior.* Felin. *in cap. quæ Eccleſiarum. numer. 26. & ſeqq. extr. de conſtit.* Cravett. *conſil. 5. numer. 4. part. 1.* Dec. *conſil. 361. numer. 8.* † Vel etiam Ordina- 18
tio illa proprium infringat Principis contractum, *l. quod ſemel. de decret. ab ordin. fac.* Hieron. Schurff. *cent. 2. conſil. 60. numer. 8. & 9.* Neceſſitas ſiquidem omnibus legibus derogat, omnemque excludit immunitatem, *l. 1. C. ut nemini lic. &c. libr. 10. l. jubemus nulli. C. de SS. Eccleſiis.* Alciat. *in l. invitus. de V. S.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Senatui Lipſienſi, die 9. April. Anno 1617. (*Verba Reſcripti:* 19
Was an uns unſer *Fiſcal* bey euch *N. N.* wegen derer / zuwider unſers Herrn *N. N.* über ſeine Bücher ertheileten *Privilegii*, von *N. N.* zu *N.* nachgedruckten Bücher / verwirckten Strafe in Unterthänigkeit gelangen laſſen / ſolches habt ihr aus der Inlage zu vernehmen; Ob nun wol erwähntem *N. N.* ſolchen Nachdruck in unſere Lande einzuſchieben keines weges gebühret / und wir zu Erhaltung unſerer *Profeſſorn* und Unterthanen erlangten *Privilegien* es bey denen von unſerm *Fiſcal* geforderten 600. Goldgülden verbleiben zu laſſen

Urſach

Urſach hätten: Wofern aber doch ermeldter *N. N.* ſolches vor eine Gnade erkennet/ſo wollen wir zu dieſem Mal die Strafe auf 200. Goldgülden *moderi*ret haben; Begehren hiermit gnädigſt/ihr wollet ſolche unverzüglich einbringen/wie auch die *confiſcirte Exemplarien diſtrabi*ren/und das Geld zu halben Theil in unſer Ober-*Conſiſtorium* anhero überſenden/den andern halben Theil *N. N.* Erben nach Abzug unſerer *Fiſcals*-Gelder und der ausgelegten Unkoſten folgen laſſen/ꝛc.)

Item † *eidem, die 13. Maji Anno 1620.* (*Verba Reſcripti:* Was an uns unſer *conſtituirte*r *Fiſcal* bey euch *N. N.* wegen etlicher Bücher/welche zuwider unſern ausgegebenen *privilegi*en *N. N.* Buchführern zu Franckfurt am Mayn/und *N. N.* Buchdruckern zu Gieſſen/ durch S. J. Buchdruckern zu Lübeck nachgedrucket worden/in Unterthänigkeit gelangen laſſen/ſolches habt ihr aus der Inlage zu vernehmen. Ob wir nun wol den auswärtigen Nachdruck dergleichen nicht verbieten können. Dieweil ihnen aber ſolche in unſern Landen zu *diſtrabi*ren verboten worden/ und hierdurch gedachter *N. N.* in unſere Strafe gefallen; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet alle *exemplaria*, welche zuwider unſerm ausgegebenen *privilegio* nachgedrucket/ und in *N. N.* oder andern Gewölben befunden worden/ *confiſci*ren/ ihre andere Bücher ſo lange/ bis mit uns der verwirckten Strafe halber ſie ſich abgefunden/ oder derentwegen gnugſam *cavi*rt/ in *arreſt* behalten. Und dieweil nicht allein angezogener verbotener Nachdruck und *diſtraction* gar zu gemein werden will/ ſondern auch etliche ſich unterſtehen wollen/ unſers *privilegii* ſich zu gebrauchen/ denen ſolches niemals verſtattet worden; Als begehren wir hiermit gleichfalls/ihr wollet iedesmal/auf *Supplicant*ens oder der *privilegir*ten Buchhändlers Anruffen/dergleichen *execution* anordnen/ darneben in Krafft dieſes unſerm *Fiſcal* itzo und alle künfftige Märckte in unſer Ober-*Conſiſtorium* ein ordentliches Verzeichniß der *confiſcir*ten Bücher und *committir*ten Strafen einzuſchicken auferlegen/ ꝛc.) 20

Et † *die 16. Jun. An. 1628.* (*Verba Reſcripti:* Welcher maſſen an uns *N. N.* und *N. N.* Bürger und Buchhändler bey euch über *N. N.* von *N.* in Unterthänigkeit ſich beſchweren/daß gedachter *N. N.* zuwider ihren habenden *privilegi*en ſich unterſtanden/ *N. N. Catechiſmum* nachzudrucken/und 400. *exemplaria* deſſelbigen nach Leipzig zu bringen/wie ſolches aus der Inlage zu befinden; Begehren darauf hiermit gnädigſt/ ihr wollet erwehnten *N. N.* auf einen gewiſſen Tag mit gebührlicher *commination* vor euch beſcheiden/ und aus was Urſachen er dem *privilegio* zuwider gehandelt/ von ihme vernehmen/ und nach Befindung nicht alleine die in dem *privilegio* begriffene Strafe der 200. Goldgülden einbringen/ ſondern auch die 400. *Exemplaria*, welche bey Jacob Rottbachen bey euch liegen ſollen/*confiſci*ren/ und in unſer Ober-*Conſiſtorium* einſchicken/ ſolche auch hierzwiſchen nicht von abhänden kommen laſſen/ ꝛc.) 21

DEFINIT. CCCCXV.

Cavendum maximè, ne irrevocabile Bibliopolis detur privilegium; & quando id revocari queat?

SUMMARIA.

1. *Non facilè revocatur privilegium ex conventione datum.*
2. *Siquidem id tranſit in contractum.*
3. *Sicuti & privilegium pro pecunia conceſſum.*
4. *Contractus habent præſtationis neceſſitatem.*
5. *Id obtinet in privilegio ex causâ remunerationis dato.*

6. Con-

6. Contractus ne quidem ex plenitudine poteſtatis reſcindi debet.
7. Ex merâ gratiâ conceſſum privilegium ad placitum concedentis revocatur.
8. Licet verecundius ſit à revocatione abſtinere.
9. Quando privilegium Bibliopolis datum revocari poſſit?
10. Omnium maximè, ſi poteſtas revocandi expreſſè fuerit Principi reſervata.
11. Quo caſu privilegium morte concedentis extinguitur.
12. Propter abuſum ſemper revocari poteſt privilegium.
13. Ob publicam utilitatem jus privato acquiſitum tolli poteſt.
14. Benè facit Princeps poteſtatem revocandi in privilegio ſibi reſervans.
15. In dubio privilegium cenſetur datum irrevocabiliter.
16. Reſcriptum Electorale.

1 MUltum refert noſſe, quando privilegium aliquod irrevocabile ſit, nec ne? id quod ex qualitate conceſſionis judicandum. Quod † ſi enim per modum conventionis, aut ob benè merita fuerit alicui datum, non facilè revocabitur, Ahac. Enenkel, *de privil. libr. 3. cap. 8.* Johann. Goedd. *4. conſilior. Marburg. 16. num. 323. & ſeqq.* Matth. de Afflict. *deciſ. 128. numer. 10.* Jacob. Menoch. *conſil. 2. numer. 139.* Anton. Quetta. *conſil. 12. numer. 8.* Nicol. Reuſner. *conſil. 1. numer. 65. lib. 1.* Hieron. Treutler. *conſil. 59. numer. 56. & ſeqq.* Andr. Gail. *libr. 2. obſervat. 60. num. 15. & ſeqq.*
2 Scilicet † quia privilegium per modum conventionis impetratum tranſit in contractum, ita ut de eo idem juris ſtatui debeat, quod obtinet in contractu, Carol. Tapia *in l. ult. part. 2. cap. 9. numer. 1. ff. de Conſt. Princip.* Bartol. *in l. 2. numer. 6. ff. de jur.*
3 *immun.* veluti † quoque privilegium pro pecuniâ conceſſum in contractum tranſire, aſſerunt benè Bald. *in l. qui ſe patris, col. 9. C. unde liberi.* Jaſon. *in l. 1. C. de jur. emphyteut.* Matth. de Afflict. *dict. deciſ. 128. num. 10.* Nicol. Everhard. Jun. *vol. 2. conſil. 1. numer. 168.* Octav. Cacheran. *deciſ. 90. nu-*
4 *mer. 8. & deciſ. 139. numer. 10.* Atqui † contractus habent præſtationis neceſſitatem, etiam in perſona ſummi Principis; Ergò revocari haut poterunt ejusmodi privilegia, ſubditis quantumvis conceſſa, Bald. *dict. loc.* Roman. *conſil. 436.* Alexand. *libr. 4. conſil. 50.* Bartol. *in l. quod ſemel. ff. de decret. ab ord. fac.* Hieron. Maril. *in l. quotiens. 15. C.*
5 *de R. V. numer. 150.* † quod & procedit in caſu privilegii ob cauſam remunerationis à Principe dati, Maril. *loc. all. num. 151.* Natta *conſil. 674. num 67.* Felin. *in cap. novit. extr. de judic.* Jaſon. *in l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jur.* Nam & hocce privilegium vim contractûs obtinet, qui cum ſubditis initus ſer-
6 vari omninò debet, † nec reſcindendus eſt, ne quidem ex plenitudine poteſtatis, cæteroquin degenerabit ea in plenitudinem tempeſtatis, & ex Præſule fiet exul, Bald. *in cap. 1. §. adhæc. de pac. jur. firm.* Paul de Caſtr. *in l. digna vox. C. de legib.* Mariliam. *in dict. l. quotiens. num. 127.* Alexand. *conſil. 101.* † 7
Sed alia & diverſa ratio eſt privilegii ex merâ gratiâ conceſſi, quod procul dubio ad placitum concedentis poterit revocari, per tradita Caroli Tapiæ *dict. loc. num. 56.* Cacher. *dict. deciſ. 90. num. 15.* Didac. Covarr. *libr. 3. var. reſolut. 6. num. 1.* Guid. Pap. *conſil. 65. dub. 1.* Paul. Matth. Wehner. *in pract. obſervat. verb.* Auf Wohlgefallen. *pag. 42.* † licèt verecundius videatur, hoc etiam caſu 8
à revocatione abſtinere, ſecundùm tradita Reuſner. *1. conſil. 1. n. 177.* Matth. de Afflict. *deciſ. 293. num. 3.*

Facile hinc dijudicare licet, privilegium Bibliopolis ex merâ gratiâ indultum tutò à Principe revocari, † ſi omninò diutius pe- 9
tenti prorogationem annuere nolit. Pro pecuniâ verò ſive ex conventione ſive abſque temporis determinatione privilegium fuerit datum, non habet Princeps, quo revocationem defenſare queat. † Niſi clauſu- 10
la hæc fuerit appoſita, ut ſcilicet accipiens privilegio fruatur, quamdiu concedens voluerit, ipſique placuerit; Præcluſam enim tùm cenſeri facultatem revocandi, tantum abeſt, † ut etiam morte dantis extinguatur, 11
cap. 5. extr. de reſcript. in 6to. l. 4. ff. locat. Tapia *dict. part. 2. cap. 3. num. 5.* aliter licèt ſenſerit Wehner. *loco allegato*, & Gail. *lib. 2. obſervat. 60. n. 16.*

Porrò ſi † abuſus privilegii doceatur, vel 12
in perniciem Reipublicæ id vergat, nunquam conventio ac promiſſio Principis tam efficax erit, quò minus privilegium pro pecunia etiam indultum revocari poſſit; nec enim factum Principis publicam reſpiciens utilitatem à quoquam improbari debet; ut maximè † jus privato acquiſitum per id 13
evertatur ac tollatur, *l. Lucius in princ. ff. de evict. l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de R. V. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. comm. prædior.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum. numer. 26. & ſeqq.*

ſeqq. extr. de conſtit. Aym. Cravett. *conſil. 5. numer. 4. part. 1.* Tutiùs tamen ſemper ibit
14 Princeps, † ſi poteſtatem revocandi verbis
expreſſis ſibi reſervaverit, quo poſtmodum,
ſi caſus revocationis accidat, omnis evitetur
diſputatio & ambiguitas, † quia ſemper in 15
dubio privilegium cenſetur datum irrevocabiliter, Cravett. *conſil. 21. numer. 145. & Treutler. conſil. 59. num. 53. & ſeqq.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Univerſitati ac Senatui Wittebergenſi, die 15. Julii Anno* 16
1625. (Verba Reſcripti: Welcher Geſtalt an uns N. N. und *Conſor*ten über N. N. und N. N. Buchdruckern zu N. N. daß dieſelbe nicht allein ihnen zu Nachtheil die *Biblia Lutheri in folio, quarto* und *octavo*, wie auch mit den *Summariis D Hutteri* nachdrucken/ und in unſern Landen zu Leipzig *diſtrahi*ren / ſondern auch über ein *format in 12.* ein abſonderliches *Privilegium* erhalten/ ſich beklagen und darneben bitten/ſolches habt ihr aus dem Beyſchluß mit mehrern zu vernehmen. Nun vermercken wir/ daß dieſe *ſocie*tät in der irrigen Meynung/ als ob unſer ihnen ertheiltes *privilegium in perpetuum* und dahin gemeynet/ daß wir weder ſolten noch wolten einigen andern unſern Unterthanen/oder auch Auswärtigen einiges *Privilegium* über die Bibel ertheilen. Weil aber unſerer hochgeehrten Vorfahren/ und unſer ihnen ertheiltes *Privilegium* auf Widerruffen ſtehet/wir auch uns weder können noch wollen begeben/ ſondern vielmehr vorbehalten/ auch andern unſern Unterthanen und Auswärtigen auf ihr gehorſamſtes Anſuchen/ über ihre *format* der Bibel *Privilegia* unſerm Belieben nach zu ertheilen; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet mehrgedachte *ſocie*tät dahin beſcheiden/ daß ſo viel die Bibeln/ welche ins künfftige gedruckt werden/anlanget/ſie iedesmals bey uns gebührende Anſuchung deßwegen thun ſollen/ ꝛc. Sollen ſie dann mit Beſcheid verſehen werden/ ꝛc.*)*

Definit. CCCCXVI.

In cauſis privilegiorum ſolus Princeps, qui ea conceſſit, legitimus eſt judex & interpres.

SUMMARIA.

1. *Nimia privilegia haut ſunt indulgenda.*
2. *Quia pariunt lites. n. 3.*
4. *Privilegia non inſinuata neminem obligant.*
5. *Privilegium cenſetur datum ſalvo jure tertii.*
6. *Solus Princeps in causâ privilegii eſt judex.*
7. *Camera Imperialis quando judicet de causâ privilegii?*
8. *Cognitio de privilegio quando ſpectet ad judicem ordinarium?*
9. *In Camera ſæpè agitur ad pœnam contra violatores privilegii.*
10. *Interpretatio privilegii ad ſolum Principem ſpectat.*
11. *Reſcriptum Electorale.*
12. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 NOn abs re ſuadent Politici, abſtinendum eſſe à conceſſione Privilegiorum frequenti & copioſâ, poſtquam nimia privilegia ſubditis indulta perpetuam ipſis præbeant materiam litis & contentionis adverſus ſuosmet Principes, veluti de Gandavienſibus refert ac firmat Philipp. Cominæus *lib. 8. comm.* Froſſard. *lib. 2. hiſtor.* Vix
2 unquam enim † tam providè conceptum
erit, ac robore ſuo conſtabit privilegium, ut
non de intellectu, validitate & ſubſiſtentia
ejus lites ac controverſiæ moveantur. Non
3 rarò hinc diſceptatur de extenſione, † ampliatione, vel revocatione privilegiorum, Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 2. cap. 8. numer. 26. 33. & 36.*
quandoque etiam de inſinuatione eorundem
omiſſa, † quo caſu nec judici, nec parti prod- 4
eſſe queunt, Roman. *conſil. 330. numer. 19. per l. ſi quis divinam. C. de aqua duct. lib. 11.* Andr. Gail. *libr. 1. obſervat. 1. num. 11.* & tandem non rarò de præjudicio tertii ex privile-
gio alicui conceſſo, quippe quod † ſalvo ju- 5
re tertii ſemper eſt intelligendum, Jaſon. *in l. quo minus. numer. 11. ff. de flum.* Matth. de Afflict. *deciſ 286. numer. 3.* Reinking. *dict. cap. 8. numer. 37.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 1. numer. 14.* Herman. Vultej. *volum.*

3. con-

3. conſil. Marpurg. 35. numer. 160.

Exortis ejusmodi controverſiis, notandum *primò*, † ſolum Principem ceu privilegii autorem, judicem haberi competentem ac legitimum, ex quo ſanè nemo hac in lite fori declinatoriam opponere valet, quia ſcilicet ipſemet Princeps judex eſt ſuper privilegiis ſuis, *l. cum de novo. C. de leg. cap. 1. de legib.* Corrad. *in uſib. Feud.* Bald. *in prælud. Feud. num. 18.* quantumvis & † Camera Imperialis, quando de validitate & ſubſtantiâ privilegii non dubitatur, nec de mente ac interpretatione ejus agitur, judicet ſuper privilegiis ab Imperatore conceſſis, Andr. Gail. *libr. 1. obſ. 1. n. 7.* nempe quia aſſertio hæc, quâ ſolus Princeps dicitur competens judex in causâ privilegii, † ad hunc ſolum caſum reſtringi debet, quando diſputatur de ſubſtantiâ privilegii, vel quoties privilegium tangit jus Principis. Si verò jus alterius concernat, tunc etiam cognitio ſpectat ad judicem ordinarium, ut pulchrè declarat Bald. *in prælud. feudor. num. 18.* & poſt eum Gail. *dict. obſerv. 1. num. 13.* Quemadmodum ergò † in 9
Camerâ, ita etiam in inferioribus judiciis ſæpè agitur ad pœnam privilegio Principis inſertam contra violatores, Reinking. *dict. cap. 8. num. 43.* licet proceſſus ejusmodi in Camerâ certis ſuis conſtent requiſitis, Regner. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 8. n. 7. & ſeqq.* Reink. *dict. loco.*

Secundò & id probe obſervandum eſt, † 10
quod Privilegiorum interpretatio ad ipſum Principem tanquam autorem pertineat, *l. ex facto. 43. ibi: Beneficia quidem principalia ipſi Principes ſolent interpretari. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. l. Neratius. 191. ibi: quem tamen modum eſſe beneficii ſui vellet, ipſius æſtimationem eſſe. ff. de Reg. jur. cap. cum veniſſent. extr. de judic.* Decian. *conſil. 101. num. 7.* Hier. Treutl. *conſil. 59. n. 3. & ſeqq.* Johan. Azor. *inſtit. moral. lib. 5. cap. 23. in pr. part. 1.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Senatui Lipſienſi, die 7. Nov. Anno 1636. (Verba Reſcripti: 11
An uns beklaget ſich M. G. Buchhändler bey euch/daß auf ſein bey euern Stadt-Gerichten beſchehenes Anſuchen *contra* N. N. ſo zuwider unſerm ihme *Supplicanten* ertheilten *privilegio*, *D. Conrad* Dieterichs Predigten über die ſieben Buß-Pſalmen verſchienen Leipzigiſchen Michaelis-Marckt in ſeinem öffentlichen Laden/ nachgedruckt zu feilem Kauffe gehabt/ihme keine *execution* mitgetheilet/ ſondern er von ihnen in weitläufftigen *proceſs* gezogen werden wollen/ wie aus der Inlage mit mehrern zu erſehen. Nun befremdet uns ſolche Begünſtigung der Stadt-Gerichte bey euch nicht wenig/ſintemal über unſere/ zumal eigenhändig unterſchriebene/und mit unſerm Chur-*Secret* beſiegelte *privilegia* weder euch noch ihnen/ oder iemand anders ohne unſere *conceſſion*, keine *cognition* und *deciſion*, ſondern uns allein/euch und ihnen aber nur die bloſſe *execution* zuſtehet/wie ſolches alles der klare Buchſtabe obberührtes *privilegii* deutlich gnung in ſich hält. Wann dann dieſem nach aller dißfalls verhengter *proceſs*, gegebener Abſchied und erfolgte Leuterung gantz *null* und nichtig; Als begehren wir hiermit gnädigſt/Ihr wollet Krafft dieſes ſolches alles *caſſir*en und aufheben/ hingegen den Gerichten ernſtlich auferlegen/ daß ſie nunmehr unverlängt mit der geſuchten Hülffe wider N. N. die in obberührtem unſerm *privilegio* geſatzte Strafe der 100. Goldgülden einbringen/ und halb in unſer Ober-*Conſiſtorium* nebenſt allen *exemplari*en einſchicken/ die andere Helffte der Strafe aber dem *Supplicant*en unweigerlich ausantworten ſollen. Darnach ihr euch und ſie ins künfftige zu achten/und geſchicht hieran unſer ernſter Will und Meynung/ ꝛc.)

Et † Conſiſtorium Supremum Senatui Dresdenſi, die 25. Aug. Anno 1623. (Verba Reſcripti: 12
Ob wir wol vermeynet/es würde A. S. jüngſt ausgegangener *citation* zu gehorſamer Folge/in Sachen ihn und die Größiſche Erben zu Leipzig betreffende/ vor uns erſchienen ſeyn/ſo iſt er doch ungehorſam auſſenblieben/indem er *exceptionem fori* vorgewendet/und derowegen den *termin* abgekündiget hat. Wann dann das *privilegium* von uns erlanget/dahero und ſonſten deſſen *interpretatio* und *cognitio cauſæ* vor uns gehöret; Als iſt hierauf an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ihr wollet ihme/ſeines Einwendens ungeachtet/ Krafft dieſes bey Strafe 20. Reichsthaler auferlegen/daß er nunmehr Mittwochs den *17. Septembr.* nächſtkünfftig früher Tagezeit vor uns unausbleibende erſcheinen/ und voriger *citation* Folge leiſten ſoll/ ꝛc.)

DEFINIT. CCCCXVII.

In Collegiis ac Dicaſteriis non facilè recedendum eſt à receptâ titulorum obſervantiâ.

SUMMARIA.

1. Principes titulorum vindices rigidiſſimi.

2. Elector Palatinus in titulis tribuendis ad in-

invidiam usque tenax.
3. *Jactantia ex titulis inferiorum quoque animos invaſit.*
4. *Nudi tituli nuces caſſæ.*
5. *Quos & Principes ſaniores derident.*
6. *Titulus cum poſſeſſione prævalet titulo nudo.*
7. *Pro ratione ſtatûs ac conditionis titulo unusquisque honorandus.*
8. *Verba honoris neminem obligant.*
9. *Cautè & ſine alterius præjudicio titulis procedendum.*
10. *Moderatius agunt Collegia & Dicaſteria in tribuendis titulis.*
11. *Conſuetudini ceu matri debetur reverentia.*
12. *Reſcriptum Electorale.*

1 PRincipes ſanè & Magnates uti honoris,
ita & titulorum, etiam inter ſe ipſos ex-
actores & vindices ſunt rigidiſſimi, Jo-
hann. Limnæus *l. 4. jur. publ. c. 6. n. 52.* ut
mirum haut ſit, quod cùm Elector Palatinus
in tribuendis honorum ac dignitatum titu-
2 lis ad invidiam usque eſſet tenax, † quamplu-
rimi potentes in Imperio Principes, Comites
atque Barones graviſſimè hac de re fuerint
conqueſti, Melch. Goldaſt. *de Regno Bohem.*
l. 3. c. 13. n. 7. pag. 367. Utinam verò hoc ſive
arrogantiæ, ſive obſervantiæ, ſolis relinque-
retur Magnatibus; forſan enim tolerabilius
eſſet, quia invidenda non eſt iis prærogativa
in minimis etiam & ludicris. Sed, proh do-
3 lor! † eadem invaſit inferiorum ac privato-
rum animos jactantia, qui nunquam titulis
ſuis contenti, longè majoribus extolli ſata-
gunt. Res profectò vanitatum pleniſſima:
Nam apud vulgum quidem ſpeciem faciunt
4 haut vulgarem nomina & tituli, † apud re-
rum verò agendarum expertes nuces ſunt
caſſæ. Ac licèt non deſint Principes, qui
multis ſe exornari putant titulis, multisque
ditionum nominibus gloriantur, ex quibus
forſan uxores aliquando prodierunt, vel
5 quorum majores fuerunt poſſeſſores; † hoc
tamen alii Principes rident, qui verè poſſi-
dent; & ſomnia illa contemnunt, Petr. Gre-
gor. *l. 6. de Republ. c. 11. n. 13.* ex quo etiam
fit, ut qui dignitatis titulum cum poſſeſſione
6 vel adminiſtratione conſecutus eſt, † alteri
præferatur, qui ſolum titulum & nudum no-
men obtinuit, Jacob. Menoch. *de arbitr. jud.*
quæſt. caſ. 48. n. 13. Jaſon *vol. 2. conſil. 192.*
n. 16. Natta *conſil. 638. n. 6. tom. 3.* Ruin.
libr. 1. conſil. 19. n. 9.

Nihilominus hodie uſu receptum, pro ra-
tione ſortis, † ſtatûs ac conditionis cujus- 7
que perſonæ tituló certò eam honorari; poſt-
quam enim hominum lubido verbis ac titu-
lis normam & arbitrium, quod voluit, ſemel
dedit, fruſtrà quis jam illud in dubium voca-
bit, aut vetuſtatis Canones provoca-
bit, tantoque minus, quantò facilius absque
ullo præjudicio tituli proferuntur, † verba 8
ſiquidem honoris aut curialitatis ne hilum
obligant, nec quemquam obſtringunt, Man-
tic. *l. 2. de tacit. & ambig. convent. tit. 4. n.*
48. vel ut Nicol. Boer. ait: Verba ad com-
placentiam prolata ſerviunt de vento, nec ul-
lam obligationem inducunt, *deciſ. 153. n. 37.*
† Sit tamen modus in rebus, ne quibus Ma- 9
gnates vel Illuſtres tantummodo honoran-
dæ ſunt perſonæ, inferioribus & plebejis at-
tribuantur tituli. Qua in re ſemper mode-
ratius agunt Dicaſteria & Collegia, quæ † u- 10
ſum titulorum noviter excogitatorum, vel
potiùs abuſum ſe vincere non patiuntur, nec
ab obſervantia in titulis recepta recedunt.
Meritò ſiquidem immutata relinquuntur,
quæ conſuetudine vetuſtâ recepta ſunt, † 11
huic quippe ceu matri adhibenda eſt reve-
rentia, juxta Bald. *l. 2. conſil. 318. col. 2. verſ.*
qui enim non ſervat. quem ſequitur Chaſſan.
in proœm. conſuet. Burgund. n. 34. & in Catal.
glor. mund. part. 12. conſiderat. 51. verſ. & ſic-
ut matri debet adhiberi. pag. 533. Petr. Re-
buff. *in comm. Conſt. Regiar. tom. 3. in præ-*
fat. n. 70. verſ. conſuetudini ſicut matri, &c.

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Conſiſtorio Wittebergenſi, die 25. Febr. Anno 1635. (Verba* 12
Reſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht/was unſerer Veſtung Commendantens N. N. Meynung von Ertheilung der *titul* ſey/auch wie er ſelbſt *titul*iret ſeyn wolle/mit mehrern vernommen. Nun laſſen wir dahin geſtellet ſeyn/ wie er etwa ſonſten von einem oder anderm *privato tituli*ret ſeyn und werden mag: Dieweil es aber mit gantzen *Collegiis* viel ein ander Werck/ als welche ihren gewiſſen *ſtylum* halten/und davon ohne gnugſame Urſach nicht abzuweichen pflegen/ über das euerm Bericht nach auch die vorigen Commendanten mit dem Titul (Veſt) wohl zufrieden geweſen/ zu geſchweigen/daß wir unſere vornehmſte Adeliche Räthe und Officirer nicht anders zu *tituli*ren pflegen; Als laſſen wir es auch dißfalls bey dem von euch ihme gegebenen Titul (als dem Veſten und Mannhafften) allerdings bewenden; Hiermit gnädigſt begehrende/ Ihr wollet euch darnach achten/ ꝛc.)

FINIS

Libri Secundi.

IN NOMINE JESU CHRISTI!

LIBER III.

De

Judicio & Proceſſu Eccleſiaſtico
Pœnisque in hoc foro dictandis.

TIT. I.

De

Foro Eccleſiaſtico ejusque competentiâ & jure.

Definit. I.

Negotia & res eccleſiaſticæ non in foro ſeculari, ſed judicio eccleſiaſtico ventilari ac tractari debent.

SUMMARIA.

1. *Duplex eſt Jurisdictio: politica & eccleſiaſtica.*
2. *Quæ diſtinctio in jure divino fundata*
3. *Eamque agnovit Gelaſius Papa.*
4. *Species hæ Jurisdictionis ab invicem diverſæ & diſtinctæ, n. 5.*
6. *Maximè ratione proceſſus judiciarii.*
7. *Conſtituta hinc ſunt Conſiſtoria Eccleſiaſtica.*
8. *Non abs re & fundamento.*
9. *Quæ & à plerisque Statibus Imperii Evangelicis recepta.*
10. *Nec non alibi, in Angliâ & Helvetiâ.*
11. *Ut & in provinciis Electoratûs Saxonici.*
12. *Quodvis judicium vocari poteſt Conſiſtorium.*
13. *In ſpecie autem hoc eſt Judicium Eccleſiaſticum.*
14. *Cauſæ eccleſiaſticæ tractandæ non ſunt in judiciis ſecularibus.*
15. *Diſtinctæ jurisdictiones haut confundendæ. n. 16. 19.*
17. *Mixtura rerum rariſſimè accepta.*
18. *Jurisdictionum diverſarum confuſione nihil eſt inordinatius.*
20. *Movetur objectio ex concurrentiâ duplicis jurisdictionis.*
21. *Refellitur hæc objectio. n. 22.*
23. *Reſcriptum Electorale.*
24. *Sententia Conſiſtorii ſupremi.*

DUplicem eſſe jurisdictionem, politicam ſive ſecularem & ſpiritualem ſive eccleſiaſticam, nemo forſan unquam fuit, qui negaverit, vel ex ſolo *principio Novell.* convictus, ubi Imperator Juſtinianus maxima Dei inter homines dona eſſe ait, Sacerdotium & Imperium; illud quidem divinis miniſtrans, hoc autem humanis præſidens, quæ diſtinctio nequaquam
in ratione civili eſt fundata, ſed certò juris
† divini nititur fundamento, *Matth. 20.* 1
verſ. 25. cap. 21. verſ. 21. Marc. 10. verſ. 24. &
ſeqq. & cap. 12. verſ. 18. Johann. 18. verſ. 36.
& cap. 6. verſ. 15. & 1. Petr. 2. verſ. 13. † 3
eamque Gelaſius Papa benè agnovit; ad
Anaſtaſium Imperatorem hiſce perſcribens
verbis: *Duo ſunt quippe, Imperator Auguſte; quibus principaliter hic mundas*

regi-

regitur: Autoritas ſacra Pontificum & Regalis poteſtas. in canon. duo ſunt. 10. diſtinct. 96. Quæ ſpecies jurisdictionis ab invicem
4 non parùm † ſunt diverſæ & diſtinctæ: Eccleſiaſtica ſiquidem jurisdictio verſatur circa res divinas, ſpirituales & cœleſtes, ac dirigitur ad vitam æternam obtinendam, eſtque poteſtas rerum ad doctrinam & diſciplinam Eccleſiæ pertinentium: Politi-
5 ca verò verſatur † circa corpora, res mundanas, temporales & ad ſocietatem civilem ſpectantes, *Johann. 18. verſ. 36. Rom. 14. verſ. 19.* cujus finis eſt ſalus Reipublicæ. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 1.* Henric. Eckhard. *de Ordin. eccleſiaſt. & politic. part. 1. ſect. 1.* Leonhard. Hutter. *in act. adverſ.* Jacob. Gretzer. *cap. 2. pag. 15.* Balthaſ. Meiſner. *de leg. lib. 4. ſect. 2. quæſt. 2.*
6 † Quin & ratione proceſſus cauſæ ſeculares & eccleſiaſticæ non parùm ab invicem differunt, velut demonſtrat Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 1. numer. 21. & 22.* Atque hinc Judex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſu judicis ſecularis, quando ad eum remittitur delinquens: Sicuti nec acta judicis ſecularis contra laicum faciunt fidem coram judice ſeculari, Gramm. *conſil. 42. in pr.* Stephan. *dicto loco.*

7 † Quòd cùm intellexerint Status Evangelici, poſtquam jurisdictio eccleſiaſtica vigore decreti Paſſavienſis ad illos delata eſſet, inſtituerunt Conſiſtoria ſive judicia eccleſiaſtica, quibus præclaros tùm eccleſiaſtici tùm ſecularis ordinis homines præfecerunt, ut ab iisdem eccleſiaſtica negotia ſeparatim cognoſcerentur & definirentur, profanis & civilibus litibus Cancellariis ſecularibus relictis, Stephan. *dict. cap. 1. n. 3. & cap. 15. per tot.* Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſ. 1. cap. 10. num. 7.* Chriſtoph. Beſold. *in theſ. pract. verb.* Biſchoff. Dom. Arum. *de jur. publ. tom. 1. deciſ. 13. quæſt. 22.* Erneſt. Coth-
8 man. *2. conſil. 64. numer. 63. & ſeq.* † Idque propterea factum exiſtimatur, ne de jure Paſtorum miniſtrorumque Eccleſiæ, quicquam remittatur, nec perſonis eccleſiaſticis implicare ſe negotiis ſecularibus permittatur, Frideric. Balduin. *de caſibus conſcient. lib. 4. cap. 4. caſ. 2. pagin. 975.*
9 Quemadmodum judicii eccleſiaſtici † Principes plerique & Status Auguſtanæ Confesſionis in provinciis ſuis induxerunt, Gylman. *in Symphorem. Supplicat. tom. 1. titul. 3. numer. 8. verſ. movet me. fol.*
10 *187.* † Idemque de Angliâ, ubi judicium illud eccleſiaſticum ſive Conſiſtorium appellitatur Curia Chriſtianitatis, refert Tom. Smith. *de Republ. Anglor. lib. 11. cap. 11.* & de Helvetiorum Chor- oder Ehegerichte. Johan. Simler. *in Republ. Helvet. lib. 8.* in Provinciis † certè Electoratûs 11
Saxonici res hæc minùs dubia, propter clariſſimam Sanctionem Electoralem in *Ordin. Eccleſ. Rubr.* von beyden *Conſiſtoriis* zu Leipzig und Wittenberg. *per tot.* & imprimis *tit. 1. ibid.* Nachdem in dieſen beyden *Conſiſtorien* nicht allein Gewiſſens-Sachen / ſondern auch weltliche Händel vorgebracht und verrichtet werden müſſen / ſo Ehe-Sachen / der Kirchen- und Schuldiener Güter / Unterhaltung / Leben und Wandel der Lehrer und Zuhörer belangen / ſol keines alleine mit *Theologen* oder *Politi*ſchen Perſonen / ſondern in gleicher Anzahl zumal aus beyden Ständen / nemlich mit zweyen gelahrten / gottfürchtigen / aufrichtigen / erbarn *Theologen* / deßgleichen auch zweyen *Politicis* beſtellet werden / rc.

Quantumvis autem aliàs † quodvis ju- 12
dicium appelletur Conſiſtorium, *l. 1. C. de Comit. Conſiſtor. & l. ult. de offic. divin. judic.* ipſo Conſiſtorii vocabulo innuente, quod largè ſumtum nihil aliud eſt, quam locus, in quo conſultationis gratiâ homines conveniunt ſive Conſiſtentium multitudo, ut ita Conſiſtorium accipiatur pro quolibet judicis ordinarii auditorio. M. Mantua Bonavidius *in Polymath. lib. 4. c. 8.*
† attamen heic propriè denotat ſolum ju- 13
dicium eccleſiaſticum, in quo cauſæ ac negotia duntaxat eccleſiaſtica tractantur ac ventilantur, † ademtâ judicibus ſecula- 14
ribus facultate ejusmodi de cauſis cognoſcendi. Rectiſſimè ſanè: (1.) ne jurisdictiones diſtinctæ confundantur, † id 15
quod non ſemel in jure prohibitum, *l. nemo C. de jurisd.* ubi gloſſ. *in verb. auxilium. Novell. 15. cap. nulla exiſtente. 2. cap. cauſam quæ inter. extr. qui filii ſint legitimi. can. pervenit. 11. quæſt. 1.* † Neque alter alterius ju- 16
risdictionem uſurpare debet, nec una per aliam impediri vel perturbari, *cap. novit. extr. de judic. junct. l. conſulta. C. de teſtam.* ſed potius adjuvari, *l. à divo Pio. §. ſententiam ff. de re judicat.* ubi Bartol. & Zaſ. (2.)
Cumque † mixtura rerum accepta rariſſi- 17
mè habeatur, utique in diverſis jurisdictionum ſpeciebus multò magis debet evitari; quia non conveniunt diverſa: Crucifixus & ſumma poteſtas: Miles & Sacerdos: Imperator & Paſtor: Regnum & patibulum: Corporalia & Spiritualia: Arma & Sacra: Bellum atque pax: Cæſar & nuncius: Princeps & miniſter: Dominus

minus & ſervus, uti ſcripſit Ludovicus Imperator contra Johannem XXII. Aven. *lib. 2. Annal.* Hincmar. Archiepiſcop. Rhenenſ. *de*
18 *poteſt. Reg. & Pontif. cap. 1.* Nimirum † jurisdictionum diverſarum confuſione nihil datur inordinatius, quin & utriusque exercitium conjunctum negligentius tractatur, ut quod circa res diverſas eſt occupatum, Henn. Arniſ. *de exempt. Cler. cap. 1.*
19 (3.) † Eoque facit reſcriptum Innocent. III. Pontificis ad Archidiaconum Turonenſem hiſce verbis conceptum: *Nos igitur attendentes, quod ſic ſumus viduis in juſtitia debitores, quod alii injuſtitiam facere non debemus, mandabimus, niſi ſit talis cauſa, quæ ad eccleſiaſticum judicem pertinere noſcatur, ei ſuperſedere curetis, dummodò per judicem ſecularem ſuam juſtitiam poſſit obtinere, in cap. ex tenore. 11. extra. de for. compet.*
20 † Ex quo parum aſſertioni noſtræ obeſſe poteſt, ſi quis urgere velit utriusque jurisdictionis eccleſiaſticæ & ſecularis concurrentiam in una eademque perſona, unde dicendum videbatur, etiam in uno eodemque judicio utramque jurisdictionem exerceri poſſe. † Non etenim ſic inferendum 21
propter diverſitatem jurisdictionis, quæ confundi haut debet; Nec capiunt temporalia ſymbolum ſpiritualis jurisdictionis, & contra, *dict. cap. ex tenore.* Ac licet in una eademque perſona jurisdictio temporalis & eccleſiaſtica concurrat, † attamen duplicem 22
reſpectum in perſona illa obſervari neceſſe eſt, non modo ſiquidem Principis ſecularis, ſed etiam Epiſcopi officium ſuſtinet, adeoque ſecularem ut Princeps: eccleſiaſticam verò jurisdictionem ut Epiſcopus exercet; quidni ergò in diſtinctis judiciis cancellaria nempe Principis & Conſiſtorio Epiſcopi? Matth. Stephan. *dict. cap. 15. num. 10.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wurzenſi, die 19. Decembr. Anno 1623. (Verba* 23
Reſcripti: Die von N. N. vorgebrachten Beſchwerniß-*puncta* betreffende/ weil ihr ihm ſeines Lebens und Wandels ein gut Zeugniß gegeben/ und ohne das N. N. wider den *Superintendenten* eingewendete *gravamina ſpecialia* vor euch/ als den *ordinariis*, ehe und zuvor N. N. dieſelbe an andere Orte gelangen laſſen/ billich von ihm hätten klagbar gemacht werden ſollen; So wollet ihr N. N. dahin/ daß wann er gedachten *Superintendenten* dieſer oder anderer *differentien* halber Anſpruchs zu erlaſſen nicht gemeynet/ er ſolches hinführo bey euerm *Conſiſtorio* allwege beſcheidentlich vorbringen/ und allda Verhör/ Vergleichung/ oder gebührliche Weiſung und Anordnung gewärtig ſeyn ſolle/ nicht allein beſcheiden/ ſondern ihme auch in Ernſt unterſagen/ ſo viel die Geiſtliche *jurisdiction* und was derſelben allenthalben anhängig/ *concerniret*/ unſerm derowegen an euch hiebevor gnädigſt ertheilten gemeſſenen Befehl/ ſo wol dem *Anno 1609.* in Eh- und Schwängerungs-Sachen *publicirten* Ausſchreiben allerdings gemäß ſich zu bezeigen/ und alles andern widrigen Beginnens/ bey Vermeidung anderes Einſehens und Anordnung gäntzlich zu enthalten/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem N. G.* zu *D. die 27. Junii Anno 1617. (Verba* 24
Sententiæ: Habt ihr euch eine Zeitlang mit euerm Eheweibe übel vertragen/ alſo gar/ daß weil ſie mit Schelten/ Schmähen/ auch thätlicher Begünſtigung ſich gegen euch unverantwortlichen erwieſen/ und keine Hoffnung der Beſſerung verhanden geweſen/ ihr auf die Scheidung von Tiſche und Bette gedrungen/ und ſolche bey eurer Obrigkeit N. N. geſuchet. Ob nun wol dieſelbe ſolche verſtattet/ dieweil aber dergleichen Klagen und Händel nicht vor die Weltliche Obrigkeit/ ſondern in die *Conſiſtoria* gehörig/ und die Geiſtliche *jurisdiction* mit der Weltlichen keinesweges zu *confundiren*; So habt ihr euch N. N. Beſcheides nicht zu erfreuen/ es iſt euch aber nochmals vor dem *Conſiſtorio* zu N. N. eure Nothdurfft zu ſuchen unbenommen/ V. R. W.)

Definit. II.

Non ſunt tractanda in Conſiſtoriis ea, quæ internam poteſtatem eccleſiaſticam concernunt: nec quæ ad totam pertinent Eccleſiam, vel ſoli Principi ſunt reſervata; ſed cauſæ propriè conſiſtoriales: & quænam illæ?

SUMMARIA.

1. Cauſæ eccleſiaſticæ omnia negotia Eccleſiæ comprehendunt.
2. Et ita indifferenter jura epiſcopalia.
3. Num de hiſce omnibus tractandum in Conſiſtoriis?
4. Deciſio negativa quoad poteſtatem eccleſiaſticam internam. num. 5.
6. At nec omnia, quæ ſunt poteſtatis externæ, Conſiſtoriis committenda.
7. Exercitium jurium epiſcopalium quomodo temperandum?
8. Quædam Principes Evangelici ſibi ſolis reſervant.
9. Triplici ſtatu & ordine conſtat Eccleſia.
10. Quædam in Conſiſtoriis tractantur & expediuntur.
11. Ut quæ ſunt legis diœceſanæ & jurisdictionis.
12. Lex diœceſana in quibus negotiis conſiſtat?
13. Et quibus in cauſis jurisdictio?
14. Cauſæ eccleſiaſticæ quænam dicantur?
15. Explicatur exemplis.
16. Controverſiæ de uſuris hodie in foro ſeculari terminantur. num. 17. 18.
19. Cauſa decimarum pro eccleſiaſticâ habetur.
20. Ut & cauſa beneficiorum eccleſiaſticorum ac juris Patronatûs.
21. Relaxatio juramenti in foro politico tractatur. num. 23.
22. Et ab Aſſeſſoribus Cameræ expediri ſolet.
24. Reſcriptum Electorale.

1 CAuſæ Eccleſiaſticæ ex genuino ac
proprio verbi intellectu omnia
comprehendunt negotia Eccleſiæ,
ſive internam ſive externam poteſta-
2 tem concernant; † ſive ad ordinem,
legem diœceſanam, jurisdictionem, vel
etiam ad ſtatum & dignitatem ſpectent, vel-
uti ad quatuor hæc capita referuntur jura
Epiſcopalia univerſa, de quibus ſpeciatim
diximus *ſupr. lib. 1. Defin. 4.* Laurent. Ohm.
in tract. de Jure Epiſcop. §. 15. Johann. Ger-
hard. *in loc. de miniſt. eccleſ. ſect. 5. §. 108.*
3 † Annùm ergò omnes hæ cauſæ ac univer-
ſa jura epiſcopalia in Conſiſtoriis venti-
landa atque tractanda erunt? Non certè
hoc aſſerendum, ne jurisdictionem Conſi-
ſtoriorum nimium extendamus, & pote-
ſtatem eccleſiaſticam internam cum exter-
4 nâ perperam confundamus: Nam † quæ
prædicationem verbi, adminiſtrationem
Sacramentorum & poteſtatem Clavium,
ipſumque Miniſterium reſpiciunt, iis Prin-
cipes & Magiſtratus politici nequaquam
ſe intromittere debent, adeoque nec Con-
ſiſtoria, qui ab illis poteſtatem judicandi
5 obtinuerunt. Sed † ſubſiſtendum in eis,
quæ externæ ſunt poteſtatis eccleſiaſticæ,
cujus ſolius intuitu Principes & Magiſtra-
tus dicuntur Epiſcopi; Ut hinc vere Imper.
Conſtantinus ſcripſerit ad Epiſcopos: *Vos
Epiſcopi in Eccleſia, ego extra Eccleſiam ſeu
templum Epiſcopus à DEO ſum conſtitutus,*
apud Euſeb. *lib. 4. de vitâ Conſtant. cap. 42.*
† At nec omnia, quæ externæ dicuntur 6
poteſtatis eccleſiaſticæ, judicio Conſiſto-
riorum committuntur; Quanquam enim
ex Conſtitutione pacis religioſæ *Anno 1552.*
Paſſavii ſancitâ, & *anno 1553.* Auguſtæ con-
firmatâ, Status Imperii Auguſtanæ Con-
feſſionis in ſuis territoriis ſibi vendicent
univerſa jura Epiſcopalia, in prædictis
quatuor capitibus conſiſtentia, exerciti-
um † tamen eorum ita temperant, ut quæ- 7
dam capita ipſimet non attingant, ſed Ec-
cleſiæ miniſtris relinquant, puta prædica-
tionem verbi & Sacramentorum admini-
ſtrationem, poteſtatem Clavium, examen
eligendorum miniſtrorum, eorumque or-
dinationem, quia hæc ſpectant ad internam
poteſtatem eccleſiaſticam, à quâ meritò
abſtinent, ut diximus *ſupr. libr. 1. definit. 2.*
† Quædam verò ſibi ſolis immediatè re- 8
ſervant, utpote Conſtitutionum eccleſiaſti-
carum promulgationem, Synodorum con-
vocationem &c. quædam rurſus cum con-
ſenſu Eccleſiæ totius adminiſtrant, utpote
electionem & vocationem miniſtrorum.
Etſi enim hæc peragatur jure patronatûs,
neutiquam tamen conſenſus Eccleſiæ, † quæ 9
triplici in ſtatu conſiſtit, eccleſiaſtico ſcil.
politico, & populari, excludi debet: nem-
pe ordo politicus nominat, vocat, præſen-
tat; eccleſiaſticus examinat, ordinat, inſti-
tuit; popularis autem liberò ſuò ſuffragiò
appro-

approbat, *can. Valentinianus. 3. & can. longè. 25. in fin. diſtinct. 63. Ordinat. Eccleſiaſt. Elector. Saxon. tit.* Vom examine aller Kirchen-Diener. §. Alſo iſt auch ꝛc. Erneſt. Cothmann. *Reſponſ. Academic. 42. n. 42.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap 6. num. 15. & ſeq.* Sigismund. Finckelthuſ. *de jure patron. cap. 6. num. 78.* Chriſtoph. Beſold. *in diſſert. po-*
10 *lit. jurid. de majeſt. cap. 4. in pr.* † Quædam denique Principes & ſtatus Evangelici per Conſiſtoriales & Superintendentes peragunt, utpotè Eccleſiarum viſitationem, cauſarum Eccleſiaſticarum dijudicationem, Johann. Gerhard. *dict. ſect. 5. § 112.*

Unde perſpicuum redditur, nequaquam jura epiſcopalia indifferenter in Conſiſtoriis tractari & expediri, ſed dun-
11 taxat † ea, quæ ſunt legis diœceſanæ & juriſdictionis. *cap. dilectus. 18. extr. de offic. judic. ordinar.* Petr. Frideric. Mindan. *de proceſſ. extrah. lib. 1. cap. 10. num. 4. & ſeqq.* Matth. Stephan. *de juriſdict. lib. 3. cap. 15. num. 4. part. 1.* Finckelthuſ. *de jur. patro-*
12 *nat. cap. 4. num. 14.* Conſiſtit autem † lex diœceſana in ſubjectione & reverentiâ, quam omnes de Diœceſi Epiſcopo præſtare obſtricti ſunt, *cap. conquerente. extr. de offic. ordinar.* it. in adminiſtratione & gubernatione rerum atque bonorum Eccleſiæ mobilium atque immobilium, *can. ſic quidam. cum ſeqq. 10. quæſt. 1.* domuum religioſarum adminiſtratione & inſpectione, *tot. tit. extr. de relig. domib.* Ad ju-
13 riſdictionem † vero pertinet Epiſcopalis audientia, vigore cujus Epiſcopus in totâ ſuâ diœceſi cauſas clericorum omnes, laicorum verò ſpirituales duntaxat audiat ac per ſententiam decidat, *l. cum clericis. 25. de Epiſcop. & Cleric. cap. jurgantium. extr. ſentent.*

14 At quænam cauſæ illæ † ſint ſpirituales ſive eccleſiaſticæ, certâ definiri nequit regulâ, ex iis verò, quæ in *Ordin. Eccleſ. dict. tit.* Von beyden *Conſiſtoriis. cap. 7. ſub Rubr.* Was Sachen in das *Conſiſtorium* gehörig / recenſentur, facilè dijudicare licet, in genere autem procul dubio omnes
15 controverſiæ † de ſponſalibus & matrimoniis, cauſæ ſunt eccleſiaſticæ, *cap. multorum. 35. quæſt. 7. cap. accidentibus. 12. extr. de exceſſ. prælat. cap. cauſam. 16. extr. de offic. & poteſt. judic. leg. Ord. Eccleſ. dict. cap. 7.* §. Erſtlich alle Ehe-Sachen / wie ſie Namen haben. *ſupr. libr. 1. Defin. 7.* Andr. Knichen. *de jur. territ. cap. 3. num. 234.* Cypræus *de ſponſal. cap. 14. §. 29. num. 9.* Anton. Faber. *de relig. reg. lib. 2. cap. 9. num. 12.* nec non controverſiæ de † uſuris. *tot. tit.* 16
extr. de uſur. Roland. à Valle *lib. 1. conſil. 85.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 1. quæſt. 16. num. 24.* licet praxis hodierna cognitionem de crimine uſurarum deferat quoque judici ſeculari, † *Receſſ. Imperat. Au-* 17
guſt. de anno 1530. Rubr. Von wucherlichen *contracten.* §. Dieweil aber. *Receſſ. de Anno 1548. eâdem Rubr.* §. Dieweil ꝛc. *de Anno 1501. eâdem Rubr.* §. Nachdem auch. *ibi:* Gebieten auch hiermit allen und ieglichen Geiſtlichen und Weltlichen Richtern / Urtheilern und Gerichten / wann ſolche wucherliche / unziemliche und gefährliche *contracte* an ſie gebracht werden. Reinking. *de regim. ſec. & eccleſ. lib 3. claſſ. 1. cap. 10. n. 49. & ſeqq.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. uſuræ. num. 8.* Ritterſhuſ. *differ. Jur. civil. & canon. lib. 4. cap. 12. pag. 318.* Eoque † in 18
provinciis Electoratûs Saxonici vix quicquam certiùs eſt, ut liquet ex *Ordinat. Torgenſi de anno 1583.* §. Von Wuchern / von wucherlichen *contracten &c.* Controverſias porrò decimarum inter cauſas eccleſiaſticas referri vix † quiſquam dubita- 19
bit. *tot. tit. extr. de decimis. in 6to.* Didac. Covarr. *pract. quæſt. 35. num. 2.* Morla *in Empor. jur. part. 1. tit. 2. juriſdict. in præmiſſ. n. 137.* Vocantur hinc decimæ poſſeſſiones ipſius Dei, *can. revertimini. 16. quæſt. 1.* & patrimonium Chriſti. *cap. cùm ſecundùm. 16. extr. de præbend.* Nec aliud habendum de beneficiis † eccleſiaſticis & jure 20
patronatûs, *tot. tit. & in ſexto, nec non in Clement. de præbend. tot. tit. extr. & in ſexto de jur. patronat. cap. quando. 3. extr. de judic.* de ſuſpenſione Clericorum eorumque depoſitione ſeu deſtitutione, *cap. etſi Clerici. 4. extr. de judic. cap. quærenti. 20. extr. de V. S. cap. tuarum. 11. extr. de privileg. Novell. 15. cap. 1. §. 1.* & quæ ſunt cauſæ ac controverſiæ aliæ, quas *lib. 2.* à nobis tractatas reperire licet.

Sanè cauſam † relaxationis juramen- 21
torum quod attinet, etſi hæc etiam de jure canonico pro eccleſiaſticâ habetur, *tot. tit. extr. & in 6to. de jurejur. cap. novit. 13. extr. de judic.* Attamen hodiè eccleſiaſticis ampliùs non competit poteſtas abſolvendi à juramentis, ad effectum agendi, cùm talia jura Principes propriis reſervare ſoleant auditoriis, Ant. Fab. *de Relig. regend. lib. 2. cap. 9. num. 16.* † 22
Veluti quoque hanc relaxationem exercent Aſſeſſores Cameræ Imperialis, *Ordinat.*

dinat. Camer. part. 2. titul. 24. von *relaxation* der Eyde. Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 25.* Joach. Mynſing. *cent. 3. obſervat. 99.* Reinking. *dict. cap. 10. num. 45. & ſeqq.* Eandemque poteſtatem † ſibi reſervaſſe Sereniſſimum Saxon. Electorem, expeditum
23 reddit *Conſtit. Elect. 36. part. 2. ubi* Dan. Moller. *num. 4.* Johan. Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. num. 429.* & aſſerunt idem de aliis Principibus ac Statibus Imperii. Dauth. *de teſtam. Rubr. de mutand. teſtam. poteſt n. 93. fol. 92.* Gail. *dict. obſervat. 25. n. 2.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 44. n. 10.* Zanger. *dict. cap. num. 428.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wurcenſi, die 23. Januarii, Anno 1622. (Verba* 24
Reſcripti: Wir haben euern den *9. Novembr.* des nächſtverwichenen Jahres eingeſchickten unterthänigſten Bericht/ in Sachen euch und N.N belangende/ unter andern / was maſſen unter dem Schein der weltlichen Gerichte und erlangten Pfarr-Lehen gedachter N.N. und ſein Pfarrer ſich unterſtehen ſollen: 1. Ohne Vorwiſſen und Verordnung des *Conſiſtorii* oder *Superintendent*en Ehe-und Schwängerungs-Sachen zu verhören und zu verabſchieden/ und die Partheyen zu ſtrafen. 2. Uber die Pfarr-und *Diaconats*- Gerechtigkeiten an Gräſerey und Hütung ihres Gefallens zu *paciſcir*en. 3. Mit den *delinquent*en wegen der gewöhnlichen Kirchenbuſſe zu *diſpenſir*en. 4. Die Geſtellung der Zeugen ohne *ſubſidiari*ſche *citation* abzuſchlagen. 5. Unerſucht des *Superintendentens* oder *Conſiſtorii* die Cantzel zu eröffnen. 6. *Cantores* und Organiſten ohne *præſentation* anzunehmen. 7. *In perſonalibus* und *levioribus delictis* vor ſich zu ziehen/ und 8. ohne des *Conſiſtorii* Erkäntniß wiederum abzuſetzen/ nach der Länge vernommen. Wann dann ſolches alles unſer *publicirt*en Kirchen-Ordnung und derſelben einverleibten *generali*en ſo wol *publicirt*en *Edicts* und jüngſten Policey-Ordnung zuwider iſt; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet gedachten N.N. und ſeinen Pfarrer/ nebenſt dem *Diacono* aufs eheſte vor euch beſcheiden / ihnen ſolche verbotene Händel verweiſen / darbey unſer Mißfallen andeuten / und hinführo dergleichen unbefugten Vornehmens ſich gäntzlich zu enthalten / auch angeregter unſerer Kirchen-und Policey-Ordnung / *generali*en und Ausſchreiben in vorerzehlten und allen andern geiſtlichen Sachen gemäß zu bezeigen/ auferlegen/ ꝛc.)

DEFINIT. III.

Paſtores & Perſonæ eccleſiaſticæ exemtæ non ſunt à poteſtate ſeculari: Magiſtratum tamen & Judicem politicum in perſonalibus haut agnoſcunt competentem, ſed conveniri debent in Conſiſtoriis.

SUMMARIA.

1. *Non niſi cauſæ eccleſiaſticæ in Conſiſtoriis tractantur.*
2. *Reſpectu ſcilicet laicorum.*
3. *At Clerici in perſonalibus indiſtinctè in Conſiſtoriis conveniuntur. n. 4.*
5. *Num perſonæ eccleſiaſticæ ſint exemtæ à poteſtate ſeculari?*
6. *Affirmant hoc Canoniſtæ & Pontificii plerique.*
7. *At rectius negant Lutherani Theologi pariter & Politici. n. 8.*
9. *Quod nec diſplicet ſanioribus Pontificiis.*
10. *Non tamen Clerici judicem ſecularem agnoſcunt competentem.*
11. *Nec à Prætore pagano in jus vocari poſſunt.*
12. *Sed Conſiſtoriis jurisdictio in Clericos eſt conceſſa.*
13. *Idque in honorem Miniſterii.*
14. *Quod & juri convenit divino.*
15. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 16.*

1 SOlæ ideoque cauſæ eccleſiaſticæ in Conſiſtoriis tractantur ac ventilantur, *Definit. præced.* non attenta qualitate perſonarum, licet quoad laicos conventos locus detur examini ac indagini, an cauſa ſuſcepta ſit de ſpiritualibus & eccleſiaſticis, † quarum intuitu duntaxat laici forum eccleſiaſticum competens 2
agnoſcunt. Aliter verò ſe res habet in clericis & perſonis eccleſiaſticis vices reorum

3 reorum ſuſtinentibus, quarum † cauſæ hoc ipſo, quod rei ſint Clerici, pro eccleſiaſticis habentur, atque inde non in foro ſeculari, ſed eccleſiaſtico, puta Conſiſtoriis, determinari debent in perſonalibus. *l. cum Clericis. 25. in fin. pr. C. de Epiſcop. & Cler. Auth. ſtatuimus. C. eod. tit. cap. cum contingat. 13. extr. de for. compet. cap. decernimus. 2. extr. de jud.* Et † verbis clariſſimis
4 *in Ordinat. Eccleſ. Sax.* id legitur definitum *ſub. tit.* von beyden *Conſiſtoriis. cap. 7.* was Sachen in das *Conſiſtorium* gehörig. §. alle Sachen / die Pfarrer / Kirchen- und Schuldiener- *vocation*, Amt / Dienſt / Leben / Wandel / *translation, dimiſſion, ſuſpenſion*, Handlung belangende / ꝛc. *Et ſub tit.* von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener / *in pr. verſ.* So ordnen und wollen wir / ꝛc.

5 † Num ergò, inquies, Clerici & perſonæ eccleſiaſticæ erunt exemtæ à jurisdictione ac poteſtate ſeculari? Hoc equidem voluit Bonifacius IIX. Pontifex in hæc ver-
6 ba ſcribens: † *Jure divino & humano Clerici & eorum bona libera ſunt à ſeculari poteſtate. in cap. quanquam. extr. de cenſib.* Et cum eo Canoniſtæ ac Pontificii plerique, quorum partes imprimis tuentur, Bellarm. *in lib. de Cleric. cap. 28.* Soarius. *in defenſ. fidei catholic. adverſus Anglic. ſect. errores. lib. 4.* Gomez. *in §. rurſus. n. 24.*
7 *Inſtit. de action.* At rectiùs † negant Theologi pariter & Politici Lutherani, utroque ex jure evincentes poteſtatem ſecularem & politicam in Clericos ac perſonas eccleſiaſticas, adducentes hanc ad rem text. *Matth. 22. verſ. 21. Marc. 12. v. 13. Tit. 3. verſ. 1. 1. Petr. 2. v. 13. Rom. 13. v. 1. Joh. 19. v. 11. Matth. 17. v. 27. Actor. Apoſt. 25. verſ. 10. l. decernimus. 26. de Epiſc. & Cleric. l. omnes. 16. C. de legib. & conſtitut. princip. l. addictos. 6. l. ſi quis ex conſenſu. 7 & tot. tit. de Epiſcop. audient. Novell. 3. in pr. Novell. 86. Novell.*
8 *123. c. 8.* † Hanceque ſententiam integro tuetur tractatu Henn. Arniſ. *de ſubject. & exemt. Cleric. præſ. cap. 3.* & ſatis dilucidè Johann. Gerhard. *in loc. de Magiſtr. polit. §. 440. ac multis ſeqq.* Frid. Balduin. *de ca-*
9 *ſib. conſc. lib. 4. cap. 12. caſ. 13. & 14.* Nec † diſplicet ea ſanioribus Pontificiis, ut videre eſt apud Didac. Covarr. JCtum Hiſp. Epiſcop. Segobienſ. *pract. qq. cap. 31. n. 2. verſ. contraria opinio.* Innocent. *in cap. 2. extr. de Major. & obedient.* Carol. Molin. *in addit. ad conſil. Alexandr. 8. libr. 1.* Joſeph. de Seſe *in tract. de inhib. cap. 8. num. 11. & ſeqq.* ut ſi quis ulteriorem hujus defenſionem ſuſciperet, ſoli facem addere videretur. Quid ergò eſt, † quod perſonas 10
eccleſiaſticas forum competens in ſolis Conſiſtoriis agnoſcere diximus? Nimirùm licèt Clerici in temporalibus ſubjecti ſint Magiſtratui, nequaquam tamen inde ſequitur, cuivis etiam inferiori Magiſtratui eſſe ſubjectos, † ita ut prætor ſeu judex 11
paganus poteſtatem habeat miniſtros eccleſiæ in jus vocare, vel etiam in vincula conjicere, ſed pro diverſitate ordinum diverſa etiam judicia & dicaſteria reperiuntur conſtituta, ne omnes indifferenter, nobiles ac ignobiles, Clerici ac laici in uno conveniantur tribunali.

† Prudenter ideoque fecerunt Principes 12
& Status Evangelici, quod conceſsâ ſibi per Pacificationem Religioſam jurisdictione Epiſcopali, non immediatè, nec per Conſiliarios politici regiminis eandem exerceant, ſed Paſtoribus Superintendentes præfecerint & Conſiſtoria inſtituerint eccleſiaſtica, in quibus tam eccleſiaſticæ, quam politicæ perſonæ præſident, quibus in clericos certâ determinatione, ordine ac modo jurisdictio eſt attributa, idque in † honorem 13
Miniſterii, veluti apparet ex *Ordinat. eccleſ. ſub tit.* Von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener / *in pr. ibi:* Und damit unſere Kirchendiener ſich vor und neben unſern Unterthanen deſto weniger zu beſchweren / wol aber ihres Amts zu getröſten / und zu erfreuen; und anfänglich / wofern ſie gleich andern unſern Unterthanen in Sachen ihre Perſon betreffende / *actionibus perſonalibus* vor den Gerichten / da ſie der Kirchen dienen / zu Recht ſtehen ſollen / ihnen und ihrem Amt dadurch Verkleinerung erfolgen möchte / ꝛc. † Nec prærogativa hæc ob dignitatem Miniſterii Clericis eſt invidenda; 14
poſtquam etiam D. Paulus accuſationes contra Presbyteros inſtitutas ad Timotheum Epiſcopum deferri juſſerit. *1. Tim. 5. verſ. 19.* Johann. Gerhard. *in loc. de Magiſtrat. polit. §. 440.*

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi & Quæſtori Auguſtoburgico, die 1. Januarii, Anno 1617. (Verba Reſcripti: Was an höchſtermeldten unſern gnädigſten Herrn der Pfarrer zu Dorff Schellenberg N. N. in Schuld-Sachen ihn an einem / und N. N. geweſenen Schöſſer zu N. anders Theils betreffende / *ſupplicando* unterthänigſt gelangen laſſen / ſolches habt ihr inliegende zu 15

 befinden.

befinden. Wann dann *Supplicant* beklagtens Stelle hält/und dahero *in perſonalibus civilibus* dieſe Sache vor uns gehörig/ wir auch allbereit euch *ſub dato* den *9. Decembr.* nächſt- abgelauffenen 1616. Jahres hierinnen die Gebühr befohlen/ ſolcher Befeyl aber bis anhero unabgefodert liegen blieben/ und hierbey gefügt; Als begehren an ſtatt ꝛc. Ihr wollet angedeuteten Befehl gebührlich verrichten/ꝛc.)

Et † *Henrico à* Schönberg in Porſchen *&* Frauenſtein/ *die 30. Auguſti, Anno 1614.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euer an *28. hujus* an uns gethanes Schreiben/ die zwiſchen einem Bürgermeiſter/ Caſpar Richenbergern/ Klägern an einem/ euern Pfarrer *M. A. W.* und dem *Diacono C. H.* Beklagten anders Theils/ entſtandene Irrungen belangende/ verleſen hören. Wann ihr dann darinnen nicht in Abrede/ daß wegen einer von Beklagten Amts halben gethaner Vorhaltung/ und alſo *in mera actione perſonali*, Sie/ die Beklagte/ vor euren Gerichtshalter gezogen werden wollen: Und aber vermöge der Kirchen- und jüngſt *publicirt*en Policey-Ordnung ſolche Klage weder vor euern Gerichtshalter/ noch vor euch ſelbſten/ſondern den *Superintendent*en zu Freyberg/ oder uns gehörig; Als laſſen wir es bey der/an ſtatt höchſtermeldten unſers gnädigſten Herrn an euch und gemeldten *Superintendent*en zu Freyberg den *24. hujus* geſchehenen Anordnung nochmals bewenden/ und tragen/ euch Copey von dem in dieſer Sachen eingeſchickten ſchrifft- oder mündlichen Bericht mitzutheilen/ Bedencken/ möchten wir euch/ dem wir ſonſten ꝛc. nicht bergen/ꝛc.) 16

Definit. IV.

Priusquam in Conſiſtoriis proceſſus admittatur contra perſonas Eccleſiaſticas, tentanda eſt amicabilis compoſitio à Superintendente inter partes litigantes.

SUMMARIA.

1. *Cautè procedendum in litigiis.*
2. *Nec lis judicialis ſuſcipienda absque causâ urgente.*
3. *Penſitandum priùs, num litem ingredi expediat.*
4. *Ante proceſſum amicabilis compoſitio tentanda eſt.*
5. *Maximè inter Clericos & Eccleſiæ miniſtros.*
6. *Communiter præmitti ſolet litigio tentamen concordiæ.*
7. *Quod in Galliâ, Italiâ & Germaniâ frequentisſimum eſt.*
8. *Judicis officium requirit, adhortari partes ad tranſigendum.*
9. *Idque in provinciis Electoratûs Saxoniæ clarè ſancitum.*
10. *Superintendens cum Patrono inter Clericos tentat compoſitionem amicabilem. num. 11.*
12. *Num Superintendenti competat jurisdictio?*
13. *Hoc quidem ſtatuunt, licet malè. n. 20.*
14. *Sola notio competit Superintendenti.*
15. *Forum & locus judicii nequit tribui Superintendenti.*
16. *Partes ſi non admittant compoſitionem, res deferenda eſt Conſiſtorio ad proceſſum. num. 17.*
18. *Invitus ad paciſcendum nemo compelli poteſt.*
19. *Pax eſt bonum perſuaſibile, non compulſibile.*
21. *Quandoque Superintendentes cauſas leviuſculas decidunt.*
22. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
23. *Ejusdem Sententia.*

1 Res profectò periculoſiſſima & maximè ambigua eſt, in arenam litis ac proceſſus judiciarii deſcendere, propter dubium ſcilicet eventum, qui magnis quandoque conſtat expenſis fruſtrà erogatis. Priusquam ergò id fiat, tàm ab ipſis litigantibus quàm à judice prudenter ac providè agendum: Nunquam enim vel reus † 2
fortunæ litigium committat, antequam juſtam

juſtam & urgentem litigandi cauſam penſitaverit, & ex JCtorum conſiliis perſpectam habuerit, ac ſibi proficuam putaverit, Dd. *in l. properandam. 13. §. ſive* ubi Joh. Sichard. *numer. 8. & 9.* C. *de Judic.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 152. num. 6.* Nam
3 ante actionem inſtitutam † cogitare oportet, num litem ingredi expediat, ne properans ſerò pœnitere cogatur, *l. ſi aviam. 3.* C. *de Ingen. manumiſſ. l. 2.* C. *de Acquir. poſſeſſ. cap. 3. verſ. Judex. de pœn. diſtinct. 6. can. induciæ. 3. quæſt. 3. cap. 1. extr. ne* Cler. *vel monach.*
4 Judici verò incumbit † ante proceſſum, amicabilem tentare compoſitionem, haut prudenter ſiquidem fortunæ committitur arbitrio, quod per concordiam poteſt componi, Andr. Knichen. *de Jur. Saxon. cap. 3. fol. 260.* Quin nec in juſtis litigiis facilè Chriſtiani ad altercationem ſe commoveri patiuntur, nec turpe ducunt cedere, quaſi de jure ſuo diffidere videantur, quia ſalubris eſt deteſtatio litium. Quod cùm omnibus indifferenter litigan-
5 tibus dictum ſit, † maximè Clerici & Eccleſiæ miniſtri proceſſum anhelantes id dictum ac ſcriptum ſibi exiſtiment, poſtquam hi longè mitiores ac tractabiliores aliis præſumuntur.

Neutiquam ergò negligenda eſt compoſitio amicabilis, ſi litem adverſus perſonas eccleſiaſticas moveri contingat, eo-
6 que minùs quò frequentiùs † eſt tentamen compoſitionis amicabilis etiam inter laicos, quos Judex ad litigandum in proceſſu haut admittit, antequam tentaverit concordiam, veluti teſtatur de moribus Galliæ Anton. Fabr. *in Codic. lib. 9. titul. 12.* Italiæ Jaſon. *vol. 1. conſil. 35.* Fulgoſ. *conſil. 152.*
7 † & Germaniæ, Ventur. de Valent *in parthen. litigioſ. lib. 2. cap. 4. n. 10.* Eſtque proprium judicis officium, adhortari partes
8 litigantes † ad tranſigendum, *cap. 1. extr. de mutat. petit. cap. ultim. extr. de transact. can. ſi illis. 23. quæſt. 4. cap. querelam 15. extr. de Simon.* Felin. *ad Rubr. de treuga & pace. num. 1.* Matth. Weſenbec. *lib. 1. conſil. 21. numer. 1.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntag. iur. lib. 47. cap. 1. num. 19.* Quin & Legumlatori ac Judici circa amicitiam & concordiam magis, quam circa juſtitiam ſtudendum eſt, Ariſtot. *8. Ethic. 1.* An-
9 ton. de Guevar. *lib. 2. cap. 38.* † Quod & in provinciis Elector. Saxoniæ peculiari ſanctione proviſum, in *Ordin. Proceſſ. judic. tit. 1.*

§. Beſonders aber wollen wir/ *in verbo:* Sondern ſo viel nur immer möglich zuvor verſucht werde/ ob die Partheyen entweder auf billiche Maſſe in Gutem zu vergleichen/ ꝛc. Et quidem in favorem Clericorum Eccleſiæque miniſtrorum partes componendi † ſpecialiter committuntur 10
Superintendenti cujusque Diœceſeos, ut & Patrono, qui intromittere ſe debent, antequam res deferatur ad Conſiſtoria, & proceſſus ibidem petatur, *Ordinat. Eccleſiaſt. tit.* von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener/ *in pr. ibi.* † So ordnen 11
und wollen wir demnach/ wofern ſich zwiſchen unſern Amtleuten/ einer oder mehr unſern Unterthanen gegen einen Pfarrer/ Prediger/ *Diacon* oder *Subdiacon*, zutrüge Speen oder Widerwillen/ daß anfänglich die Sache und Partheyen durch den *Superintendenten* deſſelbigen Orts neben dem Amtmann/ Gerichts-Herrn oder *Collatorn*, woferne derſelbige nicht part/ oder ſonſt der Sachen verwandt iſt/ oder auch zween Schöppen oder Kirchen-Vätern gütlich verhört/ auch unterſtanden werde/ Sie mit wiſſenden und billigen Dingen zu vereinigen/ ꝛc.

† Num ergò jurisdictionem aliquam & 12
poteſtatem jus dicendi in Clericos & Eccleſiæ miniſtros Superintendenti ac Patrono competere dicemus? Multi equidem hoc ipſum ſibi perſvaſum habent, usque adeò, † ut primam inſtantiam ſibi arro- 13
gare haut dubitent quidam Superintendentes, ſed contra rationem juris & intentionem Sereniſſimi Electoris: Nec enim jurisdictio ullibi conceſſa eſt vel Superintendenti vel Patrono in Eccleſiæ miniſtros, † ſed tantummodò notio & cognitio de 14
cauſis litigantium, non ad decidendum, ſed amicabiliter componendum & tranſigendum; quippe tum proceſſum juris dirigere extra forum haut liceat, quod certè † Superintendenti tribui nequit, non ſe- 15
culare ceu perſonæ eccleſiaſticæ minùs conveniens, neque eccleſiaſticum, quod in ſolo Conſiſtorio Clerici ſortiuntur: Subſiſtat ideòque Superintendens in amicabili compoſitione, quæ ſi effectum haut ſortiatur, † ulteriùs progredi non debet, 16
ſed deferenda eſt cauſa ad Conſiſtorium, in quo ſi partes omnem transactionem renuant, ad proceſſum tandem juris devenitur, prout colligere eſt † ex prædictâ 17
ſanctione Electorali, *dict. Ordinat. Eccleſiaſt.*

ſiaſt. tit. von *immunitatibus* und Freyheiten. *& pr. verſ.* Da aber über ſolche Unterhandlung und angewandten Fleiß ſie einander rechtlicher Forderung nicht erlaſſen wolten / ſol der *Superintendens* mit dem Amtmann/Erb-oder Gerichts-Herrn an unſer *Conſiſtorium* gelangen laſſen/was ſie zwiſchen ihnen gehandelt/wie alle Sachen beſchaffen/ und an wem die Gütligkeit erwunden/daſelbſten durch ſie/ unſere *Conſiſtorialen*/ der Partheyen Speen und Sachen/ ſo viel müglich/ gütlich/und ohne Weitläufftigkeit/ auch da die Güte nicht ſtatt fünde/ durch Recht/ doch ohne langen *proceſs ſummari*ſcher Weiſe entſchieden
18 werden ſollen. Nec enim † quisquam invitus ad tranſigendum vel paciſcendum compelli poteſt, *l. 3. §. tametſi. l. diem. §. ſtari. ff. de recept. arbitris. l. ſi quis major. C. de transact. l. ſi dictum fuerit. 56. §. ſi compromiſero. ff. de evict. l. nec emere. C. de jur. deliber.* Bartol. *in l. congruit. ff. de offic. præſid. numer. 4.* Domin. Arum. *lib. 2 deciſ. 11. numer. 72.* Baldus *in l. 7. C. de ſentent.* ubi ait, concordiam ſuaderi, non imperari poſſe,
19 vel quod idem eſt, † pacem eſſe bonum perſuaſibile, non compulſibile. Quod ſi ergò res eò devenerit, ut nulla ſpes amicabilis compoſitionis ſuperſit, rejectis tàm Superintendentis, quam Conſiſtorii monitis & perſvaſionibus, via tum aperienda eſt proceſſui in Conſiſtoriis tractandò.

† Ex quo perſpicuum eſt, de ulla juris- 20
dictione gloriari haut poſſe Superintendentes, licèt conceſſerim, quandoque ab illis de facto eam exerceri in cauſis & negotiis leviusculis, vel inſcio Conſiſtorio vel paululum conniventi, quo lites de rebus minimis inter æditues vel cuſtodes eo citius ſopiantur; Unde tamen ad jurisdictionem ordinariam vel Superintendentibus legitimè competentem nil inferendum. † Idque 21
non aliter ſeſe habere, colligi haut obſcurè poteſt ex *Ordinat. polit. de Anno 1612. Rubr. Conſiſtorial-*Sachen. *numer. 7.* §. Dieweil denn ein jeder. *verſ.* So werden auch die *Conſiſtoria* ſich darnach achten / derer Sachen *cognition*, ſo vor ſie nicht gehörig/ ſich äuſſern/ und in geringſchätzigen Händeln / welche leichtlich durch die *Superintendent*en erörtert werden können/ die Schulmeiſter zu Verhütung der Unkoſten nicht alſobald vor ſich beſcheiden/ ꝛc.

Ita † Conſiſtorium Supremum Henrico à Schönberg in Porſchen- *&* Frauenſtein/ *die 30.* 22
Auguſti Anno 1614. (*Verba Reſcripti:* Wann ihr denn darinnen nicht in Abrede/ daß *in mera actione perſonali* Sie/die Beklagte/ vor euren Gerichtshalter gezogen werden wollen / und aber vermöge der Kirchen- und jüngſt-*publicirt*en Policey-Ordnung ſolche Klagen weder vor euern Gerichtshalter/ noch euch ſelbſten/ ſondern den *Superintendent*en zu Freyberg/oder da die Güte nicht verfangen wil/vor uns gehörig. Als laſſen wir es dabey nochmals bleiben/ꝛc.)

Et † ad conſultationem Friderici Kleiſts zu N. N. *die 26. Maji Anno 1616.* (*Verba Sentent:* 23
Seyd ihr mit euerm Pfarrer wegen etzlicher anzüglichen Reden / ſo für *injurien* angezogen werden wollen/in Streitigkeit gerathen/alſo daß ihr vermeynet. wann ſolche Reden nicht von euch gebührlichen *vindicir*et werden ſolten / euch zu Schmälerung eures guten hergebrachten Namens gereichen möchten. Ob ihr nun wol Vorhabens/ eine Klage deßwegen bey dem Gerichts-Juncker anzuſtellen/ wie ſich dann derſelbe allbereit vernehmen laſſen/ euch *juſtitiam* zu *adminiſtri*ren; Dieweil aber dieſe Sache nicht vor die Weltliche Obrigkeit gehörig/ noch der Pfarr daſelbſten zu ſtehen und ſich einzulaſſen ſchuldig/ſondern alleine vor der Geiſtlichen Obrigkeit belanget werden mag; So wird zuförderſt bey dem *Superintendent*en zu N. N. dieſe Sache angebracht/ und von ihme zwiſchen euch gütliche Vergleichung vorgenommen: Aufn Fall aber dieſelbe ohne Frucht abgehen möchte/ wird ſo dann von unſerm *Conſiſtorio* zu N. N. euch der rechtliche *proceſs* eröffnet/ V. R. W.)

DEFINIT. V.

Jurisdictio Conſiſtorii ſe non extendit ad cauſas criminales, quæ pœnam merentur capitalem vel corporis afflictivam.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Cauſæ criminales inter actiones perſonales referuntur.*
2. *In perſonalibus jurisdictio Conſiſtoriorum eſt fundata.*
3. *Non tamen in cauſis criminalibus.*
4. *Pœnas nihilominus indicunt arbitrarias Conſiſtoria; & quasnam?*
5. *Adducitur hanc in rem Ordinatio Eccleſiaſtica. num. 6.*
7. *Conſiſtoria non altam, ſed paſſam habent jurisdictionem. num. 20.*
8. *Ideòque non decernunt pœnas capitales. num. 9. 10.*
11. *Ratio hujus rei quænam? num. 16.*
12. *Clerici ne interſint judiciis criminalibus.*
13. *Sive ſint inferioris, ſive ſuperioris ordinis.*
14. *Recenſetur hiſtoria de Papâ pœnam ſanguinis dictante.*
15. *Ex quo ſit irregularis.*
17. *Relegatio non decernenda in Conſiſtoriis. numer. 19.*
18. *Unius incluſio eſt alterius excluſio.*
21. *Relegatio indicitur ab eo, qui altam habet jurisdictionem.*
22. *Idem habendum eſt de relegatione temporali.*
23. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. numer. 24. 25.*

1 NOn equidem negaverim, cauſas
criminales inter actiones perſona-
les referri, ut hinc dubitare aliquis
poſſet, annon etiam ratione crimi-
nis commiſſi Paſtores Eccleſiævè miniſtri in
Conſiſtoriis conveniri, ab iisque inquiſitio
2 contra ipſos formari debeat, † cùm in per-
ſonalibus jurisdictio Conſiſtoriorum in Cle-
ricos ſit fundata, *Ordin. Eccleſiaſt. Elector.
Saxon. tit.* Von *immunitatibus* und Frey-
heiten der Kirchen-Diener/ *in pr. ſupr. De-
fin. 3.* Johann. Gerhard. *in loco de Magiſtr.*
3 *polit. §. 440.* Sed excipiuntur † cauſæ cri-
minales ab hâc regulâ, earum ſiquidem in-
tuitu ceſſat jurisdictio epiſcopalis, *Ordinat.
Eccleſiaſt. dict. loc. §.* Was aber ihn. *verſ.*
aber die hohen. *& ſub tit.* Von beyden
Conſiſtoriis, cap. 10. Was für Strafen das
Conſiſtorium und deſſelben *Aſſeſſor*en zu er-
kennen und zu gebrauchen haben ſollen.

Quod tamen non ſimpliciter & indiſtin-
4 cte intellectum velim: Etenim † ſi miniſtri
Eccleſiæ in officio ſuo delinquant, vel talia
committant crimina, quæ pœnas arbitra-
rias & civiles merentur, puta ſuſpenſionem,
remotionem, carcerem aut mulctam arbi-
trariam, jurisdictionem pœnæque dicta-
5 men Conſiſtoriis ademtum nolim, † quin
potius verbis expreſſis hoc iis novimus
conceſſum *in Ordin. eccleſiaſt. dict. cap. 10.*
§. Denn ob ſich wol. *verſ.* ſo ſollen ſie
(*Conſiſtoria nempe*) doch nichts deſtoweni-
ger/ zu Erhaltung Chriſtlicher Zucht/ *ci-
viles pœnas*, nemlich Geldſtrafen *appli-
candas fiſco*, als dem gemeinen Kaſten/
auch Gefängniß zu ſprechen hiermit von
uns Gewalt und Macht haben. Quo † & 6
verba *in pr. dict. cap. 10.* referenda: Son-
dern auch die Verbrechungen auf gebüh-
rende Maß zu ſtrafen/ und ausdrückliche
*pœn*en zu ſprechen. Ideoque in iis ſolum-
modò delictis, quorum pœna eſt capitalis
ſeu corporis afflictiva, ceſſat jurisdictio
Conſiſtoriorum eccleſiaſticorum, vel ut
breviùs dicam † baſſa tantummodò juris- 7
dictio die Erb- und Nieder-Gerichte/ Con-
ſiſtoriis videtur conceſſa, non alta ſeu me-
rum Imperium, die Ober- oder peinlichen
Gerichte/ veluti ſic diſtinguitur jurisdictio
in foro Saxonic. Hieron. Schurff. *cent. 1.
conſil. 26. num. 2.* Matth. Weſenbec. *conſil.
95. num. 2.* Thom. Michael. *de jurisdict.
concluſ. 70.* Tob. Pauermeiſt. *lib. 1. de juris-
dict. cap. 1. num. 14.*

† Quod ſi ergò miniſter Eccleſiæ ita de- 8
liquerit, ut crimen vigore jurisdictionis altæ
ſit vindicandum, pœnaque capitalis aut
corporalis afflictiva infligenda, cognitio
cauſæ ac pœnæ dictamen & executio ad Ma-
giſtratum & judicem ſpectat politicum, ad
quem tùm reus à Conſiſtorio remittitur. † 9
Idque ſat clare deciſum *in Ordinat. Eccleſ.
dict. tit.* von beyden *Conſiſtoriis, cap. 10. §.*
Denn ob ſich wol ihr (*ſcilicet* der *Conſiſto-
riorum*) Erkäntniß nicht auf Leib und Leben
erſtrecket/ welches den Gerichten der
weltlichen Obrigkeit vorbehalten/ rc. *Et* † 10
in Ordinat. polit. de Anno 1612. tit. Von
Conſiſtorial-Sachen. *n. 1. §.* Und weil vors
andere vermöge der *Anno 1580. publicirten*
Kirchen-Ordnung *ſub tit.* von *immunita-
tibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener/
die Schul- und Kirchen-Diener allein in

Real.

Real-Klagen und hohen Freveln in *malefiz*-Sachen / nicht aber in Schuldhändeln und andern *actionibus perſonalibus* von der Weltlichen Obrigkeit belanget werden können; Immaſſen denn ſolches bishero in unſern *Conſiſtoriis* gehalten/ꝛc. Als laſſen wir es bey erwähnten Verordnungen/ Rechten und Herkommen billich bewenden/ꝛc. Rationem hujus ſanctionis ſi
11 quæſiveris, † in promtu eſt hæc, quod jura non permittant, Clericum vel Epiſcopum, cujus perſonam Conſiſtoria repræſentant, intereſſe judiciis criminalibus, in quibus agitur de puniendo reo pœnarumque ſanguinis irrogatione, *cap. clericos. 5. & c. ſententiam ſanguinis. 9. in pr. extr. ne cleric. vel monach.* Tiber. Decian. *in tract. crimin.*
12 *in lib. 4. cap. 9. num. 123.* † in tantum, ut nec quicquam adjumenti vel auxilii pœnarum dictamini & executioni adferri liceat Clericis, *dict. c. clericos & c. ſententiam. 9. ibique.* Gloſſ. & Cononiſt. *extr. ne cler. vel monach.* Felin. *in cap. ſicut dignum. 6. in text. fallent. num. 11. verſ. de clerico autem conſulent. extr. de homicid.* Abbas *in cap. 1. num. 3. verſ. aliàs autem ſi ex reſponſione & conſilio ſuo ſequeretur mors &c. extr. de furt. & in dict. cap. ſententiam. 9. num. 2. verſ. & per hoc infert &c. extr. ne cleric. vel monach.* Idque non tantummodo de Monachis, aliisque inferiorum ordinum Cleri-
13 cis, † ſed indifferenter de perſonis eccleſiaſticis cujuscunque generis, Epiſcopis, Canonicis, quin & de ipſo Pontifice exaudiendum, generalitas textuum evincit. Hinc cùm tempore Pontificis Johannis XXIII. quidam Romanus fuiſſet condemnatus ad
14 mortem, † dixiſſe fertur, ex causâ neceſſariâ ſe velle alloqui Papam Johannem Coſſam Neapolitanum; quod cum Senator ei permiſiſſet, ille damnatus coram Papâ dixit: Si tu vis me decapitari facere, ego non ſolùm dignus iſtâ pœnâ, ſed es dignus tu, quia es Papa, & majora crimina commiſiſti; propter quod Papa indignatus, mandavit Senatori, ut eum decapitaret; quô auditô ille damnatus exclamavit: Papam eſſe irregularem, quia mandâſſet hominem occidi; & tamdiu ſuper irregularitate Papæ clamavit, donec rurſus liberaretur: Idque propterea, ne diceretur Pontifex irregularitatem contraxiſſe, referente Paride de Puteo *in tract. de ſyndicat. verb. pœna. verſ. an ſi Judex num. 1. pag. 689.* Felin. *in cap. ſi quando. 5. n. 3. & 5. extr. de reſcript.* ubi addit, † ſi pro- 15
priis manibus Papa aliquem occideret, fieri ipſum ſtatim irregularem, ex Bald. *ita cap. 2. in fin. extr. de major. & obedient.* Ita ſcilicet religioſi fuerunt Pontifices in dictandâ ſanguinis pœnâ, ut homines ſui ordinis a dictamine prorſus abſtinere juſſerint, † 16
cujus rei veſtigia in Conſiſtoriis & exercitio jurium epiſcopalium etiam apud Status Evangelicos adhuc cenſentur relicta.

Quid verò habendum de indictione relegationis, num hæc in Conſiſtoriis poterit decerni? Non certè exiſtimaverim, † tum 17
quod Ordinatio Eccleſiaſtica certas referens pœnas in Conſiſtorio dictandas, haut mentionem faciat relegationis, *dict. tit.* Von beyden *Conſiſtoriis, cap. 10.* §. Denn ob ſich wol. Ideoque eam videtur excluſiſſe juxta illud vulgatum, † quod incluſio unius ſit 18
alterius excluſio, *l. enim prætor. 12. ff. de judic. l. maritus. 20. C. de procurat.* Tiber. Decian. *lib. 7. conſil. 64. num. 11.* tùm quòd ambiguum ferè ſemper ſit, an non pro ratione circumſtantiarum † in ejusmodi cri- 19
mine, quòd relegatione coercetur, ad pœnam fuſtigationis vel amputationis manûs deveniatur, ut hinc cognitio criminis haut tutò in Conſiſtoriis ſuſcipiatur. Tum † 20
quia paſſa ſolummodò, non alta jurisdictio competit Conſiſtoriis, ut diximus *lib. 2.* Atqui pœna relegationis ab eo duntaxat judice poteſt decerni, † qui altam habet ju- 21
risdictionem, die Obergerichte/ prout demonſtratum dedimus *in pract. crimin. part. 3. quæſt. 109. n. 57. ex Ordinat. Provinc. de Anno 1555.* Was zu Ober-Nieder-oder Erbgerichte gehörig/ *in verb. initial.* Was hohe Brüche ſeyn/ welcher Strafe Halß-Hand- und andere Leibes-Strafe / oder auch Verweiſung betrifft/ꝛc. Idque non modò de perpetuâ ſed & † temporali re- 22
legatione accipiendum diximus ob textûs generalitatem *in allegat. quæſt. 109. numer. 58.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Quæſtori Freybergenſi, die 30. Julii Anno 1623.* 23
(*Verba Reſcripti:* Was an höchſtgedachten unſern gnädigſten Herrn N. N. Kirchner zu *S. Nicolai* bey euch wegen des zwiſchen ihm und N. N. angeſtellten *Injurien-proceſs* unterthänigſt gelangen laſſen / das habt ihr inliegend zu befinden. Wann dann *Supplicant in perſonalibus actionibus*, auſſer den hohen *malefiz*-Sachen / vor niemand als vor Uns zu ſtehen und zu antworten ſchuldig/ꝛc.)

Item † *Johanni Henrico à* Schönberg in Limbach/*die 13. Maij. Anno 1612.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern eingeſchickten Bericht/in Sachen N. N. und den Schulmeiſter zu Limbach/neben bemeldtes N. N. *Proteſtation*-Schreiben verleſen hören. Wann dann daraus zu befinden/daß der Kirchner nichts Peinliches verwürcket/dahero vor uns alleine er in ſchlechten *Perſonal*-Klagen dingpflichtig; Als laſſen wir es ſeiner N. N. nichtigen *proteſtation* ungeachtet bey unſerm am *28. Jan.* jüngſthin ergangenen Befehlich bewenden / und ihr werdet nunmehr das eingeholte Urthel ſchleinig zu *exequi*ren wiſſen / ꝛc.) 24

Et † *M. S.* zu N. *die 21. Maij. 1611.* (*Verba Reſcripti*: Dieweil *Supplicant* nicht *civiliter* auf die Ehe-Scheidung/ſondern *criminaliter* wider ſein Eheweib geklaget/ wird er ſolche Klage bey ihrer ordentlichen Obrigkeit anzubringen wiſſen/ ꝛc.) 25

Definit. VI.

Cuſtodes quoque & ludimoderatores, aliique Eccleſiæ miniſtri hoc fori privilegio gaudent, ut in perſonalibus tantummodò coram Conſiſtoriis conveniantur.

SUMMARIA.

1. *Paſtores forum ſortiuntur in Conſiſtoriis.*
2. *Quod & obtinet in uxoribus Paſtorum.*
3. *Idemque retinent forum viduæ Paſtorum.*
4. *De jure Saxonico vidua liberatur à tutelà per mortem mariti.*
5. *Sed ejus dignitatem ac domicilium retinet, usq; dum alii nupſerit.*
6. *Liberi quoq; Paſtorum privilegiato patris foro gaudent. n. 8.*
7. *Quamdiu non proprium contraxerint domicilium.*
9. *Cuſtodes quoq; & miniſtri Scholarum in Conſiſtoriis conveniendi.*
10. *Fundamenta & rationes hujus ampliationis. n. 11. 14.*
12. *Æditui & ludimoderatores ſub nomine Clericorum comprehenduntur.*
13. *Cuſtodes Eccleſiæ inſerviunt.*
15. *Identitas rationis idem jus efficit.*
16. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. numer. 17. 18.*

FOrum ergò competens ſortiuntur Paſtores & Diaconi in oppidis pariter ac pagis tantummodo in Conſiſtoriis, ſi perſonali actione conveniuntur, exceptis tamen cauſis criminalibus, ubi pœna capitalis ac gravior venit infligenda, veluti hactenus demonſtravimus. † Idemq́ue in conjugibus ipſorum obtinet, quoniam uxor ſequitur forum mariti, & cum eo cenſetur habere idem domicilium, *l. ult. C. de incol. lib. 10. l. imperatores. 38. §. item reſcripſerunt. 3. ff. ad municipal. l. mulierum. 5. ff. de rit. nupt. l. 1. §. domum. 2. ff. de lib. agnoſc.* † quod & in viduitate retinet, donec usque alteri nupſerit, ejusq; conditionem & domicilium fuerit ſecuta. *dict. l. ult. C. de incol. lib. 10. l. mulieres. 13. C. de dign. libr. 12.* à quo alienum haut eſt jus Saxonicum, † quo quidem vidua ratione tutelæ à defuncti mariti jure ac poteſtate dicitur liberata, Landrecht *lib. 1. art. 45. verſ.* Wenn er aber ſtirbet/ *& lib. 3. art. 45. verſ.* Und nach ſeinem Tode / quoad dignitatem verò, † ſtatum & domicilium etiam in provinciis Saxonicis retinet ejusdem jura, donec ad ſecundas nuptias convolaverit, ut diximus *in Jurisprud. Forenſ. ad Conſtitut. Electoral. 31. Definit. 11. num. 5. part. 1.* 5

Nec aliud habendum † de liberis & familiâ Paſtorum, liberi ſiquidem domicilium ac forum patris ſequuntur, *l. 3. C. de municip. & origin. l. aſſumtio. 6. §. 3. ff. ad muncip. l. libertus. 17. §. 11. ff. eod. tit.* Johann. Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. n. 8.* Cyn. *in l. juris ordinem. numer. 3. C. de jurisdict.* Socin. *in Rub. ff. ſolut. matrimon.* quamdiu ſcilicet apud patrem degant, † nec emancipati ſint, vel proprium contraxerint domicilium, de quo ex animo & voluntate ipſorum eſt dijudicandum, 6 7

l. ejus.26.§.Celſus.2.ff. ad municip.l. nullus.4. C. de diverſ.offic.& appar.judic.lib. 12.l. poſtliminii.5.ff. de captiv. & poſtlim.reverſ. Jac. Menoch. *de arbitr.judic. quæſt. lib. 2. cent.1. cap. 86.num.2.* Tiber. Decian. *in tractat.crimin.lib. 1. cap.16. numer. 8.* quamdiu ergò in domo patris educantur liberi, ex proprio etiam facto patris forum ſortiuntur,
8 † quia ex diuturnâ commoratione domicilium intelligitur contractum, *l.pupillus. 239. §. incola.ff. de V. S.l. domicilium. 28. ff. ad municipal.* junct. Gloſſ. *ult. verb. inter abſentes in l. fin. C. de præſc. long. temp.* Felin. *in cap.dilectus. numer. 11. extr. de Reſcript.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 1.num. 36. & 37.* Menoch. *dict. caſ. 86.n. 1. 2. & ſeqq.*

Cæterùm quæ de Paſtoribus, eorum-
9 que familia dicta hactenus fuere, † in cæteris quoque miniſtris Eccleſiæ & Scholæ, puta Æditūis ſive Cuſtodibus, Ludimoderatoribus, Cantoribus, Organicis &c. obtinent. Nam & hi æquè unà cum familiâ ſuâ forum in Conſiſtoriis tantummodò eccleſiaſticis competens agnoſcunt, nec coram Magiſtratu ac judice politico in perſonalibus conveniri queunt, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 1.*
10 *cap. 15. num. 7.* (1.) † per text. ſatis expreſſum *in Ordinat. eccleſiaſt. ſub tit.* Von beyden *Conſiſtoriis, cap.7.* §. Alle Sachen/ die Pfarrer/ Kirchen- und Schul-Diener/ *Vocation*, Amt/ Dienſt/ Leben/ Wandel/ *translation, dimiſſion, ſuſpenſion*, Handlung und Verbrechung belangen. *Et* §. Der Küſtere oder anderer Meyterey oder un-
11 ordentliche Sachen/ ꝛc. † it. *in Ordin. polit. de Anno 1612. tit. Conſiſtorial*-Sachen/ *num. 2.* §. Und weil vors andere. *verſ.* Die Schul- und Kirchen-Diener/ ꝛc.

(2.) Ex quo etiam miniſtri Eccleſiæ ac Clerici ſolis ſubſunt Conſiſtoriis, ut hactenus demonſtratum fuit, † hoc ipſo ſanè de 12
miniſtris Scholarum, Organicis, quin & Cuſtodibus idem aſſerendum, ſiquidem hi omnes nomine Clericorum comprehenduntur, *can. clericos. in pr. & §. Cantor. diſtinct. 24. dict. Ordinat. polit. allegat. tit.* §. Und weil vors andere. *verſ.* dieſelben auch ohne das *de jure Canonico ſub minimo Ordine Clericorum* begriffen. Quin & Cuſtodes ſive Æditūos † Eccleſiæ inſervire, 13
adeoque ſub nomine miniſtrorum Eccleſiæ comprehendi, expeditum reddit *Ordin. Eccleſ. in articul. general. 40.* §. Mit der Vieh-Hut. *verb.* Denn weil ſolche Perſonen (*nempe Cuſtodes*) zum Kirchen-Dienſt beſchieden und verordnet ſind. *Et* §. Als auch der Glöckner. *verſ.* Damit nun am Kirchen-Dienſte kein Mangel ſey/ ſo laſſen wir hiermit nach/ daß die Kirchner/ ꝛc. (3.) † Neque ratio privile- 14
giati hujus fori in perſonis ejusmodi ceſſat, reſpectus ſcilicet officiorum eccleſiaſticorum ne hic offendatur, ſi judici ſeculari poteſtas in Clericos competeret ulla, *Ordinat. Eccleſiaſt. ſub tit.* Von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener. *verb.* Wofern ſie gleich andern unſern Unterthanen in Sachen ihre Perſon belangend/ *actionibus perſonalibus* vor den Gerichten/ da ſie der Kirchen dienen/ zu Recht ſtehen ſolten/ ihnen und ihrem Amt dadurch Verkleinerung erfolgen möchte/ ꝛc. ut hinc ſaltem † ex identitate ratio- 15
nis ad miniſtros Scholarum & Cuſtodes firmiter liceat inferre, *argum. l. illud. quæſitum eſt. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. quædam. 9. §. numularios. 2. ff. ad Leg. Aquil. l. his ſolis, 7. C. de revocand. donat.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Petro ab Helbisdorff* in Seiffersdorff *die 13. April. An. 1614.* 16
(*Verba Reſcripti:* Was an uns unſer lieber *Collega* Herr *D. Paulus Laurentius* Pfarrer und *Superintendens* allhier/ wegen des Schulmeiſters im *Filial* Schönbrunn/ welchen ihr auf des *Diaconi* zu Radeberg Anklagen mit Gefängniß-Strafe beleget haben ſollet/ gelangen laſſen/ ſolches habt ihr inliegende zu befinden. Wann dann Inhalts jüngſt-erledigter Land-Tags-Gebrechen/ *tit.* von *Conſiſtorial*-Sachen. *fol. 5.* gedachter Schulmeiſter/ auſſerhalb der hohen peinlichen Fälle/ in Sachen/ welche ſeine Perſon betreffen/ niemands Botmäßigkeit/ als des Obern-*Conſiſtorii* unterworffen/ ſo hätte euch/ da es ſich angezogener Maſſen verhält/ nicht gebühret/ denſelben ohne unſere Anordnung in Hafft zu nehmen/ vielweniger ihme einige *Caution* oder Vorſtand abzudringen; Begehren demnach an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns/ ihr wollet euch hinführo dergleichen unbefugter Begünſtigung enthalten/ ꝛc.)

Item † *Superintendenti & Quæſtori Chemnicenſi die 30. Maji Anno 1621.* (*Verba Reſcripti:* 17
Wir haben eure abſonderliche Berichte und *Acta* in Sachen den Schulmeiſter zu Ditzmansdorff betreffende/ verleſen hören. Wann dann die *Cuſtodes* vermöge der Policey-Ordnung *in perſonalibus* vor dem *Conſiſtorio* zu belangen/ euch dem Schöſſer auch wider N. N. zu *procedi*ren nicht befohlen worden/ ꝛc.)

Et

Et † Nā L. die 23. Auguſti Anno 1636. (Verba Reſcripti: Was maſſen M. B. Schulmei- 16
ſter zu R. über H. P. zu H. wegen der von euch angeſtellten Action eines depoſiti ſich
zu beſchweren und bitten thut/ das habt ihr hierbey zu befinden. Wann dann der-
gleichen Perſonal-Klage wider Supplicanten vor uns gehörig; So iſt hierauf an
ſtat Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ihr wollet klagenden G. beſcheiden/
daß/ wenn er ſupplicirenden Schulmeiſter Anſpruchs nicht erlaſſen wolte/ daß er
vor uns denſelben belangen/ und ſo dann gebührliches Beſcheides gewarten ſol-
le/ interdeſſen aber ihr wider Supplicanten in Ruhe ſtehen/ ꝛc.)

DEFINIT. VII.

Non gaudent foro Conſiſtorii privilegiato miniſtri Eccleſiæ in actionibus realibus, ſed coram judice ſeculari, ſub quo res ſitæ ſunt, conveniuntur.

SUMMARIA.

1. *Univerſale non eſt privilegium fori Conſiſtorialis.*
2. *Miniſtri Eccleſiæ ſunt etiam membra Reipublicæ.*
3. *Ratione bonorum mobilium in Conſiſtorio conveniuntur.*
4. *Ratione verò immobilium in foro ſeculari, ubi ſunt ſita.*
5. *Fundamenta hujus aſſertionis, n. 6.*
7. *Privilegium fori ad res alibi ſitas ſe non extendit.*
8. *Sed ſtrictiſſimè eſt interpretandum.*
9. *Bona ſtatutis cujusq; loci ſunt ſubjecta.*
10. *Reſpectu bonorum patrimonialium miniſtri Eccleſiæ non ſunt privilegiati.*
11. *Nec immunes à tributis & oneribus publicis.*
12. *Executio in Paſtoris immobilia à judice fit ſeculari.*
13. *Reſcriptum Electorale.*
14. *Conſiſtorii ſupremi Reſcriptum.*
15. *Ejusdem Sententia.*

MUltùm † profectò errant, qui fo-
rum in Conſiſtoriis competens
ac privilegiatum indifferenter
miniſtris Eccleſiæ aſſignatum
exiſtimant, cùm tamen ad ſolos contra-
ctus, crimina haut atrocia, & perſonales
actiones ferit reſtrictum, *ſupr. Defin. 3. &
5.* ſanè quia perſonæ eccleſiaſticæ non ſo-
lum ut miniſtri Eccleſiæ, † ſed etiam ut
membra & partes Reipublicæ conſide-
rantur; quo ultimo reſpectu duo in illis
conſideranda ſunt, perſonæ & fortunæ, ſi-
ve facultates temporales: perſonarum
ſuarum intuitu quidem forum regulariter
in Conſiſtoriis ſortiuntur, etiam quoad
res mobiles, ſiquidem hæ † oſſibus dicun-
tur adhærere ejus, cujus ſunt, ubicunque
etiam terrarum inveniantur, Matth. Col.
de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. n. 250. Jacob.
Schult. *par. 1. quæſt. pract. 39. n. 12.* ita ut non
magis à perſonâ ejus ſeparari queant,
quàm anima ſeparari poteſt à vivo cor-
pore, Col. *d. cap. 3. n. 240. verſ. adeò ut mo-*
4 *bilia.* At † quoad res immobiles & actio-
nes reales privilegio hujus fori miniſtri
Eccleſiæ nequaquam gaudent, ſed jure
conveniuntur in foro & loco ſeculari, ſub
quo bona ſint ſita, Joh. Gerhard. *in loc. de
Magiſt. polit. §. 440. pag. 1236. in fin.* Frider.
Balduin. *de caſ. conſc. lib. 4. cap. 12. caſ. 14.*
Theod. Reink. *de regim. ſec. & eccleſ. lib. 3.
claſſ. 1. cap. 10. n. 14.* (1.) † per text. clarum & 5
expreſſum *in Ordin. Eccleſ. Elect. Sax. ſub
tit.* Von *immunitatibus* und Freyheit der
Kirchendiener. §. Was aber ihn und ih-
rer Weiber angefallene oder erkauffte ei-
genthümliche Erb-Güter und dergleichen
Actiones reales, dingliche Sprüche und For-
derung betrifft/ ſollen unſere Kirchendie-
ner an Orten/ da andere unſere Unter-
thanen ſchuldig ſeyn/ Recht zu nehmen
und zu geben/ deren Auſtrag gewarten.
† *Et in Ord. polit. de anno 1612. tit.* Von *Con- 6
ſiſtorial*-Sachen *n. 2.* §. Und weil vors an-
dere vermöge der *Anno 80. publicirten* Kir-
chen-Ordnung *ſub tit.* Von *immunitatibus*
und Freyheiten der Kirchen-Diener/ die
Schul- und Kirchen-Diener in allen *Real*-
Klagen und hohen Freveln oder *Malefiz*-
Sachen/ nicht aber in Schuld-Händeln
und andern *Actionibus perſonalibus*, von
der weltlichen Obrigkeit belanget werden
können/ ꝛc. (2.) † Neque privilegium
fori ad res ſub jurisdictione alienâ ſitas 7
ſeſe extendit, *argum. l. ſi arrogator ff. de
adoption. l. juriſperitos. §. cum oriundus, ff.*

de excuſat. tutor. l. pupillo. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. † quin potius ſtrictiſſimè eſt interpretandum. *cap. cum dilectus. §. quia nobis. extr. de conſvet.* Socin. ſenior *vol. 1. conſil. 31. n. 1.* Panormitan. *in cap. propoſuiſti. 19. n. 2. verſ. ad idem textus. extr. de for. competent.* Jaſon. *in l. qui ſe patris. v. ego autem ex deciſione Baldi &c. C. unde liberi.* Stephan. Gratian. *deciſ. 45. num. 14.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 20. num. 168.* Idque
9 ipſum eſt, † quod vulgò dicitur, bona ſtatutis jurisdictionis ejus loci, in quo ſunt ſita, ſubjecta eſſe, Alexand. *lib. 1. conſil. 16. num. 1.* & ibid. Molin. *in addit. ſub lit. P. ad verba in aliis.* Natta *conſil. 148. num. 1. verſ. ſed in caſu noſtro.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 31. num. 47.* Valaſcus *conſultat. 182. n. 14.*
10 † (3.) Ratio porrò hujus ſubjectionis obſcura haut eſt, ſuſtinent namque miniſtri Eccleſiæ reſpectu bonorum ſuorum perſonam privati, quorum intuitu cives æquè ſunt Reipublicæ atque alii, quare privilegium fori ipſis ratione officii eccleſiaſtici indultum ad bona immobilia & actiones reales nequaquam extendi debet, Frid. Balduin. *dict. caſu 14. pag. 1288.* Theod. Reink. *dict. loc.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. n. 207.* Parſ. *part. 3. conſ. 40. n. 24.* Dauth. *de teſtam. n. 171.* Jac. Schult. *obſerv. 25. n. 19.* † Atque hinc etiam 11
ratione bonorum patrimonialium immunes haut ſunt à tributis & oneribus publicis, Gerhard. *dict. §. 440. pag. 1238.* Baduin. *allegat. loc.* Pariſ. *dict. conſil. 40. n. 24.* Reink. *dict. cap. 10. n. 15.*

Conſequitur inde porrò, † ſi contingat, 12
actione perſonali conventum Eccleſiæ miniſtrum in Conſiſtorio convictum & condemnatum fuiſſe, ita ut ad executionem in bona ejus immobilia ſit procedendum, judicis ſecularis brachium & poteſtatem implorandam eſſe, quò ſententiam in Conſiſtorio latam per executionem in effectum deducat, veluti apparet *ex verb. dict. Ordin polit. de Anno 1612. tit.* Von *Conſiſtorial-*Sachen. *n. 2.* §. Und weilvors andere. *verſ.* Jedoch daß jederzeit auch in Schuldſachen aus unſern *Conſiſtoriis* dem Gerichts-Herrn die *execution* wider obberührte Perſonen aufgetragen werde.

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti Zwickavienſi die 29 Febr. Anno 1632. 13
(*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer unterthänigſter Bericht den Pfarrer zu N. N. *C. H.* belangende/ wegen der Schuldforderung/ damit er dem Rath zu Crimmitſchau verhafftet/ gebührlich vorgetragen worden. Wann wir dann geſchehen laſſen können/ daß ſich gedachter Rath dißfalls/ weil es *immobilia* betrifft/ ihrer Gerichte/ Inhalts unſerer Kirchen-Ordnung/ gebrauchen mögen: Als laſſen wir es bey der in den Stadt-Gerichten angeſtellten *execution* bewenden/ gnädigſt begehrende/ ihr wollet die Partheyen darauf beſcheiden/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium ſupremum Quæſtori Haynenſi die 18. Julii Anno 1617.* (*Verba Reſcripti:* 14
Was maſſen uns *Johannes Albertus* allhier in beſtätigter Vormundſchafft Marien Rollin/ wegen einer wider den Schulmeiſter zu Breitz Baſilien Dreiſſern angeſtellten *reconvention-*Klage/ welche ihr anzunehmen Bedencken tragen ſollet/ *ſupplicando* angelanget/ ſolches habt ihr inliegende zu befinden. Wann dann die Kirchen- und Schul-Diener *in actionibus realibus* gleich andern Unterthanen vor denen Gerichten/ unter welchen die Güter gelegen/ Recht geben und nehmen müſſen; Als werdet ihr nach Befindung euch zu bezeigen wiſſen/ ꝛc.)

It. † *ad requiſitionem M. V.* zu *A. die 17. Jan. Anno 1617.* (*Verba Sententiæ:* Hat ihr den 15
Pfarrer des Orts wegen einer *ſervitut*, ſo auf ſeinem eigenthümlichen Hauß euch zuſtändig/ von ihme aber anitzo ſolche verwehret werden wil/ belanget/ und deßwegen vor dem Rath daſelbſt eine Klage erhoben. Ob nun wol Beklagte *exceptionem fori declinatoriam* vorſchützen wil/ mit vorgeben/ daß er als ein Geiſtlicher und *Clericus* nur allein im *Conſiſtorio* zu belangen: Dieweil aber ſolche *exceptio in perſonalibus actionibus* ſtatt findet/ auf die *actiones reales* aber/ dergleichen anitzo vor euch *intendi*ret worden/ keines weges zu *extendi*ren/ geſtalt denn ſo ferne auch die Geiſtlichen vor der weltlichen Obrigkeit das Recht geben und nehmen müſſen; So hat ſich Beklagter dieſem nach mit ſeinem Einwenden nicht zu behelffen/ ſondern er wird damit billich abgewieſen/ V. R. W.)

DEFINIT. VIII.

Defuncto Eccleſiæ miniſtro, mobilia ejus ſecundum ſtatuta laicorum, ſeu loci, ubi commoratus eſt, dividi debent

SUM-

SUMMARIA.

1. *Immobilia defuncti dividenda ſecundùm ſtatuta loci,*
2. *Quamvis alibi habuerit ſuum domicilium.*
3. *Statuta non niſi ſubditos obligant.*
4. *Per conſequentiam tamen rerum ſituatarum forenſes etiam illis obſtringuntur.*
5. *Quo intuitu forenſes & Clerici habentur pro ſubditis illius Magiſtratûs.*
6. *Res mobiles poſt obitum patris num ſecundum ſtatuta loci ſint dividenda? n.20.*
7. *Miniſtri Eccleſiæ coram Epiſcopo forum ſortiuntur.*
8. *Statuta haut obligant non-ſubditos.*
9. *Mobilia ſequuntur perſonam.*
10. *Statuta civitatis vel laicorum quando obligent Clericos? n.11.*
12. *Deciſio quæſtionis affirmativa.*
13. *Refellitur objectio contra hanc deciſionem prolata.*
14. *Ratio & fundamentum deciſionis.*
15. *Clerici quatenus ſubjecti Magiſtratui ſeculari, n.16.*
17. *Quod in favorem alicujus introductum, id in odium ejus retorqueri non debet.*
18. *Profeſſores tamen & ſtudioſos ſtatuta Magiſtratûs oppidani non ligant.*
19. *Quænam ratio diverſitatis?*
21. *Decretum Conſiſtorii ſupremi.*

1 QUoad immobilia bona vix quiſquam dubitabit, quin defuncti hereditas dividi debeat ſecundum ſtatuta loci cujuſque, in quo ſita ſunt, quia regulariter in ſucceſſione immobilium ſtatuta loci veniunt
2 attendenda, † quantumvis defunctus alibi ſuum habuerit domicilium, Dd. *in l.1. C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol.* Hartman. Piſtor. *obſerv.55.n.1.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part.1.c.3.n.244.* Johann. Köppen. *deciſ. 13. num. 9.* Andr. Gail. *lib.2. obſervat. 124. circa finem.* Natta *conſil. 148.* Andr. Rauchbar. *part.1. quæſt.17. num. 11.* Nimirum etſi ſta-
3 tuta localia † non niſi ſubditos obligent, nec vires ſuas ad alios extra territorium extendant, Alexand. *lib.1. conſil.128. num. 1.* Johann. Dauth. *in tract. de teſtam. num. 66.* Henning. Göden. *conſil.37.n.1. & 2.* res tamen aliter ſe habet quoad bona in territorio ſtatuentium ſita, quæ cùm per ſtatutum
4 afficiantur, fieri inde haut poteſt, † ut non etiam domini rerum, quantumvis alibi ſuum domicilium habentes, ſaltem per conſequentiam ſtatuti illis obſtringantur, *argum. l.2. & l.ult. C. ubi in rem actio.* Bartol. *in l.1. in 7. quæſt. C. de ſumm. Trin. & fid. cathol.*
5 Alexand. *lib.6. conſil.19. num.3.* † quo intuitu etiam forenſes & extraneos, ac per conſequens clericos quoque ratione domicilii ſubditos illius Magiſtratûs, ſub quo bona immobilia ſunt ſita, non ineptè quis dixerit cum Hieron. Schurff. *cent.2. conſil. 26. n.2. verſ. & confirmatur, quia ſtatutum &c.* Gozadin. *conſil.49. n.9.* Andr. Gail. *dict. obſerv.124. n.14.*

6 † Sed quoad diviſionem rerum mobilium res non adeò videtur expedita, poſtquam ſtatuta laicorum, ex quorundam opinione clericos haut ligent. Bartol. *in Auth. Caſſa. num. 2. C. de SS. Eccleſ.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 32.* † Et cum miniſtri Ec- 7
cleſiæ Magiſtratui ſeculari illius loci, ubi degunt, haut pareant, ſed coram Epiſcopo forum ſortiantur, *l. cum clericis. 25. in fin. pr. C. de Epiſc. & Cler. cap. cum contingat. 13. extr. de for. compet. cap. decernimus. 7. extr. de judic.* utique nec obligare poterunt ſtatutis Magiſtratus ſecularis, † quippe quæ ex 8
defectu poteſtatis ad non-ſubditos haut pertinent, nec eos conſtringunt, *l. omnes populi. 9. ff. de juſt. & jur. cap. à nobis extr. de ſent. excomm.* Baldus *in l. ult. ff. de jurisdict.* Virgil. Pingitz. *quæſt. Saxon. 29. numer. 50.* adeoque nec ad diviſionem rerum mobilium accommodari poſſunt, † quia hæ perſonam ſequuntur & domicilio adhærent, 9
ceu acceſſorium ſuo principali, *l. nam quæ acceſſionum. 2. ff. de pecul. legat.* vel tanquam eſſentiale quoddam rei ſuæ, quam conſtituunt, *l. juris gentium. 7. §. adeo autem. 6. in pr.* junct. Gloſſ. *ibidem in verbo: ex eodem ff. de pact.*

Sed pro certo præſumitur, quod ſcru- 10
pulo non caret, † ſtatuta nempe civitatis & laicorum clericos haut obligare. Quod licet conceſſerimus in caſu, quo ſunt ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam, prout hoc limitat poſt Bartol. & Cyn. Andreas Gail. *lib. 2. obſerv. 32. num. 1.* per text. *in Auth. caſſa. C. de SS. Eccleſ.* longè tamen aliter res ſe habet in † ſtatutis, quæ non tendunt 11
contra libertatem eccleſiaſticam, quibus & clericos obligari firmiter tenet Bartol. *in l. cunctos populos. num. 28. & 29. C. de ſumm. Trin. & fid. cathol.* & poſt eum Modeſt. Piſt. *part. 1. quæſt. 41.* Matth. Coler. *part.2. deciſ. 284. & de proceſſ. execut. part. 1. cap.3. n.202.*

12 Quod ſi ita eſt, uti reverà eſt, † quis non dixerit, diviſionem hereditatis quoad mobilia poſt obitum miniſtri Eccleſiæ inſtituendam fore ſecundum ſtatuta civitatis, in qua officio functus eſt eccleſiaſtico, veluti in Scabinatu Jenenſi pronunciatum refert Coler. *dict. deciſ. 284.* quod & probavit D. Badhorn. & Modeſt. Piſt. ut
13 apparet *ex traditis* Piſtor. *quæſt. 41.* † nec deciſionem hanc reddere ambiguam valet privilegium fori, quod ſortiuntur miniſtri Eccleſiæ in Conſiſtoriis, ac proinde magiſtratui oppidano haut ſubjecti cenſentur, nec ſtatutis ejusdem obligari poſ-
14 ſunt. Ex quo enim regulariter † perſonæ eccleſiaſticæ à poteſtate Magiſtratûs ſecularis exemptæ haut ſunt, ut diximus *ſupr. Definit. 3. numer. 7.* Frider. Balduin. *in caſ. conſcient. lib. 4. cap. 12. caſ. 13. & 14.* Johann. Gerhard. *in loco de Magiſtr. polit. §. 449. & ſeqq.* fundata hoc ipſo eſt procul dubiò jurisdictio Magiſtratûs oppidani in miniſtros Eccleſiæ, ceu incolas civitatis &
15 membra Reipublicæ, † quorum numero ſe ſubtrahere nequeunt, ut maximè forum ſortiantur in Conſiſtorio Eccleſiaſtico quoad actiones perſonales; nimirùm privilegiati ſunt Eccleſiæ miniſtri duntaxat quoad forum conventionis & inſtitutæ actionis perſonalis, propter reſpectum & honorem Miniſterii: prout liquet *ex Ordin. Eccleſiaſt. ſub tit.* Von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener. *in pr. verb.* Wofern ſie gleich andern unſern Unterthanen in Sachen ihre Perſon belangend/ *actionibus perſonalibus* vor denen Gerichten/ da die Kirchen-Diener zu Recht ſtehen ſollen/ihnen und ihrem Amt dadurch Verkleinerung erfolgen möchte/ꝛc. & diximus de hoc *ſupr. allegat. Defin.*
16 *3. n. 13.* † Extra caſum verò hunc ſimpliciter & abſolutè à ſubjectione exemti haut ſunt, nec quod de foro jurisdictionali ſpecialiter & certam ob rationem per modum privilegii conſtitutum eſt, ad caſum ſucceſſionis, ceſſantibus pariter verbis & ratione privilegii, contra intentionem privilegiantis extendere licet, præſertim ſi ſtatutum de ſucceſſione heredibus miniſtrorum Eccleſiæ proficuum eſſet, † ne 17
quòd in favorem ipſorum introductum fuit, in odium heredum retorqueretur, *l. quod favore. 6. C. de legib.* Everh. *in top. in loco ab ordin. 103. n. 4.*

Quid ergò eſt, inquies, quòd Clericos & Profeſſores † in Academiis haut obli- 18
gari ſtatutis Magiſtratûs oppidani vulgò exiſtiment, quam ſententiam ipſemet probavi *in Juriſpr. Forenſ. ad Conſt. Elect. 12. Defin. 16. part. 3.* in eamque reſponderunt Facultas Juridica Lipſienſis & Wittebergenſis, nec non Scabini Lipſienſes & Hallenſes, prout manifeſtum faciunt eorum pronunciata *in calce deciſionum* Matth. Coler *part. 2.* appoſita, *num. 14. 15. 16. & 17.* Nimirum non firmiter hinc inferre licet † 19
ad miniſtros Eccleſiæ extra Academiam, quippe quòd hi à poteſtate & jurisdictione Magiſtratûs oppidani ſimpliciter & abſolutè exemti haut ſint, prout modò diximus. At Profeſſores & Studioſi in Academiis peculiarem ſuum habent Magiſtratum, quem agnoſcunt, nullatenus obedientes Magiſtratui oppidano, ut hinc mirum non ſit, ſtatutis municipii eos haut obligari, nec proinde diviſionem mobilium ſecundùm ea fore inſtituendam, Virgil. Pingiz. *quæſt. 29. num. 44. & ſeqq.*
† Planè ſi Diaconus vel miniſter Eccleſiæ 20
in civitate, ubi eſt Univerſitas, degat, facilè conceſſerimus, poſt obitum ejus diviſioni mobilium ex ſtatuto oppidano haut legem cenſeri præſcriptam, non quòd miniſter Eccleſiæ fuerit, ſed quia Magiſtratui Academico paruit, & ut Academicus è vitâ deceſſit, prout benè limitat Modeſt. Piſtor. *dict. loco.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ Job. Artopæi, Actoris ab unâ, contra Catharinam* 21
viduam Johann. Piſtoris Paſtoris, Ream ab altera parte, die 6. Julii Anno 1627. (Verba Decreti: Daß des verſtorbenen Pfarrers Verlaſſenſchafft an Büchern / auſſenſtehenden Schulden/und andern *mobilien* zwiſchen Klägern und Beklagten/nach des Städtleins Strehla *Statuten* oder Gewohnheit zu theilen / und iedem ſeinen Anpart davon abzufolgen: Es iſt aber Klägern ſeine *Prætenſiones*, daran ihme vor dieſes mal nichts geſtanden werden wil/wider Beklagte / dadurch den Weg ordentliches Rechtens auszuführen unbenommen/ ꝛc.)

DEFINIT. IX.

Paſtore vel miniſtro Eccleſiæ abſque heredibus defuncto, ejus mobilia cedunt fiſco Principis, qui jura habet Epiſcopalia, eaque per Conſiſtorium exercet.

SUMMARIA.

1. *Bona vacantia fiſco Magiſtratûs deferuntur.*
2. *Quid ſi Paſtor abſque heredibus decedat?*
3. *Bona immobilia deferuntur judici, ſub quo ſita ſunt.*
4. *In diviſione immobilium ſtatuta loci cujusque, ſub quo ſita ſunt, attenduntur.*
5. *Cuinam cedant bona Paſtoris defuncti mobilia?*
6. *Movetur objectio.*
7. *Deciſio Scabinorum Lipſienſium pro Epiſcopo.*
8. *Hoc confirmatur ratione ac fundamento: ac ſimul refellitur objectio. n. 9.*
10. *Bona vacantia pertinent ad eum, qui habet merum imperium.*
11. *Quod & competit Epiſcopo, licet non Conſiſtoriis.*
12. *Epiſcopus non exercet ipſemet jurisdictionem criminalem.*
13. *Epiſcopi fiſcum habent.*
14. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 Fieri omninò poteſt, ut quis abſque heredibus è vita migret, vel quod ignoti ſint, vel omnes prædeceſſerint, quo caſu rejecta affinitatis ſucceſſione, bona hereditaria tanquam vacantia fiſco aut magiſtratui deferuntur, *l. 1. l. vacantia. 4. C. de bon. vacant. l. affinitatis. 7. C. comm. de ſucceſſ.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 9. n. 3. & ſeq.* Joh. Schneidvvin. *ad pr. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. tit. de ſucceſſ. fiſc. num. 14.* & ibid. Joh. Harppr. *n. 497.*
2 Num † ergò idem obſervandum erit, ſi Paſtor vel miniſter Eccleſiæ haut relictis heredibus deceſſerit? Ita ſanè eſt, & bona ejus immobilia, ſi in hereditate reperiantur, fiſco
3 aut Magiſtratui loci, † ſub quo ſita ſunt, deferuntur: ſcilicet quia horum intuitu defunctus fuerit ſubditus illius Magiſtratus, nec ad exemtionem provocare potuit, *ſupr. Definit. 7. n. 10.* Et hinc ſemper ſtatuta loci, ſub quo immobilia ſunt ſita, veniunt atten-
4 denda, † quantumvis defunctus alibi ſuum habuerit domicilium, Dd. *in l. 1. C. de Summ. Trinitat. & fid. Cathol.* Andr. Rauchbar. *part. 1 quæſt. 17. n. 11.* Matth. Coier. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. n. 244.*

5 † At cuinam cedent mobilia? Æque Magiſtratui oppidano deferri ea dixeris, vel propterea ſaltem, quia miniſtri Eccleſiæ ratione ſucceſſionis obligantur ſtatutis laicorum & Magiſtratûs oppidani. *Def. præc.* Modeſt. Piſt. *part. 1. quæſt. 41.* Coler. *part. 2. quæſt. 284.*
6 † quo & facere videtur *Conſt. Elect. 38. §. in verb.* Da aber keine Erben vorhanden. *junct. verb. final.* Auf den Fall ſollen dieſelbigen Güter der Obrigkeit des Orts / da ſich der Fall begeben / bleiben/ꝛc. *part. 3.* †
7 Aliter nihilominus reſponderunt *Scabini Lipſienſes*, mobilia nempe defuncti Paſtoris in caſu deficientium heredum fiſco Principis, qui jura exercet epiſcopalia, adjudicantes, *ad requiſitionem Quæſtoris in Wolckenſtein menſe Januario Anno 1638. hiſce formalibus:* Iſt unlängſt unter dem euch anbefohlenen Amte ein alter verlebter Prieſter in ſeiner Pfarr-Wohnung auf einem Stul ſitzend / wie vermuthet wird / an dem Schlage/ Todes verfahren / und hat weder Weib noch Kinder / noch auch andere Erben/an Fahrniß aber etwas von unverſchnittenem Leinwand/einen geringen Prieſter-Rock und andere Kleider Bücher und *Decem*-Geträidig nach ſich verlaſſen; So hat er ſolche ſeine Erbſchafft/und was nach Bezahlung der Begräbniß-Koſten übrig/ als beweglich Guth an die hohe Biſchöffliche Obrigkeit/derer *Conſiſtorio* die *Jurisdictio* über der verſtorbenen Perſon zugeſtanden / gebracht und verfället / ꝛc.

Recte omnino: † Etſi enim miniſtri Eccle- 8
ſiæ à poteſtate Magiſtratûs ſecularis exemti haut ſunt, qvin & ſtatutis laicorum ratione ſucceſſionis obligantur, exinde tamen ad bona vacantia nil inferendum, quippe quæ non jure ſucceſſionis, ſed intuitu
† jurisdictionis & fori competentis fiſco 9
keit durch gebührliche Mittel angehalten
8 wird. Quæ & communis vere eſt opinio †
fundamentum & rationibus propugnata
à Sigismund. Finckelthuſ. *obſervat. 95.* à
qua alienus non eſt Joh. Gerh. *in loc. de Ma-
giſtr. polit. §. 468.* Nos cum hanc ipſam bis
jam tractaverimus, *in Jurisprud. nempe Fo-
renſ. ad Conſtit. Elect. 16. part. 1. defin. 69. &
Deciſ. illuſtr. Saxon. 77.* non eſt, quod ulte-
rius de ea ſimus ſoliciti.

Pro ratione tamen inſtituti † rationes 9
ſummatim repetere lubet. Stat autem (1.)
Regula generalis, † quod teſti injurato non 10
credatur, licet ſit vir gravis & in dignitate
conſtitutus, imo etiam præclaræ Curiæ ho-
nore præfulgeat, in jure pariter civili & ca-
nonico fundata, *l. jurisjurandi. 9. §. 1. C. de
teſtib. can. hortamur. 3. quæſt. 9. can. ſi teſtes.
4. quæſt. 3. cap. tuis. 39. extr. de teſtib.* à qua
Regula cum nullibi reperiantur excepti Ec-
cleſiæ miniſtri & Clerici, non eſt, quod te-
meratiam admittamus hujus Regulæ fallen-
tiam, † cum præſertim tota depoſitionis te- 11
ſtium ſubſtantia in jurejurando conſiſtat,
Hippol. de Marſil. *ſingul. 214. n. 4.* Joach.
Mynſing. *cent. 2. obſerv. 3. in pr.* Andr. Gail.
lib. 1. obſerv. 101. n. 1. usque adeò, ut nec Papa
hac in re diſpenſare queat, Marc. Anton. de
Amatis *deciſ. 7. n. 9.* (2.) † Ac in ſpecie Cle- 12
ricos ſeu Religioſos ad juratam teſtimonii
depoſitionem adigendos eſſe, præcipit haut
obſcurè Honorius III. Pontifex *in cap. nuper
nobis. 51. extr. de teſtib. in verb. Quod nullius
teſtimonio, quantumcunque Religioſus exi-
ſtat, niſi juratus depoſuerit, in alterius præju-
dicium credi debeat.* Farin. *de appoſit. contr.
exam. teſt. lib. 3. tit. 8. quæſt. 74. n. 66.* Jo-
ſeph. Maſcard. *de probat. lib. 1. quæſt. 5. n. 78.*
(3.) † Nec juri divino contrarium, ut Clerici 13
juramentum præſtent, veluti Regi Joas Le-
vitæ jurarunt, *2. Paral. 23. v. 2. ibi: Centu-
riones ex mandato Jojadæ congregant Levi-
tas de cunctis urbibus Iſrael, & principes fa-
miliarum Iſrael, veneruntque in Jeruſalem,
& verſ. 3. Iniit ergo omnis multitudo pactum
in domo DEI cum Rege.* Joh. Gerhard. *dict.
§. 468.* (4.) † Et cur non præſtarent Clerici 14
juramentum, quod per ſe malum non eſt,
ſed potius confirmatio veritatis, *cap. etſi
Chriſtus. 26. circa fin. verſ. ſic & juramentum.
extr. de jurejur. can. in novo. 22. quæſt. 1. can.
ita ergo. 22. quæſt. 1.* & ſpecies cultus divini,
Setzer. *de juram. lib. 1. cap. 1. n. 11.* Sunt certe
fundamenta hæc talia, quæ aſſertionis no-
ſtræ veritatem facile probant, ut hinc nemo
à regula generali Clericos excipere auſit, † 15
præſertim cum hi non minus affectibus
quandoque regantur, quam alii privati, ut
loquitur Virgil. Pingitz. *dict. quæſt. 35. n. 43.
verſ. ſic etiam.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti Chemnicenſi, Præfecto Rochlicenſi & Quæſtori Coldicenſi die 24. Auguſti Anno 1653.* (*Verba Reſcripti:* Uns iſt dein des Amtverwalters und Schöſſers eingeſchickter Bericht/ welchermaſſen der Pfarrer zu Kohren *Zachæus Chriſtocrates* des Zeugen-Eydes in peinlichen Sachen/ den entleibten von Taubenheim belangend/ſich verwegert/gebührlichen vorgetragen/ und ihr der *Superintendens* habt ſolchen hierbey zu empfangen. Begehren hierauf gnädigſt/ Ihr zugleich wollet gedachten Pfarrern vor euch erfodern/ und ihn vermittelſt gewöhnlichen Zeugen-Eydes/ was ihme in dieſer Sachen bewuſt/ Zeugniß zu geben auferlegen/ in beharrlichen Verweigerung durch Straf-Geboth ihn darzu *compelliren* und anhalten/ꝛc.) 16

Item † *D. Michaël Bergern, M. Chriſtoph. Dauderſtadt Superintendenti & Johann Philipp. Lönern Præfecto, Commiſſariis in Freyburg, die 28. Auguſti Anno 1611.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern unterthänigſten Bericht wegen dero von den Pfarrern zu Braunsdorff und Schorta beſchehener Verweigerung des gewöhnlichen Zeugen-Eydes verleſen hören; Und begehren hiermit gnädigſt/ Ihr wollet gedachte beyde *Paſtores*, ihres unerheblichen Einwendens ungeachtet/ nach Anleitung unſerer neuen Gerichts-Ordnung ihr Gezeugniß vermittelſt Eydes abzulegen gebührlich anhalten/ daran vollbringet ihr unſere gefällige Meynung/ꝛc.) 17

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi, die 28. Jun. Anno 1619.* (*Verba Reſcripti:* Was an höchſtgedachten unſern gnädigſten Herrn Nicols von der Linden hinterlaſſene Erben wegen verweigerten eydlichen *Depoſition* Herrn *M. Balthaſar* Meißners und Heinrich Mittelſtets beyder Stadt-Prediger allhier in Zeugniß-Sachen/ auch *edi*rung des Kirchen-Buchs *ſupplicando* unterthänigſt gelangen laſſen/ das habt ihr inliegend zu befinden. Wenn denn es klaren Rechtens und der Billigkeit gemäß/ daß ein ieder/ ſo wol geiſtliches als weltliches Standes/ der Wahrheit zu ſteuer ſeine Wiſſenſchafft/ und zwar/ wenn es der Sachen Nothdurfft erfodert/ eydlich zu eröffnen ſchuldig; Als iſt an ſtatt/ꝛc. Ihr wollet bemeldte *Diaconos* dahin beſcheiden/ daß ſie ſich dißfalls aller Gebühr förderlichſt bezeigen/ und ſie darauf auf der Parthеyen Anſuchen vor euch ſolche Auſſage dem Herkommen nach eydlichen ablegen laſſen/ auch darneben wegen Abfolgung des Kirchen-Buchs gebührliche Anordnung thun/ꝛc.) 18

Eidem † *die 9. Auguſti Anno 1619.* (*Verba Reſcripti:* Was an höchſtgedachten unſern gnädigſten Herrn Nicols von der Linden nachgelaſſene Erben wegen Verweigerung eydlicher *depoſition M. Balthaſaris Meiſneri* abermals unterthänigſt gelangen laſſen/ das habt ihr inliegend zu befinden. Wann wir uns denn unſerer jüngſthin *ſub dato* den 28. *Junii* in dieſer Sachen gethanen Anordnung erinnern; Als laſſen wir es bey derſelben allenthalben bewenden. An ſtatt ꝛc. begehrende/ Ihr wollet *M.* Meißnern bey Strafe 20. fl. nochmals auferlegen/ ſolche ſeine Wiſſenſchafft der Wahrheit zu ſteuer vor euch dem Herkommen nach abzulegen/ es wäre denn/daß die Parthеyen beyderſeits ihme ſolches nochmals erlaſſen wolten/ꝛc.) 19

Et † *Superintendenti Freybergico die 27. Auguſti Anno 1634.* (*Verba Reſcripti:* Euch können wir nicht bergen/welcher Geſtalt uns *Maria*, Hanſen *V.* hinterlaſſene Wittib euch in Zeugniß-Sachen eydlich abhören zu laſſen/ *ſupplicando* angelanget. Weñ wir denn ſolche Anhörung vor uns ergehen zu laſſen entſchloſſen/ und darzu den 17. *Septembris* nächſt anberaumt und angeſetzet; Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet euch darnach achten/ auf der *producenten* ziemliche Unkoſten bemeldtes Tages zu rechter früher Tage-Zeit unausbleibend vor uns im Ober-*Conſiſtorio* zu erſcheinen/ und auf das jenige/ worauf ihr zu befragen/ vermittelſt Eydes eure Wiſſenſchafft zu eröffnen/ꝛc.) 20

Definit. XXIII.

Niſi ex conventione partium litigantium miniſtris Eccleſiæ ad teſtimonium perhibendum productis juramentum remittatur.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Regulariter Clerici teſtes à juramenti præſtatione immunes haut ſunt.*
2. *Niſi adſint circumſtantiæ, quibus juvari queant.*
3. *Religioſi ac Clerici ad jurandum timidi.*
4. *Promiſſio Clerici religioſa juramento æquiparatur.*
5. *Fides habenda Clericis absque juramento, & quare?*
6. *Ritus juramentis adhibiti inter adiaphora referuntur.*
7. *Non jurant Clerici teſtes, quando juramentum ipſis remittitur.*
8. *Quod fieri poteſt etiam in foro Saxonico.*
9. *Subſiſtit depoſitio Clericorum injurata præſentibus litigantibus facta.*
10. *Patientia cum ſcientia pro conſenſu habetur.*
11. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi, num. 12. 13.*

1 ET hoc quidem regulariter ita ſe habet, ut ſcilicet miniſtri Eccleſiæ ad perhibendum teſtimonium producti à præſtatione jurisjurandi immunes haut ſint; Accidit nihilominus quan-
2 doque, ut tales concurrant circumſtantiæ, † quibus probè ponderatis jurejurando eos gravare tuto non liceat: ut ſi jam antea depoſuerint ſub fide ac juramento illo, quod Deo, Principi, Patrono, Miniſterio ac toti populo officium ſuſcipientes ſolenniter præ-
3 ſtiterint: in quo acquieſcendum videtur, † ſi maximè agatur de cauſa eccleſiaſtica, cui addicti ſunt Clerici vel Religioſi, qui ſicut alii ad pejerandum perfaciles, ita ad jurandum perquam timidi reperiuntur. *l. quæ ſub conditione. 8. in pr. ff. de cond. inſt. l. cum quidam 20. circa fin. C. de fid. inſtrum. l. ait Prætor. 3. in pr. verſ. alioquin facillimè. ff. de jurejur.* Contard. *in l. diffamari. 5. cap. 3. n. 163. C.*
4 *de ingen. manum.* † Notum porro eſt, quod Sacerdotis vel Clerici promiſſio ſaltem religioſa juramento æquiparetur, Matth. Weſenbec. *part. 1. conſil. 23. n. 56.* quidni ergo etiam aſſeveratio ejusdem jurata ſub illo nempe jurejurando, quod jam antea ad of-
5 ficium ſuum præſtiterunt? Ne dicamus, † quod abſurdum ſit, Eccleſiæ miniſtro in re minima fidem haut habere, cui tamen divina ac ſumma ſunt concredita, nec enim veriſimile eſt, in minimis quid falſi aſſerturum eſſe eum, qui in maximis & diviniſſimis non fallit, Speckh. *cent. 3. claſſ. 4. quæſt. 3. n. 2.*
6 præſertim quia † ritus ac ceremoniæ præſtationi juramentorum adhiberi ſolitæ ſaltem inter adiaphora connumerentur, ac proinde adeſſe vel abeſſe queant, ſalvâ juramenti ſubſtantiâ, *can. ſi aliqua. 22. quæſt. 1.* Panormitan. *in cap. ad aures. n. 3. extr. quod met. cauſ.* Jacob. Menoch. *lib. 1. conſil. 37. n. 49.* de quibus fuſiùs *in Deciſ. meis Illuſtr. Saxonic. dec. 77.* ubi etiam ſententiam Scabinorum Lipſienſium adduxi.

Planè † quin liberi ſint Clerici ad teſtifi- 7
candum producti à juramento, ſi partes litigantes id eis remiſerint, dubium non eſt. Fieri namque id poſſe inde perſpicuum, quod in atteſtationibus juratis earundem intereſſe potiſſimum verſet, ut hinc bene locus ſit renunciationi hujus beneficii, *l. pen. C. de pact.*
† quod & diſertè permiſſum *in Ordinat. proceſſ. judiciar. tit. 20. §.* Wann es nun hierauf. *verſ.* ſollen dieſelbige in Gegenwart der Partheyen den gewöhnlichen Zeugen-Eyd leiſten/ und deſſen keiner/ ohne beyder Theile ausdrückliche Bewilligung erlaſſen werden. 8

Ex quo porro fit, ut † depoſitio Clerico- 9
rum injurata ſubſiſtat & pro valida habeatur, ſi facta fuerit in præſentia partium haut contradicentium, quippe quæ in depoſitionem ſummariam tum conſenſiſſe videntur, nam qui tacet, conſentire præſumitur, *cap. qui tacet. 43. extr. de Reg. jur. in 6to. l item quæritur. 13. §. qui impleto. 11. ff. locat.* Joſeph. Maſcard. *de probat. concluſ. 1350. n. 1.*
† & habetur patientia cum ſcientia pro con- 10
ſenſu, *l. utilitatem. 1. §. magiſtratum autem 5. verſ. ceterum ſi ſcit.* ubi Gloſſ. *in verb. impoſuiſti. ff. de exercit. act. l. in rebus. 4. §. item qui. in fin. ff de precar.* Dec. *conſ. 409. n. 6.* Natta *lib. 2. conſil. 274. n. 11.* Iac. Menoch. *lib. 2. præſumt. 47. n. 6. & 8.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Coldicenſi & Præfecto Wechſelburgico, die* 11
4. Junii, Anno 1619. (*Verba Reſcripti:* Uns iſt euer Schreiben/ darinnen ihr berichtet zu werden begehret/ ob bey der in Sachen Georg K. und Chriſtian T. euch anbefohlenen Zeugen-Verhör der Pfarrer zu Erla/ als angegebener Zeuge des gewöhnlichen Zeugen-Eydes zu erlaſſen seyn möchte/ verleſen hören. Wenn denn nun ſolches auf der Partheyen Bewilligung beruhen thut; Als iſt hierauf

auf an ſtatt höchſtgedachtes unſer gnädigſten Herrns nnſer Begehren: Ihr wollet bey angeſtellter Zeugen-Verhör die Partheyen darüber vernehmen / ob ſie ihres Theils zufrieden / und bemeldten Pfarrer ſolches Eydes erlaſſen wollen. In deſſen Verweigerung aber denſelben mit gewöhnlichen Zeugen-Eyde gleich andern belegen/ꝛc.)

Item † *Superintendenti Oſitienſi & Quæſtori in Noſſen die 26. Auguſti, Anno 1617.* (*Verba Reſcripti:* Demnach in ſtreitigen Teſtaments-Sachen Jacob und Valentin S. Gebrüder und *conſorten* Klägere an einem / Ambroſii S. Wittbe/und Andream S. Beklagte anders Theils betreffende / der Pfarrer zu Stritzen Johann W. zum Gegenzeugen angegeben / darauf er von euch dem Schöſſer ohne Mittel bey Strafe *citi*ret worden / er aber deſſen ſich verweigert. Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit / Ihr beyde wollet Krafft die es dem Herkommen nach bemeldten Pfarrer vor euch *citi*ren / und ihme auferlegen / daß er vor euch erſcheinen / und auf vorgehenden gewöhnlichen Zeugen-Eyd / da er deſſen von den Partheyen nicht erlaſſen werden kan / ſeine Wiſſenſchafft eröffnen ſol/ꝛc.) 12

Et † *Superintendenti ac Quæſtori Haynenſi, die 21. Martii, Anno 1630.* (*Verba Reſcripti:* Was maſſen *Daniel Heerbrandus*, Pfarrer zu Zelten/ wegen eydlicher Abhörung in Zeugniß-Sachen ſich beſchweret / das habt ihr aus dem Inſchluß zu vernehmen. Hierauf an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. begehrende/ wofern die *producenten ſupplicant*en des Zeugen-Eydes nicht gutwillig erlaſſen wollen / Ihr zugleich wollet in denſelben in gewöhnlicher Form ablegen laſſen / und darauf mit ſeiner Abhörung gebührlichen verfahren / ꝛc.) 13

Definit. XXIV.

Clerici Eccleſiæve miniſtri ad teſtimonium perhibendum producti non niſi coram Magiſtratu eccleſiaſtico vel ſeculari, cui ſpecialem is dedit licentiam, examinari debent.

SUMMARIA.

1. *Clerici pariter ac laici jurato depo- nunt teſtimonium.*
2. *Sed Clerici Eccleſiæve miniſtri coram ſolo judice eccleſiaſtico.*
3. *Quibus ex fundamentis & textibus?*
4. *Dignitas clericalis non admittit, examen fieri coram judice ſeculari.*
5. *Coram judice alieno teſtes non examinandi.*
6. *Ne quid volentes Eccleſiæ miniſtri.*
7. *Dicunt Clerici teſtimonium coram judice ſeculari, cui Epiſcopus examen teſtium commiſit. n. 8.*
9. *In arbitrio judicis eſt, examen teſtium alii committere. n. 10.*
11. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 12. 13. 14.*

1 NUlla ergò, inquies, erit differentia inter perſonas eccleſiaſticas ſeu Clericos, & ſeculares quoad depoſitionem teſtimonii, cum utrique mediante juramento examinentur, *Defin. 22.* Ita ſanè eſt hoc in caſu. Attamen id prærogativæ datum Clericis Ec-
2 cleſiæve miniſtris ut coram ſolo † Magiſtratu eccleſiaſtico ceu judice competente juramentum pariter præſtent & teſtimonium dicant, Proſp. Farinac. *de teſtib. quæſt. 61. n. 83. & 97.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 100. n. 16.* Lanfranc. *de teſtib. in repetit. cap. quoniam contra verb. teſtium. depoſitiones. n. 87. in pr. extr. de probat.* Campeg. *de teſt. Reg. 91. n. 1. fallent.* *Novell. de teſt. n. 22.* Balduin. *de caſ. conſc. lib. 2. cap. 9. caſ. 19. verſ. Si autem Sacerdotis. p. 391.* † Ideoque per textum *in* 3
can. quanquam 2. in fin. ibi: Aut coram ſe & coram competentibus judicibus, cauſ. 14. quæſt. 2. & in can. nullus. 22. ibi: Nullus ex eccleſiaſtico ordine cuiquam laico quidquam ſuper ſacroſancta Evangelia jurare præſumat &c. cauſ. 22. & quæſt. 5.

† Ac certè dignitas Miniſterii & cle- 4
ricalis non modò hoc exigit, ſed & jus commune ipſos haut parum juvat, quo nec alterius jurisdictionis ſubditus teſtimonium † coram judice alieno depone- 5
re cogitur, niſi volens & conſentiens id faciat, prout *ex ordinat. proceſſ. judiciar. titul.* von denen ausländiſchen Zeugen

gen *perſpicuum eſt*; Sed hoc ſpeciale in
6 miniſtris Eccleſiæ, † quod ne quidem volentes coram Judice ſeculari in præjudicium jurisdictionis Epiſcopalis ſe ſiſtere & examinari facere queant, *dict. can. nullus. 22.*

7 Cum grano † tamen ſalis hoc accipi velim, ut ſcilicet tutò deponant miniſtri Eccleſiæ ac Clerici coram judice ac Magiſtratu ſeculari, ſi huic Epiſcopus vel Magiſtratus eccleſiaſticus examen teſtium
8 ſpecialiter commiſerit: † Poteſt ſiquidem Epiſcopus licentiam dare judici laico, ut teſtem clericum coram ſeipſo examinet, *can. quanquam. 2. in fin. ibi: In providentiâ proprii Epiſcopi ſit, ut aut coram ſe & competentibus judicibus aut aliter honorificè veritatem attollant. cauſ. 14. quæſt. 2.* Campeg. *de teſtib. Reg. 191. in 3. fallent.* Farin. *dict. quæſt. 91. n. 86.* Joſeph. Maſcard. *de probat. lib. 3. concluſ. 1358. n. 61.*

Quod nec † jure à communi alienum, 9
quò in arbitrio judicis eſt conſtitutum, an teſtes examinandos ad ſe evocare, an verò eorundem examen aliis demandare velit, *Novell. 60. cap. illud. 2. Novell. 90. cap. & quoniam. 5.* Felin. *in cap. cum cauſam. extr. de teſtib. n. 30.* Andr. Rauchbar. *part. 1. quæſt. 13. num. 41. & ſeqq.* † Neque 10
enim tùm examen teſtium à quopiam alio, quam ab ipſo judice videtur ſuſceptum: cùm hic per delegatum id cenſeatur expedire negotium.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Freybergenſi & Quæſtori Auguſtoburgico, die 12. Aprilis Anno 1624. (Verba Reſcripti:* Was an uns Nicol Albrecht zu Eppendorff wegen eydlicher Abhörung des Pfarrers daſelbſten *ſupplicando* gelangen laſſen/das habt ihr inliegend zu befinden. Begehren hierauf ꝛc. Ihr/der Schöſſer/wollet dem Superintendenten die Articul und Fragſtücke/ worauf der Pfarrer zu *examin*iren/förderlichſt zuſchicken/ und ihr/der Superintendens/ mit Zuziehung eines geſchwornen *Notarii* den Pfarrer darüber eydlich abhören / und deſſelben Auſſage dem Schöſſer verwahret überſenden/ꝛc.) 11

Item † *Superintendenti Haynenſi & Stephano Haſen in Rieſſa, die 11. Maji, Anno 1614. (Verba Reſcripti:* Demnach der Pfarrer zu Rieſſa/ *Georgius* Kaltenhöffer von Thomas Köſeln und Peter Hencken auch *Conſorten*/in Sachen N. N. zu N. gefänglich ſitzenden Eheweibes und ihres Schweher-Vaters / welchem mit Gifft vergeben worden ſeyn ſol/unter andern zu einem Zeugen angegeben/wie ihr inliegend zu befinden. Als begehren wir an ſtatt ꝛc. Ihr/der Superintendens/wollet des Pfarrers Vereydung und Abhörung beywohnen / oder eure *vices* einem hierzu tüchtigen Pfarrer auftragen/ ꝛc.) 12

Item † *Georgio à Bindauff*, in Hermsdorff *ac Paſtori Radebergenſi, die 28. Auguſt. A. 1611. (Verba Reſcripti:* Wir haben euer des Puſſendorffs Schreiben wegen des Pfarrers von Lauſſa T. S. daß er vor euern Gerichten daſelbſt in J. von S. weyland zu E. Gläubiger wider deſſelben Eheweibes Schweſter Männer im Amt F. rechthängiger Sachen Zeugniß geben möge / verleſen hören. Ob nun wol die Geiſtlichen vor keinem andern/als ihrer Obrigkeit/ in Zeugniß und dergleichen Sachen zu geſtehen pflichtig; So ſeynd wir doch zu frieden/ daß gedachter Pfarrer von euch beyden in angedeuteter Sachen *examin*iret werden möge. Begehren demnach an ſtatt/ ꝛc. Ihr wollet ihn auf einen gewiſſen Tag vor euch beſcheiden/und da ihn die Partheyen des Zeugen-Eydes nicht erlaſſen wollen/ihn alsdenn ſeine Auſſage/und was ihme ſonſten dißfalls oblieget / vermittelſt Eydes thun laſſen/möchten wir euch nicht bergen/ꝛc.) 13

Item † *Senatui Freybergenſi, die 9. Jun. Anno 1634. (Verba Reſcripti:* Was an uns *Tobias C. Curatorio nomine* ſeiner Pflegemutter Mariä / Hanſen B. nachgelaſſener Wittben/ damit in ihrer angelegenen Sachen der Superintendens bey euch als ein Zeuge eydlichen abgehöret werden möge/*ſupplicando* gelangen laſſen/ das habt ihr hierbey zu befinden. Begehren hierauf an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. Ihr wollet *Supplicant*en beſcheiden/daß er die Articul und Fragſtücke / worüber der Superintendens allhier vor uns abzuhören/ anhero ins Ober-*Conſiſtorium* förderlichſt zu überſchicken/und ferners Beſcheids darauf gewarten ſolle/ꝛc.) 14

Et † *Superintendenti Dresdenſi, die 28. Jun. Anno 1619. (Verba Reſcripti:* Als iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ihr wollet bemeldte *Diaconos* dahin beſcheiden/daß ſie ſich dißfalls aller Gebühr förderlichſt bezeigen/ und ſie darauf auf der Partheyen Anſuchen vor euch ſolche Auſſage/ dem Herkommen nach/ eydlich ablegen laſſen/ꝛc.) 15

DEFI-

Definit. XXV.

Sacerdos ad teſtificandum requiſitus non debet revelare confeſſionem ſibi factam.

SUMMARIA.

1. *Num Sacerdos in confeſſione ſibi concredita aperire debeat?*
2. *Reipublicæ intereſt delicta puniri.*
3. *Pinguior mactari nequit victima DEO, quam homo iniquus.*
4. *Deciſio negativa.*
5. *Miniſter eccleſiæ confeſſionem revelans fide haut dignus.*
6. *Fundamenta & rationes decidendi.*
7. *Quæ in confeſſione proferuntur, inſtar arcaniſſimi depoſiti habenda.*
8. *Confeſſionem Sacerdos audit non ut homo, ſed ut DEUS. n. 11.*
9. *Sententia B. Lutheri hac de re. n. 10.*
12. *Confeſſionem revelare Sacerdotes ſub pœna prohibentur. n. 13.*
14. *Qui ſecreta revelat, jus naturale videtur violare.*
15. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
16. *Ejusdem ſententia.*

1 Fieri poteſt, ut in cauſa criminali Sacerdos ad teſtimonium perhibendum contra reum productus ex confeſſione ejus auriculari rem perſpectam habeat, annum ergo de crimine perpetrato interrogatus confeſſionem ſibi factam revela-
2 re obſtrictus erit? Ita forſan quis dixerit, † cùm Reipublicæ interſit, veritatem manifeſtari ac delicta commiſſa puniri, *l. ita vulneratus. 51. verſ. quod ſi quis abſurde. ff. ad leg. Aquil. l. locatio. 9. §. quòd illicite. ff. de publ.*
3 *& vectigal. l. ſtichum. 95. §. 1. ff. de ſolut.* † nec pinguior mactari poteſt Deo victima, quam homo iniquus, Paul. de Caſtro *ad l. nemo. 3. n. 4. C. de Epiſc. auditen.* Joh. Harp. *ad §. pœna. 5. num. 68. Inſt. de obl. quæ ex delict. naſc.*

Sed caveant ſibi Sacerdotes, ne ad teſtificandum requiſiti ſcelera capitalia, aliave in confeſſione auriculari ſibi concredita ape-
4 riant. † Quin etſi Magiſtratus à miniſtro Eccleſiæ exigat, quidnam in confeſſione audierit, non tamen ea, quæ ſibi ſub ſigillo confeſſionis commiſſa, revelare debet Frid. Balduin. *de caſ. conſc. lib. 4. cap. 10. caſ. 7.*
5 uſque adeò, ut licet † hoc fecerit, fide tamen haut dignus habeatur, nec teſtimonium hoc quidquam operetur, Ant. Gomez. *tom. 3. variar. reſol. cap. 13. n. 9.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 100. num. 8.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 15. Defin. 38.* Jac. Menoch. *lib. 1. præſumt. quæſt. 89. n. 26. & 27.* Frid. Pruckm. *vol. 2. conſil. 16. num. 17.* Tib Decian. *in tractat.*
6 *crim. lib. 2. cap. 14. n. 15.* (1.) † Per textus juris canonici clariſſimos, *canon. Sacerdos. 2. de pœnitent. diſt. 6. cap. ſi Sacerdos. 2. extr. de offic. judic. ordin. cap. dilectus. 13. de exceſſ. prælator. cap. omnis. 12. circa finem. verſ. caveat autem omnino. extr. de pœnitent.* ubi expreſſe habetur, quod Sacerdos nihil eorum, quæ ſibi à confitente concredita ſunt, revelare debeat; & ſi hoc fecerit, tanquam ignominioſus ſit deponendus.

(2.) † Suntque ea, quæ in confeſſione mi- 7
niſtro Eccleſiæ quaſi in aurem dicuntur, inſtar arcaniſſimi depoſiti habenda, quia fit confesſio non homini, ſed DEO; neque inſtituitur in actu confesſionis inquiſitio judicialis arcanorum, ſed conſcientiis conſulitur, quæ mole peccatorum confesſione ſua ſe exonerant & efficax ſolatium quærunt, Bald. *dict. caſ. 7.* Idque eſt quod Sacerdos † ea, quæ 8
ſibi in confesſione auriculari aperiuntur, ſcire dicatur non ut homo, ſed ut DEUS, *dict. cap. ſi ſacerdos. 2. in fin. ibi: quia non ut judex ſcit, ſed ut DEUS.* Et tradit Panormit. *ad dict. cap. dilectus. 13. n. 1. & 4.* poſſe aliquem habere duplicem ſententiam, unam ut Deum, aliam ut hominem, † cum quo etiam 9
convenit B. Lutherus *in Colloq. menſal. cap. 14.* von der Beicht und *abſolution. Rubr.* Ob ein Diener des Worts Zeugniß geben möge/ *fol. 191. ibi.* Wann ein Pfarrer und Beichtvater ein Weib *abſolvirte* / das ihr Kind hätte erwürget / und ſolches würde darnach durch andere Leute offenbaret und ruchtbar / ob auch der Pfarrer / ſo er darum gefraget würde / beym Richter Zeugniß davon geben müſte? Da antwortet er: Mit nichten nicht / denn man muß Kirchen- und weltliche Regiment unterſcheiden / ſintemal ſie mir nicht gebeichtet hat/ſondern dem HErrn Chriſto/und weil es Chriſtus heimlich hält / ſol ichs auch heimlich halten / und ſtracks ſagen: Ich habe es nicht gehöret / hat Chriſtus was gehöret/ ſo ſage ers. Ich wolte aber dieweil

weil zu ihr ſagen: Du Hure/thue es nicht
10 mehr. † Et poſtea: Darum ſol ich ſagen: Iſt ſie *abſolviret*/ da weiß ich *D. Martinus* nicht um/ ſondern Chriſtus weiß es/ mit welchem ſie geredet hat/ denn ich höre nicht Beichte/ *abſolvire* auch nicht/ ſondern Chriſtus. Sie ſollen uns nicht an ihre Gerichts-Stüle und Hader-Bäncke ziehen/ ꝛc. quo in judicio Lutheri ſe fundat Chriſtianus Avianus *in Conſilio*: Ob auch ein Pfarrer Zeugniß geben möge von deme/ das er in der Beichte gehöret? apud Georg. Dedek. *vol. 1. conſil. theol. part. 3.*
11 *ſect. 3. num. 52.* Unde apparet, † Sacerdotem ut hominem nihil ſcire, adeoque nec judicem in judicio inſtruere poſſe; ut conſequenter ejus revelatio neque ad deferendum juramentum purgationis, neque ad inquirendum facere queat, quoniam non entis nullæ ſunt qualitates, *l. 1. §. 1. ff. comm. prædior. l. in actionibus 5. §. planè. 4. in fin. ff. de in lit. jurand.*

12 (3.) † Et quomodo Eccleſiæ miniſtri ad teſtificandum producti quicquam de iis, quæ in confeſſione auriculari ſibi concredita fuêre, tutò revelare poterunt, cùm hoc ipſum ſub comminatione pœnæ fuerit interdictum *in Ordin. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. art. gener. 7. §. ult. ibi:* Nachdem auch mehrmals groſſe Beſchwerniß erfolget/ wenn entweder die Kirchen-Diener/ oder die verhörte Perſonen aus der Beichte geſchwatzet/ ſol ihnen allen auferleget/ beſonders aber den Kirchen-Dienern eingebunden werden/ was ihnen für Gewiſſens-Händel in der Beichte vertrauet/ niemand/ wer der auch ſeyn möchte/ bey Vermeydung ernſtlicher Strafe zu offenbahren/ ſondern wie ſichs gebühret/ verſchwiegen zu halten. † Quod 13
ſi ergò nemini prorſus miniſter Eccleſiæ confeſſionem aperire debeat, uti apparet ex verbis: Niemand/ wer der auch ſeyn möchte. Non certè judex miniſtrum Eccleſiæ ad teſtimonii depoſitionem compellens exceptus erit.

(4.) Cumque id, quod Sacerdos in confeſſione audit, ſecretum ſit, utique celare illud debet. † Nam qui ſecreta revelat, 14
jus naturale videtur violare, *arg. can. de formâ 22. quæſt. 5. can. qui ambulat 5. q. 5.* Gigas *in tract. de crim. læſ. majeſt. Rubr. qui accuſ. poſſ. crim. læſ. majeſt. quæſt. 18.* & per conſequens illicitum hoc caſu habebitur teſtimonium Sacerdotis, ceu contra leges ſacroſque canones datum.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi, die 8. Julii Anno 1618. (Verba Re-* 15
ſcripti: Was maſſen uns Georg W. hinterlaſſener Wittwen und Erben Anwald/ wegen eydlicher Abhörung des Pfarrers zu Leibnitz/ Joachim Rathſchuchs/ in peinlichen Sachen bemeldter Wittwen und Erben/ Anklägere an einem/ und Martin B. Richters und Schenckens zu P. Angeklagten anders Theils/ *ſupplicando* angelanget/ ſolches habt ihr inliegende zu befinden. Begehren derhalben an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit/ ihr wollet gedachten Pfarrer beförderlichſt vor euch in die *Superintendenz* beſcheiden/ und mit Zuziehung des Amts allhier auf vorgehenden gewöhnlichen Zeugen-Eyd/ da er deſſen von den Partheyen in guten nicht erlaſſen werden wil/ ihn/ was ihm (auſſerhalb deſſen/ ſo in und bey der Beichte vorgelauffen) von denen auf ſeine Perſon gerichteten *Articuln* und *interrogatorien* bewuſt ſey/ befragen/ und ſodann ſeine gethane Ausſage gebührlich *regiſtriren*/ ꝛc.)

Et † ad requiſitionem Daniel M. zu *A. die 7. Sept. An. 1613. (Verba Sententiæ:* Hat ſich zwi- 16
ſchen etlichen Handwercks-Geſellen daſelbſt ein Tumult ereignet/ dabey einer Namens Hans R. durch einen Stich entleibet worden; Man hat aber bisher wegen Mangel der Zeugen/ und weil die That bey nächtlicher Weile geſchehen/ hinter den Grund und Thäter nicht gelangen können; Anitzo aber wil verlauten/ daß N.N. dem Entleibten einen Stich zugefüget/ welches er in der Beichte auch bekennet haben ſol/ zu welchem Ende die Obrigkeit des Orts nochmals Zeugen/ und unter andern euch über dasjenige/ ſo in der Beichte vorgelauffen/ abhören laſſen wil. Wann nun gleich ſein Bekäntniß und Beichte darauf gangen: Dieweil aber keinem Prieſter zuſtehet/ dasjenige/ ſo ihme gebeichtet/ iemands/ wer der auch ſey/ zu offenbaren/ ſondern daſſelbe vielmehr verboten/ die Obrigkeit auch den Beicht-Vätern dergleichen anzumuthen nicht befugt; So werdet ihr mit ſolchem Gezeugniß billich verſchonet/ V. R. W.)

Definit. XXVI.

Non adigendi ſunt teſtes ad teſtificationem & juramenti præſtationem, effectu ea deſtituatur.

SUMMARIA.

1. *Judex cogere nequit partes litigantes ad amicabilem compoſitionem.*
2. *Ad tranſigendum vel paciſcendum nemo compelli poteſt.*
3. *Concordia ſuaderi, non imperari poteſt.*
4. *Concordiæ tentamen proceſſum procedat.*
5. *Nec fortunæ arbitrio committatur, quod amicabiliter componi poteſt.*
6. *Proceſſu licet jam inſtituto, concordia tamen centanda.*
7. *Reipublicæ intereſt lites mox finiri.*
8. *Articuli impertinentes rejiciendi.*
9. *Ceu teſtimonium affectu deſtitutum: & quibus ex fundamentis?*
10. *Actus fruſtraneos jura deteſtantur.*
11. *Juramenti præſtatio evitanda, cujus præſtiti nullus eſt effectus.*
12. *Invocatio nominis divini haut proſtituenda.*
13. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

Quantumvis regulariter judices par-
1 tes litigantes ad concordiam & amicabilem compoſitionem cogere
& arctare nequeant, ſed proceſſum admittere teneantur, Paris de Puteo *in tract. Syndicat. verb. concordia verò judex. num. 9.* Bortol. *in l. congruit. ff. de offic. præſid. n. 4.* Domin. Arum. *lib. 2. deciſ. 11. num. 72.* Frider. Bruckman. *vol. 1. conſil. 42. n. 6.*
2 † nec enim quiſquam ad tranſigendum vel
paciſcendum compelli poteſt, *l. 3. §. tametſi. l. diem. §. ſtari. ff. de recept. arbitr. l. ſi quis major. C. de transact. l. ſi dictum fuerit. 56. §. ſi compromiſero, ff. de evict. l. nec emere. C. de jur. delib.* Bald. *in l. 7. C. de ſentent.* ubi
3 ait: † concordiam ſuaderi non imperari poſ-
ſe, aut pacem eſſe bonum perſuaſibile, non compulſibile, Jac. Menoch. *libr. 2. arbitr.*
4 *jud. quæſt. cent. 5. caſ. 442. n. 8.* † nunquam
non tamen concordiæ tentamen præcedere debet, antequam ad proceſſum deveniatur, *cap. 1. extr. de Mut. petit. can. ſi illis. 23. quæſt. 4. cap. querelam. 15. extr. de Simon. l. æquiſſimum. ff. de uſufr.* Felin. *ad Rubr. de treug. & pac. n. 1.* Matth. Weſenbec. *lib. 1. conſil. 21. n. 1.* Nec prudenter fortunæ arbitrio committi-
5 tur, † quod per concordiam componi pot-
eſt, ac Legumlatori circa amicitiam & concordiam magis, quàm circa juſtitiam ſtudendum eſt. Ariſtot. 8. *Ethic. 1.* Anton. de
6 Guevar. *lib. 2. cap. 38.* Quin † etſi proceſ-
ſus jam fuerit inſtitutus & onus probationis à litigantibus ſuſceptum, judicii nihilominus ſemper eò intendere incumbit, ut in medio etiam litigio res per transactionem componatur, vel ſaltem omnia protelandi proceſ-
7 sûs media & occaſiones præcidantur, † cùm
multùm Reipublicæ interſit liter citò finiri, *l. properandum. 13. C. de judic.* Anton. Faber *in Cod. lib. 9. tit. 22.* Peter Heig. *part. 2. qu. 7. num. 1.*

Ex quo ipſo etiam fundamento maximè præcavendum, ne admittatur examen teſtium, ſi ex eorum depoſitione parùm vel nihil probetur, puta ſi articuli nihil ad rem faci-
ant, † qui propterea ſunt rejiciendi, *l. ad* 8
probationem 1. C. de probat. Joſeph. Maſcard. *de probat. concluſ. 1177. n. 4.* Jacob. Menoch. *conſil. 701. num. 24.* Bernhard. Græv. *libr. 1. concluſ. 81.* vel ſi unicus ſaltem producatur teſtis, nec tamen omni exceptione major, ut
locus eſſet juramento in ſupplementum. † 9
Certè rejiciendum potiùs erit hoc caſu teſtimonium, quàm teſtis fruſtrà examinandus, onereque jurisjurandi gravandus. (1.)
Actus † ſiquidem fruſtraneos & ſuperfluos 10
jura prorſus improbant ac deſtantur, *l. hac ſtipulatio. 14. §. 1. ff. ut legat. ſeu fidei com. ſervand. l. ait prætor. 3. in pr. ff. de jurejur.* Surd. *deciſ. 260. num. 7.* Chriſt. Beſold. *part. 4. conſ. 147. num. 6.* Frid. Pruckm. *vol. 1. conſil. 42. n. 5.* nec præſumitur quiſquam actum fruſtratorium & inanem expedire velle, *arg. l. quoties. 59. ff. de verb. obligat. l. 1. in fin. ff. ad municip. l. un. C. de theſaur.* Matth. Weſenb. *part. 1. conſ.*
38. n. 63. (2) † Imprimis verò juramenti præ- 11
ſtatio evitari debet, ſi præſtiti nullus exiſtat effectus, veluti hinc juratam diffeſſionem inſtrumenti, ex quo nihil probatur, haut imponendam litigantibus, patet *ex Ordinat. proceſſ. judiciar. tit. 25. §.* Weil es euch. *verſ.* Denn ſonſten/da ſie ihme nichts *præjudiciren*/ſol er mit der eydlichen *diffeſſion*, als die in ſolchem Fall gantz vergeblich/ ver-
ſchonet bleiben. (3.) † Meritò, quia invoca- 12
tio nominit divini non eſt proſtituenda, quin potiùs, quantum fieri poteſt, ſuſpendenda, cùm metu numinis divi nemo facilè jurare velle credatur. *l. quæ ſub conditione. 8. ff. de condit. inſtitut. l. cum quidam. 21. C. de fid. inſtrum.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 1. defin. 8. n. 4.*

Ita

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ* Marien/Peter Schlegels Wittwen/*die 17. Mart.* 13
Anno 1615. (*Verba Reſcripti:* Marien Peter S. Wittwen wird auf ihr abermaliges am 12. dieſes Monats übergebenes *ſupplici*ren wegen geſuchter eydlichen Abhörung ihres Vettern *Aſmus N.* nochmals zum Beſcheid gegeben: Dieweil auf des *Conſiſtorii* zu Wittenberg am *dato* den 3. Maji/ 1615. eingeſchicktem Bericht zu befinden/ daß Klägerin nur einen einigen Zeugen/ vorgemeldten ihres Brudern Sohn *Aſmus N.* angegeben/mit welchem ſie dahero nichts beſtändiges beybringen könne/ weil derſelbe nicht alleine ſo nahe verwandt/ ſondern auch daß er der andern beyden Schweſtern Antheil an ſich gebracht/ an dieſer Anforderung ſelbſt *intereſſi*ret iſt/ derowegen berührtes *Conſiſtorium* denſelben ohne *effect* eydlich abzuhören Bedencken getragen/darauf unſer gnädigſter Churfürſt und Herr am *dato* Dreßden den 27. *Sept. An. 1615.* ſich in Gnaden *reſolvi*ret/ daß es Sr. Churfl. Gn. darbey verbleiben lieſſen/ und würde das *Conſiſtorium Supplicantin* zu beſcheiden wiſſen/ wie ſie denn um ſolcher Urſach willen zu vielen Malen abgewieſen worden; Als ſolte ihr und ihrem Brieff-Dichter hiermit zum Uberfluß auferlegt ſeyn/daß ſie ſich in dieſer Sachen bey Vermeydung ernſter Strafe und Einſehens hinfort des *ſupplici*rens gäntzlich enthalten ſollen/ꝛc.)

TIT. III.

De

Proceſſu in cauſis matrimonii & ſtupri.

DEFINIT. XXVII.

In cauſis matrimonialibus ſummariè procedendum, nec ſingula quæque ordinarii proceſsûs ſtrictè obſervanda.

SUMMARIA.

1. *Cauſæ matrimoniales ſunt mixtæ.*
2. *Mixtæ cauſæ qualesnam ſint?*
3. *Quatenus cauſa matrimonii ſecularis?*
4. *Et quo intuitu eccleſiaſtica habetur?*
5. *Alia traditur reſpectûs diverſitas, n. 6.*
7. *Cauſæ matrimoniales in Conſiſtoriis tractandæ.*
8. *Suntq́ favorabiles & ſummariè ventilandæ.*
9. *Cauſæ eccleſiaſticæ ſunt ſummariæ.*
10. *De ſimplici & plano procedendum in cauſis matrimonialibus.*
11. *Quibus ex cauſis & fundamentis?*
12. *Adducitur hanc in rem Ordinatio Eccleſiaſtica Elect. Sax, n. 13.*
14. *Difficilis eſt probatio in cauſis matrimonialibus.*
15. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 16.*
17. *Ejusdem ſententia.*

CAuſas matrimoniales eccleſiaſti-
1 cas pariter ac ſeculares, adeoque
mixtas eſſe, multis demonſtratum
dedimus *ſupr. libr. 2. Defin. 1.* ita
ſcilicet, ut quandoque ad eccleſiaſti-
cum, quandoque verò ad ſeculare perti-
2 neant forum, † prout deſcribuntur cauſæ
mixtæ, Jul. Clar. *libr. 5. ſentent. §. ult. quæſt.
37.* Marta Neapolit. *de jurisdict. inter. jud.
eccleſ. & laic. part. 2. cap. 2.* Winzler. *de
jurisdict. Epiſcop. german. tit. 15.* Quod ſi e-
3 nim de facto diſceptetur, † an matrimo-
nium fuerit inter patrem ac matrem
ejus, qui ſucceſſionis jus prætendit, absque
dubio cauſa erit ſecularis, *cap. poſt. miſe-
rabilem, extr. de uſur.* Villalob. *in opin. lit. I.
l. 107. 108.* Johann. Gœdd. *de ſequeſtr. poſ-
ſeſſ. cap. 1. numer. 41.* † Si verò de jure,
an inter contrahentes potuerit contrahi 4
matrimonium, eccleſiaſticis cauſis ac-
cenſebitur, *can. multorum. 35. quæſt. 6.
cap. lator. extr. qui filii ſint legitimi.* Ann.
Robert. *libr. 3. rer. judicat. cap. 5.* Theo-
dor. Reinking. *de reg. ſecul. & eccleſiaſt.*

5 *lib. 3. claſſ. 1. cap. 10. n. 21. & 22.* † Et rurſus cauſa matrimonii civilis eſt, quantum ad formam, perpetuam ſcilicet cohabitationem & ſocietatem humanam; quantum verò ad inſtitutionem & myſterium Eccle-
6 ſiæ, † quatenus ſcilicet DEUS expreſsè dicitur intervenire & conjuges copulare, & quatenus hinc caſus conſcientiæ concernit, habetur ſpiritualis & eccleſiaſtica, Petr. Frider. Mindan. *de proceſſ. extrah. lib. 1. c. 10. n. 2. & 3.* Chriſtoph. Beſold. *in diſcurſ. de nupt. cap. 5. num. 3. pag. 18.* Sigismund. Finckelthuſ. *de jur. patronat. cap. 4. n. 16.* Johann. Harppr. *in §. nuptiæ autem. 1. n. 88. Inſtit. de nupt.* † Nempe concurrit cauſa eccleſiaſti-
7 ca cum civili in uno eodemque objecto, ſed diverſimodè, ut meritò tractetur & decidatur in Conſiſtoriis ab eccleſiaſticis ſimul & politicis perſonis.

Qualiscunque verò tandem ea ſit, tanto
8 nititur favore, † ut ſummariè debeat tractari, ne multum ac diu deciſio differatur, Doctores *in cap. Albericus. extr. de teſtib.* Johann. Baptiſt. Aſin. *in prax. judic. civil. §. 3. cap. 31. num. 10.* Marant. *part. 4. diſt. 9.*
9 *n. 172.* † Idque eò magis, quia cauſæ eccleſiaſticæ regulariter pro ſummariis habentur, *ſupr. Defin. 19.* De ſimplici & plano igitur,
10 hoc eſt, ſine ſtrepitu ac figura judicii † procedendum eſt in cauſis matrimonialibus, *Clement. diſpendioſam. de judic.* Joachim à Beuſt. *de connub. part. 1. quæſt. 22.* Ideoque libellus in ſcriptis non facilè admittitur; nec etiam ſatisdationis vel Gua-
11 randæ petitio. Quia videlicet (1.) † cauſæ matrimoniales, ut modò dictum, ſummariæ ſunt & bonâ ex parte eccleſiaſticæ, quarum favor dilationem non admittit, quo de pluribus *in Jurisprud. Forenſ. ad Conſtit. Elect. 23. defin. 14. part. 4. ubi adduxi ſententiam Scabinorum Lipſienſium in cauſâ Jacob. Mylii* zu Erffurt / *de menſe April. Anno 1596. quæ inter alia hæc exhibet verba:* (Dieweil man vermöge der Rechte in Ehe-Sachen ſummariſcher Weiſe zu *procedi*ren pfleget.) (2.) † Quò & facit ſanctio 12
Electoralis manifeſta *in Ordinat. Eccleſiaſt. ſub tit.* Von beyden *Conſiſtoriis, cap. 8. in princ. ibi:* Jedoch alles *ſummariè*, ohne Zulaſſung unnöthiger *dilatorien* / *exceptio*nen ꝛc. *junct. §.* Sollen unſere *Conſiſtoria*len ſolchen *proceſs* nochmals halten / und Fleiß haben / daß den Sachen ſchleunig abgeholffen / und ſonderlich mit allen Treuen verhüten / daß die Partheyen mit Weitläufftigkeiten und langwierigen *proceſſ*en nicht beſchweret werden. † *Et §.* 13
ſeq. Sonderlich aber keine Ehe-Sachen muthwillig aufziehen laſſen / ſondern zu Verhütung Beſchwerniß der Gewiſſen / und anderer daraus folgender ungebührlicher Sachen / iederzeit den *proceſs* befördern / und mündlich gebührenden Beſcheid widerfahren laſſen. (3) † Accedit etiam 14
probandi difficultas in cauſis matrimonialibus, quæ vel ipſa ſola rationem ſufficientem præbet, quò à regulis juris recedatur, ac quandoque etiam leviores admittantur probationes, quæ alioqui non admitterentur, ut multis docet Anton. Faber. *in Codic. libr. 4. tit. 14. definit. 8.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Paſtori & Senatui in Oderan die 29. Maji Anno 1626. (Verba* 15
Reſcripti: Was an uns Hans H. wegen eines zu dem 8. und 33. *interventional-articul* gehörigen / aber in Umſchreibung des *directorii* auſſengelaſſenen Zeugniß gelangen laſſen / das habt ihr hierbey zu befinden. Begehren hierauf an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns / Ihr wollet nach Gelegenheit dieſes *proceſsûs*, darinnen nur *ſummariè* und ſchleunig zu verfahren / ſolchen Zeugen nochmals darzu bringen laſſen / auch den *proceſs*, ſo viel müglich / befördern / ꝛc.)

Item † *Senatui Pirnenſi die 21. Jun. Anno 1626. (Verba Reſcripti:* Demnach Elias H. 16
Bürger bey euch / in Sachen ihn und Annen *Andreæ B.* Tochter betreffende / ſeiner *replic*en / daran er ſich ohne das verſäumet / ſich begeben: Ingleichen bemeldte Anna ihrer *duplic*en ſich verziehen; Als iſt hierauf an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren; Ihr wollet H. ſolches alsbald anmelden / und ihn beſcheiden / daß er ſich in dieſem *proceſſe*, darinnen *ſummariè* zu verfahren / ferner nicht ſäumen / ſondern ſeine *triplicam* einbringen / oder derſelben gleichfalls *renunci*ren ſol / ꝛc.)

Et † *ad conſultationem Martini V.* zu *H. die 22. Octobr. Anno 1616. (Verba Sententiæ:* 17
Hat ſich eure Tochter Maria mit Hanſen S. in ein Ehegelöbniß eingelaſſen / welches zwar anfangs heimlich zugegangen / ſie haben aber nachmals in eurem und eures Weibes / auch eines Nachbarn Beyſeyn ſolches wiederholet: Nichts deſtoweniger hat bemeldter S. ſich nochmals unterſtanden / mit Marthen / Ge-

org

org T. Wittwen öffentliche *ſponſalia* zu halten/deßwegen ihre Klage wider ihn zu erheben / und im Namen eurer Tochter auf Vollziehung des mit ihr zuvor getroffenen Ehegelöbniß zu dringen gemeynet. Wann nun gleich ſonſten in ordentlichen Proceſſen viel und lange Zeit/ehe und zuvor dieſelben erörtert/zubracht wird: Dafern ihr aber dennoch wegen eurer Tochter an gehörigem Ort ſummariſche Anſuchung thun/und Hanſen S. vorladen würdet; So wäre derſelbe nach Gelegenheit dieſer Sachen/darinnen *ſummariter* und ohne Weitläufftigkeit zu verfahren/ohne Einwendung der *dilatori*ſchen *exception*en ſich darauf hauptſächlichen einzulaſſen ſchuldig / und ihr habt euch ſolcher Geſtalt keiner ſonderbaren Weitläufftigkeit zu beſorgen/ V. R. W.)

Definit. XIIX.

Non omittenda tamen ſunt in cauſis matrimonialibus ſubſtantialia proceſsûs, jure naturali inducta, veluti: citatio, rei reſponſio, probationes & interrogatoria, &c.

SUMMARIA.

1. *Cauſæ matrimoniales pro mixtis habentur. n. 2.*
3. *Summariè tamen in iis procedendum.*
4. *Quæ conditio proceſsus ſummarii?*
5. *Subſtantialia jure naturali inducta in eo non omittenda.*
6. *Quænam ea ſint?*
7. *Non omittenda citatio.*
8. *Nec facti narratio & qualis qualis petitio.*
9. *Litis quoq; conteſtatio obſervanda, & qualis eſſe hæc debeat?*
10. *Non etiam omittendæ probationes & interrogatoria, &c.*
11. *Teſtes mediante juramento examinandi.*
12. *Decretum Conſiſtorii ſupremi.*
13. *Ejusdem Reſcripta. n. 14.*

1 QUantumvis ergò cauſæ matrimoniales pro mixtis habeantur, atque inde eccleſiaſticæ pariter ſint & ſeculares, ut jam diximus, veluti quoque pauciſſimis, attamen notabiliter hoc exprimit Sereniſſimus Saxo *in Ordin. polit. de anno 1612. tit. Conſiſtorial-*
2 Sachen. † *num. 7.* §. Sonſten gehören Ehe-Sachen/*ſive de fœdere matrimonii, ſive de ſeparatione tori, ſive de ipſo matrimonio & ſimilibus agatur, ad judicis eccleſiaſtici cognitionem* billich: Es ereigneten ſich dann darbey ſolche Umſtände und *incident*-Puncten/ welche ohne Beyſeyn des *judicis ſecularis* nicht zu entſcheiden / oder wäre an einem oder anderm Orte beſtändiglich hergebracht / daß darzu der Gerichts-Herr nothwendig zu ziehen / ꝛc.
3 Summariè † tamen ſunt tractandæ, perindè ut alias ſolet ventilari proceſſus ſummarius absque litium ambagibus, ſine ſtrepitu ac forma ſolenni de ſimplici & plano, non tamen prætermiſſis iis, ſine quibus ad veritatem cauſæ ejusque deciſionem deveniri ne-
4 quit. † Non etenim putandum eſt, ſummarium proceſſum adeò eſſe tumultuarium, ut in tractatione cauſarum nihil obſervari oporteat, ſiquidem proceſsûs ſubſtantialia à jure naturali inducta † ne quidem in ſum- 5
mario proceſſu omitti debent, ſecundùm tradita Bartoli *in extravag. c. ad reprimendum. in verb figura. num. 4.* & Johan. Zang. *de except. part. 1. cap. 2. n. 9.*

Conſequens hisce in cauſis eccleſiaſticis non omittendam † fore citationem, qua- 6
lemqualem facti narrationem & petitionem, reſponſionem rei, probationes & reprobationes cum interrogatoriis, atteſtatorum quandoque brevem diſputationem, ſed omnia pro ratione cauſæ & prudenti judicis arbitrio. † Haut namque cognitio inſtitui 7
poteſt, niſi prævià citatione utraque pars præſens ſit & audiatur, Bartol. *dict. loc.* Ac licet oblatio libelli ſolennis in judicio ſummario non requiratur, *Clem. ſæpe. 2. de V. S.* neceſſe tamen eſt, † qualemqua- 8
lem petitionem & facti narrationem præcedere, ut reus deliberare poſſit cedere ne velit, an contendere: Quod quia juris gentium habetur, in reorum pariter & actorum favorem introductum, minimè iis auferri debet, *l. 1. in princ. ff. de edend.* Hip.

 de

de Marſil. *in ſingul. 102.* Roland. à Valle *lib. 1. conſil. 71. n. 37.* Neceſſaria quoque licèt non ſit litis conteſtatio modo ſolenni facienda, o-
9 mnis † tamen reſponſio omitti nequit, perinde ac in aliis cauſis ſummariis, ubi pro litis conteſtatione habetur adverſæ partis contradictio, & actus ille, qui alias in cauſis ordinariis poſt ipſam litis conteſtationem ſubſequi ſolet, nempe poſitionalium ſeu articulorum exhibitio aut meritorum cauſæ diſputatio, Bartol. & Dd. *in Auth. offeratur. C. de lit. conteſt.* Felin. *in cap. inſinuante, in fin. extr. de offic. & poteſt. jud. delegat.* † Nec judex 10
in proceſſu ſummario & matrimoniali litem ita valet abbreviare, quin probationes neceſſariæ, interrogatoria, diſputata, quandoque atteſtatorum ceu legitimæ defenſiones admittantur, *dict. Clem. ſæpè.* Ubi & hoc porrò † notandum, quod in cauſis 11
matrimonialibus teſtes æquè ſub juramento examinari oporteat, *l. jurisjurandi. 8. C. de teſtibus.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Hanſen R. *contra* Marien S. *die 7. Octobris An. 1610.* (*Verba Decreti:* Würde Kläger Beklagte gebührlichen *citi*ren laſſen/ auch nochmals ſeine Klage gebührlichen/ iedoch ſummariſcher Weiſe anbringen; So iſt Beklagte zu erſcheinen und mit ihrer Nothdurfft ſich darauf einzulaſſen ſchuldig/ V. R. W.) 12

It. † *Wilhelmo Piſtori* in Radeburg *die 2. Maji Anno 1636.* (*Verba Reſcripti:* Demnach Heinrich K. etliche Beweiß-*Articul* nebenſt Namen der Zeugen in ſtreitiger Ehe-Sachen zwiſchen ihm und Annen/ Peter T. Tochter/ beyder bey euch zu Radeburg/ übergeben/ und darneben um Anhörung der Zeugen gebeten. Als thun wir euch *copiam* ſolcher Articul hiermit überſenden: An ſtatt ꝛc. begehrende/ Ihr wollet gedachter Annen ſolche zuſtellen/ und darneben auflegen/ daß ſie Freytags nach *Cantate* den 20. dieſes Monats früh um 8. Uhr vor uns im Ober-*Conſiſtorio* erſcheinen/ ſehen und anhören/ welchergeſtalt die angegebenen Zeugen vorgeſtellet/ aufgenommen und vereydet werden/ auch da ihr beliebte/ ziemliche Fragſtücke abfaſſen/ und dieſelben *in termino* übergeben laſſen/ hierzwiſchen aber ihre Beweiß-*Articul* und Namen der Zeugen gleichfalls zeitlich einſchicken ſolle/ damit Beklagter nach erlangter Abſchrifft ſeine Fragſtücke ebenmäßig darwider abfaſſen laſſen/ und *in termino* eingeben könne/ ꝛc.) 13

Et † *Senatui Dresdenſi die 4. Maji Anno 1636.* (*Verba Reſcripti:* Demnach bey uns Anna Wolffen St. Fleiſchers in der Glaß-Hütten nachgelaſſene Tochter etzliche Beweiß-Articul ſamt Namen der Zeugen/ in Sachen ſie und Georg Z. Weißbecken allhier belangende/ übergeben laſſen/ und um Abhörung der Zeugen gebeten; Als thun wir euch ſolche hierbey überſenden: An ſtatt ꝛc. begehrende/ Ihr wollet ſolche *Articul* annehmen/ die Partheyen neben den Zeugen förderlichſt auf einen gewiſſen Tag vor euch beſcheiden/ dem Beklagten von den Beweiß-Articuln zu Einbringung zuläßlicher *interrogatori*en/ da ihm ſolches beliebte/ Abſchrifft mittheilen/ darauf *in termino* die Zeugen eydlich abhören/ ihre Ausſage fleißig *regiſtri*ren/ und uns ſolches alles neben Wiederſendung des Inſchluſſes verſiegelt überſchicken/ ꝛc.) 14

DEFINIT. XXIX.

Coram Superintendente & Magiſtratu loci cauſæ matrimoniales eatenus tractari poſſunt, quatenus agitur pro matrimonio conſummando.

SUMMARIA.

1. In omni proceſſu conſtare debet de judice competente.
2. Coram incompetente judice nihil validè agitur.
3. Nullitatis exceptio ex defectu jurisdictionis executionem ſententiæ impedit.
4. Cauſæ matrimoniales ſunt mixtæ.
5. Quis harum competens judex? n. 6.
7. Num coram Superintendente tractari eæ queant?
8. Deciſio affirmativa: & quæ rationes decidendi? n. 9. 10.

11. Cau-

11. *Cauſæ matrimoniales ad Epiſcopum ſpectant.*
12. *Superintendens eſt quaſi Epiſcopus certorum locorum.*
13. *De cauſis eccleſiaſticis leviuſculis cognoſcit Superintendens cum Magiſtratu loci, n. 14.*
15. *Reſcripta Conſiſtorii ſupremi, num. 16. 17.*

1 PRimum ferè eſt in materiâ proceſsûs, ut conſtet de foro ac judice competente, coram quo actio ſit inſtituenda & lis ventilanda, ne ſi incompetentis judicis cognitioni ac deciſioni cauſa ſubjiciatur, fruſtrà agatur, & ſententia lata in fumum abeat, *l. 1. & tot. tit. C. ſi à non compet. judic. cap. ſi diligenti. extr. de for. compet.* perinde ac ſi quis privatus jus dixiſ-
2 ſet: † ſiquidem coram judice ratione fori incompetente cauſam aliquam tractare nihil aliud eſt, quàm litigare coram homine privato, qui jus dicendi poteſtatem non habet, *l. 1. ff. de offic. præſid. l. 1. & 2. de offic. procons. lib. ult. ff. de offic. præfect. urb.* Johan. Zanger. *in tract. de ex-*
3 *cept. part. 2. cap. 1. numer. 2.* † Quare & nullitatis exceptio ex defectu juriſdictionis proveniens ſententiæ executionem impedit, Vincent. de Franch. *deciſ. 139. n. 5.*

Non ergò poſtponenda erit quæſtio de judice cauſarum matrimonialium competen-
4 te, † quæ cùm mixtæ habeantur, eccleſiaſticæ ſcilicet & ſeculares, *ſupr. Defin. 27.* Petr. Frider. Mindan. *de proceſſ. extrab.*
5 *libr. 1. cap. 10. n. 2. & 3.* † Quin Conſiſtoriis, quibus eccleſiaſticæ pariter & ſeculares perſonæ præſunt & adſident, legitima de iis cognoſcendi & decidendi competat poteſtas, dubium vix erit ullum, Cypr. *de ſponſal. cap. 14. §. 29. n. 9.* Anton. Fab. *de Relig. regend. libr. 2. cap. 9. n. 12.* Rittershuſ. *differ. jur. civil. & can. libr. 1. cap. 3. pag. 48. verſ. opponimus autem &c.* Sigismund. Finckelthus. *de jure patronat. cap. 4. num. 16.*
6 † Quod & hiſce in provinciis clarè proviſum *in Ordinat. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. ſub tit.* Von beyden *Conſiſtoriis. cap. 7.* Was Sachen in das *Conſiſtorium* gehörig. §. Erſtlich alle Ehe-Sachen/ wie ſie Namen haben/ ꝛc.
7 † Annum igitur Superintendentem & Magiſtratum loci cujusque ſecularem ab hiſce excluſum dicemus? Abſit ut hoc aſſeramus, ne forſan verba potius Sereniſſimi Saxonis captemus, quàm mentem
8 ejus aſſequamur, qui certè † omnem iis cognitionem de cauſis matrimonialibus ademtam noluit, prout patet (1.) *ex jam allegato cap. 7. §.* Erſtlich alle Ehe-Sachen/ wie ſie Namen haben/ welche durch die Superintendenten und iedes Orts Obrigkeit auf die ihnen zugeſtellte Ordnung nicht können abgeſchaffet und verglichen werden. Non ergò omnis cognoſcendi poteſtas iis ademta erit. † Quod & 9
1 Poteſt igitur actor ab actione de matrimonio promiſſo jam inſtitutâ rurſus diſcedere ac liti renunciare, ſi vel probatio difficilis exiſtat, vel probatâ licet promiſſione, nullus tamen inde effectus ſit ſperandus, idque non modò ante probationem, † ſed etiam poſt publicata atteſtata, quin & ſententiam jam latam, modò in rem nondum tranſierit judicatam, ut diximus *Definit. præced.* Quis autem renunciationis hujus effectus? non certè † minimus; Diſcedente ſiquidem actore à litigio, cauſa perinde habetur, ac ſi nunquam lis mota vel actio inſtituta fuiſſet. Conſequitur ergò, utrique tùm parti ad aliud matrimonium convolare permiſſum eſſe; Meritò † ſanè, quia promiſſione conjugii vel celebratione ſponſaliorum haut probatâ nec deſuper latâ ſententia, nihil obſtat, quò minùs fas ſit partibus litigantibus cum aliâ perſonâ novum inire matrimonium, novaq; contrahere ſponſalia, † quorum ſingularis eſt libertas, *l. Titia. 134. ff. de V. O.* quæ ſanè non parùm imminueretur, ſi non liceret à ſponſalibus falsò jactatis, nunquam verò probatis recedere, Joh. Sichard. *ad l. 1. n. 6. in fin. C. de ſponſal.* Et quis ſententiæ abſolutoriæ tandem effectus foret, ſi contrahentes vinculô conſtricti permanerent? † quod conjugiô etiam contractô & conſummatô, poſt latam ſententiam abſolutoriam in cauſa divortii ac ſeparationis totalis ita diſſolvitur, ut novum inire matrimonium reus abſolutus prohiberi nequeat, *l. conſenſu, §. virum. C. de repud.* Joach. à Beuſt. *de matrimon. part. 2. cap. 24.* Johann. Schneidvv. *ad tit. inſtit. de nupt. ſub Rubr. de divort. n. 35. & ſeqq.* Henning. Arniſ. *de jur. connub. cap. 6. ſect. 2.*

Hoc dubii ſaltem reſtare videtur: † An ritè pronunciet Judex reum hoc caſu abſolvens, cùm nondum facta probatione vel publicatis teſtium atteſtatis conſtare haut poſſit, an quidquam probatum ſit necne? ut proinde nec abſolutoriam ſententiam ſibi propriè locum vendicare dixeris? Sanè † religioſi ſunt judices in pronunciando, ſi reus vel ab obſervatione judicii vel ab ipſa actione veniat abſolvendus, ne judicato ei nimium præjudicetur, † cùm longè differant ab invicem hæc duo: Abſolvere reum ab inſtantia, & abſolvere ipſum ab inſtitutâ actione: Etenim abſoluto duntaxat ab inſtantiâ reo, videtur ſignificari, adhuc ſupereſſe actionem, Baldus *in l. exceptionem. 19. n. 13. C. de probat.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 73. n. 3.* Johann. Zanger. *de except. part. 2. cap. ult. n. 30.* Matth. de Afflict. *decif. 60. in fin.* † quia peremtâ licet inſtantiâ poteſt nihilominus actor de novo incipere cauſam, novamque fabricare inſtantiam, *l. habebat. 3. in pr. inſt. de action. l. quod ſi malit. 14. ff. de R. V. l. fidejuſſor. 32. ff. de negot. geſt. l. cum. indebitum. 57. de condict. indeb. l. 18. §. ult. ff. de vi & vi armat. l. in delictis. 4. §. ult ff. de nox. action.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 2. n. 4. & ſeqq.* Johann. Baptiſt. Aſin. *in prax. judic.*

12 *judic. proœm. cap. 3. n. 4.* † At reo ſimpliciter ab actione intentatâ abſoluto, omne jus actoris tollitur & expirat, Matth. Coler. *in cap. cum venerabilis. 6. n. 40. extr. de except.* Hæc ſi ad caſum præſentem accom-
13 modemus, res expedita erit. † Cùm enim actore a lite diſcedente jus agendi planè expiret, quippe quod huic ipſemet renunciare videatur, non certè poſtmodum facto ſuo & renunciationi rurſus contravenire, nec actionem extinctam reſuſcitare valebit. Quidni ergò reus abſolveretur? præſertim ſi factâ jam litis conteſtatione & peractâ probatione cauſa ad finem ferè fuerit perducta, Jacob. Schult. *obſervat. 7. n. 30. & 31.* Coler. *dict. loc.* ſcilicet quia judicium propriè conſtituitur per litis conteſtationem, *l. properandum, ubi* Jaſon. *n. 5. C. de judic. l. 25. ff. eod. l. un. C. de lit. conteſt.* Ventur. de Valent. *in partben. litig. lib. 1. cap. 5. n. 16. & cap. 15. n. 30.* Sigismund. Scaccia *de jud. cauſar. civ. lib. 2. cap. 2. n. 683.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ* Barbaren/ Paul G. nachgelaſſener Tochter/ Klägerin an einem/ Chriſtoph T. Beklagten anders Theils/ *die 3. Septembr. Anno 1613.* (*Verba Decreti:* Dieweil Klägerin gegen Empfahung dreyer gantzer Reichsthaler *pro redimenda vexâ* Ihre Ehe- und Schwängerungs-Klage fallen laſſen; So wird Beklagter davon billich *abſolvi*ret und entbunden; Inmaſſen wir ihn hiermit davon *abſolvi*ren und entbinden/ ꝛc.) 14

It. † *in cauſâ* Barbaren/ *Thomæ L.* Tochter/ Klägerin an einem/ Georgen G. Beklagten am andern/ auch der Gemeinde zu A. *intereſſent*en dritten Theils/ *die 29. April. Anno 1614.* (*Verba Decreti:* Dieweil Klägerin von ihrer Eheklage gutwillig abgeſtanden; So wird Beklagter Georg G. hiervon *abſolvi*ret; Inmaſſen wir ihn hiermit davon *abſolvi*ren und entbinden. Für die Schwängerung aber/ und des Kindes *aliment*en halber iſt er auf unſere Unterhandlung oder Ermäßigung ihr Abtrag zu thun ſchuldig/ und wird *intereſſi*render Gemeine wegen der allbereit ausgelegten *aliment*en auf derſelben Anſuchen an ihren Erbherrn gebührender Befehlich mitgetheilet/ V. R. W.) 15

It. † *in cauſâ* Sibyllen/ *Thomæ Z.* Tochter Klägerin an einem/ Matthes P. Beklagten anders Theils/ *die 31. Martii Anno 1615.* (*Verba Decreti:* Ob wol nunmehr auf verführtes Gezeugnüß ein Urthel zwiſchen den Partheyen verfaſſet und *publici*ret werden ſollen. Dieweil aber doch Klägerin von ihrer Eheklage gutwillig abzuſtehen ſich erklären laſſen; So wird Beklagter davon billich *abſolvi*ret und entbunden; Inmaſſen wir ihn hiermit *abſolvi*ren und entbinden: Um die Schwängerung aber iſt er auf unſere Ermäßigung ihr Abtrag zu thun ſchuldig/ V. R. W.) 16

It. † *in cauſâ* Annen/ *Thomæ L.* Tochter/ Klägerin an einem/ Hanſen R. Beklagten anders Theils/ *die 18. Jul. Anno 1608.* (*Verba Decreti:* Ob wol Beklagter des ihme vorbehaltenen Beweiſſes ſich angemaſſet/ und denſelben vollnführet/ ſolcher auch nach der *publication diſputi*ret/ und darauf ein Urtheil geſprochen werden ſollen. Dieweil aber Klägerin gegen gebührlichen Abtrag für die zugefügte Schwängerung ihre Eheklage fallen laſſen/ und dem *proceſs renunci*ret; So wird Beklagter der Ehe halber von ihr *abſolvi*ret und entbunden/ und beyden Theilen ihrer Gelegenheit nach in andere Wege ſich zu verehlichen verſtattet und nachgelaſſen; Wegen der Schwängerung aber iſt Beklagter auf unſer Erkäntnüß mit der Klägerin ſich abzufinden ſchuldig/ V. R. W.) 17

Et † *in cauſâ* Annen *Ambroſii B.* nachgelaſſener T. Klägerin an einem/ Hanſen M. Beklagten anders Theil/ *die 18. Septembr. Anno 1611.* (*Verba Decreti:* Dieweil Klägerin geſtalten Sachen nach ihre Eheklage gutwillig fallen laſſen; So wird Beklagter hiermit darvon *abſolvi*ret und entbunden/ und beyden Theilen ihrer Gelegenheit nach ſich zu verehligen verſtattet und nachgelaſſen/ V. R. W.) 18

Definit. XXXVII.

Quocunque verò litis tempore actor in causâ matrimoniali ab actione inſtitutâ diſcendit, reo expenſas refundere obſtrictus eſt.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Damnum ſentit reus, ſi actor ab actione deſiſtat.*
2. *Sumtus ei propterea ab actore ſunt reſtituendi.*
3. *Quibus ex cauſis & fundamentis?*
4. *Temeritas litigandi meretur ſumtuum reſtitutionem.*
5. *Malitia temerè litigantis.*
6. *Quæ ipſa etiam reſtitutione expenſarum coërcenda.*
7. *Adducitur ſanctio Electoralis.*
8. *Actor litem derelinquens mulctâ coërcetur.*
9. *Quæ tamen hodiè ab uſu receſſit.*
10. *Poſt litis conteſtationem quando libellus poſſit mutari?*
11. *Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
12. *Quid juris communis hac in re?*
13. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 14.*

1 Fieri tamen vix poſſe dixeris, ut actore ab actione jam inſtitutâ quocunque etiam tempore litis deſiſtente, pars adverſa damnum haut ſentiat, vel ſaltem ratione expenſarum, quas jam impendit. Verum equidem hoc eſt, ſed viciſſim hoc commodi reportat, quod ſententiam condemnatoriam ulteriùs metuere haut habeat, quò incommodum expenſarum facilè compenſabitur. 2 † At cùm in ambiguo etiamnum ſit, quam judex feret ſententiam, eaque ſi fuerit abſolutoria, reſtitutionem expenſarum reus vel rea ſibi poterit polliceri, ne hac ſpe facto actoris defraudetur, reſtitutio expenſarum diſcedenti è lite jure injungitur. (1.) 3 † Nec enim ab actione inſtitutâ & bonâ ex parte causâ jam ventilatâ rurſus diſcedens præſumtionem temeritatis effugiet, quæ ſola ratio ad refuſionem expenſarum 4 † longè ſufficiens habetur, *l. 79. in pr. ff. de judic. l. ult. C. quando provocat. non eſt neceſſ. l. 4. C. de fruct. & lit. expenſ.* Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſt. 11. n. 1.* Andr. Gail. 5 *lib. 1. obſerv. 151. n. 23.* (2.) † Quâ ex causâ prono quaſi profluit alveo ratio malitiæ, à quâ vix ſe poterit liberare auſu temerario ad litem prorumpens, probatione deſtitutus, vel juris ratione haut inſtructus, ut victoriam litis ſibi polliceri 6 queat. † Atqui malitiam certo ſequitur pede condemnatio in expenſas, *§. 1. in fin. Inſtit. de pœn. temer. litigant. l. 4. C. de fruct. & lit. expenſ.* Anton. Fab. *in Codic.* 7 *lib. 2. tit. 35. Defin. 4. num. 4.* (3.) † Et quid multis, poſtquam clarâ ſanctione id expreſſum à Sereniſſimo Saxoniæ Electore *in Ordinat. proceſſ. judic. tit. 5. §.* Da auch einer. *verſ.* Er wolte denn die vorige Klage gantz fallen laſſen/ꝛc. Auf ſolchen Fall iſt er gleichwol dem Beklagten zuvor die Unkoſten auf richterliche Ermäßigung zu erſtatten ſchuldig. Nec de ullo rigore conqueri poteſt actor, cujus contumacia † in 8 non-proſequenda lite alias de jure Saxonico ultra refuſionem expenſarum mulctâ coercetur, *articul. 2. poſt pr. lib. 2.* Landrecht. Chriſtoff. Zobel. *part. 1. differ. 16. num. 14.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 104. num. 8.* † licèt obſervantia fori hoc immutaverit, 9 in reſtitutione expenſarum ſubſiſtens, additâ cautione de lite proſequenda, ſi denuò audire velit, *Ordin. proceſſ. judic. tit. 10. in pr.* Zobel. *dict. part. 1. differ. 12. num. 10.* Jacob. Schult. *in addit. ad Coler. dict. deciſ. 104. n. 28.* Chilian. König *in proceſſ. cap. 36. n. 1. & ſeq.* Hartm. Piſtor. *obſervat. 140. n. 1.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 9. num. 4.* (4.) † Quæ ipſa porrò ratio 10 hoc introduxit, ut actor poſt præſtitam Guarandam vel litem conteſtatam libellum mutare volens non audiatur, priusquam refuſis expenſis à priori inſtantiâ receſſerit, ut benè pronunciarunt Scabini Lipſienſes † *in causâ Balthaſar.* Friderichs/ *contra* Georg Reuters Erben zu Leipzig/ *Menſ. Jun. Anno 1638.* 11 (würde Kläger des vorigen *proceſſus* Unkoſten auf vorgehende *liquidation* und Ermäßigung Beklagten erſtatten/ inmaſſen ihme zu thun oblieget; So wäre Beklagter auf die neue erhobene Klage ſich einzulaſſen/ und die *producirte obligation* zu *recognoſciren* ſchuldig/ darauf in der Sachen ferner ergehet was Recht iſt.) Idque ex præſcripto *Ordinat. proceſſ. judic. dict. tit. 5. §.* Da aber einer. † quod nec à jure civili alienum, *l. 18.* 12 *§. ult. ff. de vi & vi armat.* Specul. *lib. 2. part. 3. tit. de expenſis. §. ſi ante litis conteſtationem. 3. num. 11.* Hartm. Piſtor. *part. 4. quæſt. 22. n. 5.* Jacob. Schult. *obſervat. 48. n. 36.* Pruckm. *lib. 1. conſil. 22. n. 30. verſ. etenim omnis qui libellum &c.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Marien/ Hanſen T. nachgelaſſenen Tochter/ Klägerin an einem/ Hanſen W. Beklagten anders/ und Gertrauten/ Chriſtoff M. Wittben/ *interveniens* in dritten Theils/ *die 19. Aprilis Anno 1611.* (*Verba Decreti:* Dieweil Klägerin ihre Eheklage gutwillig fallen laſſen; So wird Beklag- 13

ter davon *abſolvi*ret und entbunden. Inmaſſen wir ihn hiermit davon *abſolvi*ren und entbinden. Sie iſt ihm aber die verurſachten Unkoſten/ welche wir aus richterlichen Amt ohne Eyd auf 9.fl.6.gr.3.pf. gemäßiget/ in Zeit Sächſiſcher Stift zu erſtatten ſchuldig/ V.R.W.)

Et † *in causâ* Martin E. Klägerin an einem/ Eliſabethen Marien/ Herman A. Tochter zu M. Beklagtin anders Theils/ *die 22. Auguſti, Anno 1616.* (*Verba Decreti:* Dieweil Kläger/ nachdem er vermercket/ daß er in ſeine Eheklage nicht allerdings zu recht gegründet/ und ſolche auszuführen ihme getrauet/ davon wieder abgeſtanden/ des Beweiſes ſich begeben/ und die Eheklage gutwillig fallen laſſen; So wird Beklagte davon billich *abſolvi*ret: Inmaſſen wir ſie hiermit davon entbinden und loßzählen. Es iſt aber Kläger die aufgewandten Unkoſten/ auf Ermäßigung Beklagter zu erſtatten ſchuldig/ V.R.W.) 14

DEFINIT. XXXVIII.

Sæpiſſimè tamen hoc caſu actori à lite diſcedenti reus expenſas refundere tenetur, quandoque etiam ſi actore ſuccumbente victoriam reportaverit & abſolutus fuerit.

SUMMARIA.

1. *Sæpiſſimè reus actori à lite diſcedenti expenſas refundit.*
2. *Quod mirum alicui videri poſſet.*
3. *Ratio hujus juris quænam?*
4. *Quandoque reus abſolutus actori reſtituit expenſas.*
5. *Quibusnam in caſibus? n.6.*
7. *Culpa meretur pœnam reſtituendarum expenſarum.*
9. *Quô caſu etiam ſæpiùs reo abſoluto pœna injungitur.*
9. *Fructus pœnarum quisnam?*
10. *Victus Victori tenetur in expenſas.*
11. *Etiam quando liti renunciavit.*
12. *Fallit hoc, ſi victor cauſam dederit litigandi. num. 14.*
13. *Ex juſtâ litigandi causâ expenſæ quandoque compenſantur.*
15. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 16. 17. 18. 19. 20.*

ET quidem juris hoc eſt expediti, ut actor temerè actioni jam intentatæ renuncians reo ſolvat expenſas, *Definit. præced.* id vero ſpeciale † ac notatu dignum, ſæpiſſimè hoc caſu reum condemnari in expenſas actori refundendas. 1
2 Quod miraberis, † ſi Regulam juris vulgatam penſitaveris, quâ malitioſo vel temerario litiganti onus hoc tantummodò imponitur: At quænam malitia rei conventi, qui omnem potiùs litem relegatam vellet, quam oneri proceſsùs & dubio litis eventui ſe ſubmittere, præſertim ſi de temeritate actoris liti renunciantis conſtet?

Fateor in theſi hæc prolata non minimum movere alicui poſſe ſcrupulum, † 3 ſed benè advertendum, expenſarum reſtitutionem pœnæ loco injungi litigantibus, qui vel auſu temerariò vel malitia ſuâ cauſam litigii dederunt. Quæ † cùm ſæpiùs imputetur reo, etiam abſolutus fuerit, & victoriam reportaverit, in cauſis matrimonialibus nemo iniquum judicaverit, in expenſas eum condemnari, quantumvis actor litem deſeruerit, vel nihil probaverit. Quid enim † ſi ſpe- 5 inani reus actricem, vel rea actorem lactaverit? Quid ſi promiſſionibus ejusmodi erga alias perſonas dives extiterit, easq; deceperit? † Quid etiam ſi matrimonium 6 quidem promiſerit, ſed poſtea parentum diſſenſum objiciat, vel publica haut fuiſſe ſponſalia celebrata prætendat, ac pœniteat? Nunquam extra culpam erit, † quæ reſtituti- 7 one expenſarum coerceri debet, *l. 29. ff. de judic. l.4. C. de fruct. & lit. expenſ.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 152. n. 23.* tantumque abeſt, absque causâ ſufficiente reum reamvè abſolutam reſtitutione expenſarum gravari, † ut quandoq; mulctam inſuper ob com- 8 miſſam levitatem in promittendo matrimonio, neglectumque parentum conſenſum Domini Conſiſtoriales iis irrogare, haut dubitaverint, quo alii ab ejusmodi malitiâ abſtineant & cautiùs mercari diſcant, † in quo fructus pœnarum 9 haut minimus conſiſtit, *l. ſi pœnam. ff. de pœn. can. prodeſt ſeveritas. 23. quæſt. 5. cap. ut*

ut clericorum. extr. de vitâ & honeſtate clericor. cap. felicis. §. in pœnis. extr. de pœnis in 6to. Hering. *de fidejuſſ. cap. 10. n. 344.* Petr. Gilken. *ad tit. C. de ſumm. Trinit. n. 116.* Johan. Bodin. *lib. 7. de Republ. cap. 4. num. 21.*

Quod ſi aliquis objiciat nobis Regulam, ore ac votô omnium comprobatam:
10 † Victum victori, non verò hunc illi in expenſas litis eſſe condemnandum, *dict. l. 79. in pr. ff. de judic. l. ult. C. quand. provoc. non eſt neceſſ.* Joh. Gœdd. *in l. 7. n. 9. ff. de V. S.* Pract. Papienſ. *in formâ libelli action. real. verb. & expenſis. n. 3.* Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 2. cap. 6. n. 11. & ſeqq.* quam generaliter intelligunt
11 † de eo etiam, qui liti renunciavit, quod facere haut potuit invitô adverſariô, Jaſon. *in l. properandum. 13. §. ſive autem alterutra. 6. num. 2. C. de judic.* reponimus, nunquam eam fore tàm firmam, ut non contrariam † admittat limitationem, ſi nempe 12
cauſa litigii in victorem redundet, quippe quæ condemnatione in expenſas alteri parti refundendas coercetur, ut modò diximus. Ex quo etiam fit, ut ſumtus ſaltem compenſentur, † ſi victus juſtam litigan- 13
di cauſam habuerit, *l. qui ſolitum. 78. §. etiam Reſpublica. 2. verſ. nec aliter ſervatur. ff. de legat. 2.* Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſt. 11. n. 1.* Gail. *lib. 1. obſervat. 151. n. 23.* Nec † enim ulla imputari poteſt culpa ei, qui 14
juſtâ inductus causa litigium ſuſcepit. Anton. Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 18. defin. 4. n. 3.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Friedrich L. Klägern an einem / Annen / Georg 15
G. Wittiben / Beklagtin anders Theils / *die 14. Auguſti, Anno 1611.* (*Verba Decreti:* Dieweil Kläger nunmehro ſeine Eheklage und angemaßten Beweiß gutwillig fallen laſſen; So wird Beklagte hiermit abſolviret und entbunden. Sie iſt aber die für ſeine aufgewandte Unkoſten bewilligte 24. fl. nächſtkommenden Michaelis und Weynachten / iedesmal den halben Theil zu erſtatten ſchuldig / V. R. W.)

Item † *in causâ* Catharinen T. Klägerin an einem / Abraham C. Beklagten anders / 17
und Catharinen R. *intervenientin* dritten Theils / *die 25. Octobr. Anno 1616.* (*Verba Decreti:* Dieweil Klägerin ihre Eheklage gutwillig fahren laſſen; So wird nunmehro das zwiſchen dem Beklagten und der *intervenientin* gehaltene öffentliche Eheverlöbnüß durch ehliche Trauung und Beywohnung billich vollzogen: Es iſt aber Beklagtens Vater / ſeinem Erbieten nach / Klägerin für die Forderung an geliehenem Gelde / Schäden und Unkoſten / binnen 14. Tagen / 25. Gülden zu Oſchatz zu entrichten ſchuldig / und wird hierüber auf unſere Anordnung ſein Sohn / daß er dem vierdten Geboth zu wider ohne ſeiner Eltern *conſens* ſich mit Klägerin verlobet / andern zum Exempel mit willkührlicher Strafe billich beleget / V. R. W.)

Item † *in causâ* Caſpar H. Klägern an einem / Annen / Martin P. Tochter / und ihre El- 18
tern / Beklagte anders Theils / *die 21. Octobr. Anno 1608.* (*Verba Decreti:* Daß Beklagte der Ehe wegen von Klägers Anſpruch zu entbinden: Sie ſeynd ihm aber die verurſachten Unkoſten / welche wir auf 5. fl. 3. gr. 6. pf. gemäßiget / von dato innerhalb 14. Tagen zu erſtatten ſchuldig / V. R. W.)

Item † *in causâ* Annen / Michael K. Wittiben / Klägerin an einem / Hanſen M. und deſſen 19
Vater Jacob M. Beklagten anders Theils / *die 3. Febr. Anno 1609.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter Jacob M. nicht geſtändig / daß er mit der Klägerin eine Ehe zu ſchlieſſen befohlen / der Sohn auch wider ſeines Vaters Willen nichts zugeſaget haben / noch Klägerin dißfals Beweiſung auf ſich nehmen wollen / ſondern ihre Eheklage gutwillig fahren laſſen; So werden Beklagte / bey welchen die Vollziehung der Ehe nicht zu erlangen geweſen / hiervon abſolviret und entbunden: Sie ſeynd aber der Klägerin in verurſachten Unkoſten / welche wir auf 9. fl. 6. gr. 3. pf. aus richterlichem Amte gemäßiget / zu erſtatten ſchuldig / V. R. W.)

Item † *in causâ* Chriſtinen / Benedicti G. Tochter / Klägerin an einem / Peter E. Be- 20
klagten anders Theils / *die 17. Februar. Anno 1609.* (*Verba Decreti:* Ob wol Klägerin / wie Recht / nicht erwieſen / daß Beklagter vermittelſt ſeiner Mutter Einwilligung ſich mit ihr verlobet / derowegen er von angeſtellter Eheklage zu abſolviren und zu entbinden: Immaſſen wir ihn hiermit abſolviren und entbinden; So iſt er doch die verurſachte Unkoſten / welche wir aus richterlichem Amt ohne Eyd auf 4. Goldfl. *moderi*ren und mäßigen / ihr zu erſtatten ſchuldig / und wird hierüber von der weltlichen Obrigkeit 8. Tage lang mit Gefängniß andern zum Abſcheu billich geſtrafet / ꝛc.)

Et

Et † *in causâ* Marien/ Georg F. Tochter/ Klägerin an einem/ Martin K. Beklagten an- 20
ders Theils/ *die 16. Novembr. Anno 1618.* (*Verba Decreti*: Ob wol aus der Par-
theyen eigenen Bekäntniß ſo viel zu befinden/ daß Beklagter der Klägerin ver-
bindlicher Weiſe die Ehe nicht zugeſaget/ derowegen er von ihren Anſprüchen
dißfalls loß zu zehlen; So iſt er doch vor den zugezogenen Schimpff die verur-
ſachten Unkoſten/ ſeiner Bewilligung nach/ ihr von dato innerhalb Monats-Friſt
zu entrichten ſchuldig/ und wird hierüber/ daß er ſo bald nach ſeines vorigen Wei-
bes Tode an unterſchiedlichen Orten Freyens halber ſich eingelaſſen/ von der
weltlichen Obrigkeit mit willkührlicher Gefängniß-Strafe/ andern zum Ab-
ſcheu/ billich beleget/ V.R.W.)

DEFINIT. XXXIX.

Contra matrimonium nulla ſubſiſtit transactio privata ſeu extrajudicialis.

SUMMARIA.

1. *Privatim num poſſit tranſigi de matrimonio?*
2. *Affirmativè reſpondendum, ſi tranſigatur pro matrimonio.*
3. *Etiam ſpe lucri alicujus. n. 4.*
5. *Non autem ſubſiſtit transactio privata contra matrimonium.*
6. *Absque prævia ſcilicet Magiſtratûs cognitione.*
7. *Rationes & fundamenta decidendi. n. 11.*
8. *Juramentum & transactio æquiparantur.*
9. *In matrimonio omnis transactio cenſetur prohibita.*
10. *De causâ matrimoniali in arbitrium compromitti nequit.*
12. *Sententiam Conſiſtorii Supremi.*
13. *Ejusdem Reſcripta. n. 14.*

1 EO temeritatis quandoque progrediuntur litigantes de promiſſo matrimonio, ut propriâ conventione ac transactione rem componere præſumant: Quæ transactio quidem licita & valida habetur, ſi fiat pro matrimonio con-
2 trahendo, velut Dd. loquuntur, † affirmativè ut ſcilicet ſponſa ſpetita maneat ſponſa, & uxor maneat uxor. Quod ſi enim cuique fas eſt, ſponſalia legitima pro lubitu contrahere, quidni etiam ſponſalia privata vel invalida publicè denuò repetere & per ſubſequentem transactionem convalidare? Johann. Schneidevvin. *in §. item ſi quis po-*
3 *ſtulante. n. 28. Inſtit. de action.* † quo pacto ſæpiſſimè conſiliari ſolent matrimonia, ut pater puellæ majorem fortè promittat aliquam dotem. Licèt namque matrimonia
4 † metu pœnæ etiam pecuniariæ debeant eſſe libera, *cap. gemma. extr. de ſponſa.* attamen ſpe lucri non rarò quis ad matrimonium invitatur, *l. Titio centum. §. 1. ff. de condit. & demonſtr.* Schneidevvin. *dict. loc.*

5 † Alia verò eſt ratio transactionis contra matrimonium, vel negativè pro diſſolvendo eo initæ, quæ nullatenus ſubſiſtit privatim & extrajudicialiter absque
6 † prævia judicis ſeu Magiſtratûs cognitione facta, Joach. à Beuſt. *de connub. part. 1. cap. 29.* Schneidevv. *dict. loc. n. 29.* Andr. Gail. *l. 2. obſerv. 94. n. 14. verſ. hinc eſt.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 16.* Non absque fundamentis: (1.) † ſiquidem in causâ matri- 7
moniali juramentum voluntarium à parte parti matrimonium neganti, & ſic contra matrimonium deferri nequit, Gloſſ. *in l. 3. §. quacunque.* ubi Bartol. & Salycet. *de jurejur.* Gail. *dict. loc.* Heig. *dict. quæſt. 16. n. 7.* Henning. Arniſ. *de jur. connub. cap. 6. ſect. 3. n. 14. & ſeqq.* Matth. Weſenb. *part. 3. conſil. 125. num. 13.* † Ergò nec transactio 8
contra matrimonium iniri, quia juramentum & transactio æquiparantur, *l. jusjurandum. 2. ff. de jurejur.* Schneidevvin. *dict. loc. n. 27.* (2.) † Atque hinc expreſsè in ma- 9
trimonio omnis transactio legitur prohibita, pro diſſolvendo ſcilicet eo ſuſcepta, *cap. ult. extr. de transact.* Bartol. *in l. ult. C. de transact.* ita ut nec † in arbitrium vel ar- 10
bitratorem compromitti de causâ matrimoniali poſſit, *cap. pen. §. ult. ext. de in integr. reſtit.* Didac. Covarr. *de ſponſal. part. 2. cap. 8. §. 12. n. 2.* Nicol. Mozz. *in tract. de matrim. tit. de nat. matrim. num. 20. & 21.* Triviſan. *lib. 1. deciſ. 28. n. 18.* (3.) † Idque 11
non ſaltem propter honeſtatem, ſed ex ipſo DEI verbo, quod transactionem hâc in re aper-

apertè improbat, ait enim Salvator *Matth. 19. v. 6.* Quod DEUS conjunxit, homo ne disjungat, *can. quos DEUS. 33. quæſt. 2. cap. 2. extr. de transl. prælat.* Quo ipſo omnibus hominibus interdictum apparet, ne mutua voluntate ſolvant, quod à DEO ipſo eſt colligatum.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Michael* Eunels *Inſpectoris Waldenheimenſis die 16. April. Anno 1608.* (*Verba Sententiæ:* Als ihr uns berichtet / welcher Geſtalt Gregor W. Walpurgen B. ihrer Ehre entſetzet und geſchwängert / und ungeachtet ſie ihn zur Ehe begehret / mit Vorwenden / daß er ſie zu ehlichen verſprochen habe / doch endlich durch Behandlung ihres Vettern für die Schwängerung 9. gute Schock auf gewiſſe Termin zu nehmen bewilliget; Derowegen ihr um rechtliches Erkäntniß / ob angedeuteter Vertrag bey Kräfften bleiben / und ihnen ſich anderweit zu verheyrathen verſtattet werden könne / gebeten. Demnach erkennen und ſprechen wir vor Recht / daß dieſe und andere Eheklagen ohne vorgehende Erkäntniß der *Conſiſtorien contra matrimonium* nicht beygelegt / oder zum Vertrag gerichtet werden können / ſondern ihr ſeyd gemeldte Perſonen zu uns zur Verhör zu *remittir*en ſchuldig / V. R. W.) 12

Item † *Johanni Wolffen* und *Melchiori, Fratribus ab Harttitzſch, die 17. Februar. An. 1626.* (*Verba Reſcripti:* Uns hat der Superintendens zu Freyberg berichtet / welcher Geſtalt B. G. mit C. S. in Ehe- und Schwängerungs-Sachen ſelbſt-thätiger Weiſe einen Vertrag aufgerichtet / und denſelben von euch dem Gerichts-Herrn *confirmir*en laſſen; Wann dann ſolches wider Churfürſtl. Ordnung und *publicirte decreta* lauffen thut; Als iſt hierauf an ſtatt ꝛc. unſer Begehren / Ihr wollet den Partheyen Krafft dieſes auferlegen / daß ſie Freytags nach *Oculi* den 27. *Martii* nächſtkünfftig früh um 8. Uhr vor uns im Ober-*Conſiſtorio* unausbleiblich erſcheinen / den Vertrag mit zur Stelle bringen / und darauf Beſcheids gewarten ſollen / ꝛc.) 13

Et † *Superintendenti Freybergenſi ac Quæſtori Auguſtoburgenſi die 10. Jan. Anno 1627.* (*Verba Reſcripti:* Wann aber dergleichen Winckel-Verträge nicht zu verſtatten; So thun wir ſolche Vergleichung hiermit *caſſir*en; Darneben an ſtatt ꝛc. begehrende / wofern Klägerin ihre Eheklage zu verfolgen nicht bedacht / Beklagter ſie auch in guten zu ehlichen nicht zu vermögen: Ihr zugleich wollet beyde Theile nach Gelegenheit ihres Vermögens des Abtrags halber vergleichen / oder billiche *moderation* treffen / und uns alsdenn ſolche zur *ratification* nebenſt der Gebühr anhero überſenden / ꝛc.) 14

DEFINIT. XL.

At valida eſt transactio judicialis coram Magiſtratu eccleſiaſtico ſeu Conſiſtorio, etiam contra matrimonium inita.

SUMMARIA.

1. *Qua ex cauſa annulletur transactio contra matrimonium? numer. 2. 4.*
3. *Quid juris, ſi de perfecto contractu & matrimonio nondum conſtet?*
5. *Omnis diſpoſitio actûs ſubſtantiam præſupponit.*
6. *Transactio ſuper matrimonio nondum perfecto etiam negativa ſubſiſtit.*
7. *Modo judicialiter fuerit inita, numer. 8.*
9. *Rationes & fundamenta hujus aſſertionis.*
10. *Ex tractatibus ad contractum firmiter inferre non licet.*
11. *Lex qualitatem requirens locum haut habet, ſi de ea certò non conſtet.*
12. *Contra libertatem quando liceat tranſigere?*
13. *Actor quando renunciare valeat liti matrimoniali?*
14. *Juramentum contra matrimonium à parte deferri nequit.*
15. *At bene juramentum purgationis à judice.*
16. *Juramentum & transactio æquiparantur.*
17. *Quando liceat tranſigere de rebus ſpiritualibus? n. 18.*
19. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 20. 21. 22. 23.*

1 RAtio ergò principalis, quæ transactionem contra matrimonium initam annihilat, in eo potiſſimum conſiſtit, quod ſponſalia ſemel contracta mutuò diſſenſu rurſus nequeant diſſolvi. *Matth. 19. v. 6. can. quos Deus.18.cauſ. 23. quæſt. 3.* Weſenbec. *part. 3. conſil. 125. n. 15. & 16.* Nec enim Regula illa, † qua unumquodque eò diſſolvi dicitur modo, quò colligatum eſt, *l. nihil tam naturale. 35. ff. de Reg. Jur.* huc pertinet, quippe quæ tantummodo de iis, quæ à poteſtate utriusque partis dependent, loquitur, nec proinde ad matrimonium autoritate divina copulatum extendi debet, Dec. *ad dict. l. 35. n. 7. & ſeq.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 16. n. 6.* Ex quo
2
3 non male dixeris, † invalidam hautquaquam haberi transactionem ſuper matrimonio nondum probato aut perfecto, vel taliter contracto, ut propter diſſenſum aliamve ob
4 cauſam jure ſubſiſtere nequeat. Nam † jura, quæ à matrimonio transactionem removent, & per eam vinculum conjugii diſſolvi nolunt, ita ſunt intelligenda, ſi modo matrimonium verè ſit contractum, & vinculo inter ſe
5 aliquo ſponſus & ſponſa teneantur, quia † omnis diſpoſitio actus ſubſtantiam præſupponit, & de habilitate recipit interpretationem, *l. ut gradatim 11. ff. de muner. & hono-*
6 *rib.* † Non ergò verificata matrimonii contracti qualitate, quid obſtat, quò minus per transactionem ab actu hoc imperfecto & tractatibus matrimonii recedatur?

Fateor, rem ita ſeſe habere: ſed cum negotium hoc exactiorem requirat cognitionem & prudentius judicium, ne forſan ſub prætextu tractatuum matrimonium jam
7 contractum rumpatur, † periculoſum omninò foret, arbitrio contrahentium, ad diſtractionem ſponſaliorum ſæpè inclinantium, transactionem committere; Tutiùs verò facultas transigendi relinquitur Conſiſtorio ac Magiſtratui eccleſiaſtico, qui prius facti circumſtantias quasque exacte ponderabit, & ſi de nudis conjugii vel ſponſaliorum tractatibus aut invaliditate appareat, transactio-
8 nem permittet ac confirmabit. † Ut hinc dubium non ſit, quin transactio judicialis etiam contra matrimonium inita jure ſubſiſtat, Heig. *dict. qu. 16.* Joach. à Beuſt. *de jur.*
9 *connub. part. 1. cap. 30.* (1.) † Ceſſante ſcil. cauſa prohibitionis, ne ſponſalia jam contracta rurſus diſſolvantur, reſtricta transactione ad nudos contractus vel imperfectio-
10 nem ſponſaliorum: † Nec enim ex tractatibus ad contractum firmiter inferre licet. Jaſ. *in l. in bonæ. 17. ff. de eo quod certo loco.* Multa ſiquidem tractantur, quæ nunquam perficiuntur, *l. ſi voluntate. C. de reſcind. vendit.* Heig. *dict. quæſt. 16. n. 27.* Ut hinc non male confugiamus ad regulam generalem vulgatam, qua traditum eſt, † quotiescunque 11
lex qualitatem aliquam requirit, ei tum demùm locum eſſe, ſi de qualitate ipſa conſtet, non ſi dubitetur, *l. crimen. C. ad L. Jul. de adult. l. divus.* ubi Bartol. *ff. de teſtam. milit.*

(2.) † Ex quo etiam fit, quòd licet ſuper 12
libertate & ſtatu hominis prohibita ſit transactio, *l. ult. C. de transact.* attamen contra libertatem eandem ſuper conditione ſervili valeat, quando adhuc controvertitur, an quis ſervus vel liber exiſtat, *dict. l. ult.* ubi Dd. generaliter notant, multa in dubiis tolerari, quæ in caſu claro non permitterentur, Heig. *dict. loc. n. 16.* Veluti † quoque re- 13
nunciari poteſt actioni de promiſſo matrimonio intentatæ, ſi ſcilicet de conjugio vel ſponſalibus jam perfectis nondum appareat, nec ea probata & deſuper judicatum fuerit, *ſupr. Defin. 33. 34. & 35.* quod tamen permittendum haut eſſet, ſi de perfectione ſponſaliorum certò conſtaret.

(3.) † Licet quoque juramentum contra 14
matrimonium a parte deferri nequeat. Joh. Schneidevv. *ad §. item ſi quis poſtulante. n. 26. & ſqq. Inſt. de act.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 94. n. 13. & ſeqq.* haut tamen judex prohibetur jusjurandum † purgationis contra matri- 15
monium reo injungere, *Conſt. Elect. 22 part. 1.* Joh. Schneidevv. *dict. loc. 32.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 40. n. 25. in pr.* Henning. Göden. *conſil. 94. n. 12. & conſil. 92. n. 10.* Ex quo optimè infertur ad transactionem, ut ſcilicet judicialiter contra matrimonium facta ſubſiſtat, quantumvis extrajudicialiter ſic inita annulletur, † quippe quod juramentum 16
& transactio æquiparentur, parique paſſu ambulent, *l. 2. ff. de jurejur.* Schneidevvin. *dict. loc. n. 27.*

(4.) Et quis tandem de hoc ambigere vellet, poſtquam hoc in caſu de rebus † ſpiritua- 17
libus in genere, quibus etiam matrimonium accenſetur, tranſigere licet. Nimirum utcunque de rebus ſpiritualibus transactio prohibita ſit, & compromitti nequeat, verum tamen hoc eſt eo duntaxat caſu, quando de jure quæritur, & in facto nulla ambiguitas exiſtit. At quando de facto eſt quæſtio, utrum nempe res ita acciderit, quemadmodum narratur, & per negationem res facta eſt dubia, † nec quidquam adhuc judici 18
approbatum, transactionem pariter & compromiſſum locum obtinere, Interppr. noſtri haut inficiantur, Bartol. & Alexand. *in l. quoties. C. de judic.* Heig. *dict. quæſt. 16. n. 23. part. 2.*

Ita

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Sibyllen/ *Petri B.* Tochter/Klägerin an einem/ 19
Andreæ S. Beklagten anders Theils/ *die 1. Octobr. An. 1608.* (*Verba Decreti:* Die-
weil Beklagter der Klägerin an ihrer erhobenen Ehe-und Schwängerungs-Kla-
ge nichts geſtändig/ ſondern mit ſeines Vatern auf unſer Zureden geſchehenes Er-
bieten allein *pro redimendâ vexâ* ihr 3. gute Schock zu geben/ und ſolche auf drey
termine, als von *dato* über 14. Tage/ nächſtkommende Weyhnachten und folgen-
de Oſtern einzulegen zufrieden geweſen /und alſo durch dieſe *transaction* beyde
Theil verglichen worden; So bleibets darbey nochmals billich / und wird Be-
klagter von angeſtellter Klage hinwiederum *abſolvi*ret und entbunden; Inmaſſen
wir ihn davon entbinden und loßzehlen/ V. R. W.)
Item † *in causâ* Marien/ Caſpar L. Tochter/Klägerin an einem/Georg D. Beklagten 20
anders Theils/ *die 15. Martii Anno 1609.* (*Verba Decreti:* Wiewol Beklagter/ daß
er der Klägerin eine verbindliche Ehe zugeſaget/ nicht geſtändig geweſen; Die-
weil er aber doch auf unſer Zureden zu Verhütung allerhand Weitläufftigkeit
mit ihr dergeſtalt *transſigi*ret/ daß er ihr 30. Thaler nächſtkommende Oſtern und
Michaelis iedes mal zur Helffte geben/und bey uns einlegen wolle; Worgegen
ſie ihre Klage und Zuſprüche fallen laſſen; So bleibet es bey ſolcher *transaction*
billich/ und wird beyden Theilen in andre Wege ſich Chriſtlich zu verehlichen ver-
ſtattet und nachgelaſſen/ V. R. W.)
Item † *in causâ* Reginen/ Jacob W. Tochter/Klägerin an einem/ Georgen R. Be- 21
klagten anders Theils/ *die 15. Mart. Anno 1609.* (*Verba Decreti:* Ob wol Beklagter
weder des Beyſchlafens/ noch der ehelichen Zuſage geſtändig: Dieweil er aber
auf unſere Zuredung *pro redimendâ vexâ* und zu Verhütung Weitläufftigkeit ihr
ſieben Schock/als 3. ſch. von *dato* innerhalb 14. Tagen / und die übrigen 4. ſch.
nächſtkommende Michaelis zu entrichten/und iedes mal bey uns einzulegen ver-
ſprochen/damit ſie endlichen zufrieden geweſen; So iſt er auch ſolcher ſeiner Be-
willigung bey Vermeidung der Hülffe nachzukommen ſchuldig/ V. R. W.)
Item † *in cauâ Joachimi B.* Klägern an einem/Sabinen/ *Bartholomæi G.* Tochter/ Be- 22
klagte anders Theils/ *die 31. Martii An. 1609.* (*Verba Decreti:* Dieweil Kläger
wegen Empfahung 30. fl. Müntze Meißniſcher Wehrung ſeine wider die Beklag-
te habende Zuſprüche fallen laſſen/ ſie auch ſolche bey ihrem Vater zwiſchen *dato*
und nächſtkommenden Leipzigiſchen Oſter-Marckt auszurichten zugeſaget; So
laſſen wir es dabey bewenden/ und werden in Verbleibung gütlicher Bezahlung
Klägern Ausgangs der Zahl-Wochen auf ſein ferner Anhalten *executoriales* an
den Schöſſer zu Wolckenſtein billich mitgetheilet/ V. R. W.)
Et † *in causâ* Hanſen K. Klägern an einem/ Marthen/ Hanſen T. Wittwen/Beklag- 23
te am andern/ Georg Z. *intervenien*ten dritten Theils/ *die 5. April. An. 1609.* (*Ver-
ba Decreti:* Dieweil Kläger gegen Empfahung 3. guter Schock/ welche ihme al-
lein *pro redimendâ vexâ* zu Verhütung ferner Verſäumniß und Unkoſten zwiſchen
dato und nächſtkommenden Pfingſten von ihr entrichtet werden ſollen/ aller An-
ſprüche wider Beklagte ſich verziehen; So wird nunmehr die Ehe zwiſchen ihr
und dem *intervenien*ten billich vollnzogen; Inmaſſen ſie darauf vor uns/ und in
Gegenwart vieler Zeugen Chriſtlicher Weiſe *copuli*rt und getrauet worden/
V. R. W.)

DEFINIT. XLI.

Per transactionem, qui obtinuit abſolutionem ab actione de matrimonio inſtituta, priusquam ſatisfecerit promiſſis, ad conſummationem alterius matrimonii non admittendus.

SUMMARIA.

1. *Transactiones de cauſis matrimonialibus quid contineant?*
2. *Ex illis executivè poſtea agi poteſt.*
3. *Transactio æquiparatur ſententiæ.*
4. *Quæ absque executione parum utilitatis habet.*

5. *Mo-*

5. Modus executionis quisnam obſervandus? n. 6.
7. Executionis ordini ac modo præcisè inſiſtendum.
Omiſſio ſolennitatis vitiat actum.
Aliò quandoque mediò executionis utitur judex.
10. Ut ſcilicet non admittatur debitor ad nuptias contrahendas, priusquam ex transactione priori ſponſæ ſatisfecerit.
11. Unô electô executionis remediô aliud haut excluſum cenſetur.
12. Creditor ab incarceratione debitoris recedere & immiſſionem in ejus bona petere poteſt.
13. Favor matrimonii non debet alii præjudicare.
14. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

1 NUnquam lites matrimoniales per transactionem dirimuntur, quâ non una vel altera pars ad exolutionem certæ pecuniæ alteri ſolvendæ obligetur, vel pro redimendâ vexâ, pro defloratione, aut ad alimentationem infantis, vel etiam pro injuriis per temeraria ſponſalia illatis, ut videre eſt apud Joach. à Beuſt. *de connub. part. 1. cap.*
2 *30.* † ex quâ obligatione poſtea executivè agi poteſt, ut ſatisfiat promiſſis & transactioni, quæ legem paciſcentibus poſuit firmiſſimam, *l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de Reg.*
3 *Jur. l. in conventionibus ff. de V. O.* † & æquiparatur transactio ſententiæ. *l. non minorem. C. de transact. l. poſt rem ff. de re judic. l. 2. ff. de jurejur.* Johan. Köppen. *deciſ. 58.*
4 *n. 3.* † quæ nihil quicquam utilitatis habet, niſi & executio ſequatur, Gloſſ. *in Rubr. C. de execut. rei judic.* Jacob. Schult. *obſerv. 37. n. 5.*

De modo autem executionis non eſt quod
5 ſimus ſolliciti, cùm jure hic eſt præfinitus, † nempe ut primùm de rebus mobilibus & ſe moventibus capiantur pignora: deinde de immobilibus, & his non apparentibus aut ſufficientibus pignorentur jura & actiones
6 debitorum: † tandem ſi neque mobilia neque immobilia, vel nomina adſint, deveniatur ad carcerationem perſonæ, *l. à divo Pio. §. in venditione. 2. junct. §. ſi pignora. 3. & §. ſic quoque. 8. ff. de re judic.* Specul. *in tit. de execut. ſent. § ſequitur. n. 3.* Bartol. Bald. & Dd. *in l. 1. C. qui bon. ced.* Inſiſtendum ergò mo-
7 do huic † executionis, ſi ex transactione contra promiſſorem ea petatur, à quo vel propterea haut recedendum, quia pro formâ eſt traditus, ex quo ejus præpoſteratio annullare dicitur proceſſum, Bartol. Zaſ. & Dd. *in dict. l. 15. §. 2. de re judic.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 3. cap. 9. n. 20.* † ſiqui- 8
dem omiſſio ſolennitatis a jure requiſitæ vitiat actum, *l. cum hi. §. ſi prætor. 17.* ubi Bartol. *in pr. & n. 1. ff. de transact. l. prolatam. 4. C. de ſentent. & interloc.* Sed hoc de regulari executionis remedio eſt exaudiendum, † 9
quô neglectô fas eſt judici, aliâ quandoque progredi viâ contra debitorem, ut promiſſis ſatisfaciat.

Placuit itaque Dominis Conſiſtorialibus, quandoque proclamationem & nuptias, quas cum alia perſona contrahere ſatagit debitor, prohibere, † donec usque pecuniam pro- 10
miſſam exſolverit. Quô remediô extraordinariò creditori ſuccurrendum, licet jam antea immiſſionem in bona debitoris petierit, ſcilicet quia unò † electò executionis re- 11
mediò alia haut excluduntur, ſi creditor debitum citiùs conſequi ſperet, Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 8. n. 40. & ſeq.* Benev. Stracha *de decoctor. part. 3. num. 46.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 36. n. 1.* Unde fit, † quod per capturam & incarcerationem 12
perſonæ creditori non adimatur facultas petendi immiſſionem in bona debitoris, *l. ſi legatorum. 8. ff. ut in poſſeſſ. legator.* Bart. *in l. conſentaneum. C. quomodo & quando judex.* † Nec eſt, quod quis favorem matrimonii 13
nullô modô impediendi nobis objiciat, cùm hic tantus non eſſe debeat, ut alteri damnum inde accedat, quippe quod removendum, priusquam commodum aliquod hujus occaſione quæratur, *l. nam hoc. 14. ff. de condict. indeb. l. jure naturæ. 206. ff. de Reg. Jur.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Barthel S. zu D. *die 20. April. Anno 1612. (Verba* 14
Reſcripti: Demnach Barthel S. allhier geſtriges Tages zum erſten Mal *proclamiret* worden ſeyn ſol/ und aber derſelbe Marthen Z. vermöge des im Obern *Conſiſtorio* aufgerichteten Vertrags/ noch mit 5. fl. verhafft; Als wird der Herr *Superintendens*, bis gedachte Martha Z. befriediget/ mit fernerm Aufgeboth Krafft dieſes innezu halten wiſſen/ ꝛc.)

DEFI-

Definit. XLII.

In cauſis etiam matrimonialibus actori incumbit probatio, quæ non uno, ſed duobus ad minimum teſtibus perficitur.

SUMMARIA.

1. *Reo negante actori incumbit probatio.*
2. *Quod & verum in cauſis matrimonialibus.*
3. *In proceſſu ſummario ſublatæ cenſentur ſolennitates juris civilis.*
4. *Regia quandoque manu judex cauſas expedire valet.*
5. *Princeps non curat ſolennitates juris civilis.*
6. *Probationis onus ſuſtinet actor in cauſis ſummariis. num. 7.*
8. *De numero teſtium in cauſis matrimonialibus nihil remiſſum. n. 9.*
10. *Dictum unius eſt dictum nullius.*
11. *Cauſæ matrimoniales magni præjudicii & ſpirituales habentur.*
12. *Ne quidem ob cauſæ piæ favorem unicus teſtis plenè probat.*
13. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
14. *Ejusdem Sententia.*

1 Communis & in ore ferè omnium eſt regula longè veriſſima, quod reo negante actori incumbat probatio, *l. verius. 21. ff. de probat. l. actor quod aſſeverat. 23. C. eod. tit. l. ſi ejus. 34. ff. ad SCtum Trebell. §. non ſolum. 4. §. & verius eſt. Inſt. de leg.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 6. n. 3. & cap. 57. n. 7.* à qua ut cauſas matrimoniales excipiamus, nulla ſubeſt ratio. 2 † Quod ſi ergò actione de promiſſo matrimonio inſtituta reus litem negativè conteſtetur, dubium haut eſt, quin actori injungatur probatio: Niſi cauſas matrimoniales propterea exceptas dixeris, quia ſummariæ ſunt, tales nempe, in quibus ſumariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii ſola veritate inſpecta proceditur: 3 † Sublatæ ſiquidem cenſentur in proceſſu ſummario ſolennitates juris poſitivi, Alexand. *vol. 3. conſil. 6. col. 2. in pr.* & dicitur hoc in proceſſu cauſa ſecundum merum jus gentium, Bartol. *in extravag. ad reprimendum. verſ. videbitur.* 4 † Unde regia quandoque manu judex cauſas expedire valet, Jaſon. *in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet.* Lud. Roman. *conſil. 20.* Robert. Marant. 5 *part. 4. diſt. 9. n. 8.* perinde ut † Princeps curæ ſibi non habens ſolennitates juris civilis, Bartol. *in l. Æmilius. col. ult. ff. de minor.* vel ipſemet Deus ſoli veritati innixus, Marant. *dict. diſt. 9. n. 32.* Sed utut vera hæc 6 ſint de ſolennibus juris civilis, neutiquam † tamen excluditur inde probatio, quæ in jure naturali ac gentium eſt fundata, adeoque ut reliqua ſubſtantialia jure naturali inducta etiam in ſummario proceſſu præcisè obſer-7 vanda, † veluti expreſſis verbis reſcripſit Pontifex in *Clem. ſæpe de V. S.* non ſic judicem abbreviare poſſe litem in proceſſu ſummario, quin probationes neceſſariæ & defenſiones legitimæ admittantur, Bartol. *in dict. extravag. ad reprimendum. verb. figura n. 4.* Joh. Zang. *de except. cap. 2. n. 9.*

Porrò nec quicquam remiſſum eſt † in 8 cauſis matrimonialibus de numero teſtium. Ex quo enim de jure divino in ore duorum vel trium ſtat omne verbum, *Deut. 17. & 19. Matth. 18.* adeoque nec Evangelium, nec ulla divina humanaque lex unius teſtimonio etiam idoneo quempiam condemnat vel juſtificat, *can. admonere. 33. quæſt. 5.* hoc ipſo ſatis probatur, † in cauſis matrimonialibus 9 unius teſtis depoſitionem nequaquam ſufficere, quippe quia omnis regulariter probatio duobus ad minimum teſtibus perficitur, † 10 Eſtque dictum unius dictum nullius, *cap. licet univerſis. c. veniens. cap. in omni negotio. extr. de teſt. l. jurisj. C. eodem tit.* Spec. *in tit. de teſte. §. reſtat. n. 7.* Nellus *de teſt. n. 85.* Crot. *de teſtib. n. 208.* quod optimè ad cauſas matrimoniales extenditur, † quippe quæ 11 magni præjudicii ac ſpirituales habentur, in quibus jura prædicta maximopere ſibi vendicant locum, ſecundum tradita Dec. *lib. 2. conſil. 92. n. 2.* Didac. Covarr. *pract. quæſt. cap. 33. n. 3. verſ. hic accedit.* Boſſ. *in tit. de oppoſit. contr. teſt. n. 70.* Jac. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 99. n. 19.* † Et ſi fa- 12 vor piæ cauſæ efficere nequeat, ut unicus teſtis plenè probet, Cephal. *conſil. 438. n. 32.* Farin. *de teſt. quæſt. 63. n. 14.* Joſeph. Ludov. *concl. 70.* quo jure ac prætextu favorem matrimonii ita extenderemus, ut plena fides unius teſtis depoſitioni adhibeatur.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſa N.N. contra N.N. die 21. April. Anno 1615. (Verba* 13 *Decreti:* Dieweil Beklagter weder des Beyſchlafens / noch ehelicher Zuſage geſtändig geweſen/ Klägerin auch keine Vermuthung beybringen können: So iſt

 ſie

ſie ihr Vorgeben in Zeit Sächſ. Friſt/wie recht/darzuthun und zu erweiſen ſchuldig; In deſſen Verbleibung wird Beklagter davon billich *abſolvi*ret und entbunden/ V. R. W.)

Et † *ad requiſitionem Mariæ F.* zu Z. *die 10. Junii Anno 1631.* (*Verba Sentent:* Weil durch dergleichen einzigen Zeugen etliche Klage-Puncte bewieſen werden wollen/und dahero gezweiffelt wird/ ob in dieſer Sache *unius teſtimonium* genung ſey; So erkennen wir vor Recht/daß auf euer Verneinen ein ieder *actus* oder Klage-Punct in dieſer *matrimonial*-Sache zum wenigſten durch zweyer Zeugen einſtimmige Außſage von Klägern bewieſen werden müſſe/ und ſonſten wegen eines Zeugen Auſſage *in puncto clandeſtinitatis* die Gewiſſen nicht zu beſchweren/ V. R. W.) 14

DEFINIT. XLIII.

Fratres, affines, proxenetæ & domeſtici admittuntur quidem ad teſtificandum in cauſis matrimonialibus: attamen teſtes omni exceptione majores haut ſunt.

SUMMARIA.

1. *Num teſtes idonei differant ab iis, qui dicuntur omni exceptione majores?*
2. *Quod affirmatur.*
3. *In omnibus rebus dantur tres qualitates.*
4. *Quomodo teſtes hi ab invicem differant? n. 5.*
6. *Teſtes inhabiles nunquam ad teſtificandum admittuntur.*
7. *Juramentum in ſupplementum quando locum habeat?*
8. *Num fratres, affines, proxenetæ & domeſtici teſtes admittantur in causâ matrimoniali?*
9. *Fratres quando habiles ſint teſtes in causâ fratrum? n. 10.*
11. *Affines ſunt teſtes idonei.*
12. *Proxenetæ ad teſtificandum admittendi.*
13. *Domeſtici regulariter non admittuntur ad teſtificandum.*
14. *Sicuti nec famuli & ſervi.*
15. *Quandoque tamen teſtes ſunt idonei.*
16. *Deciſio quæſtionis limitata. n. 17.*
18. *Sententia Conſiſtorii Supremi. n. 19.*

1 NOn equidem deſunt, qui teſtes idoneos & omni exceptione majores confunduntac pro iisdem accipiunt, ut videre eſt apud Dd. quos longô agmine allegat. Proſp. Farinac. *de teſtib. quæſt. 62. n. 1. & 2.* Attamen exactiùs ſi hanc rem ponderaverimus, neceſſum habebimus cum eodem Farinacio fateri, quali-
2 tatem † omni exceptione majorem in ſe aliquid plus, quam idoneum continere, juxta Blanch. *in tract. de indic. ad l. ult. ff. de quæſt. n. 318.* Ut enim in re qualibet dantur tres
3 qualitates, † poſitiva ſc. comparativa & ſuperlativa, ut puta bonus, melior, optimus, *l. ubi autem non apparet. ff. de V. O.* æquus, æquior, æquiſſimus, Gloſſ. *in l. 1. ff. de juſt. & jur. l. ſi ſervus comm. §. quod verò. ff. de furt.* ita quoque idoneô teſte exiſtit magis idoneus,
4 quin & maximè idoneus vel idoneiſſimus, † is nempe qui omni exceptione eſt major, Farin. *dict. loc. n. 3.* Ideoque teſtis omni exceptione major idoneus quidem eſt, ſed non rurſus omnis teſtis idoneus omni exceptione
5 major habetur, † & poteſt teſtis eſſe idoneus, qui tamen non omni exceptione major eſt, Crot. *in tract. de teſtib. n. 395. & 396.* Joſeph. Maſcard. *de probat. l. 2. concluſ. 1019.* Nec deſtituitur hæc differentia ſuô effectu, † ſiquidem teſtes inhabiles ad teſtifi- 6
candum nunquam admittuntur, ſed oportet eſſe idoneos, Campeg. *de teſt. Regul. 107. in pr.* nam paria ſunt, teſtes nullos inducere, aut inducere ſed non habiles, Farin. *dict. quæſt. 62. n. 19.* At non ſemper teſtes ad teſtificandum admiſſi ſunt omni exceptione majores: Ex quo fit, † ut licet unicus idoneus teſtis 7
pro partibus producentis depoſuerit, haut tamen ob aliorum defectum imponatur juramentum in ſupplementum, quod non defertur à judice, niſi quando ſemiplenè eſt probatum, Mynſing. *cent. 1. obſerv. 68. n. 5.* Joach. à Beuſt. *ad l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 178.* ubi & Jaſon. *in repetit. num. 269.* Baldus *in l. 1. C. qui & adverſ. quos. n. 5.* Atqui unicus teſtis tùm demum ſemiplenam facit probationem, ſi fuerit omni exceptione major, ut demonſtravimus *in Jurispr. Forenſ. ad Conſt. Elect. 23. part. 1. defin. 4.*

Quibus ita poſitis facili negotiô decidi poterit quæſtio hæc, † an ſcilicet fra- 8
tres

tres, affines, proxenetæ & domeſtici admitti
debeant ad teſtificandum in cauſis matrimo-
nialibus? Etenim fratrem ac ſororem pro
fratre ac ſorore in cauſa præſertim civili teſti-
monium dicere poſſe, ſi maximè ceſſent pa-
tria poteſtas, bonorum communio & coha-
9 bitatio, † communiter tradunt Dd. Gloſſ.
in l. parentes. ubi Bartol. *n. 4. C. de teſtib.*
Felin. *in cap. literas. n. 4. extr. de præſumt.*
Hippol. de Marſil. *in l. 1. §. ad quæſtionem. n.*
8. ff. de quæſt. Anton. Fab. *in Codic. lib. 4.*
tit. 14. Defin. 24. n. 1. Campeg. *de teſtib. Reg.*
6. in pr. Jac. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt.*
caſ. 104. in princ. & lib. 2. præſ. 53. n. 4. Nec
10 † enim ullo juris loco prohibitum, ut frater
fratri ſit teſtis: Ergò permiſſum cenſetur, *arg.*
l. mutus. 43. §. 1. ff. de procurat. junct. l. quæ-
ſitum. 13. ff. de teſtib. Modeſt. Piſtor. *part.*
1. quæſt. 46. Hoc ſi ita ſe habet in fratri-
11 bus, † quidni item quoad affines obtineret,
prout benè ſentit Bartol. *in dict. l. parentes.*
n. 5. C. de teſtib. Albericus *in tract. de teſt.*
part. 1. cap. 1. n. 48. & 50. licet alii diſſenti-
ant, quos vide allegatos à Farinac. *de teſtib.*
quæſt. 54. n. 2. Non certè res aliter ſe habet
12 in † proxeneta, qui licet non integræ fidei re-
putetur, non tamen propterea in totum à te-
ſtificando repelli debet, quia quanta fides illi
ſit adhibenda, ex circumſtantiis & qualitate
perſonarum dijudicandum ac judicis arbi-
trio relinquendum erit, Joſeph. Maſcard. *de*
probat. lib. 2. concluſ. 1036. num. 5. Corrad. *in*
pract. §. 2. Rubr. de teſtib. verb. proxeneta.
n. 62. in fin. Farinac. *de teſtib. quæſt. 60. num.*
414. ubi plures cumulat autoritates.

13 Domeſtici † autem licet regulariter te-
ſtimonium dicere prohibeantur, *l. etiam. 3.*
4 præſumtionem poterunt operari, licèt † aliter à Scabinis Lipſienſibus fuerit pronunciatum *Menſ. Februar. Anno 1630. hiſce ferè formalibus:* Ob wol N. N. weder der Schwängerung noch verſprochener Ehe geſtändig ſeyn wil: Dieweil er aber dennoch bey der Klägerin im Bette gefunden worden / und wegen des Beyſchlafens nicht richtige Antwort geben wollen; So erſcheinet daraus ſo viel/ daß N. N. vermittelſt ſeines leiblichen Eydes ſich zu reinigen / und daß er mit der Klägerin ſich fleiſchlichen nicht vermiſchet / noch ihr die Ehe verſprochen/ zu ſchwören ſchuldig; Er thue nun ſolches oder nicht/ ſo ergehet darauf ferner was Recht iſt/ V. R. W.

5 Sed nimirùm Scabini Lipſienſes doctrinæ Beuſtii adſentiuntur, † ex ſolâ ſcilicet ſtupri confeſſione ſuper promiſſione matrimonii reo juramentum purgationis deferri poſſe, ut hinc mirum non ſit, indicia ad ſtuprum directa ſimul etiam præſumtionem de matrimonio promiſſo operari. Explo-
6 sâ verò hâc ſententiâ *Defin. 47.* † non aliter locus erit huic juramento, quàm ſi indicia ad promiſſionem matrimonii ſint directa: Et quidem ſi utriusque actûs indicia concurrant ſuper utroque, tàm ſtupro illato quàm promiſſo matrimonio, deferre
7 licet juramentum purgationis. (1.) † Quod ſi enim ſuper unoquoque actu ſingulariter ac ſeparatim licitè defertur à judice jusjurandum purgationis, prout expeditum: Nil ſanè obſtat, quò minùs etiam ſuper utroque conjunctim præſtetur hoc juramentum, quantum fieri enim poteſt, à pluralitate juramentorum eſt abſtinendum, *arg. l. quæ conditione. 8. ff. de condit. inſtit. l. cum quidam. 21. verſ. neque enim. C. de fid. inſtrum.* (2.) † Neque effe- 8
ctu ſuo delatio hæc deſtituitur. Quid enim ſi reus actricem tantummodò impprægnaſſet, absque promiſſione matrimonii? Quid etiam ſi ſpem feciſſet actrici unà cum ſtupro illato? Hoc equidem caſu ad conjugii conſummationem erit adigendus. At caſu priori ad dotationem ſaltem & infantis alimentationem obſtrictus eſt, ut hinc non parùm interſit actricis, ſi non utrumque, prius tamen contra reum obtineri. (3.) † Et quis inficias ibit, re- 9
um de pluribus ac diverſis delictis inculpatum, mediante torturâ ſuper omnibus conjunctim examinari poſſe. Etſi enim ex veriori Doctorum ſententiâ reus ob certum aliquod delictum torturæ ſubjiciendus, ne quidem † incidenter de alio debeat inter- 10
rogari, Bonifac. de Vitalin. *in tract. de malefic. Rubr. de quib. cauſ. quis poſſ. torqueri. numer. 11. in fin.* Hyppolit. de Marſil. *in pract. crimin. §. conſtante. numer. 4. in fin.* Henr. Bocer. *in tract. de quæſt. & tort. cap. 5. numer. 5.* præſertim † ſi crimina ſint di- 11
verſa & ſeparata, quorum unum cum alio nihil commune habet, *l. Papinianus. 20. in pr. verſ. quid enim. ff. de minor. l. naturaliter. 12. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Nicol. Everhard. *in cap. loc. à ſeparatis*, attamen reſtringendum hoc eſt ad eum tantummodò caſum, quo de crimine incidente nulla prorſus ſubſunt indicia, *juxta Ordinat. criminal. Carolin. artic. 20.* † Utriusque 12
autem delicti conjecturis & indiciis exiſtentibus, quin de utroque mediante torturâ reus interrogari queat & debeat, dubitandum haut eſt, prout dixi *in pract. crim. part. 3. quæſt. 124. n. 57.* Ex quo parili ratione ad juramentum purgationis inferri, idque ſuper utroque actu & ſtupri illati & promiſſi matrimonii, reo benè injungi poteſt, † quia torturâ & juramentum 13
purgationis ratione coactionis afflictivæ æqui-

æquiparantur, ſecundum tradita Bartol. *in l. pro herede. 20. in princ. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* & Erneſti Cothman. *libr. 4. conſil. 3. num. 86.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Magdalenen/ Jacob F. nochgelaſſenen Tochter/ Klägerin an einem/ *contra* Michael O. Beklagten anders Theils/ *die 11. Octobr. Anno 1611.* (*Verba Decreti:* Ob wol Beklagter das Beyſchlaſen und eheliche Zuſage gäntzlich verneinet; So erſcheinet doch aus der Sachen Umſtänden und angezogenen Vermuthungen ſo viel/ daß Beklagter auf vorhergehende Verwarnung vor der Gefahr des Meineydes/ vermittelſt leiblichen Eydes/ daß er die Klägerin fleiſchlichen nicht erkennet/ noch ihr der Ehe wegen Zuſage gethan/ zu erhalten ſchuldig/ darzu beyden Theilen ohne fernere *citation* der *19. Novembr.* nächſtkünfftig/ Freytags vor *Andreæ* früher Tagezeit vor uns zu erſcheinen/ hiermit *peremtoriè* beraumet und angeſetzet wird/ V. R. W.) 14

Item † *in causâ* Annen/ Martin F. Tochter/ Klägerin an einem/ Martin G. daſelbſt/ Beklagten anders Theils/ *die 5. Jun. Anno 1607.* (*Verba Decreti:* Daraus und der Sachen Vermuthungen allen Umſtänden nach ſo viel zu befinden/ daß Beklagter auf vorhergehende gnugſame Verwahrung vor der Gefahr des Meineydes/ daß er die Klägerin fleiſchlichen nicht erkannt/ noch ihr die Ehe zugeſaget/ vermittelſt leiblichen Eydes ſich zu reinigen ſchuldig/ darzu hiermit beyden Theilen ohne fernere *citation* der Freytag nach Marien Magdalenen/ wird ſeyn der 24. *Julii* nächſtkünfftig früher Tagzeit allhier im Ober-*Conſiſtorio* zu erſcheinen/ *peremtoriè* anberaumet wird/ und ergehet darauf ferner was Recht iſt/ V. R. W.) 15

Et † *in causâ* Magdalenen/ Michael W. Tochter Klägerin an einem/ Chriſtoph S. Beklagten anders Theils/ *die 6. Aprilis Anno 1608.* (*Verba Decreti:* Aus angezogenen Vermuthungen und der Sachen Umſtänden ſo viel erſcheinet/ daß Beklagter auf vorhergehende gnugſame Verwarnung vor der Gefahr des Meineydes/ daß er die Klägerin fleiſchlich nicht erkennet und geſchwängert/ ihr auch keine Ehe verſprochen/ noch derentwegen Vertröſtung gethan/ vermittelſt leiblichen Eydes zu reinigen ſchuldig/ darzu hiermit beyden Theilen vor uns im Ober-*Conſiſtorio* allhier ohne fernere *citation* der *27. Maji* Freytags nach *Trinitatis* ſchierskünfftig zu rechter früher Tagezeit zu erſcheinen/ *peremtoriè* anberaumet wird/ und ergehet darauf ferner was Recht iſt/ V. R. W.) 16

DEFINIT. L.

Urgentiſſimæ ac indubitatæ ſi contra reum militent præſumtiones de promiſſo matrimonio, conſummatio ejus ipſi potiùs injungenda, quam juramento committenda erit.

SUMMARIA.

1. *Quando locum habeat juramentum purgationis in causâ matrimoniali?*
2. *Non properandum ad impoſitionem juramenti.*
3. *Quandoq; tutiùs remiſſo juramento injungitur reo conſumatio matrimonii. n. 4.*
5. *Quibus ex cauſis & fundamentis?*
6. *Non imponendum juramentum ei, de cujus levitate conſtat.*
7. *Ex præſumtionibus condemnatur quandoque reus.*
8. *Res aliter ſe habet in delictis gravioribus.*
9. *Magnus matrimonii favor.*
10. *Ob quem ſemiplena probatio pro ſufficiente habetur.*
11. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 QUicquid de juramento purgationis in causâ matrimoniali hactenus dictum, id eô tantummodò caſu obtinet locum, quô copula carnalis perhibetur acceſſiſſe, ut monuimus *ſuprà Defin. 44. num. 13.* & videre hoc eſt *ex Ordinat. Eccleſ. Elect. Saxon. tit.* von Ehe-Sachen. *Rubr.* von Ehegelöbniß. §. Wo aber zwo Perſonen ꝛc. Et quidem nec tum ad juramentum nimis properandum, † ſed priùs circumſtantiis & præſumtionibus probè ponderatis, num ſufficientes habeantur, ſintque tales, quibus præſtatio jurisjurandi tutò innitatur, 2

tatur, *Definit. 47.* Quin & remiſſo quan-
3 doque juramento † ad matrimonii con-
ſummationem deveniri poteſt, ſi de ſumma
rei negantis levitate appareat, indicia verò
contra ipſum tàm firma & indubitata exi-
ſtant, ut de promiſſo matrimonio vix ul-
4 teriùs ambigere liceat. † Tutius ſanè tùm
judex pro conjugio conſummando decide-
re videbitur, quam ut jurantis levitati rem
committat. (1.) Poſtquam enim indicia
5 quædam adeò certa habeantur, † ut facto
in actionem deducto quaſi inhæreant, iisque
apparentibus nil niſi rei confeſſio deeſſe
videatur, *l. 1. §. 1. ibi: ut ſola confeſſio ſervo-
rum deeſſe videatur. ff. de quæſt. l. cum cogni-
tionaliter. C. eod. tit.* Brun. *de indic. & tor-
tur. 2. part. quæſt 5. num. 8.* Jacob. Menoch.
*de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 270. num. 5.
& 6.* Joſeph. Maſcard *de probat. lib. 3. concl.
385. numer. 20.* non certè quidquam obſta-
re poterit, quò minùs exiſtentibus iis in
causâ matrimoniali ad conſummationem
conjugii deveniatur, neglectò jurejurandò
6 purgationis, † quod non facilè imponen-
dum, ſi de jurantis levitate appareat. *arg.
l. ait prætor. 3. in pr. verſ. alioquin facillimè.
ff. de jurejur.* Contard. *in l. diffamari 5. cap.
3. num. 163. C. de ingen. manum.*
7 (2.) Neque † abſurdum habetur, ut
judex condemnet reum ex præſumtioni-
bus, tanquam ex probatione præſumtivâ,
etiam in materiâ delictorum ad punien-
dum reum ſat efficace, licet confeſſus aut
convictus non ſit, Johann. Vincent. Hon-
ded. *vol. 2. conſil. 98.* Jacob. Menoch. *de
præſumt. lib. 1. quæſt. 92. & quæſt. 47.* Hip-
pol. de Marſil. *in l. 1. §. 3. num. 24. & ſeqq. ff.
ad Leg. Cornel. de Sicar. & in l. 1. de eod.
tit. n. 49. & ſeqq.* Burſat. *lib. 1. conſil. 53. num.
27.* quod tamen de levioribus † ſaltem deli- 8
ctis exaudiri velim, quorum pœna eſt arbi-
traria certisque exiſtentibus indiciis, ex qui-
bus crimen negari vix poſſit, Baldus *in l. qui-
cunq. n. 28. C. de ſerv. fugit.* Paris de Puteo
*de Syndic. in tract. torturæ. verb. tortura. n.
9.* Honded. *dict. conſil. 98. num. 7.* Joſeph.
Maſcard. *de probat. volum. 3. concl. 1221. n.
53. & ſeqq.*
(3.) † Idque eò magis in causâ matri- 9
moniali, quando agitur pro conjugii con-
ſummatione ob inſignem ejus favorem, pro-
pter quem à regulis juris quandoq; recedi-
tur, non minùs atque in causâ defenſionis æ-
què favorabili, Dan. Moller. *ad Conſtit. Elect.
23. num. 13. part. 4.* Hyppolit. de Marſil. *in l. 1.
§. ſi quis ultrò. n. 98. & ſeqq. ff. de quæſt. & in
pract. criminal. §. opportune. n. 7. & ſeqq.* † Ex 10
quo etiam unicus quandoque ſufficit teſtis, &
ſemiplena probatio pro plenâ & ſufficienti
habetur, Ægid. Boſſ. *in tit. de opposit. contr.
teſt. num. 72.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 1.
concluſ. 491. num. 17. & 18. & vol. 2. concluſ.
904. n. 10.* Proſp. Farin. *de teſtib. tit. 6. quæſt.
63. num. 42.* Gabriel. *tit. de teſtib. lib. 1. concl.
1. num. 37.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Annen Margarethen/ Daniel W. nachgelaſſe- 11
ner Tochter/ Klägerin an einem/ Gottfried N. Beklagten anders Theils/ *die 4. No-
vembr. Anno 1636.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter nicht verneinet/ daß er die
Klägerin noch in der Margarethen-Wochen dieſes Jahrs fleiſchlichen erkannt/
und die in ſeinem am *31. Maji* zuvor an ſie gethanen Schreiben ihme vorgehaltene
Vertröſtung der Ehe dahin erkläret/ er hätte es nicht alſo von Hertzen gemeynet/
ſondern dadurch etwas von ihr zu erlangen verhoffet; So mag er auch bey ſo ge-
ſtallten Sachen zum *Jurament* nicht zugelaſſen werden; Sondern iſt nunmehr
die Klägerin zu ehlichen ſchuldig/ oder in deſſen Verweigerung von der weltlichen
Obrigkeit durch Zwangs-Mittel darzu anzuhalten/ V. R. W.)

DEFINIT. LI.

Præſtito juramento ſi reus à promiſſione matrimonii ſe liberave-rit, in totum abſolvitur, conceſsâ ei ſimul facultate nuptias cum aliâ perſonâ contrahendi.

SUMMARIA.

1. *Præſtitô juramentô non aliud quæritur, quam an juratum ſit?*
2. *Quandoque actrici defertur juramentum ſuppletorium in causâ matrimoniali.*
3. *Quô præſtitô, pro conſummatione matrimonii eſt pronunciandum.*
4. *Non minor eſt vis juramenti, quàm probationis.*

5. *Ju-*

5. *Juramentum ſpecies legitimæ probationis.*
6. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
7. *Præſtitô juramentô purgationis reus abſolvitur.*
8. *Et datur ei facultas cum aliâ perſonâ nuptias contrahendi.*
9. *Quibus ex fundamentis & rationibus? n. 12.*
10. *Præſtitô juramentô cauſa habetur pro deciſâ.*
11. *Per delationem juramenti adverſarius conſtituitur judex.*
13. *Juramentum æquiparatur judicato.*
14. *Et habet paratam executionem.*
15. *Quin & major juramenti autoritas, quàm rei judicatæ.*
16. *Decreta Conſiſtorii Supremi. num. 17. 18.*

1 PRæſtitô juramentô non aliud quæritur, quàm num juratum ſit, remiſsâ quæſtione an reus ſit obligatus, quaſi ſatis probatum hoc ſit jurejurando, *l. non erit. 5. §. dato. 2. ff. de jurejur. l. 11. §. 3. l. 26. l. 28. §. ult. ff. eod. tit. l. adverſus. 15. ff.*
2 *de except.* Quod ſi ergo contingat, † ut actrici deferatur juramentum in ſupplementum pro matrimonio, quòd fieri poſſe diximus, ſuprà *Defin. 46.* ipſaque juraverit, quin pro conſummatione matrimonii debeat pronunciari, ambigendum planè non eſt,
3 † ſcilicet quòd tum probata ſit intentio actricis & fundamentum actionis matrimonialis intentatæ ex naturâ hujus juramenti, quod ſemiplenam probationem ſupplet, *l. admonendi. 31. ff. de jurejur. l. bonæ fidei. 3. C. eod. tit. cap. ult. §. ſanè ſi actor. extr. eod. tit.* Beuſt. *ad dict. l. admonendi. n. 449.* Dan. Moller. *ad Conſtit. Elect. 23. num. 4. part. 1.*
Nec minor † eſt vis juramenti, quàm pro- 4
bationis, in cujus locum illud ſuccedit, *l. generaliter. 12. in pr.* ubi Gloſſ. *in verb. probationes. C. de reb. credit. dict. l. non erit. 5. §. dato. l. eum qui. 30. ff. de jurejur.* Anton. Faber. *in Codic. libr. 4. tit. 1. defin. 41. n. 2.*
† Quin & ſpecies eſt legitimæ & ordinariæ 5
probationis. Andr. Rauchbar. *part. 1. quæſt. 11. n. 25.* Quemadmodum ergò actione probatâ per actorem nil reſtat, quam ut reus condemnetur: ita nec aliud quid decidendum à judice poſt præſtitum actoris juramentum ſuppletorium.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ Chriſtinen Georgii S.* Tochter/ Klägerin an einem/ 6
Paul B. Beklagten anders Theils/ *die 20. Septembr. Anno 1615.* (*Verba Decreti:* Dieweil Klägerin vermittelſt Eydes erhalten / daß ſie von keinem andern / als dem Beklagten geſchwängert/und ihr von ihme die Ehe verſprochen worden; So iſt er auch durch eheliche Trauung und Beywohnung in Zeit Sächſiſcher Friſt die Ehe mit ihr zu vollenziehen ſchuldig/oder wird von der weltlichen Obrigkeit in Verweigerung durch gebührliche Mittel darzu billich *compelli*ret und angehalten/ V. R. W.)

7 Econtrà verò † ſi reus præſtiterit juramentum purgationis à judice ſibi delatum, à promiſſione matrimonii & actione intentatâ ſe liberaſſe videtur, quare ſententia abſolutoria ſequatur neceſſe eſt, non ſolùm ne adigi poſſit ad conſummationem conjugii ab actrice prætenſi,
8 ſed etiam † ut fas ipſi ſit, nuptias cum aliâ perſonâ celebrare, qui effectus eſt genuinus abſolutionis totalis in causâ matrimoniali. Meritô ſanè: (1.) quia ex com-
9 muni & unanimi Dd. ſententia reus, † qui juravit, haut obſtantibus præſumtionibus contrariis definitivè abſolvi debet, non tantùm quoad ipſam cauſam & actionem principalem, ſed etiam quoad accidentia ejuſdem, Gloſſ. latin. *ad text. latin. in* Landrecht. *libr. 1. art. 39. §. ſed ex his tribus actibus. poſt. med. verſ. & præſtitam purgat.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 40. num. 58. & ſeqq.* Matth. Berlich. *part. 1. concluſ. 37. numer. 44.* Andr. Gail. *lib. 2. de pac. publ. cap. 7. numer. 12.* (2.) † Eſtque hoc 10
ipſum quod modò diximus, præſtitô juramentô cauſam haberi deciſam, Caſtrenſ. *in l. ſi duo patroni. §. idem Julianus.* ibique Jaſon. *n. 6. ff. de jurejur.* Nicol. Boer. *deciſ. 305. num. 2. & 3.* vel ſaltem ex propriâ conventione, quâ † adverſarius per delationem 11
jurisjurandi, ſive ab actore ſive à Magiſtratu factam, in causâ ſuâ judex conſtituitur, *l. 1. in princ. ff. quar. rer. actio. l. ſi non fuerit. 37. ff. de jurejur.* Anton. Faber. *in Codic. libr. 4. tit. 1. definit. 26. numer. 6.* ut hinc dubium non ſit, quin totaliter liberari poſſit ac debeat, qui juramento ſe purgavit.
(3.) Non minùs ſanè † ac ſi transactum 12
ſuper matrimonio fuiſſet, vel ſententia abſolutoria jam in rem judicatam transiiſſet; juramentum ſiquidem æquiparatur transactioni, *l. 2. ff. de jurejur.* † & rei 13
judicatæ, *l. poſt rem judicatam. ff. de re judicat.*

dicat. Guid. Pap. *deciſ. 549. num. 2.* Octav.
Cacheran. *deciſ. 92. num. 17.* Magon. *deciſ.*
Florent. 133. num. 17. Anton. Faber. *dict. tit.*
1. defin. 11. num. 1. Quemadmodum enim
ſententia præcisè aliquem obligat ad fa-
ctum, habetque paratam executionem,
14 † ita etiam juramentum, Jaſon *poſt* Bar-
tol. *in l. 2. ff. de jurejur. & in §. item ſi quis*
poſtulante. n. 2. & 3. ibique Anton. Gomez.
n. 1. inſtit. de action. Vivius *in comm. concl.*
verb. juramentum judiciale. Andr. Tira-
quell. *in repet. l. ſi unquam. verſ. donatione*
largitus, num. 104. & ſeqq. C. de donat. Quin
& majorem dicitur habere autoritatem ju-
ramentum delatum, † quàm res judicata, ex 15
conventione ſcilicet & ſpontaneâ volunta-
te judicis juramentum purgationis reo de-
ferentis, *l. non erit. §. ult. cum. l. ſeq. ff. de ju-*
rejur. l. generaliter. in pr. & §. ſed juramen-
to. C. de reb. credit. & jurejur. Octav. Cache-
ran. *C. deciſ. 8. n. 5.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Marien/ Barthol G. Tochter/ Klägerin an ei- 16
nem/ Sigmund C. Beklagten anders Theils/ *die 21. Auguſti Anno 1607.* (*Verba*
Decreti: Dieweil Beklagter/ daß er der Klägerin keine Ehe verſprochen noch ſie
fleiſchlichen erkannt habe/ ſich vermittelſt leiblichen Eydes gereiniget; So wird
er von ihren Zuſprüchen nunmehr gäntzlichen entbunden/ und beyden Theilen ſich
anderweit Chriſtlich zu verehlichen verſtattet/ V. R. W.)

Item † *in causâ* Sabinen/ Michael K. Tochter/ Klägerin an einem/ Daniel W. Be- 17
klagten anders Theils/ *die 2. Octob. Anno 1607.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklag-
ter vermittelſt Eydes erhalten/ daß er die Klägerin fleiſchlich nicht erkannt habe;
So wird er nunmehr von ihren Anſprüchen *abſolv*iret und entbunden/ und bey-
den Theilen ſich anderweit Chriſtlich zu verehlichen verſtattet und zugelaſſen/
V. R. W.)

Et † *in causâ* Urſulen/ Jacob S. Wittben/ Klägerin eines/ Hanſen P. Beklagten 18
anders Theils *die 26. Auguſti Anno 1608.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter ver-
mittelſt Eydes erhalten/ daß er die Klägerin nicht fleiſchlichen erkannt/ noch ihr die
Ehe verſprochen habe; So wird er von der angeſtellten Klage *abſolv*iret und ent-
bunden/ V. R. W.)

DEFINIT. LII.

Reus jurare nolens pro confeſſo habendus, & conſummatio matrimonii ei eſt injungenda.

SUMMARIA.

1. *Quid ſi reus jurare nolit?*
2. *Conſummatio matrimonii tum ei eſt injungenda.*
3. *Rationes & fundamenta hujus deciſi. n. 8. 10.*
4. *Confeſſus condemnatoriam effugere haut poteſt ſententiam.*
5. *Rei benè ſibi haut conſcii ex contumaciâ malunt condemnari, quàm ex propriâ confeſſione.*
6. *Conſcientia non niſi per juramentum purgari poteſt.*
7. *Juramentum non præſtitum pro deſerto habetur.*
9. *Pœna contumaciæ in foro Saxonico quænam?*
11. *Præſumtiones veriſimiles pro verâ habentur probatione.*
12. *Faciuntq; liquidiſſimam probationem.*
13. *Probationes ut plurimùm arbitrariæ.*
14. *Decreta Conſiſtorii Supremi. num. 15. 16.*

IDque ſe ita habet, ſi reus jura-
mentum purgationis à judice vel
Magiſtratu eccleſiaſtico ſibi delà-
1 tum præſtiterit: † Quid verò ſi
2 hoc detrectet, & jurare nolit? † Nul-
læ tùm aliæ judicis erunt partes, quàm
ut ipſum condemnet, eique conſumma-
tionem matrimonii per decretum in-
jungat. (1.) Quotiescunque enim reus
jurare detrectat, pro confeſſo habetur;
† Id quod non modò in jurejurando pur- 3
gationis, ſed & aliis in juramentis eſt re-
ceptum, *l. 2. §. quod ſi actor. C. de juramen-*
to propt. calumn. dando. Petr. Heig. *part.*
1. quæſt. 40. n. 36. Jul. Clar. *in pract. §. ult.*
quæſt. 63. num. 4. Matth. Berlich. *part. 1.*
con-

concluſ. 37. num. 39. Joach. Mynſing. cent. 2. obſervat. 18. n. 1. & centur. 3. obſerv. 52. verſ. cæterùm in cauſis purgationis &c. Quem-
4 admodum ergò confeſſus † condemnationem haut effugere poteſt, perinde ac ſi convinctus & intentio actoris probata fuiſſet, can. nos in quenquam. can. primates. 2. quæſt. 1. l. qui ſententiam. C. de pœn. Hippol. de Marſil. in pract. criminal. §. ſecunda quæſtio. num. 1. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 12. num. 3. Rol. à Valle libr. 1. conſil. 51. num. 24. Gandin. in tit. de præſumt. & indic. indubit. num. 2. verſ. & primò videtur. ita nec juramentum detrectans aliam ſibi valet polliceri ſententiam: (2.) Nec iniquam, ſi penſitaveri-
5 mus, † reos ſibi non benè conſcios ex contumacia potiùs, quam propria confeſſione condemnari malle. Non ergò aliud ſtatuendum, quam quod reus jurare detrectans actrici matrimonium promiſerit hoc ipſo, quia conſcientiam
6 ſuam purgare renuit, † id quod non niſi juramento fieri poteſt, l. furti. 6. §. ſed et ſi jurejurando. 4. ff. de his qui notant. infam. l. non damnatos. 18. circa fin. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. cap. paſtoralis. 4. in fin. extr. de exaction. Bartol. in l. inter omnes. 46. §. rectè. n. 2. ff. de furt. Andr. Gail. libr. 2. obſervat. 48. n. 24. & obſervat. 106. n. 5. Joſeph. Maſcard. de probat. vol. 2. concluſ. 881. n. 2. Joach. Mynſing. Reſponſ. 7. num. 21. (3.) Eſtque hinc juris verè expediti;
7 † quod ſi juramentum à parte vel Magiſtratu delatum præſtitum non fuerit, id pro deſerto habeatur, ac lis ſecundùm eum detur, cui jurari debuit: Nempe ut reus, ſi actor jurare debuit, abſolvatur:
8 † Actor verò, ſi reus non juraverit, conſequatur id, ad quod actionem inſtituit, l. non erit. 5. §. ſi neq. 4. ibique Bart. in pr. ff. de jurejur. artic. 11. in pr. ubi Gloſſ. lit. C. lib. 2. Landrecht. Conſtit. Elect. 12. §. geſchehe ſolches von ihme nicht/ ꝛc. part. 1. Ordin. proceſſ. judic. tit. 18. §. Wann nun alſo. verſ. da er aber in termino. Chilian. König. in proceſſ. cap. 66. numer. 2. Jacob. Schult. obſervat. 52. numer. 21. (4.) † Et quis inficias 9
ibit, reum juramentum ſibi delatum detrectantem in contumaciâ verſari, cujus pœna in foro Saxonico eſt amiſſio cauſæ. Nam contumax pro confeſſo & convicto habetur, ideoque in eum non aliter ac diſcuſſo negotio principali fertur ſententia condemnatoria, Landrecht. libr. 2. art. 9. verſ. Kommt er dann nicht wieder vor/ art. 24. verſ. und kommet er dann nicht vor. Chriſt. Zobel. part. 1. differ. 14. numer. 1. & differ. 15. in fin. Chilian. König. in proceſſ. c. 37. numer. 2. & 5. Hartm. Piſtor. part. 1. quæſt. 3. numer. 2. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 14. & part. 1. deciſ. 104. n. 11. Andr. Rauchbar. part 1. quæſt. 1. num. 2. (5.) † Nec tandem jurare juſſus, ſi 10
id non faciat, ſuſpicionem matrimonii promiſſi evitabit, nemine non aſſentiente: Diximus verò Defin. 50. ex præſumtionibus etiam judicem quandoque reum condemnare, quia † præſumtiones veriſimiles, 11
ſi plures concurrant, pro verâ habentur probatione, Paris. lib. 4. conſil. 57. numer. 35. † faciuntque liquidiſſimam probatio- 12
nem, Andr. Tiraquell. in l. ſi unquam verb. donatione largitus. numer. 158. verſ. quid autem præſumtio eſt, &c. C. de revocand. donat. præſertim iis in rebus, quæ ſunt difficilis probationis, Zaſ. libr. 1. conſil. 5. numer. 16. & facit elegans doctrina, &c. Quidni ergò indulgendum heic eſſet judici diſcreto ex præſumtionibus ſaltem ſententiam ferenti: † Cùm & aliàs probatio- 13
nes dicantur arbitrariæ, poſitæ in judicis arbitrio, Jacob. Menoch. de præſumt. lib. 6. præſumt. 49. n. 28. verſ. cum non ſolùm præſumtiones. Decius conſil. 595. n. 7. verſ. & cum omnes probationes arbitrariæ. Ludovicus de Peguera deciſ. 23. n. 4. verſ. quia cum materia probationum, &c.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Barbaren/ Hanſen E. Tochter/ Klägerin an ei- 14
nem/ *Andream H.* daſelbſt Beklagten anders Theils/ *die 8. Maji Anno 1607.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter den am *20. Martii* dieſes Jahres ihme zuerkannten Eyd der Ehe halber nicht ſchwören wollen; So iſt er auch ſolche Ehe durch den gewöhnlichen Kirchgang/ iedoch ohne Gepränge/ und unverlänget zu vollziehen ſchuldig: In Verweigerung deſſen wird er von der weltlichen Obrigkeit darzu durch gebührliche Mittel billich *compelli*ret und angehalten/ V. R. W.)

Item † *in causâ* Marthen/ Barthol E. zu M. Tochter/ Klägerin an einem/ Gregor S. 15
zu A. Beklagten anders Theils/ *die 23. Sept. Anno 1608.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter zu der ihm zuerkañten Eydesleiſtung dreymal auf geraume Friſten mit gewöhnlicher Verwarnung und ſicherm Geleit anhero *citi*ret/ und allezeit ungehorſam auſſen blieben; So wird er nunmehr *pro confeſſo* billich erkannt und erkläret: Inmaſſen wir ihn hiermit dafür erklären/ und iſt demnach die Klägerin förderlichſt zu ehlichen/ und ihr beyzuwohnen ſchuldig; In Verbleibung deſſen wird er von der weltlichen Obrigkeit durch gebührliche Mittel darzu billich *compelli*ret und angehalten/ V. R. W.)

Et

Et † *in cauſa* Annen / Wentzel S. zum B. Tochter / Klägerin an einem / Martin S. daſelbſt Beklagten anders Theils / *die 4. Maji Anno 1610.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter den zuerkännten Eyd / darzu er ſich auch anfangs anerboten / nicht ablegen wollen / ſondern ſich deſſen ausdrücklich verweigert; So wird er dißfalls *pro confeſſo* gehalten / und iſt demnach mit der Klägerin die geklagte Ehe durch die Prieſterliche *copulation* zu vollziehen ſchuldig / im widrigen Fall wird er darzu durch die gewöhnlichen Zwangsmittel angehalten / V. R. W.) 16

DEFINIT. LIII.

In cauſa matrimoniali jurare juſſus, facere id debet in propria perſona, nec admittendus nomine ejus procurator.

SUMMARIA.

1. *Juramentum an ſemper in propria perſona præſtandum?*
2. *De jure communi per procuratorem jurare licet.*
3. *Idemque obtinet in juramento purgatorio.*
4. *Juramenta fidelitatis per procuratores in aulis Saxonicis præſtantur.*
5. *Quod alienum prorſus non eſt à jure Saxonico.*
6. *Hodie in foro Saxonico juramenta præſtari debent in propria perſona.*
7. *Qualiacunque etiam ſint juramenta.*
8. *Nec in cauſis matrimonialibus per procuratorem jurare licet.*
9. *Et quibus ex rationibus & fundamentis? n. 11. 14.*
10. *Verba generalia exceptionem haut admittunt.*
12. *Jusjurandum eſt quid perſonaliſſimum.*
13. *Cauſæ matrimoniales magni ſunt præjudicii.*
15. *Magis ſolliciti ſunt de ſalute animæ, qui ipſimet jurant.*
16. *Decreta Conſiſtorii Supremi.*

Vidimus hactenus, quando & quibus deferri queat in cauſis matrimonialibus jusjurandum, quale etiam ſit hoc juramentum. Si jam porrò
1 de forma præſtationis quæſiverit aliquis, † præcipuum ferè erit, num ſemper in propria perſona jurari debeat? Quod equidem de jure communi negandum, quo regulariter juramentum delatum præſtatur vel per
2 ipſam partem in propria perſona, † vel per procuratorem, habentem ad id ſpeciale mandatum, *l. nam & poſteaquam. 9. §. jusjurandum. 6. l. ult. §. ſed & ſi. ff. de jurejur.* modo adverſarius deferens conſentiat, *l. generaliter. 12. §. C. 4. de reb. credit.* Bart. *in l. 13. §. 13. ff. de damn. infect. n. 14.* Matth. Weſ.
3 *in parat. ff. de jurejur. n. 9.* † quod & in juramento obtinet purgatorio, aliisque juramentorum ſpeciebus; *cap. ult. extr. de juram. calumn. in 6to. cap. qui ad agendum. 4. extr. de procurat. in 6to.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 8. n. 11.* Matth. Col. *part. 1. deciſ. 115. n. 2.* Dan. Moller. *lib. 4. ſemeſtr. 20. n. 1.* Pa-
4 rili quoque modo † in aulis Principum & Electoris Saxoniæ juramenta fidelitatis atque homagia per procuratores in animas principalium ex ſpeciali mandato præſtita recipi & admitti conſveverunt, teſte Rauchbarb *dict. quæſt. 8 n. 23.* idque alienum prorſus non eſt à jure communi Saxonico, † quo per- 5
ſonæ illuſtres per procuratorem ad jurandum admittuntur; Gloſſ. Landr. *l. 2. art. 42. n. 8. verſ.* Wo Fürſten Eyde thun ſollen / die mögen ſie ihre Mann thun laſſen für ſie. Matth. Weſenb. *in ſupplem. ad Joh. Schneidwin. in §. item ſi quis poſtulante. n. 107. lit. A. Inſt. de action.* Rauchb. *diſt. quæſt. 8. n. 19.*

Sed utut ſpecialiter hæc recepta ſint, † generaliter tamen hodie in foro Saxonico nemo audiendus, ſi juramentum delatum per procuratorem præſtare velit, exhibito quantumvis ſpeciali ad hoc mandato; ſed juramentum quodvis † ſive judicialiter delatum, ſive in ſupplementum, ſive purgatorium, vel etiam calumniæ fuerit; in propria perſona præſtari debet; Landrecht. *lib. 1. art. 46. verſ.* Wo es aber. Georg. Rotſchütz. *in proceſſu art. 11. ſub tit.* Von der Klage aufs Gewiſſen. *Addit. Gloſſ. in art. 6.* Landr. *lib. 1. lit. D.* Matth. Weſenbec. *dict. loc.* Rauchbar. *dict. quæſt. 8. n. 15.* Nequaquam ergò † in Electoratu Saxoniæ partes de cauſis matrimonialibus litigantes per procuratorem & intermediam perſonam jurare præſumant. Nec enim cauſa matrimonialis ab obſervantia prædicta ullibi legitur excepta, † quin potius ſub ea hoc ipſo eſt comprehenſa. (1.) Quod ſanctione gene- 6 7 8 9

generali fuerit munita, *in ordinat. proceſſ. judic. tit. 18.* §. Es ſol auch ein ieder Eyd/ er ſey für geſehrde / *juramentum delatum ſuppletorium*, oder wie er ſonſten genannt werden mag/ von den *principal*en ſelbſt geleiſtet/ kein Anwald aber/ da er gleich ein *ſpecial-mandat* hätte / hierinnen zugelaſſen werden. A qua ſanè cauſas matrimoniales
10 excipere haut licet, † quia verba generalia exceptionem non admittunt, *l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſt.* (2.) Idque eo minus,
11 quod prædicta ſanctio *in allegat. t. 18.* † haut obſcurè ſe referat ad cauſas matrimoniales easque comprehenſas velit *in §. præced. verſ.* Allein wollen wir / ꝛc. quam connexitatem *tum §. ſeq.* Er ſol auch / ꝛc. vocula (auch)
12 quæ eſt copulativa, ſatis probat. (3.) † Accedente præſertim ratione ſanctionis, quæ in eo potiſſimum verſatur, quod jusjurandum ſit quid perſonaliſſimum, *cap. veritas. 14.* ubi Hoſtienſ. *extr. de jurejur.* Cujusmodi quæ ſunt, per procuratorem fieri non poſſunt. *l. generaliter. 12. §. bis de præſentibus. C. de reb. credit. & jurejur.* Ant.
13 Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 1. defin. 31. n. 1.* (4.) † Cumque matrimoniales cauſæ magni ſint præjudicii, usq; adeò, ut etiam criminalibus æquiparentur, *dict. tit. 18. verſ.* Allein wollen wir. *ibi: Cauſas matrimoniales* und *criminales &c.* vel propterea etiam jurantes in propriâ perſonâ ſe ſiſtere debent, quò de vi & efficacia juramenti, periculo animæ ex perjurio imminenti, ejusque pœnis queant admoneri. Ac certè plerumque fieri ſolet, ut 14
† ex jurantis vultu & titubatione judex perjurium aut pejerandi proclivem voluntatem animadvertere, & juramentum dehortari poſſit, prout de teſtibus ſcriptum eſt *in l. 3. in pr. §. 1. & 2. junct. l. ob carmen. 21. §. ult. ff. de teſtib.* Ant. Fab. *dict. defin. 3. n. 51.* (5.) † 15
Taceo, quòd magis ſolliciti ſint de ſalute animæ litigaturientes ipſi jurantes in propriâ perſonâ, nec tam facilè ad jurandum proſiliant, quàm ſi per procuratores admitterentur, haut conſiderantes, procuratores quidem eorum nomine jurare, ſed non eorum nomine deſcendere in gehennam, Auct. diſcurſ. Vom *Juſtitz*en-Werck. *pag. 48.* Ventur. de Valent. *in partibus litigioſ. lib. 2. cap. 7. n. 12.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſa* Marthen/ Barthol E. Tochter zu M. Klägerin an 16
einem/ Gregor S. zu A. Beklagten anders Theils/ *die 29. April. Anno 1608.* (*Verba Decreti:* Daß Beklagter/ ſeines Vorwendes ungeachtet/ den am *6. Martii* nächſtverſchienen ihme zuerkannten Eyd / bey Vermeidung ernſter Anordnung/ nochmaln in der Perſon abzulegen ſchuldig/ darzu beyden Theilen der *10. Junii* Freytags nach Medardi nächſtkünfftig früher Tagezeit ohne fernere *citation* hiermit anderweit beraumet wird/ und ergehet darauf ferner was recht iſt/ V. R. W.)

Et † *in cauſâ* Hanſen S. zu W. Kläger an einem / Margarethen Auguſtini S. 17
Tochter daſelbſt/ Beklagtin anders Theils/ *die 13. Mart. Anno 1608.* (*Verba Decreti:* Daß Klägers Anwald zu Ablegung des Eydes nicht zuläßlichen / ſondern es iſt Kläger den ihme *deferirt*en und zuerkannten Eyd nochmals in eigener Perſon abzulegen ſchuldig/ darzu beyden Theilen der *6. Maji* nächſtkünfftig früher Tagezeit ohne fernere *citation* hiermit anderweit beraumet wird/ ferner darauf zu beſchehen/ was recht iſt/ V. R. W.)

DEFINIT. LIV.

In cauſis matrimonialibus non obſervatur terminus jurandi peremtorius.

SUMMARIA.

1. *Terminus ad jurandum quinam in foro Saxonico?*
2. *Jusjurandum loco probationis ſuccedit. n. 11.*
3. *Probatorius terminus in foro Saxon. eſt ſex ſeptimanarum & trium dierum.*
4. *Quinam terminus ad ſe offerendum juramento?*
5. *Uterque terminus præciſè eſt obſervandus.*
6. *Forma præſcripta ad unguem obſervari debet.*
7. *Neglecto termino, omne juramentum pro deſerto habetur.*
8. *Res tamen aliter ſe habet in cauſis matrimonialibus.*
9. *Quibus ex rationibus & fundamentis?*
10. *Cauſa exceptionis in quonam conſiſtat?*
12. *Cauſæ matrimoniales & criminales æquiparantur.*
13. *Ob favorem innocentiæ receditur ſæpè à Regulis juris.*
14. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 15.*

Du-

DUplex præſtationi juramenti termi-
nus in foro Saxonico eſt præfinitus:
1 Unus † ad jurandum, qui eſt termi-
nus probatorius ſex ſeptimanarum atque tri-
um dierum, *Conſt. Elect. 12. in pr. verſ.* Und
berührten Haupt-Eyd innerhalb 6. Wo-
chen und dreyen Tagen zu leiſten ſchuldig
ſeyn/ 2c. *part. 1. Ordinat. proceſſ. judic. tit. 18.*
§. Wann nun alſo einem/ 2c. ubi Dan. Mol-
ler. *n. 1. & ſeq.* Chriſtoph. Zobel. *part. 1. dif-
fer. 34. n. 10.* Jacob. Schult. *obſervat. 51. n. 7.*
2 Ex † quo enim jusjurandum loco probatio-
nis ſuccedit, *l. generaliter. 12. in pr.* ubi Gloſſ.
*in verb. probationes. C. de reb. credit. l. non
erit. 5. § dato. 2. eum qui. 30 ff. de jurejur.* Dan.
Moller. *ad dict. Conſtitut. Elect. 12. n. 1.*
Hartm. Piſtor. *part. 4. quæſt. 13. n. 10.* Anton.
Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 41. n. 2.*
3 non immeritò † terminus probatorius, qui
eſt de jure Saxonico ſex ſeptimanarum atque
trium dierum, Landr. *lib. 1. art. 62.* ubi Gloſſ.
lit. F. Conſt. Elect. 16. in pr. part. 1. ubi Moller.
n. 1. in juramenti præſtatione obſervari de-
bet, Chil. König. *in proceſſ. cap. 66. n. 2.* Bal-
dus *in dict. l. generaliter. 12. n. 1.* Alter verò
4 terminus † præſtitutus ad ſe offerendum &
adverſam partem ad id citari faciendum, eſt
octo dierum: Nam juſſus per ſententiam ju-
rare intra octo dies à tempore lapſi decendii,
quo ſententia vires rei judicatæ eſt conſecu-
ta, computandos ad juramenti præſtatio-
nem ſe offerre ac citationem impetrare tene-
tur, *dict. Conſtit. Elect. 12. in pr. verſ.* So ſol
er in acht Tagen. *Ordin. proceſſ. judic. dict.
tit. 18.* §. Wann nun alſo. *verſ.* Innerhalb
5 acht Tagen anzuhalten/ 2c. † Uterque ter-
minus præcisè obſervari debet, quo neglе-
ctò juramentum pro deſerto habetur, *dict.
Conſtit. 12. verſ.* Geſchehe ſolches von ihme
nicht. *dict. tit. 18. verſ.* Da er aber. *in ter-
6 mino &c.* † nam forma præſcripta ad un-
guem eſt obſervanda, nec per æquipollens
adimpleri poteſt, Andr. Gail. *lib. 2 obſerv. 19.
n. 17 verſ. & in materia.* Caveat ergò juſſus
jurare, nè alterutrum jurisjurandi termi-
7 num negligat, † nec ullam inter juramenta
differentiam ſibi perſuaderi patiatur, ſi-
ve ſit judicialiter à parte delatum, ſive ſup-
pletorium, vel etiam purgatorium, quas ju-
ramentorum ſpecies prædicta ſanctio Electo-
ralis verbis diſertis includit in *ſæpiùs allegat.
Conſt. 12. in pr. & Ord. proceſſ. jud. tit. 18.*
Wann nun alſo.

Non † tamen periculum deſertionis ſub- 8
eſt in cauſis matrimonialibus, quas utriusque
termini ratione à ſanctione Electorali noviſ-
ſimus exceptas, ita ut nec terminus citationis
impetrandæ octiduanus, nec jurandi proba-
torius ſit hiſce in cauſis peremtorius. (1.) † 9
Ipsâ enim lege Electorali cauſæ matrimonia-
les à prædicta diſpoſitione excipiuntur, *Or-
din. proceſſ. jud. alleg. tit. 18.* §. Wann nun
alſo. *verſ.* Allein wollen wir *cauſas matri-
moniales* und *criminales eximiret*/ und hier-
innen der widrigen *obſervanz* unſerer *Con-
ſiſtorien* und Juriſten-*Facultäten*/ da die-
ſelbe eingeführet/ *derogiret* haben. Cui ex-
ceptioni (2.) procul dubio cauſam dedit † 10
favor matrimonii, ejusque probandi difficul-
tas, quæ effecit, ut à regulis juris quandoque
recedatur, & leviores etiam admittantur
probationes, quæ alioquin non admitteren-
tur, ut pluribus demonſtrat Anton. Fab. *in
Codic. lib. 4. tit. 14. definit. 8.* Quidni er-
go etiam juramentum poſt terminum ela-
pſum, quippe † quod invicem deficientis 11
probationis ſuccedit, *cap ſicut conſuetudo. 2.
in fin. extr. de probat. l. in bonæ fidei. 3. C. de
reb. credit.* Jacob. Schult. *obſervat. 52. n. 17.*
(3.) † Accedit porrò æquiparatio cauſarum 12
matrimonialium & criminalium, quam ipſa
lex Electoralis indigitat *cit. loc.* Cur non ita-
que idem obſervaretur in cauſis matrimo-
nialibus, quod moris eſt in criminalibus,
quæ deſertionem non admittunt, ſi reus ju-
ramento purgare ſe juſſus terminum præ-
ſcriptum neglexerit, ſcilicet quia juramen-
tum purgationis injungitur reo pro obtinen-
dâ ſua innocentia, † in cujus favorem ſæ- 13
pè receditur à regulis juris, Hyppol. de Mar-
ſil. *in l. 1. §. ſi quis ultrò. n. 89. & ſeqq. ff. de
quæſt. & in Pract. criminal. §. opportunè. n. 7.
& ſeqq.* Dan. Moll. *ad Conſtitut. Elector. 23.
n. 13. part. 4.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ Jacobi* Haußwaldens/ Beklagten an einem/ An- 14
nen/ Hanſen G. zu Radeberg Tochter/ Klägerin anders Theils/ *die 11. Martii Anno
1637.* (*Verba Decreti:* Daß Beklagter noch zur Zeit für ungehorſam nicht zu ach-
ten/ er iſt aber nach anderweit Ladung nunmehr Freytags nach *Lætare*, den 24.
dieſes Monats *Martii* früher Tagezeit vor uns/ bey Straffe 20. Thaler/ zu erſchei-
nen/ und unſerm am 15. *Febr.* jüngſthin geſprochenen Urthel/ (darinn ihme das *ju-
ramentum purgationis* auferleget) nochmals Folge zu leiſten/ auch daß er ſolches itzo
nicht gethan/ der Klägerin dieſes Termins Unkoſten/ auf vorhergehende *liquida-
tion* und *moderation* zu erſtatten ſchuldig/ V. R. W.)

Et † *in causâ* Marthen/ Martin H. zu K. Tochter/Klägerin an einem/ Georg S. zu 15
R. Beklagten anders Theils/ *die 23. Januar. Anno 1635.* (*Verba Decreti:* Daß
ſich Beklagter an deme ihme zuerkannten *juramento purgationis* noch zur Zeit nicht
verſäumet/ er iſt aber bey endlicher Strafe Ungehorſams ſolchen Eyd nochmals
abzulegen ſchuldig/ V. R. W.)

DEFINIT. LV.

Juramentum ſuper matrimonii promiſſione vi exortum ipſo jure nullum eſt, & quomodo hoc caſu procedendum?

SUMMARIA.

1. *Num juramentum vi extortum ſervari debeat?*
2. *Deciſio Conſiſtorii Supremi negativa.*
3. *An ſponſalia vi contracta ſubſiſtant?*
4. *Liberrimus & ſpontaneus requiritur conſenſus ad contrahendum matrimonium.*
5. *Deciſio Conſiſtorii Wittebergenſis negativa.*
6. *Nec juramentum ſuper promiſſione matrimonii vi extortum ſervari debet.*
7. *An tale juramentum ipſo jure ſit nullum?*
8. *Deciſio affirmativa. n. 17.*
9. *Fundamentum & ratio decidendi. num. 13.*
10. *Libera debent eſſe matrimonia non coacta.*
11. *Quod per ſe nullum eſt, reciſſione haut indiget.*
12. *Quatenus metus conſenſum excludat?*
14. *Matrimonium per ſe nullum juramento non roboratur.*
15. *Juramentum actui appoſitum nil addit.*
16. *Sed ſequitur naturam ejus, cui accedit.*
18. *Admonendus tamen promiſſor, quò juramentum vi præſtitum ſervet.*
19. *Juramentum remitti poteſt ab eo, cui juratum eſt. n. 20.*
21. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 NOlumus heic quæſtionem ab aliis jamdudum tractatam & deciſam repetere, an ſcilicet juramentum vi metuve extortum ſervari debeat, quam plerique negativè determinant, alii verò certas limitationes addunt, ut videre eſt apud Frid. Bal-
2 duin. *de caſib. conſc. lib. 2. cap. 9 caſ. 12.* †
quo de ſufficiat nobis judicium Conſiſtorii Supremi hiſce verbis prolatum: Dieſe letzte Meynung iſt den Rechten gemäß/ die da ſagen: *Omne juramentum, quod non tendit in interitum æternæ ſalutis, eſſe ſervandum, niſi aut metu vel dolo extortum ſit. cap. cum contingat. extr. de jurejur.* ap. Georg. Dedek.
3 *vol. 3. conſ. theol. l. 2. ſect. 7. n. 6. p. 198.* †
Nec id ventilare jam lubet, an ſponſalia vi ac minis contracta ſubſiſtant & conſummari debeant? Quod non facilè quisquam affirmaverit, quia ex omnium voto conſenſus ad
4 contrahendum matrimonium † requiritur
liberrimus & ſpontaneus, ut inquit Pontifex *in cap. cum locum. 14. extr. de ſponſal.* Johann. Harppr. *ad Rubr. Inſt. de nupt. n. 39.* veluti hinc benè pronunciavit *Conſiſtorium*
5 *Wittebergenſe:* † Weil Klägerin Bruder
Beklagten bedrohet zu erſtechen/ da er ſeine Schweſter nicht nehmen würde/ dadurch er gezwungen worden/ ihr die Ehe zuzuſagen; So iſt Beklagter nicht ſchuldig/ die Ehe mit Klägerin zu vollziehen/ mag auch ferner darzu nicht gezwungen werden/ es wäre dann/ daß er es ſelbſten gutwillig thun wolte/ V. R. W. apud Dedekenn. *dict. lib. 2. ſect. 7. n. 7. p. 199.* Ex quo duplici afferto ſatis perſpicuum redditur,
† nec juramentum ſuper matrimonii pro- 6
miſſione vi ac minis extortum quempiam ad obſervantiam obligare.

Sed id hac vice quærimus: † An tale jura- 7
mentum ipſo jure ſit nullum? Affirmativè
autem hoc decidere † non dubitamus cum 8
Joach. à Beuſt. *de matrim. part. 2. cap. 44.* & Nicol. Boer. *conſil. 20. n. 43.* Conveniunt namque Theologi pariter & Juriſperiti, ſponſalia vi metuvè contracta jure non ſubſiſte-
re; Licet † enim alias geſta per metum tene- 9
ant, & per actionem quod metûs causâ reſcindantur, attamen res aliter ſeſe habet in matrimonio, quod per metum vel minis contractum deficiente conſenſu non ſubſi-
ſtit, † juxta effatum Pontificis *in cap. cum* 10
locum. 14. extr. de ſponſalib. ubi Panormit. *n. 5.* ſcilicet quia libera debent eſſe matrimonia, nam coacta difficiles exitus habere conſueverunt, *canon. requiſivit. & can. gemma. extr. de ſponſal.* Quid ergò

opus

11 opus eſſet reſciſſione, cùm quæ † per ſe nulla ſunt, reſciſſione haut indigeant, Gloſſ. *in l. 1. §. ult. verb. non valet. ff. de autor. & conſenſ. tutor.* Jaſon. *in l. pacta noviſſima. n. 13. ff. de pact.* Niſi objicere quis velit, me-
12 tum † non ſimpliciter excludere conſenſum, & conſequenter intuitu ſaltem alicujus ſubſiſtentiæ ſponſalia metu contracta reſcindi debere, *l. ſi mulier. §. pen.* ubi Gloſſ. *verb. volui. ff. quod met. cauſ. l. metu. §. ſed quod prætor. ff. eod. tit. l. 1. C. de reſc. vendit.* Bart. *in l. eleganter. n. 6. ff. de dol.* Eſt enim hoc ipſum
13 † quod in cauſà matrimoniali negamus, promiſſionem nempe metu aut vi extortam ullum habere robur & efficaciam, ut nec propterea ullà opus ſit reſciſſione, *dict. cap. cum locum.* Luther. *in libell. de cauſ. matr. art. 5.*
14 Beuſt. *dict. cap. 44.* Quod ſi ita eſt, † nec per juramentum metus purgari, nec quicquam roboris promiſſioni accedere inde poterit, ut bene tradit Boër. *conſil. 20. n. 34. per text. in cap. ſignificavit.* ubi Gloſſ. *in verb. tanta vis de eo qui duxit &c.* nec enim juramentum ſupplet defectum conſenſûs, *c. ult. extr. de proc.* Didacc. Covarr. *in ſuâ epitom. part. 2. cap. 3. §.*
15 *5. n. 3. & ſeq.* † nec actui, ſuper quo interponitur, quicquam augmenti addit, Bald. *in l. ſi procurator. col. 3. ff. de condict. indeb.* Octav. Cacheran. *deciſ. 92. n. 6.* Marta *de juriſd. part. 4. cent. 1. caſ. 16. n. 10.* Pariſ. *conſ. 12. n.*
16 *76.* † ſed ſequitur naturam negotii & actûs, cui accedit. *l. ult. C. de non numer. pecun.* Modeſt. Piſt. *vol. 1. conſ. 21. n. 7.* Eamque ſententiam verbis haut obſcuris approbavit Conſiſtorium Supremum: Wie aber dem Gewiſſen/ ſo den Eyd thun müſſen/ zu rathen ſey? Iſt zu wiſſen/ daß in dieſem Fall das *juramentum ſecundùm canones ipſo jure nullum,* und derowegen nicht nöthig/ daß die Kirche davon *abſolvire* ꝛc. *in conſultatione ſuper hâc quæſtione* ap. Dedek. *vol. 3. conſ. theol. l. 2. ſect. 7. n. 6.* Et benè hinc infert Beuſt. *dict. loc.* † Si ſcholaris vel 17
quiſpiam alius repertus de nocte in domo vel lecto alicujus puellæ vel mulieris, metu vel minis per patrem vel alios conſanguineos coactus ſit cum aliquâ matrimonium contrahere, tale matrimonium ipſo jure non valere, niſi ex poſt facto acceſſerit ſpontanea cohabitatio, vel copula voluntaria, *cap. conſultationi. & cap. ad id.* ubi Panorm. *extr. de ſponſal.*

Quicquid tamen ſit, † non intermitti de- 18
bet admonitio, quò juramentum præſtitum ſervetur, ut rectè conſuluit Beza *de divort. p. 177.* Aut ſi religione jurisjurandi promiſſor perſuaderi nequeat, ab eo, cui juratum eſt, jusjurandum remittatur, *cap. 1.* ubi Dd. *extr. de jurejur.* Beuſt. *dict. cap. 44.* Quamvis enim juramentum adverſus Deum obligat, attamen is, in cujus favorem principaliter eſt præſtitum, † vim & poteſtatem remittendi 19
habet, neque alia requiritur abſolutio, quia & Deus tùm juramentum illud remittere dicitur, Panorm. & Bart. *in dict. cap. 1. extr. de jurejur.* veluti eò inclinat † Conſiſtorium 20
Supremum *in modò citatâ conſultatione hiſce verbis:* Aber hiermit wäre dem Theil/ ſo zum Eyd gedrungen/ ſicherer und beſſer zu rathen/ daß der Gegentheil/ ſo den Eyd dergeſtalt erlanget/ wenn ſolches geſchehen könte/ durch die *Conſiſtorien* würde ernſtlich angehalten/ denſelben Eyd zu erlaſſen/ denn die Hand/ welche den Eyd aufnimmt/ kan ihn auch erlaſſen/ wie denn täglich geſchicht/ wann geſchworne Unterthanen in Sachen ihrer Obrigkeit ſollen Zeugniß geben/ daß ihnen auf ſolchen *actum,* und weiter nicht/ der Eyd erlaſſen wird/ apud Dedek. *dict. n. 6. part. 5. 198.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Johannis M.* zu *N. die 20. Julii, Anno 1610.* 21
(*Verba Sentent:* Hat *Nicolaus N.* durch Gefängniß-Zwang/ harte Bedrohung und Furcht euch dahin gebracht/ daß ihr nicht allein in einem von euch ſelbſt geſchriebenen *Revers* bekannt/ ſondern auch vermittelſt eines geſchwornen leiblichen Eydes beſtärcket/ ihr hättet ſeine Tochter Mariam geſchwängert/ und wäret der Vater zum Kinde/ welches ſie unlängſten zur Welt gebracht/ habet auch verſprochen/ ſo viel an euch/ die Tochter zur Ehe zu nehmen/ wenn es mit ihrer Eltern Einwilligung geſchehen könne/ und hierüber euer gantzes Vermögen/ gegenwärtiges/ und aufn Fall ihr ſie *deſeri*ren würdet/ auch das künfftige *pro defloratione* und zu Unterhalt des Kindes/ durch eine Ubergabe unter den Lebendigen ihr/ dem Kinde/ oder nach derer Abſterben ihren Eltern geeignet; So wil euch vor allen Dingen gebühren/ über dieſer Sache in euer Gewiſſen zu gehen/ und daſſelbe zu prüfen/ ob ihr an der zugemeſſenen Schwängerung/ beförderſt mit Vertröſtung der Ehe ſchuldig ſeyd/ auch ob ihr bey der Eydes-Leiſtung die Ehe zu vollziehen in Willens geweſen/ oder nicht. Auf den Fall ihr nun daran ſchuldig/ oder den Eyd zu halten anfangs geſinnet geweſen/ habt ihr deſto mehr Urſach/ euerm Gewiſſen/ und der verletzten Perſon/ mit Vollziehung der Ehe mit ihr/ zu rathen. Wofern aber die Schwängerung zur Ungebühr euch

zugemeſſen würde/ und ihr dieſe Perſon zur Ehe zu nehmen bey der Eydesleiſtung nicht gemeynet geweſen/ auch nochmals gäntzlich nicht bedacht; So möget ihr mit ihrem Vater dahin handeln laſſen/ daß er euch das *jurament* gutwillig *remittire*/ und den *Revers* wiederum ausantworte/ er thue nun ſolches oder nicht/ ſo ſeyd ihr doch den aus Zwang und Furcht geſchwornen Eyd zu halten nicht verbunden; Sondern wann ihr dieſes alſo vor das ordentliche *Conſiſtorium* gelangen laſſet/ und den angezogenen Zwang/ wie euch zu thun gebühret/ gnugſam ausführet/ werdet ihr von des N. und ſeiner Tochter ehelichen Zuſprüchen billich *abſolviret* und entbunden/ V. R. W.)

TIT. V.

De

Proceſſu Deſertionis.

DEFINIT. LVI.

Deſertio juſta ac ſufficiens eſt cauſa divortii.

SUMMARIA.

1. *Matrimonium dicitur conſortium omnis vitæ.*
2. *Deſertio adverſatur conjugio.*
3. *Conjuges ſæpiùs ab invicem malitioſè diſcedunt.*
4. *Deſertio eſt cauſa ſufficiens divortii.*
5. *Quod de jure civili dubium non habet.*
6. *Num etiam de jure divino.*
7. *Deciſio ponitur affirmativa.*
8. *Conciliatur effatum Chriſti cum dicto D. Pauli. n. 9.*
10. *Rejicitur diſtinctio Bellarmini inter conjugium fidelium & infidelium.*
11. *Fides non ex verbis, ſed factis æſtimanda. num. 12.*
13. *Ratio hujus divortii quænam?*
14. *Identitas rationis idem jus facit.*
15. *Deciſio hæc in Eccleſiis Reformatorum approbata.*
16. *Innocens abſque culpâ jure ſuo privari haut debet.*
17. *Sententiæ Conſiſtorii Supremi. n. 19.*
18. *Ejusdem Decretum.*

1 EX quo matrimonium à JCto Modeſtino conſortium dicitur omnis vitæ *in l. 1 ff. de rit. nupt.* veluti interprete Connano *lib. 8. comm. jur. civil. cap. 4. n. 1.* omnis fortunæ participes ac conſortes fiunt conjuges, non poteſt non hinc quivis intelligere, † deſertionem conjugio in
2 tantum adverſari, ut id planè nullum reddat: Exigit enim conſortium hoc charitas chriſtiana, exigit fides conjugalis, exigit commune periculum & diſcrimen, quod eo momento, quò unione divinà in unum coaluerunt corpus, ſimul ſubierunt, ut ſcilicet par fortuna maneat utrumque, & ſeparatim neutrum feriant ruinæ. † Violant verò con-
3 juges hoc vinculum quandoque nullo rationis pondere coacti, vel ex levitate & impatientia freni conjugalis, vel malitiâ ab invicem diſcedentes. Mirum ergò non eſt, † ut
4 inter cauſas divortii referamus deſertionem. Quod de jure civili vix quiſpiam in dubium vocabit, convictus decreto Imper. Conſtantini, uxorem nempe, quæ in militiam profecto marito poſt interventum quatuor annorum conſenſu Magiſtratûs nupſerat, nec furtivas iniiſſe nuptias, nec dotis amiſſionem ſuſtinere, nec capitali pœnæ obnoxiam eſſe, *in l. 7. C. de repud.* † Cum quo & convenit 5
Julianus JCtus. Nam ſi in incerto eſt, *inquit ille*, an maritus vivus apud hoſtes teneatur, an morte præventus, tunc ſi quinquennium à tempore captivitatis exceſſerit, licentiam habet mulier ad alias migrare nuptias, *in l. uxores. 6. ff. de divort. & repud.* nec alienus ab hoc eſt Imper. Julianus *in Novell. 22. cap. 7.*

Quid autem † de jure divino, quod 6
maximoperè in cauſis matrimonialibus eſt attendendum? Salvator equidem noſter Dn. Jeſus Chriſtus unicam divortii ponit cauſam, ſcilicet fornicationem, *Matth. 5. & 19.* † Sed Divus Apoſtolus 7
addit deſertionem; Nec tamen effato di-

vino eſt contrarius, quod aſſerere impium. Nam cum Phariſæi quærerent, an ex ulla cauſa liceat cuique dimittere uxorem? reſpondet Chriſtus: Ex nulla, niſi ob adulterium; adeoque non aliam divortii agnoſcit cauſam præter adulterium, à quo neutiquam diſſentit Apoſtolus, haut agens de eadem
8 quæſtione & divortiorum cauſis, † ſed præſuppoſito illegitimo infidelis divortio, conſilium ſuppeditans, quomodo conjugis fidelis conſcientiæ ſit proſpiciendum: Nimirum non novam introducit divortii cauſam, ſed poſtquam factum eſt illicitum ab infideli divortium, alterum propter fidem innocenter patientem, ſed jugo injuſtæ ſervitutis haut detinendum cenſet. † Manet
8 & ſi unus aliquis JCtus, † licet excellentiſſi-
mus & ſagaciſſimus ſit, non facile in cauſa
criminali ſolus decidere pœnamque definire
debeat, ſecundum tradita Henr. Bocer. *in
tract. de furt. cap.* 1. *num.* 41. veluti hinc nec
Angel. *conſil.* 199. *n.* 1. Paul. Caſtrenſ. *conſil.*
293. *n.* 3. *in fin.* & Ludovicus Bolognirius de
pœna criminis conſulti, eam dictari auſi
fuerint, quorum exemplum imitatus quoque
eſt Ernoſt. Cothm. *vol.* 1. *Reſponſ.* 15. *n.* 213. *&*
9 *ſeq.* † multo minus Judici ac Magiſtratui, qui
raro exactam juris habet cognitionem, hæc
permittendum erit. Scilicet res hoc non uni-
us, ſed plurium animorum motus & ſuffra-
gia requirit, *arg. l. non diſtinguemus.* 32. §.
cum in plures. 13 *ff. de recept. qui arbitr. re-
cep.* Cothm. *dict. Reſp.* 15. *n.* 233. *vol.* 1.

10 † Facile hinc porro dijudicandum, quid
juris competat Magiſtratui in mitigandà
pœna ſtupri à Collegiis JCtorum dictata;
Haut raro ſiquidem accidit, ut ex affectione
quadam vel cauſa etiam rationabili veniam
det reis, pœnam indictam vel prorſus remit-
tendo, vel ſaltem mitigando; quod utique
11 extra caſum ultimi ſupplicii † Magiſtratibus,
qui merum & mixtum habent imperium, vel
altam jurisdictionem, permiſſum cenſetur,
in pœnis namque arbitrariis, inter quas
æque fuſtigationem ac relegationem, quam
carcerem & mulctam arbitrariam, referi-
mus, ſecundum tradita Bartol. *in l. quid er-
gò* 13. §. *pœna gravior. verſ. quæro. ff. de his
qui notant. infam.* & Matth. Weſenbec. *in*
12 *parat. ff. de pœn. n.* 3. † electionis ac mitiga-
tionis arbitrium Magiſtratui ademtum haut
eſt. *arg. l. Pomponius.* 15. *in fin. ff. de negot.
geſt. l.* 72. *in fin. ff. de judic. l. moris eſt.* 8. §.
iſtæ. l. perſpiciendum. 11. *l. aut facta* 16. *ff. de
pœn.* Nicol. Reuſner. *lib.* 2. *deciſ.* 16. *n.* 8.
Idque tantò minus in foro Saxonico & pro-
vinciis Electoratus, quantò clarioribus ver-
13 bis prohibitio remiſſionis † ad pœnas ſo-
lummodo ultimi ſupplicii reſtringitur *in
Ordin. provincial. de Anno* 1555. *ſub Rubr.*
Daß peinliche Sachen / dadurch das Le-
ben verwürcket / ohne unſere Bewilli-
gung nicht bürglich gemacht werden ſol-
len. *in verb. initial.* Nachdeme wir auch
berichtet / daß mehrentheils peinliche Sa-
chen / dadurch das Leben verwürcket / mit
Geldſtrafen und in andere Wege bürg-
14 lich gemacht werden. † *junct. verb. final.*
Derohalben verordnen und wollen wir /
daß nunmehr in unſern Landen weder die /
ſo Ober-Gerichte haben / noch die Part
ſolche Ubelthat / ohne unſere ausdrückliche
Bewilligung oder Nachlaſſung zu einiger
Geld- oder anderer Strafe kommen / und
ſonſten bürglich werden laſſen ſollen. Un-
de à contrario ſenſu expeditum, reliquas pœ-
nas, quibus vita non adimitur, in pœnam
mitiorem à Magiſtratu & judice tutò con-
verti poſſe, † ex vi argumenti à contrario 15
ſenſu, quod in jure habetur fortiſſimum. *l.* 1.
in pr. ubi Dd. *ff. de offic. ejus, cui mandat. eſt
juriſdict.* Felin. *in cap. ſignificaſti.* 18. *n.* 9.
extr. de for. compet. quo de pluribus *in pract.
crimin. part.* 3. *quæſt.* 150. *n.* 75. *& ſeqq.* † 16
Quod ſi ita eſt & judicem ſeu Magiſtratum
carceris pœnam in delicto ſtupri dictatam
reis tuto remittere, vel ſaltem in mulctam
pecuniariam convertere dixeris?

Sed nolumus facultatem pœnæ arbitrariæ
mitigandæ judici competentem † ad ſtupri 17
cauſam extendi, propter Edictum Electora-
le prohibitivum, de quo *Defin. præced.* Nec
enim quod JCtis in Collegiis & Dicaſteriis
prohibitum eſt, Judicibus ac Magiſtratibus
permiſſum cenſetur, ut demonſtratum dedi
in terminis *dict. quæſt.* 150. *n.* 91. *& ſeqq.* ubi
præjudiciis Scabinorum Lipſienſium id fir-
mavi; † Eoque minus, quod Saxo Sereniſſi- 18
mus Judices ad executionem pœnæ à Scabi-
nis dictatæ præciſè adſtringat, ut videre eſt
in Ordin. Polit. de Anno 1612. *tit. Conſiſtorial-*
Sachen. *n.* 4. *circa fin. in verb.* Der weltli-
chen Obrigkeit / auf unſer oder der Schöp-
penſtüle Erkäntniß / die verwürckte Stra-
fe wegen geübter Unzucht vorbehalten /
und dargegen die Gerichts-Herren hier-
mit ernſtlich erinnert werden / daß ſie das
am 30. *Septemb. Anno* 1609. *publicirte* Pa-
tent von Strafe der Unzucht / (welches
wir von Wort zu Wort gleichfalls wie-
derholet und erneuert haben wollen) nicht
aus den Augen ſetzen / ſondern mit Benie-
mung und würcklicher *execution* der Stra-
fe ſich darnach achten ſollen. † Et clarius 19
in Ord. matrim. de Anno 1624. *punct.* 4. §.
Und nachdem wir befinden. *verb.* Daß
hinfüro die Gerichts-Herren auf Beler-
nung unſerer Schöppenſtüle / wider die
Verbrechere in allen oberzehlten Fällen
verfahren ſollen / und alſo hierinnen die
Geld-Strafen gänßlich abgeſchafft ha-
ben / ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Senatûs in A. die* 23. *Martii Anno* 1613. 20
(*Verba Sententiæ:* Hat ſich ein Wittwer daſelbſten / Namens Heinrich N.
zu Annen / Martin H. Tochter / gefunden / und ſie geſchwängert / welches ſie beyde
nicht in Abrede geweſen; Nachdem er ihr aber die Ehe nicht verſprochen / noch ſie

ehelichen wollen / iſt ihme nicht allein der Geſchwängerten gebührliche Abfindung zu thun / und das Kind zu *alimenti*ren / ſondern auch beyden Perſonen 14. Tage lang Gefängniß-Strafe zuerkannt worden. Ob ihr nun wol aus gewiſſen von euch angeführten Urſachen ihnen das Gefängniß zu erlaſſen / und dagegen beyden eine Geldſtrafe ihrem Vermögen nach zum Kirchenbau anzuwenden / aufzulegen gemeynet: Dieweil aber gleichwol in dergleichen Begünſtigung die Geldſtrafen gäntzlich abgeſchaffet: Inmaſſen auch darauf zu Recht erkannt worden; So verbleibt es dißfalls bey der Gefängnißſtrafe billich / und ihr seyd dieſelbe in eine Geldbuſſe zu verwandeln nicht befugt / V. R. W.)

Et † *ad petitionem* Dietrich R. in L. *die 17. Aug. Anno 1618.* (*Verba Sententiæ*: Haben ſich 21 in eurem Dorffe zwey ledige Perſonen zuſammen gefunden / und mit einander fleiſchlichen vermiſchet; Weil ſie nun ſolches geſtanden und bekannt / ſeyn die *inquiſition acta* in den Schöppenſtul nach Leipzig verſchicket; und iſt den Verbrechern die Gefängnißſtrafe zuerkannt worden; So wird dieſelbe an ihnen nicht unbillich vollſtrecket / und mag in eine Geldbuſſe / weil dieſelbe durch ein abſonderliches am *30. Septemb. Anno 1609. publicir*tes / und in nachfolgender Policey-Ordnung wiederholtes Patent gäntzlich abgeſchaffet / nicht verwandelt werden / V. R. W.)

DEFINIT. LXXVI.

Parili modo deſponſatæ perſonæ ante nuptias concumbentes, vel poſt commiſſum ſtuprum matrimonium contrahentes, carceris pœna, non mulcta pecuniaria ſunt coercendæ.

SUMMARIA.

1. *Annon mitiùs punienda perſona deſponſata ante nuptias concumbentes?*
2. *Quidnam propriè ſit ſtuprum?*
3. *Sponſalia pro nuptiis habentur de jure civili.*
4. *In favorem matrimonii pœna mitiganda. n. 5.*
6. *Deciſio hujus quæſtionis negativa.*
7. *Fundamenta & rationes decidendi. n. 16.*
8. *Adducitur Ordin. Eccleſiaſt. & matrimonialis. n. 9.*
10. *Explicatio harum ordinationum.*
11. *Sponſalia & matrimonium quatenus conveniant?*
12. *Quatenus rurſus ab invicem differant?*
13. *Non ſolum de jure divino.*
14. *Sed etiam in foro civili & Eccleſiæ.*
15. *Benedictione ſacerdotali perficitur demum matrimonium.*
17. *Concumbentes ante nuptias mitiùs puniendi. num. 18.*
19. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi, n. 20. 21.*

1 PRobabili ratione quis exiſtimaverit, mitius procedendum fore adverſus perſonas deſponſatas ante benedictionem ſacerdotalẽ concumbentes, ſi non prorſus pœna iis remittenda, atque hinc de mulcta pecuniaria, quin locum habeat, vix ambigendum. Siquidem concubitus hinc pro
2 ſtupro haberi nequit, † quippe quod extra conjugium in virginem aut viduam honeſtam committitur, *l. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Jod. Damhoud. *in prax. rer crimin. cap. 92. n. 2.* Joh. Schneidvv. *ad §. lex. Jul. verſ. ſed eadem. n. 1. Inſt. de publ. jud.* † Atqui contractis ſponſalibus nuptias jam celebratas fuiſſe & conjugium cœpiſſe, non facile quiſquam negaverit, ſiquidem de jure civili ſponſalia pro matrimonio ſeu nuptiis habentur, utpote quas non concubitus, ſed conſenſus facit, *l. nuptias 30. ff. de Reg. Jur. l. ſufficit ff. de ſponſal. can. aliter. 30. quæſt. 5. can. honorantur. 32. quæſt.* Cumque † 4 in favorem matrimonii etiam in crimine adulterii longè graviori ordinaria pœna ſoleat mitigari, veluti ſi conjux pro adulte-

ulterio intercedat, ut dixi *in Pract.crim.part. 2. quæſt.55.* Dan. Moll. *ad Conſt. Elect. 19. n. 4. part. 4.* Matth. Berlich. *part. 4. concl. 27. n. 92. & ſeqq.* Nicol. Boer. *deciſ. 297. n. 1. & 2.* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 176. n. 15.* Jodoc. Damhouder *in pract. crimin. cap. 89.*
5 *n. 45.* † quidni multo magis hoc obtineret in crimine leviori, ſi vel perſonæ jam deſponſatæ ante benedictionem ſacerdotalem concubuerint, vel poſt ſtuprum commiſſum nuptias contraxerint: utroque enim caſu favor matrimonii mitigationem expoſcit, ut hinc errare non videatur judex, ſi mulctam arbitrariam reis indicere auſit.

6 † Verum rationes hæ tanti non ſunt, ut mitigatio pœnæ vel indictio mulctæ pecuniariæ inde probari queat; Quin potius reos hoſce pariſi modo incarceratione coer-
7 cendos, expeditum facit (1.) † clara ſanctio Electoralis *in Ordin. Eccleſiaſt. ſub tit.* Von Ehegelöbniſſen. *Rubr.* Von der Straſe der Unzucht und des Ehebruchs. *& in Ordin. matrimonial. de ann. 1624. punct. 4. in princ.* in quo utroque textu hæc verba habentur: Wo zwo verlobte Perſonen vor dem öffentlichen Zuſammen-geben und Trauen ſich mit einander fleiſchlich einlaſſen/ ſo ſol die Weibes-Perſon/wenn gleich keine Schwängerung daraus erfolget / mit verdecktem Haupte und ohne Spiel zur Kirchen gehen/und ſie beyderſeits mit zeitlicher Gefängniß / oder ſonſten nach Gelegenheit willkührlichen geſtraft werden.
8 † *junct. §. ſeq.* Gleicher Geſtalt ſollen auch die / ſo ſich fleiſchlichen vermiſchen/ ihre Unzucht aber erſt nach gehaltenem Kirchgange kundbar wird / mit willkührlicher Gefängniß geſtraft werden. Quod ſi ergò perſonis jam deſponſatis ante benedictionem ſacerdotalem concumbentibus parcendum non eſt, quo minus carceris pœna infligatur; multominus utique ab incarceratione exemti erunt, qui nondum deſponſati carnaliter ſe miſcent, ac poſtea
9 demum ſponſalia contrahunt. (2.) † Ac ne quisquam verba *dict. Ordin. Eccleſiaſt. & matrim.* (oder ſonſten nach Gelegenheit willkührlich geſtraft werden.) de mulcta pecuniaria accipiat, *in §. ſubſeq. Ordinat. matrimon.* Und nachdem wir befinden. expreſsè eam legimus abrogatam, *verſ.* Daß hinfüro die Gerichts-Herren auf Belernung unſerer Schöppen-Stüle wider die Verbrechere in allen oberzehlten Fällen verfahren ſollen / und alſo hierinnen die Geld-Straſen gänz-
10 lich abgeſchaffet haben / rc. † Rectius ideoque verba prædicta ad pœnam relegationis vel cibationis, quæ fit pane & aqua in carcere, reſtringuntur ſecundum *Ordin. Eccleſ. dict. loco.* §. Würde denn eine ledige Manns-Perſon. *Et Ordin. matrim. dict. p. 4.* §. Da auch eine ledige Manns-Perſon. *in fin.* (3.) † Nec concedendum, ſpon- 11
ſalia pro vero matrimonio haberi. Etſi enim ratione vinculi & obligationis modica vel nulla inter ea & nuptias exiſtat differentia, nequaquam tamen id ſimpliciter exaudiendum eſt, † ſed omnino aliquid diſcri- 12
minis ſubeſſe inter ſponſalia & nuptias, non modo de jure divino, veluti apparet ex *Geneſ. 19. verſ. 14.* ubi generi appellantur, qui accepturi erant filias Lothi, & *cap. 29. verſ. 20.* ubi Jacobo promittitur Rachel, quam non niſi completo ſeptennio accepit, *Deut. 20. verſ. 7. ibi:* † *Quis eſt homo, qui de-* 13
ſpondit uxorem, & non accepit eam, vadat & revertatur in domum ſuam. Et *Judic. 14. verſ. 7. Samſon mulierem ſibi deſpondit, poſtea eam accepturus.* Sed etiam in foro civili & Eccleſiæ † ſatis perſpicuum 14
redditur ex diſtinctis titulis de Sponſalibus & de Nuptiis; Et obſervatur in univerſali praxi apud Chriſtianos, ut ſponſalia nuptias antecedant, quæ definiuntur mutua & ſolennis ſponſio, ſive mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. Quis non ergo hinc animadvertit, concubitum deſponſatarum perſonarum ante nuptias pro coitu illicito haberi, † maximè in provinciis Saxonicis, 15
ubi demum per benedictionem ſacerdotalem perfici dicitur conjugium, *in Conſtit. Elect. 24. verb.* Von Zeit der vollnzogenen Ehe / und alſo wenn der Kirchgang geſchehen. *part. 2.* ut proinde æquè carceris pœna hoc caſu obtineat. (4.) † Ne dicamus, quod 16
contra decorem & bonos mores in Eccleſia Chriſti receptos haut parum à conjugibus ante copulam ſacerdotalem concumbentibus peccetur, & ſcandalum aliis præbeatur, quod ipſum etiam punibile eſt., Balthaſ. Mentz. *in Diſp. quam habuit Gieſſ. ſuper quæſt. Num ſponſis ante ſolennem in Eccleſia copulationem & benedictionem concumbentibus publica pœnitentia juſtè imponatur? Menſ. Mart. 1624.*

† Planè etſi hæc ita ſe habeant, mitigan- 17
da tamen eatenus eſt hoc caſu pœna carceris, ut ad dies pauciores reſtringatur, tum ob favorem matrimonii ſubſequentis, de quo *ſupra num. 4.* tum ob vinculum indiſſolubile ſponſaliorum, quod efficit, ut ea pro nuptiis habeantur, de quo eleganter Mentzer. † ita differit: In oculis Dei & 18
vigore ordinationis divinæ, & vi mutuæ ſponſionis & virtute efficacis obligationis

ſponſa

ſponſa de jure non minus eſt uxor ſui ſponſi, atque ſi jam ſolenniter ipſi tradita & in domum ejus ducta eſſet, ſiquidem inter perſonas deſponſatas verum matrimonium jam inchoatum eſt; de quibus etiam recte uſurpatur illud: Quos Deus conjunxit, homo ne ſeparet, Mentzer. *dict. loc. th. 45.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Chriſtiano* Ehrenfried *à* Schönberg in Ober-Lichtenau/ 19
die 17. Jun. Anno 1614. (*Verba Reſcripti:* Was maſſen an uns Michael L. der Jünger/ ein Haußgenoß zu O. welcher ſein Weib vor der ehelichen Trauung zu Fall gebracht/ über euch wegen angekündigter 40. fl. Strafe *ſupplicando* ſich beſchweret / ſolches habt ihr inliegende zu befinden. Wann dann die *publicirte* Kirchen-Ordnung beſaget / daß diejenigen / ſo ſich fleiſchlichen vermiſchen / und ihre Unzucht nach gehaltenem Kirchgange kundbar wird / mit würcklicher Gefängniß geſtraft werden ſollen. Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit / ihr wollet *Supplicant*en und ſein Weib/ Inhalts angedeuteter Kirchen-Ordnung/ auf drey oder vier Tage lang mit leidlicher Gefängniß belegen/ und mit Geldſtrafe allerdings verſchonen / ꝛc.)

Item † *Quæſtori & Procuratori Præfecturæ Miſnenſis die 1. Oct. Anno 1627.* (*Verba Reſcripti:* 20
Wir haben euren eingeſchickten Bericht / in Sachen den Stiffts-*Syndicum* zu Meiſſen und Georgen N. betreffende/neben den Beylagen verleſen/ und ihr habt aus inliegender Abſchrifft zu befinden / was gedachter N. darwider eingewendet. Wann dann das Churfl. Ausſchreiben *ſub dato* Dreßden den *30. Sept. Anno 1609.* welches in der jüngſt *publicir*ten Policey-Ordnung wiederholet worden / klar beſaget / daß hinfüro die Geldſtrafen in Schwängerungs-Sachen abgeſchafft ſeyn ſollen; Als iſt hierauf an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren / ihr wollet N. das *deponir*te Geld folgen laſſen / und hergegen den *Syndicum* beſcheiden / daß er die *Delinquent*en / daß ſie einander vor der ehelichen Trauung fleiſchlichen erkannt / und zwar ihn mit leidlicher Gefängniß / ſie aber mit Gehorſam auf etliche Tage lang belegen möge/ꝛc.)

Et † *Quæſtori in Noſſen die 27. Sept. Anno 1620.* (*Verba Reſcripti:* An uns beklaget ſich euer 21
anbefohlener Unterthaner / Jacob N. zu K. welcher geſtalt er von euch über anerbotene Kirchenbuſſe / daß ſein Eheweib zu frühe in die Wochen kommen / mit Geld-Strafe belegt werden wolle / wie ihr aus dem Inſchluſſe zu vernehmen; Wann dann in unſers gnädigſten Herrns Ausſchreiben / *ſub dato* Dreßden den *30. Sept. Anno 1609.* ſo wol jüngſt-*publicir*ter Policey-Ordnung die Geldſtrafen auch in denen Fällen / da die Perſonen nicht verlobt geweſen / oder einander hernach geehlichet/gäntzlich abgeſchafft; Als iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren / ihr wollet es bey der Kirchen-Buſſe bewenden laſſen/ und dieſe Eheleute höher nicht/als etliche Tage mit leidlichem Gehorſam ſtrafen / ꝛc.)

DEFINIT. LXXVII.

Coercitio Sponſorum ante nuptias concumbentium æquè ad Magiſtratum politicum ſpectat.

SUMMARIA.

1. *In Reſcriptis Electoralibus pœna illicitæ commixtionis legitur definita.*
2. *Annum coercitio hæc ſpectet ad Conſiſtoria?*
3. *Reſpondetur negativè. n. 11.*
4. *Pœna illiciti coitûs quænam?*
5. *Adducitur Reſponſum Scabinorum Electoralium.*
6. *Cur pœna in his delictis non indicatur à Conſiſtoriis?*
7. *Cauſæ ſeculares in Conſiſtoriis non tractandæ.*
8. *Plures quando ſunt unius rei cauſæ ceſſante licet unâ, res tamen ſuſtinetur.*
9. *Adducitur Sanctio Electoralis duplex. n. 10.*
12. *Reſcriptum Electorale.*
13. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

Nemi-

1 NEminem offendant Reſcripta Electoralia *Defin. præced.* annexa, quibus à Supremo Conſiſtorio perſonis deſponſatis ante benedictionem ſacerdotalem carnaliter ſe miſcentibus, vel poſt ſtuprum commiſſum nuptias contrahentibus pœnam carceris determinatam
2 videmus: † ex quo coërcitionem hanc ad judicem eccleſiaſticum pertinere, quis exiſtimaverit: Poſtquam enim in prædictis Conſiſtorii Supremi Reſcriptis Magiſtratui po-
3 litico injungitur, ut delinquentibus † haut mulctam pecuniariam, ſed carceris pœnam infligi faciat, hôc ipſo pœnæ indictio ei vendicatur, quam Conſiſtorium Supremum ſibi non arrogat, licet judicem ſecularem de adminiſtrando ſuo officio ſeverè admoneat.
4 † De quo tamen propterea dubitaveris, quia modica eſt horum reorum coërcitio, ad carceris tantummodò pœnam ad paucos dies reſtricta, quæ ad relegationem extendi nequit, nec propterea ad merum imperium, vel jurisdictionem ſupremam, Obergerichte/ ſpectat, ut probatum dedimus *in Pract. crim.*
5 *part. 2. quæſt. 70. n. 51. & 52.* † ex judicato *Scabinorum Lipſienſium*: Ob wol der Amtſchöſſer bey euch vermöge der Ober-Gerichte/ ſo dem Churfl. Amte in vorgedachtem Dorffe zuſtändig/ vorbenannte zwo verlobte Perſonen/ ſo ſich vor der Trauung und Kirchgang eingelaſſen/ in Strafe zu nehmen ſich unterſtehen thut. Dieweil aber dennoch ſolches geſchehenes Beyſchlafen geſtalten Sachen nach unter die Verbrechungen/ ſo vermöge Sächſiſcher Rechte und Churfl. Sächſ. Landes-Ordnung in die Obergerichte gehörig/ nicht gezogen werden mag; So iſt auch erwähnter Amtſchöſſer ſich dißfals gegen mehrbenannten verlobten Perſonen einiger Strafe anzumaſſen nicht befugt/ V. R. W. *Ad requiſitionem Academiæ Wittebergenſis, Menſ. Decembr. Anno 1606.* Dixi-
6 mus † autem ſtupri pœnam propterea à Conſiſtoriis haut indici, quod pertineat ad merum imperium, & quandoque ad relegationem ac fuſtigationem extendatur, *ſupr. Defin. 72. n. 14. & ſeqq.*

Sed non unica hæc eſt prohibitionis cauſa, quo minus ſtupri coercitionem ſuſcipiant Domini Conſiſtoriales. † Accedit nam- 7
que & alia, quod ſcilicet negotia ſecularia haut ſint tractanda in Conſiſtoriis & coram Magiſtratu eccleſiaſtico, *ſupr. Defin. 11.* quis verò ambigit, indictionem pœnarum etiam in caſu noſtro, quo ante nuptias perſonæ deſponſatæ concubuerunt, inter negotia ſecularia referri? ut proinde locum heic habeat regula vulgata: † quod quando unius 8
rei duæ ſunt cauſæ, tametſi una ex his ceſſet, altera tamen rem ſuſtineat, §. *affinitatis. 6. Inſtit. de nupt. l. ſi ventri. 8. in bonis. 2. ff. de privil. creditor.* Bartol. *in l. liberorum. 11. in princ. num. 1. verſ. ex quo nota, quod ubi diſpoſitio &c. ff. de his. qui not. infam.* Seraphin. *de jurament. privil. 100. num. 8.* Andr. Tiraquell. *in regul. ceſſ. cauſ. limit. 22. num. 1. & ſeqq.* Ac quò minus † de hoc du- 9
bitetur, clara extat ſanctiò Electoralis *in Ordin. Polit. de Anno 1612. Rubr. Conſiſtorial-*Sachen. *num. 4. verſ.* Ob auch ſchon. *verb.* So ſol doch allezeit in dem Urthel und Verträgen der weltlichen Obrigkeit ꝛc. die verwürckte Strafe wegen geübter Unzucht vorbehalten werden/ ꝛc. † Et 10
clarior *in Ordinat. matrimon. de Anno 1624. punct. 4. in princ.* Wo zwo verlobte Perſonen vor dem öffentlichen Zuſammengeben und Trauen ſich mit einander fleiſchlich einlaſſen. *& §. ſeq.* Gleicher Geſtalt ſollen auch die/ ſo ſich fleiſchlich vermiſchen/ ihre Unzucht aber erſt nach gehaltenem Kirchgange kundbar wird/ ꝛc. *junct. §. ſeq.* Und nachdem wir befinden. *verb.* Daß hinfüro die Gerichts-Herren auf Belernung unſerer Schöppenſtüle wider die Verbrechere in allen oberzehlten Fällen verfahren ſollen. † In omnibus 11
ideoque caſibus, ſtupri & copulæ carnalis illicitæ, inter quos & commixtionem perſonarum deſponſatarum ante nuptias *præcedentibus §§.* comprehenſam legimus, indictio pœnæ ac coercitio Magiſtratui defertur politico, ut hinc ea ad Conſiſtoria haut pertineat.

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti in Gommern, die 18. Januarii Anno 12
1627. (Verba Reſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht wegen derer/ welche zu verbotener und noch währender Trauer-Zeit in anderweit Verehlichung ſich einlaſſen/ und vor der *copulation* zuſammen finden/ verleſen hören. Wann wir uns dann ohne Mittel zu verbotener und währender Trauerzeit zu *diſpenſiren* vorbehalten/ und wann verlobte Perſonen vor der Hochzeit und Verehlichung einander verdächtiger Weiſe und fleiſchlichen beywohnen/ ſolche Sachen vor die weltliche Obrigkeit gehörig; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet auf alle begebende Fälle der *diſpenſation* halber die Perſonen an uns weiſen/ auf die andern aber die weltliche Obrigkeit gute Achtung geben/ und die Verbrechere beſtrafen laſſen/ darbey euch Amts halber/ zu Verhütung Unzucht/

Er-

Ermahnung zu thun unbenommen. Darnach ihr euch zu achten wiſſen werdet/ und vollbringet hieran unſere gefällige Meynung/ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Caſparis S.* zu *L. die 23. Oct. Anno 1617. (Verba Sentent:* Hat euer Sohn mit Annen/ Barthol C. Tochter Kundſchafft gepflogen/ und mit derſelben nachmals in euerm und anderer Perſonen Beyſeyn öffentliche Verlöbniß/ auch nachmals Hochzeit gehalten: Als nun ſein Weib eines jungen Sohnes geneſen/ wil ihnen Schuld gegeben werden/ daß ſie ſich zu zeitig und vor der Hochzeit zuſammen gefunden. Wiewol ſie nun deſſen nicht geſtändig ſeyn wollen; Dafern ſichs aber euerm Andeuten nach befinden würde/ daß bemeldtes eures Sohnes Weib alſobald im Anfange des ſechſten Monats nach gehaltener Hochzeit in die Wochen kommen/ und einer geſunden vollſtändigen Geburth geneſen; So wären ſie an der Bezüchtigung nicht unſchuldig/ſondern würden beyde von der weltlichen Obrigkeit/ dahin die Sache gehörig/ mit leidlichem Gefängniß billich in Strafe genommen/ V.R.W.) 12

DEFINIT. LXXIIX.

Quandoque tamen per modum diſpenſationis à Sereniſſimo Saxoniæ Electore & Conſiſtorio Supremo reis indicitur mulcta pecuniaria.

SUMMARIA.

1. *Laici propter coitum illicitum à Magiſtratu ſeculari coercendi.*
2. *Non etiam perſonæ eccleſiaſticæ.*
3. *Quibus Conſiſtoria indicunt pœnam.*
4. *Adducitur hanc ad rem Ordinatio eccleſiaſtica Electoralis.*
5. *Conſiſtorium Supremum quandoque in cauſis laicorum pœnam determinat. n. 6.*
7. *Idque per modum diſpenſationis.*
8. *Diſpenſare poteſt Elector Sereniſſimus circa mulctam pecuniariam.*
9. *Diſpenſatio contra jus poſitivum Magiſtratui ſupremo haut deneganda.*
10. *Pœna ſtupri & fornicationis eſt arbitraria.*
11. *In arbitrariis judex ad certum coercitionis modum obſtrictus non eſt.*
12. *Reſcriptum Electorale.*
13. *Conſiſtorii Supremi Decretum.*

1 QVod hactenus diximus de pœna carceris, in caſu commixtionis illicitæ carnalis, à Magiſtratu politico reis infligenda, id equidem in laicis, qui judicis ſecularis jurisdictioni ſunt ſubjecti, locum obtinet, ſed
2 ad miniſtros Eccleſiæ extendi non debet. † Cum enim in perſonalibus hi coram Magiſtratu eccleſiaſtico & in Conſtoriis forum ſortiantur, *Ord. Eccl. Elect. Sax. tit.* Von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener *in princ.* Joh. Gerhard. *in loco*
3 *de magiſtratu politico. §. 440.* non utique † ab alio judice ob illicitam commixtionem ſunt coercendi, præſertim cùm poteſtas pœnam carceris infligendi Conſiſtoriis expreſsè fuerit reſervata, *Ord. Eccleſ. tit.* Von beyden *Conſiſtoriis* zu Leipzig und Wittenberg. *cap. 10. §.* Dann ob ſich wol. *in verbis finalibus:* Auf Gefängniß zu ſprechen/ ꝛc.
4 *ſupr. Definit. 5.* † Quo & facit clara ſanctio Electoralis *in dict. tit.* Von beyden *Conſiſtoriis. cap. 7.* Was Sachen in das *Conſiſtorium* gehörig. §. Alle Sachen/die Pfarrer/Kirchen-und Schuldiener. *junct. verb. final.* und Verbrechung belangend/ ꝛc.

Quin & in cauſis † laicorum pro illicita commixtione Conſiſtorium Supremum quandoque pœnam indicit, extraordinario ſcilicet modo & tanquam Senatus Electoralis eccleſiaſticus, quem Conſiſtorium Supremum ſimul repræſentat, *ſupr. lib. 1. Def. 12.* cujus intuitu ſæpius nomine Sereniſſimi Electoris Reſcripta emanant, † idque verbis haut obſcuris indigitat *Ordin. Polit. de Anno 1612. Rubr. Conſiſtorial-*Sachen. *num. 4. ibi:* Auf unſere oder der Schöppenſtüle Erkäntniß. Quo caſu etiam mulctam pecuniariam haut raró ſtupri ac commixtionis illicitæ reis dictari videmus; † per modum ſcilicet diſpenſationis. Cum enim Sereniſſimus Saxoniæ Elector in delictis ejusmodi mulctam pecuniariam abrogaverit, carceriſque pœnam ab inferioribus Magiſtratibus 5 6 7

bus reis præciſè indici juſſerit, *in Edicto* von Strafe der Unzucht/ *die 30. Sept. Anno 1609. Ordin. polit. dict. n. 4. in fin & Ordin. matrim. de An. 1624. punct. 4.* §. Und nachdem wir.
8 *circa fin.* † nil quidquam obſtare videtur, quin ipſemet huic contravenire, & diſpenſando mulctam pecuniariam certis ex cauſis determinare poſſit. Nec enim diſpenſatio
9 contra jus merè poſitivum † Legislatori & Supremo Magiſtratui eſt deneganda, Canoniſtæ *in cap. literas.* poſt. gloſſ. *in verb. diſpenſare. extr. de reſt. ſpoliat. & in cap. propoſuit. verb. ſupra ejus. extr. de conceſſ. præbend.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum. n. 25. de conſtitut.* Joach. a Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap 56. verſ. interdum tamen.* idque eò minus in caſu ſtupri & fornicationis, † cujus 10
pœna eſt arbitraria, ut demonſtratum dedi *in pract. crimin. part. 2. quæſt. 69. n. 13. & ſeq. & quæſt. 70. n. 21. & ſeqq.* Nunquam verò in arbitrariis judex ad certum pœnæ genus, certumque modum † coercitionis eſt ad- 11
ſtrictus, Bartol. *in l. quid ergò. §. pœna gravior. ff. de his qui notant. infam.* Jaſon. *in l. omnes populi. ff. de juſt. & jur.* Andr. Tiraquell. *in tract. de pœn. temper. in præfat. n. 16. & ſeqq.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæſt. 85. verſ. ulteriùs quæro.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Capitaneo & Quæſtori Witteberg. die 19. Maji, An. 1628. 12
(*Verba Reſcripti:* Wir ſind berichtet worden/ wasmaſſen N. N. zu N. verwichenes Jahres auf erlangte *diſpenſation* eine Wittfrau in ſeiner Saalſtuben und in vieler Leute anſehnlicher Gegenwart ihme ehelich trauen laſſen/ welche drey Monat hernach einer Tochter geneſen. Wann er dann wider Zucht und Ehrbarkeit gehandelt/ die Schwängerung bey geſuchter *diſpenſation* verſchwiegen / und ein ziemliches Aergerniß verurſachet: Als ſeynd wir ſolches alſo ungeſtraft hingehen zu laſſen nicht bedacht: Hierauf gnädigſt begehrende/ Ihr wollet gedachten N. N. vor euch erfordern/ ihme unſer ungnädiges Mißfallen vermelden/ ſein unziemliches Beginnen ernſtlich verweiſen/ und 300. Thaler zur Strafe zu entrichten auferlegen/ dieſelbe auch du der Schöſſer von ihme ungeſäumet einbringen / und anhero in unſer Ober-*Conſiſtorium* überſenden/ ꝛc.)

Et † Conſiſtorium Supremum in causâ Hanſen K. Wittben *contra George N. die 11. Mart.* 13
Anno 1631. (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter vermittelſt Eydes erhalten/ daß er Klägerin keine Ehe verſprochen/ noch ſie in Lieb und Leid zu verlaſſen zugeſaget; So wird er von ihren Zuſprüchen nicht unbillich entbunden/ aber gleichwol wegen begangener Unzucht von uns geſtalten Sachen nach/ und andern zum Abſcheu in willkührliche Geldſtrafe zu milden Sachen anzuwenden/ genommen/ V. R. W.)

DEFINIT. LXXIX.

Haut concedendum eſt Magiſtratui politico inferiori, ut reos ſtupri ac coitûs illiciti ſiſtat ad numellas.

SUMMARIA.

1. *Pœna carceris in crimine coitûs illiciti in mulctam arbitrariam non commutanda.*
2. *An verò quandoque exaſperanda?*
3. *Et num rei ad numellas ſiſtendi?*
4. *Cum ſeveritate caſtiganda ſunt delicta.*
5. *Finis pœnarum in quibus conſiſtat? n. 6.*
7. *Quò alii à ſimili delicto deterreantur.*
8. *Fructus pœnarum maximus pertinet ad exemplum.*
9. *Quam ob cauſam cadavera ſuſpenſorum relinquuntur inſepulta.*
10. *Deciſio quæſtionis negativa.*
11. *Fundamenta & rationes decidendi quænam? n. 14. 16.*
12. *Pœnæ conſuetudinariæ judicis arbitrio relictæ haut ſunt.*
13. *In pœnis arbitrariis id certum eſt, quod conſuetum.*
15. *Numellæ ſunt præparatorium pœnæ corporis afflictivæ.*
17. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 NOn ergò fas eſt magiſtratui politico, absque ſpeciali Superioris diſpenſatione pœnam in ſtupri ac illicitæ commixtionis reos ſtatutam mitigare, & in mulctam pecuniariam convertere, *ſupr. defin. 75.* Sed annon † eam exaſperare? Videmus enim quandoque Magiſtratus ita exacerbatos, ut pœnis in jure definitis haut conten- 2

tenti ulteriorem reis inurere maculam ſtudiosè laborent, & quidem ſæpiùs in delicto
3 ſtupri ac fornicationis: † cùm enim rariſſimè hujus coërcitio carcerem & relegationem excedat, quò ſaltem pœnam reddant duriorem, reos ante executionem ad numellas, Pranger und Halßeiſen/ ſiſtere præſumunt. Nec forſan iniquè dixeris; quia non cum pie-
4 tate, ſed † cum ſeveritate caſtiganda ſunt delicta, Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. criminal. in proœm. n. 5. & 6.* Par. de Puteo *in pract. ſyndicat. verb. compoſitio. cap. 1. n. 3. & cap. 2. n. 2.* Neviz *in ſylva nupt. §. non eſt jubendum. n. 71.* Andr. Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ. 29. n. 6.* Hippol. Rimin. *lib. 3. conſil. 245. n.*
5 *13.* Caſtigare ſiquidem noxam oportet † non ob delictum præteritum, quod corrigi nequit, nec fieri, ut factum non ſit, ſed ne iterum delinquens peccet, ac ne ipſius exemplo cæteri quoque à virtutis viâ aberrent. Damhoud. *dict. loco.* ex quo delictorum coërcitio verè iniquitatis & malorum dicitur medi-
6 cina. *Ariſt. 2. ethic.* † Quam in rem numellæ omnium maximè ſunt accommodatæ, quò rei, quos carceris pœna ab aliis ſegregat & in loco tenet obſcuriore, ad numellas poſiti omnium incurrant oculos, alioſque ſuo exemplo cautiùs mercari doceant, *l. ſi pœnam. ff. de pœn. can. prodeſt ſeveritas. 23. quæſt. 5.*
7 Nec † enim in pœnis dictandis tantummodò delinquentis perſonam ac corpus conſiderari oportet, ſed ipſum παράδειγμα, quo alii meliores reddantur & à criminibus deterreantur, Anton. Hering. *de fidejuſſor. cap. 10. n. 344.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 37. num. 17.* Petr. Gilken. *ad tit. C. de ſummâ Trinit. n. 116.*
8 ſcilicet pœnarum † fructus omnium maximus ad exemplum pertinet, teſte Joh. Bodino *lib. 7. de Republ. cap. 4. n. 21.* Eandemque ob cauſam ſupplicia publicè infligi ſuadent prudentiſſimè politici, *tùm* ne ſuſpicio injuriæ ſuboriatur, *tùm* quod ſupplicium repræſentatum haut mediocriter audaciam ſimili morbo laborantium retundat, Chriſt. Beſold. *lib. 2. polit. cap. 2. n. 17.* Joh. Gerhard.
9 *decad. 6. quæſt. polit. 2.* Atque hinc † intuitu exempli & terroris aliis incutiendi, cadavera ſuſpenſorum, vel ad tempus vel in perpetuum ſuſpenſa & inſepulta relinquuntur, Proſp. Farin. *in prax. crim. quæſt. caſ. 20. n. 134.* Jac. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. caſ. 387. n. 32.* Pet. Greg. *in ſyntagm. jur. lib. 31. cap. 14. n. 8.* Didac. Covarr. *2. variar. reſolut. 1. n. 11.* Damh. *in prax. rer. crim. cap. 153. n. 13.*
10 Sed quicquid ſit, † cùm pœna carceris in reos ſtupri & coitus illiciti fuerit ſtatuta tot conſtitutionibus & ſanctionibus Electoralibus, *Conſt. Elect. 27. & 28. Ordin. eccleſiaſt. tit.* von Ehegelöbniſſen. *Rubr.* von der Strafe der Unzucht und des Ehebruchs. *Ordin. polit. de anno 1612. tit. Conſiſtorial-*Sachen. *n. 4. Ordin. matrim. de anno 1624. punct. 4. Ordin. Provinc. de anno. 1555. tit.* Von Straf des Jungfrau-Schwächens. & peculiari Edicto, Von Straf der Unzucht. *die 30. Septembr. An. 1609.* ſubſiſtendum in ea, nec fas eſt Magiſtratui inferiori quid majoris ſeveritatis illi addere. (1) † 11
Non enim ſicut facti quæſtio in arbitrio judicantis eſt, ita ſimiliter pœnæ perſecutio ejus voluntati committitur, ſed autoritati Legis reſervatur, *l. ordine. 15. in princ. ff. ad municip. l. 14. C. de pœn. can. judicat. 3. quæſt. 7.* Idque non ſolummodò in mulctâ lege expreſsâ, ſed † & in pœnis conſuetudinariis 12
obtinet, ubi non magis judicis arbitrio indulgendum, *l. ſi quis reum. ff. de Cuſtod. reor. in verb. Sed ſi neque in cautione, neque in decreto Præſidis certa quantitas comprehenſa eſt, ac ne conſuetudo oſtenditur, quæ certam formam habet, præſes de modo pecuniæ, quæ inferri oporteat, ſtatuet,* Gloſſ. *in l. hodie. ff. de pœn. & in l. ſi ſeverior.* ubi & Bald. *verſ. tertio oppono quod judex &c. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* Andr. Tiraquell. *de pœn. temper. in præfat. n. 4.* † Quin & 13
in pœnis arbitrariis illud certum dicitur, quod conſuetum eſt, Bartol. *in l. ſervum quoque. §. publicè. verſ. & ſi tu dicis. ff. de procurat.* Tiraquell. *dict. loco. n. 5.* De conſuetudine autem quin pœna tantummodò carceris vel relegationis in delicto ſtupri ac fornicationis ſit recepta, nec rei ad numellas ſiſtantur, nullus dubitat. (2.) † Cumque ra- 14
riſſimè pœna corporis afflictiva ob crimen ſtupri ac fornicationis reo infligatur, vel ex hoc ipſo etiam apparet, ad numellas eum ſiſti haut debere, quia † numellæ habenter 15
præporatorium pœnæ corporalis infligendæ, veluti patet ex *Ordin. Carol. crim.* quæ ad numellas ſiſtere jubet reos, quibus pœna corporis afflictiva eſt irroganda, *in art. 168. ibi:* öffentlich an Pranger geſtellet/ und förder mit Ruthen ausgehauen. de quo dixi *in pract. crimin. part. 3. quæſt. 129. n. 51. & ſeqq.* (3.) † Et quomodo tandem Magi- 16
ſtratus inferiores pœnam ſtupri & fornicationis per additamentum numellarum aggravabunt, cum illis dictamen ejus prorſus fuerit ademtum, Scabinatibus facultate deſuper cognoſcendi conceſsâ *in Ordin. polit. de anno 1612. dict. n. 4. in verb.* So ſol doch allezeit in dem Urthel und Verträgen der weltlichen Obrigkeit/ auf unſer oder der Schöppenſtüle Erkäntniß/ die verwirckte Strafe wegen geübter Unzucht vorbehalten werden ꝛc. Et *in Edicto Electorali* von Strafe der Unzucht. *de Anno 1609.*

Ita

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Dresdenſi & Nicolao à* Schönfeld in Co- 17
mnitz/ *die 19. Octobr. Anno 1614.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern des *Superinten-denten* Bericht wegen Hanſen K. zu L. deſſen Eheweib 8. Wochen zu frühe eines Kindes geneſen/dahero ihr der von Schönfeld ihn drey Sonntage nacheinander öffentlich an den Pranger zu ſtellen Vorhabens ſeyn ſollet/verleſen hören/ und ihr der von Schönfeld habt ſolchen inliegende zu befinden. Wann dann die fleiſchliche Unzucht auch an den verlobten Perſonen/vermöge des dem *30. Sept. An. 1609. publicirten* Churfl. Mandats/von den Gerichts-Herren anderer Geſtalt nicht/als auf Belernung der Schöppenſtüle geſtrafet/auch ohne das niemand ohne rechtliches Erkäntniß an den Pranger geſtellet werden ſol; Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit; Ihr der *Superintendens* wollet dieſe Eheleute wegen ihres begangenen Falls bey der dieſes Orts gewöhnlichen *deprecation* verbleiben/und derentwegen bey dem Pfarrer Verordnung thun; Ihr der von Schönfeld aber ſie als Eheleute ohne vorhergehendes rechtliches Erkäntniß/ Inhalts berührten Mandats/mit fernerer Strafe unbelegt laſſen/ ꝛc.)

DEFINIT. LXXX.

In favorem matrimonii contrahendi pœna ſtupri in Conſiſtoriis quandoque remittitur.

SUMMARIA.

1. *Magiſtratui politico inferiori haut fas eſt pœnam ſtupri mitigare.*
2. *Delicta cum ſeveritate ſunt caſtiganda.*
3. *Quando ſecundùm clementiam & benignitatem judicandum?*
4. *Cauſa probabilis ſeverit atem excludit.*
5. *Quando judex debeat eſſe clementior lege ſcriptâ?*
6. *Conſiſtoria pœnam ſtupri mitigare & remittere poſſunt, ſi cauſa adſit probabilis.*
7. *Veluti ſi in caſu dubio ſtuprator matrimonium hac conditione acceptet.*
8. *Perjurium grande & atrox eſt delictum. n. 9.*
10. *Incidit perjurus in crimen læſæ Majeſtatis divinæ.*
11. *In favorem matrimonii pœna haut rarò mitigatur.*
12. *Fœmina ſoluta condemnatum ad mortem in matrimonium petere valet.*
13. *Spontanea voluntas & confeſſio veniam meretur. n. 14.*
15. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 ETſi Magiſtratui politico inferiori haut fas eſt pœnam ſtupri & fornicationis mitigare vel remittere, *ſupr. Defin. 57.* attamen quin juſtâ ex causâ fieri id poſſit in Conſiſtoriis, dubium planè
2 non eſt: Quòd enim vulgò dicitur, † delicta non cum pietate, ſed ſeveritate caſtiganda eſſe, Damhoud. *in prax. rer. crimin. in proœm. n. 5. & 6.* id locum non habet, ſi cauſa mitigationis vel remiſſionis exiſtat proba-
3 bilis, nam tùm † ſecundùm clementiam & benignitatem potiùs, quàm ſeveritatem eſt judicandum, ut probat *text. in l. reſpiciendum. §. 1. & l. hodie. ff. de pœn.* & quantum poteſt, judex debet temperare & mitigare pœnam, Belviſ. *in pract. judic. ſub Rubr. de pœnâ capital. n. 2,* Pract. Conrad. *tit. de homicid. n. 15. in fin.* Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ. 24. n. 2.* Hippol. de Marſil. *in pract.*
4 *crim. § occurrunt. n. 5.* Ac in ſummâ † crimina cum ſeveritate ſunt coërcenda, niſi juſta cauſa ſeveritatem impediat, ac clementiam & mitigationem pœnæ exigat. Proſp. Farin. *in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 17. n. 4.* † Quin & judex debet eſſe clementior lege 5
ſcriptâ, quando ejusdem legis & juſtitiæ ratio ita fert & patitur, juxta Ariſtot. *lib. 5. ethic. cap. 5.*

Quis ergò dubitaverit, Conſiſtoriis fas eſſe in decidendis † cauſis matrimonialibus 6
pœnam ſtupri & fornicationis mitigare, quin & remittere, ſi cauſa ſufficiens ſubſit. Finge: ſtupratorem condemnatum, ut juramento ſe purget à promiſſione matrimonii, offerre ſe ad ejus conſummationem hac conditione, ſi deprecatio publica & pœna ſtupri remittatur. † Indulgendum ipſi hoc caſu, & pœ- 7
nam omninò remittendam decrevit Conſiſtorium, non abſque causâ ſufficiente: (1.) ut evitetur ſcilicet perjurium à ſtupratore ob deprecationem & pœnam imminentem metuendum, † quippe quod atrox & 8
grande crimen habetur. Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 3. num. 35.* Tiber. Decian.

in tract. crimin. l. 6. cap. 9. n. 1. in tantum, at gravius credatur ipſo homicidio. Nam primam decalogi tabulam violat perjurus, pietatem ac religionem labefactat, abutitur
9 nomine divino, Deumque juſtiſſimum † ac potentiſſimum ſibi ipſi optat vindicem, Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 2. cap. 9. caſ. 16. pag. 355.* Jacob. Menoch. *de arbitrio jud. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 319. n. 2.* Didac. Covarr. *in cap. quamvis. part. 1. §. 7. n. 1. de*
10 *pact. in 6to.* † quin & in crimen læſæ Majeſtatis divinæ incidit, Matth. Weſenbec. *in parat. ff. ad leg. Jul. Majeſt. n. 7. in fin.* Petr. Theodor. *in colleg. crimin. diſp. 5. theſ. 8. lit. F. verſ. huc porro referunt.* (2.) Accedit favor matrimonii, ne ſi juramentum præſte-
11 tur, in fumum id abeat. † Atqui notum eſt, in favorem matrimonii pœnam coitûs illiciti haut raro mitigari. *Conſtit. Elect. 19. part. 4.* ubi Dan. Moller. *n. 4.* Math. Berlich. *part. 4. concluſ. 27. n. 92. & ſeqq.* Jodoc. Damhouder *in pract. crimin. pag. 89. n. 45.* Pet. Heig. *part. 2. quæſt. 29. in fin.* † veluti hinc quo- 12
que ad mortem condemnatus, veniam quandoque conſequitur, ſi eum fœmina ſoluta in matrimonium petat, Paris de Puteo *in tract. ſyndicat. fol. 226. n. 3.* Nicol. Boer. *deciſ. 218. n. 20.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 98. n. 6.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund.* (3.) † 13
Conſideranda porrò ſpontanea voluntas ad matrimonii conſummationem ſe offerentis, qui cùm juramento ſe purgare deberet, ac forſan etiam poſſet, propriâ tamen ſponte matrimonium acceptat: ac propterea non immerito veniam meretur. † Siquidem pœ- 14
na ſi non prorſus remitti, tamen mitigari debet, quando reus ſponte propriâ ſe offert ac crimen confitetur, Andr. Tiraquell. *de pœn. tempor. cauſ. 30. n. 1. & ſeqq.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 32. n. 33.* Proſp. Farinac. *in prax. crimin. part. 3. quæſt. 81. n. 172.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſa* Barbaren/ Abraham K. zu M. nachgelaſſener 15
Tochter/ Klägerin an einem/ Oßwald N. zu O. Beklagten anders Theils / *die 21. Febr. Anno 1616.* (*Verba Decreti:* Dieweil auf unſer Zureden und Verwarnung vor der Gefahr des Meineyds Beklagter mit der *condition* die Klägerin zu ehelichen ſich erboten/ wofern er mit öffentlicher *deprecation* und anderer Strafe verſchonet bleiben würde; So iſt er ſeinem Erbieten nachzukommen ſchuldig; Inmaſſen er darauf alsbald in der Creutzkirchen allhier durch den *Diaconum, M. Samuel* Rülingen mit ihr ehelich getrauet worden/ V. R. W.)

DEFINIT. LXXXI.

Alimenta pro infante jure non petit imprægnata, ſi cum pluribus concubuerit.

SUMMARIA.

1. *Stuprator ultra pœnam tenetur ad ſatisfactionem ſtupratæ.*
2. *Idque in recompenſationem virginitatis ac honeſtatis amiſſæ.*
3. *Stupratæ non datur facultas coronam geſtandi in capite.*
4. *Adducitur Reſponſum Scabinorum Lipſienſium.*
5. *Quâ ex cauſâ ſtuprator infanti det alimenta?*
6. *Quamdiu hoc facere ſit obſtrictus?*
7. *A quo tempore hoc onus incipiat? n. 9.*
8. *Explicatur* l. nec filium. 9. C. de patr. poteſt.
10. *Jure non petit alimenta pro infante mater, quæ cum pluribus concumbit.*
11. *Allegatur Sententia Scabinorum Lipſienſium.*
12. *Ipſamet ſtuprata tunc infantem alere tenetur.*
13. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
14. *Ejusdem Sententia.*

1 SÆpius diximus, ſtupratorem non modo carcere puniri ob commiſſum delictum, ſed & ſtupratæ ad ſatisfactionem & alimentationem infantis teneri: in quo ſanè magis non gravatur quàm ipſamet ſtuprata, quæ præter carceris pœnam, cui æ-
2 que ſubjecta eſt, † virginitatem amiſit; vel ſaltem honeſtatem, ſi vidua, perdidit, & longo majori maculâ laborat; Ne dicamus, ſtupratæ & hoc pœnæ accedere, quod ſertum vel coronam † in capite geſtandi facul- 3
tatem non habeat, quin & ſi malitiosè id facere præſumat, nec ſertum deponere velit, pœnâ arbitrariâ ad hoc adigi queat, reſpondentibus ita Scabinis Lipſienſibus: † So iſt ſie 4
die Haube und Schleyer zu tragen/ und den

den Krantz wieder abzulegen ſchuldig/und mag hierüber mit Gefängniß geſtraft/ oder da ſie ſich des Krantzes nicht enthalten würde/ mit zeitlicher Landes-Verweiſung in Strafe genommen werden/ V. R. W. *ad requiſitionem Quæſtoris in Eckartsbergâ, Menſ. Februar. Anno 1593.*

5 † Ac certè ſtuprator æquiſſimè ali-
menta præbet infanti, quia hoc onus pa-
tri incumbit, *l. nec filium. C. de patr. poteſt.
cap. cum haberet. in fin. extr. de eo, qui dux.
in matrim.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 3. num.
7.* Matth. Coler. *part. 3. deciſ. 176. num. 89.
& ſeq.* Nevizan. *in ſylv. nupt. lib. 3. verb.
ſtuprator. num. 25.* Johan. Bajard. *ad Jul.
Clar. §. ſtuprum. num. 10. verſ. item adde*
Joach. à Beuſt. *in tract. connub. part. 1. cap.*
6 *29. verſ. ſi tamen caſus.* † Non tamen in
infinitum extendi debet, ſed uſque dum in-
fans ipſemet operis ſuis ſe ſuſtentare valeat,
Nevizan. *dict. loco. verſ. intellige ſemper*
7 *quod &c.* incipit verò † quamprimùm in-
fans natus fuerit; Non equidem deſunt,
qui poſt triennium demum ſtupratorem
hoc onere gravari exiſtimant, *per dict. l.
nec filium. C. de patr. poteſt.* ubi matri of-
ficium alimentationis intra hoc tempus
injungitur, Dan. Moller. *ad Conſtit. E-
lect. 27. part. 4. numer. 2. in fin.* Hartman.
8 Piſtor. *obſervat. 97.* Bajard. *dict. loc.* † Sed
parùm ex *allegatâ l. nec filium. 9.* pro-
bant, cùm textus hic ad alimenta lactis
rectiſſimè reſtringatur; ſiquidem ante tri-
ennium infantes mammâ haud depelli ſo-
lebant, Gothofred. *in dict. l. 9. verb. trimo.*
† quòd ſi ergò accidat, ut infans durante 9
triennio delactetur, reliqui nihilominus
ſumtus præter lactationem jure à ſtupra-
tore exiguntur, Martin. Coler. *in tractat.
de alim. lib. 1. cap. 6. num. 4. & ſeqq.* de quo
& aliis fuſiùs dixi *in pract. crimin. part. 2.
quæſt. 68.* Illud ſaltem notatu videtur di-
gnum, † quod imprægnata petens ali- 10
menta pro infante audienda non ſit, ſi cùm
pluribus concubuerit, prout *reſponſum à
Scabinis Lipſienſibus* memini Johan. Höl-
zeln zu Waldenburg. *Menſ. Auguſto Anno
1642. hiſce formalibus:* † Das Kind aber 11
mögen ſie nach Gelegenheit dißfalls/weil
die Vettel ſelbſt nicht weiß/ wer Vater
zum Kinde ſey/ zu *alimentiren* nicht ange-
halten werden/ V. R. W. Rectè omni-
nò, quia patri ſolummodò hoc onus in-
cumbit. Quis verò ex pluribus patrem
poterit deſignare? † mater ideoque ipſa- 12
met imprægnata tunc infanti alimenta
præſtabit, quæ & alias patre non exiſten-
te ſpurium & vulgò quæſitum alere tene-
tur, Specul. *in tit. qui ſint filii legitimi. §.
1. num. 17.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 15.
num. 11.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ Julianen*, Hanſen H. Tochter/ Klägerin an ei- 13
nem/ Moritz R. zu A. Beklagten anders Theils/ *die 13. Julii Anno 1609.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter vermittelſt Eydes erhalten/ daß er der Klägerin niemals die Ehe verſprochen; So wird er nunmehr von ihren Zuſprüchen der Ehe halber billich entbunden/ inmaſſen wir ihn hiermit davon entbinden und loßzehlen: Er wird aber gleichwol von der weltlichen Obrigkeit ſeiner Begünſtigung wegen/ und daß er ſich mit der Klägerin zu unterſchiedlichen Malen fleiſchlichen vermiſchet/ mit Gefängniß geſtrafet/ das Kind aber zu *alimentiren* mag er geſtalten Sachen nach / weil die Vettel ihrem eigenen Bekäntniß nach mit andern gleichfalls zugehalten/ nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Et † *ad requiſitionem Marci H.* zu *L. die 16. Septembr. Anno 1613.* (*Verba Sentent:* Hat 14
euer Vetter mit Annen/ Hanſen S. Tochter/ fleiſchlichen zugehalten/ und ob er wol anfänglichen Willens geweſen/ dieſelbe zu heyrathen/ hat er ſich doch nachmals/ nachdem er erfahren/ daß ſie mit andern gleiches falls zu thun gehabt/ und faſt nach iedermans Willen gelebet/ eines andern beſonnen. Wiewol er nun ihr die Ehe niemals verſprochen/ noch auch dahero ſie zu ehelichen mag angehalten werden. Dieweil er aber dennoch der fleiſchlichen Vermiſchung nicht in Abrede; So mag er ſich dißfalls der Strafe bey der Obrigkeit nicht entbrechen: Mit der *alimentation* des Kindes aber/ wofern beyzubringen/ daß die Vettel mit andern dergleichen Unzucht auch verübet/ und alſo der Vater des Kindes ungewiß/ bleibet er billich verſchonet/ V. R. W.)

TIT. VII.

De

Pœnitentiâ eccleſiaſticâ, ſeu publicâ deprecatione, Kirchenbuſſe.

Definit. LXXXII.

Nequaquam improbanda eſt pœnitentia eccleſiaſtica ſeu deprecatio publica.

SUMMARIA.

1. *Utilitas diſciplinæ eccleſiaſticæ.*
2. *Quæ eſt fundata in jure divino. n. 3.*
4. *Exemplis è ſacro codice petitis probatur.*
5. *Diſciplina eccleſiaſtica in quonam conſiſtat? n. 6.*
7. *Hoc loco denotat ſaltem pœnitentiam & deprecationem publicam.*
8. *Quænam ſit deprecatio publica?*
9. *Approbatur à noſtris Theologis deprecatio publica.*
10. *Allegatur ſcriptum Granvellani.*
11. *Et conſilium Facultatis Theologicæ Roſtochienſis.*
12. *Rationes & fundamenta publicæ deprecationis.*
13. *Maleficus lædit totam Eccleſiam, cum quâ reconciliandus. n. 14.*
15. *Adducitur ad hanc rem Apologia Auguſtanæ Confeſſionis.*
16. *Et Decretum Synodale in terris Electoratûs Saxonici.*
17. *Utilis eſt deprecatio publica pœnitenti.*
18. *Quod probatur teſtimonio B. Lutheri.*
19. *Quid de hac ſenſerit Johann. Gerhardus?*
20. *Reſcriptum Electorale.*
21. *Conſiſtorii Supremi Reſcripta. n. 22. 23. 24. 25.*

1 NOn minimum nec contemnendum eſt remedium conſervandæ pietatis, diſciplina ſeu cenſura eccleſiaſtica, quæ latè uſurpata definiri conſuevit per poteſtatem ſpiritualem Eccleſiæ conceſſam, ſive per poteſtatem clavium, qua impœnitentes ligantur & excommunicantur ab eccleſiâ, pœnitentes verò ac reſipiſcentes rurſus in cœtum Eccleſiaſticum recipiuntur.
2 Quâ † de poteſtate ita loquitur D. Apoſtolus: Nam ſi & ampliùs quippiam glorier de poteſtate noſtrâ, quem dedit Dominus nobis in ædificationem, & non in deſtructionem veſtri, non pudefiam, *1. Corinth. 10. v. 8.* Eſtque luculenter fundata in ſacris, veluti Salvator noſter hiſce verbis eam conceſſit. † Ti-
3 bi dabo claves regni cœlorum, & quidquid alligaveris in terrâ, erit alligatum in cœlis, & quicquid ſolveris in terrâ, erit ſolutum in cœlis, *Matth. 16. v. 19.* Et rurſus: Quod ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi velut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque allegaveritis ſuper terram, erunt ligata in cœlo, & quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta in cœlo, *Matth. 18. verſ. 17.*

† Unde Apoſtolus inceſtuoſum *1. Corinth. 5.* 4
v. 3. & ſeq. Philetum & Hymenæum ſatanæ tradidit, *1. Timoth. 1. verſ. 20.* Antiquitatem porrò hujus diſciplinæ vulgò comprobari exiſtimant expulſione primorum hominum è paradiſo, *Geneſ. 3. verſ. 23.* ejectione Caini è patria terrâ, *Geneſ. 4. v. 14.* exemplis Miriamæ & Uſiæ leprâ percuſſorum, *Num. 12. 2. Paral. 26.* † Sed comprehendit hæc 5
diſciplina excommunicationem ſive bannum eccleſiaſticum, den Kirchenbann. de quo in *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. art. 10.* quin & animadverſionem in facinoroſos, latè nimirum accepta, unde à quibusdam definitur per poteſtatem ſpiritualem cognoſcendi & animadvertendi † in transgreſſo 6
res contumaces obſtinatè in delictis perſeverantes, propter gravem Eccleſiæ offenſionem: quà de poteſtate agit Auguſt. Confeſſ. *art. ult. part. 2.* Himmel. *in Diſputat. de nat. Eccleſ. concluſ. 205. & ſeq.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 2. cap. 2. n. 1. & ſeqq.*

† Neutra ad noſtrum pertinet in- 7
ſtitutum, quo per diſciplinam eccleſia-

ſticam partem tantummodò ejus certam in-
telligimus, deprecationem nempe publicam,
ſeu pœnitentiam eccleſiaſticam; Kirchen-
buſſe/ öffentliche *deprecation* und Abbit-
tung; öffentliche Verſöhnung oder Aus-
ſöhnung mit der Kirchen: öffentliche
Wiederaufnehmung der Gefallenen/ Ni-
col. Rebhan. Paſtor. & Superintendens zu Ei-
ſennach/ im Bericht von öffentlicher Kir-
8 chenbuſſe/ *cap. 5.* † quæ etiam pœniten-
ben euern anhero gethanen Bericht/ in Sachen Annen/ Hanſen H. zu G. nachgelaſſenen Tochter an einem/ und George P. daſelbſt anders Theils betreffende/ verleſen hören. Wann dann Inhalts deſſelben der vorige Superintendens (welches ihme ohne unſere Nachlaſſung zu thun nicht gebühret) George P. die Kirchenbuſſe/ gegen Entrichtung eines ſilbern Schocks/ der Kirchen zum beſten erlaſſen; Als ſeynd wir zu dieſem Mal zufrieden/ daß bemeldte Anna mit derſelben/ gegen Erlegung eines ſilbern Schocks/ der Kirchen zum beſten gleichesfalls verſchonet werde. Begehren demnach an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit/ ihr wollet ſie darauf beſcheiden/ euch aber künfftig dergleichen *diſpenſation* enthalten/ und die Partheyen auf beſchehenes Anſuchen anhero *remittiren* und weiſen/ ꝛc.)

De-

Definit. LXXXIIX.

In favorem matrimonii jam contracti, vel etiamnum contrahendi ſæpiùs planè remittitur deprecatio publica; Quandoque etiam in mulctam pecuniariam commutatur.

SUMMARIA.

1. *Planè remitti poteſt deprecatio publica delinquentibus.*
2. *Nullibi expreſsè ordinata eſt deprecatio publica.*
3. *Delicta non debent remanere impunita.*
4. *Judex ſecularis quandoq; pœnam aggravare ſolet.*
5. *Sæpè remittitur deprecatio publica in favorem matrimonii.*
6. *Fundamenta & rationes hujus aſſerti. n. 10. 15.*
7. *In matrimonio ſalus Reipublicæ conſiſtit.*
8. *Intereſt Reipublicæ, ne nuptiæ deſerantur.*
9. *Ob favorem matrimonii pœna ordinaria mitigatur.*
11. *Culpa per ſtuprum contracta tollitur per ſubſequens matrimonium.*
12. *Fictione juris retrotrahitur matrimonium.*
13. *Non ſolùm quoad liberos ex ſtupro procreatos.*
14. *Sed etiam quoad ipſos parentes.*
16. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 17. 18. 19. 20. 21.*

DIſpenſari quandoque ſuper indictione deprecationis publicæ, eamque in mulctam commutari arbitrariam, *Definit. præced. 86.*
1 *& 87.* nemo miretur, † cùm & prorſus remitti queat, usque adeò ut nec mulcta pecuniaria delinquentibus imponatur, veluti haut obſcurè colligere eſt *ex Decreto Synodali in Electoratu Saxon. de Anno 1624. §.* Und nachdem wir vermercken. Et quis dubitare auſit de remiſſione pœnæ
2 hujus eccleſiaſticæ, † poſtquam nullibi expreſsè fuerit ordinata & præcepta: ac ſi eſſet, quo jure Magiſtratui eccleſiaſtico abrogatio ejus vel ſaltem diſpenſatio certis in caſibus ademta diceretur? quæ Principi ac Magiſtratui contra ſanctionem juris poſitivi
3 non deneganda. † Nec licet heic opponere intereſſe publicum, quod coercitionem delinquentium maximoperè requirit, *l. ita vulneratus. ff. ad Leg. Aquil. l. Stichum. §. tametſi. ff. de ſolut. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publ. & vectigal.* non enim metuendum, quòd delinquentes impuniti evadant,
4 remiſsâ ipſis deprecatione publicâ, † cùm à ſeculari judice alia ei imponatur mulcta, quæ & propter remiſſionem pœnæ eccleſiaſticæ aggravari poteſt.

5 Videmus hinc deprecationem publicam ſæpius remitti eis, qui † ante nuptias contractas & benedictionem ſacerdotalem concubuerunt, aut ſi fornicatores, nuptias contrahant. Utroque caſu probabili nititur fundamento prædicta remiſſio: (1.) † Suadet ſiquidem eam favor matrimonii contracti, ne ab initio 6
ſtatim hoc durius reddatur conjugibus; vel adhuc contrahendi, ne impediatur, quin potiùs propter remiſſionem factam eò citiùs conſummetur. Et ſanè novis conjugibus de jure pariter divino & humano indulgendum ob favorem conjugii,
† in quo ſalus totius Reipublicæ conſiſtit; 7
nam ſine generatione, quæ genus humanum quaſi immortale facit, *l. lege. 14. C. de legit. heredib. Novell. 39. in præfat. verſ. rurſus.* Reſpublica facilè peribit unà cum Eccleſiâ. *l. 1. ff. ſolut. matrim. l. 2. C. de indict. viduit. toll.* Et quemadmodum Reipublicæ conducit, repleri civitatem liberis hominibus, *l. hoc modo. ff. de condit. & demonſtr. l. ult. §. ſi plures. ff. de bon. damnat.* Ita † & ejus 8
intereſt, ne deſerantur nuptiæ, quibus ſolis honeſtè ſatisfieri poteſt naturali libidini, & civitatis amplitudo conſervari. Unde ſeminarium Reipublicæ vocantur Ciceroni *lib. 1. offic.* & nihil iis humano generi datum vel præſtantius vel utilius, aſſerit Juſtinianus Imp. *dict. Novell. 39. in præfat. §. 1. & §. hæc nos.*

(2.) † Idemque favor efficit, ut in honorem matrimonii pœna ordinaria per illicitam commixtionem carnalem promerita mitigetur, inque leviorem mul- 9
ctam

ctam convertatur, veluti in puncto adulterii
diſpoſitum *in Conſtitut. Elector. 19.* §. Darüber aber. *verſ.* Dem Eheſtande zu Ehren
die Straſe etwas gemildert werde. *part. 4.*
ubi Dan. Moller. *num. 4.* Matth. Berlich.
part. 4. concluſ. 27. num. 92. & ſeqq. Nicol.
Boer. *deciſ. 297. num. 1. & 2.* Matth. Coler.
part. 2. deciſ. 176. Jodoc. Damhoud. *in pract.*
crimin. cap. 89. n. 45. Petr. Heig. *part. 2.*
10 *quæſt. 29. in fin.* † Hoc ſi verum in crimine
adulterii atrociore, cur non idem in ſimplici ſtupro obtineret, ut ſcilicet deprecatio
publica vel prorſus remittatur, vel in mulctam pecuniariam convertatur?

11 (3.) † Conſiderandam porrò, quod
contractis nuptiis culpa omnis tollatur,
ac macula ceſſet: quippe matrimonium
retrotrahitur fictione juris, omniaque
12 vitia præcedentia purgat: ita † ut ſtatim
ab initio ante copulam carnalem contractam cenſeatur, *cap. tanta. 3.* ubi Gloſſ. &
Panormitan. *num. 4. & 7. extr. qui filii ſint*
legitimi. Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 141. n. 2.*
Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 21. num. 62.* † non 13
ſolummodo quoad liberos ex ejusmodi concubitu ſuſceptos, dict. Gloſſ. *verb. legitimi.*
verſ. ſed numquid licet tales. Johan. Lupus
in tract. de matrimon. & legitim. part. 2. n. 29.
verſ. verùm ſi morum honeſtas. † Sed etiam 14
quoad ipſos parentes, ut ex ejusmodi concubitu anticipato, vel per ſubſequentes nuptias
legitimato nullam maculam incurrant, Joh.
Lup. *dict. part. 2. num. 34. & ſeqq.* Modeſt.
Piſt. *vol. 1. conſil. 46. quæſt. 1. n. 10.* † Subla- 15
tâ verò culpâ & maculâ ceſſante, nec ulterius deprecatio publica obtinebit, quæ propter culpam delinquentibus injungi ſolet.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annæbergenſi die 14. Febr. Anno 1637.* (*Ver-* 16
ba Reſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht/ die Kirchenbuſſe Ernſten H. zu S. betreffende/ verleſen hören. Wofern nun H. die Geſchwängerte ehelichen wird/ oder allbereit ſolches gethan hat; So iſt an ſtatt Ihr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet ihn mit der Kirchenbuſſe verſchonen. Möchten wir euch hinwieder nicht bergen/ ꝛc.)

Item † *eid. & Quæſtori Annæbergenſi die 19. Maji An. 1637.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben 17
euern eingeſchickten Bericht/ wegen Chriſtoph S. zu H. Kirchenbuſſe/ verleſen hören/ und ihr der Schöſſer habt ſolches aus inliegendem *Extract* zu vernehmen. Wofern nun dieſe *delinquen*ten nicht allbereit beſtrafet worden; So iſt hierauf an ſtatt höchſtgedachter Ihr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ihr der Schöſſer wollet dieſelben nochmals auf 14. Tage mit Gehorſam belegen/ Ihr der Superintendens aber ſolche mit der Kirchenbuſſe dem heiligen Eheſtand zu Ehren verſchonen/ ꝛc.)

Rurſus † *Superintendenti eidem die 19. Maji Anno 1637.* (*Verba Reſcripti:* Welcher geſtalt 18
Michael L. zum S. Eheweib in der 31. Wochen/ und Caſpar V. zu W. Eheweib in der 37. Wochen tauffen laſſen/ haben wir aus euerm unterthänigſten Bericht verleſen hören. Wofern nun Michael L. freywillig bekannt/ daß er ſich mit ihr vor der Hochzeit fleiſchlichen vermiſchet/ ſo hat es ſeine Maſſe/ V. aber des *concubitûs ante nuptias* nicht geſtändig/ und alſo dieſer Fall nicht zu *difficulti*ren; So laſſen wir es nochmals darbey bewenden/ und ihr werdet V. gäntzlich/ wie auch L. doch auf vorhergehende weltliche Beſtrafung/ mit der Kirchen-Buſſe verſchonen/ ꝛc.)

Eidem † *die 27. April. Anno 1636.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern Bericht/ belan- 19
gende 7. paar Eheleute/ als *Zacharias H.* zu N. Hanſen B. daſelbſt/ Chriſtoph K. zu C. und George L. daſelbſt/ Elias Z. zu R. Michael S. zu H. und Michael B. zu S. welche nach gehaltener *copulation* zu zeitlich tauffen laſſen/ verleſen hören. Hierauf iſt an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. unſer Begehren/ ihr wollet *Zachariam H.* und Chriſtoph K. geſtalten Sachen nach mit der Kirchenbuſſe verſchonen/ die andern fünffe aber ſolche verrichten laſſen/ ꝛc.)

Eidem † *die 27. Aug. Anno 1636.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern eingeſchickten Be- 20
richt/ Magdalenen T. öffentliche Kirchenbuſſe belangende/ verleſen hören. Begehren hierauf an ſtatt Sr. Churfl. Durchl. hiermit/ ihr wollet die Verordnung thun/ daß ſie die gewöhnliche Kirchenbuſſe verrichte; Es wäre dann/ daß der Thäter ſie ehelichen würde/ ſie ſo dann damit verſchonen/ und hingegen zwey gute Schock der Kirchen anzuwenden und zu berechnen erlegen laſſen/ ꝛc.)

Et † *M. Danieli Henichen Superintendenti Annæbergenſi, die 27. April. Anno 1608.* 21
(*Verba Reſcripti:* Auf inliegendes an uns durch Caſpar H. wider euch beſche-

henes

hens *ſupplici*ren/ iſt an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/wofern *Supplicant* ſeinem Vorgeben nach von der weltlichen Obrigkeit allbereits in gebührliche Strafe genommen worden/oder noch damit beleget würde/ ihr wollet *in honorem matrimonii* die Kirchen-Strafe wider ihn einſtellen/ und ihme nebenſt andern auf ſein Begehren die *Communion* widerfahren laſſen/wie euch denn ohne das nicht dergleichen Einführung gebühret / auch euern *Anteceſſorn* ernſtlich verwieſen worden/ ꝛc.)

DEFINIT. LXXXIX.

In delictis tantummodò publicis & univerſo cœtui ſcandaloſis locum habet deprecatio publica; non etiam in crimine privato & occulto.

SUMMARIA.

1. *Deprecatio publica non facilè intermittenda.*
2. *Hodie non ſine jacturâ ferè eſt collapſa.*
3. *In omnibus delictis locum non habet deprecatio publica.*
4. *Sed ſaltem publicis, non privatis & occultis. n.5.*
6. *Quando & in quibus delictis deprecatio publica obtineat?*
7. *Adducuntur verba Nicolai Rebhans. n.8.9.*
10. *Nec propter ſcelera atrociora ignota deprecatio publica eſt imponenda.*
11. *Judicium D. Auguſtini hac de re.*
12. *Quid ſenſerit Chryſoſtomus?*
13. *Quibus ex cauſis intermittenda deprecatio publica in delictis privatis & occultis. n.14.15.*
16. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 QUantum commodi & utilitatis habeat in Eccleſiâ deprecatio publica, diximus *ſupr. Defin. 82.* non facilè ergò intermittenda, nec ſine cauſis urgentiſſimis remittenda erit. In priſcâ ſanè Patrum Eccleſiâ rigor hic ſtrictè obſervatus fuit ita, ut Ambroſius Epiſcopus Imperatorem Theodoſium ob cædem Theſſalonicenſem ne quidem in templum intromiſerit, niſi publicà præcedente pœnitentiâ.
2 † At poſtquam hujus diſciplinæ ſeveritas cum multis aliis utiliſſimis conſtitutionibus ferè jam collapſa eſt, nemo mirabitur, ſcelera creſcere atrociora, prout conqueritur iisdem verbis Frider Balduin. *de caſib. conſcient. lib.2.cap.12.caſ.3.circa fin.*

3 Nolo tamen hoc ita accipi, † ut in omnibus indifferenter delictis deprecatione publicâ rei graventur, ſed publica tantummodò crimina publicam requirunt pœnitentiam; in delictis verò occul-
4 tis, † quæ nempe cœtui univerſo vel pleriſque incognita ſunt, deprecatio publica decernenda haut eſt; Veluti in caſu, quo quidam ſine parentis præſcitu & conſenſu ſponſalibus contractis ſponſam alio in loco ſibi per miniſtrum Eccleſiæ copulari fecerat. Conſiſtorium Supremum à deprecatione publicâ immunem pronunciavit reum: † nec pœnitentiam eccle- 5
ſiaſticam in delictis privatis uni atque alteri tantummodò perſonæ notis imponi voluit, quæ & Theologorum noſtrorum eſt ſententia, ut apparet ex conſilio M. Chriſtiani Aviani cum approbatione Facultatis Theologicæ Lipſienſis edito, apud Georgium Dedekennum *vol. 1. conſil. theolog. part.2.lib.3.ſect.5.n.3.*

† Priusquam igitur ad indictionem 6
deprecationis publicæ deveniatur, de duobus conſtare debet: *Primò* ut publicum & notorium ſit delictum, cujus inculpatur reus. *Deinde*, ut inter enormia & atrocia peccata referatur, Nicol. Rebhan. im Bericht von öffentlicher Kirchenbuſſe. *cap. 10.* cujus verba ut mecum nörint alii, merentur: † Was heimlich 7
geſchicht und heimlich bleibet / *inquit ille*, es ſey aus Schwachheit oder Boßheit begangen / gehöret nicht in die Kirche/ ſondern allein in GOttes Gerichte. Dann weil die Kirche ſamt ihren Dienern und Gliedern des Hertzens Gedancken und andere Heimlichkeit nicht wiſſen kan/auch durch ſolche heimliche Thaten niemand geärgert/ noch dadurch ein öffentlich oder gemein Aergerniß geben wird/ (*quod latet, ignotum eſt, ignoti nulla cupido.*) So kan und ſol auch die Kirche darüber nicht

nicht urtheilen / noch *ſatisfaction* fordern/
(wiewol man ſolche Sünde insgemein
aus GOttes Wort ſtrafen ſol/ auf daß/
wer getroffen wird / dieſelben erkennen
und ſich beſſern mag)ſondern das Gerich-
te unſerm HErrn GOtt laſſen befohlen
ſeyn: Hierher gehöret die bekannte Kir-
chen-Regel: *De occultis non judicat Eccle-*
ſia. die Kirche richtet nicht/ was heimlich
8 und verborgen iſt. † Et rurſus: Hergegen
aber was *notoria ſcelera*, öffentliche Ubel-
thaten ſeyn/ die in Beyſeyn männiglich o-
der vieler Leute geſchehen / oder ſeyn ſonſt
ruchtbar worden in der gantzen Gemein-
de/ oder ie bey denen meiſten erſchollen/
wird auch ein öffentlich Aergerniß da-
durch angerichtet / oder die gantze Ge-
meinde bekömmt davon einen böſen Ruff
und Geſchrey bey andern / und der Heili-
ge Geiſt wird in frommen Hertzen betrü-
bet/da gehöret auch öffentliche Strafe/
Bekäntniß / Abbittung / Verſühnung
9 und Abſtellung der Aergerniß zu. † Ac
poſtea: Es gehören aber gleichwol hie-
her unter dieſe Kirchen-Zucht nicht alle
öffentliche Sünden / ſondern allein dieje-
nigen/welche auch die andere Eigenſchafft
an ſich haben/daß es ſeyn *enormia & atro-*
cia peccata, ſeu lapſus graviores cum publico
ſcandalo conjuncti: Grobe/ ſchröckliche/ är-
gerliche Sünden-Fälle. *Hactenus* Reb-
han. Placet omninò judicium hoc, ut nec
10 hinc propter † ſcelera atrociora, ſi priva-
tim ſint perpetrata & populo ignota,
reus pœnitentiâ eccleſiaſticâ gravari de-
beat. Cum quo etiam convenit Augu-
ſtinus *tom. 10. ſerm. 16. Corripienda* (inquit)
ſunt coram omnibus, quæ peccantur coram
omnibus, corripienda verò ſecretiùs, quæ
peccantur ſecretiùs. † *Et ſerm. 15. circa* 11
fin. Si peccatum in ſecreto eſt, in ſecreto corri-
pe: Si peccatum publicum eſt & apertum, pu-
blicè corripe, ut ille emendetur, & cæteri ti-
meant. Nec alienus ab hoc † Chryſo- 12
ſtom. *in cap. 18. Matth.* Peccatum, *inquit*,
aut eſt publicum, aut occultum. Si publi-
cum, publicè eſt arguendum: Si verò oc-
cultum, tunc habet locum correctio fra-
terna inter te & ipſum in loco ſecreto.

Ratione ſanè aſſertio hæc nequaquam
deſtituitur. Nam † (1.) propter ſcandalum 13
publicum deprecationem reis injungi
notiſſimum eſt: Atqui ex ſcelere ignoto
ſcandalum non oritur in Eccleſiâ, quid
opus ideoque pœnitentiâ publica, cum
cauſa actus ceſſante ipſe ceſſet actus, *arg.*
cap. cum ceſſante. 60. extr. de appellat. l. cum
pater. 77. §. dulciſſimis. 20. ff. de legat. 2. l.
generaliter. 52. §. 1. C. de epiſcop. & cleric.
(2.) Verendum † etiam, ne quæ ignota 14
ſunt crimina, per deprecationem publicam
omnibus innoteſcant, & ſcandalum detur
per hoc ipſum medium, quo id removeri
deberet. (3.) † Fieri quoque hinc poteſt, 15
ut quæ læſio antea occulta erat, manifeſte-
tur, & litigium cauſetur, quod tamen evi-
tari debet. Hinc Leo Papa: *Multa ſunt,*
inquit, *quæ non expedit ſic publicè dici, nec*
homines facilè dicunt propter inimicos, ne
exprobrent, & ne ad tribunalia rapiantur, in
can. quamvis diſt. 1. de pœnit.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi, die 21. Jan. Anno 1608.* (*Verba* 16
Reſcripti: Auf euern an uns gethanen Bericht/Chriſtoph P. und ſeinen Sohn George Ulrich belangende/ haben wir *dato* beyde Perſonen vor uns erfodert/ und ihnen gnugſame Vorhaltung gethan. Ob nun wol George Ulrich P. nicht in Abrede geweſen/daß er wider ſeines Vaters Willen und Wiſſen zu Zſchacha in Böhmen an einem Evangeliſchen Ort ſich trauen laſſen/und hiermit wider das vierdte Geboth gehandelt. Dieweil er aber doch nicht allein ſeine Jugend/Unverſtand/und daß ihme ſolches von andern Leuten gerathen/er in Schwermuth darüber geſtürtzet/vorgewendet/ſondern auch ſein Vater ſelbſt bekeñet/daß gedachter ſein Sohn ihn perſönlich/und durch andere geiſtliche und weltliche Perſonen um ſeinen *Conſens* bittlich erſuchen laſſen/ und in Verweigerung deſſen ſolches Ehegelöbniß zu vollnziehen andere Gelegenheit geſuchet/worauf/und geſchehenes Abbitten er ihme verziehen/ und die Ehe mit ſeinem väterlichen *Conſens* (iedoch mit Vorbehalt der verwürckten Enterbung) *ratificir*et. Als können wir nach geſtallten Sachen nicht befinden/daß mehr benannter George Ulrich P. (welcher niemand als ſeinen Vater *lædir*et / demſelben *deprecir*et / von ihme *remiſſion* erlanget/und noch mit Unterhalt verſorget wird/auch hiervon niemand ſonderliches weiß/und alſo kein öffentliches Aergerniß geben worden)mit öffentlicher *deprecation* oder andere Strafe beleget werden ſol; Hierauf an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns begehrende/ihr wollet mehr berührten P. auf ſein Anſuchen zur *Communion admitti*ren/ darneben aber ihme durch ſeinen Beicht-Vater nochmals Verweiſung thun/und zu künfftigem Gehorſam gegen ſeine Eltern fleißig ermahnen laſſen. Daran geſchicht höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns Meynung/ ꝛc.)

DE-

Definit. XC.

Puellæ vi ſtupratæ injungi non debet deprecatio publica.

SUMMARIA.

1. *Quibus in delictis locus ſit deprecationi publicæ?*
2. *In concubitu ante copulam ſacerdotalem.*
3. *Non etiam in ſtupro violento quoad ſtupratam.*
4. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n. 6. 9.*
5. *Ex ſolâ voluntate æſtimantur delicta.*
7. *Afflicto non eſt addenda afflictio.*
8. *In delictis tantummodo ſcandaloſis locus eſt deprecationi publicæ.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
11. *Ejusdem Sententia.*

NOn ſufficit ad indictionem de-
precationis publicæ, crimen pu-
blicè commiſſum eſſe, ac omni-
bus innotuiſſe: Sed & tale ſit
1 neceſſe eſt, † quod enorme &
pro lapſu graviori habeatur, *Defin. præced. num. 9.* puta furtum, homicidium, perjurium, inceſtus, adulterium, fornicatio &c. Nic. Rebhan. im Bericht von öffentlicher Kirchenbuſſe. *cap. 10. in fin.* Quò & re-
2 fero † concubitum deſponſatarum perſonarum ante factam benedictionem ſacerdotalem ſive copulam eccleſiaſticam, *ſupr. De-*
3 *fin. 88.* † Non etiam ſtuprum violentum quoad puellam ſeu virginem ſtuprum paſſam: Vereor enim, ne ſi quis deprecationem publicam ei imponendam dixerit, is contra humanitatem pariter & rectam ra-
4 tionem quid ſtatuerit. (1.) Poſtquam † enim deprecatio publica certo reſpectu pro pœnâ habetur, *ſupr. Defin. 85. num. 9.* Nicol. Rebhan. *dict. tractat. cap. 2.* non niſi delinquenti & criminis alicujus accuſſato imponenda erit. Quis verò vi ſtupratam delicti
5 arguet? Cum † præter voluntatem ſtuprum fuerit ei illatum; ex ſolâ autem voluntate & animo delictum æſtimatur, *cap. cum voluntate extr. de ſent. excommun. l. qui injuriæ. ff. de furt. l. quod Reipublicæ. ff. de injur.* Didac. Covarr. *in Clem. ſi furioſus. 2. part. relict. num. 2.* Andr. Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ. 51. num. 7. & 9.* (2.) † Et 6
ſi omninò quidquam vel culpæ vel negligentiæ virgini per vim ſtupratæ imputari poſſet, ſatis tamen punita eſſet eô ipsô, quod virginitatem amiſerit, & ex vulgi ſaltem opinione maculâ laboret: † iniquum au- 7
tem foret, afflicto ulteriorem addi afflictionem, *l. divus. 14. ff. de offic. Præſid. l. antepen. C. de pœn. l. navis onuſtæ. 4. l. quid ego. ff. ad leg. Rhod. de jact.* (3.) † Cumque in de- 8
lictis tantummodò ſcandaloſis locus ſit deprecationi publicæ, *Defin. præced.* non utique vi ſtupratæ hæc injungi poterit, niſi ipſam paſſionem & afflictionem ſtupratæ cauſam ſcandali poſuerimus; tantùm † verò abeſt, 9
ullum inde ſcandalum oriri poſſe, ut potiùs ex inhumano & irrationabili dictamine hujus pœnæ longè majus ſcandalum detur Eccleſiæ.

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annæbergenſi die 4. Febr. Anno 1633. (Verba 10
Reſcripti: Wir haben euern eingeſchickten Bericht/ wegen etlicher von den Käyſ. Soldaten unterſchiedlichen entführten ledigen Weibes-Perſonen verleſen hören. Wann dann zwiſchen denjenigen/ ſo mit Gewalt entführet/ und nothgezüchtiget worden/ und denjenigen/ ſo ungezwungen mitgangen/ und der Soldaten Willen gelebet/ der Strafe halber ein Unterſcheid zu halten; Als iſt hierauf an ſtatt Seiner Churfl. Durchl. hiermit unſer Begehren / ihr wollet deßwegen fleißige Erkundigung einziehen/ und nach Befindung die Gezwungenen und Genothzüchteten mit der Strafe der öffentlichen Kirchenbuſſe verſchonen / die Ungezwungenen aber ſolche dem Herkommen nach verrichten laſſen/ ꝛc.)

Et † ad requiſitionem Matthæi Felbers zu Dieben/ *die 7. Sept. Anno 1613. (Verba Sentent.* 11
Hat ſichs unlängſten begeben/ daß/ als eure Muhme Martha/ Hanſen V. Tochter/ nach Kemberg gehen wollen / ſie von zween Kerlen in der Diebiſchen Heyde angegriffen / in einen Puſch geführet / mit Gewalt niedergeworffen / und genothzüchtiget worden/ wie ſie denn ſo bald ſolches geklaget / auch deßwegen einen gerichtlichen Eyd obgeleget; Als ſie aber unlängſten eines Kindes geneſen/

ſen/wil ihr die öffentliche Kirchenbuſſe angemuthet werden. Wann nun gleich ſolche des Orts gebräuchlichen; So wird doch eure Muhme/weil ſie nichts verwürcket/damit billich verſchonet/V.R.W.)

Definit. XCI.

Deprecatione publicâ gravari haut debet reus propter crimen alibi commiſſum.

SUMMARIA.

1. Rei delinquentes quandoq; aliò migrant & commorantur.
2. Num gravandi deprecatione publicâ ob crimen alibi commiſſum? (n.12.
3. Quatenus deprecatio publica ſit pœna?
4. Reus forum ſortitur in loco delicti.
5. Ut & in loco, in quo habet domicilium.
6. Quin & ubicunq; reperitur & deprehenditur. n. 8.
7. Maximè quando eſt vagabundus.
9. Deciſio quæſtionis negativa. n. 10.
11. Fundamenta & rationes deciſi. n. 15.
13. Propter publica ſaltem delicta injungitur deprecatio publica. n. 14.
16. Quomodo procedendum, ſi delictum alibi commiſſum innotuerit?
17. Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 18.

1 Accidit ſæpiſſimè, ut rei criminis ex pago vel oppido, in quo ſcandalum datum, aliò migrantes & commorantes, ad ſacram communionem ſe admitti petant, quibus delictum alibi perpetratum, nec per deprecationem publicam expiatum opponitur; ubi diſceptari ſolet,
2 † num propter crimen alibi commiſſum arceri debeant ab uſu ſacræ Cœnæ, donec usque publicæ ſe ſubmiſerint deprecationi? Quod primâ fronte affirmandum videtur;
3 poſtquam enim † deprecatio publica inter pœnarum genera refertur, ut diximus *ſupr. Defin. 85. numer. 8.* nil certè obſtat, quò minus ob delictum alibi commiſſum injungatur reo, quippe qui non tantum-
4 modò forum ſortitur † in loco delicti, *l. 3. ff. de offic. præſid. l. ſi cui crimen. 7. §. pen. & l. ult. ff. de accuſat. l. ſolent. 7. ff. de cuſtod. Reor.* Andr. Rauchbar. *part. 1. quæſt. 50. n. 9. & 10.* Johan. Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. num. 221.* Tiber. Decian. *in tract. crimin.*
5 *lib. 4. cap. 7. numer. 1.* ſed etiam † in foro domicilii ob id conveniri poteſt, *l. 2. C. de jurisdict.* ubi Joh. Sichard. *l. 1. ff. de interdict. & relegat. l. relegatorum. 1. §. interdicere autem. 10. ff. eod. tit. cap. licet. extr. de foro compet.* Zanger. *dict. cap. 1. num. 246.* Petr. Theodor. *in Colleg. crimin. diſputat. 10. theſ. 5. lit. D.* Proſp. Farinac. *in prax. crimin. quæſt. 7. n. 1. & 2.* Rauchbar. *dict. quæſt. 50. num. 11.* Decian. *dict. libr. 4. cap. 16. num. 1. &*
6 *ſeq.* † Et quod magis: nocentes pœnam incurrunt, ubicunque etiam reperiuntur ac deprehenduntur, licet nec domicilium ibi habeant, nec delictum eo in loco ſit commiſſum, *l. 1.* ubi Herman. Vultej. *num. 36. & ſeqq. C. ubi de crimin. agi oport. l. 1. C. ubi quis de curiali.* Maximè ſi fuerint † vagabundi, 7
qui alias ubique locorum de crimine ubicunque commiſſo puniri & coerceri poſſunt, adeò ut nec remiſſionis neceſſitas obſit, Gloſſ. *in dict. l. 1. C. ubi de crim.* Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de judic. n. 16.* Proſp. Farinac. *in prax. crimin. quæſt. 7. num. 13. & ſeqq.* Zanger. *dict. cap. 1. num. 249.* † Et quid 8
multis, cum in provinciis Electoratus Saxonici clara admodum fit hac de re *Ordinatio provincialis de Anno 1555. ſub tit.* Von Unkoſten der peinlichen Rechtfertigung. §. Würden ſie aber. *in verb.* Und ſolches nicht allein auf den Fall/ wann die Verbrecher an denen Orten/ da ſie verbrochen/ ſondern auch auſſerhalb derſelben in frembden Gerichten zu Gefängniß bracht ſeyn/ ꝛc.

† Sed licet hæc ſe ita habeant, uti veriſ- 9
ſimè ſeſe habent, & multis demonſtravi *in pract. crim. part. 3. quæſt. 110. n. 9. 13. & 69.* non tamen ad deprecationem publicam accommodari poterunt, ut benè advertit Nicol. Rebhan, nequaquam ob delictum † alibi 10
commiſſum eam reis injungendam exiſtimans, im Bericht von öffentlicher Kirchenbuſſe *cap. 10. pag. 138. & 139.* Cujus deciſo inhæremus: (1.) Etſi enim † certo reſpectu & 11
per accidens ratione rituum & ceremoniarum, quibus reorum fama apud vulgum aliquo modo commaculatur, deprecatio publica dica-

dicatur pœna: per ſe tamen & ſuâ natu-
12 râ talis haut eſt, † ſed potiùs exercitium quinti præcepti, actio & virtus, non paſſio aut pœna: non magis ac ipſa cum proximo reconciliatio, quam nemo non inſipidus dixerit pœnam, Rebhan. *dict. tract. cap. 2. pag. 7.* Malè ideoque à pœnalibus ad actum deprecationis publicæ infertur.
13 (2.) † Cumq; ob publica ſaltem delicta imponi ſoleat ac debeat deprecatio eccleſiaſtica, *ſupr. Defin. 89.* non video, quo jure ob delictum alibi commiſſum Reus eâ gravetur: nec enim publicum dici poteſt crimen, quod alibi perpetratum in loco, ubi degit, haut innotuit, vel ad pauciſſimorum ſaltem ſcientiam pervenit, ibique
14 pro occulto habetur delicto. Benè † hinc notat Rebhan: Unter die heimlichen Sünden gehören endlich auch diejenigen / ſo auſſerhalb der Gemeinde geſchehen. Wenn einer an einem andern Orte eine grobe öffentliche Mißhandlung und Ubelthat begehet / wendet ſich von dannen hinweg an einen andern Ort / da man nichts von ſeiner Verbrechung weiß / ꝛc. Eſt poſtea: Denn wie Auguſtinus ſchreibet: *Ubi contingit malum, ibi moriatur. dict. cap. 10. p. 139.*

(3.) † Nec ſcandalum, quod verè ſolum 15
cauſam dat deprecationi publicæ, ex crimine alibi commiſſo facilè oriri poteſt, plerisque nempe ignoto: quare hujus cauſâ ceſſante, & ipſa deprecatio ceſſabit, *cap. cùm ceſſante. 60. extr. de appellat.*

† Quod ſi tamen delictum alibi commiſ- 16
ſum ita innotuerit, ut ſcandalum in Eccleſiâ inde ſit metuendum, ſvaſor eſſem, ut publicè ſaltem è ſuggeſtu, abſque Rei deprecatione publicâ populus de reſipiſcentia ejus certioretur, & ne ſcandalum capiat, admoneatur, quo ipſo non ſaltem omni occurritur ſcrupulo, ſed etiam parochiani ad pietatem ac vitam Chriſtianam excitantur.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Oſſitienſi die 18. Maii Annò 1625.* (*Verba Re-* 17
ſcripti: Wir haben euern beneben des Pfarrers zu Borna eingeſchickten Bericht / Marien / Paul S. zu N. Tochter Kirchenbuſſe betreffende / verleſen hören. Wann ſie dann dieſer Oerter nicht / ſondern allhier zu Dreßden verbrochen; Als werdet ihr gedachten Pfarrer beſcheiden / daß er bey ſolcher Beſchaffenheit die *delinquentin* mit der Kirchenbuſſe verſchonen ſol: Möchten wir euch hinwieder nicht bergen / ꝛc.)

Et † *Superintendenti Leiſnicenſi die 19. Novembr. Anno 1619.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben 18
euern eingeſchickten Bericht / in Sachen *Johan. K.* von Leipzig betreffende / verleſen hören. Wann dann daraus ſo viel zu befinden / daß er zu Leißnig nicht *delinquiret* / und dahero kein *ſcandalum* in dieſer Gemeinde begangen; So tragen wir ihn von der *Communion* abzuſtoſſen / oder zu einer *deprecation* zwingen zu laſſen / noch zur Zeit billich Bedencken. Wolten wir euch zu begehrter Nachrichtung hinwieder nicht bergen / ꝛc.)

DEFINIT. XCII.

Factâ ab aliquo deprecatione publicâ uno in loco, alibi ea repetenda & duplicanda non eſt.

SUMMARIA.

1. *Num deprecatio ſemel facta, alio in loco repeti debeat?*
2. *Deciſio ponitur negativa.*
3. *Adducitur ſententia Nicolai Rebhans hac de re. n. 4.*
5. *Rationes & fundamenta decidendi.*
6. *Evitandi ſunt actus fruſtranei.*
7. *Remotio ſcandali uno in loco facta ad alia quoq; extenditur loca.*
8. *Deprecatio publica eſt pœna.*
9. *Ob unum idemq; delictum nemo duplici afficiendus eſt pœnâ.*
10. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
11. *Ejusdem Sententia.*

Fieri quoque poteſt, ut factâ jam deprecatione publicâ ob crimen commiſſum, Reus aliò migret
1 ac commoretur, † ubi rurſus dubium occurrit, an non repeti debeat in novo domicilio pœnitentia eccleſiaſtica? Nec enim quisquam facilè negaverit, ex crimine alibi etiam commiſ-
2 ſo, ſi id innoteſcat, ſcandalum oriri: † Sed nimium extendi haut debet deprecatio publica, multò minùs ſemel præſtita repeti ac duplicari, ut benè conclu-
dit † Nicolaus Rebhan im Bericht von 3
öffentlicher Kirchenbuſſe. *cap. 10. pag. 138. hiſce verbis:* Wann einer an einem andern Orte eine grobe öffentliche Mißhandlung und Ubelthat begehet / wendet ſich von dannen hinweg an einen andern Ort / da

da

da man nichts von ſeiner Verbrechung
weiß / und bringet dem *Miniſterio* Zeug-
niß / daß er mit der Kirchen / darinnen er
das Aergerniß angerichtet hat / verſöh-
net ſey/ ſo kan man ihn wol am andern
Ort zulaſſen/ und darff ſeines Falls nicht
4 öffentlich gedencken. † Wann es aber ie
lautbar/ und wolte Aergerniß und übele
Nachrede daraus erwachſen / könte nur
öffentlich angezeiget werden / daß dieſe
Perſon mit der Kirchen/ die ſie beleydiget
hätte/allbereit verſöhnet wäre/derowegen
ſich niemand daran ſtoſſen ſolte.
5 Rectè omninò : (1.)† quia ſemel factâ
deprecatione univerſæ Chriſti Eccle-
ſiæ reus jam eſt reconciliatus : quid o-
pus ergò, ut denuò populi odio expona-
tur, & quovis in loco ſpecialiter exigatur
6 deprecatio ? evitandi ſiquidem † ſunt a-
ctus fruſtratorii, *l. hæc ſtipulatio. 14. §. 1. ff. ut legat. ſeu fideicom. ſervand. cauſ. l. ait prætor. 3. in princ. ff. de jurejur.* Frider.
Pruckman. *vol. 1. conſil. 42. num. 5.* Chriſt.
7 Beſold. *part. 4. conſil. 147. n. 6.* (2.) † Nec
objici ſcandalum poteſt, quippe cujus re-
motio uno in loco facta, ad alia quoque
ſe extendit loca; quamprimùm enim fa-
cta pœnitentia publica innoteſcit, res
ſalva eſt, nec perſeverationem rei in e-
juſmodi crimine quisquam ſuſpicabitur,
8 (3.) Ex quo etiam † deprecatio pu-
blica pro pœnâ habetur, nunquam dupli-
catio ejus admittenda erit, quia iniquum
foret, ob unum idemque delictum duplici
9 † quem affici pœna. *l. ſi quis poſtea. ff. de
judic. l. pluribus. l. ſi is qui Stichum. ff. de pro-
curator. l. qui prior. ff. de judic. cap. propo-
ſuiſti. extr. de foro compet. cap. ut debitus.
extr. de appellat.* Ægid. Boſſ. *in tit. foro
compet. n. 39.* Jodoc. Damhoud. *in pract.
crimin. cap. 33. n. 1. & ſeqq.*

10 *Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annæbergenſi die 6. Novembr. An. 1616. (Verba Reſcripti:* Wir haben aus eurem Bericht vernommen/ daß H. H. von E. Marien/Hanſen N zum Fenichsberg Eheweib/ungeachtet daß ſie allbereit zu D. *publicè deprecir*et/nunmehr auch zu O. zur öffentlichen *deprecation* anhalten laſſen wolle. Wann dann nicht Herkommen/daß einer Perſon an zweyen unterſchiedlichen Orten die öffentliche Abbitte auferleget werde; Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ ihr wollet den Pfarrer zu O. beſcheiden/daß er gemeldtes N. Weib mit keiner fernern *deprecation* belegen ſolle/ ꝛc.)

11 *Et † ad requiſitionem Caſpari S.* zu *T. die 21. Septembr. Anno 1613. (Verba Sentent:* Hat ſich eure Tochter Anna mit *Johan. E.* kurtz verwichener Zeit in ein Ehegelöbniß eingelaſſen: Es haben ſich aber dieſe beyde verlobte Perſonen vor der Hochzeit und Trauung zuſammen gefunden/und fleiſchlichen mit einander zugehalten / dahero es geſchehen/daß bemeldte eure Tochter im dritten Monat nach der Hochzeit in einem andern Dorffe/A. genannt/dahin ſie ihrer Geſchäffte und Nahrung nachgangen/einkommen/eines Kindes geneſen / und daſelbſt tauffen laſſen/ auch die Sechswochen auf ſolchem Dorffe gehalten/und nach denſelben auf Begehren des Pfarrers die daſelbſt gewöhnliche Kirchenbuſſe thun müſſen. Ob nun wol anitzo/nachdeme ſie wiederum nach Hauſe kommen/der Pfarrer zu T. ihr gleichfalls die öffentliche Kirchenbuſſe auferlegen/ſie auch/ehe und zuvor dieſelbe von ihr geſchehen/zum Gebrauche des H. Abendmahls nicht zulaſſen wil. Dieweil ſie aber dennoch vorgedachter Maſſen zu A. allbereit Kirchenbuſſe gethan; So bleibet ſie nunmehr zu T. damit billich verſchonet/ V. R. W.)

DEFINIT. XCIII.

Perſonæ nobiles à deprecatione publicâ exemtæ haut ſunt.

SUMMARIA.

1. *Non negligenda deprecatio publica.*
2. *Cui omnes ſubjecti delinquentes absque reſpectu perſonarum.*
3. *Adeoq; etiam Nobiles : Et quibus ex fundamentis? n. 6.*
4. *Pœnitentia non admittit reſpectum perſonarum.*
5. *Nobiles delicto ſuo majus præbent ſcandalum, quàm plebeji.*
7. *De crimine Nobilium graviùs judicandum. n. 8.*
9. *In Judiciis non eſt habenda acceptio perſonarum.*

10. No-

10. Nobiles per Sacramenta maledicentes quomodo puniantur?
11. Quando de juſtitiâ quæritur, non ſunt curanda merita perſonarum.
12. Nobilibus facilius ſolet dari venia.
13. In pœnis arbitrariis habetur ratio dignitatis & nobilitatis.
14. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

1 QUi micam adhuc conſcientiæ ha-
bet, inquit Frider. Balduinus, com-
miſſo crimine ſui ipſius accuſator
erit, & quos delicto ſuo publicè of-
fendit, cùm iis etiam publicè in gratiam red-
ire non verebitur, alias de verâ pœnitentiâ,
ſine quâ ſumtio Cœnæ ſalutaris eſſe nequit,
ſemper ſibi dubitandum erit, *de caſib. conſc.
lib. 2. cap. 12. caſ. 3. p. 438.* Ponderoſa ſanè ver-
2 ba, † quibus nulla dignitate, nec familiæ
ſplendore diſtenti verè pœnitentes com-
moveri debent; ne deprecationi publicæ ſe
ſubtrahant, cùm nec id fecerit Imperator
Theodoſius ob cædem Theſſalonicenſem ab
Ambroſio in templum non intromiſſus, niſi
publicâ præcedente pœnitentiâ, Theodor.
Reink. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ.
2. cap. 2. n. 36.*
3 † Adeoquè nec Nobiles ſibi veniam polli-
ceantur: (1.) Cùm enim hi mandatis Dei æ-
què ſint obligati ac plebeji vel ruſtici, utiq; ſi
ea transgrediantur, & Eccleſiam publicè of-
fendant, pœnitentiâ verâ opus habent, ſi re-
4 ſipiſcere velint, † nec admittit hæc reſpectum
perſonarum, perinde ut nec media & docu-
menta pœnitentiæ circa ſubjectorum quali-
tates varient, quia in regno cœlorum diver-
5 ſus ceſſat perſonarum reſpectus. (2.) † Quis
etiam non videt, Nobiliū delictis ſi non ma-
gis, haut minùs tamen Eccleſiam offendi, &
ſcandalum dari. Nam qui nobilitate præ ali-
is fulgentes vitam nobiliorem ducere debe-
rent, à Chriſtianiſmo & veræ pietatis viâ ab-
errantes longè magis peccant, quàm ignobi-
les, quorum facta rariùs obſervantur vel no-
6 tantur. † Quod ſi ergò cauſa deprecationis
publicæ in remotione ſcandali conſiſtit, for-
tiori vinculo adſtricti erunt huic pœnæ; qui
majus ſcandalum dedere, nequaquam veni-
7 am impetraturi. (3.) † Eſtq; hæc ipſa ratio,
quod de crimine Nobilium graviùs judican-
dum ſtatuat Pontifex Urbanus III. *in cap.
cum quidam.* ibi: *Tantò graviùs judican-
dum, quantò majori præeminuerint dignita-
te, & eorum exemplo faciliùs alii poterunt ad
ſimilia provocari, extr. de jurejur.* ac certè
propter altitudinem dignitatis homo Chri-
ſtianus fortiter cadit in peccatum, inquit
Chryſoſtomus *in can. homo Chriſtianus. 5.
diſtinct. 40.* (4.) † Cum quo convenit Re- 8
ſcriptum Imperatoris Theodoſii, cujus ver-
ba hæc ſunt: *Multò magis etenim pœnâ di-
gni ſunt, quibus cùm plurimum honoris per
noſtram juſſionem delatum eſt, ſi in occulto
inveniantur crimine, in l. presbyteri. C. de epi-
ſcop. & cleric.* † Nimirum in judiciis non 9
eſt habenda acceptio perſonarum, *cap. in ju-
diciis. extr. de Reg. jur. in 6to.* & pœnæ ſunt
imponendæ ſine delectu perſonarum, *cap.
ea quæ. §. 1. extr. de ſtat. monach.* ubi Hoſti-
enſ. *n. 8. & 9.* (5.) † Et cur detrectarent No- 10
biles deprecationem publicam, cùm nec pœ-
nam numellarum, & ut præ foribus templo-
rum; curiarum vel tabernarum, per Sacra-
menta maledicentes publicè omnibus con-
ſpiciendi ſiſtantur, ut dixi *in pract. crim. part.
1. quæſt. 45. n. 91. & ſeqq.* quæ pœna longè
gravior deprecatione publicâ. Nam † ubi 11
de ſimplici juſtitiâ quæritur, non ſunt curan-
da merita perſonarum, *can. mulier.* ubi gloſſ.
in verb. ſancta. diſt. 23. Bald. *in cap. 1. notab.
ult. ext. ut lite pendent. nihil innov. & in cap.
ſedes. circa fin. extr. de ſcript.* Jaſon. *in l. 1.
qui jurisdictioni. 10. ff. de jurisdict.* Panorm.
in cap. ſolitæ. extr. de conſtit. in 6to. Nicol.
Reuſner. *lib. 2. deciſ. 15. n. 20.*
† Planè licet Nobiles regulariter à depre- 12
catione publicâ exemti haut ſint, ut jam di-
ximus, quin tamen diſpenſatione ſpeciali hæc
ipſis remitti, vel ſaltem in mulctam pecunia-
riam converti poſſit, nullus ambigo, idq; eò
minùs, quia in pœnis arbitrariis † ſæpiùs no- 13
bilitatis & dignitatis ratio & reſpectus
habetur, *l. ſacrilegii pœna. §. 1. ff. ad leg. Jul.
pecul. l. pedius. §. 1. l. ult. ff. de incend. ruin.
naufr. l. 3. § legis Corneliæ ff. ad leg. Cornel. de
ſicar.* Andr. Tiraquell. *de pœn. mitig. cauſ. 31.
& in tract. de nobilit. cap. 20. num. 108. &
ſeqq.* Chaſſan. *in catalog. glor. mund. part. 7.
conſider. 3. & part. 8. conſider. 33.* Felin. *in cap.
paſtoralis. n. 1. verſ. ſed regula ſit. extr. de of-
fic. delegat.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi die 12. Auguſti Anno 1631. (Ver-* 14
ba Reſcripti: Wir haben euern und des Amtsverwalters zu Rochlitz eingeſchickten
Bericht wegen der von H. G. von T. zu C. geſuchten *Communion* verleſen hören.
Wann wir dann ſeinem Suchen/daß er ohne *deprecation* zur *Communion* gelaſſen
werde/bey geſtalten Sachen ſtatt zu geben/Bedencken tragen; Als iſt hiermit an
ſtatt Seiner Churfl. Durchl. unſer Begehren/Ihr wollet *Supplicanten* auf ſein An-
ſuchen darauf beſcheiden/ꝛc.)

Definit. XCIV.

Factâ quantumvis deprecatione publicâ, reus tamen per id non liberatus eſt à pœnâ politicâ in foro ſeculari: nec una aliam abſorbet.

SUMMARIA.

1. *Rei pœnis ſe ſemper ſubtrahere ſtudent.*
2. *Num deprecatio publica pœnam politicam abſorbeat; & vice versâ?*
3. *Nemo ob unum idemq́ delictum duplici pœnâ afficiendus.*
4. *Cenſura eccleſiaſtica non confundit jurisdictionem ſecularem.*
5. *Deciſio quæſtionis negativa. Et quæ fundamenta deciſionis? n. 12. 13.*
6. *Diverſus reſpectus duplicem operatur pœnam.*
7. *Quænam differentia inter deprecationem publicam, & pœnam politicam? num. 15.*
8. *Quatenus deprecatio publica ſit pœna?*
9. *Adducuntur verba Nicolai Rebhani hac de re. n. 10. 11.*
14. *Miniſterium reconciliationis operatur pœnitentiam per verbum.*
16. *Pœna eccleſiaſtica eſt medicinalis.*
17. *Eccleſia gremium non claudit pœnitentibus.*
18. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. n. 19. 20. 21. 22.*

1 NUnquam non rei pœnis ſe ſubtrahere quovis ſtudio contendunt, utq; mitiorem in ſe judicis ſententiam dirigant, nil quicquam laboris intermittunt, ſemper eo intenti, quò ſcrupulus Magiſtratui injiciatur, quod & deprecati-
2 one publicâ fieri exiſtimant, † ut ſcilicet præſtitâ eâ ab ulteriori pœna ſit abſtinendum, vel ſi jam pœnam luerint politicam, ceſſet deprecatio publica, propterea quod ini-
3 quiſſimum foret, quenquam † ob idem delictum duplici affici pœnâ, Matth. Weſenb. *part. 1. conſ. 22. n. 19. verſ. nemo enim ob unum.* Bart. Bald. & Dd. *in l. ſi qui Reus. ff. de publ. Judic. & in l. ſepulchri. 6. ff. de ſe-*
4 *pulch. viol.* † Sed prudens judex nequaquam ſcrupulum hinc ſibi patiatur moveri, probè gnarus, diſciplinam ſeu cenſuram eccleſiaſticam non confundere jurisdictionem & poteſtatem ſecularem, nec quidquam detrahere imperio Magiſtratûs, qui aliàs legitimis pœnis coercere debet & poteſt delinquentes, *l. ſacroſancta. C. de SS. Eccleſ.*

5 † Non ergò veniam ſibi polliceatur reus à pœnâ politicâ poſt factam deprecationem publicam, nec qui jam punitus eſt à judice ſeculari, à deprecatione publicâ ſe exemtum exiſtimet. Nequaquam obſtante vulgatò Interpp. aſſertô, neminem ob idem delictum
6 duplici gravandum eſſe pœnâ. (1.) † Limitat ſiquidem hanc maximam diverſus pœnarum reſpectus, ut demonſtratum dedi *in pract. crim. part. 2. quæſt. 69. n. 5. & 6.* qui & hic occurrit. Nam deprecatio publica forum poli, pœna autem civilis vel politica forum ſoli concernit, illa Deo ſolvitur, hæc Magiſtratui ſeculari. † Quantumvis enim 7
aliquis in foro Eccleſiæ propter delictum pœnitentiam criminis egerit, à pœna tamen ſeculari exemtus haut erit, ſiquidem illa in foro animæ operatur delicti remiſſionem, non autem tollit exterioris judicii pœnam, nec jus accuſandi crimen illud in foro exteriori, Gloſſ. *in cap. de his. extr. de accuſat.* Et licet Magiſtratus vel remiſerit facinoroſo, vel pœnas ab ipſo popoſcerit, nondum tamen remiſit Deus, niſi ex publicâ deprecatione conſtet de ſerio dolore peccantis.

(2.) † Quin etſi deprecatio publica pro 8
pœnâ habeatur, ut ſæpiùs diximus, hoc tamen fit ſaltem per accidens, in ſuâ naturâ autem & per ſe talis non eſt, quod cùm Nicolaus Rebhan *in tract.* Von öffentlicher Kirchenbuſſe; explicatum dederit, verba ejus huc apponere lubet; Inquit verò ille: Und † ob wol ſolches auch ein 9
Anſehen hat einer Strafe / auch bey den Alten geweſen/und noch heute zu Tage iſt an denen Orten/ da man ſolche Perſonen öffentlich vorſtellet an einem beſondern Orte / und andere *Ceremonien* bey ihnen braucht/ davon hernach gemeldet werden ſol/iedoch wo mehr nicht geſchicht/als ein öffentlich Bekäntniß ihrer Sünden / Abbittung und Verſöhnung mit der geärgerten und beleydigten Kirchen / ſo iſt es eigentlich keine Strafe/ſondern ein Werck des fünfften Gebots im Geſetz GOttes/

10 *actio & virtus, non paſſio aut pœna.* † Wiewol zufälliger Weiſe eine Strafe daraus wird/indeme der *reconciliandus* leydet/daß er mit Tauff⸗und Zunamen öffentlich vor der Gemeinde genennet/ und ſeine Verbrechung (als damit er Aergerniß angerichtet/ GOttes Zorn/ zeitliche und ewige Strafe verdienet habe/) öffentlich angereget wird/welches ihn im Hertzen beiſſet und wehe thut / wie es denn mancher (gleichwol aus Unverſtand) für eine gröſſere Schande und härtere Strafe achtet/ als daß ihm zuvor *abſolution* und Sacra-
11 ment verſaget worden iſt. † Und weil in weltlichen Gerichtshändeln das für eine Art oder Stücke der Strafe geachtet wird/wann einer dem andern/den er *offendiret* hat / öffentliche Abbittung vor der Obrigkeit thun muß/ſo mag auch die Abbittung/ welche in der Kirchen geſchicht/ etlicher Maſſen eine Kirchen⸗Strafe ſeyn und bleiben. Wie wir auch darum deſto mehr darüber halten ſollen/als über einem *nervo diſciplinæ*, und damit andere deſto mehr ſich fürchten / und für dergleichen Sünden hüten. Hucusq; Rebhan *dict. tract.*
12 *cap. 2.* † Quod ſi ergo deprecatio publica pœna propriè ſic dicta & per ſe non eſt; utique nec quisquam tutò hinc inferat, bis puniri eum, ac duplici mulctâ affligi, qui ultra deprecationem publicam, pœnam quoque luit ſecularem.

(3.) † Tutiùs verò quis dixerit, ob cri- 13
men jam punitum à judice ſeculari, vel adhuc puniendum, deprecationem publicam jure ſimul decerni, quò debitum Deo ſolvatur, anima ab interitu ſalvetur, & veræ pœnitentiæ ſignum exhibeatur. Magiſtratus namque politicus, etiamſi pœnam à facinoroſis
ſumſerit, non tamen animos convertit; † ſed 14
pertinet hoc ad miniſterium reconciliationis, quod veram pœnitentiam operatur per verbum, cujus ſignum eſt publica deprecatio, Frider. Balduin. *de caſib. conſc. lib. 2. cap. 12. caſ. 3. pag. 437.* Quemadmodum ergò coërcitio politica delinquentem non liberat à peccato vel neceſſitate pœnitentiæ in foro Dei, ita nec à deprecatione, quæ, ut jam diximus, ſignum eſt pœnitentiæ.

(4.) † Ex quo alia porrò profluit diverſi- 15
tas; Nam crimina, quæ legibus civilibus vindicantur, mortem naturalem vel civilem, h. e. libertatis vel civitatis amiſſionem decernunt. † At pœna eccleſiaſtica non eſt mor- 16
talis, ſed medicinalis, *can. notandum in fin. 24. quæſt. 3. c. 1. in pr. extr. de ſent. excomm. in 6to.* eò tendens, ut lucrifiant fratres, qui aberrârunt, *Matth. 18.* & ut peccatore traditò ſatanæ ad interitum carnis, ſalvus fiat ſpiritus, *1. Cor. 5. & 1. Tim. 2.* Redeuntibus
† verò cum ſeriâ pœnitentiâ Eccleſia gremi- 17
um ſuum non claudit; ſed indignationis ſuæ aculeos removet, *l. liquet. verſ. ſed quia. circa fin. C. de Summa Trinit.*

Ita † *Conſiſtorium Dresdenſe Superintendenti Chemnicenſi, die 14. April. Anno 1615.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern Bericht wegen Valentin G. Bürgers zu Z. welcher
begangenen Ehebruchs halber mit einer Geldbuſſe beleget worden/ und daher der 18
Kirchen⸗Strafe ſich zu entbrechen vermeynet/ verleſen hören. Wann dann die weltliche von der Kirchen⸗Strafe abgeſondert; Als begehren an ſtatt höchſtgedachtes unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ ihr wollet gedachtem G. auf ſein ferner Anhalten/wann er in der Form/wie es bishero dieſes Orts gebräuchlich geweſen/die öffentliche Abbitte von der Cantzel verrichten wil/die *Abſolution* und *Communion* widerfahren laſſen: Möchten wir euch nicht bergen/ ꝛc.)

It. † *Superintendenti & Quæſtori Mühlbergenſi, die 16. Febr. Anno 1610.* (*Verba Reſcripti:* 19
Aus angehörter Verleſung euers des Schöſſers eingeſchickten Berichts haben wir vernommen/wie daß der *Cuſtos* zu S. Simon G. Valtin M. Wittbe zu Fall gebracht und geehliget: Derowegen ihr/ob er ferner an ſeinem Dienſte ohne Aergerniß zu laſſen/zu unſerm Bedencken geſtellet. Wann wir dann darneben vermercken/daß ihr der Pfarrer und die Eingepfarrten mit Verrichtung ſeines Dienſtes wohl zu frieden; So können wir auch geſtalten Sachen nach geſchehen laſſen/daß er an ſolchem Dienſte ferner verbleiben möge: Hierneben aber begehrende/ihr/der Pfarrer wollet dieſer Perſonen wegen von der Cantzel öffentliche Abbitte thun/ ihr/der Schöſſer aber ſie ihrer Verbrechung halber auf etliche Tage mit Gefängniß⸗Strafe belegen laſſen/ ꝛc.)

Item † *Superintendenti Annæbergenſi, & Quæſtori Wolckenſteinenſi die 26. Februar. An.* 20
1610. (*Verba Reſcripti:* Aus der Inlage befindet ihr/was an uns der Pfarrer zu L. *Pancratius* Himmelreich/ wegen Wolff B. eines Schneider⸗Geſellens von S. und Chriſtinen/Valentin H. zu L. Tochter/welche nach erfolgter Schwängerung ſich in Böhmen trauen laſſen/auch itzo beyde Theile zu L. ſeyn ſollen / und in der Kirchen⸗Buſſe ſich verweigern/ *ſupplicando* gelangen laſſen. Hierauf iſt an ſtatt

hòchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns hiermit unſer Begehren/ Ihr der *Superintendens* wollet den Pfarrer zu L. dahin beſcheiden / daß er gemeldte beyde Eheleute auf vorhergehende Bereuung ihrer Sünde/und dieſes Orts gewöhnliche *deprecation* zur *Communion admittiren* ſol: Ihr der Schöſſer aber ſie beyderſeits wegen gegebenen Aergerniß/daß ſie ſich nach verübter Unzucht der *publicirten* Kirchen-Ordnung zuwider auſſerhalb Landes trauen laſſen / auf etliche Tage mit Gefängniß-Strafe belegen/ꝛc.)

Item † *Heredibus Tham à Pflugens, & Superintendenti Oſſitienſi die 31. Martii Anno 1617.* 21 (*Verba Reſcripti:* Wegen der Verbrecher Kirchenbuſſe aber wollet ihr der *Superintendens* dem Herkommen nach Anordnung thun/ Ihr/ die Gerichts-Herren aber ſie Inhalts des am *30. Septembr. Anno 1609. publicirten* / und in der jüngſten Policey-Ordnung wiederholten Ausſchreibens/in gebührende Strafe nehmen/ꝛc.)

Et Quæſtori N. die 27. Septembr. Anno 1620. (*Verba Reſcripti:* An uns beklaget ſich euer 22 anbefohlner Unterthaner Jacob R. zu K. welcher Geſtalt er von euch über anerbotene Kirchenbuſſe/ daß ſein Weib zu frühe in die Wochen kommen/ mit Geld-Strafe beleget werden wolle / wie ihr aus dem Einſchluſſe zu vernehmen. Wann dann in unſers gnädigſten Herrns Ausſchreiben *ſub dato* Dreßden *die 30. Septembr. Anno 1609.* ſo wol jüngſt *publicirter* Policey-Ordnung die Geld-Strafe auch in denen Fällen/da die Perſonen nicht verlobt geweſen/ oder einander hernach geehliget / gäntzlich abgeſchaffet; Als iſt an ſtatt höchſtgedachtes unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ Ihr wollet es bey der Kirchenbuſſe bewenden laſſen/ und die Eheleute höher nicht als etliche Tage mit leydlichem Gehorſam ſtrafen/ꝛc.)

TIT. IIX.

Turbatores Sacrorum quomodo puniendi?

DEFINIT. XCV.

Mulctâ arbitrariâ puniendi ſunt, qui verbis importunis & injurioſis Eccleſiæ miniſtris ſacra tractantibus ſeſe opponunt iisque contradicunt.

SUMMARIA.

1. *Variis modis ſacra turbantur.*
2. *Turbatores ſacrorum ad deprecationem publicam ſunt obligati.*
3. *Adducitur Conſilium Facultatis Theologicæ Roſtochienſis.*
4. *Ultra deprecationem publicam quænam pœna politica iis infligenda?*
5. *Turbatores ſacrorum gladio feriendos quidam putant.*
6. *Allegantur ad hanc rem textus juris civilis & canonici. n. 9.*
7. *Et præjudicium Facultatis Juridicæ Roſtochienſis.*
8. *Delictum turbantium ſacra incidit in crimen læſæ Majeſtatis divinæ.*
10. *In templo delinquens gravius eſt puniendus.*
11. *Quando & quo caſu locum habeat pœna gladii?*
12. *Certa ad hoc requiſita concurrant neceſſe eſt.*
13. *Exempla indictæ gladii pœnæ.*
14. *Adducitur ſententia Scabinorum Lipſienſium.*
15. *Deficientibus illis requiſitis, ſuccedit mulcta arbitraria.*
16. *Arbitrariè ſaltem punitur, qui ſolis verbis ſacra turbat.*
17. *Facultatis Theologicæ Roſtochienſis Conſilium hac de re.*
18. *Refertur præjudicium ex Conſiſtorio Lipſienſi.*
19. *Deveniri quoque poteſt hoc caſu ad pœnam relegationis & fuſtigationis.*
20. *Wittebergenſium Reſponſo hoc probatur.*
21. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

Eò malitiæ atque audaciæ progrediun-
1 tur quandoque homines, ut in con-
cione tectè notati aliovè modo irri-
tati, verbis importunis & injurioſis,
Eccleſiæ miniſtris ac concionatoribus vel
palàm in ſuggeſtu ſtantibus, vel alias ſacra
tractantibus & adminiſtrantibus ſeſe op-
ponant, iisque contradicant, aut ſacra
iſta & operas eccleſiaſticas aliò modo tur-
2 bent & impediant: †Quos propterea ad de-
precationem publicam ob ſcandalum da-
tum obligatos rectiſſimè quis dixerit, prout
etiam judicavit Facultas Theologica in Aca-
demia Roſtochienſi in conſilio quodam
apud Georgium Dedekennum, *vol. 1. con-
ſil. theolog. part. 3. ſect. 3. num. 18. vol. 704.
& num. 19. fol. 705.* † Nachdeme N. N.
3 ihrem *Paſtor* und Seelſorger/ da er in ſei-
nem öffentlichen Amte geweſen/ in der
Predigt aus gefaſſetem Argwohn öffent-
lich widerſprochen/ und ihn geſcholten/
welches ihr billich nicht gebühret hätte/
und alſo dadurch ein öffentliches Aerger-
niß angerichtet/ ſich gegen GOtt und das
heilige Predigt-Amt vergriffen; Als iſt bil-
lich und Chriſtlich/ daß ſie ſolche ihre Sün-
de erkenne/ ſich dieſelbe laſſe von Hertzen
leyd ſeyn/ und ſie GOtt/ ihrem *Paſtor* und
der geärgerten Gemeine abbitte/ ꝛc.
4 † Sed cùm politica etiam pœna ultra
deprecationem publicam hoc caſu ſit de-
linquenti imponenda; quæritur, qualis-
nam eſſe ea debeat? De quâ licèt Con-
ſiſtoriales non multùm ſint ſolliciti, quip-
pe quæ à Magiſtratu politico indicitur:
nihilominùs in Conſiſtorio Supremo au-
thoritate Electorali & illam quandoque,
quin & ab aliis Conſiſtoriis mitiorem de-
5 cerni videmus. † Turbatorem autem
ejusmodi ſacrorum gladio plectendum,
non malè forſan quis ſtatuerit cum Pe-
tro Anchorano, *conſil. 15.* Roland à Val-
le. *vol. 2. conſil. 24. n. 2.* Matth. Stephan.
*ad Novell. 123. n. 33. verſ. illud nequa-
quam omittendum.* Matth. Berlich. *part. 4.
concluſ. 20. num. 28.* Jacob. Menoch. *ar-
bitr. judic. quæſt. caſ. 389.* Matth. Coler.
part. 1. deciſ. 178. num. 1. Tiber. Decian. *in
tract. criminal. lib. 6. cap. 24. num. 3. & 9.*
6 Idque † per textum *in l. ſi quis in hoc. C. de
Epiſcop. & Cleric.* ibi: *ſi vel ſacerdotibus &
miniſtris, vel ipſi cultui, locoque aliqua irro-
gatur injuria, jubetur Præſes capitali ſen-
tentiâ vindicare.* Quæ verba referuntur
etiam à Gratiano *in can. ſi quis ſvadente.
29. §. qui autem de Eccleſia. cauſ. 17. quæſt. 4.*
7 † in quam ſententiam Facultatem Juri-
dicam Roſtochienſem *Anno 1595.* re-
ſpondiſſe, ac cuidam, qui injurias ad-
verſus Eccleſiæ Paſtorem evomuerat, & mi-
niſterium Cœnæ Dominicæ impediverat,
gladi, pœnam dictaſſe refert Erneſt. Coth-
man. *ad tit. C. de SS. Eccleſ. num. 29.*
† Nec ratio hujus pœnæ videtur deficere, 8
poſtquam delictum hoc in crimen læſæ
Majeſtatis divinæ incidit, *dict. can. ſi quis
ſvadente*, ut hinc mirum non ſit, reum
ultimo ſupplicio ſubjacere, † quod & aliis 9
juris textibus convenit, *l. denunciamus. 5. in
fin. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. Auth.
ſed novo jure. C. de Epiſcop. & Cleric. No-
vel. 123. cap. 1.* Et quia ſacer eſt locus Eccle-
ſiæ, Deo dicatus & ſacratus, § *ſacræ. 8.
Inſtit. de rer. diviſ.* qui propterea etiam di-
citur ſanctus, ut ab injuriis hominum exi-
matur & defendatur. *l. ſanctum. 8. ff. de
rer. diviſ.* † gravius utique in templo de- 10
linquens puniendus erit, quàm alio in loco,
Tiber. Decian. *dict. cap. 24. n. 8.*
Sed nimis dura videtur hæc ſententia a-
liis, qui reſtrictam volunt eam † ad certa 11
requiſita: 1. nempe ſi offendatur non ver-
bis tantummodò, ſed etiam verberibus,
vi & facto miniſter verbi divini, 2. in
loco Eccleſiæ, 3. eo tempore, quo tractat
& miniſtrat divina, 4. & per hoc ſacra tur-
bentur. † Quibus demum concurrenti- 12
bus, prædicta gladii pœna obtinebit,
Bald. *in l. ſi quis in hoc genus. cum Auth. ſed
novo jure. C. de Epiſcop. & Cleric.* Matth.
Coler. *dict. deciſ. 178. num. 1. & 4.* † ubi ob 13
aggreſſionem & vulnerationem perſonæ re-
ligioſæ inter tractatus ſacros, tàm inva-
ſori, quàm mandatariis & auxiliatoribus
pœnam gladii dictatam refert à *Lipſienſi-
bus ad requiſitionem Quæſtoris Vinarienſis
Anno 1551.* in quam ſententiam etiam re-
ſponderunt † *Scabini Lipſienſes Menſ. Se-* 14
*ptembr. Anno 1569. Dn. Adolpho, Duci
Norwegiæ & Holſatiæ, hiſce formalibus:*
Würde gedachter N. N. auf dem von
ſeiner wegen gethanen und eingebrachten
Bekäntniß vor Gerichte freywillig ver-
harren/ oder deß ſonſten/ wie Recht über-
wieſen: Als nemlichen/ daß als der Prie-
ſter und Caplan/ davon *in actis* und ſei-
nem Bekäntniß gemeldet/ in der Kirchen
geſtanden/ und ein Kind zu tauffen ange-
fangen/ er *Inquiſit* einen Jungen mit zwey
Pferden vor der Kirche halten laſſen/ und
ſeine andere Diener und Pferde vor die
Thore geſchicket/ und in Stiefeln und
Sporn in die Kirche gangen/ und einen
groſſen Prügel gehabt/ und als er den Ca-
plan mit dem Kinde bey der Tauffe gefun-
den/ hinzugetreten/ denſelben mit einer
groſſen Peitſchen auf die Haut gehauen/
und mit dem Prügel niedergeſchlagen/

und die Tauffe des Kindes verhindert: So würde er von wegen ſolches in der Kirchen an dem Prieſter über der Tauffe geübten und begangenen Frevels / Gewalt / Verhinderung und *turbi*rung des heiligen göttlichen Sacraments der Chriſtlichen Tauffe / alles ſeinethalben beſchehenen Vorwendens ungeachtet / vermöge gemeiner beſchriebner Käyſerlichen Rechte mit dem Schwerdt vom Lebē zum
15 Tode billich geſtraft / V. R. W.) † At deficientibus prædictis quatuor requiſitis, vel uno tantummodò ex illis, nequaquam tam rigoroſè in turbatores ſacrorum animadvertendum erit, ſed ſufficit pœna arbitraria, Matth. Coler. *dict. deciſ. 178. num. 3.* Sigismund. Finckelthuſ. *obſerv. 72. n. 5.*

16 † Quod ſi ergò verbis tantummodò concionatoribus vel miniſtris Eccleſiæ ſacra tractantibus in Eccleſiâ quis contradicat, vel eos injuriis proſcindat, & ſacra turbet, arbitrariè mulctabitur carcere vel pœnâ arbitrariâ, ut dixi *in pract. crimin. part. 1. quæſt. 44. num. 51.* quod & placuit Conſiſtorio E-
17 lectorali Supremo † nec non Facultati Theologicæ in Academia Roſtochienſi, hiſce verbis conſulentibus: Fatemur, peccatum mulieris Paſtori in publico miniſterio verſanti publicè convitiantis & reſpondentis graviſſimum eſſe, & cùm à politico Magiſtratu carcere aut mulctâ, tùm à Paſtore denominatione publicâ vel ſuſpenſione ab uſu Sacramentorum ſeverè puniri potuiſſe &c. apud Dedekenn. *dict. vol. 1. conſil.*
18 *theolog. part. 3. ſect. 3. num. 18.* † Nec abnuunt Conſiſtoriales Lipſienſes, quos ita contra Nobilem quendam pronunciaſſe refert Finckelthuſ. Derowegen Beklagter klagendem Pfarrer / daß er ihme in ſeiner Predigt öffentlich eingeredet und *injuri*ret / (*dixerat enim:* Du leugeſt / du verlogener Pfaffe / du leugeſt alles / was du auf der Cantzel redeſt / der Teuffel redet aus dir / du meyneſt niemand anders / als mich) eine gerichtliche Erklärung und Chriſtliche Abbitte im Churfürſtlichen Sächſiſchen *Conſiſtorio* alhier zu thun ſchuldig / welche hernach zu N. von der Cantzel öffentlich verkündiget / und hierüber mit 500. Thalern in Churf. Durchl. zu Sachſen Rent-Kammer zu entrichten billich geſtraft wird / &c. *dict. obſerv. 27.* Non tamen hoc ita accipi velim, ut ſubſiſtendum ſemper ſit in pœnâ carceris, vel mulctâ pecuniariâ. † Poſſent enim tales occurrere circumſtantiæ, ut tam mitis pœna 19
haut ſufficeret, quo caſu ad relegationem, quin & ad fuſtigationem tutò deveniri poſſe dixerim. Atque ita Nobili cuidam pœnam migrationis ex territorio domini & venditionem bonorum ibidem ſituatorum, à Scabinis Lipſienſibus indictam refert Coler. *cit. deciſ. 178. num. 3.* † Fuſtigationis verò pœ- 20
nam à Wittebergenſibus cuidam turbatori ſacrorum adjudicatam meminit Finckelthuſ. *allegat. deciſ. 72.* quod reſponſum hiſce formalibus prodiit *Anno 1614.* Hat der Gefangene N. N. geſtanden und bekañt / daß er den *28. Junii* jüngſthin / als man in der Schloßkirchen geprediget / auch vor derſelben über 30. Studenten geſtanden / die der Predigt zugehöret / er ſeine Zimmeraxt zu beyden Fäuſten genommen / auf die Studenten / und wie dieſelbe in die Kirche gewichē / mit gantzer Gewalt an die Kirchthür / und als er darauf in die Kirche kommen / auf die Zuhörer / Manns u. Weibs-Perſonen geſchlagen und etliche verwundet / und die Leute dermaſſen geängſtiget / daß ſie aus der Kirchen weichen / und alſo die Predigt verbleiben müſſen / und als er aus der Kirchen gelauffen / nichts deſto weniger auf die Leute zugeſchlagen / und hauſſen auch einen beſchädiget. Ob er nun wol in ſeiner Uhrgicht allerhand zu ſeiner Entſchuldigung vorwendet: Dennoch aber und dieweil ſolches alles unerheblich / und er darneben geſtehet / daß er ſolche That vorſetzlicher und muthwilliger Weiſe gethan; So iſt er wegen ſolches in der Kirchen verübten Frevels und Aergerniß des Landes mit Staupenſchlägen ewig zu verweiſen / V. R. W.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annæbergenſi, nec non Capitaneo & Quæ-* 21
ſtori Schwarzenbergenſi die 9. Junii Anno 1627. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euern des *Superintendens* eingeſchickten Bericht / welcher Geſtalt Anna / George S. Eheweib zu H. dem Pfarrer dieſes Orts in der Kirchen bey gehaltener Catechiſmus-Lehre ſich widerſetzet / und denſelben mit Worten übel angelaſſen / vernommen / und ihr der Hauptmann und Schöſſer habt ſolches hierbey zu befinden. Begehren hierauf an ſtatt Jhrer Churfürſtl. Durchl. hiermit / Jhr die Beamten wollet von der *delinquentin* etliche gute Schock ihrem Vermögen nach der Kirchen zu H. anzuwenden und zu berechnen einbringen / oder ſie andern zum Abſcheu mit vier Wochen Gefängniß-Strafe belegen laſſen / &c.)

DEFINIT. XCVI.

Arbitraria quoque eſt mulcta rixantium in Eccleſiâ durantibus ſacris.

SUMMARIA.

1. *Turbatores ſacrorum quinam ſint?*
2. *Rixantes & tumultuantes in Eccleſiâ coërcitione digni.*
3. *Quia ipſimet operationi Spiritûs Sancti reſiſtunt.*
4. *Et alios auditores impediunt.*
5. *Multum inde ſcandali oritur in Eccleſiâ.*
6. *Adducitur Ordinatio eccleſiaſtica.*
7. *Pœna hoc caſu eſt arbitraria.*
8. *Perinde ac eorum, qui Paſtoribus obloquentes ſacra turbant.*
9. *Natura arbitrariarum pœnarum quænam?*
10. *Quomodo judex arbitrium ſuum gubernare debeat?*
11. *Præſertim in decernendis pœnis arbitrariis.*
12. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 TUrbatores dicuntur ſacrorum non ſolùm qui ipſis miniſtris ſacra peragentibus in Eccleſiâ verbis aut facto reſiſtunt, & per id exercitium miniſterii turbant; ſed etiam qui cum aliis rixantes ac tumultuantes vel Paſtorem vel auditores impediunt, quominùs officio ſuo eâ, quâ par eſt, intentione præeſſe, ac debitâ devotione cultum divinum exercere queant. † Hos propterea mulcta dignos, nemo facilè inficias ibit; Quod ſi enim verbum DEI & ſacrorum miniſterium non operetur quicquam in animo à curis humanis haut vacuo, minus certè operabitur in iis, quorum corda odio & rixa flagrant, atque vitiis & malo deſiderio abundant. Rectè ſiquidem † Abbas Neſtoros apud Caſſianum dicit *collat. 14. cap. 9.* Si ſcientiâ ſpiritualis ſacrum in corde veſtro vultis tabernaculum præparare, ab omnium vos vitiorum contagione expurgate, & curis præſentis ſeculi exuite; impoſſibile namque eſt, animam, quæ mundanis vel tenuiter diſtentionibus occupatur, donum ſcientiæ promereri; vel generationem ſpiritualem ſenſuum, aut tenacem ſacrarum literarum fieri, Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 2. cap. 10. caſ. 2.* Eſtque hoc primum delictum, quod pœnam meretur. † Cui & aliud accedit, perturbatio nempe aliorum, qui attenti per rixas & tumultuationem non parùm à devotione avocantur, cooperante diabolo, qui concionibus intereſt ſacris, earumque effectum in auditoribus impedire ſatagit: Unde fit, quod multis verbum prædicatum ſit odor mortis ad mortem, *2. Cor. 2. verſ. 16.*

† Ex quo quàm multum ſcandali & nocumenti per ejusmodi rixas in Eccleſiâ detur; nemini obſcurum eſſe poteſt, ut hinc de coërcitione rixantium dubitandum plane non ſit; nec enim ſcandala & delicta debent remanere impunita, *lib. 51. in fin. ff. ad Leg. Aquil.* Idque etiam haut obſcurè † legitur deciſum in *Ordinat. eccleſiaſt. Elect. Saxon. art. general. 17.* §. Es ſol auch iedes Orts Obrigkeit dieſe Verordnung fleißig thun / daß auf den Borkirchen / oder andern Orten in der Kirchen einige Leichtfertigkeit und Unfug mit Lachen / Waſchen / oder andern dergleichen / bey aufgeſatzter Strafe nicht getrieben werde / dadurch der Pfarrer und Zuhörer in der Predigt und Gehör GOttes Worts irre gemacht / oder gehindert werden möchten. Expreſſa verò quia certa pœna non eſt, † ſuccedit mulcta arbitraria ex vulgatâ Interpp. regulâ, quòd quando pœnæ neque legibus neque ſtatuto aut conſvetudine aliqua certò definitæ ſunt, arbitraria debeat eſſe animadverſio, Jaſon. *in l. jubere. 4. n. 17. ff. de jurisdict. omn. Judic.* Ludolph. Schrader. *in tract. de feudis part. 10. ſect. 19. num. 122. verſ. eam ob cauſam, quia in omnibus.* Jacob. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 104. num. 9.* Andr. Tiraquell. *de pœn. leg temper. cauſ. 31. num. 34.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 1. quæſt. 86. num. 8. verſ. aut à jure communi ſtatuto &c.* Quemadmodùm † ergô contra offendentes ipſum Paſtorem pro ratione circumſtantiarum & qualitate delicti procedendum, *defin. præced.* ita quoque in rixantes & tumultuantes arbitrariè vel pœnâ carceris, vel mulctâ pecunia-

cuniariâ animadverti debet, prout judicis prudentis arbitrio & diſcretioni videbitur,
9 ex naturâ † arbitrariarum pœnarum, Bartol, *in l. quid ergo 13. §. pœna gravior. verſ. quæro. ff. de his qui notant. infam. & in l. hodie 13. ff. de pœn.* ubi Matth. Weſenbec. *num. 3.* Nicol. Reuſner. *lib. 2. deciſ. 16. num. 13.* Ludov. Carer. *in pract. crimin. §. homicidium n. 320.*

10 Nimirum † ut in omni alio negotio & cauſa judex arbitrium à lege aut homine ſibi conceſſum gubernare ac regulare ſemper debet ſecundùm terminos & tramites juris & æquitatis, *l. 1. ff. de uſur. can. cum autem.* ubi Præpoſitus *diſtinct. 22. can. judicat. 3. quæſt. 7.* Felin. *in cap. quoniam frequenter. §. porro. num. 14. extr. ut lite non conteſt.* Cæpolla *in l. 1. num. 36. C. de ſerv. fugit.* † ita & in dijudicandis cri- 11
minibus extraordinariis ac decernendis pœnis arbitrariis munere ſuo ſecundùm juris & æquitatis normam fungi tenetur, idque tantò magis, quantò majus periculum verſatur in puniendis delictis, prout in aprico eſt.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſa* Magdalenen/Hanſen R. zu D. Eheweibes/Klägerin an einem/ Reginen/ Martin W. Tochter daſelbſten/ und Sabinen/ Blaſii W. Eheweib zu F. Beklagte anders Theils/ *in puncto* eines ſtreitigen Beichtſtuls/*die 18. Novembr. Anno 1607.* (*Verba Decreti*: Dieweil wider die Klägerin ſo viel ausgeführet/ daß ſie ſich in der Kirchen ohn einige Urſache mit Beklagten gezancket und dieſelben übel ausgerichtet. Derowegen auf des Schulverwalters zu Meiſſen Geboth/ die Gemeinde ein Viertel Bier auf ſie getruncken/und in Verweigerung der Bezahlung ihr eine Kuhe abgepfändet; So ſol die Klägerin hierzu eine Tonne/ und beyde Beklagte die andere Tonne wegen der gegebenen Aergerniß zu bezahlen angehalten/ gedachte Regina aber bey ihrer Mutter Stande gelaſſen/ und hinführo in dergleichen Fällen die verwürckte Strafe zu milden Sachen angewendet werden/ V. R. W.) 12

DEFINIT. XCVII.

Aggravari debet pœna arbitraria contra rixantes, ſi verbis verbera & plagæ accedant.

SUMMARIA.

1. *Pœna rixantium in Eccleſiâ eſt arbitraria.*
2. *Et aggravanda, ſi verbera verbis accedant. n. 12.*
3. *Quo caſu triplex concurrit delictum.*
4. *Omnis vis illicita pœnam meretur.*
5. *Criminaliter ſi agatur, quæ pœna vim inferentis?*
6. *Majus datur ſcandalum per verbera, quàm per nuda verba.*
7. *Scandalum debet removeri. n. 8.*
9. *Eccleſia debet eſſe tutisſimum refugium ac receptaculum.*
10. *Atrocitatem pœnæ auget locus.*
11. *Delictô in Eccleſiâ perpetratô, ipſi Deo infertur injuria.*
13. *Pluribus concurrentibus delictis, unius pœna alteram non abſumit.*
14. *Hodie tamen unica ſaltem pœna, & quidem major pro omnibus imponitur delictis.*
15. *Pœna debet correſpondere delicto.*
16. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 QUin ergò rixantium in Eccleſiâ pœna ſit arbitraria, dubium non eſt, quæ & ipſa venit infligenda, ſi à verbis ad verbera deveniatur, & percuſſiones ac vulnera ſimul inferantur: quo caſu pœnam aggravari, ſana ra-
2 tio efflagitat, † quippe quòd verberibus longè magis, quàm ſolis verbis ſacra turbentur, & tumultus excitetur. Et
3 quidem triplex † delictum concurrere videtur in percuſſionibus & plagis inter ſacra inflictis. Nam (1.) vis hæc per ſe illicita eſt, & pœnam † meretur, *Conſtit.* 4
Elect. 42. §. ult. p. 4. usque adeo, ut pro ejusmodi injuriis realibus gravioribus non modò civiliter, ſed & criminaliter agi poſſit, *§. in ſumma. 10. Inſt. de injur.* Ægid. Boſſ. *in pract. crimin. tit. de injur. num. 1.* Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de injur. num. 14.* Joh. Schneidevv. *in dict. §. in ſumma. n. 1. Inſtit. de injur.* Jacob. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 107. num. 15.*

5 *num. 13.* † eoque modò ſi agat, percuſſus aut vulneratus, pœna erit amputatio manus, vel fuſtigatio cum perpetuâ relegatione, *art. 16. poſt princ. verſ.* Wer den andern lámet. *lib. 2.* Landr. ubi gloſſ. latin. *ad text. Latin. verb. qui alium mutilat. poſt princ. & gloſſ.* latin. *ad text. germ. lit. C.* Georg. Rotſchitz. *in proceſſ. part. 2. art. 2. n. 1.* Matth. Col. *part. 1. deciſ. 161. n. 37.*

6 (2) † Nec quisquam inficias ibit, longè majus ſcandalum dari in Eccleſia, & ſacra magis turbari per verbera, inflictionem plagarum, & ejusmodi tumultum, quàm ſi rixantes in injuriis verbalibus ſubſiſterent, ut hinc etiam majoris ſcandali ratio meritò ſit
7 habenda, † quod removeri Eccleſiæ multum intereſt, *cap. ex literis. cap. 14. extr. de homicid. cap. tua. ext. de cler. ægrot. cap. tum teneamur. ext. de præbend.* quam ob cauſam multa ſæpe prætermittuntur, quæ ſine ſcandalo fieri non poſſent, *cap. 2. ext. de oper. novi nunciat. cap. ſuper eo. extr. de præb.*
8 *cap. quoniam. de jure patron.* † nam ut Salvator noſter dicit, dignus eſt alium ſcandalizans, ut mola aſinaria ſuſpenſa collo in mare ſubmergatur, *Matth. 18. Marc. 9. cap. niſi cum pridem. extr. de renunciat.*

(3.) Accedit porrò privilegium Eccleſiæ,
9 † quæ non minùs ut privata domus cuique tutiſſimum refugium & receptaculum eſſe debet, *l. 19. ff. de in jus vocand.* M. Cicero *in orat. pro domo ſuâ.* Nicol. Reuſner. *lib. 1. de-*
10 *ciſ. 16. num. 30.* † Quod ſi enim atrocitatem pœnæ auget locus, *l. aut facta. 16. §. 4. ff. de pœn.* quis negabit, graviùs peccare eum, qui in Eccleſia vel templo aliquem offendit, nec enim minus hoc crimen, quàm quod in curiâ, theatro, foro, aut Principis domo, violatâ ejusdem ſecuritate ac Religione perpetratum eſt, Dan. Möller. *ad Conſt. Elect. 43. in princ. part. 4.* † Quemadmodum 11
enim, qui adoritur aliquem in domo Principis vel curiâ Civitatis, ipſi Principi ac Magiſtratui injuriam infert, violando & deſpiciendo ejus autoritatem, ita & qui in Eccleſia vim alicui facit, & ſacra turbat, ipſi DEO injuriam non minimam infert.

† Triplici ergò concurrente hoc caſu de- 12
licto pœnam aggravari neceſſe eſt. Singulum enim quodque ſuam meretur pœnam, *l. nunquam plura. ff. de privat. delict.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 84.* Didac. Covarr. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 10. num. 8.* Petr. à Plach. *in epitom. delict. cap. 1. num. 18.* Nicol. Reuſner, *lib. 2. deciſ. 20. num. 2.* nec
† una alteram abſumit, *l. 27. & l. 48. ff. de ad* 13
leg. Aquil. l. Neratius. 11. §. 2. ff. de ſervo corrupt. l. 1. §. hunc tamen. l. 2. §. 1. ff. de tutel. & rat. diſtr. l. nunquam. 60. ff. de obligat. & action. l. vulgaris, 21. in fin. princ. ff. de furt. l. facienda. 8. §. 2. ff. arbor. furtim. cæſar.
† Quod ſi ergò hodie omnium loco unica 14
ſaltem reo imponatur mulcta, prout fieri ſolet in pœnis arbitrariis & uniformibus, ut dixi *in pract. crimin. part. 3. quæſt. 132.* Bartol. *in l. 1. §. unde quæritur. num. 3. ff. de public. & vectigal. & in dict. l. nunquam plura. num. 3. ff. de privat. delict.* arbitrium utique judicis ita regulari debet, † ut major 15
eligatur pœna, vel ſi mitior eſt, aggravetur, quò correſpondeat qualitatibus delicti, *l. ſancimus. C. de pœn. l. reſpiciendum, ff. eod. tit. Auth. omnes peregrini. C. comm. de ſucceſſ. l. 1. §. ſed & qui. ff. de abigeis. cap. felicis. §. cæterum. extr. de pœn. in 6to. cap. ut clericorum. extr. de vitâ & honeſt. clericor.* Hippol. de Marſil. *in l. 1. n. 256. C. de rapt. virgin.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superitendenti Miſnenſi & Quæſtori in Noſſen, die 2. April.* 16
Anno 1619. (Verba Reſcripti: Was an uns der Pfarrer zu Ruſſein *M. Georgus* Weinrich wegen der júnſthin am Oſter-Montage in der Kirchen daſelbſten von George S. zu B. Eheweib und deroſelben groſſe Magd mit ſchlagen *Antonii H.* zu S. Tochter aus dem Kirchenſtul geúbten Frevels in Schrifften zu erkennen geben/ ſolches habt ihr aus dem Jnſchluſſe mit mehrern zu vernehmen. Wann wir dann ob ſolchem gegebenen Aergerniß in der Kirchen nicht ein geringes Mißfallen tragen/und dahero uns an ſolchen Verbrechern andern zum Abſcheu ein Exempel zu *ſtatuiren* Amts halber gebühren wollen; Als begehren an ſtatt höchſtgedachtes unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ wofern es ſich angebrachter maſſen verhält/ ihr der Schöſſer wollet nach eingenommener Erkundigung alſobald die Anordnung thun/ damit obbemeldte S. und ihre Magd den nächſten Sontag Anfangs und bis zu Ende der Predigt dieſes Orts an das Halseyſen geſchlagen werden/ Jhr auch der *Superintendens* dem Pfarrer darneben befehlen/ daß er deſſelben Tages *Antonii H.* in ihren Stul wieder einweiſen/dargegen die S. und ihre Magd/ſo wol ſeine Pfarrkinder ingeſamt von dergleichen Aergerniß ernſtlich abmahnen ſol/ damit zu Erhaltung Zucht und Erbarkeit die künfftige Verbrecher nicht mit mehrer Schärffe geſtraft werden dürffen/ꝛc.)

TIT. IX.

Quomodo procedendum adverſus miniſtros Eccleſiæ rixoſos & convitiatores?

DEFINIT. XCVIII.

Propter exceſſus & convitia in concionibus evomita miniſtri Eccleſiæ in Conſiſtoriis actione injuriarum conveniri poſſunt.

SUMMARIA.

1. *Miniſtris Eccleſiæ incumbit, ſtrenuè munus ſuum obire.*
2. *Quod probatur dictis ſcripturæ. n. 3.*
4. *Non ergò hoc nomine culpa eſt iis imputanda.*
5. *Zelus Chriſti Salvatoris hac in re. num. 6.*
7. *Quare nec actio injuriarum hoc caſu locum habet. n. 8.*
9. *Miniſtri Eccleſiæ terminos officii quandoq́ egrediuntur.*
10. *Num actione injuriarum conveniri queant ob exceſſum & injurias evomitas?*
11. *Deciſio affirmativa.*
12. *Fundamenta & rationes decidendi.*
13. *Intereſt Reipublicæ, delicta puniri.*
14. *Miniſtri Eccleſiæ quales ſe gerere debeant in concionando? n. 15. 16.*
17. *Si id non fecerint, pœnam merentur.*
18. *Injuriarum actio adverſus omnes competit injuriantes.*
19. *A quâ clerici exemti haut ſunt.*
20. *Reſcriptum Electorale.*
21. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 NEquaquam inficias ire volumus aut poſſumus, quod apud omnes Chriſtianos extra dubitationis & controverſiæ aleam poſitum eſt, concionatoribus nempe ſeu Eccleſiæ miniſtris, tanquam Dei legatis, ſtrenuè munus obeundum, & eò laborandum eſſe, ut ſecundum præſcriptum verbi divini vero zelo, debitâ ſeveritate, conſtantia & παῤῥησία auditores fidei & miniſterio ſuo commiſſos, cùm ob errores in doctrina, tùm ob vitia & peccata in vitæ converſatione, graviter reprehen-
2 dant, juxta † monitum D. Apoſtoli Timotheo datum: Prædica verbum, inſta opportunè, importunè, argue, increpa, exhortare in omni longanimitate & doctrinâ, *2. ad Timoth. 4. verſ. 2* Quod & ipſum Deus legatis ſuis inculcavit: Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo transgreſſionem eorum, & domui Jacob pec-
3 cata eorum, *Eſa. 58. verſ. 1.* It: † Et tu fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael; Audiens ergò ex ore meo ſermonem annunciabis eis ex me. Si me dicente ad impium: impie, morte morieris; non fueris locutus, ut ſe cuſtodiat impius a vitâ ſuâ, ipſe impius in iniquitate ſuâ morietur: ſangvinem autem ejus de manu tuâ quæram, *Ezech. 33. verſ. 7. & 8.* † Quis ergò miniſtris 4
Eccleſiæ vitio vertet, aut quidquam culpæ imputabit, ſi monendo & corripiendo faciant ſuum officium, quod à Deo iis injunctū, & non modo à Prophetis & Apoſtolis, ſed & ipſo Salvatore noſtro, facto declaratum eſt, † ingenti ſiquidem cum zelo & inauditâ 5
παῤῥησία magnus ille Propheta Judæos coarguit, & ipſos ex patre diabolo eſſe, ſonorâ voce profitetur, *Johann. 8. verſ. 44.* Quin inſuper Scribas & Phariſæos, qui primatum in templo Hieroſolymitano aucupabantur, † cœcos & ſtultos duces, hypo- 6
critas & ſerpentes appellitat, ac lamentabile illud atque horrendum Væ multoties illis exaltatâ voce occinit, *Matth. 23. v. 16. & 17.* tantum abeſt, miniſtros † Eccleſiæ hoc no- 7
mine in jus vocari & actione injuriarum conveniri poſſe, quia non ſuam, ſed Chriſti cauſam pro concione agunt, cujus legatione funguntur, & per quos ipſemet Deus exhortari dicitur, *2. Corinth 5. verſ. 20.* Ita nempe Chriſtus Apoſtolis & eorum in miniſterio ſucceſſoribus dixit: Qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit, *Luc. 10. verſ. 16.* cum eo ergò † tranſigant, qui 8
admo-

admonitionum adeò ſunt impatientes, Frider. Balduin *de caſib. conſc. lib. 4. cap. 7. caſ. 5.* Johan. Harppr. *ad §. non ſolum. 11. Inſtit. de injur. num. 34. & ſeqq.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & Eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 2. cap. 2. num. 5.* Conrad. Dieter. *in analyſ. Evangel. Dom. 3. Advent. part. 2. pag. 63. circa fin.* Hutter. *in Calviniſt. aulico polit. 2. cap. 2.*

9 † Solent nihilominus quandoque Miniſtri Eccleſiæ habere ζῆλον ἄζηλον, ut loquitur Balduin. *dict. loc.* & ex affectibus privatis ad ſpeciem nimis inclinare, & abſque antegreſſis gradibus admonitionum in perſonam aliquam invehi, vel nominatim, vel per colores vivos, quod nec laudandum, nec approbandum. Quæri-
10 tur ergò, num † verbi miniſter, qui pro concione verbis injurioſis quempiam notaverit, hoc eſt, peccatorem in publico ex ſuggeſtu vel expreſsè nominatum, vel graphicè depictum, de peccatis, vel contra puritatem doctrinæ, vel contra honeſtatem vitæ commiſſis, perſtrinxerit & reprehenderit, injuriarum teneatur? Hanc
11 quæſtionem affirmativè decidendam † arbitramur cum Julio Claro *lib. 5. ſentent. §. injuria. num. 1. circa fin.* ex Alexand. de Novo *conſil. 82.* Frider. Balduin. *dict. caſ. 5. circa fin.* Proſp. Farinac. *lib. 3. prax. criminal. quæſt. 105. inſpect. 10. n. 406.* Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 59. n. 31. & concluſ.*
12 *60. n. 8.* (1.) † Notiſſimum ſiquidem eſt, Clericos ſæpius affectibus ſuis regi, iisque indulgere magis, quam laicos; quod ſi ergò impunè injurioſa quæque verba pro concione liceret proferre, bone DEUS! quot injuriis auditores proſcindi, quantum in Eccleſia dari ſcandalum poſſet? quot delicta
13 manerent impunita? ſecus † atque commodum Reipublicæ expoſcit, *l. ſi longius. §. 1. ff. de judic. l. 1. in delictis. §. cum dominus. ff. de nox. action. l. Stichum aut Pamphilum. ff. de ſolut. l. qui ſervum. 20. in princ. ff. de interrog. injur. faciend.* Vincent. de Franch. *deciſ. Neapol. 98. n. 2.*

14 (2.) Hocque ipſum eſt, † quod maximoperè in Miniſtris Eccleſiæ improbat *Ordinat. Eccleſiaſtica Elector. Saxon. in artic. general 3 §.* Zum ſiebenden. *ibi:* Nachdeme den Pfarrern und Kirchen-Dienern mit Ernſt auferlegt und eingebunden / daß ſie in ihren Predigten ihren eigenen *affecten* mit Holhippen / Poldern oder Schmähen nicht nachhängen / ſondern ſich aller Chriſtlichen Sanfftmuth und Beſcheidenheit nach der Lehre S. Pauli gebrauchen. Ac poſtea: † Die 15
Viſitatores ihnen gnugſamen Bericht geben können / daß ſolches allein auf die ärgerlichen Predigten gemeynet / da die Pfarrer aus Zorn oder eigener Rachgier ihre eigene Sachen auf die Cantzel getragen / und mit Aergerniß der Gemeinde ausgeſtoſſen / die Leute mit Namen genennet / oder ſie ſonſten alſo ausgemahlet / daß männiglich / wer ſie ſeyn / wohl verſtehen können / oder ſonſten nicht gebührliche Ordnung im Straf-Amt gebrauchet. Et rurſus: † Und da ihme 16
(dem Pfarrer) die Billigkeit nicht widerführe / deßhalben nicht die gantze Kirche / beſonders aber in öffentlichen Predigten betrüben / und alſo ſein ſelbſt Richter in eigener Sachen ſeyn / ſondern an ſeinen ordentlichen *Viſitatorn* gelangen laſſen / und ſein Amt unärgerlich iederzeit mit aller Sanfftmuth verrichten / ꝛc. Ita ſcilicet officio ſuo fungi incumbit Paſtoribus & miniſtris Eccleſiæ, ne in concionando affectibus indulgeant privatis, & odium ſub prætextu muneris emittant, nec auditores injuriis proſcindant. Quod ſi non fecerint, † immu- 17
nes à pœna & tuti ab actione injuriarum haut ſunt, cum quælibet legum transgreſſio mulctam mereatur, *Deut. 17. verſ. 7. & cap. 19. verſ. 20. Roman. 13. verſ. 4.* ne prætermiſſa animadverſio contemtum Magiſtratûs pariat, nec impunè leges irrideantur transgrediendo, *l. 1. & l. 2. ff. de legib.*

(3) † Et quo jure tandem Clerici at- 18
que Eccleſiæ miniſtri actione injuriarum eximerentur, cum hæc in omnes indifferenter detur injuriantes? uſque adeò, ut nec Nobiles excepti intelligantur, prout dixi *in pract. crimin. part. 2 quæſt. 96. n. 13. & ſeqq.* Dan. Moller. *ad Conſtit. Elect 42. numer. 9. verſ. ſed contrarium &c part. 4.* Quod ſi ergò † Clerici privilegium præ- 19
tendant, probari id neceſſum erit, cæteroquin ipſis opponetur vulgatum illud: erubeſcimus ſine lege loqui, *l. diſſentientes. 5. C. de repud. cap. is qui in Eccleſiâ. 18. in fin. pr. extr. de ſent. excomm. in 6to.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wurzenſi, die 22. Novembr. Anno 1625. 20
(*Verba Reſcripti:* Was maſſen an uns der Verwalter zu B. Barthol S. über den Pfarrer daſelbſt *Jeremiam H.* der wider ihn auf öffentlicher Cantzel ausgegoſſenen *injurien* halber ſich in Unterthänigkeit beſchweret / und dar-

neben bittet / ſolches habt ihr aus der Einlage zu vernehmen. Wann dann *Supplicant* in der Perſon zu erſcheinen / und in gütliche Vergleichung ſich einzulaſſen wider ſeinen Willen nicht gezwungen werden kan; Als begehren wir hiermit gnädigſt / ihr wollet in beharrlicher Verweigerung / und bey geſtalten Sachen in dieſem *injurien-proceſs* ſeinen *Mandatarium* zulaſſen / ihme den *Proceſs* eröffnen / und ſolchen ſchleunig befördern / ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium ſupremum ad requiſitionem* Hanſen B. zu M. *die 23. Febr. Anno 1613.* 21
(*Verba Sentent:* Ob gleich gemeldter Pfarrer / eurem Anziehen nach / euch bey ehrlichen Zuſammenkünfften und auf der Cantzel mit beſchwerlichen Worten und ziemlichem Eyfer angelaſſen; So seyd ihr doch derentwegen euch ſeiner Predigten und des H. Abendmahls in der Kirchen zu M. dahin ihr *ratione domicilii* gepfarret ſeyd / euch zu euſſern / und dargegen mit dem Gottesdienſte in die andere Kirche unter euern Gerichten und Botmäßigkeit zu halten nicht befugt / ſondern ihr möget den Pfarrer zu M. da ihr wider ihn zu klagen erhebliche Urſache zu haben vermeynet / vor ſeiner ordentlichen Obrigkeit derentwegen gebührlichen *actione injuriarum* belangen / auf welchen Fall euch die Billigkeit wol widerfahren wird / V. R. W.)

DEFINIT. XCIX.

Tentanda eſt reconciliatio & compoſitio amicabilis, priusquam adverſus miniſtros Eccleſiæ proceſſus decernatur.

SUMMARIA.

1. *Miniſtri Eccleſiæ ob exceſſus in concione conveniri poſſunt.*
2. *Quisnam hujus cauſæ judex competens?*
3. *Non properandum nimis ad proceſſum contra Eccleſiæ miniſtros.*
4. *Criminis quandoque innocentes arguuntur Eccleſiæ miniſtri.*
5. *Non præſumitur animus injuriandi in miniſtro Eccleſiæ. n. 9. 11.*
6. *Sicut nec in marito, præceptore & patre.*
7. *Miniſter Eccleſiæ gregis ſibi commiſſi pater eſt.*
8. *D. Apoſtolus Paulus Corinthios vocat filios ſuos.*
10. *Miniſtris Eccleſiæ auditores ſunt commendati.*
12. *Qualiter officium ſuum gerere debeant in corrigendo Miniſtri Eccleſiæ?*
13. *Præmittant gradus admonitionum.*
14. *Neminem nominatim pro concione perſtringant.*
15. *Tentanda eſt amicabilis compoſitio, antequam proceſſus decernatur adverſus Eccleſiæ miniſtros.*
16. *Quibus ex cauſis & fundamentis? n. 17.*
18. *Ex litigio miniſtrorum Eccleſiæ oritur ſcandalum.*
19. *Jure etiam communi amicabilis compoſitio probatur. n. 20.*
21. *Idque in omnibus ferè provinciis Europæ practicatur.*
22. *Sententia Conſiſtorii Supremi.*

1 QValiscunque ergò exceſſus in concio-
ne miniſtris Eccleſiæ imputetur, ſive
quod injuriis aliquem ex ſuggeſtu
affecerint, ſive alio modo injuſtè offende-
rint, ſubtrahere ſe non poterunt actioni,
modo hæc coram judice competente inten-
tetur: Nec enim cognitio ejusmodi cauſæ ad
Magiſtratum politicum pertinet, quod ſinè
contemtu Miniſterii haut fieri poſſet:
2 † ſed referri debet negotium ad Mini-
ſterium, aut pro gravitate exceſſus ad
Conſiſtorium, quò puniatur temeritas ac
malitia concionatoris, & Miniſterio ſua
nihilominus relinquatur autoritas, Frid.
Bald. *de caſib. conſc. lib. 4. c. 7. caſ. 5. in fin.*
Nunquam autem † ad proceſſum juris 3
adverſus miniſtros Eccleſiæ nimium prope-
rent, ſed exacta prius inſtituatur cognitio, an
culpabilis aliquis exceſſus reo imputari que-
at: quin & amicabilis reconciliatio & com-
poſitio ſemper præcedat. Fieri enim poteſt,
† ut miniſter Eccleſiæ injuriarum criminis 4
arguatur, qui nec animum injuriandi habu-
erit, nec ullum commiſerit exceſſum, quin
potius fecerit, quod ſui fuit officii in repre-
hendendo & corrigendo, quo ſanè caſu
locum non habebit ulla adverſus ipſum
actio. † Non etenim animus injuriandi, 5
ſed

ſed corrigendi tàm delinquentem ipſum,
quàm etiam Eccleſiam præmonendi, quæ
hoc nomine potuiſſet offendi, in dubio
6 præſumitur, perinde † ut in marito, præ-
ceptore aut patre, ſi convitia injiciat in
uxorem, diſcipulum ac filium, *l. ſed etſi. 5. ff. ad Leg. Aquil. l. item quæritur. 13. §. item Julianus. ff. locat.* Jodoc. Damhoud. *in prax. crim. cap. 141.* Andr. Gail. *libr. 2. obſervat 106. num. 6.* Herman. Vult. *lib. 1. juriſpr. Roman. cap. 49. n. 18.* Bartol. *in. l. ut vim. 3. num. 4. ff. de juſt. & jur.* Ludolph.
Schrader. *de feud part. 9. cap. 4. num. 171.*
7 † Nam & fidelis verbi miniſter ſpiritua-
lis eſt gregis ſibi commiſſi pater; imò
ratione officii plus quàm naturalis pa-
ter; hujus enim beneficio liberi vitâ
fruuntur caducâ, illius verò miniſterio
8 vitam aſſequuntur æternam. † Veluti
hinc D. Apoſtolus ad Corinthios ſuos
ſcribit: Vos ut filios meos chariſſimos
admoneo, *1. ad Corinth. 4. verſ. 14.* ad-
ditque rationem: Nam in Chriſto Jeſu
per Evangelium vos genui. *verſ. 16.* quo
indicaret, reprehenſionem ſuam quan-
9 tumvis ſenſui carnis ingratam, † non
ab alio, quam paterno animo & ſalutis
ipſorum ſitiente profectam eſſe, haut ali-
ter atque pater aliquis filios ſuos objur-
gat, ut à perverſitate morum abſtrahan-
tur & ad frugem meliorem revertantur.
10 † Cumque unicuivis Eccleſiæ miniſtro,
tanquam patri ſpirituali & animarum
paſtori, omnes ac ſinguli ſui auditores
tantâ fidelitate & ſeverâ additâ commi-
natione à DEO ipſo ſint commendati, ut
juſtus ille judex vivorum & mortuorum
aliquando in noviſſimo die ac univerſa-
li judicio horum animas & ſanguinem
de ipſius manu ſit requiſiturus, *Ezech.*
11 *33. verſ. 7. & 8.* quis quæſo † Chriſtianus
de affectu Concionatorum in gregem
ſuum Dominicum plusquam paterno
dubitaret, nedum ut animum calumni-
andi præſumeret? Alias ſanè de D. Apo-
ſtolo idem fuiſſet præſumendum, quan-
do Galatas ſuos ſtultos appellitat; O ſtul-
ti, inquiens, Galatæ, quis vos faſcinavit,
ut non crederetis veritati, *Galat. 3. verſ. 1.*
12 † Nimirum pius zelus in arguendis vitiis
etiam publicè pro concione extingui
non debet, modò miniſter Eccleſiæ offi-
cium elenchticum rectè gerat, nec ter-
minos excedat, ſcilicet ne quærat vindi-
ctam privatam, ſed emendationem de-
linquentis & averſionem ſcandali; ut-
13 que † præmittat gradus admonitio-
num, antequam vitium alicujus pro
concione taxet, juxta monitum Chriſti
Matth. 18. Delinquentem nempe primo
privatim delicti ſui admoneat: Si hoc
non curet, adhibeat unum & alterum ex
miniſterio, & repetat admonitionem; Si
neque hâc ratione emendetur, dicat Ec-
cleſiæ, hoc eſt, publice reprehendat, ſi
fortè pudore ſuffuſus ad frugem redire vo-
luerit, Balduin. *dict. libr. 4. cap. 7. caſ.*
conſcient. 4. circa fin. † Nec nominatim 14
miniſter Eccleſiæ delinquentem pro con-
cione perſtringat, aut ita depingat, ut
quilibet intelligere poſſit, quis notetur,
Ordinat. Eccleſ. Elect. Saxon. artic. generel. 3. Ea ſi obſervaverit, metuere non
habet actionem injuriarum, ut maximè
etiam auditores ſe offenſos dicant & con-
tendant.

Ex quo perſpicuum, quàm neceſſa-
ria ſit cauſæ cognitio, antequam proceſ-
ſus injuriarum adverſus Eccleſiæ mini-
ſtros decernatur. † Quin etſi de animo 15
injuriandi aut exceſſibus commiſſis con-
ſtet, nec tùm tamen nimis ad proceſſum
judiciarium properandum erit, ſed tenta-
ri priùs debet amicabilis compoſitio:
Vel ſaltem (1.) † ob reverentiam, quam 16
quisque Miniſterio debet, quò reſpicit
Ordinat. Eccleſ. dict. tit. 3. §. Zum ſieben-
den. *in fin.* Und ihrer Zuhörer freund-
lichen Willen gegen ihre Perſon und Ehr-
erbietung gegen dem heiligen *Miniſterio*
beſſer erhalten werden. Verendum ſiqui-
dem, ne actionem adversùs miniſtros Ec-
cleſiæ nimis urgens, debitæ pietatis & re-
verentiæ erga ipſos oblitus, officii eo-
rum & miniſterii eccleſiaſtici poteſta-
tem & autoritatem, quam ſanctam & ſar-
tam conſervari Deus & pietas jubent, im-
minuere & extenuare velle videatur. (2.)
† Cumque Elector Saxoniæ Sereniſſimus 17
litigatores quosvis de compoſitione ami-
cabili admonere, eamque inter partes ten-
tare jubeat *in Ordinat. proceſſ. judic. tit. 1.*
§. Beſonders aber. *verb.* Damit nicht
leichtlichen und ohne Unterſcheid die zwi-
ſchen den Partheyen entſtandene Irrun-
gen in weitläufftigen *proceſs* gewieſen/ ſon-
dern ſo viel immer müglich zuvor verſu-
chet/ ob die Partheyen entweder auf bil-
liche Maſſe in gutem zu vergleichen/ ꝛc.
multò magis de hoc actionibus adversus
miniſtros Eccleſiæ intentandis dictum ac
præceptum erit, † ex quorum litigio non 18
poteſt non ſcandalum in Eccleſiâ oriri,
quod modis omnibus advertendum, *cap.*
2. extr. de oper. novi nunciat. cap. ſuper eo, de præbend. cap. quoniam. extr. de jur. patron.
Petr. Greg. Tholoſ. *in ſyntagm. jur. univerſ.*
lib. 38. c. 7. n. 4. & 5. (3.) † Quin & hoc ipſum 19

juris communis eſt, ut amicabilis compoſitio litigium præcedat, & à judice inter partes litigantes tentetur, priusquam ad proceſſum deveniatur, *cap. 1. de mut. petit. cap. ult. de transact. can. ſi illis. 23. quæſt. 4. cap. querelam. 15. extr. de ſimon. l. æquiſſimum. ff. de uſufr.* Felin. *ad Rubr. de treug. & pac. n. 1.* Matth. Weſenbec. *lib. 1. conſil 21.*
20 *n. 1.* † Eſtque id non minimum inter requiſita à Chriſtianis litigantibus obſervanda, ne via pacis negligatur, Ventur. de Valent. *in partb. litigioſ. lib. 1. cap. 3.* Joach. à Beuſt. *Domin. 3. Advent. pag. 655.* † Atque hinc 21
in omnibus ferè Europæ provinciis ſtatuta vigent, ut lis amicabiliter componatur, vel ſaltem componi tentetur, antequam litigioſus ſuſcipiatur proceſſus, veluti de Gallià teſtatur Anton. Faber. *in Codic. lib. 9. tit. 22.* de Italia Jaſon. *vol. 1. conſil. 35.* & de Germanià Ventur. de Valent. *in partb. litig. lib. 2. cap. 4. num. 10.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem B. M. & Senatûs in S. die 27. Sept. Anno* 22
1636. (*Verba Sentent:* Hat euer Pfarrer und *Superintendens* von euch einen Garten gefodert / ſo zwar etliche aus ſeinen *Anteceſſoribus*, iedoch aus ſonderlicher *liberalit*ät und Begnadigung auf Wohlgefallen/oder ſo lange es der Herrſchafft belieben möchte / inne gehabt und genoſſen/ hernach aber eben von derſelben Herrſchafft noch vor des itzigen Pfarrers *vocation* und Anzuge euch wegen ausgeſtandenen groſſen Feuerſchadens/ zu Erbauung eines abſonderlichen Mältzhauſes eingegeben/welches ihr auch bald ins Werck gerichtet/ und nun über 15. Jahr/ ſo viel ihr hierzu eingenommen/in gemeiner Stadt Nutzen gewendet/ das übrige aber auf Zulaſſung der Herrſchafft bald damals von den Nachbarn mit Ausgrabung des Leims/zu Erbauung ihrer eingeäſcherten Häuſer ziemlich verderbet worden: Und ob ihr wol ſolches alles auf der Obrigkeit rechtliches Erkänntniß geſtellet/ hat doch euer Pfarrer und *Superintendens* deſſen nicht erwarten können/ euch vorhin vielmals *deſcriptive*, nunmehr aber zu dreyen unterſchiedenen Malen/ als den 3. 14. und 17. *Auguſti* jüngſthin auch *nominatim*, an euern Ehren öffentlich auf der Cantzel zu verletzen ſich gelüſten laſſen: Dahero ihr denſelben vor euer weltlichen Obrigkeit *actione injuriarum ad recantationem* und *ex L. diffamari. C. de ingen. manum.* rechtlichen zu belangen vorhabens. Ob nun wol angeregter maſſen von dem Pfarrer und *Superintendent*en ein ſtarcker *Exceſs* verübet/und ſeine *Anteceſſores* und andere *Colleg*en vormals bey dieſer Obrigkeit ſich haben geſtellen und erſcheinen müſſen / ſonder allen Zweiffel darum / daß ſie zugleich mit der geiſt- und weltlichen *Jurisdiction* beliehen. Dieweil ihr aber zu Ende euer Frage ſelbſten bekennet/ daß faſt der gantze *Scopus* in geiſtlichen *terminis verſiret*/ indeme ihr über einen Cloſtergarten mit eurem *Superintendent*en und Seelſorger hauptſächlich zu ſtreiten/ wider welchen ohne vorgehende gütliche Verhör *ob reverentiam ipſi debitam* nicht alſobald *Injurien-Proceſs*, ſonderlich *ad publicam recantationem* zu verſtatten: Geſtalt denn Churfl. Durchl. zu Sachſen unſer gnädigſter Herr in Dero neuen Gerichts-Ordnung *tit. 1.* ſolches nicht allein ins gemein alſo verordnet / ſondern auch *in ſpecie & in bis ipſis terminis*, als Herrn *J. W.* von *B.* Erben über den *Superintendent*en zum *F. M. Johann B.* ſich beklaget / daß er in der ermeldtem Herrn von B. gehaltenen Leich-Predigt denſelben auf öffentlicher Cantzel vieler Untugenden beſchuldiget/ welches ſie ihnen zu Gemüthe auch für *Injuri*en angezogen / und um Verſtattung rechtlichen *proceſſus* gebeten / dem Ober-Amts-Verweſer in der Nieder-Laußnitz am *25. Julii Anno 1625.* gnädigſt befohlen / daß er die *Supplicant*en und beklagten *Superintendent*en auf einen gewiſſen Tag vor ſich beſcheiden/ auf ſolche Zeit den *Official*en zu Lübben zu ſich ziehen / in deſſen *præſenz* die Klägere mit ihrer Nothdurfft/ und darauf den Beklagten mit ſeiner Verantwortung zur Gnüge hören/und alsdenn ſich bemühen/ob er ſie beyderſeits in der Güte von einander ſetzen und vergleichen möge / aufn Fall aber ein ſolches nicht zu erhalten / ihnen den Weg Rechtens eröffnen / wider den Pfarrer rechtlichen *Proceſs* verſtatten / darzu *termin* beſtimmen / und was diß-falls bräuchlichen / anordnen ſol ; So erachten wir dafür / daß auch im gegenwärtigen Fall dieſem Befehlich nicht unbillig nachgelebet werde / dieweil zumaln ihr in gütlicher Verhör und Handlung durch gnugſame Erklärung und eine Chriſtliche Abbitte ohne alle Weitläufftigkeit und Unkoſten *ſatisfaction* erlangen / und fernere Aergerniß abwenden könnet / hierüber auch *cumu-*

latio

latio remedii L. diffamari und *actionis injuriarum* nicht ſtatt haben mag / ſondern es muß ein iedes nach dem andern abſonderlich ausgeübet werden/ ꝛc.)

Definit. C.

Immunis à pœnâ non eſt, qui malitioſè adverſus Eccleſiæ miniſtros famoſam intentat actionem injuriarum.

SUMMARIA.

1. *Quando adverſus miniſtros Eccleſiæ injuriarum experiri liceat?*
2. *Non ſine periculo actio injuriarum intentatur. n. 9.*
3. *Actor malitioſus coercitione hoc caſu dignus.*
4. *Quibus ex cauſis & fundamentis? n. 13.*
5. *Non præſumitur animus injuriandi in miniſtris Eccleſiæ. n. 8.*
6. *Talia ſunt ſubjecta, qualia prædicata demonſtrant.*
7. *Nec in præceptore & patre præſumitur animus injuriandi.*
10. *Retorſio injuriarum quando eſt licita?*
11. *Retorſio eſt ſpecies defenſionis.*
12. *Legitime ergò in ea procedendum.*
14. *Reverentia debetur Miniſterio verbi.*
15. *Reſcriptum Electorale.*

1 SAtis perſpicuum eſt ex prædictis *Defin. præced.* quando injuriarum actio adverſus miniſtros Eccleſiæ intentari
queat; ſi ſcilicet conſtet de animo injuriandi & exceſſu notabili; quo tamen caſu
nimis properandum non eſt ad ordinarium
proceſſum, ſed ſtudioſè laborandum, ut litigium amicabiliter componatur, id quod
2 actor non facile detrectabit, † ne videatur
contemtor ſacri miniſterii, vel mulctam incurrat, ſi malitioſè actionem injuriarum intentaſſe reperiatur. A quâ certè immunis
3 non eſt, ſi absque † causâ ſufficiente & rationabili libellum injuriarum, præſertim famoſum adverſus miniſtros Eccleſiæ exhibuerit, in malitiâ deprehenſus: (1.)
4 † Nec enim tutò quisquam contra alium, nedum
Paſtorem vel Parochum, injuriarum experiri
poteſt; ſi non probatione ſit inſtructus, quæ
longè fortior requiritur, quando cum miniſtro verbi divini cauſa vertitur, ob præſumtionem, quæ pro ipſo militat, quod ſcilicet
5 officii ratione † potiùs & animo corrigendi
quam injuriandi verba quantumvis per ſe
injurioſa protulerit. Etſi enim alias hoc
caſu præſumtio ſtet contra proferentem,
quòd animo injuriandi ejusmodi dixerit
6 verba, cum talia ſint † ſubjecta, qualia prædicata demonſtrant, & contra, *arg. l. ſtipulatio iſta. 38. §. tu qui. 6. ff. de V. O.* attamen in miniſtris Eccleſiæ res aliter ſe habet
propter officium ipſorum, quod ab omni
ſuſpicione ſiniſtrâ eos liberat, perinde ac
præceptorem † & patrem, ſi in diſcipulum ac 7
filios verbis durioribus invehantur, emendandi ſiquidem causa id facere cenſentur,
l. item quæritur. 13. §. item Julianus. ff. locati. Jodoc. Damhoud. *in prax. crim. cap. 141.*
Henn. Arniſ. *in tract. de jur. connub. cap. 7.
ſect. 4. n. 8. & 9.* Nec † enim miniſter ver- 8
bi, pro concione dura proferens verba in parochianos & auditores ſuos, in re verſatur
illicitâ. Unde ergò doli præſumtio? cui
tractatio demum rei illicitæ cauſam præbet,
l. ſi non convitii. 5. ubi Bald. & Dd. *C. de injur. l. eum qui. 18. §. ſi injuria. ff. eod. tit. l.
non aliter. 69. in pr. ff. de legat. 3.* Matth.
Weſenbec. *in parat. ff. de injur. n. 8. & part.
1. conſil. 22. n. 29. & ſeqq.* Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. injuria. n. 12.* Ludov. à Peguer. *quæſt.
crim. 13. n. 7.* Igitur non † absque periculo 9
erit actor, ſi probatione ſufficientiſſimâ inſtructus haut ſit contra verbi miniſtrum: Etenim quando ſuccumbit, vel actio inſtituta
repetitur talis, ut malitioſè potiùs & quò
ægrè faciat miniſtro Eccleſiæ, quàm jure experiri cenſeatur, non parum peccat, & propterea à mulcta immunis haut eſt. (2.) † Non 10
aliter ac ſi quis retorſionem injuriarum prætenderet, qui tamen injuriis laceſſitus non
eſt, quem ipſum potius injuriantem & coercitione dignum dixeris, nempe quia fundamento retorſionis deſtituitur, tantum abeſt,
ut requiſita retorſionis legitimæ obſervaſſe
cenſeatur; Eſt ſiquidem † Retorſio ſpecies 11
defenſionis, Joh. Harppr. *in §. hæc actio. 12.*

 Inſt.

Inſt. de injur. n. 125. adeoque ſicut in moderamine defenſionis, ita etiam in retorſione
12 injuriarum † legitimè eſt procedendum, Harppr. *dict. loco.* Joh. Schneidevv. *in §. injuria. 1. n. 12. Inſtit. de injur.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 3. cap. 33. n. 6.* Andr. Gail.
13 *lib. 2. obſervat. 100. n. 9.* (3.) † Quis etiam non animadvertit exceſſum actoris, qui cum uno vel altero verbo rigoroſo ſe offenſum à miniſtro Eccleſiæ, Parocho vel Superintendente dicit, actione ſtatim criminali famam ejus ſugillare haut veretur, puta actionem dirigendo ad palinodiam & pœnam criminalem. Malitia utique nequaquam tolerantia, ſed coërcitione digniſſima, vel ſaltem ob læſam reverentiam, † quam Miniſterio ſacro 14
debet; modeſtius namque cum iis agendum, qui præſunt curæ animarum, eorumque imbecillitates potius occultandæ, quam propalandæ ſunt, ne ipſum Miniſterium contemtui habeatur, & ſcandalum inde aliis in Eccleſiâ detur.

Ita † Sereniſſimus Saxon. Elector Capitaneo & Ordinario Juridicæ Facultatis in Acade- 15
mia Wittebergenſi, die 28. Oct. Anno 1618. (Verba Reſcripti: An uns hat über den Würdigen und hochgelahrten / unſern andächtigen und auch lieben Getreuen Herrn *Doctor F. B. Superintendent*en und *Profeſſorn* bey euch *A. R.* zu *B.* ſich beklaget / wie in der von unſerm *Conſiſtorio* zu Wittenberg am *6. Junii* dieſes Jahrs gehaltenen Verhör / von itzo gedachtem *Superintendent*en er wäre *injuriret* worden / und um einen Vorbeſcheid vor unſern geiſtlichen Räthen angeſuchet: Wir haben auch / wie es hierum allenthalben bewandt / Erkundigung einziehen laſſen / wie ihr aus dem Beyſchluß mit mehrern zu erſehen. Wann aber aus unſers *Conſiſtorii* Bericht gnugſam erſcheinet / daß *Supplicant* vorerwehnten *Superintendent*en mit einer ſchmählichen *Injurien*-Klage zu belangen nicht Urſach gehabt; Als können wir ihme ſeinen Muthwillen alſo ungeſtraft nicht hingehen laſſen; Hierauf gnädigſt begehrende / ihr wollet beyde Perſonen alsbalden vor euch fordern / A. R. ſeinen Unfug in Ernſt verweiſen / ihn zu einer Chriſtlichen *deprecation* anhalten / und hernach ihr der Hof-Richter denſelben andern zum Exempel etliche Tage mit Gefängniß-Strafe belegen laſſen / rc.)

DEFINIT. CI.

Miniſtri Eccleſiæ injuriarum conventi, ſpontaneâ declaratione palinodiam facilè declinare poſſunt.

SUMMARIA.

1. *Quando locum habeat actio ad palinodiam adverſus Eccleſiæ miniſtros?*
2. *A quibusdam Clerici habentur exempti à palinodiâ.*
3. *Exemtio hæc nullo nititur fundamento.*
4. *Erubeſcimus ſine lege loqui.*
5. *Conſtitutio Electoralis miniſtros quoque Eccleſiæ comprehendit.*
6. *Verba* (Wer der auch wäre) *neminem excipiunt.*
7. *Expreſſum dicitur & id, quod generalibus comprehenditur verbis.*
8. *Nobiles quoque palinodiæ ſunt ſubjecti.*
9. *Contra Univerſitatem etiam obtinet palinodia.*
10. *Infamia ſequitur palinodiam.*
11. *Niſi expreſsè à judice remittatur.*
12. *Revocatio ſæpiùs commutatur in deprecationem Chriſtianam.*
13. *Reus per declarationem declinare valet palinodiam. n. 16.*
14. *Quod in Curiis provincialibus extra dubium. n. 15.*
17. *Obtinet tamen idem in aliis etiam judiciis.*
18. *Præſertim in actione injuriarum contra miniſtros Eccleſiæ intentatâ.*
19. *Decreta Conſiſtorii Supremi. num. 20. 21.*

1 Habet nihilominus locum actio injuriarum famoſa ad palinodiam ſeu recantationem intentata adverſus miniſtros Eccleſiæ, ſi nempe magnorum exceſſuum & atrocium arguantur injuriarum, quæ recantationem merentur. Etenim licet † Cle- 2
ricis exemptionem concedat Proſper. Farinac. *part. 3. oper. criminal. quæſt. 105. numer. 75.* quem ſequitur Matth. Berlich. *part. 5. con-*

5. concluſ. 62. num. 21. vix tamen prærogativa hæc fundata eſt.
3 † Nec enim ullibi à ſanctione generali, quâ injuriantes ad palinodiam obligantur, vel Clerici vel ſoli Eccleſiæ miniſtri reperiuntur excepti, ut meritò Farinacio & Berlichio illud tritum opponamus:
4 Erubeſcimus † ſine lege loqui; nec quidquam abſque juris autoritate aſſerere licet, *l. diſſentientis. 5. C. de repud. cap. is, qui in Eccleſia. 18. in fin. princ. extr. de ſent. excommun. in 6to.* Hartm. Piſt. *lib. 1. quæſt. 1. n. 100.*

Ac quóminus in provinciis Electoratûs Saxonici quidquam prærogativæ Clericis & Miniſtris Eccleſiæ hoc caſu tribuamus,
5 cogunt nos † verba *Conſtit. Elect. 42. verſ.* Setzen wollen und ordnen / ꝛc. *part. 4.* quæ neminem a palinodia exceptum volunt, daß ein ieder / wer der auch wäre / ſo den andern / Mann- oder Weibes-Perſonen / an Ehren ſchmähen würde / einen öffentlichen Widerruff oder Gerichte zu thun ſchuldig ſeyn ſol.
6 Verba † ſiquidem hæc (wer der auch wäre) neminem prorſus excipiunt, *cap. ſolitæ. verſ. quodcunque legaveris.* ubi Abbas *in ult. notab. extr. de major. & obedient. l. ult.* junct. Gloſſ. *in verb. per quamcunque. C. qui legit. perſon.* Luc. de Penna. *in l. ult. in pr. C. de exact. tribut. lib. 10.* Et quidni verbis etiam expreſſis Miniſtros Eccleſiæ in prædictâ Conſtitutione Electorali comprehenſos diceremus,
7 † poſtquam expreſſum nominatur & id, quod generalibus comprehenditur verbis, Bartol. *in l. prætor ait, 20. §. interdictum hoc 1. num. 1. ff. de oper. novi nunciat. & in l. centurio. 15. numer. 4. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Henning. Göden. *conſil. 4. num. 10.* Alexand. *lib. 5. conſil. 71. num. 11. & 13.* Quo ipſo ex fundamento
8 † Nobiles quoque palinodiæ ſubjectos eſſe, dixi *in pract. crim. part. 2. quæſt. 96. n. 13.* Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 42. num. 9. verſ. ſed contrarium &c. part. 4.*
9 Quin & contra † Univerſitatem palinodiam obtinere, tradit Johann. Harppr. *in §. non ſolum. 11. n. 56. Inſtit. de injur.* Nam & Univerſitas perinde ut alius quisque privatus conveniri poteſt, Matth. Berlich. *part. 5. concl. 62. n. 20.*

Dixerit tamen aliquis, ſcandalum inde
10 metuendum Eccleſiæ, † cum infamia palinodiam ſequatur, *l. 1. verſ. injuriarum, ff. de his qui not. infam. l. lex Cornelia 5. §. ſi quis. 9. in fin. ff. de injur.* Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. injuria.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de his, qui notant. infam. num. 5. & part. 1. conſil. 22. num. 25.* quod nec aliter in foro Saxonico ſe habet, ut demonſtravi *in pract. crimin. dict. part. 2. quæſt. 94. num. 68. & ſeqq.* infamem autem ſacra tractare, religio non admittit. Sed † parum hoc obeſt, cùm judex 11
miniſtrum Eccleſiæ ad palinodiam condemnans, reo exiſtimationem honoris reſervare queat, prout dixi *in pract. crimin. dict. quæſt. 94.* & docent hoc Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 65. n. 5. verſ. attamen in ſentent.* Weſenbec. *dict. loc. num. 18.* Dan. Moller. *ad Conſtit. Elect. 42. num. 17. part. 4.* Joh. Harppr. *ad §. 10. n. 117. Inſtit. de injur.* † Ac 12
licet actione ad palinodiam miniſtri Eccleſiæ conveniantur, non ſtatim tamen hæc ſibi injungitur, ſed ſæpius in deprecationem Chriſtianam commutatur, per tradita à me *ſæpius citata quæſt. 94. n. 19.*

Quin & ipſimet Eccleſiæ miniſtri ad recantationem conventi declinare valent palinodiam, † ſi ante litis conteſtationem 13
propria ſponte coram judice ſeſe declarent ac profiteantur, ſe ab actore nil quicquam contra boni & honeſti viri officium commiſſum ſcire atque proferre poſſe, veluti cautela hæc obſervatur in Curiis provincialibus Electoratûs Saxonici, † quâ de 14
ſanctio extat expreſſa *in Ordininat. provintiali de anno 1549. tit.* Von Schmähe-Sachen. §. Würde ſich aber auch der Beklagte erbieten / daß er vor dem Hof-Richter und Beyſitzern von wegen der angezogenen Schmäh-Worte öffentlich ſagen wolte / er hätte dieſelben Worte nicht der Meynung / wie ſie von Klägern angezogen / und ihn zu ſchmähen von ſich geredet oder geſchrieben / ſondern diß oder jenes hätte ihn darzu verurſachet / und wüſte von Klägern nichts denn alle Ehre und Gutes: So ſol er weiter mit dem Eyde / oder ſonſt nicht beſchweret werden / ꝛc. Dan. Moller. *ad dict. Conſtit. Elect. 42. num. 32.* Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 60. num. 14.* Joach. à Beuſt. *ad l. nam poſteaquam. 9. §. ſi damnetur. ff. de jurejur. num. 18.* † Id- 15
que etiamnum hodie in viridi habetur obſervantia, nec p. r. *dict. Conſtit. Elect. 42.* eſt abrogatum, demonſtrante Berlichio, jam *allegata concluſ. 60. num. 15.* cujus beneficio reus in judicio Curiali injuriarum conventus palinodiam † effugere poteſt, ſe- 16
ſe ita declarando & deprecando. Ut ſic in poteſtate ferè ipſius ſit, recantationem in declarationem commutare, qua actor nolens contentus eſſe cogitur, nec admittendus, ſi actionem injuriarum proſequi velit: Quod tamen ſuas recipit limitationes, quas congeſſi *in pract. crim. part. 2. quæſt. 97. num. 16. & ſeqq.* Etſi verò prædicta Ordinatio judicia Curialia potiſ-

17 ſimum concernat, † quin tamen aliis quoque in judiciis obſervari debeat, ambigendum non eſt, ut demonſtravi *dict. quæſt. 97. num. 15.* vel ſaltem ex mente Sereniſſimi Saxoniæ Electoris, qui cauſas injuriarum abſque longis ambagibus & ſtrepitu judicii componere jubet *in proceſſ. judiciar. de Anno 1622. tit. 1.* §. Beſonders aber. † Imprimis verò in 18 actione injuriarum adverſus miniſtros Eccleſiæ ad palinodiam intentatâ vires obtinebit ſanctio illa propter reverentiam, quæ Miniſterio debetur.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ* Matthäus *F.* Klägern / den Pfarrer zu *B. Johann* 19 *S.* Beklagten am andern Theil belangende / *die 21. Jan. Anno 1628.* (*Verba Decreti:* Ob wol Beklagter der geklagten hefftigen *injurien* zur Nothdurfft überführet. Dieweil aber Kläger mit des Beklagten vor uns beſchehener *deprecation* und Erklärung / daß unbeſchadet ſeines Amts und Ehren er Klägern nichts denn Ehre / Liebes und Gutes nachzuſagen wüſte / vor dißmal uns zu Ehren und auf unſer Zureden zu frieden geweſen / und uns die Beſtrafung anheim gegeben; ſo laſſen wir es zwar dabey bewenden / und ſol der Strafe halber gebührliche Anordnung erfolgen. Es iſt aber Beklagtem hierneben angemeldet worden / da dergleichen *Exceſſus* mehr von ihme ferner verübet würden / daß er itzo alsdann / und dann als itzo ſeines Dienſtes verluſtig ſeyn ſolle / ꝛc.)

Item † *in cauſâ* Georg Balthaſar von F. zu D. Klägern an einem / deſſelben Pfarrer 20 Joachim S. Beklagten anders Theils betreffende / *die 11. Sept. Anno 1629.* (*Verba Decreti:* Ob wol Kläger wegen ſeines und ſeines Brudern / von Beklagten ausgeſtrichenen Ehren-Tituls auf eine *Revocation* hefftig getrungen; Dieweil aber Beklagter vermöge des *Conſiſtorii* zu Leipzig am 2. *Junii* dieſes Jahrs *publicirten* Abſchiedes allberit damals ſich gerichtlichen erkläret / daß er von Klagenden ſeinen *Collatorn* nichts anders / als Ehr und alles Liebes und Gutes wüſte / welches er Inhalts ermeldten *Conſiſtorii* am 4. dieſes Monats anhero gethanen Berichts / den *11. Julii* hernach mit dieſen Worten gerichtlich vermehret / daß es nicht *eo animo*, ihnen ihre Ehren-Titul dadurch abzuſchneiden / ſondern *calore iracundiæ*, und daß er durch den Zorn übereilet / geſchehen / derowegen gebeten / daß ſeine *Collatoren* ihme dieſes *condoniren* und verzeihen wolten; Als haben wir es bey ſolcher gerichtlich gethanen Erklärung allenthalben bewenden laſſen. So viel dann die verwirckte und von Klägern uns anheim geſtellte Strafe betrifft / dieweil Beklagter ſeinen Dienſt freywillig ſelbſt *reſigniret* / Klägere auch daſſelbe *acceptiret* / und um keine weitere Beſtrafung gebeten; So ſol dem *Superintendenten* von B. wegen Beſtellung der Seelſorge ſelbiges Orts / und ſonſten die Gebühr befohlen werden / ꝛc.)

Et † *in cauſâ* George W. zu S. Klägern an einem / und den Pfarrer daſelbſt *M. Ga-* 21 *briel G.* Beklagten anders Theils / *die 21. Maji Anno 1608.* (*Verba Decreti:* Dieweil beklagter Pfarrer des abgeſchlagenen Röhrwaſſers in keiner Abrede geweſen: So ſol er ſolches zwiſchen *dato* und nächſtkommenden *Bartholomæi* zum längſten wieder in vorigen Stand zu bringen ſchuldig ſeyn. Wegen geklagter *Injurien* aber / derer Beklagter ſich nicht erinnern wollen / ſondern daß er von Klägern als ſeinem lieben Gevattern nichts denn Ehre und Gutes wüſte / ſich erkläret hat / ſeynd ſie mit einander gütlich ausgeſöhnet worden / ꝛc.)

DEFINIT. CII.

Præcavere incumbit Magiſtratui Eccleſiaſtico, ne ex ſeditioſis miniſtrorum Eccleſiæ concionibus motus excitetur adverſus Magiſtratum.

SUMMARIA.

1. *Num miniſtri Eccleſiæ Magiſtratum pro concione redarguere poſſint?*
2. *Quidam id negant.*
3. *Rectius tamen hoc affirmatur.*
4. *Et quibus ex rationibus ac fundamentis?*
5. *Adducuntur hanc ad rem textus Biblici.*
6. *Impiè agunt, qui id negant.*

7. *Ma-*

7. *Major eſt poteſtas Spiritûs Sancti, quam Magiſtratûs.*
8. *Rei ſunt Majeſtatis divinæ, qui Magiſtratum hàc in re excipiunt.*
9. *Miniſtri Eccleſiæ limites officii excedere haut debent.*
10. *Prohibitæ ſunt conciones ſeditioſæ. n. 11.*
12. *Prævaveat judex Eccleſiaſticus, ne inde motus excitetur.*
13. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 Nolumus tueri partes eorum, qui Miniſtris Eccleſiæ ſilentium imponere haut erubeſcunt, ſi quicquam pro concione adverſus Magnates & Magiſtratum protulerint, eorumque vitia & peccata pro concione arguerint, veluti quidam politici opinantur, & reprehenſiones ejusmodi non parùm honori Magiſtratui debito repugnare, ejusque exiſtimationi detrahere, quin & ſeditioni anſam præbere
2 contendunt, † impudenter illud occinentes, quòd Amos quondam ægrè ſuſtinebat: Heus tu videns, abi, fuge in terram Juda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi, & in Bethel non adjicies ultra ut prophetes, quia ſanctuarium regium eſt & domus Regni, *Amos 7. verſ. 12. & 13.* Quibus
3 opponimus illud † Micheæ Prophetæ: Audite, Principes Jacob & Duces domûs Iſrael: Numquid non veſtrum eſt, ſcire judicium, *cap. 3 verſ. 1.* Et rurſus: Audite, montes judicium Domini & fortia fundamenta terræ, *cap. 6. verſ. 2.* Ac quor-
4 ſum † illud, quòd Deus præcipit Moſi: Ingredere & loquere ad Pharaonem Regem Ægypti, ut dimittat filios Iſrael, *Exod 6. v. 11.* Jeremiæ: Dic Regi & Dominatrici: Humiliamini, ſedete in terra. *Jerem 19. verſ. 19.* † Ezechieli: Factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, dic Regi Ægypti & populo ejus, *Ezech 31. verſ. 1 & 2.* Nonne Samuel objurgat Regem Saulem, *1. Sam. 15. verſ. 19.* Nathan Davidem, *2. Sam. 12. verſ. 9.* Elias Achabum, *1. Reg. 18. verſ. 18.* Eſaias Ezechiam, *Eſa 29. verſ. 6.* † Nimirum impiè agunt, qui officium miniſtrorum Eccleſiæ elenchticum ita conſtringere adnituntur, ut Magiſtratui ſit parcendum; cum tamen hic conſtituatur ex hominibus, qui labi, errare, decipique poſſunt; vicìſſim Spiritus Sanctus per miniſtros Eccleſiæ arguit mundum de peccato, *Johann. 16. verſ. 18.* † At major eſt poteſtas Spiritûs Sancti, quam potentiſſimorum Regum atque Principum, ut hinc non abs ratione exiſtimet Frider. Balduin. crimen læſæ Majeſtatis divinæ committi ab iis, † qui nihil durius in Magiſtratum, ſed merè placentia audire volunt, nec fidelem Eccleſiæ miniſtrum Magiſtratui, qui bona pars Eccleſiæ eſt, hoc in genere, ſi opus fuerit, parcere poſſe, *de caſib. conſcient. lib. 4. cap. 6. caſ. 7.* 8

Sed caveant miniſtri Eccleſiæ, ne limites officii excedant, † & redargutorium Spiritus Sancti officium in tribunitios clamores ad ſeditionem contra Magiſtratum excitandam comparatos degeneret, pii ſiquidem Miniſtri Eccleſiæ ſunt præcones converſionis, non tubæ ſeditionis, Joh. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſiaſt. §. 287. pag 465.* † Quod 10
jam dudum *in Receſſibus Imperii de anno 1530.* ſaluberrimè legitur prohibitum *in §.* Wir haben/ ꝛc. *verſ.* Die Prediger ſollen ſich mit ihren Predigen unſerm Abſchiede gemäß verhalten / und fürnemlich in ihren Predigen vermeiden und unterlaſſen / was zu Bewegung des gemeinen Manns wider die Obrigkeit / oder gegen einander zu verhetzen dienen oder Urſach geben möchte / und GOttes Wort nicht nach eines eigenen Willen / Nutzen / Neid und Hoffart / oder zu Verführung der unverſtändigen gemeinen Leyen predigen / darzu Stumpffierens / Schmähens und Läſterns ſich enthalten. Et † rurſus *in Receſſ. Imper. Spirenſ. de Anno 1542. §.* Damit 11
aber unter den gemeinem/ ꝛc. Frider. Hortleder. *de cauſ. belli german. lib. 1. fol. 32. n. 16.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ 2. cap 2. n. 8.*

Quod ſi ergò accidat, ut Miniſtri Eccleſiæ hòc præceptò neglectò, vocibus ſeditioſis invehantur in Magiſtratum, † eccleſiaſtico judici maximoperè incumbit, prævavere, ne motus excitetur, idque vel minis, vel pœnis transgreſſoribus indicendis; nec ulla hic trahi debet mora, ne ignis, qui facilè in cineribus extingui potuiſſet, in flammam proruat, ſtatumque eccleſiaſticum conſumat. 12

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ Hannibal à L.* Klägern an einem / deſſen Pfarrern zu D. Heinrich S. *die 23. Auguſti Anno 1609.* (*Verba Decreti:* Daß in der vor uns gepflogenen Verhör Hannibal von L. zu Z. über ſeinen Pfarrer zu D. Heinrich S. ſich beklaget/ob hätte derſelbe am fünfften Sonntage nach *Trinitatis* 13

jüngſt

jüngſthin / ohne Urſach und Anleitung des *Textûs*, auch vorgehende Warnung/ von der Cantzel ihn übel angezogen/ und dermaſſen abgemahlet/daß ſeine Unterthanen/ wer damit gemeynet/ wohl vermercken/ und von ſchuldigem Dienſt und Gehorſam verleitet werden können/ auch andere *Exceſſe* zuvor mehr begangen; Nun hat zwar der Pfarrer endlich nicht verneinet / daß er damals ſein Straf-Amt nach der Schärffe geführet/ und die Predigt etlicher maſſen wider den von L. gerichtet; Dieweil er aber doch ſich ſo hoch vermeſſen / daß ſein Vorhaben zu des Erb-Herrn Verkleinerung und Aufwieglung der Unterthanen nicht gemeynet geweſen / darneben ſich ausdrücklich erkläret / do der Sachen von ihme zu viel geſchehen / daß er ſeinen Irrthum bereuen / Abbitte thun / und die Zuhörer zu ſchuldigem Gehorſam von der Cantzel vermahnen wolle: So haben wir zu dieſem mal dem Pfarrer die Strafe erlaſſen / ernſte Verweiſung gethan / und bey Vermeidung anders Einſehens ihme unterſaget / daß er fürohin einen nüchtern und friedfertigen Lebens ſich befleißigen / die *gradus admonitionum* in acht nehmen / bey der Beichte und *Abſolution* keine *Privat*-Sachen einmengen / ſondern ſein Amt / vermöge geleiſteter *promiſſion* und *publicir*ter Churfürſtl. Kirchen-Ordnung verrichten ſol/ Immaſſen er auch vermittelſt gethaner Handgelobung uns und gedachtem von L. zugeſaget / und ſeynd darauf beyde Theile / ihrem Stande und Amte ohne Nachtheil und Verkleinerung / mit einander in gutem verglichen worden/ ꝛc.

DEFINIT. CIII.

Quem in finem adigendi quandoque ſunt miniſtri Eccleſiæ, ut exceſſum publicè agnoſcant, & mentem ſuam prævia adhortatione de præſtanda Magiſtratui obedientiâ pro concione declarent.

SUMMARIA.

1. *Non indulgendum concionibus ſeditioſis.*
2. *Ex quibus facile motus & ruina Reipublicæ excitari poteſt.*
3. *Quare iis obviandum à Magiſtratu eccleſiaſtico.*
4. *Etiam per publicam declarationem.*
5. *Quibus ex cauſis & fundamentis? n. 12.*
6. *Magiſtratui etiam iniquo reverentia eſt præſtanda. n. 8.*
7. *Funeſta omnis vox liberti contra Patronum.*
9. *Reges apud omnes gentes ſacroſancti habentur.*
10. *Omnis injuria Magiſtratui facta atrox eſt.*
11. *Scandalum datur concionibus ſeditioſis in Eccleſiâ.*
13. *Actus hic declarationis ſimillimus eſt deprecationi publicæ.*
14. *Eoq; miniſtri Eccleſiæ ſibi ipſis proſpiciunt.*
15. *Formula declarationis à Conſiſtorio Supremo præſcripta.*

1 NOn ergò eſt, quod judex eccleſiaſticus indulgeat miniſtris Eccleſiæ, limites officii excedentibus, & concionibus ſeditioſis populum ad motus & turbas adverſus Magiſtratum excitantibus: Ejusmodi ſiquidem conciones faciliimè ruinam Rei-
2 publicæ cauſari, † motus & ſeditiones excitare poſſe, ac ſæpius excitaſſe, teſtis eſt experientia, quia melius vatibus plebs, quàm ſuis paret ducibus. Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & Eccleſ. libr. 3. claſſ. 2. c. 2. n. 9.* Thuan. *lib. 1. hiſtor. pag. 16.* Quin & ſcandalum haut minimum conciones hæ in Eccleſiâ præbent; † Cui 3
obviare Magiſtratui eccleſiaſtico maximopere incumbit, non ſaltem mulctam indicendo Eccleſiæ miniſtris, ſed etiam populum admonendo de obedientiâ Magiſtratui debitâ, præſtandâ. Quem in finem haut raro injungi ſolet miniſtris Concionatoribus; † ut errorem publicè 4
agnoſcant, & pro concione mentem ac verba ſeditioſa explicent, ſi non planè revocent, quò auditores ad reverentiam & honorem Magiſtratui politico præſtandum excitentur.

Rectè omninò: (1.) † Cum proprium 5 ſit

ſit miniſtrorum Eccleſiæ, auditores exhortari ad pietatem & vitam Chriſtianam, cujus pars haut minima eſt, Magiſtratum revereri, etiam iniquum, exemplo Chriſti, qui non ſolùm coram iniquo judice ſtetit, ſed etiam Cæſari infideli tributum dare juſſit, *Matth.*
6 *22.* † & Jeremiæ, qui Regem impium Zedekiam Dominum ſuum appellitat, *Jerem. 37. verſ. 20.* Ita quoque Paulo quoad crudelitatem Imperator Romanus eſt leo, *2. ad Tim. 4. 17.* & nihilominus in causâ politicâ ad eum tanquam Dominum & Magiſtratum ſuum provocat, *Act. 25. verſ. 10. & ſeqq.* Ut
7 enim funeſta eſt † omnis vox liberti contra Patronum, *l. ſi quis ex C. qui accuſar. non poſſ.* ita & ſubditi in Magiſtratum, cui ſemper ſancta & honeſta debet videri perſona
8 Magiſtratûs, † etiam iniquiſſimi, *arg. l. 9. ff. de obſeq. à liber. & libert. par. & patr. præſt.* Matth. de afflict. *deciſ. 265. n. 28.* juxta illud: Etiamſi legum contemptor eſt, tamen pater eſt, *Novell. 12. cap. 2.* Quo pertinet Henrici III. Imperatoris Reſponſum, Hungaris contra Regem ſuum auxilium ſol-
9 licitantibus datum: † Reges apud omnes gentes ſuo jure ſacroſanctos eſſe oportere, Anton. Bonfin. *de reb. Ungar. decad. 2. lib. 2.* Nam omnes Dominum timentes honorant Magiſtratum ſuum, *Siracid. 10. verſ. 24.*
10 † ex quo in jure omnis injuria Magiſtratui facta atrox habetur, §. *atrox.* ubi Dd. *Inſt. de injur. l. Prætor edixit. §. ult. ff. eod. tit.* Bartol. *in l. non ſolum §. mandato ff. eod. tit.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. quæſt. caſ. 363. n. 5.* (2.) † Nec quisquam inficias ibit, 11
maximum ſcandalum concionibus ſeditioſis datum fuiſſe populo, quod rurſus removeri publicitùs intereſt, Andr. Scheffer. *part. 3. quæſt. 2. n. 2.* At quo medio commodiori id fieri poterit, quam ſi ipſimet miniſtri Eccleſiæ errorem agnoſcant, † confiteantur, & 12
populum, quem in reverentia præſtanda dubium fecerunt, ad obedientiam Magiſtratui debitam adhortentur, ut hinc non immeritò ipſis hoc ſit injungendum, ſi judici eccleſiaſtico ita viſum fuerit. (3.) Et ſimillimus eſt hic actus † deprecationi publicæ, de qua 13
diximus *ſupr. Defin. 82.* eam haut intermittendam fore, Frid. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 2. cap. 12. caſ. 3.* Johann. Saub. im Zucht-Büchlein. *in præf.* Mich. Haveman. *de jure epiſcop. tit. 10.* Ac certè hoc ipſo miniſtri Eccleſiæ, quos antea concionibus ſeditioſis ſeduxerant, non modo in viam veram reducunt, ſed etiam † ſibi ipſis proſpi- 14
ciunt, ſiniſtram ſuſpicionem de ſe avertentes, & reconciliati Eccleſiæ conſcientiam ſuam pacatam reddentes, quare medium id nequaquam detrectare debent.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ H. à L. contra H. S.* Pfarrern zu D. *formulam* 15
Declarationis poſt habitam concionem è ſuggeſtu publicè prælegendam decrevit, die 24. Auguſti Anno 1609. hiſce ferè formalibus: Geliebte in dem HErrn Chriſto/ auf Anordnung eines Ehrwürdigen Ober-*Conſiſtorii* ſol Euer Liebe vermeldet werden/ daß daſelbſt nächſt verſchienene Mittwoch unſer *Collator* und Erb-Herr/ der Edle/ Geſtrenge und Ehrenveſte/ Hannibal von L. zu G. ſich über mich beklaget/ ob hätte am 5. Sonntage nach *Trinitatis* jüngſthin Seine Geſtr. ohne Urſache/ Anleitung des *Textûs* und vorhergehende Verwarnung ich von dieſer Cantzel übel angezogen und dermaſſen abgemahlet/ daß wer damit gemeynet/ ihr ſeine Unterthanen wohl verſtehen/ und dadurch von ſchuldigen Dienſten und Gehorſam verleitet werden können; Derowegen gebeten/ mich dahin zu halten/ daß ich meinen Fehl bekennen/ ihme Abbitte thun/ und an einen andern Ort *translociret* werden möchte. Nun weiß ich mich zwar zu erinnern/ daß ich damals mein Straf-Amt nach der Schärffe geführet/ und ziemlich weit gegangen bin. Dieweil aber ſolche Predigt zu Verkleinerung unſers Erb-Herrn und Aufwieglung Seiner Geſtr. Unterthanen von mir keines Weges gemeynet geweſen/ ſo ſeynd wir beyde vor einem Ehrwürdigen Ober-*Conſiſtorio* mit einander wiederum ausgeſühnet/ und zu Grunde verglichen worden; Derowegen da iemand unter euch meine Predigt anders verſtanden/ der wolle hiermit eines beſſern unterrichtet/ und zu ſchuldigem Gehorſam gegen unſern Erb-Herrn fleiſſig vermahnet ſeyn. GOtt der Allmächtige wolle fürohin uns allerſeits mit dem Geiſt ſeines Friedens gnädiglich regieren/ auch für übel und böſen Aergerniß väterlich behüten um JEſu CHRJSTJ ſeines lieben Sohnes willen/ Amen.

Definit. CIV.

Officii ſui erga Miniſterium auditores ſunt admonendi è ſuggeſtu, ſi miniſtri Eccleſiæ poſt ſcandalum datum reconciliati ad functionem eccleſiaſticam rurſus admittantur.

SUMMARIA.

1. *Vita miniſtrorum Eccleſiæ cum doctrinâ correſpondere debet.*
2. *In eligendo novo Parocho vitæ inculpatæ habenda eſt ratio.*
3. *Ne ex diſciplinæ neglectu Religio patiatur naufragium.*
4. *Adducitur hanc ad rem Ordinatio eccleſiaſtica Elect. Sax. n. 5.*
6. *Miniſtri Eccleſiæ pravâ vitâ alios ſeducunt.*
7. *Scandalo omnibus modis obviandum. n. 8.*
9. *Publicâ admonitione ſcandalum à Miniſtris Eccleſiæ datum expiari debet.*
10. *Quibus ex cauſis & fundamentis? n. 13.*
11. *Gravius habetur crimen, à miniſtro Eccleſiæ quàm ab alio commiſſum.*
12. *Admonitio publica eſt inſtar deprecationis eccleſiaſticæ.*
14. *Scandalum publicè datum publicè quoque removeri debet.*
15. *Reſcriptum Electorale.*

1 Pulchrum & ad Eccleſiæ ædificationem maximè proficuum eſt, vitæ regulam correſpondere cum doctrinæ normâ, *1. ad Tim. 3. verſ. 2. & ſeqq. can. ſacerdos. 3. quæſt. 7. can. præcipuè. 11. quæſt. 3.* ne corrigenti objiciatur correctio, & qui alios in vita informare debet, ipſemet informatione habeat opus. Marſil. Patavin. *in defenſ. pac. part. 2.*
2 *cap. 8. pag. 75.* † Ex quo in eligendo novo Parocho non ſolum eruditionis & doctrinæ, ſed imprimis quoque vitæ habenda eſt ratio, ut inculpatæ ſit converſationis, ac non ſolum voce & doctrinæ puritate, ſed etiam exemplo & vitæ integritate
3 præluceat ſuis ovibus, † ne ſi diſciplinæ gubernaculum negligatur, religio patiatur naufragium. *cap. accedentes. extr. de ſtat. monach.* Wintzler. *de jurisdict. epiſcop. germ. tit. 11. n. 1.* Quod & ſatis innuunt ver-
4 ba *Ordin. Eccleſiaſt. in* † *Electoratu Saxon. ſub Rubr.* Vom Beruff der Kirchen-Diener. *fol. 88. §.* Zum vierdten. *ibi:* Eines erbarn Chriſtlichen Lebens und Wandels; *Et ſub Rubrica* vom *examine* aller Kirchen-Diener. §. Zum vierdten. *fol. 89. ibi:* Sollen ſie nicht weniger fleißige Kundſchafft
5 ſeines Lebens und Wandels haben. † Nec non *in art. gener. 16. fol. 337. ibi:* Sondern auch in ihrem Leben und Wandel ſich in Worten / Wercken / Geberden / Kleidungen und allen andern erbarlich / gegen månniglich freundlich / zůchtig / beſcheiden und demůthig verhalten.

Nec enim miniſtri Eccleſiæ licentioſè nimis viventes & affectibus pravis indulgentes ſibi ſolis nocent, † ſed etiam audi- 6
tores & parochianos fidei ſuæ commiſſos ſeducunt, iisque ſcandalum longè maximum præbent, in quo avertendo pii Magiſtratus nunquam non ſolliciti fuêre, imprimis verò Saxoniæ Electores Sereniſſimi, † ut patet ex verbis *allegati art. 16. in* 7
princ. verb. Und in allen Chriſtlich und alſo verhalten / daß ſie månniglich / ſonderlich aber ihren Pfarrkindern keinen Anſtoß noch Aergerniß geben / ſondern dermaſſen mit gutem Exempel vorgehen / daß die Pfarrkinder und ſonſten månniglich denſelbigen mit Luſt und Frucht ſeliglichen und ohne Aergerniß folgen mógen. Quæ ſollicitudo tantò magis neceſſaria, quantò † fortiori conatu diabolus 8
inſidias ſtruit miniſtris Eccleſiæ, benè gnarus, horum vitiis & peccatis feneſtram delinquendi auditoribus aperiri; ut hinc Magiſtratus totis viribus laborare debeat, quò ſcandalo huic obvietur, aut ſi ex pravitate morum à miniſtris Eccleſiæ per crimina commiſſa datum jam fuerit, rurſus removeatur.

Quem in finem † poſt criminis ex- 9
piationem factamque reconciliationem, ſi miniſtri Eccleſiæ rurſus ad functionem admittantur, auditores officii ſui erga Miniſterium publicè ex ſuggeſtu admoneri quandoque ſolent, ut infirmitatibus eorum condonent, nec ſe offendi inde pati-

patiantur, quò minus verâ pietatis viâ ingre-
10 diantur. Rectè omninò: (1.) † Ut tan-
tò major habeatur ratio & cura in removen-
do ſcandalo à miniſtris Eccleſiæ dato, quan-
tò turpius eſt peccatum debentis docere,
quam doceri, Marſil. Patavin. *in defenſ. pac. part. 2. c. 8. pag. 75.* Veluti hinc ſumtuoſior
11 præſcribitur † hoſtia pro peccatis Sacerdotis,
quàm aliorum, *Levit. 4. verſ. 3. & ſeqq.* ubi Oſiand. *in gloſſ. numer. 1.* Johan. Azor. *inſt. moral. lib. 6. cap. 26. part. 1.* quin & in lege Dei Sacerdotis filia in ſtupro deprehenſa graviùs puniebatur, & flammis exurebatur, *Le-*
12 *vit. 21. v. 9.* (2.) † Eſtque admonitio ejusmodi inſtar deprecationis publicæ, quæ multùm à Theologis commendatur, nec uſu recepta facilè omitti debet, ſiquidem per hanc pœnitentes Eccleſiæ reconciliantur, tutamque & pacatam reddunt ſuam conſcientiam, *ſupr. Defin. 82.* Johan. Gerhard. *in loc. theolog. tom. 3. pag. 732.* Ergò nec actus publicæ admonitionis, † quo 13
miniſtri Eccleſiæ animas ſuas liberant à pœnâ ſcandali, quod toti Eccleſiæ datum, haut quaquam parvi æſtimandus eſt, ſiquidem Chriſtus etiam unum ex minimis offendenti melius eſſe judicat, ſi in mari ſubmergeretur, *Matth. 18.* (3.) Et quid æquitati
convenientius, † quam ut quod publicè 14
datum eſt ſcandalum, id publicè etiam removeatur: vel quod in foro ac facie Eccleſiæ perpetratum, parili modo aboleatur? Nec enim ſufficit, Magiſtratui tantummodo vel privatis quibusdam à delinquente ſatisfactum fuiſſe, ſed etiam cum Eccleſia in gratiam eſt redeundum, ut quæ pariter offenſa fuit, id, quod vix aliter, quàm publicâ fieri poterit admonitione.

Ita † Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi die 28. Novemb. Anno 1627. 15
(*Verba Reſcripti:* Demnach vor uns *M. Michaël. M.* Pfarrer/ und *Chriſtianus H. Archidiaconus* zu F. derer gegen einander begangenen *exceſſen/dato* mit einander/ ihrem Amt/und ihnen und den Ihrigen an ihren Ehren ohne Schaden/ verglichen und ausgeſühnet/und darauf der bishero angeordneten *ſuſpenſion ab officio* wieder entnommen und *liberi*ret worden; Als iſt hiermit an ſtatt Seiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren/ Ihr wollet euch unverzüglich nach F. begeben/allda eine erbauliche Predigt halten und *in genere* ausführen/wie der böſe Feind nicht unterläſſet/Inſonderheit unter den Geiſtlichen je bisweilen Widerwärtigkeit anzuſtifften. Darneben wollet ihr auch bewegliche Urſachen anzeigen/ um derer willen ſich Chriſtliche Zuhörer nicht ärgern ſollen/ wann etwan bey ihren Seelſorgern Menſchliche Schwachheiten mit unterlauffen / und ſolches aufs allerkürtzeſte/ auch ohne ſtachlichte und anzügliche Worte/ auf gegenwärtige Sache *applici*ren/ und die Gemeinde vermahnen/ daß ſie ihrem ordentlichen Seelſorger ins künfftige gebührenden Gehorſam und Ehrerbietung erzeigen ſollen: Wie ihr dann auch beydes dem Pfarrer und *Archidiacono* das bishero geſchloſſene Amt alſobald wollet wieder öffnen / und ſie zu Verrichtung des Gottesdienſtes kommen laſſen. Und weil aus den *Act*en ſo viel zu befinden/ daß die Pfarrerin des gantzen hochärgerlichen Streits und Unweſens Urheberin und Anfängerin geweſen/ wir aber ihren verübten Frevel und begangene *Exceſſe* ungeſtraft hingehen zu laſſen nicht gemeynet/ auch wol Urſache hätten / eine ſchärffere Strafe gegen ſie vorzunehmen; So haben wir doch zu dieſem Mal ihr 20. Thaler in die Kirche zu F. zu geben *decreti*ret und erkennet / welche ihr auf vorhergehenden ernſten Verweiß gedachter ihrer groſſen *Exceſſ*en/ und gebührlicher Verwarnung/ daß ſie ins künfftige bey Vermeidung anderer Beſtrafung dergleichen nicht ferner beginnen ſolle/ eheſt von ihr einzubringen/der Kirchen zuzueignen/ und uns/ wie ihr dieſes alles verrichtet/ auch was dabey vorgangen / unſäumlich zu berichten wiſſen werdet/ 2c.)

DEFINIT. CV.

Propter inimicitiam & diſcordiam cum Paſtore nemini permittendum eſt exercitium Religionis ſive cultûs divini in cœtu alieno.

SUMMARIA.

1. Cultus Dei externus in quo conſiſtat?
2. Num exercitium ejus propter diſcordiam cum Paſtore in alieno cœtu ſit permittendum?
3. Deciſio negativa: & quæ rationes decidendi?
4. Vocatio Parochi ad cœtum alienum ſe non extendit.
5. Absque vocatione legitimâ nemo ſuſcipiat functionem eccleſiaſticam.
6. Adducitur hanc ad rem Ordinatio eccleſiaſtica Electoralis Saxonica.
7. Quilibet proprio ac ordinario Paſtori debet confiteri peccata ſua.
8. Idem concluſum in Concilio Carthaginenſi III.
9. Magna oritur confuſio ex mutatione Parochi. n. 10. 11.
12. Quid hâc de re jus velit canonicum?
13. Juſtâ ex causâ permittitur cultus divinus in alieno cœtu.
14. Diſcordia inter Paſtorem & auditores inter cauſas juſtas non referenda.
15. Nemo lites inter Paſtorem & oviculas alere debet.
16. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.
17. Ejusdem Decretum.

1 EX reverentiâ & devotione erga Deum internâ externus oritur Dei cultus, qui devotionem animi verbis & operibus prodit. Nihil enim hic aliud eſt, quàm exercitium veræ pietatis, ſeu juxta uſitatiſſimam vulgi conſuetudinem, Religionis exercitium, quod conſiſtit in congreſſuum publicorum conſervatione, auſcultatione verbi, precibus publicis, & uſu Sacramentorum, Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 2. cap. 6.* Idque ita inſtituendum, ut certo quisque cœtu comprehendatur, inque eo Deum colat.
2 † Unde quæritur, num parochianus propter diſcordiam & inimicitiam, quæ inter eum & Parochum cœtûs ſui exiſtit, alibi & in cœtu alieno ad cultum divinum & uſum Sacramentorum ſit admittendus?

Quod ut negemus, urgentiſſimæ nos
3 cogunt rationes: (1.) † Ex quo enim *ſupr. part. 1. Defin. 86.* diximus, Paſtoribus Eccleſiæque miniſtris fas haut eſſe, extra ſuam diœceſin actus exercere miniſteriales, Johan. Gerh. *in loc. de miniſt. eccleſ. §. 117.* hoc ipſo etiam probatum eſt, alterius Paſtoris auditores & parochianos ad confeſſionem, abſolutionem & communionem alibi haut fore admittendos, quia utroque in caſu eadem militat prohibitionis ratio, quæ in eo con-
4 ſiſtit, † quòd vocatio Parochi ad alterius Paſtoris diœceſin ſe non extendit, ſed quilibet uni ſaltem Eccleſiæ ac cœtui eſt præfectus, *Act. 20. v. 28.* Quemadmodum
5 igitur absque † vocatione legitima functio Eccleſiaſtica à nemine eſt ſuſcipienda, *Rom. 10. v. 14.* Frider. Balduin. *de inſt. miniſtr. cap. 6.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 1. n. 15.* ita nec alterius loci parochianos Paſtor ad cultum Dei admittere debet, ſiquidem horum
6 intuitu nullam habet vocationem. (2.) † Idque expreſſè ſancitum *in Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. art. gen. 8. §. ult.* ibi: Es ſol auch kein Pfarrer oder Kirchendiener iemands / der in ſeine Pfarre nicht gehörig / das hochwürdige Sacrament ohne Erlaubniß des Superintendenten reichen. Quod in provinciis Electoratûs Saxonici ſpeciale non eſt, ſed in jure etiam canonico proviſum, † ut quilibet proprio Sacer- 7
doti confiteatur ſua peccata; ſi quis verò alieno Sacerdoti voluerit juſtâ de causâ confiteri, debeat prius licentiam à proprio Sacerdoti poſtulare & obtinere, *cap. omnis. extr. de pœnit. & remiſſ.* † Atque hinc in Conci- 8
lio Carthaginenſi III. decretum legitur, ut à nullo Epiſcopo uſurpentur plebes alienæ, nec aliquis Epiſcoporum ſupergrediatur in diœceſi ſuum collegam, Balduin. *de caſ. conſ. lib. 4. cap. 9. caſ. 5.* (3.) † Non certè absque 9
ratione: ſiquidem ex permutatione hac non poteſt non ſuſpectus reddi Paſtor ordinarius, qui deſeritur, quaſi officium ſuum non pro dignitate adminiſtret. Quin & ſcandalum inde præbetur aliis, & licentia peccandi introducitur, † dum enim auditores ab 10
uno ad alium vagantur Paſtorem, nemo accuratam ipſorum curam habet, nemo etiam vitia ipſorum liberè valet taxare, cùm ſemper metuendum ſit, ne denuò hoc Paſtore deſertô alium quærant, Balduin. *de caſ. conſ. lib. 2. cap. 10. caſ. 5.* † Quo & reſpiciunt ver- 11
ba *Ordin. Eccleſ.* In Anſehung / daß zun öfftermal viel und mancherley Unrichtigkeit daraus erfolget. *in alleg. art. gen. 8. ult.* (4.) † Ex quâ ipsâ etiam causâ jus ca- 12
nonicum præcipit Presbyteris, ut dominicis vel feſtivis diebus ante celebrationem Miſſæ interrogent plebem, num alterius parœcianus ſit in Eccleſiâ, qui propriò contemptô Presbyterô ibi velit Miſſam audire, quem ſi invenerint, ſtatim ab Eccleſia abjiciant, *cap. ut dominicis. 2. extr. de parochiis & alienis parochianis.*

At

13 At nonne † juſtâ ex causâ in loco & cœtu quoque alieno quis ad cultum DEI eſt admittendus, veluti ſi peregrinis in locis hoſpitetur, aut infirmâ valetudine in itinere obruatur? Ita ſanè eſt, nec caſibus hiſce miniſterium verbi & Sacramentorum cuiquam denegari debet, ſcilicet quia neceſſitas
14 legem non habet, Balduin. *dict. caſ. 5.* † Sed diſcordia cum Parocho ordinario nequaquam caſum neceſſitatis facit, nec juſtam cauſam præbet; quin potiùs per ſe punibilis eſt. Eoque minùs tùm permutatio ejusmodi Paſtoris ordinarii permittenda, quia nemo † lites inter Paſtorem & oviculas ſuas a- 15
lere, ſed potiùs præſcindere debet, & adhortari auditorem, præſertim contumacem, ut odium deponat, & cum Paſtore ſuô reconciliationem admittat, juxta monitum Chriſti, *Matth. 5. v. 24.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Oſſitienſi die 13. Dec. Anno 1618.* (*Verba Re-* 16
ſcripti: Wir haben euern Bericht/welcher Geſtalt der Pachtmann zu W. Hans George von T. wegen noch währenden Irrungen zwiſchen ihm und ſeinem Pfarrer daſelbſt bey euch um Beichthörung angehalten/und ihr euch deßwegen zu *informi*ren bitten thut/verleſen hören. Wann dann ſolches *extra caſum neceſſitatis* wegen allerhand daraus erfolgenden Aergerniſſen nicht bräuchlich noch zuläßlich; Als begehren wir an ſtatt/ꝛc. Ihr wollet gedachten von T. an ſeinen ordentlichen Pfarrer weiſen/und daran ſeyn/damit die jüngſt-anbefohlene *Commiſſion* förderlichſt verrichtet/und die Partheyen dermaleinſten in der Güte mit einander verglichen/und durch billiche Weiſung entſchieden werden mögen/ ꝛc.)

Et † *in causâ* den Pfarrer zu *S. Johann S.* Klägern an einem/ Georg Rudolphen von 17
K. Beklagten anders Theils belangende/ *die 7. Novembr. An. 1617.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter von K. der geklagten Gräſerey und Miſtfuhren halber unſerm am *1. Auguſti Anno 1615.* gegebenen Abſchied nachzukommen / auch des Ackerlohns/ſo wol Kraut und Rüben wegen/gegen den künfftigen *Paſtorn* dermaſſen ſich zu bezeigen/daß man damit wohl zufrieden ſeyn ſolle/und ſolches alles *immatriculi*ren zu laſſen/zugeſaget; So bleibet es darbey billich. Dem Pfarrer aber iſt nach gethaner Abbitte ſeine gebrauchte Unbeſcheidenheit nochmals in Ernſt verwieſen/ und zu ſeiner *translocation* unverzügliche Mittel vorzuſchlagen: Hierzwiſchen auch gegen den von K. friedlich und ehrerbietig ſich zu verhalten/auferleget worden/damit es in deſſen Verbleibung anderer Anordnung nicht bedürffe. Es ſol aber auch der von K. mit Anhörung der Predigten/und dem Gebrauch der Hochwürdigen Sacramenten/ vermöge Churfürſtl. Sächſ. Kirchen-Ordnung/ von dem Pfarrer zu S. als ſeinem ordentlichen Seelſorger nicht abſetzen / ſondern ſo lange er dieſes Orts ſeyn wird/ihn dafür zu halten ſchuldig ſeyn. Darnach ſich beyde Theile zu achten/ ꝛc.)

DEFINIT. CVI.

Collatori tamen ſeu Magiſtratui in pluribus parochiis habenti jus patronatûs, quocunque in cœtu velit, cultum divinum exercere fas eſt.

SUMMARIA.

1. *Collatores quandoque poteſtatem in Parochos ſibi arrogant.*
2. *Jus patronatûs cum poteſtate epiſcopali haut confundendum. n. 9.*
3. *In quonam jus patronatûs conſiſtat?*
4. *Caveant Parochi, ne anſam dent rixæ.*
5. *Num Magiſtratus alieno in cœtu cultum poſſit exercere divinum?*
6. *Deciſio negativa. n. 10.*

7. Magiſtratus ſunt nutritii ſimul & oves Eccleſiæ.
8. Ratio ac fundamentum decidendi. num. 13.
11. Magiſtratus & Collatores etiam ſunt parochiani.
12. Eccleſia triplici conſtat ſtatu.
14. Conſiſtorii Supremi Decretum.
15. Ejusdem Sententia.

1 INiqui ſæpiùs exiſtunt Nobiles ac Magiſtratus ſeu Collatores, jus ac poteſtatem in Parochos ſibi arrogantes, iisque imperantes, non aliter ac ſi eorum ſubditi eſſent. Quo ipſo, ſi præſertim Paſtores ex ſimplicitate vel metu pareant, non parùm jus
2 patronatûs † cum poteſtate Epiſcopali confunditur, aut ſi hoc facere detrectent, multum contentionis ac rixæ non ſine ſcandalo Eccleſiæ hinc oritur, cui in tempore obvian-
3 dum. † Conſiſtit namque jus patronatûs in ſolâ vocatione ac præſentatione miniſtri Eccleſiæ vel Paſtoris ad ordinandum & inſtituendum ab Epiſcopo, *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. ſub tit.* Vom Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. *§.* Zum vierdten/ *fol. 88.* in qua Patronus ſubſiſtere debet. Nec parere neceſſe habet Parochus,
4 ſi limites hujus juris Collator excedat, † modeſtè tamen agere debet, ne cauſam det rixæ & diſcordiæ, quam inter Patronos & Paſtores non rarò exiſtere videmus, quod
5 certè deplorandum. Ex quo fit, † ut Magiſtratus prærogativam aliquam ſibi perſuadens, relictô Paſtore ordinario ad alium ſæpè ſe conferat cœtum, communionem & uſum ſacræ Cœnæ petens. In quò ſane fallit,
6 nec † quod aliis parœcianis prohibitum, *Defin. præced.* ei permiſſum cenſetur, quia & ipſemet parochianus eſt in cœtu ſuo. Etſi enim Magiſtratus & Principes dicantur nutritii Eccleſiæ, Frid. Balduin. *de inſt. miniſtr. cap. 6. pag. 49.* Henr. Eckard. *de ordinat. eccleſ. fol. 90.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 6. numer.*
7 *16.* † attamen ſimul oves etiam ſunt, qui ſe totos Paſtoribus committere debent, ceu Eccleſiæ membra, Hugo Grot. *in piet. Ordin. Holland.* Et unde prærogativa Collatoribus, † cùm factâ præſentatione nullum porrò jus ac poteſtas in Paſtores Eccleſiæque miniſtros ipſis competat, non certè eos reformandi, judicandi ac deſtituendi, *cap. præterea. 4. cap. quod autem. §. ult. cap. conſuluit. 15. extr. de jur. patron.* Garſ. Maſtrill. *deciſ. 31. num. 12.* ſed pertinet † hoc ad Epiſcopum, vel eum, qui jura epiſcopalia habet atque exercet. *cap. nullus 16. quæſt. 7.* Reinking. *dict. claſſ. 1. cap. 9. num. 38.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 17. n. 32.* Erneſt. Cothman. *Reſponſ. Academ. 29. n. 141.* 8 9

Non † ergò eſt, quòd permittatur Collatoribus vel Magiſtratui ob rixam & diſcordiam, quam cum Paſtore ſuo fovent, alieno in cœtu cultum exercere divinum, ac Sacramento uti, ſecundum tradita *Defin. præced.* Sed hoc ita, ſi non forſan plurimis in parochiis jus ipſis competat patronatûs. † Hoc enim caſu in omnibus iis cœtibus ſunt parochiani: quid ergò obſtat, quominus in iisdem pro lubitu cultum exerceant divinum, & ad communionem accedant? Ex quo enim triplici ſtatu conſtat Eccleſia, † populari, eccleſiaſtico, & politico, unde etiam vocatio miniſtrorum Eccleſiæ populi pariter, Cleri & Collatoris ſeu Magiſtratûs conſenſum requirit, Joh. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſ. ſect. 7. in pr.* Frid. Balduin. *dict. cap. 6. pag. 49.* Chriſt. Beſold. *de majeſt. ſect. 2. cap. 4. in pr.* Hugo Grot. *in piet. Ordin. Holl. fol. 56.* † hoc ipſo Magiſtratus ſeu Collatores quibusvis in cœtibus ſunt comprehenſi, & pro veris habendi parœcianis, quibus denegari haut debet uſus ſacræ Cœnæ. 10 11 12 13

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ N. S. contra* ſeinen Pfarrer *N. N. die 31. Mart. Anno 1615.* (*Verba Decreti*: So viel aber die von Klägern und ihren Erb-Herrn wider den Pfarrer angebrachte *Injurien* belanget/ derer der Pfarrer allerdings nicht in Abrede geweſen/ auch gutes Theils *in continenti* mit ſeinem Schreiben überführet worden/ dieweil von beyden Theilen auf die *Remotion* gedrungen / von uns aber deme von S. andere Mittel/ welche er in Bedencken genommen/ vorgeſchlagen worden; Als iſt dieſer *Punct* von uns auf eine Monats-Friſt *ſuſpendiret*/ und wann des von S. Erklärung einkommen/ ſol derowegen gebührliche Anordnung erfolgen: Immittelſt aber dem Pfarrer gegen männiglich ſich friedfertig zu erzeigen auferleget/ ſo wol deme von S. und ſeinem Weibe auf ſeinen andern Gütern der *Communion* ſich zu gebrauchen verſtattet und nachgelaſſen ſeyn. Darnach ſich die Partheyen allerſeits zu achten/ 2c.) 14

Et

Et † *ad requiſitionem D. à T. die 27. Maji Anno 1609.* (*Verba Sentent:* Habt ihr/euer 15
Eheweib und Haußgeſinde bis anhero in der Kirchen auf euerm Dorffe O. den Gottesdienſt gepflogen/und daſelbſt das Heilige Abendmahl gebrauchet; Anitzo aber ſeyd ihr gemeynet/euch auf euer ander Dorff nach M. zu wenden / und daſelbſt in der Kirchen des Gottesdienſts zu pflegen/und euch nebenſt den Euzigen des Heiligen Nachtmahls zu gebrauchen. Ob nun wol ſonſten dergleichen Aenderung nicht leichtlichen zuläßlichen: Dafern aber dennoch auf euerm Dorffe M. euch gleichfalls das *jus patronatûs* zuſtändig; ſo möchte euch daſelbſt der Gebrauch des heiligen Abendmahls nicht verwehret werden/ V.R.W.)

DEFINIT. CVII.

Non indulgendum miniſtris Eccleſiæ, ut ex odio & affectu privato cuiquam denegent abſolutionem & uſum ſacræ Cœnæ.

SUMMARIA.

1. *Miniſtri Eccleſiæ præ aliis ſint virtutibus ornati & moribus graves.*
2. *Ne ſancta Dei profanentur, & ſcandalum in Eccleſiâ detur.*
3. *Magis tamen hi ſæpius affectibus indulgent.*
4. *Ex affectu & odio privato nemini ſacra denegare debent.*
5. *Quibus ex rationibus & fundamentis?*
6. *Scandalum vitandum & ab Eccleſiâ removendum.*
7. *Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Electoralis Saxonica. n. 8.*
9. *Delicta haut debent eſſe impunita.*
10. *Impœnitentes non admittendi ad ſacram Cœnam. n. 11.*
12. *Nemo poteſt eſſe judex in propriâ causâ.*
13. *Sacra ſecundùm privatam ſcientiam diſpenſari non debent.*
14. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 QUantumvis miniſtros Eccleſiæ deceat præ cæteris ornatos eſſe virtutibus, graves moribus, humanos, reconciliabiles, ac inculpatos quoad vitam & exemplarem converſationem, *Novell. 6. cap. 1. Novell. 23. cap. 1. & cap. 12. can. qui Epiſcopus. 2. diſt. 23. cap. cùm in cunctis. 7. extr. de elect. cap. grave. 29.*
2 *extr. de præbend.* † ne per eos ſancta Dei profanentur, *Rom. 2. verſ. 13. 1. ad Corinth. 9. v. ult. Novell. 57. cap. 2.* vel ſcandalum auditoribus & populo præbeatur, Garc. *de benefic. part. 7. cap. 8.* Joh. Aloyſ. Riccius.
3 *deciſ. Neapolit. 133. num. 1.* † experimur tamen, proh dolor! ſæpè magis hoſce affectibus & odio indulgere, non ſine ingenti Eccleſiæ ſcandalo, usque adeò, ut eis, quos odio proſequuntur, & à quibus ſe offenſos contendunt, abſolutionem & uſum ſacræ Cœnæ
4 denegare haut vereantur. † Peſſimè omninò, nec impuniti manebunt, quicunque hoc
5 fecerint: (1.) Scire ſiquidem deberent, † in ſacris tractandis non ipſorum cauſam agi, ſed Dei negotium ſanctiſſimum expediri, cujus nomine & mandato in abſolutione & adminiſtratione Sacramentorum agunt, quicquid agunt. Quo jure igitur ſua ſacro huic officio immiſcebunt? quo prætextu ex odio privato denegabunt ſacra, quæ pœnitentibus conferri juſſit? quo titulo forenſia tractabunt ſacris occupati? Neutrum † ſanè 6
abſque ſcandalo fiet, quod ut ab Eccleſia removeatur, omnibus modis laborandum, Jacob. Menoch. *remed. 1. de recuper. poſſeſſ. n. 319. & ſeqq.* Brun. *conſil. 12. num. 189.* Aym. Cravett. *264. num. 7. & conſil. 294. n. 8.* tantum abeſt, ut inductio ejus ſit permittenda.

(2.) † Atque hoc ipſum non obſcurè 7
deciſum legimus *in Ordinat. Eccleſ. Elector. Saxon. artic. general. 8. §. item* ſo offt etliche Perſonen der *Communion* begehren/ ſollen dieſelbigen nicht aufgehalten / ſondern nach Chriſti Befehl ihnen gegeben/ und die *Communion*, wie ſie durch des HErrn Chriſti Befehl verordnet iſt/ gehalten werden. † *Et art. 10. in pr. verſ.* 8
Denn von der heiligen Tauffe und heiligem Abendmahl / wie auch von der heiligen *Abſolution* niemand abzuhalten.

Ccccc 3 *Nec*

Nec non. §. Wann aber die Obrigkeit. *verſ.* Dann der Kirchendiener Gewalt ſich weiter nicht erſtrecket/ denn wie ſie Befehlich haben/ den Unbußfertigen ihre Sünde zu behalten: Alſo ſeynd ſie auch hinwiederum ſchuldig/ einen ieden bußfertigen Sünder/ ſo ſeine Sünde erkennet/ auf ſein Bekäntniß zu *abſolvi*ren.

9 (3.) † Contra hoc ergò ſi fecerint, limites mandati egrediuntur, atque hoc ipſo mulctam merentur; nec enim delicta impunita eſſe debent, *l. Stichum aut Pamphilum. ff. de ſolut. l. qui ſervum. 20. in princ. ff. de interrog. in jur. fac.* Vincent. de Franch. *deciſ. Neapol. 98. n. 2.*

10 (4.) † Nec eſt quòd miniſtri Eccleſiæ illos, à quibus ſe offenſos dicunt, inter impœnitentes referant, quos nequaquam ad ſanctam Euchariſtiam admittere licet ob ſummum, quod iis imminet, periculum, & ne indignè edentes ac bibentes damnationem ſibi ipſis edant ac bibant,
11 *1. Corinth. 11. verſ. 29.* † quò & facit clara ſanctio Electoralis *in Ordinat. Eccleſiaſt. artic. gener. 7.* §. Es ſollen aber die *Paſtores &c. verſ.* Die aber in ihren Sünden unbußfertig verharren/ und ſich nicht beſſern wollen/ ſollen zur *Communion* nicht zugelaſſen werden/ 2c. Id enim ſi miniſtri Eccleſiæ prætendant, hoc ipſo affectu, quo uſum ſacræ Cœnæ denegant, eos pro indignis habent. † Nimirum in propriâ cau- 12
ſa judex nemo admittitur, *l. Julianus. 17. ff. de judic. l. qui jurisdictioni. ff. de jurisdict. omni. judic. l. un. C. ne quis in ſuâ cauſ.* Joh. Petr. Surd. *conſil. 50 num. 9* Franc. Vivius *deciſ. 223. num. 2. & 3.* Oldrad. *conſil. 156. num. 1. & ſeqq.* † nec ſacra diſpenſari de- 13
bent ſecundùm privatam ſcientiam, ſed publicam; alioquin multa ſequerentur ſcandala multæque injuriæ; poſſent enim miniſtri infamare quos vellent, & fingere peccata; ac fideles nunquam non formidarent, ne à miniſtris infamarentur, Vincent. Filliucc. *tom. 1. quæſt. moral. tract. 4. cap. 9. num. 280.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ* Magdalenen/ Daniel K. Wittben zu C. Klä- 14
gerin an einem/ Balthaſar H. Pfarrern daſelbſten/ Beklagten anders Theils/ *die 30. Aug. Anno 1609.* (*Verba Decreti:* Demnach die Klägerin vor- und anbracht/ daß der Pfarrer ſie zum vierdten Mal von der Beicht und *Communion* abgewieſen/ mit Vorwenden/ ob hätte ſie ihn in der Kirchen für einen loſen Mann geſcholten/ deſſen ſie doch weder geſtändig/ noch wie recht gnugſam überwieſen. Und aber der Pfarrer/ ob er wol ſolches geſtändig ſeyn müſſen/ dennoch hinwieder angezogen/ daß er ſie allbereit zur *Communion* gelaſſen/ auch weiter wider ſie nichts zu klagen oder vorzunehmen bedacht wäre; Als haben wir beyde Theile nochmals mit einander ausgeſühnet/ die Klägerin zu einem eingezogenen Gottfürchtigen Leben/ auch ſchuldigem Gehorſam gegen ihren Seelſorger und Erb-Herrn vermahnet/ dem Pfarrer aber/ daß er eigenes Gefallens um ſeiner ſelbſt eigenen Sachen willen/ zuwider der *publicir*ten Kirchen-Ordnung/ und deme im *Conſiſtorio* Meiſſen den *27. Septemvr. Anno 1605.* gegebenen Abſchied/ die Klägerin/ welche ſich als eine bußfertige Sünderin angemeldet/ dem Pfarrer und ſeinem Weibe Abbitte gethan/ die *Abſolution* und *Communion* zu unterſchiedenen Malen verſaget/ ernſte Verweiſung gethan/ und hinführo ſich deſſen gäntzlichen zu enthalten/ bey Verluſt ſeines Dienſtes unterſaget und eingebunden. Darnach ſie ſich zu achten/ 2c.)

DEFINIT. CVIII.

Rixæ & litigioſæ contentioni inter Magiſtratum ſeu Collatorem & Parochum exortæ per ſpotaneam ejus translocationem benè obviari poteſt.

SUMMARIA.

1. *Judex litigantes ad compoſitionem amicabilem cogere nequit.*
2. *Nemo jure compellitur ad tranſigendum.*
3. *Concordia ſuaderi, non imperari poteſt.*
4. *Tentanda ſemper eſt amicabilis compoſitio.*
5. *Et quid hujus commodum atque utilitas?*

6. Pro-

6. Proceſſum tractatio amicabilis præcedere debet.
7. Translocatione Parochi rixæ & contentioni inter ipſum & Magiſtratum obviari poteſt.
8. Permutatio ejusmodi licita cenſetur: & quibus ex cauſis? n. 9.
10. Permutatio officiorum eccleſiaſticorum abſque juſtâ causâ haut admittenda.
11. Movetur objectio, quod videatur Simoniaca.
12. Concilium Turonenſe permutationem hanc prohibet.
13. Refellitur objectio.
14. Diſpenſatio Epiſcopi & Conſiſtorii permutationem convalidat.
15. Decretum Conſiſtorii Supremi.

1 Etſi regulariter judices partes litigantes ad concordiam & amicabilem compoſitionem cogere & arctare nequeant, ſed proceſſum admittere teneantur, Bartol. *in l. congruit. ff. de off. præſid. num. 4.* Frid. Pruckman. *vol. 1. conſil. 42. num. 6.* Paris de Puteo *in tract. ſyndicat. verb. concordia verò judex. num. 9.* ſcilicet †
2 quia nemo jure compellitur ad tranſigendum vel paciſcendum, *l. 3. §. tametſi. l. diem. §. ſtari. ff. de recept. arbitr. l. ſi quis major. C. de transact. l. ſi dictum fuerit. 86. §. ſi compromiſero. ff. de evict. l. nec emere. C. de jur. delib.* Bald. *in l. 7. C. de ſentent. ubi ait:* †
3 Concordiam ſuaderi, non imperari poſſe; aut, pacem eſſe bonum perſuaſibile, non compulſibile, Jacob. Menoch. *libr. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 5. caſ. 442. num. 8.* nun-
4 quam non tamen judex pius † omnem movebit lapidem, quò lis amicabiliter componatur, quocunque etiam modò id fieri poterit, non ſolùm ut ſumptibus litigantium parcatur, ſed etiam moleſtiæ proceſsûs evitentur, nec dubio litis eventui res committatur,
5 † cùm melius ſemper ſit, ſumere pecuniolam oblatam repentè, quàm expectantiam litigii plenam lentè, ut ait Duro di Paſc. *in aul. theſ. 109.* Anton. de Guevar. im Hofleut-wecker. Eſtque ſecundùm Accurſium melius unum Tene Tene, quàm centum Cape Cape, ſcilicet per longum ac moleſtum litigium, *in l. cum hi de transact.* Neviz. *in ſylv. nupt. lib. 4. num. 130.* Et ob hanc ipſam
6 cauſam † proceſſui inſtituendo amicabilem compoſitionem præmittendam eſſe, diximus *ſupr. Defin. 99.* idque eò magis, ſi Parochi vel Paſtores litigent cum Magiſtratu ſive Patrono, ex quo ſcandalum non minimum oritur in Eccleſiâ, cui omni ſtudio ac labore obviandum. Idque translocatione
7 † Parochi, vel permutatione officii ſui cum alio Paſtore commodè fieri exiſtimatur, ſi præſertim Paſtor litigans in translocationem conſentiat: ac certè medio hoc omnis litigii & rancoris ſuſpicio unà cum ſcandalo præciditur.

Quod nec jure illicitum habetur, (1.) † Siquidem regulariter permutatio officio- 8
rum ac poſſeſſionum eccleſiaſticarum permiſſa cenſetur, *cap. ad quæſtiones. 6. cap. exhibita. 9. in fin. extr. de rer. permut. can. nemini Regum. 16. quæſt. 7.* quando ſcilicet fit cum alia re ſpirituali, officioque eccleſiaſtico, *dict. can. nemini.* Johan. Baptiſt. Vivian. *in rat. jur. pontific. ad dict. cap. ad quæſtiones. 6.* Lambertin. *de jur. patronat. lib. 1. art. 3. quæſt. 3. princ. part. 2. num. 1. fol. 127.* Roch. de Curte *in Rubr. de translat. jur. patron. numer. 27.* (2.) † Nec etiam fruſtra & 9
abſque causâ translocationem Paſtoris fieri, quiſquam dixerit, ſi per eam rixa & contentio inter ipſum & magiſtratum componatur, & ſcandalum removeatur, ut hinc eò magis ſubſiſtat permutatio, quæ aliàs abſque causâ & ratione probabili ſuſcepta † vix valida 10
habetur, *cap. quæſitum. 5. verb. cauſam inſpexerit neceſſariam.* Et poſtea; *quæ uni loco minùs ſunt utiles. extr. de permutat.* Franc. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. libr. 2. tit. 7. num. 1. & ſeqq. & tit. 9. num. 41.* quia ejusmodi in permutatione non tàm lucrum & commodum permutantium, quam utilitas Eccleſiarum attendi debet, *arg. dict. cap. quæſitum.* (3.) † Nec eſt quòd quis 11
nobis objiciat, pactionem ejusmodi de officiis ſpiritualibus & eccleſiaſticis labem continere Simoniæ, *dict. cap. quæſitum. 5.* Roch. de Curt. *allegat. loco.* Canis. *in ſummar. jur. canon. libr. 5. tit. 27. pag. 238.* ex quo † in Concilio Turonenſi fuit prohi- 12
bita, *cap. majoribus. 8. ibi: diviſionem præbendarum aut dignitatum permutationem fieri prohibemus, extr. de præbend.* Garc. *de benefic. part. 11. cap. 4. num. 44. in fin.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. lit. P. concluſ. 303. num. 1.* Non etenim † aliàm propter cau- 13
ſam ſuſcipi hoc caſu translocationem, quàm ut fundamentum litigii unà cum ſcandalo removeatur, antea monuimus, tantum abeſt, ullum in eâ quæri lucrum pecuniarium. Quin & diſpenſatio † Epiſco- 14
pi omnem Simoniæ ſuſpicionem excludit,

& permutationem convalidat, Panorm. *ad dict. cap. quæſitum. num. 6.* Garc. *dict. cap. 4. num. 47. & 49.* Quidni ergò etiam approbatio Conſiſtorii, cui jura competunt epiſcopalia?

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* Chriſtoph Carls von N. zu S. *contra* ſeinen Pfar- 15
rer *Johann I. die 18. Februar. Anno 1619.* (*Verba Decreti:* Es hat gemeldter Pfarrer Anfangs vor-und anbringen laſſen/daß vorgedachter ſein *Collator* wegen einer am 4. Sonntage nach *Trinitatis Anno 1611.* gehaltenen Predigt vor unſerm *Conſiſtorio* zu Leipzig ihn den *20. Novembr. Anno 1612. injuriarum* belanget. Ob er nun wol damals *litem negativè conteſti*ret/darauf Klägern der Beweiß zuerkannt/ und bis *dato* nichts ausgeführet worden/ auch ohne das *exceptio præſcriptionis ex actis* offenbar: So hätte doch der von N. deſſen allen ungeachtet/ *lite pendente*, ſich nebenſt ſeiner Haußfrauen und Kindern ſeines *Miniſterii* geeuſſert/ und ſich deſſen mit der Eingepfarrten Aergerniß bey andern erholet/hierüber ihme dem Pfarrer ſein *ſalarium* etliche Jahre vorenthalten/mit Schmähworten und Bedrohungen hart zugeſetzet/die Pfarrwohnung eingehen/ und dagegen dem *Cuſtodi* eine anſehnliche Wohnung mit einem Thurm erbauen laſſen/ mit angehefftey Bitte/ den von N. dahin zu verweiſen/daß er bis zu der Sachen Austrag ihn den Pfarrer in ſeinem Amt nicht *turbi*ren/als ein Eingepfarrter ſeines *Miniſterii* ſich hinführo gebrauchen/ihme ſeine betagte Beſoldung vermöge einer übergebenen *liquidation* abtragen/den nothwendigen Pfarrbau anordnen / alles Schmähens und Bedrohens ſich enthalten/und in Friede und Einigkeit mit ihm leben ſolle. Nun iſt zwar der von N. der vor unſerm *Conſiſtorio* zu Leipzig angeſtellten *Injurien*-Klage/ und daß er ſeithero mit den Seinen ſich des Pfarrers *Miniſterii* enthalten/auch die Beſoldung theils bey dem Superintendenten/theils in unſerm Amt Plauen *deponi*ret habe/in keiner Abrede geweſen: Er hat aber darneben angezogen/daß ſolches aus Nachlaſſung erwehntes unſers *Conſiſtorii* zu Leipzig und Superintendenten zu Plauen geſchehen/und das übrige alles widerſprochen/neben fleißiger Bitte/Jhn dabey und den angefangenen *Injurien-proceſs* verbleiben zu laſſen. Wann dann daraus/und was beyde Theile *replicando* und *duplicando* ferner angezogen/ſo viel zu vernehmen geweſen/daß dieſen Jrrungen durch eine *translation* am füglichſten abzuhelffen; Als haben wir dieſelbe zwiſchen *Johann I.* und *M. Martino P.* Pfarrer zu N. unter der Superintendentz Weyda angeordnet/darauf nach beſchehener Erklärung/daß der Pfarrer von dem von N. ſeiner Haußfrauen und Kindern nichts anders/als was von vornehmen Adels-Perſonen ſich zu reden gebühret / und der von N. hinwieder vom Pfarrer auſſer dieſer Jrrung nichts unziemliches zu ſagen wiſſe/beyde Theile mit einander wieder ausgeſöhnet; die *liquidir*ten 64. fl. Beſoldung hat der von N. zu ſeiner Anheimkunfft durch ſeinen Diener/ oder die Kirch-Väter an ganghaffter Müntze ſeinem Pfarrer zu entrichten / auch ſonſten aller Gebühr gegen denſelben ſich zu bezeigen/verſprochen; Jmmaſſen wir dem Pfarrer gleichfalls unterſaget/daß er den von N. in ſeiner *valet*-Predigt und ſonſten zu weiterm Widerwillen nicht Urſach geben ſol/welchem er auch alſo nachzukommen zugeſaget; Und ſind hiermit beyde Theile ihrer bishero gehabten Jrrungen/ Jhrem Amt/Stand und Ehren unnachtheilig/zu Grunde verglichen/ auch mit ihrer Bewilligung der in unſerm *Conſiſtorio* zu Leipzig ſchwebende *Injurien-proceſs* gäntzlich *caſſi*ret und aufgehoben worden/ꝛc.)

TIT. X.

De

Depoſitione ſeu Remotione Miniſtrorum Eccleſiæ ab officio, eorumque pœnis.

DEFINIT. CIX.

Removere num liceat miniſtros Eccleſiæ ab officio: & quomodo remotio ſeu depoſitio differat à degradatione?

SUMMARIA.

1. Jus

1. Jus deponendi miniſtros Eccleſiæ pertinet ad ſolum Deum.
2. Num Magiſtratui jus hoc competat?
3. Quid Pontifices hac de re ſenſerint? n. 4. 5.
6. Jus deponendi Paſtores ad Eccleſiam ſpectat.
7. Remotio miniſtrorum Eccleſiæ ſimpliciter prohibita non eſt.
8. Quod probatur ex jure canonico.
9. Abſque cauſâ juſtâ removendi haut ſunt miniſtri Eccleſiæ.
10. Prolatur hoc ex Reſcripto Papæ Evariſti.
11. Communis ea eſt opinio Theologorum Lutheranorum.
12. Poſſunt etiam miniſtri Eccleſiæ juſtâ ex cauſâ degradari.
13. Degradatio dicitur depoſitio actualis.
14. Verbalis depoſitio fit per ſententiam Epiſcopi.
15. Quænam diverſitas inter depoſitionem & degradationem?
16. Depoſitio non aufert privilegia Clericorum.
17. Reſcriptum Electorale.
18. Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.
19. Ejuſdem Sententiæ. n. 20.

1 QUemadmodum jus vocandi Eccleſiæ
miniſtros, ita & jus eosdem removendi
ad ſolum pertinet Deum, juxta
illud Prophetæ: Loquens & locutus ſum
de miniſterio tuo, ut miniſtrares in conſpectu
meo usque in ſempiternum; Nunc autem
abſit hoc à me, dicit Dominus, *1. Samuel.
2. verſ. 30.* It: Quia tu ſcientiam repuliſti,
& oblitus es legis DEI tui, repellam & ego
te, ne ſacerdotio fungaris meo, *Oſeæ 4. verſ.*
2 *6.* Nunquam † hinc poteſtatem removendi
miniſtros Eccleſiæ competere Magiſtratui,
dixeris; quod & ſenſiſſe videtur Evariſtus
Papa in hæc ſcribens verba: Audi-
3 vimus, quosdam à vobis infamatos † & dilaceratos
Epiſcopos à civitatibus propriis expulſos,
(quia alibi conſtitui Epiſcopi non
poſſunt, niſi in civitatibus non minimis) &
alios ipſis viventibus conſtitutos, ideò hoc
ſcribimus vobis, ut ſciatis hoc fieri non licere,
ſed proprios revocari & integerrimè
reſtitui debere, *in can. audivimus. 3. quæſt.*
4 *2.* † Et rurſus; Sicut vir non debet adulterare
uxorem ſuam; ita nec Epiſcopus
Eccleſiam ſuam, id eſt, ut illam dimittat,
ad quam ſacratus eſt, absque inevitabili
neceſſitate, aut Apoſtolica vel regulari mutatione,
& alteri ſe ambitûs causâ conjungat.
Et ſicut uxori non licet dimittere
virum ſuum, ut alteri ſe, vivente
eo, matrimonio ſociet, aut eum adulteret,
licèt fornicatus ſit vir ejus, ſed juxta
Apoſtolum, aut viro ſuo reconciliari de-
5 bet, aut manere innupta: † Ita Eccleſiæ
non licet dimittere Epiſcopum ſuum, aut
ab eo ſe ſegregare, ut alterum vivente eô
accipiat: ſed aut ipſum habeat, aut innupta
maneat, id eſt, alterum Epiſcopum ſuô
vivente non accipiat, ne fornicationis aut
adulterii crimen incurrat, *in can. ſicut vir. 7.
quæſt. 1.*

† Sed licèt conceſſerimus Magiſtratui, 6
quà tali, facultatem removendi miniſtros Eccleſiæ
haut competere, reſervatâ quippe toti
Eccleſiæ hac poteſtate, remotionem tamen
ſeu depoſitionem Clericorum & Parochorum
ſimpliciter prohibitam negamus. † 7
Contrarium ſiquidem clariſſimè patet ex Reſcripto
Gregorii Pontificis ad Natalem Solanitanum
Epiſcopum, quod ita habet: *Eum,
qui contra juſtitiæ regulam in Archidiaconatum
alterius ſe provehi conſenſit, ab ejusdem
Archidiaconatûs honore deponimus, in can.
eum qui, dict. cauſ. 7. quæſt. 1.* Et Euſebii: † 8
*In ſcripturis veſtris reperimus, quosdam Epiſcopos
veſtris in partibus à propriis ovibus
accuſatos, aliquos videlicet ex ſuſpicione, &
aliquos ex certâ ratione: Et idcircò quosdam
ſuis rebus eſſe exſpoliatos, quosdam verò à propriâ
ſede depulſos, in can. in ſcripturis. 2. quæſt.
2.* † Nimirum remotio Epiſcoporum vel 9
miniſtrorum Eccleſiæ haut concedenda, ſi
auſu fiat temerario absque ratione & causâ
probabili; quæ tamen ſi ſubſit, forſan quòd
criminis arguantur Eccleſiæ miniſtri, maximè
efficit, ut locus ſit depoſitioni, † veluti 10
Papa Evariſtus mentem ſuam ſic explicat:
Illos verò, inquit, qui adulterinâ fœditate
ſuas ſponſas (quas uxores eorum præfixo
tenore eſſe intelligimus) tenent, ejici,
& adulteros atque infames fieri, eosque
ab Eccleſiaſticis honoribus arceri, jubemus,
dict. can. audivimus. 3. quæſt. 2. † Hæc- 11
que communis noſtratium Theologorum
eſt opinio, ut videre licet ex ſcriptis comprehenſis
*in libello Jenæ edito Anno 1602.
ſub titulo:* Vom Beruff und Enturlaubung
der Prediger/ wie fern weltliche Obrigkeit
Macht habe/ dieſelbe ihres Amts
zu entſetzen/ nöthiger Chriſtlicher Bericht
aus Gottes Wort/ und vortrefflicher Lehrer
Bedencken / als *D. Lutheri, D. Philippi,*

lippi, der *Theologen* zu Leipzig / *D. Brentii, D. Mörlini, D. Heshuſii, D. Simonis Pauli, D. Chemnitii, Miniſterii Gryphiswaldenſis & vicinarum Eccleſiarum in Pomerania.* Eſtque hac de re clara ſanctio Electoralis *in Ordinat. Eccleſiaſt. tit.* Vom Ober-*Conſiſtorio. Rubr.* Wie weit ſich des *Synodi* Amt / Erkäntniß und Verordnung in Abſchaffung und Verbeſſerung vorgefallener Mängel erſtrecke. *& art. gen. 16. in fin. verb.* Sol er alsbald ſeines Amts entſetzet werden.

Et quid mirum, miniſtros Eccleſiæ depo-
12 ni ſeu ab officio removeri, † cum & planè degradari queant, ſi propter crimen atrox ab iis commiſſum pœna corporis afflictivâ vel ultimo ſupplicio ſint plectendi. Licèt ipſa
13 etiam degradatio dicatur † depoſitio, ſed actualis, ut loquuntur Canones, cujus forma legitur deſcripta *in cap. degradatio. extr. de pœn. in 6to.* Illa verò de qua jam loqui-
14 mur, appellitatur à canoniſticis † depoſitio verbalis, quæ fit per ſententiam Epiſcopi, *cap. 2. extr. eod. tit. in 6to. junct. can. 3. & ſeqq. 15. quæſt. 7.* Caniſ. *libr. 3. ſumm. jur. canon. cap. 22. §. actualia. & §. verbalis.* Joh. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſiaſt. §. 179. in fin.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. libr. 3. claſſ. 2. cap. 2. num. 11. & 13.* Eſtque inter duas haſce ſpecies † di- 15
verſitas notabilis, quia per depoſitionem removetur ſaltem Clericus ab honoribus & dignitate clericali, ſalvô manente privilegiò & ordine, ſed in degradatione omnia amittit, Caniſ. *dict. loco.* Vel ut explicatius dicam, depoſitio nihil aliud eſt, quam perpetua remotio ab adminiſtratione altaris, ſecundùm Abbatem, Decium & alios, *in cap. at ſi clerici. extr. de judic.* Proſp. Farin. *in pract. criminal. de delict. & pœn. quæſt. 19. numer. 49.* † Clericum autem de- 16
poſitum non eximit à jurisdictione & poteſtate judicis eccleſiaſtici, neque aliis privilegiis & immunitatibus ipſum ſpoliat, quod tamen efficit degradatio, *dict. cap. degradatio. de pœn. in 6to.* Panormitan. *in cap. ad audientiam. num. 2. extr. de crimin. falſi.* Gail. *libr. 1. de pace publ. cap. 1. numer. 24.* Joachim. Stephan. *Inſtit. jur. can. lib. 3. cap. ult. num. 4. & 5.*

Ita † Sereniſſimus Saxoniæ Elector. Superintendenti Chemnicenſi die 9. Decembr. Anno 1629. 17
(*Verba Reſcripti:* Wir haben aus angehörter Verleſung euers unterthänigſten Berichts des Pfarrers zu *G.M.W.L.* beharrliches und unprieſterliches Leben und Verſäumniß ſeines Amts vernommen. Wann wir ihn dann länger an beſagtem Pfarr-Amt zu dulden nicht gemeynet / ſondern daſſelbe mit dem Pfarrer zu *W. T. G.* erſetzen zu laſſen entſchloſſen; Als begehren wir hiermit gnädigſt / Ihr wollet ihme die *Remotion* alſobald anmelden und auferlegen / daß er noch vor bevorſtehendem Neuen Jahre das Pfarrhauß gäntzlich räumen / und das *Inventarium* vollſtändig erſetzen ſol / ꝛc.)

Et † Conſiſtorium Supremum Chriſtiano à Starſchedeln & Superintendenti Haynenſi die 30. 18
Auguſti Anno 1630. (*Verba Reſcripti:* Demnach wir bey jüngſt gehaltener Verhör zwiſchen dem Pfarrer und Eingepfarrten zu N. N. Klägern an einem / N. N. den *Diaconum* daſelbſt / Beklagten anders Theils / ſo viel befunden / daß beklagter *Diaconus* an ſeinem Dienſte ferner nicht zu dulden; Als iſt hierauf an ſtatt ſeiner Churfürſtl. Durchl. unſer Begehren / Ihr der Superintendens wollet ihn alſobald ſeines Dienſtes erlaſſen / und darneben auferlegen / daß er das Pfarrhauß zwiſchen hier und Michaelis räumen ſol / Ihr auch der *Collator* hingegen eine *qualificir*te Perſon *vocir*en / Ihr der Superintendens aber / wofern der Pfarrer und Eingepfarrten mit derſelben zufrieden / ihn alsdann zum *examen* und *confirmation* anhero *præſentir*en / ꝛc.)

Item † in causâ Daniel G. zu M. Kläger an einem / *M. Johann F.* Pfarrern daſelbſt 19
Beklagtem anders Theils / *die 26. Julii Anno 1620.* (*Verba Sententiæ:* Dieweil Beklagtem allbereit den *23. Junii Anno 1614.* bey Verluſt / und *29. Novembr. Anno 1615.* bey nochmaligem unnachläßlichen Verluſt ſeines Pfarr-Amts auferleget worden / ſich gegen domalige Kläger und männiglich friedlich / ſchiedlich / Chriſtlich und erbar zu verhalten / deme aber zuwider er nicht allein mit itzigem Kläger einen unnöthigen neuen Streit erhoben / ihn und ſein Weib öffentlich zu unterſchiedenen Malen von der Cantzel übel ausgerichtet / ſondern auch mit ſeinen eigenen *Collegen* ſich bisher übel begangen / und der *publicir*ten *Agend*en und Ordnung entgegen in Kirchen-Ceremonien und Verlegung der Haupt-Feſttage / eigenes Willens Aenderung gemachet / ſolches alles *defendir*en / und unſerer treulichen vielfältigen Vermahnung / auch endlichen zu ſeiner ſelbſt Beſſerung angeordneten *ſuſpenſion* ungeachtet / zu keiner *deprecation* und Erkäntniß ſeines Unfugs / noch

noch zu vorgeſchlagener gütlicher Vergleichung ſich verſtehen wollen; So wird Beklagter nunmehr zu Verhütung mehrers Aergerniß ſeines Pfarr-Amts billich verluſtig erkannt und erkläret; Immaſſen wir ihn hiermit deſſelben verluſtig erkennen und erklären/ V. R. W.)

Et † *in cauſâ Balthaſaris T.* Pfarrers zu G. *die 17. Jun. Anno 1607.* (*Verba Sentent:* 20
Auf eingeſchickten des Churfürſtl. Sächſ. Amts W. unterthänigſten Bericht/ darauf angeordnete und ergangene *Inquiſition* des Pfarrers zu G. B. T. ärgerliches und unchriſtliches Leben belangende/ erkennen und ſprechen wir verordnete *Præſident*, Räthe und *Aſſeſſores* im Ober-*Conſiſtorio* allhier vor Recht/ daraus ſo viel zu befinden/daß gedachter Pfarrer ſeines Pfarrdienſts billich entſetzet wird: Immaſſen wir ihn hiermit deſſen entſetzen/und ſeine Stelle mit einer andern tüchtigen und unärgerlichen Perſon unverlängt zu verſehen wiſſen wollen. V. R. W.)

Definit. CX.

Removeri non poſſunt Miniſtri Eccleſiæ ab officio à Patrono vel Magiſtratu politico: ſed pertinet jus hoc remotionis ſeu depoſitionis ad ſola Conſiſtoria Eccleſiaſtica.

SUMMARIA.

1. *Num jus removendi miniſtros Eccleſiæ ſit penes Patronum aut Magiſtratum politicum?*
2. *Spectat jus hoc ad ſola Conſiſtoria.*
3. *Ex unanimi Theologorum & JCtorum voto.*
4. *Adducitur Reſponſum Facultatis Juridicæ Wittebergenſis.*
5. *Remiſſivè notantur aliarum Facultatum Reſponſa.*
6. *Fundamenta & rationes hujus aſſertionis. n. 8. 13.*
7. *Jus patronatûs cum jurisdictione nihil habet commune.*
9. *Sententia B. Lutheri hac de re.*
10. *Expreſsè aſſertum hoc in jure fundatum.*
11. *Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Electoralis Saxonica. n. 12.*
14. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 15. 16.*

REmoveri ergò poſſunt ab officiò miniſtri Eccleſiæ atque Clerici, ſi juſta remotionis cauſa ſubſit, *Defin. præced.* At num † à Patrono vel Ma-
1 giſtratu loci politico? Hoc quidem ſibi arrogant quandoque Senatus oppidani, aut Nobiles in pagis: ex quo fit, ut ſæpe numerò levem etiam ob cauſam Eccleſia fidelibus orbetur Paſtoribus, qui cum tremore ac perpetuo metu remotionis officium ſuum facere, aut ad placitum Patronorum vivere ac
2 docere coguntur. Sed † parùm hoc ab intolerabili tyrannide abeſſe, verè dicit Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 5. cap. 5. caſ. 12.* Nec enim ulli Magiſtratui politico vel Patrono permiſſum eſt, deponere vel removere ab officio Clericos & miniſtros Eccleſiæ ſemel legitimè vocatos, ſed ſpectat jus hoc ac poteſtas ad ſola Conſiſtoria eccleſi-
3 aſtica, † ex unanimi Theologorum & JCtorum ſententiâ, prout manifeſtum faciunt ſcripta *libelli*: Vom Beruff und Enturlaubung der Prediger/wie fern weltliche Obrigkeit Macht habe/ dieſelbe ihres Amts zu entſetzen/ nöthiger Chriſtlicher Bericht aus Gottes Wort und vortrefflicher Lehrer Bedencken/ als *D. Lutheri, D. Philippi*, der *Theologen* zu Leipzig/ *Brentii, D. Mörlini, D. Chemnitii, aliorumque Theologorum, editi Jenæ Anno 1602.* Balduin. *dict. caſ. 12.* Johan. Gerhard. *in loco de miniſter. eccleſiaſt §. 179.* Franc. Duar. *de benefic. lib. 5. cap. 4. verſ. quamvis autem.* Sigiſmund. Finckelthuſ. *de jur. patron. cap. 2. n. 21. & cap. 4. num. 21.* Johan. Zanger. *ad cap. non poteſt. 3. num. 12. & ſeq.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 9. n. 37.* Garſ. Maſtrill. *deciſ. 31. num. 12.* Franc. Pfeil. *conſil. 182. num. 51. & conſil. 183. n. 2.* † Quo 4
& facit *Reſponſum Facultatis Juridicæ Witteber-*

tebergenſis ad conſultationem Miniſterii Gryphiswaldenſis hiſce verbis conceptum: Dieweil kein Prediger/ wofern derſelbe rechtmäßiger Weiſe in ſein Amt geſetzet/ ohne Erkäntniß aus ſeinem Dienſte mag geſetzet werden / ſolches Erkäntniß doch nicht den *Patronis*, ſondern dem Biſchoff derſelben Oerter/ oder dem *Metropolitano* zuſtehet/ und aber nunmehr bis zu endlicher Vergleichung der *Religion*, wieder die Stände des Römiſchen Reichs demſelben *immediate* unterworffen / Inhalts des Paſſauiſchen Vertrags/ und darauf *Anno* 1555. erfolgten und itzo-gemeldten Abſchiedes/ die geiſtliche *Jurisdiction* eingeſtellet und *ſuſpendi*ret/und denſelben/ nicht aber ihren Unterthanen/ dem Reiche mit Mittel zugethan/dagegen zugelaſſen/ das *Miniſterium* zu beſtellen/Kirchen-Gebräuche/ Ordnung und *Ceremonien* aufzurichten und anzuordnen: So haben auch die Städte in Pommern nicht Fug/ ihre Prediger ihres eigenen Gefallens zu *dimitti*ren/ſondern ſind ſchuldig/da ſie die Prediger nicht zu leyden vermeynten/die Erkäntniß auf das *Conſiſtorium* zu ſtellen/welches auch der *dimiſſion* halber an ſtatt des Landesfürſten/ Inhalt vorgemeldtes Reichs-
5 Abſchiedes anzuordnen hat/ V.R.W. † In eandem ſententiam reſponderunt etiam Facultates Juridicæ pariter & Theologicæ in aliis Academiis, quorum Reſponſorum tenorem refert Georg. Dedeken. *vol. 1. conſil. theolog. part. 3. membr. 1. Sect. 1. num. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.*

Nequaquam absque fundamento: (1.)
6 † Siquidem depoſitio & remotio miniſtrorum Eccleſiæ eſt actus jurisdictionalis. Non autem Patronus neque Magiſtratus politicus, ſed ſolus Epiſcopus, & hodie poſt transactionem Paſſavienſem Princeps Epiſcopi nomine exercet jurisdictionem eccleſiaſticam, obtinetque jura epiſcopalia, nec habet jus pa-
7 tronatûs cum jurisdictione † quicquam commune, *arg. cap. cum ſeculum. 13. extr. de jur. patron. can. omnes. 16. quæſt. 7.* Felin. *ad cap. cum venerabilis. 6. num. 17. extr. de except.* Erneſt. Cothman. *vol. 4. Reſponſ. 33. num. 20.* Sigismund. Finckelthuſ. *de jur. patron. cap. 6. numer. 75.* Mager à Schön-
8 berg *de advocat. cap. 10. num. 439.* (2.) † Ac certè metuendum, ne ſi poteſtas removendi Paſtores & miniſtros Eccleſiæ Magiſtratui politico & Patrono concederetur, periculoſis mutationibus feneſtra aperiatur & nimia malitiæ detur licentia, in quam graviter invehitur B. Lutherus, cum ad quosdam, qui Paſtorem ſuum ideò, quod vitia auditorum graviter taxaverat, dimiſerunt, inter cætera ſic ſcribit: † *Vos non eſtis* 9
Domini Paſtorum, aut Miniſterii, neque fundatores ejus eſtis, quod ſolius eſt filii Dei, & minus juris ad aliud habetis, quam diabolus ad regnum cælorum: Ideò veſtrum non eſt, reformare Eccleſiæ miniſtros, aut docere, multò minus reprehenſionem vitiorum eis prohibere, tom. 8. Jenenſ. german. fol. 107. & 108. (3.) † Neque expreſſo deſtituitur 10
fundamento hæc aſſertio, ſi quid vel jure civili & canonico, vel ſanctione Electorali hac de re ſancitum perpendamus; illud enim ut jus inſtituendi, ita & deſtituendi juſtâ ex causâ ſolis tribuit Epiſcopis, *in Novell. 15. cap. 1. §. 1. can. contra ſanctorum. 16. quæſt. 7. cap. præterea. 4. cap. querimoniam. 9. extr. de jur. patron. cap. conquerente. 16. extr. de offic. judic. ordin. cap. in Lateranenſi. 31. extr. de præbend. cap. un. extr. de capell. Monach. in 6to. cap. cùm & plantare. 3. §. in Eccleſiis. extr. de privileg.* † Sanctio ve- 11
rò Electoralis idem probat hoc ipſo, quo ſingulari conſtitutione *in ordinatione eccleſiaſt. ſub tit.* Von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener/ miniſtri Eccleſiarum ab audientiâ ſecularis Magiſtratûs in perſonalibus eximuntur, & Conſiſtoria inſtituuntur eccleſiaſtica, in quibus judicia de miniſtris Eccleſiarum ac Scholarum ritè adminiſtrentur. † Quin & clarior 12
extat ſanctio *in dict. Ordinat. eccleſiaſt. ſub tit.* Von beyden *Conſiſtoriis. cap. 7.* Was Sachen in das *Conſiſtorium* gehörig. *verſ.* Alle Sachen/ die Pfarrer- Kirchen- und Schul-Diener-*vocation*, Amt/ Dienſt/ Leben/ Wandel/ *translation, dimiſſion, ſuſpenſion*, Handlung und Verbrechung belangend/ ꝛc. Nec non *ſub tit.* Vom Obern-*Conſiſtorio: Rubr.* Wie weit ſich des *Synodi* Amt/ Erkäntniß und Verordnung in Abſchaffung und Verbeſſerung vorgefallener Mängel erſtrecke. *in pr. & §.* Wann aber auf ſolche andere Vermahnung/ etc. Satis manifeſtè hinc liquet, † de 13
dimiſſione & remotione Miniſtrorum Eccleſiæ in Conſiſtoriis tractandum eſſe; ideoque Magiſtratui politico jus hoc non competit, quippe qui à cauſis & negotiis Conſiſtorialibus abſtinere debet, quo de pluribus *ſupr. h. part. 3. Defin. 3.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Günthero à Bünau* zu L. *die 13. Julii Anno 1615.* (*Ver-* 14
ba Reſcripti: Welcher maſſen gegen uns *Johannes F.* Schulmeiſter zum L. über den Rath daſelbſten wegen angekündigter *Remotion* ſich beklaget / ſolches habe

habt ihr inliegende zu befinden. Wann dann in höchſtgedachtes unſers gnädigſten Herrns Landen ohne der *Conſiſtori*en vorgehendes Erkäntniß Kirchen-und Schuldiener ihrer Dienſte nicht zu entſetzen; Als begehren wir hiermit/ ꝛc. Ihr wollet dem Rath zu L. auferlegen/ daß ſie *Supplicant*en bey ſeinem Dienſt geruhiglich verbleiben laſſen/ oder da ſie darwider etwas erhebliches vorzuwenden/ uns ſolches neben Zurückſendung des Inſchluſſes berichten/ und immittelſt mit *Supplicant*ens *Remotion* in Ruhe ſtehen ſollen/ ꝛc.)

Item † *Superintendenti & Præfecto Haynenſi die 2. Octob. Anno 1615.* (*Verba Reſcripti*: Was 15
maſſen gegen uns *Gallus H.* geweſener Schulmeiſter zu P. über den *Collatorn* und Pfarrer daſelbſt wegen ſeiner *Remotion ſupplicando* ſich beſchweret/ ſolches habt ihr inliegend zu befinden. Wann dann in höchſtermeldtes unſers gnädigſten Herrns Landen ohne der *Conſiſtori*en vorgehendes Erkäntniß Kirchen-und Schul-Diener ihrer Dienſte nicht zu entſetzen; Als begehren wir hiermit/ ihr wollet dem *Collatorn* und Pfarrer zu P. auferlegen/ daß ſie *Supplicant*en bey ſeinem Dienſt geruhiglich verbleiben laſſen/ oder da ſie darwider etwas erhebliches vorzuwenden/ uns ſolches neben Zurückſendung des Inſchluſſes berichten ſollen/ ꝛc.)

Et † *David* von G. zu B. *die 31. Auguſti Anno 1610.* (*Verba Reſcripti*: Demnach uns der 16
Superintendens zu B. *M.* Georg *C.* zu erkennen gegeben/ daß ihr dem Pfarrer bey euch *Chriſtophoro F.* die Pfarr auf nächſtkommende Michaelis zu räumen auferleget haben ſollet. Derowegen er um gebührliche Anordnung gebeten. Und aber Inhalts Churfl. *publicirt*er Kirchen-Ordnung ohne unſer vorhergehendes Erkäntniß euern *confirmirt*en Pfarrer ſeines Dienſtes zu entſetzen euch nicht gebühret; Als iſt hiermit unſer Begehren/ ihr wollet/ ꝛc. Auch hierzwiſchen den Pfarrer bey Strafe 100. fl. an ſeinem Amt un*moleſti*ret verbleiben laſſen/ ꝛc.)

DEFINIT. CXI.

Accurata cauſæ cognitio remotionem Paſtoris ab officio præcedat, neceſſe eſt.

SUMMARIA.

1. *Cui competit jus vocandi, ad eam quoque ſpectat jus removendi.*
2. *Cura vocandi miniſtros Eccleſiæ incumbit Patrono.*
3. *Regula prædicta fallit in cauſis ſpiritualibus & eccleſiaſticis.*
4. *Jus patronatus annexum eſt ſpiritualitati.*
5. *Reſpondetur ad objectionem pro defendendo aſſerto Defin. præced.*
6. *Vocatio miniſtrorum totius Eccleſiæ munus eſt.*
7. *Tota Eccleſia jus removendi exercet.*
8. *At prævia cauſæ cognitione.*
9. *Quibus ex rationibus & fundamentis, n. 12. 13.*
10. *Omiſsâ cauſæ cognitione, proceſſus redditur nullus.*
11. *Non major committitur nullitas, qàm ex omiſsâ cauſæ cognitione.*
14. *Nemini causâ inauditâ poſſeſſio ſua auferenda.*
15. *Licet juſta privationis ratio ſubſit.*
16. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*
17. *Ejusdem Sententia.*

1 HAbent nihilominus Patroni, quò partes ſuas in removendis Eccleſiæ miniſtris defenſari contendunt; Ajunt nimirum, † jus dimittendi competere ei, qui habet jus vocandi, quia unumquodque eò modo diſſolvitur, quô colligatum eſt, *l. nihil tam naturale. 35. ff. de Reg. jur. l. prout quidque*
2 *80. ff. de ſolut.* Quis verò neſcit, † curam vocandi miniſtros Eccleſiæ ad Patronum ſpectare, cùm jus patronatùs potiſſimùm conſiſtat in præſentatione miniſtri Eccleſiæ ad hoc, ut ab Epiſcopo inſtituatur ad munus Eccleſiæ vacans, Hoſtienſ. *in tit. de jure patronat. verſ. quid ſit.* Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 9. n. 3.* Sed fallunt, † qui 3
regulæ prædictæ innituntur, quippe quæ in actibus civilibus tantummodo locum habet, non etiam in cauſis ſpiritualibus, ut benè limitant Decius *ad dict. l. nihil tàm naturale. 35. num. 7. & ſeq.* ibique

Cagnol. *n. 8.* Jus patronatûs verò, etſi per ſe
4 ſpirituale & eccleſiaſticum non ſit, † com-
petens nempe laicis, à quibus id poſſideri,
exerceri ac præſcribi poteſt, annexum ta-
men eſt ſpiritualitati, *cap. de jure extr. de jur.
patron.* Matth. Weſenb. *part. 1. conſil. 48.
n. 11.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 38. n. 6.*
Reinking. *dict. cap. 9. n. 70.* ut hinc non tu-
tò a jure vocationis ad jus remotionis argu-
5 mentari liceat. Quin † etſi argumentum
hoc jure ſubſiſteret, concluſum tamen ex
qualitate aſſumtionis periclitatur, cùm ſoli
Patrono vocatio miniſtrorum attribuenda
haut ſit. Quantumvis enim cura vocati-
onis ad ſolum Patronum & poteſtatem poli-
6 ticam pertineat, † ipſa tamen vocatio to-
tius Eccleſiæ munus eſt, quæ ex triplici ſtatu
conſtat, eccleſiaſtico nempe, politico & po-
pulari, Johan. Gerhard. *in loco de miniſt. ec-
cleſiaſt. ſect. 7. in pr.* Henric. Eckard. *de Or-
dinat. Eccleſ. fol. 90.* Frider. Balduin. *de in-
ſtit. miniſtr. eccleſ. cap. 6. pag. 49.* Hugo Grot.
in pietate Ordin Holland. fol. 56. Chriſt. Be-
ſold. *de majeſt. ſect. 2. cap. 4. in pr.*

7 † Tota ideoque Eccleſia jus removen-
di exercet, ejusque nomine, poſtquam
jura epiſcopalia per Pacificationem Paſſa-
vienſem ad Principes Auguſtanæ Confeſ-
ſionis ſunt translata, ut omnia fiant ordine
& ſine confuſione, Conſiſtoria eccle-
ſiaſtica depoſitionem ſive remotionem
hanc expediunt, legitimè tamen, hoc eſt,
8 † obſervato proceſſu legitimò, præviàque
cauſæ cognitione exacta, Joh. Gerhard.
in loco de miniſter. eccleſiaſt. §. 175. Theod.
Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3.
claſſ. 2. cap. 2. n. 14.* (1.) † Non minimi
9 enim præjudicii eſt actus remotionis, quippe
quo non modò exiſtimatio Paſtoris pericli-
tatur, ſed etiam proventus & reditus ipſi
auferuntur. Ergo nunquam absque cau-
ſæ cognitione & contra inauditum actus
hic ſuſcipi debet, ne juris ordine violatò pro-
ceſſus † reddatur nullus, Jaſon *in l. judices.* 10
*ff. de judic. & in l. etſi non cognitio. 4. num. 1.
C. ſi contra jus vel util. publ.* Schurff. *centur.
3. conſil. 6. n. 4.* Decius *conſil. 544. n. 17. verſ.
ſecundò principaliter.* Pariſ. *lib. 4. conſil.
114. in pr.* † nec enim major committi pot- 11
eſt nullitas, quàm quæ naſcitur ex omiſsâ
cauſæ cognitione, *l. ex ſtipulatione. 7. C. de
ſent ent. & interlocut.* Bartol. *in l. prolatam.
num. 6 C. eod. tit.* (2.) Eoque facit † illud 12
Apoſtoli: Adverſus Presbyterum noli accu-
ſationem recipere, niſi ſub duobus aut tri-
bus teſtibus, *1. ad. Timoth 5. verſ. 19.* ſcilicet
quia permittendum non eſt plebis temeritati
vel potentiorum arbitrio, absque legitimâ
cauſæ cognitione & examine miniſtrum lo-
co movere & in exilium ejicere, Gerhard.
dict. §. 175. (3.) † Ex quo porrò miniſter 13
Eccleſiæ in poſſeſſione muneris & functio-
nis Eccleſiaſticæ conſtitutus, † absque 14
cauſæ cognitione eà deſtitui nequit, quia ne-
mini poſſeſſio ſine plenâ cauſæ cognitione
eſt auferenda, *l. ubi* Bald. *num. 2. & 3. C. de
prohib. ſequeſtr. l. meminerint. C. unde vi. l.
ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Jul. de vi publ.
cap. conquerente. extr. de reſt. ſpoliat.* Jaſon
*in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 165.
ff. de acquir. poſſeſſ.* Joſeph. a Seſſe *tom. 2.
deciſ. Regn. Arragon. 153. num. 9.* Ariſm. Te-
pat. *in compend. deciſ. tit. 558. cap. 20.* Al-
phonſ. de Azevedo *in Conſtit. Hiſpan lib. 4.
tit. 15. l. 3. num. 1.* Quin † etſi juſta aufe- 15
rendæ poſſeſſionis cauſa ſubſit, attamen non
niſi cognitò benè negotiò, partibusque hinc
inde auditis ad privationem eſt proceden-
dum, Panorm. *in cap. 2. n. 8. extr. de dolo &
contum.* Felin. *in cap. quæ Eccleſiarum. extr.
de conſtit.* Jacob. Menoch. *remed. recuper.
poſſ. 8. n. 24. & ſeq.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum M. Johann* Müllern *Paſtori & Superintendenti Chemnitenſi* 16
die 1. Sept. Anno 1608. (*Verba Reſcripti* : Inliegende habt ihr zu befinden / was
Caſpar S. und Hans R. zu S. über ihren Pfarrer *M. Gabriel G.* wegen Entſe-
tzung ihres Kirchen-Dienſtes ſich abermals beſchweren und bitten. Woferne
es nun ſich der *Supplicant*en Anziehen nach verhält/und ſolche *remotion absq; cogni-
tione cauſæ* geſchehen wäre/ ſo trügen wir ob des Pfarrers begangener Thätig-
keit Mißfallen/und begehren hiermit / ihr wollet ihme derentwegen gebührliche
Verweiſung thun/und auferlegen/daß vermöge voriges an euch ergangenen Be-
fehliches er *Supplicant*en hierinnen klagloß machen/und ſie ihrer Kirchen-Dienſte/
bis ordentlicher Weiſe ein anders wider ſie ausgeführet / gebührlich abwarten
laſſen ſol/ ꝛc.)

Et † *ad conſultationem Franciſci A.* zu *G. die 7. Septembr. Anno 1609.* (*Verba Sententiæ*: 17
Iſt euer Bruder George A. von Hanſen W. zu K. zu einem Pfarrer daſelbſt
ordentlicher Weiſe beruffen und *confirmi*ret worden: Nachdem er aber wegen
ſcharf-

ſcharffer Predigten und anderer Urſachen willen mit bemeldtem Hanſen W. zu Unfrieden worden/hat derſelbe beym *Conſiſtorio* zu N. N. es dahin bracht/ daß euer Bruder alſobald von ſeinem *Officio* und Pfarr-Amt *removi*ret worden. Wann nun gleich gnugſame Urſachen zur *Remotion* wider bemeldten euern Bruder verhanden wären/und er ſich der Gebühr nach nicht verhalten hätte : Da aber dennoch euerm Andeuten nach darüber niemals einige *cognition* vorgangen/ noch euer Bruder über die ihme zugemeſſene Begünſtigung vernommen worden wäre; So hätte das *Conſiſtorium* in dieſer Sache zu geſchwinde verfahren/ und müſte vor allen Dingen richtige Verhör gehalten/und Erkundigung der Sachen vorgenommen werden/ V.R.W.)

DEFINIT. CXII.

Extra caſum criminis atrocioris Miniſtri Eccleſiæ non niſi gradibus admonitionum præmiſſis, ab officio removeri debent.

SUMMARIA.

1. *Ob crimen atrox commiſſum miniſtri Eccleſiæ illico deponuntur.*
2. *Quod probatur ex Ordin. Eccleſ. Elect. Saxonicâ.*
3. *Propter vitam diſſolutam & neglectum officium non niſi prævüs admonitionum gradibus removeri poſſunt.*
4. *Quinam ſint gradus admonitionum?*
5. *Rationes & fundamenta hujus aſſerti.*
6. *Adducitur Ordinat. Eccleſiaſt. n. 7. 8.*
9. *Gradus admonitionum in jure etiam Canonico fundati.*
10. *Remotio Paſtoris refertur inter pœnas arbitrarias.*
11. *Adducuntur verba Ordinat. Eccleſiaſticæ.*
12. *Reſcriptum Electorale.*
13. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*
14. *Ejusdem Decreta, n. 15. 16.*

NOn loquimur heic de criminibus atrocioribus, veluti homicidio, adulterio, furto, veneficio &c. quibus a miniſtro Eccleſiæ perpetratis
1 confeſſus aut convinctus † oppido pœnæ capitali ſubjicitur, tantum abeſt, ut gradus admonitionum præcedere debeant, vel quicquam veniæ operari poſſint, veluti liquet *ex Ordin. Eccleſ. tit.* Vom Ober-*Conſiſtorio.*
2 *Rubr.* Wie weit † ſich des *Synodi* Amt/ Erkäntniß und Verordnung in Abſchaffung und Verbeſſerung vorgefallener Mängel erſtrecke. §. Nachdeme aber nicht allein die vorgebrachten Mängel ungleich/ da in etlichen die von Chriſto verordnete *gradus admonitionum* nothwendig gehalten werden müſſen. Etliche aber/ wann beſondere äuſſerliche / grobe/ abſcheuliche Laſter / als greuliche Gottesläſterung/ Hurerey/ Ehebruch und dergleichen vorgebracht / dadurch die Chriſtliche Gemeinde zum höchſten geärgert / und gleich alsbald der Chriſtlichen Obrigkeit ernſtliche Leibes-Strafe/vermöge der Rechte und unſerer aufgerichteten *Conſtitution*, vonnöthen/ ꝛc. †
3 Sed de pravis moribus, neglecto officio & vitâ miniſtrorum Eccleſiæ diſſolutâ nobis jam eſt quæſtio, unde non minimum attrahitur ſcandalum, in quo ſi miniſter Eccleſiæ conſtitutus reperiatur, nequaquam primo ſtatim momento removeri debet, ſed gradus admonitionum præcedant neceſſe eſt, ita † ut inculpatus officii 4
ſui prius admoneatur, quò à vitâ diſſolutâ deſiſtat, & ſeriâ morum pravorum emendatione ſcandalum rurſus avertat, eaque admonitio una atque altera vice repetatur, ac demum, ſi emendationis ſpes amplius ſit nulla, ad actum depoſitionis deveniatur; (1.) † Nimiùm enim ad remo- 5
tionem Paſtoris & miniſtrorum Eccleſiæ properari, & ipſis pariter & parœcianis valdè damnoſum eſt; Illis quidem, quia corrigibilis etiam functione ſuâ & reditibus ſtatim privatur : Hisce verò, quòd Parocho orbentur, multisq; ſumtibus novum Paſtorem vocare neceſſe habeant. Nil quidquam ergò intermitti debet, quò ſine ſcandalo hisce incommodis obvietur. (2.) † Quâ de re ſanctio extat 6
manifeſta Electoralis *in Ordin. Eccleſ. dict. Rubr.* Wie weit ſich des *Synodi* Amt / ꝛc. §. Was aber ſonſten Gebrechen und Mängel der Kirchendiener Perſon und die Verrichtung ihres Amts / auch ihrer ſelbſt/

und derſelben Weib und Kinder/ Leben und Wandel betrifft/ da es nicht grobe Laſter/ ſo unnachläßlich/ vermöge unſerer *Conſtitution* und Policey-Ordnung geſtraft werden ſollen/ ſondern ſolche Sachen/ dadurch die Gemeinde GOttes wol auch verärgert/ aber entweder ohne Vorſatz geſchehen/ oder ſonſten durch Fleiſch und Blut übereilet/ die auch durch ſie wol abgeſchaffet und gebeſſert werden mögen/ daß um ſolcher Gebrechen willen/ die gleichwol nicht zu gedulden/ aber derhalben ihres Dienſtes nicht alsbald zu entſe-
7 tzen; † Sollen in denſelben nach der Lehre Chriſti *Matth. 18.* die *gradus admonitionum* nachfolgender Geſtalt gehalten werden/ da der Pfarrer/ Kirchen- und Schuldiener/ es ſey Untreu/ Unfleiß in ſeinem Amt/ Leben/ unleydliches Aergerniß/ für ſich ſelbſt oder auch ſein Weib und Kinder beſchuldiget/ oder verdächtig/ ſol er deßhalben für das erſte Mal durch ſeinen ordentlichen *Viſitatorem* freundlich erinnert/ geſtraft/ und zur Beſſerung vermahnet werden. *junct. verſ.* Sol er für das andere Mal vor den *Superintendent*en *&c.* *&* §. Wann aber auf ſolche andere Vermahnung *verſ.* zum *Conſiſtorio* berichten/ damit er daſelbſt hin erfordert/ und für das dritte und letzte Mal mit beſonderm Fleiß und ernſtlicher Bedrauung zur Beſſerung vermahnet/ und da dieſelbige auch nicht erfolget/ und deßhalben von ihme weitere Klage oder Bericht einkommen/ er ſeines Dienſtes hiermit entſetzet
8 ſeyn ſolle. † Dergeſtalt ſich kein Kirchendiener zu beklagen/ daß er übereilet/ oder ungebührlicher *Proceſs* mit ihme gehalten/ und gleichwol dem Aergerniß zeitlich begegnet/ und die Kirchen mit rechtſchaffenen/ reinen/ getreuen und aufrichtigen/ unärgerlichen Dienern beſtellet und verſehen werden. (3.) † Jam olim quoque 9
de jure canonico admonitos fuiſſe miniſtros Eccleſiæ, priusque deponerentur ab officio, liqueſcit *ex can. petimus, 11. quæſt. 1.* ubi ex Concilio Carthaginenſi hæc referuntur verba: Qui plebem, quam invaſerat, usque hodie commonitus, ſecundùm quod ſtatutum fuerat, relinquere contemnit; ut qui miti admonitioni Sanctitatis veſtræ acquieſcere noluit, & emendare illicitum, auctoritate judiciariâ prorſus excludatur. (4.) † Cum- 10
que remotio Paſtoris inter pœnas referatur arbitrarias, ratio ſana ſvadet, perſonarum reſpectum haberi, ne ſi præviâ admonitione delinquens corrigibilis ſit, ſtatim deponatur ab officio, veluti in ejusmodi pœnis qualitas hæc ſæpè attendi ſolet, *arg. l. pedius §. 1. ff. de incend. ruin. naufr.* Felin. *in cap. paſtoralis. num. 1. verſ. ſed regula ſit. extr. de offic. de legat.* quò & reſpexit † Sereniſſimus Saxo *in Ordin. Eccl.* 11
citatâ Rubr. Wie weit ſich des *Synodi* Amt. ꝛc. §. Nachdeme aber. *verſ.* Sondern auch die Perſonen offtmals alſo beſchaffen/ daß vermöge GOttes Worts und aller Billigkeit/ ein gebührlicher Unterſcheid zu halten/ und niemands mit unzeitiger Strafe zu übereilen/ die ſonſten durch beſcheidentliche Erinnerungen und Vermahnungen/ ihnen ſelbſt und andern zum beſten gewonnen/ und zur Beſſerung gebracht werden mögen.

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Lipſienſi, die 21. Sept. Anno 1632. (Verba Reſcripti:* Was ſich unſer *Superintendens* zu P. *D. Gabriel L.* über ſeinen *Collegam M. Joachimi T.* Predigern daſelbſt in Unterthänigkeit beſchweret/ das habt ihr aus 12
dem Inſchluſſe zu vernehmen. Nun vermercken wir/ daß ihr allbereit ihme Unterſagung gethan/ wir haben auch ſonſten Nachrichtung/ wie *inſolent* und widerſpenſtig er ſich gegen ſeinen *Superintendent*en bishero bezeiget. Dieweil wir aber ſolches länger ihme nachzuſehen nicht gemeynet/ und von einem *Coinſpectore* oder *perpetuo Vice-Superintendent*en zu P. nichts wiſſen: So begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet unſäumlich ihm ſeinen Unfug mit Ernſt verweiſen/ und bey unnachläßiger Strafe der *remotion* auferlegen/ daß er hinführo alles Eingriffs und Anmaſſung des *Vice-Superintendent*en-Amts ſich enthalte/ und ohne ſonderliches Begehren oder Erlaubniß des *Superintendent*en nichts zu thun oder zu verrichten ſich unterſtehe/ das zum *Superintendent*en-Amt gehörig iſt. Ach im übrigen ſich aller ſchuldigen Gebühr/ Ehrerbietung und Gehorſams gegen ſeinen vorgeſetzten *Inſpectorn D. Gabriel L.* erweiſe/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi & Præfecto* zur Auguſtusburg/ 13
die 9. Sept. Anno 1621. (*Verba Reſcripti:* Darbey auch/ wie der Pfarrer ſich allenthalben erwieſen/ und ihr der *Superintendens* hiebevor mit ihme die *gradus admonitionum* vorgenommen/ anzeigen. Und weil hierzwiſchen der Pfarrer *ab officio ſuſpendi*ret worden/ ihr/ der *Superintendens* ſein Amt bis auf ferner Anordnen durch die *vicinos Paſtores* beſtellen/ ꝛc.)

Item

Item † *in causâ* den Schulmeiſter zu R. Chriſtoph A. an einem/ Pfarrer daſelbſt Chriſtoph B. anders Theils/belangend/*die 15. Jan. Anno 1616.* (*Verba Reſcripti:* Und dieweil wir gleichwol hierneben vermercket/ daß der Schulmeiſter bisher in ſeinem Amt unfleißig/ im Leben ärgerlich/ und wider den *Collatorn* und Pfarrer trotzig und widerſpenſtig ſich bezeiget / die *gradus admonitionum* aber noch zur Zeit nicht vorher gangen: Als haben wir nicht alleine ihme derentwegen ernſte Verweiſung gethan/ und ihn zu ſchuldiger *deprecation* gegen ſeinen Pfarrer angehalten/ ſondern auch zur Beſſerung dergeſtalt vermahnet/ daß im Fall ſolche zwiſchen *dato* und nächſtkommende Walpurgis nicht erfolgen werde/ er ſo dann auf anderweit Bericht ſeines Dienſtes *ipsô factô* verluſtig ſeyn / und keiner fernern Beförderung ſich zu getröſten haben ſolle/ ꝛc.) 14

Nec non † *in causâ* den Pfarrer zu S. *M. Jeremiam H.* Klägern an einem/ den Pfarrer zu E. *Caſparum N.* Beklagten am andern Theil belangende/ *die 11. Jan. Anno 1628.* (*Verba Decreti:* Daß dieſer Sachen/ ſo viel die verwürckte Strafe betrifft/ bis nach angeſtalter Verhör zwiſchen ermeldtem Pfarrer zu S. und dem Rath daſelbſt billich Anſtalt zu geben/unterdeſſen iſt beyden Theilen neben ſcharffer Verweiſung/bey Verluſt ihrer Dienſte auferleget worden/hinführo in Lehr und Leben ſich alſo zu bezeigen/damit nicht eines mit dem andern geändert werden dürffte/ꝛc.) 15

Et † *in causâ Daniel G. Medicum* zu M. Klägern an einem/ *M. Johann F.* Pfarrern daſelbſt/ Beklagten anders Theils belangend/*die 26. Jun. Anno 1620.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagtem allbereit den *23. Jun. An. 1614.* bey Verluſt/und den *29. Nov. Anno 1615.* bey nochmaligem unnachläßigem Verluſt ſeines Pfarr-Amts auferleget worden/ſich gegen damalige Kläger u. männiglich friedlich/ſchiedlich/Chriſtlich und erbar zu verhalten/ deme aber zu wider er mit itzigen Klägern einen neuen unnöthigen Streit erhoben/ und unſerer treulichen vielfältigen Vermahnung/ auch endlich zu ſeiner ſelbſt Beſſerung angeordneten *ſuſpenſion* ungeachtet zu keiner *deprecation* und Erkäntniß ſeines Unfugs/ noch zu vorgeſchlagener gütlicher Vergleichung ſich verſtehen wollen; So wird Beklagter nunmehro zu Verhütung mehrers Aergerniſſes ſeines Amts billich vor verluſtig erkannt und erkläret/ immaſſen wir ihn hiermit deſſelben verluſtig erkennen und erklären/ꝛc.) 16

Definit. CXIII.

Carcere nihilominus puniuntur Miniſtri Eccleſiæ, mit Prieſterlichem Gehorſam/ ſi vel remotionem totalem nævis levioribus non meruerint, vel de emendatione nondum admoniti fuerint.

SUMMARIA.

1. *Abſque prævia cauſæ cognitione miniſtri Eccleſiæ non ſunt mulctandi.*
2. *Non generis unius ſunt crimina miniſtrorum Eccleſiæ.*
3. *Et quàm varia.*
4. *Error doctrinæ ipſam meretur remotionem.*
5. *Certô tamen adhibito proceſſu.*
6. *In delictis enormibus & notoriis quomodo procedendum?*
7. *Nævi leviores in miniſtris Eccleſiæ non probandi.*
8. *Quâ pœnâ horum rei coërcendi?*
9. *Carceris pœna infligi poteſt miniſtris Eccleſiæ. n. 10. 12.*
11. *Pœna arbitraria ob crimina leviora eſt infligenda.*
13. *Delicta non debent remanere impunita.*
14. *Reſcriptum Electorale.*
15. *Decreta Conſiſtorii Supremi. numer. 16. 17. 18.*
19. *Ejusdem Reſcriptum.*

Diximus *ſupr. Defin. 11.* nunquam miniſtros Eccleſiæ deponendos fore ab officio ſuo, ſi non præceſſerit exacta cauſæ cognitio, ne forſan pœna remotionis infligatur ei, qui tàm rigoroſam mulctam haut meruit: Non etenim unius ejusdemque generis ſunt delicta miniſtrorum Eccleſiæ, † ſed quandoque leviora, quæ remotione coërceri iniquum foret. Accuratè igitur perpendenda eſt criminis pariter commiſſi & perſonarum delinquentium qualitas, eaque prudentis judicis arbitrio committenda. 2

 Pro

Pro informatione tamen generali tria poſſunt conſtitui Miniſtrorum genera, cum Johanne Gerhardo *in loco de miniſterio eccle-*
3 *ſiaſtico. §. 174. circa fin.* Nam (1) † quidam ſunt doloſi. *2. Cor. 4. v. 2. Eph. 4. v. 14.* qui doctrinæ cœleſtis lucem nebulis hæreticis obſcurant, & ſinceritatem ejus adulterant:
4 Hoſce Eccleſia non ſolùm poteſt, † ſed & debet tanquam anathema quoddam, ſive rem deteſtandam, quæ attactu ſuo polluit, à ſe removere, *Gal 5. v. 12.* ita tamen, ut de purâ ac ſaniori doctrinâ fidei prius informentur, & tum demum, ſi in errore ac hæreſi perſe-
5 verant, removeantur, † juxta modum à Sereniſſimo Electore Saxon. præſcriptum *in Ordin. Eccleſ ſub. tit.* Vom Ober-*Conſiſtorio. Rubr.* Wie weit ſich des *Synodi* Amt/ Erkäntniß und Verordnung in Abſchaffung und Verbeſſerung vorgefallener Mängel erſtrecke. §. Erſtlich wann von einem Kirchen-Diener. *cum §. §. duobus ſeqq. &* §. Wann aber ein ſolcher in der Lehre irriger Kirchen- oder Schuldiener ſich aus GOttes Wort nicht berichten/ noch weiſen laſſen wolte/ ꝛc. *verb.* Sol alſobald durch den *Superintendenten* ihme das Amt geleget/ und er unverzöglich beneben ſeinem des *Superintendenten* gnugſamen Bericht zu dem *Conſiſtorio*, dahin er gehörig/ geſchicket/ und daſelbſt durch unſere *Conſiſtorialen* mit ihme abermals ernſtlich gehandelt werden / *junct. verſ.* Und da er ſich nicht weiſen laſſen/ ſondern halßſtarrig auf ſeiner irrigen Meynung beruhet und verharret / ſeines Dienſtes gäntzlichen erlaſſen/ und kein *teſtimonium*
6 ihme gegeben werden ſol/ ꝛc. (2) † Deinde quidam miniſtri Eccleſiæ ſunt oneroſi, quorum crimina ſunt & enormia & notoria, qui itidem ab officio removendi, ne propter illos nomen DEI blaſphemetur, ita tamen, ut extra caſum criminis atrocioris gradus admonitionum præmittantur, ſecundum tradita *Defin. præced.* (3) Qui-
7 dam † denique ſunt moroſi & levioribus nævis obnoxii, qui tolerari debent, Gerhard. *dict. §. 147. in fin.* An ergò hi ab omni mulctâ erunt immunes? Non certè, ſed pœnâ arbitrariâ mulctandi, † ſi vel crimen haut 8
mereatur remotionem, vel gradus admonitionum non præceſſerint, nec reus contumax extiterit.

Atque hinc miniſtros Eccleſiæ carcere punire videmus, quæ pœna nomine honeſtiori ſolet indigitari Der Prieſterliche Gehorſam. Rectè ſanè, prout apparet (1) † *ex Ord.* 9
Eccleſ. Elect. Sax. ſub tit. Von beyden *Conſiſtoriis* zu Leipzig und Wittenberg. *cap. 10.* Was für Strafen das *Conſiſtorium* und deſſelben *Aſſeſſoren* zu erkennen und zu gebrauchen haben ſollen. §. Dann ob ſich wol ihr Erkäntniß. *verſ.* So ſollen ſie doch nichts deſtoweniger zu Erhaltung Chriſtlicher Zucht *civiles pœnas*, nemlich Geldſtrafen *applicandas fiſco*, als dem gemeinen Kaſten/ auch Gefängniß zu ſprechen hiermit von uns Gewalt und Macht haben. Quod ſi ergò in Conſiſtoriis † mulcta 10
pecuniaria, vel carceris in delinquentes decerni poteſt, non utiq; exemti erunt ab hiſce pœnis miniſtri Eccleſiæ, quorum cauſæ in Conſiſtoriis tractantur & deciduntur. (2) Cumque in leviores miniſtrorum Eccleſiæ nævos nullibi certa ſit conſtituta pœna, † 11
utique coërcitio ipſorum erit hoc caſu arbitraria, quæ vel impoſitione carceris, vel mulctæ pecuniariæ exerceri ſolet, Bartol. *in l. quid ergò. 13 §. pœna gravior. verſ. quæro. ff. de his qui not. infam. & in l. hodie. 13. ff. de pœn.* ubi Matth. Weſenbec. *in parat. num. 3.* Nicol. Reuſner. *lib. 2. deciſ. 16. n. 3.* Ludov. Carer. *in pract. crimin. §. homicidium. num. 320.* (3) † Et quid obſtat tandem, quominus 12
Eccleſiæ miniſtri carceris pœnæ ſubjiciantur in caſu, quo ad pœnam ſeveriorem ac remotionem totalem deveniri nequit? nec enim crimina leviora impuniata † remanere 13
debent, *l. ſi operis. 14. C. de pœn. l. in delictis § cum dominus. ff. de noxal. action.* Vincent. de Franc. *deciſ. 98. n. 2.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Superintendenti Dresdenſi, die 25. Oct. Anno 1615. (Verba* 14
Reſcripti: Euch iſt gnugſam wiſſend/ wie hoch und bey was ernſter Strafe die Gotteslåſterungen/ nicht allein in H. Schrifft/ ſondern auch in unſern Landes-Ordnungen/ verboten ſeynd/ alſo daß wir dahero gehoffet/ wo nicht alle Chriſten/ jedoch zum wenigſten die Geiſtlichen/ derſelben ſich gäntzlich enthalten würden. Es kömt uns aber gewiſſe Nachrichtung ein/ wie bey etlichen Prieſtern auch hieſiges Orts/ dieſe erſchreckliche Sünde ziemlich einreiſſe / und kurtz-verwichener Tage *M. P. R. Diaconus* in der Creutz-Kirche öffentlich die Sacramente gefluchet/ und nicht geringes Aergerniß gegeben habe. Nun tragen wir hierob nicht unbillich ein ungnädiges Mißfallen/ hätten auch wohl Urſache/ zu einem allgemeinen Exempel eine ſonderbahre ernſte Strafe gegen ihn vorzunehmen/ wollen aber zu dieſem mal

noch

noch in Gnaden dem heiligen *Miniſterio* zu Ehren den gelindern Weg gehen/ ob er und andre ſich dran ſpiegeln/ und für anderer Anordnung/ auch zuförderſt GOttes Strafe/ die gewiß bey Gotteslåſterern nicht ausbleibet/ beſſer ſich vorſehen und hüten wolten; Begehren demnach hiermit gnådigſt/ Ihr wollet gedachten *M. P.* vor euch erfordern/ unſer ungnådiges Mißfallen ihme anzeigen/ ſein böſes und unprieſterliches Beginnen nach der Schårffe und mit Ernſt verweiſen/ auf vier Tage und Nacht mit prieſterlichem Gehorſam an gewöhnlichem Orte belegen/ und wie er ſich auf dieſen unſern Befehl bezeiget/ unterthånigſt berichten/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ* Hanſen L. zu S. *contra M. Caſpar. H.* zu *L. die 4. Jul.* 15
Anno 1618. (*Verba Decreti:* Nachdem der *Collator* Hans L. zu S. in unterſchiedlichen Schreiben über beklagten Pfarrers unprieſterliches Leben/ davon aus der *Commiſſarien* Bericht und etlicher Zeugen Auſſage ziemliche Nachrichtung zu befinden/ ſich höchlich beſchweret/ und um ſeine *remotion* inſtåndig angehalten/ dafür Beklagter flehentlich gebeten/ und beſtåndige Beſſerung zugeſaget; Als haben wir in Anſehung ſeiner kleinen Kinder/ und daß er vor uns niemals zuvor verklaget worden/ ihn nach beſchehener ſcharffen Verweiſung zu dieſem Mal mit Prieſterlichem Gehorſam beleget/ und darneben einer *translocation* halber an ſeinen *Collatorn* geſchrieben/ mit dieſem Anhange/ wofern auf dieſe Strafe von ihme keine beharrliche Beſſerung erfolget/ daß er dann als itzo/ und itzo als dann *ipſô factô* ſeines Dienſtes gånzlich verluſtig ſeyn ſolle/ ꝛc.)

Item † *in cauſâ* Judithen/ *Antonii K.* zu *L. contra* den *Diaconum* zu *Z. Ambroſium F. die* 16
13. Nov. Anno 1618. (*Verba Decreti:* Und wird hierüber/ daß er mit dem heiligen Eheſtande ſo leichtſinnig gehandelt/ andern zum Abſcheu mit Prieſterlichem Gehorſam/ und fernern Vorbehalt billig abgeſtrafet/ ꝛc.)

Nec non † *in cauſâ Johann I. Ludimoderatorn* zu P. *contra Johann S. Quintanum* daſelb- 17
ſten/ *die 5. Apr. Anno 1622.* (*Verba Decreti:* Daß Beklagter wegen der *libellirten* Worte Klågern eine Chriſtliche Abbitte und Erklåhrung zu thun/ und bey Verluſt ſeines Dienſtes führohin in ſeinem Amt und Leben fleißig/ friedlich/ und unſtråflich ſich zu verhalten ſchuldig/ er wird auch hierüber mit dem Prieſterlichen Gehorſam andern zum Exempel billich beleget/ ꝛc.)

Item † *in cauſâ* die Eingepfarrten zu T. und S. an einem/ den Pfarrer David W. 18
daſelbſten anders Theils belangende/ *die 19. Jun. Anno 1622.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter der angebrachten *exceſſen* nicht allerdings in Abrede geweſen/ und hinführo Beſſerung zugeſaget; So iſt ihm nach ſcharffem Verweiß ſolche bey Verluſt ſeines Dienſtes und künfftiger Beförderung auferleget/ er auch andern zum Exempel hierüber in den Prieſterlichen Gehorſam gewieſen worden/ ꝛc.)

Et † *Superintendenti Chemnicenſi die 24. Martii Anno 1630.* (*Verba Reſcripti:* Euch iſt un- 19
verborgen/ was maſſen wir auf euern und des Schöſſers zu Auguſtusburg Bericht/ den Pfarrer zu E. *Georgium A.* vorlångſt zur Vorhaltung anderweit anhero erfodert/ derſelbe auch ſich darauf geſtellet. Ob wir nun wol Urſach gehabt/ ihn alsbald ſeines Dienſtes zu erlaſſen/ ſo haben wir doch in Hoffnung der Beſſerung und um ſeiner unerzogenen Kinder willen vor dieſes Mal den gelindern Weg geben wollen/ ihn mit Prieſterlichem Gehorſam auf 14. Tage geſtrafet/ und da er ſeine *exceſſe* erkennen/ bereuen/ und Beſſerung zuſagen würde/ ſein Amt ihm hinwieder eröffnen zu laſſen Vertröſtung gethan. Wann er dann vermittels eines *Reverſûs*, darvon ihr Abſchrifft inliegend zu befinden/ ſolches *dato* ins Werck gerichtet; Als iſt an ſtatt Ihr. Churfl. Durchl. hiermit unſer Begehren/ Ihr wollet denſelben nunmehro ſein Amt hinwieder eröffnen/ darneben aber auf deſſelben Verrichtung/ Leben und Wandel fleißige Achtung geben/ und da ihr ein anders/ als ſein *Revers* beſaget/ an ihme vermercket/ uns ſolches unverlånget zu erkennen geben/ ꝛc.)

DEFINIT. CXIV.

Quandoque etiam Miniſtri Eccleſiæ pro qualitate criminis ad certum tempus ab officio ſuſpenduntur.

SUMMARIA.

1. *Miniſtri Eccleſiæ quandoque puniuntur ſuſpenſione ab officio.*
2. *Effectus hujus pœnæ quisnam?*
3. *Gravior habetur carceris pœnâ.*
4. *Lædit exiſtimationem, & maculam infert.*
5. *Privat etiam ſalariô ad tempus miniſtros Eccleſiæ.*
6. *Pœnæ debent correſpondere delictis.*
7. *Suſpenſionis pœna in jure canonico fundata. numer. 8. 9.*
10. *Et in ordinat. Eccleſ. Elector. Saxon. probata.*
11. *Varii ſunt nævi & exceſſus miniſtrorum Eccleſiæ.*
12. *Pœnâ haut definitâ, arbitrio judicis committitur temperamentum.*
13. *Reſcriptum Electorale.*
14. *Conſiſtorii Supremi Reſponſum.*

1 EST porrò ultra carceris pœnam & alia mulcta, quæ miniſtris Eccleſiæ pro qualitate criminis, quod vel ſuâ naturâ, vel gradibus admonitionum nondum præmiſſis, remotionem haut meretur,
2 imponi conſvevit, ſuſpenſio nempe, † quâ Clerici ad tempus ab officio ſuſpenduntur, Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 2. cap. 2. num. 16.* Proſp. Farinac. *in pract. crimin. de delict. & pœn. quæſt. 19. numer. 50.* Sigiſmund. Finkelthuſ. *de jur. patron. cap. 4. num. 21.* Foller. *in pract. criminal. canon. verb. & ſi confeſſus. cap. 33.*
3 *n. 63.* pœna gravior † carcere vel mulctâ pecuniariâ, miniſtris Eccleſiæ tum injungenda, ſi carceris pœna haut ſufficere videatur.
4 (1) Præterquam enim † quòd ſuſpenſio æquè ac carceris pœna exiſtimationem apud vulgum haut parum minuat, maculamque inferat, ſalario etiam atque reditibus delinquentes privat: quamdiu enim ab officio
5 ſuſpenduntur, † ſalarium petere nequeunt, ut ſic duplici onere graventur, ac pro merito delictum commiſſum vindicetur, ſiquidem pœnæ ſemper debent correſpon-
6 dere † delictis, *can. non aſſerimus. 24. quæſt. 1. l. reſpiciendum. ff. de pœn. l. 1. §. ſed & qui. ff. de abigeis.* Hippol. de Marſil. *in l. 1. num. 256. C. de rapt. virgin.* Nicol.
7 Reuſn. *lib. 2. deciſ. 20. num. 8.* (2) † Eſtque pœna ſuſpenſionis in jure canonico ſatis fundata, prout liquet *ex cap. etſi Clerici. verſ. Si verò coram Epiſcopo de criminibus in jure confeſſi ſunt, ſeu legitimâ probatione convicti, dummodò ſint talia crimina, propter quæ ſuſpendi debeant vel deponi, non immeritò ſuſpendendi ſunt à ſuis ordinibus, vel ab altaris miniſterio perpetuò removendi, extr. de judic. & cap. quærenti. 20.* ibi:
8 † *Quærenti, quid per cenſuram eccleſiaſticam debeat intelligi, cum hujusmodi clauſulam in noſtris literis apponimus: Reſpon. quod per eam non ſolùm interdicti, ſed ſuſpenſionis & excommunicationis ſententia valeat intelligi. extr. de verb. ſignif. & in* † *cap. tuarum. 11.* verb. *alios verò Presbyteros, ab officio ſuſpenſos per Epiſcopos ſuos, iidem cùm ſint laici, ad divina officia reſtituunt exequenda.* 9
Et rurſus; *Si Clerici ab officio beneficioque ſuſpendas nullô prorſus privilegii beneficio, vel appellationis remedio prævalente &c.* Ac poſtea: *Eâdem pœnâ ſuſpenſionis involvens, in ea (donec reconciliata fuerit) officia non permittas celebrare divina: Presbyteros etiam ſuſpenſos ab Epiſcopis ſuis & per prædictos fratres ad officia ſua temerè reſtitutos, in eandem ſententiam ſuſpenſionis reducas, &c. extr. de privil. & exceſſ. privileg.* (3) † Et 10
ne quisquam juris canonici ſanctionem hodie abrogatam exiſtimet, eandem ſuſpenſionis pœnam repetit Sereniſſimus Saxon. Elector, *in ordin. Eccl. tit.* Von beyden *Conſiſtoriis. cap. 7. §.* Alle Sachen/ die Pfarrer/ Kirchen- und Schuldiener/ *Vocation,* Amt/ Dienſt/ Leben/ Wandel/ *translation, dimiſſion, ſuſpenſion,* Handlung und Verbrechung belangende/ ꝛc. (4) † Ex quo etiam 11
nævi atque exceſſus miniſtrorum Eccleſiæ multùm variant, & diverſis perpetrantur qualitatibus; mirùm ſanè haut eſt, ut diverſæ & quidem extraordinariæ pro iis infligantur mulctæ, ex regulâ generali, quæ ſi certa in delinquentes pœna jure conſtituta non eſt, † temperamentum ac deciſionem 12
judicis arbitrio committit, Jaſon *in l. jubere. 4. ff. de juriſdict. omn. judic.* Ludolph Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 19. num. 122. verſ. eam ob cauſam, quia in omnibus.* Andr. Tiraquell. *de pœn. leg. temper. cauſ. 31. n. 34.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 1. quæſt. 86. num. 8. verſ. aut à jure communi ſtatuto,* Jacob. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 2. quæſt. 14. n. 9.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti Plavienſi, die 25. Junii Anno 1627.* 13
(*Verba Reſcripti:* Wie hoch ſich an uns abermal Henning K. zu H. über den Pfar-

Pfarrer daſelbſt *M. Martinum P.* wegen verweigerter *Communion*, und gegen ihme verübter groſſer Ungeſtümigkeit beſchweret/ das habt ihr aus dem Inſchluſſe zu vernehmen. Wofern nun angezogener Maſſen es ſich verhielt/ ſo trügen wir darob ein ſonderbahres ungnädigſtes Mißfallen/ und könten dem Pfarrer ſeinen beharrlichen Trotz und Vernichtung unſerer Befehlige nicht ungeſtrafet hingehen laſſen; Begehren derowegen hiermit gnädigſt/ ihr wollet uns mit Wiederſendung der Beylage unverzüglich berichten/ wie unſern am *16. Junii* dieſes Jahres an euch ergangenen Befehlich ihr verrichtet/ und da es Klägers Anziehen nach ſich verhielte/ *M. P.* alſobald vom Amt *ſuſpendi*ren/ ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem D. Joachimi Garcæi Superintendentis Brandenburgici, die 6. Oct. Anno 1619.* (*Verba Reſcripti:* Anlangende die Beſtrafung des *Diaconi*, wann der Kläger auf dieſelbe dringet/ und der Beklagte der Klage laut euers Berichts alſo geſtändig/ oder überwieſen/ daß er nicht allein dazumal bloß um der unterlaſſenen *Privat*-Beichte willen die *Communion* ſondern auch ſeithero ferner/ ungeachtet der Erbietung zu beichten/ beydes die Anhörung der Beichte und *Abſolution* eigenmächtiger Weiſe ſeinem *Superintenden*ten (der in der Lehr und Leben richtig/ und nichts böſes überführet iſt) verſaget habe/ ſo iſt er ſchuldig/ dem beleydigten Chriſtlich zu *depreci*ren / ſeinen *Exceſs* und *præcipitantiam judicii* öffentlich / iedoch ſeinem Amt und Ehren ohne Schaden / zu erkennen / und mag er hierüber andern zum Abſcheu willkührlichen/ entweder auf 4. oder 5. Tage mit leydlichem prieſterlichem Gehorſam beleget/ oder auf 4. Wochen lang *ab officio ſuſpendi*ret werden. Auf welchen Fall dem *Superintenden*ten gleicher geſtalt gebühret/ ſich mit dem *Diacono* ausſöhnen zu laſſen/ ihme zu verzeyhen/ und nebenſt ſeinen *Collegis* über der reinen wahren Evangeliſchen Lutheriſchen Lehr und den Chriſtlichen heylſamen Kirchen-Ordnungen/ darunter auch die *Privat-Abſolution* gehöret/ beydes mit Lehren und gutem Exempel einmüthiglich und beſtändig zu halten/ ꝛc. 14

DEFINIT. CXV.

Suſpenduntur quoque ab officio Miniſtri Eccleſiæ criminis atrocioris inculpati, usque dum prævia legitimâ inquiſitione confeſſi aut convicti fuerint, vel innocentiam obtinuerint.

SUMMARIA.

1. *Suſpenſio officii æque eſt pœna, ac carcer & remotio.*
2. *Quomodo ſuſpenſio differat à remotione?*
3. *Uniformis ſemper eſt depoſitio.*
4. *Non etiam ſuſpenſio.*
5. *Quandoq; reus nondum confeſſus aut convictus ſuſpenditur ab officio.*
6. *Suſpenſio medium & præparatio ad inquiſitionem, n. 8.*
7. *Quibus fundamentis & rationibus hoc probetur? n. 16. 17.*
9. *Sandalum ab Eccleſiâ eſt removendum.*
10. *Ratione ſcandali evitandi multa contra rationem juris ſunt permiſſa.*
11. *Unde quis etiam condemnari poteſt ſine citatione.*
12. *Abſq; culpâ nemo ab officio ſuſpendendus.*
13. *Inquiſitio abſq; præcedentibus indiciis haut eſt ſuſcipienda.*
14. *Nullitas ex defectu indiciorum omnia acta reddit nulla.*
15. *Reus quandoque ex præſumtionibus punitur.*
18. *Reſcriptum Electorale.*
19. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 EST igitur ſuſpenſio ab officio æquè ſpecies pœnæ, ac carcer & remotio, illo quidem gravior, hac autem mitior. Differt namque ſuſpenſio à depoſitione duplici modo: *Primo*, hæc eſt perpetua; † illa autem temporalis, ad certum nempe tempus indicenda, Bald. *in Auth. habita. col. 7. C. ne fil.* 2

ſil. pro patre. Speculat. *in tit. de accuſat.* §. 2. *vol. 3. verſ. item quæritur.* Proſp. Farinac. *in pract. crimin. de delict. & pœn. quæſt. 19. n. 50.*

3 *Secundò* † uniformis ſemper eſt depoſitio, ſemperque privat depoſitum adminiſtratione altaris, & ordinibus clericalibus: Suſpenſio verò uniformis ſemper non eſt. Nam

4 † tot ſunt ſingulares ſuſpenſiones, quot ſunt actus legitimi, quos longo ordine recenſet Foller. *in pract. crimin. canon. verb. & ſi confeſſi. cap. 33. n. 63. & ſeqq.*

Quin nec ſemper ſuſpenſio ab officio pro pœna habetur, ſed quandoque indicitur mi-

5 niſtris Eccleſiæ † atrocioris delicti inculpatis, nondum tamen confeſſis aut convictis, ad hoc ut inquiſitio adverſus eos formari queat ſuper crimine ipſis imputato, quam ſuſtinens ſine ſcandalo vix fungi poterit offi-

6 cio eccleſiaſtico, † quo intuitu ſuſpenſio dicitur medium vel præparatio ad proceſſum inquiſitionis ſuper delicto atrociori. (1.)

7 † Quod ſi enim degradatio decernitur contra miniſtros Eccleſiæ, qui de crimine atroci, puta furto, homicidio, adulterio &c. confeſſi ſunt aut convicti, *cap. degradatio. extr. de pœn. in 6to.* Panormitan. *in cap. ad audientiam. n. 2. extr. de crim. falſ.* Johan. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſiaſt.* §. 117. Theodor. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ.*

8 *2. cap. 2. n. 18.* quidni etiam † ſuſpenſio locum obtineret adverſus eos, qui confeſſi equidem vel convicti nondum ſunt, indiciis tamen gravati? ſaltem hunc in finem, ne ex adminiſtratione officii ſacri pendente inquiſitionis proceſſu ſcandalum detur in Eccleſiâ,

9 † quod magno ſtudio eſt removendum, *cap. niſi cum pridem. extr. de renunciat.* Petr. Gregor. Tholoſ. *lib 38. ſyntag. jur. univerſ. cap. 4. n. 4.*

(2.) Ex quo ſolo ſuſtinebitur ſuſpenſio pendente proceſſu facta, ut maximè aliàs juri minùs conveniat ſuſpendi ab officio inauditum & nondum condemna-

10 tum, † ſiquidem ratione ſcandali evitandi multa in jure permittuntur, quæ aliàs ſuâ naturâ illicita ſunt & prohibita, *cap. 2.* ubi Felin. *num. 8. de præſcript.* Jac. Menoch. *recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 319. & ſeqq.* Proſp. Farinac. *in prax. criminal. lib. 1. quæſt. 21. num. 74.* quale imprimis

11 illud eſt, † quòd reus propter ſcandalum evitandum condemnari queat ſine citatione. Hoſtienſ. *in cap. tua nos, col. 2. extr. de cohabit. cleric.* Conrad. *in pract. tit. de notor. crimin. num. 11, in 2. limit.* Anton. Gomez. *in tit. de delict. cap. 1. n. 43. verſ. quod tamen limita. &c.*

(3.) † Aut ſi omninò abſque culpa ne- 12
minem ab officio ſuſpendendum fore quis ſtatuerit, dicimus, nec pendente inquiſitionis proceſſu omnem ab inquiſito culpam abeſſe, quantumvis de crimine confeſſus aut convictus non ſit. Ex quo enim legitima eſt inquiſitio contra miniſtros inſtituta, quod omninò præſupponimus, vel ſaltem ex indiciis & præſumtionibus de culpâ jam conſtet, quippe † quod inquiſitio 13
ſpecialis abſque indiciis contra reum urgentiſſimis ſuſcipienda haut ſit, alioquin pro nulla habebitur, tantum abeſt, illam legitimam cenſeri, *cap. qualiter & quando. extr. de accuſat. l. juſtiſſimus. C. de offic. Rector. provinc.* Hippol. de Marſil. *in pract. crimin.* §. *conſtant. num. 33. & vol. 2. conſil. 117. num. 11.* Nicol. Reuſner. *lib. 1. deciſ. 24. num. 15.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 29. num. 41.* Vincent. Honded. *lib. 1. conſil. 108. num. 8. & 17.* Roll. à Valle *lib. 3. conſil. 17. num. 8.* Bartol. Bertaz. *lib. 1. conſil. crimin. 198. num. 4.* Jul. Clar. *libr. 5. ſentent.* §. *ult. quæſt. 2. verſ. ad formandam.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. libr. 1. caſ. 78. n. 1.* usque adeò † ut hujusmodi in- 14
quiſitionis nullitas ex defectu indiciorum promanans omnia acta pariter & facta inficiat, nullaque reddat, Hippol. de Marſil. *in* §. *ſecunda quæſtio. num. 87.* Tiber. Decian. *vol. 2. Reſponſ. 25. num. 11. & vol. 3. Reſponſ. 4. num. 5.*

(4.) Si verò quis inſtet, probatam tamen haut eſſe culpam, licet ex indiciis de ea conſtet ſaltem præſumtivè. Reſpondemus,
† abſurdum haut eſſe, ut reus ex præſumti- 15
onibus puniatur, licet confeſſus aut convictus non ſit, Johan. Vincent. Honded. *vol. 2. conſil. 98.* Jacob. Menoch. *de præſumt. libr. 1. quæſt. 92. & quæſt. 97.* Hippol. de Marſil. *in l. 1.* §. *3. num. 24. & ſeqq. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Joſeph. Marſcard. *de probat. vol. 3. concl. 1223. num. 30. & ſeqq.* Et quamvis inquiſitus † de crimine non convincatur, nec 16
id unquam confiteatur, immunis tamen non erit à ſuſpenſione propter indicia culpæ, cùm quilibet talem gerere debeat vitam, ut nec mala ſuſpicio adverſum ipſum oriri poſſit; † veluti hinc quoque ex urgentibus indi- 17
ciis tortura infligitur inculpato; gravior certè afflictio, quàm ſuſpenſio ab officio, licet de crimine convictus non ſit.

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti & Quæſtori Weidenſi die 4. Aug. Anno 1632.* (*Verba Reſcripti:* Was an uns der Veſte/unſer Hauptmann zu Weiſſenfelß und lieber Getreuer Gottfried von Wolffersdorff wider ſeinen Pfarrer G. S. unterſchiedlich gelangen laſſen/das habt ihr aus dem Beyſchluß nach der Länge zu erſehen. Und begehren hierauf gnädigſt/ ihr zugleich wollet ermeldten Pfarrer alſobald vor euch fordern / ihn darüber vernehmen / und uns die befundene Beſchaffenheit zu fernerer Verordnung und *inquiſition* ungeſäumet berichten: Hierzwiſchen aber ihr der *Superintendens* gedachten Pfarrer von ſeinem Amt *ſuſpendi*ren/ ꝛc.) 18

Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Annæbergenſi M. Chriſtophoro* Fiſchern & *Michael* Schumann *Senatoribus, die 12. Martii An. 1613.* (*Verba Reſcripti:* Hierauf iſt an ſtatt unſers gnädigſten Herrns unſer Begehren/ ihr/der *Superintendens* wollet den Pfarrer/daß er gefrevelt/ und groſſes Aergerniß auf der Gaſſen angerichtet/von ſeinem Amt alsbald *ſuſpendi*ren/ und die Seelſorge immittelſt durch den Pfarrer zu Hermannsdorff und den *Diaconum* zu Schlottau wechſelsweiſe beſtellen laſſen. Darauf ihr geſamt C. O. den Pfarrer/deſſen Söhne und *Conſort*en von dannen nicht zu weichen handveſte machen/ und mit Zuziehung eines beglaubten *Notarii* wegen der geübten Schlägerey und ſonſten/zu welchem Ende wir euch die Beylagen zurücke ſenden/ förderlichſt fleißige Erkundigung einziehen/*Inquiſition* anſtellen/die Zeugen eydlich abhören / und wie ihr es allenthalben befunden/nebenſt Wiederſendung der Beylagen anhero berichten/ꝛc.) 19

DEFINIT. CXVI.

Miniſtris Eccleſiæ ab officio ſuſpenſis, cura animarum vicinis Paſtoribus interim eſt committenda.

SUMMARIA.

1. *Cavendum, ne ſuſpenſo ab officio Parocho, cura animarum negligatur.*
2. *Num interim alius ſubſtituendus?*
3. *Nondum vacante Miniſterio, alius non eſt ſubſtituendus.*
4. *Sed cura animarum vicinis Paſtoribus committenda n. 8. 9.*
5. *Suſpenſio inducit vacantiam ad tempus.*
6. *Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Electoralis Saxonica, n. 7.*
10. *Vicinis Paſtoribus de ſalario vel honorario proſpiciendum.*
11. *Dignus eſt operarius mercede ſua.*
12. *Reſcriptum Electorale.*
13. *Conſiſtorii Supremi Reſcriptum.*

1 Nonne autem per ſuſpenſionem Parochorum ab officio cura negligitur animarum? interdictâ ſiquidem miniſtris Eccleſiæ functione eccleſiaſticâ ad certum tempus, medium interim parochianis præſcinditur, quo cultum divinum exercere, verbum audire & Sacramentis uti poſſint. † Quod ne fiat, 2 ſubſtituendum fore dixeris alium, qui vices Paſtoris ab officio ſuſpenſi interim gerat: Sed miniſtrum Eccleſiæ ad certum tempus vocare & ordinare, Miniſterioque nondum vacante † alium ſubſtituere, ſana ratio non 3 admittit, *cap. qui in vivorum. extr. de conceſſ. præbend.* Joh. Gerh. *in loc. de miniſt. Eccleſ. ſect. 7. §. 117. pag. 197.*

Rectiùs ideoque obtinuit, ut durante ſuſpenſione cura animarum vicinis Parochiis Eccleſiæque miniſtris committatur, (1.) † 4 perinde ac ſi defunctus eſſet Paſtor, in cujus locum propter beneficium ſalarii ſemeſtris viduæ ac liberis defuncti conceſſum, tam ſubitò alius ſurrogari non poteſt, de quo diximus *part. 1. defin. 162.* † ac licet factâ 5 ſuſpenſione Parochi non dicatur propriè miniſterium vacare; efficitur tamen inde temporalis vacantia, ut ſaltem ex identitate rationis vicinorum labores requirantur. (2.) Quò & facit Ordinatio † eccleſiaſtica in 6 Electoratu Sax. *ſub tit.* Von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchen-Diener. §. Und zu fernerer Gnade ꝛc. *verſ.* Auch immit-

mittelſt durch die Benachbarten die Pfarr / *Prædicatur*, oder *Diaconat* verſehen
7 laſſen/ ꝛc. † *Et ſub tit.* Vom Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. §. Zum andern ſol der *Superintendens* unverzöglichen die Verordnung thun/ damit alſobald die Kirche durch die benachbarten Pfarrer und unverdächtige Perſonen mit den ordentlichen Predigten/ Austheilung der heiligen Sacramenten / und allen/ was ſolchem anhanget und darunter begriffen/ nach Nothdurfft beſtellet/ damit aus Mangel derſelben in Nothfällen niemand an ſeiner Seelen Seligkeit ver-
8 ſäumet werde. † Quod ſi ergò vicini Paſtores ad certum tempus alii Eccleſiæ operas præſtare poſſunt ac debent, quidni etiam hoc caſu, quô iis Eccleſia maximè opus habet? (3.) Nec forte quis credi-
derit, † ut vicini Paſtores operas detre- 9
ctent, quorum pietas exigit omni ſtudió providere, ne quiſquam fidelis pereat, vel in ſpiritualibus patiatur detrimentum, ac ne ullibi gregem dominicum Paſtoris defectu lupus rapax invadat, *cap. ne pro defectu. 41. extr. de elect.* Paul. de Citadin. *de jur. patron. part. 6. art. 3. numer. 10.* Nec ſine præmio † laboris hoc facient, ſi pars illa ſala- 10
rii, quà propter nævos ſuos ab officio ſuſpenſi privantur, vicinis Paſtoribus aſſignetur, vel à parochianis honorarium iis detur: † dignus enim eſt operarius mercede 11
ſuâ, *Luc. 10. verſ. 7.* & bovi trituranti os nequaquam eſt obturandum, *Deut. 25. v. 4. 1. ad Corinth. 10. v. 9.* Cumq́; parochiani à vicinis Paſtoribus ſpiritualia accipiant bona, æquum omninò eſt, ut iis viciſſim retribuant carnalia, *1. ad Corinth. 9. v. 11.*

Ita † *Sereniſſimus Saxon. Elector Superintendenti Plavienſi, in causâ Henning. K.* zu H. *contra* den Pfarrer daſelbſt *M. Martinum P. die 25. Jun. Anno 1627.* (*Verba Reſcripti:* Begehren derowegen hiermit gnädigſt/ ihr wollet uns mit Wiederſendung der Beylage unverzüglich berichten/ wie unſern am *16. Junii* dieſes Jahrs an euch ergangenen Befehlich ihr verrichtet/ und da es Klägers Anziehen nach ſich verhielte / *M. P.* alſobald vom Amt *ſuſpendi*ren/ daſſelbe durch die Benachbarten beſtellen laſſen/ und Klägern wegen der Beicht und *Communion* an dieſelben weiſen/ ꝛc.) 12
Et † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Chemnicenſi & Præfecto* zur Auguſtusburg/ *die 9. Sept. Anno 1624.* (*Verba Reſcripti:* Darbey auch / wie der Pfarrer ſich allenthalben erwieſen/ und ob ihr der *Superintendens* hiebevor die *gradus admonitionum* mit ihm vorgenommen/ anzeigen. Und weil hierzwiſchen der Pfarrer *ab officio ſuſpendi*ret worden/ ihr/ der *Superintendens* ſein Amt bis auf ferner Anordnen durch die *vicinos Paſtores* beſtellen/ ꝛc.) 13

Definit. CXVII.

Miniſtri Eccleſiæ ab officio ſuſpenſi quandoque prævià deprecatione & admonitione publica reſtituuntur.

SUMMARIA.

1. *Suſpenſio, depoſitio & degradatio ab invicem differunt.*
2. *Suſpenſio miniſtros Eccleſiæ totaliter non excludit ab officio.*
3. *Depoſitio eos perpetuo removet.*
4. *Degradatio remotionem perpetuam & privationem omnium jurium operatur.*
5. *Degradatio ſpecies ſuprema inter pœnas canonicas.*
6. *Quibus ſolennibus peragatur degradatio? n. 7.*
8. *Locus quandoque eſt degradationi in laicis.*
9. *Solennia degradationis apud Evangelicos Principes non ſunt in uſu.*
10. *Suſpenſi ab officio ſi reſtituantur, præmittitur quandoque deprecatio & admonitio publica.*
11. *Quibus ex cauſis & fundamentis? n. 14.*
12. *D. Auguſtus Sax. Elector ſollicitus fuit de removendo ſcandalo.*
13. *Quod publicè datum eſt ſcandalum, publicè removeri debet.*
15. *Reſcripta Conſiſtorii Supremi. num. 16.*
17. *Formula deprecationis publicæ.*

Ex

1 EX prædictis ſatis perſpicuum eſt, confundi nequaquam debere ſuſpenſionem ab officio, cum depoſitione & degradatione, unaquæque enim ab aliâ differt, & peculiarem habet notam. Suſpenſio nempe miniſtros Eccleſiæ ab officio
2 † totaliter & in perpetuum non excludit, ſed vel mulctæ loco ad certum tempus indicitur, *ſupr. Defin. 114.* vel inquiſitionis ſuſceptæ cauſâ, eàque durante ad ſcandalum removendum apprehenditur, *Definit.*
3 *115.* Depoſitio † autem perpetuò removet miniſtros Eccleſiæ ab officio & adminiſtratione altaris, licet non eximat eos à juriſdictione & poteſtate judicis eccleſiaſtici, neque immunitatibus & privilegiis privet, *ſupr. Definit. 109.* At degradatio utrumque operatur, remotionem nempe
4 perpetuam † & privationem totalem omnium jurium ac immunitatum, quibus Clerici gaudent, Panormitan. *in cap. ad audientiam. n. 2. extr. de crim. falſi.* Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. claſſ. 2. cap. 2. n. 15.*

5 † Eſtque degradatio ſpecies ſuprema inter pœnas Canonicas Clericorum, quâ ex diſpoſitione canonum Clericus ob grave aliquod flagitium damnatus non ſolum dignitatibus & honoribus, verum etiam privilegiis & ordinibus ſacris exuitur, ac poteſtati ſeculari puniendus traditur, *cap. novimus. extr. de verb. ſignific. cap. fortius. extr. de calumn.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 74.* Sigismund. Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 10. num. 71. & ſeqq.* nec ſine ceremoniis & ſolennitate peragitur degradatio;
6 † de quâ ità Bonifacius IIX. Pontifex reſcripſit Bitorenſi Epiſcopo: *Clericus degradandus veſtibus ſacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud inſtrumentum ſeu ornamentum ad ordinem ſuum ſpectans, ac ſi deberet in officio ſuo ſolenniter miniſtrare, ad Epiſcopi præſentiam adducatur: Cui Epiſcopus publicè ſingula, ſive ſint veſtes, calix, liber, ſeu quævis alia, quæ illi juxtà morem ordinandorum Clericorum in ſuâ ordinatione ab Epiſcopo fuerint tradita ſeu collata, ſingulariter auferat, ab illo veſtimento ſeu ornamento, quod datum vel traditum fuerat, ultimo inchoando & deſcendendo gradatim degradationem, continuet uſque ad primam veſtem, quæ datur in collatione tonſuræ, tuncque radatur caput illius ſeu tondeatur, ne tonſuræ ſeu Clericatûs ve-*
7 *ſtigium remaneat in eodem.* † *Poterit autem Epiſcopus in degradatione hujusmodi uti verbis aliquibus ad terrorem illis appoſitis, quæ in collatione ordinum ſunt prolata, dicendo Presbytero hæc vel ſimilia verba in remotione planetæ: Auferimus tibi veſtem ſacerdotalem, & te honore ſacerdotali privamus Sicque in remotione aliquorum inſignium, ſimilibus verbis utens in ablatione ultimi, quod in collatione ordinum fuit primum, infrà ſcripto vel alio ſimili modo pronunciet ſive dicat: Auctoritate DEI omnipotentis Patris & Filii & Spiritus Sancti ac noſtrâ, tibi auferimus habitum Clericalem & deponimus, degradamus, ſpoliamus & exuimus te omni ordine, beneficio & privilegio clericali, in cap. degradatio. 2. extr. de pœn. in 6to.*
† Hicque degradationis modus locum etiam quandoque habet in laicis, aliquâ dignitate inſignitis, puta ſi ſit aliquis Doctor, qui propter delictum privandus ſit cingulo Doctorali, vel miles exuendus cingulo militari, Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 74. n. 5.* 8
† Sed degradationis ſolennia hactenus relata, apud Principes Auguſtanæ Confeſſioni addictos locum ulterius non habent, nec ferè ulla alia in depoſitione ac ſuſpenſione adhiberi ſolet moribus hodiernis peculiaris ſolennitas. 9

In reſtitutione tamen ac receptione miniſtrorum Eccleſiæ ab officio ſuſpenſorum id obtinuit, † ut quandoque pro ratione 10
perſonæ ac loci præmittatur deprecatio publica, per vicinum aliquem Parochum populo intimanda, nec non admonitio, ut condonent parochiani miniſtro ab officio ſuſpenſo, nec ſcandalum inde ſumant, annexa petitione pro ipſo & tota Eccleſia, ut DEO cooperante in fide & vera pietate proficiat. † Non abſque ratione & fun- 11
damento: (1.) Quis enim inficias ibit, delictis miniſtrorum Eccleſiæ, propter quæ ſuſpenduntur ab officio, ſcandalum dari, idque non minimum, ex quo jactura inſignis in Eccleſia JESU CHRISTI metuenda? Meritò ideoque id rurſus removendum, de quo præ aliis ſollicitus fuit Princeps piiſſimus † D. Auguſtus Saxon. 12
Elector, prout liqueſcit ex verbis *Ordinat. Eccl. art. gen. 16. in pr. ibi:* Und in allen Chriſtlich und alſo verhalten / daß ſie männiglich / ſonderlich aber ihren Pfarr-Kindern keinen Anſtoß noch Aergerniß geben / ſondern dermaſſen mit guten Exempeln vorgehen / daß die Pfarr-Kinder und ſonſten männiglich denſelbigen mit Luſt und Frucht ſeliglich ohne Aergerniß folgen mögen. At medio vix commodiori ſcandalum removebitur, quam per publicam deprecationem & admonitionem ad parochianos de vitâ piè ducendâ. (2.) † Eſtque æquitati maximè con- 13

Eeeee veniens,

veniens, ut quod publicè datum eſt ſcan-
dalum, publice etiam removeatur: nec ſuf-
ficit pœnam ſuſtinuiſſe, ſed etiam cum Ec-
cleſia in gratiam redire neceſſum eſt mini-
ſtris, qui Eccleſiæ præſunt, ne hinc novo
14 præbeatur cauſa ſcandalo. (3.) † Nec fo-
re quisquam crediderit, ut miniſtri Eccle-
ſiæ ſolennitatem hanc publicam detrectent; cùm ipſimet reconciliationis Chriſtianæ parochianos ſuos admonere, & deprecationem publicam iis injungere debeant; æquum ergo, ut bono exemplo præluceant, & factô ſuo ad parilem reconciliationem alios inducant.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Freibergenſi & Præfecto in Noſſen, die 22.* 15
Sept. Anno 1620. (Verba Reſcripti: Demnach der Pfarrer zu P. nunmehr unſerm *publicir*ten Abſchiede zu Folge ſein Weib und Kind wieder zu ſich genommen; Als iſt hiermit unſer Begehren / Jhr der *Superintendens* wollet durch einen *vicinum Paſtorem* zu P. die nächſte Predigt verrichten/ denen Eingepfarrten das von dieſen beyden Eheleuten gegebene Aergerniß abbitten / und darauf bemeldten Pfarrer in ſein Amt hinwiederum einſetzen laſſen / ihr der Schöſſer auch Verordnung thun/damit hingegen der Pachtmann alsbalden aus der Pfarr geſchaffet / und des Pfarrers Weibe das ihrige hinwieder *reſtitui*ret werde / ꝛc.)

Et † *Superintendenti Coldicenſi die 15. Aug. Anno 1617. (Verba Reſcripti:* Wir mögen euch 16
nicht bergen / daß dem bishero zu L. geweſenen Pfarrer Jacob T. wegen des mit den Steuerzettuln verübten Betrugs ſo weit Gnade erwieſen/ daß er nach erlittener Gefängniß-Strafe in ſein Amt *reſtitui*ret werden ſol. Wann er dann ſolche Strafe nunmehr ausgeſtanden / und hinführo beharrliche Beſſerung zugeſagt; Als begehren wir hiermit/ ihr wollet/ ſo bald zu geſchehen müglich/ euch nach L. begeben/und nach einer von euch gehaltenen Predigt / inliegende Abbitte von der Cantzel ableſen / bemeldten T. alſo in ſein Amt wiederum einſetzen / und ihn ſo wol als andere eurer *inſpection* untergebene *Paſtores* ſich fürohin für dergleichen Betrug fleißig zu hüten/vermahnen/mit der ausdrücklichen Anmeldung/ daß künfftig keinem ſolche Begnadung ferner widerfahren ſol / ꝛc.)

Form einer Abbitte.

Euer † Chriſtlichen Liebe iſt bewuſt / welcher maſſen euer bishero ge- 17
weſener Pfarrer Jacobus T. in ſeinem hohen Alter mit Abgebung etlicher Steuer-Zettul ſich übel vorgeſehen / und menſchliche Schwachheit übereilen laſſen. Ob er nun wol hierdurch ſeines Amts ſich verluſtig gemacht / und man hierüber mit anderer Strafe wider ihn zu verfahren Urſache gehabt / ſo hat doch die Hochgebohrne Fürſtin und Frau/ Frau Sophia / ꝛc. unſere gnädigſte Frau / auf ſein unterthänigſtes hochflehentliches Bitten ihn wegen ſeines hohen Alters und langwieriger Dienſte ſo weit gnädigſt angeſehen / daß er nach erlittener Gefängniß-Strafe und verſprochener Beſſerung nunmehr in ſein Amt wieder eingeſetzet werden ſol. Wird derowegen Eure Chriſtliche Liebe hiermit vermahnet / da er euch mit dieſem ſeinen Fall geärgert / daß ihr ihme ſolches von Hertzen verzeihen / daſſelbige nicht aufrücken / noch ihn deſſen entgelten laſſen / ſondern fürohin für euren Pfarrer und Seelſorger halten und ehren wollet. GOtt der HErr wolle ihm und euch eure Sünde vergeben / und dafür künfftig gnädiglich behüten und bewahren um ſeines lieben Sohnes unſers HErrn JEſu Chriſti willen/ Amen.

Defi-

Definit. CXIIX.

Puniuntur etiam Miniſtri Eccleſiæ translocatione de parochiâ unâ ad aliam; & quandoque de ſuperiore ad inferiorem: vel etiam de opimo ad ſterilem paſtoratum.

SUMMARIA.

1. *Varia mulctarum genera miniſtris Eccleſiæ indicenda.*
2. *Puniuntur etiam quandoque translocatione.*
3. *Præſertim propter diſcordiam cum Collatoribus.*
4. *Quidam omnem translocationem judicant illicitam.*
5. *Hanc in rem canones juris Pontificii proferuntur. n. 6.*
7. *Licita eſt translocatio in utilitatem Eccleſiæ ſuſcepta.*
8. *Probatur hoc rationibus & fundamentis. n. 11.*
9. *Ratione ſcandali evitandi multa permittuntur.*
10. *Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica.*
12. *Erubeſcimus ſine lege loqui.*
13. *Fundamentum adducitur ex jure canonico petitum. n. 14.*
15. *Reſcriptum Electorale.*
16. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 17.*

1 Nunquam ergò modi ac media mulctandi miniſtros Eccleſiæ delinquentes deficient; quod ſi enim remotio vel depoſitio ab officio rigoroſa nimium videatur pro ratione criminis commiſſi, carceris mulcta ipſis injungi poterit. Et ſi hæc etiam gravior cenſeatur nævis, ſubintrabit ſuſpenſio: † Quibus & aliud mulctæ genus addimus, translocationem nempe ſeu translationem de unâ parochiâ in aliam, & quandoque de beneficio pingui opimoque paſtoratu ad ſteriliorem, vel etiam de ſuperiore ad inferiorem, pro ratione criminis perpetrati, ac qualitate loci atque perſonæ; † cui haut rarò
3 cauſam præbet diſcordia inter Collatorem & Paſtorem, quò ejusmodi permutatione huic occurratur.

Nequaquam enim ſententiæ ſubſcribimus illorum, † qui planè illicitam judicant translationem miniſtrorum Eccleſiæ de loco uno in alium, innixi decreto Concilii Antiocheni, quod *cap. 21.* hiſce proditum
5 eſt verbis: † *Epiſcopum de diœceſi ad diœceſin non debere tranſire, neque ſi ſeipſum ingeſſerit, neque ſi à populis fuerit violenter attractus, neque ſi etiam hoc ei ab Epiſcopis ſuaderetur, manere autem eum debere in Eccleſia Dei, quam ab initio ſortitus eſt, & non ab eâ alibi demigrare, ſecundum regulam ſuper hoc olim à Patribus conſtitutam decernimus, in*
5 *can. Epiſcopum. 7. quæſt. 1.* † Idemque legitur deciſum in Concilio Nicæno *cap. 15. Non oportet Epiſcopum vel reliquos ordines de civitate ad civitatem migrare, non Epiſcopus, non Presbyter, non Diaconus tranſeat. Si quis autem poſt definitionem ſancti & magni Concilii tale quid agere tentaverit, & ſe hujusmodi negotio mancipaverit, hoc factum prorſus irritum ducatur & Eccleſiæ reſtituatur, cujus fuit Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus ordinatus, in can. non oportet ead. cauſ. & quæſt.* † Exactius namque ſi perpendantur hæc decreta, temerariam ſaltem prohibent mutationem, quæ privato judicio, ambitionis, dominationis vel avaritiæ causâ ſuſcipitur, ut bene notat Johan. Gerhard. *in loc. de miniſtr. eccleſiaſt §. 171.* Secus verò res ſeſe habet, ſi translocationem ſvadeat evidens aliqua Eccleſiæ utilitas, quam † & (1.) tùm ſubeſſe, ſi mulctandus 8
veniat Parochus propter nævos ſuos, nemo inficias ibit: Ecquis enim non videt, ſcandalum in Eccleſia concitatum & parochianis notum, hoc medio deleri, & ſi non planè id tollatur, haut parùm tamen minui; quin & diſcordiam inter Magiſtratum & Parochum extingui, in quo maxima Eccleſiæ utilitas conſiſtit. Præſtò igitur eſt telum contra prohibitam translocationem, † ratione nimi- 9
rum ſcandali evitandi multa permitti, quæ aliàs prohibita & illicita judicantur, *cap. 2.* ubi Felin. *num. 8. extr. de præſcript.* Jacob Menoch. *recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 319. & ſeqq.* Proſper. Farin. *in praxi criminal. lib. 1. quæſt. 1. n. 74.*

10 (2.) Et quorſum Ordinatio eccleſiaſt. Elect. Saxon. *ſub tit.* Von beyden *Conſiſtoriis. cap 7.* Was Sachen in das *Conſiſtorium* gehörig. §. Alle Sachen / die Pfarrer / Kirchen- und Schuldiener *vocation*, Amt / Dienſt / Leben / Wandel / *translation*, *dimiſſion*, *ſuſpenſion*, Handlung und Verbrechung belangend / ꝛc. Quo jure enim translatio, vel poteſtas transferendi ac translocandi miniſtros Eccleſiæ concederetur Conſiſtoriis, ſi hæc per ſe illicita & pro-
11 hibita eſſet? † Nuſpiam ſanè extat peculiaris quædam prohibitio, quâ Eccleſiæ interdictum, ne eum, qui aliquo in loco miniſtrum agit, ad officium Eccleſiaſticum aliud trans-
12 ferat, ut hinc illum obtineat: Erubeſcimus † ſine lege loqui, *Novell. 18. cap. 5.* Jaſon. *in l. præſes provinciæ. 12. n. 3. verſ. unde erubeſcimus. C. de transact.* Hieron Schurff. *cent. 1. conſil. 32. n. 2.* Aym. Cravetta *conſil. 25. n. 9.* Franc. Vivius *deciſ. 358. n. 4.*

(3.) Nec deſtituimur hac in re autoritate juris canonici: † Ita namque habet *Epiſto-* 13
la Pelagii II. Pontif. ad Benignum Archiepiſcopum: Scias, frater dilectiſſime, aliud eſſe cauſam neceſſitatis & utilitatis; aliud cauſam præſumtionis ac propriæ voluntatis. Non ergò mutat ſedem, qui non mutat mentem, id eſt, qui non causa avaritiæ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel ſuæ delectationis, migrat de civitate ad civitatem, ſed causa neceſſitatis aut utilitatis mutatur: Nam plurimorum utilitas unius utilitati aut vo-
luntati præferenda eſt: † Aliud eſt enim mu- 14
tare & aliud mutari; nam aliud eſt ſponte tranſire, & aliud coactè aut neceſſitate venire. Unde non iſti mutant civitates, ſed mutantur, quia non ſponte, ſed coactè hoc agunt. Non ergò benè intelligunt eccleſiaſticas regulas, qui hoc negant, causa neceſſitatis vel utilitatis fieri poſſe, quoties communis utilitas aut neceſſitas perſuaſerit, *in can. ſciat. 35. cauſ. 7. quæſt. 1.*

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector D. Michaeli* Bergern / *Superintendenti ac Quæſtori* 15
Freiburgicis, die 9. Febr. Anno 1631. (*Verba Reſcripti:* Wir haben euren des *Superintendentens* und Schöſſers eingeſchickten Bericht und *ſummari*ſches Gezeugniß in Sachen unſers Hof-Raths Heinrich von Taubenheims auf B. und ſeinen Pfarrer *M.* Chriſtoph K. belangende / verleſen hören. Ob nun wol daraus ſo viel zu befinden geweſen / daß bemeldter Pfarrer wegen ſeiner begangenen *exceſſen* zum wenigſten *translocir*et werden können. Dieweil aber gedachter Hof-Rath darein zu willigen Bedencken getragen / ſondern anderweit *inquiſitionales* übergeben / auch mehr Zeugen namhafft gemacht / und um derſelben eydliche Abhörung gebeten; Als begehren wir hiermit gnädigſt / Ihr ſämtlich wollet ſolches zu Wercke richten / ꝛc.)

Et † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ Johannis S. Paſtoris* in S. Klägern an einem / Geor- 16
ge Rudolph *à* K. Beklagten anders Theils / *die 7. Nov. Anno 1627.* (*Verba Decreti:* Dieweil Beklagter gegen künfftigen *Paſtorn* ſich dermaſſen zu bezeigen / daß man damit zu frieden ſeyn ſolle / und ſolches alles *immatriculi*ren zu laſſen zugeſaget; So bleibet es dabey billich / dem Pfarrer aber iſt nach gethaner Abbitte ſeine gebrauchte Unbeſcheidenheit nochmals in Ernſt verwieſen / und zu ſeiner *translocation* unverzüglich Mittel vorzuſchlagen / hierzwiſchen auch gegen den von K. friedlichen und ehrerbietig ſich zu verhalten auferleget worden / damit es in deſſen Verbleibung anderer Anordnung nicht bedürffe / ꝛc.)

Nec non † *in cauſâ Adami Z.* Klägern an einem / *M. Caſpar. H* Beklagten anders Theils / 17
die 9. Jul. Anno 1618. (*Verba Decreti:* Nachdem aber auch der *Collator* in unterſchiedenen Schreiben über beklagten Pfarrers unprieſterliches Leben / davon aus der *Commiſſarien* Bericht und etlicher Zeugen Auſſage ziemliche Nachrichtung zu befinden / ſich höchlich beſchweret / und um ſeine *remotion* inſtändig angehalten / dafür Beklagter flehentlich gebeten / und beſtändige Beſſerung zugeſaget. Als haben wir in Anſehung ſeiner kleinen Kinder / und daß er vor uns niemals zuvor verklaget worden / ihn nach beſchehener ſcharffen Verweiſung zu dieſem Mal mit prieſterlichem Gehorſam beleget / und darneben einer *translocation* halber an ſeinen *Collatorn* geſchrieben / ꝛc.)

Definit. CXIX.

Cuſtodes quoque ſive æditui propter crimen commiſſum ab officio jure removentur.

SUMMARIA.

1. *Paſtores & miniſtri Eccleſiæ delinquentes ab officio removeri poſſunt.*
2. *Num etiam ludimoderatores & cuſtodes?*
3. *Deciſio affirmativa.*
4. *Rationes & fundamenta decidendi, n. 6.*
5. *Cura ſcholarum ſpectat ad jura epiſcopalia.*
7. *Adducitur pro fundamento Ordinatio Eccleſiaſtica, n. 8.*
9. *Ludimoderatores & cuſtodes Conſiſtoriis præſentandi & examinandi.*
10. *Eccleſiæ & Reipublicæ intereſt, juventutem in ſincerâ fide informari.*
11. *Ludimoderatores libro Concordiæ ſubſcribere tenentur.*
12. *Clara eſt ſanctio Electoralis de removendis cuſtodibus ab officio, numer. 13.*
14. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*
15. *Ejusdem Reſcriptum.*

1 Demonſtratum dedimus *ſupr. Definit. 109.* Paſtores & miniſtros
Eccleſiæ jure removeri ab officio,
ſi delictis ſuis tale ſcandalum dederint, quod non niſi depoſitione
eorundem extinguatur, idque jam latius deducere ſuperſedemus. Hoc autem dubii
2 adhuc reſtat, † annum etiam ludimoderatores & cuſtodes ſive æditui ob crimina
perpetrata ab officio removendi? Non facile hoc à quopiam negatum iri crediderim, ſi vel ſola argumenti à majori ad mi-
3 nus efficacia obſervetur: † Ecquis autem
cuſtodes circa functionem eccleſiaſticam
ordine minores eximere auſit oneribus ac
pœnis, quibus ipſimet Parochi & Paſtores
in Eccleſia ſuperiores ſunt ſubjecti? Et ſi
dubii quid alicui reſideat, cogitet is: (1.)
4 † Eandem depoſitionis rationem ſubeſſe
in cuſtodibus, ob quam ipſimet Paſtores
ſeu miniſtri Eccleſiæ ab officio removentur: eſtque ea ſcandalum delictô in Eccleſiâ
datum, quod æque ex crimine cuſtodis
metuendum, præſertim apud pueros, quos
in pagis informant & erudiunt, eosque
propterea bono exemplo & pietate ad vitam conſimilem concitare debent, ex
5 quo cura † hæc informationis atque ſcholarum non minus quam Eccleſiæ & officiorum eccleſiaſticorum, Magiſtratui eccleſiaſtico incumbit, & inter jura epiſcopalia refertur, *Ordinat. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. ſub Rubr.* Von Schulen und
Schul-Ordnung. Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 1. num. 20.* meritò igitur heic illud vulgatum adducimus: Eadem ratio idem jus facit, *l. illud. 32. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. 108. ff. de verb. obligat.*

(2.) † Fortior quoque eſt cauſa hæc ſcan- 6
dali apud parochianos, ſi, ut in villis ac pagis
fieri aſſolet, cuſtodes in Eccleſia quandoque
ſacra tractent, Evangelia & Epiſtolas diebus
dominicis publicè prælegentes, & examen
Catechiſmi inſtituentes, † de quibus clare diſ- 7
poſitum *in Ordinat. eccleſiaſt. artic. general. 38. in princ. verſ.* Nachmals ſol auch ein ieder Küſter verpflichtet ſeyn/ alle Sonntage nach Mittage und in der Wochen auch auf einen gewiſſen Tag die Kinder den Catechiſmum und Chriſtliche Teutſche Geſänge D. Luthers mit Fleiß und deutlich zu lehren/ und nochmals in den vorgeſprochenen/ oder vorgeleſenen Articuln des Catechiſmi wiederum zu verhören und
zu *examinir*en. † *juncto* §. Es ſollen auch/ 8
wie droben gemeldet/ die *Cuſtodes* allwege an Sonn- und Feyertagen/ zum Amt vor der Lection des Evangelii den Catechiſmum ohne Auslegung dem Volcke vorſprechen/ weil der Pfarrer dem Amt und der Predigt auswarten muß. Deßgleichen ſollen auch zu Mittage ſie ihre Schüler denſelben in der Kirchen mit heller lauter Stimme fein langſam und verſtändig ſprechen laſſen/ und unter den Kindern *examinir*en/ welches auch der Pfarrer ſelbſt bisweilen nach gehaltener Mittagspredigt thun ſol/ damit der *Cuſtos in officio* und Fleiß erhalten werde.

(3.) † Ex quo porro fit, quod ludimo- 9
deratores etiam & cuſtodes Conſiſtoriis præſentari, ab iisdem examinari & confirmari debeant, *Ord. Eccleſ. Rubr.* Von der

electión, *examine* und Amt eines ieden
Schulmeiſters. *f.143. & art.gener.37.* Von
den Dorff-Küſtern / wie ſie angenom-
men / beſtätiget und entſetzet werden ſollen.
Sigiſmund. Finckelthuſ. *de jure patronat.*
10 *cap. 6. num. 5.* ſcilicet † quia intereſt Eccleſiæ
pariter ac Reipublicæ, juventutem in ſince-
ra religione ac fide pura informari & educa-
ri: Priusquam ergò ad functionem hanc lu-
dimoderatores & cuſtodes admittantur, exa-
men in Conſiſtoriis præcedat, neceſſum eſt,
11 uſque adeo † ut ludimoderatores & collabo-
ratores libro Concordiæ ſubſcribere cogan-
tur, ut dixi *lib. 1. Defin. 79. Ord. Eccl. Rubr.*
von der *electión, examine* und Amt eines
Schulmeiſters / ꝛc.

(4.) Et quid opus tandem rationibus,
cùm de remotione cuſtodum manifeſta
12 extet † ſanctio Electoralis *in Ordinat. Ec-
cleſ. dict. art.gener. 37. verſ.* Würde aber
vom Kirchner in Kirchen-Dienſten einig
Verſäumniß oder Unfleiß befunden / und
er vom Pfarrer hierum geſtrafft / nicht
folgen / noch ſich beſſern / ſondern ſeines
eigenen Kopffs muthwillig leben wolte /
ſo ſol ſich der Pfarrer deſſelben erſtlich ge-
gen des Orts Obrigkeit / dem Richter
und Kirch-Vätern beklagen / und da keine
Beſſerung folgen wolte / ſollen die *gradus
admonitionum* wie mit andern gehalten /
und da er dieſelben verachten / und hiervon
nicht ablaſſen würde / ſol er ſeines Dien-
ſtes auf Verordnung des *Conſiſtorii* oder
des *Synodi* entſetzet / und ein ander gehor-
ſamer und fleißiger an ſeine Statt aufge-
nommen werden. † *Et artic. general. 18.* 13
§. Alſo ſollen ſich auch die Glöckner hü-
ten. *verſ.* Da aber anders vermercket /
ſollen ſie dergeſtalt / wie obvermeldet / vom
Amt entſetzet und andere fromme und ru-
hige Diener an ihre Statt geordnet wer-
den.

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ* der Gemeinde zu L. Klägern an einem / Hanſen M. 14
Schulmeiſtern daſelbſten / Beklagten andern Theils / *die 1. Maji Anno 1607.* (*Verba
Decreti:* Dieweil in gehaltener Verhör nach eingenommener Erkundigung ſo
viel befunden / daß Beklagter der geklagten *injuri*en nicht allein allerdings nicht in
Abrede geweſen / ſondern auch nothdürfftig überwieſen / und ſich bishero im Leben
und Wandel gantz ärgerlich verhalten; So iſt ihme ſolches alles mit Ernſt ver-
wieſen / und nach geleiſteter Chriſtlichen Abbitte er ſeines Amts entſetzet / und ihm
auferleget worden / daß er zwiſchen *dato* und nächſtkommenden Pfingſt-Feſt die
Schule gäntzlich räumen / und bey Vermeidung ernſter Strafe unterdeſſen ge-
gen männiglich ſich friedlich verhalten ſol / ꝛc.)

Et † *Johann Caſparo à Körbitz & Günthero à Bünau Compatronis Eccleſ. J. die 31. Martii* 15
Anno 1634. (*Verba Reſcripti:* Euch können wir nicht verhalten / daß am nächſtver-
wichenen Freytage in gepflogener Verhör zwiſchen klagendem Pfarrer zu J.
Georgio S. und ſeinem beklagten Schulmeiſter *Samuel B.* ſo viel befunden / daß der
Schulmeiſter aus erheblichen Urſachen alſobald von ſeinem Dienſt *removiret*
werden müſſen. Iſt demnach an ſtatt Ihr. Churfl. Durchl. hiermit unſer Be-
gehren / ihr wollet den geweſenen Schulmeiſter anhalten / daß er alſobald und
noch vor Oſtern die Schule räumen / und uns hingegen einen *qualificirt*en Mann
mit Vorwiſſen und Einwilligung ermeldtes Pfarrers *præſentir*en / den Pfarrer
auch wider ihn den *removirt*en in gebührlichen Schutz nehmen / oder da es nöthig /
euch gegen ſolchen eurer Gerichte gebührlich gebrauchen / ꝛc.)

DEFINIT. CXX.

Quod idem habendum de Cantoribus, aliisque Scholæ Collaboratoribus atque miniſtris.

SUMMARIA.

1. *Cura Cantorum & Organicorum Magiſtratui incumbit.*
2. *Nec non Ludimoderatorum & Scholæ miniſtrorum.*
3. *Æquè hi ab officio removentur propter delictum commiſſum.*
4. *Fundamenta & rationes hujus aſſerti. num. 11.*
5. *Allegatur ad hoc Ordinatio Eccleſiaſtica.*
6. *Comparantur miniſtri ſcholæ Eccleſiæ miniſtris.*
7. *Aliud adducitur fundamentum ex Ordinat. Eccleſiaſtica, n. 8.*

9. Can-

9. *Cantores inter miniſtros Eccleſiæ referuntur.*
10. *Clericorum nomine veniunt quoque Cantores.*
12. *Reſcripta Electoralia. n. 13.*
14. *Conſiſtorii Supremi Decretum.*

1 INcumbit omninò Magiſtratui eccleſiaſtico, ut curæ ſibi habeat functionem cantoris & organici, quod ſuo comprobavit exemplo David Rex Iſrael, conſtituens, ut juxta altare ſtarent cantores, & dulcia ejus cantica ſacra decantarent, *Eccl. cap. 47. v. 11.* non minus ſanè quam † ludi-
2 moderatoris aliorumque collaboratorum & ſcholæ miniſtrorum, quorum cura ad Epiſcopos & Conſiſtoria ſpectat; *Ord. Eccl. Elect. Saxon. Rubr.* Von den Schulen und Schul-Ordnung.

3 Quin ergò à Conſiſtoriis † cantores & ſcholæ miniſtri ob crimen commiſſum æquè removeri queant, ambigendum non eſt. Et probatur id ipſum (1.) ex paritate cuſtodum & ſcholæ miniſtrorum, utrique enim ſcholæ ac pueris, erudiendo & informando
4 præſunt, † ab utrisque etiam delinquendo ſcandalum non minimum iis præbetur. Quod ſi ergò ob id remotio habet locum in cuſtodibus ſeu æditiuis, ut diximus *Def. præced.* quidni eadem quoque obtineret in ſcholæ miniſtris, cantoribus & collaboratoribus? quorum æqualis eſt ratio tam circa vocationem, quam confirmationem ad functiones ſuas, *Ordinat. Eccl. ſub Rubr.* Vom Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. §. Zum vierdten. *fol. 88. ſub Rubr.* Von der *electìon, examine* und Amt eines iedern
5 Schulmeiſters. *fol. 143.* (2.) † Quorſum etiam illud *in Ordin. Eccl. ſub tit.* Von beyden *Conſiſtoriis. c. 7.* §. Alle Sachen/ die Pfarrer/ Kirchen- und Schuldiener *vocation*, Amt/ Dienſt/ Leben/ Wandel/ *translation*, *dimiſſion*, *ſuſpenſion*, Handlung und Verbrechung belangende/ ꝛc. † Nimirum quem-
6 admodum Eccleſiæ, ita quoque ſcholæ miniſtri removeri & dimitti poſſunt, ſi juſta remotionis ſeu depoſitionis cauſa exiſtat. (3.) Clariùs adhuc deciſum id legitur † *in Ordin.* 7
Eccleſ. ſub tit. Vom Ober-*Conſiſtorio. Rubr.* Wie weit ſich des *Synodi* Amt/ Erkäntniß und Verordnung in Abſchaffung und Verbeſſerung vorgefallener Mängel erſtrecke. §. Wann aber ein ſolcher in der Lehre irriger Kirchen- oder Schuldiener ſich aus GOttes Wort nicht berichten noch weiſen laſſen wolte. *junct. verſ.* Sol alsbald durch den *Superintendenten* ihme das Amt geleget. † *Et rurſus:* Seines 8
Dienſtes gäntzlich erlaſſen/ und kein *teſtimonium* ihme gegeben werden. *Item* §. Sollen in denſelben nach der Lehre Chriſti. *verb.* Da der Pfarrer/ Kirchen- und Schuldiener/ es ſey Untreu/ Unfleiß in ſeinem Amt/ Leben/ unleydliches Aergerniß/ beſchuldiget/ oder verdächtig/ ꝛc. *junct. §. ſeq. verb.* Er ſeines Dienſtes hiermit entſetzet ſeyn ſol/ ꝛc. (4.) † Et quid tan- 9
dem dubii reſtabit de cantoribus, cum hi æquè inter miniſtros Eccleſiæ referantur, in cultu divino miniſterium ac operas præſtantes? ut demonſtravimus *lib. 1. Defin. 71.* quin & Clericorum nomine veniunt, & Epiſcopis adjunguntur cantores ſive pſalmiſtæ. † Prout liquet *ex can. Cleros & Cle-* 10
ricos. 1. in princ. verſ. Generaliter autem Clerici nuncupantur omnes, qui in Eccleſia Chriſti deſerviunt, quorum gradus & nomina ſunt hæc: oſtiarius, pſalmiſta, lector, exorciſta, acolytus, ſubdiaconus, diaconus, Presbyter, Epiſcopus, diſtinct. 21. † Quod 11
ſi ergo miniſtri Eccleſiæ delinquentes jure removentur ab officio *ſupr. Defin. 109.* quo prætextu cantores pœnæ huic eximerentur?

Ita † *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Conſiſtorio Wittebergenſi, die 30. Dec. Anno 1631.* (*Verba* 12
Reſcripti: Wie hoch an uns der Rath und verordnete von der Gemeinde zu Torgau über ihren Schul-*Cantorn Michaelem S.* daß er gegen ſeine *diſcipulos in caſtigatione* und ſonſten allerhand *exceſſe* verübet/ ſich in Unterthänigkeit beklaget/ das habt ihr aus dem Beyſchluß mit mehrerm zu vernehmen. Wann er dann hiedurch deſſen/ und daß die bißher gebrauchten *gradus admonitionum* ohne Frucht abgangen/ ſattſam überführet/ derowegen er auch an ſolchem Dienſte ferner nicht zu dulden; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet gedachten S. alſobalden abſchaffen/ darneben den *Superintendenten* und Rath zu Torgau beſcheiden/ daß ſie euch unverlängt eine andere *qualificirte* Perſon zum *examen* und *confirmation* gebührlich *præſentiren* ſollen/ ꝛc.)

Item † *Superintendenti & Senatui Torgavienſi, die 13. Jan. Anno 1632.* (*Verba Reſcripti:* Wir 12
haben euern des Raths unterthänigſten Bericht / daß die Verordnete unſers *Conſiſtorii* zu Wittenberg auf unſere/ untern *datis* den 31. *Dec.* des nächſt-abgewichenen / und dann den 4. *Jan.* dieſes Jahres / die *remotion* eines Schul-*Cantorn Michael S.* betreffend / jüngſt-ergangene Befehliche / davon ihr hierbey Abſchrifften zu befinden/ noch keine gebührende Anordnung gethan/ verleſen hören / und ihr der *Superintendens* habt ſolche inliegend zu befinden. Wofern nun ermeldtes *Conſiſtorium* gedachte unſere Befehliche hierzwiſchen noch nicht *exequi*ret hätte/ auch auf euer nochmaliges Anſuchen in 8. Tagen keine *execution* erfolgte; So begehren wir hiermit gnädigſt / Ihr wollet dieſelbigen ihres Inhalts ſelbſt gebührlich vollſtrecken / ernannten S. abſchaffen / die Schul-Wohnung alſobalden auszuräumen ihn anhalten / und angeregtem *Conſiſtorio* eine andere *qualificir*te Perſon zum *examen* und *confirmation* unverlängt *præſentir*en / ꝛc.)

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ* des Pfarrers und Raths zu N. *contra* den Schul- 14
meiſter und *Cantorn Bartholomæum R.* und *Johann H.* daſelbſt/ *die 18. Febr. An. 1616.* (*Verba Decreti:* Dieweil bey gedachtem Schulmeiſter und *Cantor* die gebrauchten *gradus admonitionum* bißher ohne Frucht abgangen; So wird dem Pfarrer und Rath/ ſie zwiſchen *dato* und ſchierskünfftige Oſtern ihrer Dienſte zu erlaſſen/ und durch den *Superintendent*en zu P. andere *qualificir*te Perſonen anhero zum *examen* und *confirmation* zu *præſenti*ren/ hiermit verſtattet/ ꝛc.)

DEFINIT. CXXI.

Remotio tamen cuſtodis ac miniſtrorum ſcholæ, non niſi gradibus admonitionum præmiſſis, decerni debet.

SUMMARIA.

1. *Gradus admonitionum quinam dicantur?*
2. *Ratio & cauſa admonitionis præmittenda.*
3. *Quæ adducitur ex Ordinatione eccleſiaſtica Electorali.*
4. *Remotionem præcedere debent gradus admonitionum.*
5. *Quibus ex fundamentis & rationibus? num. 9.*
6. *Cuſtodes nomine miniſtrorum Eccleſiæ comprehenduntur.*
7. *Adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica.*
8. *Aliud profertur fundamentum ex eadem Ordinatione.*
10. *In pœnis arbitrariis gradatim eſt procedendum.*
11. *Decreta Conſiſtorii Supremi. n. 12.*

1 GRadus admonitionum vocamus, amicas correctiones & adhortationes de emendatione nævorum ac vitæ diſſolutæ, quæ primò à Paſtore cujusque loci, ſecundâ vice à Superintendente, ac demum à Conſiſtorio fieri debent,
2 quò † ſpacium ſit duplex intermedium, delinquenti ſat ſufficiens ad emendationem morum pravorum, priuſquam ad ipſam deveniatur remotionem, nec de ulla præcipitantia conquerendi detur occaſio, veluti col-
3 ligere † eſt *ex Ord. Eccl. ſub tit.* Vom Ober-*Conſiſtorio. Rubr.* Wie weit ſich des *Synodi* Amt/ Erkäntniß und Verordnung in Abſchaffung und Verbeſſerung vorgefallener Mängel erſtrecke. §. Sollen in denſelben. *verſ.* So nun der Kirchen- oder Schuldiener ſolches zugeſaget / aber nicht erfolget. *junct.* §. Wann aber auch auf ſolche andere Vermahnung/ ꝛc.

† Non ergò cuſtos vel miniſter ſcholæ 4
quisquam ab officio removebitur, ſi non gradus admonitionum præceſſerint. (1.) † 5
Siquidem hoc juris obtinet in Paſtoribus & miniſtris Eccleſiæ, ut demonſtravimus *ſupr. Defin. 112.* Idem ergo habendum de cuſtodibus ſive æditnis, quia & hi inter miniſtros Eccleſiæ referuntur, † eorumque nomine 6
comprehenduntur, ſecundum tradita à nobis *lib. 1. Defin. 75.* Nec alios ſcholæ miniſtros excludere licet, cum in ſanctione Electorali de remotione ab officio, hi æquè miniſtris

7 miſtris Eccleſiæ æquiparentur, cumque † iis conjungantur, *dict. Rubr.* Wie weit ſich des *Synodi* Amt/ Erkäntniß/ ꝛc. §. Wann aber ein ſolcher in der Lehre irriger Kirchen- oder Schuldiener ꝛc. *Et* §. Sollen in denſelben. *verb.* Daß der Pfarrer / Kirchen oder Schuldiener/ꝛc. *& verſ.* So nun der Kirchen- oder Schuldiener ſolches zugeſagt. (2.) Accedit quoque de cuſtode ſive æditùo † clara ſanctio Electoralis *in Ord. Eccleſ. tit. 37.* Von den Dorff-Küſtern/ wie ſie angenommen / beſtätiget und entſetzet werden ſollen. *verſ.* Würde aber vom Kirchner in Kirchendienſten einige Verſäumniß oder Unfleiß befunden / und er vom Pfarrer hierum geſtraft/ nicht folgen / noch ſich beſſern / ſondern ſeines eigenen Kopffs muthwillig leben wolte / ſo ſol ſich der Pfarrer deſſelben erſtlich gegen des Orts Obrigkeit / dem Richter und Kirchvätern beklagen / und da keine Beſſerung folgen wolte / ſollen die *gradus admonitionum* wie mit andern gehalten: Und da er dieſelben verachten / und hiervon nicht ablaſſen würde / ſol er ſeines Dienſtes auf Verordnung des *Conſiſtorii* oder des *Synodi* entſetzet werden. † Licet verò de miniſtris ſcholæ nil quidquam dicatur, identitas tamen rationis ſanctionem illam ad eos bene extendit. (3.) Eſtque alias etiam † in pœnis arbitrariis receptum, ut de una ad alteram, & de mulcta leviore ad graviorem pœnam gradatim deveniatur, quô reo occaſio & tempus relinquatur vitia emendandi, priusquam ultima addatur manus, *arg. l. pedius. §. 1. ff. de incend. ruin. nauf.* Felin. *in cap. paſtoralis. n. 1. verſ. ſed regula ſit. extr. de offic. delegat.* Quidni ergo idem aſſeverandum de remotione, quæ ultima ferè habetur inter pœnas arbitrarias.

8 (margin, beside "ve æditùo")

9 (margin, beside "Licet verò")

10 (margin, beside "iam † in pœnis")

Ita † *Conſiſtorium Supremum in cauſâ Melchior K.* Pfarrers zu G. und des Schulmeiſters daſelbſt *Martin W. die 6. Maji Anno 1607.* (*Verba Decreti*: Ob wol gedachter Schulmeiſter des Pfarrers beyde erſte Klage-Puncte / daß er nemlich hiebevor mit dem *Cantore* und Bittel ſich geſchlagen/ *exceptione transactionis*, und die nachfolgende drey/ daß er keine *diſciplin* halte/ der Jugend in der Lehre mit ärgerlichem Exempel vorſtehe / und gegen dem Pfarrer widerſpenſtig und trotzig ſich erzeige/ mit nicht geſtehen abzuwenden vermeynet. Dieweil er aber der letzten dreyen Klage-Puncten nothdürfftig überwieſen / ſo iſt ihme / damit die *gradus admonitionum* in acht genommen werden / nach ernſter Vorhaltung und Verweiſung bey Verluſt ſeines Schuldienſtes / daß er hinführo ſeines Amts ohne Aergerniß der Jugend treues Fleiſſes abwarten / dem Pfarrer ſchuldigen Gehorſam und Ehrerbietung leiſten / auch ſonſten gegen männiglich friedlich und ſchiedlich ſich verhalten ſol / auferleget worden: Inmaſſen er denn hierauf künfftige Beſſerung zugeſaget / und ſich gäntzlich darnach achten wil/ ꝛc. 11

Item † *in cauſâ Georgii S.* Pfarrers zu K. Klägern an einem/ *Jeremiæ P.* Schulmeiſters daſelbſten/ Beklagten anders Theils / *die 1. Jul. Anno 1608.* (*Verba Decreti*: Ob wol Beklagter des Pfarrers Klage-Puncte mehrern Theils verneinet / ſolche auch anietzo der Gebühr nach nicht beybracht werden können. Dieweil er aber doch nunmehr zu unterſchiedlichen Mahlen beklaget / einsmals mit Gehorſam geſtrafet/ und allbereit vermöge des am *20. Apr. Anno 1602.* im *Conſiſtorio* zu Meiſſen gegebenen Beſcheids *translociret* werden ſollen ; So iſt ihme vor dißmal noch einſten ernſte Verweiſung geſchehen / und darnebenſt zu ſchuldigem Fleiß in ſeinem Amt/ Gehorſam und Ehrerbietung gegen ſeinen Pfarrer / ſo wol einen erbarn / friedſamen Leben und Wandel vermahnet/ ihme auch zugleich unterſaget worden / dafern erhebliche Klagen wider ihn einkommen / und ausgeführet werden möchten / daß er itzo alsdann/ und dann als ietzo ſeines Dienſtes gäntzlich erlaſſen ſeyn ſolle / ꝛc.) 12

Definit. CXXII.

Non ſemper, nec propter omne indifferenter delictum cuſtos ab officio removeri debet: Et quid in cauſa ſtupri, ſi ſtupratam duxerit in uxorem?

SUMMARIA.

1. *Remotioni ab officio ſemper præmittenda cauſæ cognitio.*
2. *Actus remotionis maximi eſt præjudicii.*

3. *Cauſæ cognitione omiſsâ, proceſſus redditur nullus.*

4. *Ante cognitionem cauſæ non poteſt conſtare de qualitate criminis, n. 5.*

6. *Cuſtos, ſi à ſe ſtupratam duxerit in uxorem, an removendus ab officio?*

7. *Negative decidit Conſiſtorium Supremum.*

8. *Quibus ex cauſis & fundamentis?*

9. *Legitimati per ſubſequens matrimonium pro legitimis habentur.*

10. *Et antiquæ ingenuitati reſtituuntur.*

11. *Statuta diſponentia de legitimis comprehendunt etiam legitimatos per ſubſequens matrimonium.*

12. *Matrimonium omnem maculam tollit etiam quoad parentes.*

13. *Ob favorem matrimonii pœna eſt mitiganda.*

14. *Delicta cum ſeveritate ſunt caſtiganda.*

15. *Fallit hoc, ſi juſta mitigationis cauſa exiſtat.*

16. *Scandalum ab Eccleſiâ removeri debet.*

17. *Per deprecationem publicam reus cum Eccleſia reconciliatur.*

18. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

1 QVod diximus *ſupr. Definit. 111.* accuratam cauſæ cognitionem præmittendam fore remotioni Paſtoris & miniſtrorum Eccleſiæ ab officio, id quoque ad depoſitionem cuſtodis ſive æditui, ſcholæque miniſtrorum extendi debet. Nunquam enim ad remotionem properandum, ſed legitimè procedendum eſt, obſervatô juris ordine, prævia que cauſæ cognitione exactâ, Johan. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſiaſt. §. 175.* Theodor. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 2. cap. 2. num. 14.* Scilicet
2 † quia non minimi eſt præjudicii actus remotionis, quô depoſitus non ſaltem exiſtimatione periclitatur; ſed etiam reditibus privatur: Non ergò illotis manibus ad depoſitionem deveniendum, ſed causa probè
3 cognitâ, † ne proceſſus reddatur nullus, Decius *conſil. 544. num. 17. verſ. ſecundò principaliter.* Pariſ. *lib. 4. conſil. 114. in princ.* Hieron. Schurff. *cent. 3. conſil. 6. num. 4.* nec enim major committi poteſt nullitas, quàm quæ naſcitur ex omiſſa cauſæ cognitione, *l. ex ſtipulatione. 7. C. de ſentent. & interlocut.* Bartol. *in l. prolatum. num. 6. C. eod. tit.*
4 Quin nec ante cognitam cauſam † poterit conſtare de confeſſione delinquentis & qualitate criminis, an tale ſit, quod remotione puniendum; nec enim ob nævos quosque nec propter omne indifferenter crimen cu-
5 ſtos ab officio removeri debet: † Et fieri poteſt, ut primâ fronte delictum tale appareat, quod depoſitione mulctandum, exactiori tamen judicis cognitioni ſubjectum veniam mereatur, ubi ſi nimium in judicando & exequendo properetur, ſententia robore ſuo haut conſtabit.

6 Exemplô ut hoc demonſtremus, † libidini nimis indulgens cuſtos quidam viduam ſtupraverat, pœnitentiâ verò ductus, ut priſtinæ reſtitueret exiſtimationi, in matrimonium eam duxerat: Non certè abſque ſcandalo inſigni, quod remotione mulctandum & ab Eccleſia avertendum ſi quis dixerit, nequaquam à vera juris via aberrare videbitur. Placuit tamen hoc † caſu Conſi- 7
ſtorio Supremo, remotionem reo remitti, & locô ejus deprecationem publicam injungi, non ſine ratione ac fundamento: (1.) Per ſubſequens enim conjugium culpa pariter & macula † ex ſtupro delinquentibus 8
impreſſa rurſus tollitur, quippe fictione juris conjugium retrotrahitur, omniaque vitia purgat, ita ut ab initio ſtatim legitimum cenſeatur contractum matrimonium, *cap. tanta. 3.* ubi Panorm. *n. 4. & 7. extr. qui filii ſint legitimi.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 21. n. 62.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 141. n. 2.* Eſtque tantus hujus fictionis effectus, ut † legitimato per ſubſequens matrimonium 9
jure detur teſtimonium natalitium, quòd ex thoro legitimo & parentibus honeſtis natus fuerit: Er ſey von ehrlichen frommen Eltern / und aus einem rechten / ehelichen unbefleckten / ungetadelten Ehebette hergekommen und gebohren / ut diximus *in Juriſpr. Forenſ. ad Conſtit. Elect. 6. part. 2. Defin. 15.* nempe quia hoc modò legitimati † omnia jura legitimorum adipiſcuntur, an- 10
tiquæ ingenuitati reſtituuntur, nihilque differunt à legitimis, *Novell. 12. cap. ult. Novell. 74. cap. 1. & 2. Novell. 98. cap. 9.* Franciſc. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 11. cap. 10. num. 10. & ſeqq.* ex quo etiam ſtatuta de filiis legitimis diſponentia comprehendunt † legitimatos ex ſubſequente matri- 11
monio, ut docet Bald. *in l. cum acutiſſimi. 30. C. de fideicomm.* Dec. *in cap. cum in cunctis. 7. num. 11. extr. de elect.* Jaſon. *vol. 4.*

conſil. 168. col. 4. Nicol. Boer. *deciſ. 159. n. 5.* Molin. *in conſuet. Pariſienſ. tit. 1. §. 8. gloſſ. 1. num. 49.* Idque non modò quoad liberos legitimatos procedit, ſed favorem etiam
12 ipſorum parentum concernit, † ita ut ex ejusmodi concubitu anticipato, vel per ſubſequentes nuptias legitimato, nullam maculam incurrant, Joh. Lup, *in tract. de matrim. & legitim. part. 2. n. 34. & ſeq.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 46. quæſt. 1. n. 10.*

13 (2.) Accedit favor matrimonii, † ob quem pœna coitus illiciti haut raro mitigatur, *Conſtit. Elect. 19. part. 4.* ubi Dan. Moller. *num. 4.* Matth. Berlich. *part. 4. concl. 27. num 92. & ſeqq.* Jodoc. Damhouder. *in pract. crim. cap. 89. num. 45.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 29. in fin.* veluti hinc etiam ultimum quandoque ſupplicium remittitur reo ad interceſſionem fœminæ in matrimonium eum petentis, Jul. Ciar. *lib. 5. ſentent.* §. *ult. quæſt. 98. n. 6.* Nicol. Boer. *deciſ. 218. n. 20.*

14 (3.) † Nec eſt, quod quis dixerit, delicta non cum pietate, ſed ſeveritate caſtiganda eſſe, quò cautiùs mercari diſcant, & ab ejusmodi criminibus rei impoſterum abſtineant, *l. ſi pœnam. ff. de pœn. can. prodeſt ſeveritas. 23. quæſt. 5.* utque, quos majorum exempla à malis non revocant, pœna caſtiget, *l. 1. C. de emend. propinq. cap. ut Clericorum extr. de vit. & honeſt. Clericor. can. plurimos. diſt. 82. cap. felicis. §. in pœnis. extr. de pœn. in 6to.* locum ſiquidem hoc non obtinet † quando probabilis & juſta exiſtit mitigationis cauſa; nam tunc ſecundùm clementiam & benignitatem potiùs, quàm ſeveritatem eſt judicandum, *l. reſpiciendum.* §. *1. l. hodie ff. de pœn.* & quantum poſſibile eſt, judex pœnam temperare ac mitigare debet, Andr. Tiraqu. *de pœn. temper. cauſ. 24. n. 1.* Hippol. Marſil, *in pract. crim. §. occurrunt. n. 5.*

(4.) Quod ſi verò quis inſtet, † hac ratio- 16
ne ſcandalum ab Eccleſia haut removeri, nequaquam hoc largimur, poſtquam remiſſâ remotione, cuſtos aliâ mulctâ extraordinariè punitur. Et ſanè deprecatio publica, quæ hoc caſu reis injungitur, ſufficiens ſatis eſt ad ſcandalum ab Eccleſia avertendum, † 17
quippe in hunc ipſum finem introducta, ut delinquens cum Eccleſia, cui ſcandalum dedit, reconcilietur, prout liquet ex *ſcripto Granvellani in Comitiis Ratisbonenſ. Anno 1540. & 1541. nomine Majeſtatis Cæſareæ exhibito:* Daß diejenigen / ſo öffentlich geſündiget und die Kirche geärgert haben / zur Gemeinſchafft der Kirchen nicht ehe wieder aufgenommen werden / dann ſie ihre Beichte gethan / ihr Unrecht erkannt / und darauf die Verſöhnung von der Kirchen erlanget haben / Michael Haveman. *de jur. epiſc. tit. 10.* Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 2. cap. 12. caſ. 3.* Joh. Saubert. im Zucht-Büchlein *in præfat.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti & Quæſtori Mühlbergenſi, die 16. Febr. Anno 1610. (Verba Reſcripti:* Aus angehörter Verleſung eures des Schöſſers eingeſchickten Berichts haben wir vernommen / wie daß der *Cuſtos* zu S. Simon E. Valentin M. Wittwen zu Fall gebracht und geehliget / derowegen ihr / ob er zu *removiren* / oder ferner an ſeinem Dienſte ohne Aergerniß zu laſſen / zu unſerm Bedencken geſtellet. Wann wir dann darneben vermercken / daß ihr der Pfarrer und die Eingepfarrten mit Verrichtung ſeines Dienſtes wohl zu frieden; So können wir auch geſtalten Sachen nach geſchehen laſſen / daß er an ſolchem Dienſte ferner verbleiben möge: Hierneben aber begehrende / Ihr der Pfarrer wollet dieſer Perſonen wegen von der Cantzel öffentliche Abbitte thun / Ihr der Schöſſer aber ſie ihrer Verbrechung halber auf etliche Tage mit Gefängniß-Straffe belegen / ꝛc.) 18

DEFINIT. CXXIII.

Propter homicidium caſuale haut removendus eſt cuſtos ab officio.

SUMMARIA.

1. *Non ſemper, nec propter omne delictum cuſtos ab officio eſt removendus.*
2. *Non propter homicidium caſuale. n. 5. 11.*
3. *Homicidium per ſe crimen atrox & horribile.*
4. *Caſuale verò homicidium pœnam haut meretur.*
6. *Adducitur textus ex Ordin. crimin. Carolinâ.*
7. *Delictum ex voluntate & animo æſtimandum. n. 10.*

8. *Actus*

8. Actus hominum non ex eventu, ſed conſilio metiendi.

9. Delictum abſque voluntate non committitur.

12. Afflicto non eſt addenda afflictio.

13. Probatur deciſum hoc ex jure Saxonico n. 14.

15. Homicidium caſuale non puniendum Werigeldo.

16. Ob caſum fortuitum reus non tenetur ex lege Aquiliâ.

17. Caſus improviſus quomodo differat à caſu fortuito?

18. Delictum ex caſu improviſo pœnam meretur?

19. Num etiam remotionem ab officio?

20. Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.

1 Non ſemper ideoque nec quodvis ob delictum removere debet cuſtos vel miniſter ſcholæ ab officio, ſed ratio & qualitas criminis perpetrati probè ante omnia eſt diſcutienda, an ejusmodi pœnam mereatur, cùm multis modis fieri queat, ut reo ſit indulgendum, veniaque concedenda, *Defin. præced.* Idque accidit etiam in homicidio
2 † caſuali, quod certè taliter qualificatum non eſt, ut tutò cuſtos ab officio removeatur. (1.) Etſi enim homicidium per ſe in-
3 ter crimina refertur † atrocia & horribilia, ſecundum tradita Jac. Boulen. *in repetit. l. capitalium. §. famoſos. n. 62. ff. de pœn.* Proſper. Farinac. *lib. 4. tit. 14. in pract. crimin. quæſt. 119. n. 1.* Anton. Gomez. *variar. reſolut. tom. 3. cap. 3. in princ.* Tiber. Decian. *in Tract. crim. lib. 9. cap. 17.* Petr. à Plach. *in Epitom. delict. lib. 1. cap. 9. n. 4.* res ta-
4 men aliter ſe habet in homicidio caſuali, † quod abſque dolo ſcilicet & culpâ committitur, adeoque pœnæ ſubjectum haut eſt, *l. 1. §. 3. in fin. ff. ad leg. Corn. de ſicar. l. 1. l. 5. C. eod. tit. l. 9. in fin. l. 11. in pr. l. 51. in fin. ff. ad leg. Aquil.* Ægid. Boſſ. *in tit. de homicid. n. 66.* Proſp. Farinac. *part. 5. oper. crimin. quæſt. 126. num. 56.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 110. n. 38. & ſeqq.* Jodoc. Damhouder. *in prax. rer. crimin. cap. 85. in fin.* Ceſſante ideoque pœna in caſu homicidii caſua-
5 lis, † deveniri tutò haut poterit ad remotionem ab officio, pœnam inter alias haut minimam, non ſaltem ratione exiſtimationis, quæ hinc aliquo modo periclitatur, ſed etiam propter reditus, quibus remotus carere tenetur.

6 (2.) † Eoque facit textus *in Ord. criminali Carolinâ art. 146. in princ. verb.* So einer ein ziemlich unverboten Werck an einem Ende oder Ort / da ſolch Werck zu üben ziemlich iſt / thut / und dadurch von ungeſchickter gantz ungefährlicher Weiſe / wider des Thäters Willen iemand entleibet / derſelbige wird in viel Wege / die nicht müglich zu benennen ſeyn / entſchuldiget. Nempe quòd tùm homicidium perpetretur abſque omni culpa, voluntate & intentione, ut nec verè pro delicto queat haberi, † quippe quod ex voluntate & animo æſti- 7
mari debet, *l. divus Adrianus. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Jul. Clar. *in pract. §. homicidium. n. 7.* Petr. à Plach. *in epitom. delict. dict. lib. 1. cap. 10. n. 5.* Lucas de Penna *in l. quoties. n. 6. C. de exact. tribut. lib. 10.* Andr. Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ. 51. n. 7. & 9.* ubi generalem ponit concluſionem, † quod a- 8
ctus hominum non eventu, ſed conſilio metiendi & æſtimandi ſint, *per l. verum, §. ſciendum. ff. de minor. l. ſed an ultio. §. 1. ff. de negot. geſt. l. fraudis interpretatio. ff. de reg. jur.* Neque delictum abſque voluntate committitur, † quia malitia cujusque actus pravi 9
à voluntate procedit, quæ præcipua eſt in omni peccato ſeu delicto, quod nihil aliud eſt quam actus malus, *can. 1. cauſ. 15. quæſt. 1.* Ariſtot. *3. Ethicor. cap. 1.* unde etiam † voluntas 10
delictum à non delicto, & peccatum à non peccato diſcernit, *cap. cum voluntatem. extr. de ſentent. excomm. l. qui injuriæ. ff. de furt. l. verum in princ. ff. eod. tit. l. quod Reipubl. ff. de injur.* Didac. Covarr. *in Clem. ſi furioſus. 2. part. relict. n. 2.*

(3.) Ac certè † ſi abſque omni cauſa & 11
culpa, ſolo fortuito eventu caſus acciderit, ut quis per alterius manum interficiatur ac pereat, caſus hîc non tam homicidium quam infortunium erit appellitandus, quod neminem trahit ad pœnam, nec ad detrimenti reparationem, *l. quæ fortuitis. C. de pign. act. §. item is cui Inſtit. quib. modis. re contr. obligat.* Jodoc. Damhoud. *in praxi criminal. cap. 85. n. 13.* Quin potius † tum regula 12
obtinebit vulgata, quòd nempe afflicto non ſit addenda afflictio, *l. divus. 14. ff. de offic. præſid. l. antepen. C. de pœn. l. navis onuſtæ. 4. §. quid ergo. ff. ad leg. Rhod. de jactu.*

(4.) Nec de jure Saxonico rem aliter ſe- 13
ſe habere, teſtatum facit † Gloſſ. Weichbildes. *art. 38. num. 13. & 14. ibi:* Würde aber einer getreten / daß er ſterben müſte / da man *turni*ret oder ſtäche / der rechne es ihm ſelber zu / dann ihme hat niemand darum zu antworten. *It.* Würde auch einer getreten / da man Wette lieff / oder

da man den Stein wüſſe oder die Stangeſchüſſe / wann da ichtes geſchähe Undancks / wird es beweiſt von dem der es thut (als Recht iſt) der bleibet es ohne
14 Wandel. † Quod idem probat Gloſſa germanica *in art. 38.* Landr. *lib. 2. in verb.* Oder ob er ſcheuſt. *verſ.* Tödtet offt einer iemand / welcher ſich aber ſelbſt verwahrloſet/als ob einer einen Baum an den Orten fallete oder ſchneidelte / da ſonſten niemanden hinzugehen gehörete / oder ob es des Orts geſchähe/da die Ritter ihre Ritterſchafft pflegen zu üben / als im Turnier und ſonſten / denn ſo einem daſelbſt ein Schade widerführe / den möchte er ihme haben. Probant hæc omnia, nullatenus teneri eum, qui non ex dolo & culpa, ſed caſu
15 fortuito alium occiderit, usque adeò † ut nec Werigeldus ab occiſore exigi queat, veluti demonſtravimus *in pract. crimin. part. 1. quæſt. 27.* ſiquidem pecunia Werigeldi in locum pœnæ legis Aquiliæ vel de injuriis ſancitæ eſt ſurrogata, Johan. Schneidevvin. *in §. in ſumma. inſt. de injur. num. 4. in fin. verſ. quia hæc pœna dimidii Werigeldi.* Matth.
16 Berlich. *part. 4. concluſ. 11. num. 21.* † Atqui ob caſum fortuitum reus pœnæ legis Aquiliæ ſubjectus haut eſt, §. *item ſi putator 5. inſtit. de leg. Aquil.* Jodoc. Damhouder. *in prax. crimin. cap. 85.* Conſequitur hinc, nec ab officio removendum fore cuſtodem, qui caſu fortuito aliquem occiderit, ne forſan à pœna immunis, per indirectum mulcta longè majori gravetur.

Sed hoc ita † ſi homicidium ex ſolo caſu 17
fortuito fuerit perpetratum, non ex caſu improviſo, quem culpa præcedere ſolet; Diſtinguunt nempe Dd. caſum improviſum a caſu fortuito, ut hic omnis culpæ ſit expers, improviſum vero caſum culpa præcedat, Gloſſ. *in l. 1. in fin. verb. plerumque. verſ. & nota C. ad leg Cornel. de ſicar.* Johan. Schneidevv. *ad §. injuria. num. 9. inſtit. de lege Aquil.* Salycet. *in dict. verb. plerumque. num. 2.* ubi & Bald. *num. 3.* † Caſu ideoque improviſo 18
ſi perpetratum fuerit homicidium, licet culpa ſaltem leviuſcula intervenerit, neque a ſolutione Werigeldi, neque ab omni pœnâ immunis erit reus, *l. 1. §. 3. in fin. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Bertaz. *l. 1. conſil. 85. num. 9.* Hippol. de Marſil. *in l. 1. §. divus. num. 14. in fin. verſ. nota ulterius. & n. 15 ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* † Quidni ergò etiam tùm 19
obtineret remotio ab officio, ſi culpa & exceſſus perhibeatur talis, cui mulcta hæc correſpondeat?

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Osſitienſi, die 7. Aug. Anno 1635.* (*Verba Reſcripti:* Wir haben euren eingeſchickten Bericht und Erinnerung / ob der *Cuſtos* zu S wegen des begangenen *homicidii caſualis* an ſeinem Dienſte gelaſſen werden möge/verleſen hören. Wann er dann mit einer willkührlichen Geld-Strafe allbereit belegt / ihme dabey viel aufgangen / auch ſonſten ſeines Lebens und Wandels gutes Gezeugniß hat; Als iſt hiermit an ſtatt Jhr. Churfl. Durchl. unſer Begehren / Jhr wollet die Verordnung thun / daß er bey ſeinem Küſter-Dienſte gelaſſen / und davon nicht *removiret* werde / ꝛc.) 20

Definit. CXXIV.

Decernitur quandoque etiam in cuſtodes delinquentes translocatio, quæ pœna ipſis non minima eſt, ſi relictò opimiori beneficiô ad ſterilius transferantur.

SUMMARIA.

1. *Variis coercentur pœnis cuſtodes ſive æditui.*
2. *Et quænam hæ ſint?*
3. *Translocatio & permutatio officiorum pœna haut minima.*
4. *Permutatio officiorum privata non eſt permiſſa. n. 5.*
6. *Secus ſi autoritas Epiſcopi accedat.*
7. *Translocatione cuſtodes jure puniuntur.*
8. *Quibus ex rationibus & fundamentis? n. 12.*
9. *Permutatio officiorum per ſe illicita non eſt.*
10. *Ipſimet Paſtores delinquentes translocatione puniuntur.*
11. *Cuſtodes inter Eccleſiæ miniſtros referuntur.*
13. *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi.*

Non

1 NOn exiſtimet quiſquam, immunes fore cuſtodes ſive æditos delinquentes ab omni pœnâ, ſi non removeantur ab officio: Nec enim in ſola depoſitione mulcta eorum conſiſtit, nec coercitio malitiæ atque nævorum præcisè ad remotionem eſt reſtri-
2 cta, ſed plures † dantur pœnæ, quibus ſcandalo obviari poteſt, veluti de miniſtris Eccleſiæ diximus *ſupr. Definit. 118. n. 1.* Nimirum carcere ſæpiùs puniuntur æditui nimis licentioſi, vel mulctâ pecuniariâ: quandoque et-
3 iam † translocatione ſeu permutatione officiorum, quæ pœna certè minima haut eſt, ſi de beneficio opimiori ad ſterilius transferantur, quod an fieri poſſit, dubitaverit ali-
4 quis forſan, propterea † quod permutatio officiorum in Concilio Turonenſi fuerit prohibita, *cap. majoribus. 8. ibi:* Diviſionem præbendarum aut dignitatum permutationem fieri prohibemus, *extr. de præbend.* Garcia *de benefic. part. 11. cap. 4. num. 44. in fin.* Cardin. Tuſch. *pract. concl. lit. P. concl. 303. num. 1. & conluſ. 305. num. 2.* Nec ſine
5 cauſa & fundamento, † poſtquam pactio circa ſpiritualia vel connexa ſpiritualibus labem ſemper contineat Simoniæ, *cap. quæſitum. 5. extr. de rer. permut.* Roch. de Curt. *in Rubr. de translat. jur. patronat. num. 27.* Caniſ. *in ſumm. jur. canon. lib. 2. tit. 28. pag. 238.*
6 Sed verum hoc eſt † in permutatione privata ex propria permutantium conventione ſuſcepta: Cæteroquin aſſentiente ac diſponente Epiſcopo, eove qui jura exercet epiſcopalia, permutationem
7 † ejuſmodi ſive translocationem ſubſiſtere, ambigendum non eſt, imprimis ſi ex cauſa publica & propter nævos cuſto-
8 dum ad eam deveniatur. (1.) † Propter autoritatem & diſpoſitionem Magiſtratûs eccleſiaſtici, qua id, quod alias prohibitum, permiſſum cenſetur, adeoque etiam translocatio & permutatio officiorum, *cap. quæſitum. 5. extr. de rer. permut. cap. cum venerabilis. 6. §. adhæc. extr. de except.* † nec etiam permutatio officio- 9
rum & poſſeſſionum eccleſiaſticarum per ſe illicita habetur, *cap. ad quæſtionem. 6. cap. exhibita. 9. in fin. extr. de rer. permut.* Johann. Baptiſt. Vivian. *in ration. jur. pontific. ad dict. cap. ad quæſtionem. 6.* Lambertin. *de jur patronat. lib. 1. artic. 3. quæſt. 3. princ. part. 2. num. 1. fol. 127.* Roch. de Curt. *dict. loc.* (2.) † Cumque Paſtores & Eccleſiæ 10
miniſtri propter nævos ſuos quandoque translocatione mulctentur, ut diximus *ſupr. Defin. 118.* quid cauſæ eſſet, ne idem de coercitione cuſtodum aſſerere liceret? Multò minus utique ab hac mulctâ eximendi erunt æditui, quorum functio in Eccleſia longè inferior: † quin & cùm ipſimet quoque inter 11
Miniſtros Eccleſiæ referantur, quippe huic æquè inſervientes, *ſupr. lib. 1. Defin. 75. Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. artic. general. 37. verb.* Würde aber vom Kirchner in Kirchendienſten einige Verſäumniß oder Unfleiß befunden. *& art. 40. §.* Mit der Vieh-Hut. *verſ.* Dann weil ſolche Perſonen/ ꝛc. non facile quiſquam eos mitiori pœnâ coercendos dixerit. (3.) † Eſtque mulcta trans- 12
locationis etiam in cuſtodes determinata ſat expreſsè *in Ordin. Eccleſ. ſub tit.* Von beyden *Conſiſtoriis. cap. 7.* Was Sachen in das *Conſiſtorium* gehörig. §. Alle Sachen/ die Pfarrer/ Kirchen- und Schul-Diener *vocation,* Amt/ Dienſt/ Leben/ Wandel/ *translation, dimiſſion. ſuſpenſion,* Handlung und Verbrechung belangend/ ꝛc. *junct. §.* Der Küſter oder anderer Meuterey/ oder unordentliche/ ungebührliche Sachen wider die Pfarrer und Kirchendiener/ ꝛc.

Ita † *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Coldicenſi, nec non Superintendenti & Quæ-* 13
ſtori Leiſnicenſibus die 9. Dec. Anno 1611. (*Verba Reſcripti:* An uns beſchweret ſich abermals der Pfarrer zu S. *Vitus R.* über *Chriſtophorum B. Cuſtodem* daſelbſt/ wie ihr aus der Inlage zu befinden. Wann dann bey euch dem *Superintendenten* und Schöſſer zu L. die gütliche Vergleichung und Ausſühnung entſtanden/ und wir die *Cuſtodes* in ihrer Halsſtarrigkeit wider ihre Pfarrer zu ſtärcken nicht gemeynet; Als begehren an ſtatt höchſtgedachten unſers gnädigſten Herrns wir hiermit/ Ihr ingeſamt wollet die zwiſchen dieſes Orts und dem *Cuſtode* zu D. vorgeſchlagene *translocation* unverzüglich zu Wercke richten/ ꝛc.)

DEFINIT. CXXV.

Permiſſum eſt miniſtris Eccleſiæ, juſtâ ex cauſâ reſignare functiones ſuas, & in iisdem vel aliis Eccleſiis munia ambire altiora, invitis etiam Patronis & Collatoribus.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Mutationes functionum eccleſiaſticarum ſcandalum præbent.*
2. *Temerariè ideoque ſuſceptæ ſunt prohibitæ.*
3. *Adducitur prohibitio quorundam Conciliorum. n. 4.*
5. *Juſtâ ex causâ tamen tolerandæ ſunt ejusmodi mutationes.*
6. *Poteſt ergò miniſter Eccleſiæ altius ambire officium.*
7. *Fundamenta & rationes hujus aſſerti.*
8. *Nullibi extat prohibitio hujus rei.*
9. *Proferuntur verba Anthemii ex epiſtolâ quâdam. n. 10.*
11. *Sanctio Concilii Carthaginenſis adducitur.*
12. *Mutationes ejusmodi non niſi Epiſcopi conſenſu ſuſcipiendæ.*
13. *Omnis res per quascunque cauſas naſcitur, per easdem diſſolvitur.*
14. *Invitò etiam Patronò miniſter Eccleſiæ functionem ſuam renunciare valet.*
15. *Quilibet jus pro ſe introductum remittere poteſt.*
16. *Non ſubſiſtit renunciatio in alterius favorem facta.*
17. *Decretum Conſiſtorii Supremi.*

1 CUm mutationes functionum eccleſiaſticarum facilè queant ſcandalum in Eccleſia concitare, nunquam temere erunt ſuſcipiendæ, non privato judicio, non cauſa ambitionis, dominationis, præſumtionis, delectationis, ſtipen- 2 dii amplioris, &c. † veluti ſancitum legimus in Concilio Nicæno *cap. 15.* Non oportet Epiſcopum vel reliquos ordines de civitate ad civitatem migrare, non Epiſcopus, non Presbyter, non Diaconus tranſeat. Si quis autem poſt definitionem ſancti & magni Concilii tale quid agere tentaverit, & ſe hujusmodi negotio mancipaverit, hoc factum prorſus in irritum ducatur & Eccleſiæ reſtituatur, cujus fuit Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus ordinatus, *in can. non oportet. 7. quæſt. 1.* 3 Nec non † in Concilio Meldenſi: Si quis de ordine ſacerdotali contemtu minoris Eccleſiæ, ambitioſè & improbè ad potiorem aſpiraverit, canonica erga eum definitio conſervetur, hoc eſt, ut utrâque careat, *in can. ſi quis de ordine. cauſ. quæſt. & iisdem.* Eoque facit Pontificis Leonis epiſtola ad Anaſtaſium, Theſſalonicenſium Epi- 4 ſcopum, *part. 1. epiſtol. 82. cap. 8.* † Si quis Epiſcopus ſuæ civitatis mediocritate deſpecta, adminiſtrationem celebrioris loci ambierit, & ad majorem plebem ſe quacunque ratione transtulerit, a cathedra quidem pellatur aliena, carebit etiam propria, ut nec illis præſideat, quos per avaritiam concupivit: nec illis, quos per ſuperbiam ſprevit: Suis igitur terminis contentus quisque ſit, nec ſupra menſuras juris ſui affectet augeri, *in can. ſi quis Epiſcopus. cauſ. & quæſt. iisd.*

Non tamen propterea omnis impro- 5 banda eſt translatio miniſtrorum, † ſed toleranda, ſi gravi judiciô ſuſcipiatur, ex utilitate nimirum, neceſſitate & ædificatione Eccleſiæ; Ut enim Dominus meſſis miniſtros ſuos vocandi; ita quoque eosdem ab una Eccleſia ad aliam transferendi habet poteſtatem, quam ipſam quoque jure ſibi arrogat Eccleſia Domini materfamilias, Johan. Gerhard. *in loco de miniſt. eccleſiaſt §. 171.* † Prohiberi ideoque non 6 debent miniſtri Eccleſiæ altiora ambire officia eccleſiaſtica. (1.) De Diaconis ſiquidem dicit Apoſtolus: † Qui bene miniſtra- 7 verint, gradum bonum ſibi acquirunt, *1. ad Timoth. 3. verſ. 13.* Ex quo infert Dn. Gerhard. quòd Diaconi rectè & fideliter in officio ſeſe gerentes ad altiora etiam, vel in iisdem vel aliis in Eccleſiis munia promoveri poſſint. (2.) † Neque extat, *inquit* 8 *idem Gerhard.* uſpiam peculiaris quædam prohibitio, quâ Eccleſiæ interdictum, ne eum, qui alio in loco miniſterium agit, ad officium evocet eccleſiaſticum. (3.) Quin potiùs expreſsè hoc permiſſum eſt, prout apparet † ex epiſtola Anthemii ad Epiſcopos 9 Toletanos: Mutationes Epiſcoporum, ſcitote, communi utilitate atque neceſſitate fieri licere, ſed non propriâ cujusquam voluntate aut dominatione. Petrus ſanctus Magiſter noſter & Princeps Apoſtolorum de Antiochenâ civitate utilitatis causâ eſt translatus Romam, ut ibidem potius proficere poſſet. Euſebius quoque de quâdam parvâ civitate, Apoſtolicâ autoritate mutatus eſt in Alexandriam. † *Et poſtea:* Non enim tranſit de ci- 10 vitate ad civitatem, nec transfertur de minore ad majorem, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit; Sed aut vi à propria ſede depulſus, aut neceſſitate coactus, aut utilitate loci vel populi, non ſuperbè, ſed humiliter ab aliis translatus eſt, &c. Alia enim eſt cauſa utilitatis, alia avari-

tiæ

tiæ & præſumptionis, ac propriæ voluntatis,
11 *in can. mutationes. 7. quæſt. 1.* (4.) † Atque
hinc ſancitum *in Concilio Carthag. 4. cap. 27.*
Epiſcopus de loco ignobili ad nobilem per
ambitionem non tranſeat, nec quisquam in-
ferioris ordinis Clericus. Sanè ſi utilitas
Eccleſiæ popoſcerit, decreto pro eo Clerico-
rum & laicorum Epiſcopis porrecto in præ-
ſentiam Synodi transferatur nihilominus,
alio in locum ejus ſurrogato. Inferioris ve-
rò gradus Sacerdotes vel alii Clerici conceſ-
ſione ſuorum Epiſcoporum poſſunt ad alias
Eccleſias transmigrare, *in can. Epiſcopus. cauſ. & quæſt. iisdem.*

12 † Ex quô porrò liquet, mutationes ejus-
modi non niſi permiſſu ac conſenſu Epiſco-
pi fieri decere, *cap. admonet. 4. extr. de re-
nunciat.* Uti namque Clericus beneficium
eccleſiaſticum nequit impetrare ſine inſtitu-
tione Epiſcopi, *can. un. extr. de inſtit. in 6to.*
ita nec facultatem habet Clericus, illud bene-
ficium ſine licentiâ dimittendi, *arg. cap. cum
& plantare. 3. §. in Eccleſiis. extr. de privi-
leg.* † quia omnis res, per quascunque cau- 13
ſas naſcitur, per easdem etiam diſſolvitur,
cap. 1. extr. de reg. jur. in 6to. Vivian. *in ra-
tional. ad dict. cap. admonet. 4.* Collatoris
verò ſive Patroni conſenſum intervenire ne-
ceſſum haut eſt, † ſed invitô etiam ipſô Eccle- 14
ſiæ miniſtri reſignare, alioque in loco fun-
ctionem eccleſiaſticam ambire poſſunt. Aym.
Cravett. *Conſil. 153.* Card. Tuſch. *pract. con-
cluſ. lit. R. concl. 257. n. 9. & concl. 262. n. 1.*
ſcilicet † quia unusquisque jus ſuum pro ſe 15
introductum remittere valet, *l. ſi judex. 41. ff.
de minor. l. pœn. C. pact.* & proprio ſe abdi-
care beneficio, *cap. ex transmiſſa. 3. cap. in
præſentia. 6. extr. de renunciat.* Franc. Mar-
ci *deciſ. 457. n. 6.* Garc. *de benef. part. 11 cap.
3. n 14.* Niſi † forſan renunciatio in alte- 16
rius favorem fiat, quæ Patronô reclamante
irrita habetur, ne per hanc libera præſentan-
di poteſtas ei auferatur, Garc. *dict. cap. 3.
n. 16.* Ariſm. Tepat. *in compend. deciſion. tit.
17. cap. 20. verſ. reſignans beneficium in favo-
rem certæ perſonæ, &c.*

Ita † *Conſiſtorium Supremum in causâ Johan. S. Paſtoris in S. contra* ſeinen *Collatorn* Ge- 17
orgen von S. *die 30. April. Anno 1607.* (*Verba Decreti:* So haben wir geſtalten
Sachen und des Pfarrers Begehren nach / ihme ſeine Verbeſſerung in andere
Wege zu ſuchen verſtattet ; Es wird ihme aber ſeine hinterſtellige Beſoldung
vom *Collatore* billich entrichtet und abgefolget / ꝛc.)

FINIS.

SOLI DEO GLORIA.

IN NOMINE JESU CHRISTI!

USUS PRACTICUS ARBORIS CONSANGVINITATIS ET AFFINITATIS

IN FORO SAXONICO

TRIBUS DISPUTATIONIBUS

Menſ. Jul. & Auguſt. Anno cIɔ Iɔc XLIIX.

in Academia Lipſienſi

Publico examini & disquiſitioni ſubjectus

à

BENEDICTO CARPZOV. J.U.D.
Conſiliario Electorali Saxonico & Facultatis Juridicæ Ordinario.


AGNATI
COGNATI
NON TANGUNT DEXTROS QUI STANT IN PARTE SINISTRA
LÆVA DAT UXORES DA TIBI DEXTRA MARE
4 ABAVVS ABAVIA IV
4 PROPATRVVS PROAMITA V
3 PROAVVS PROAVIA III
4 PROAVVNCVLVS PROMATERTERA V
4 HORVM FILIVS FILIA VI
3 PATRVVS MAGNVS AMITA MAGNA IV
2 AVVS AVIA II
3 AVVNCVLVS MAGNVS MATERTERA MAGNA IV
4 HORVM FILIVS FILIA VI
4 EORVNDEM NEPOS NEPTIS VII
3 PROPIOR SOBRINVS SOBRINA V
2 PATRVVS AMITA III
1 PATER MATER I
2 AVVNCVLVS MATERTERA III
3 PROPIOR SOBRINVS SOBRINA V
4 EORVNDEM NEPOS NEPTIS VII
4 EORVNDEM PRONEPOS PRONEPTIS VIII
3 HORVM FILIVS FILIA VI
2 FRATER PATRVELIS ET AMITA ET SOROR IV
1 FRATER II
1 SOROR II
2 CONSOBRINVS CONSOBRINA IV
3 HORVM FILIVS FILIA VI
4 HORUM NEPOS NEPTIS VII
3 HORUM FILIUS FILIA V
2 FRATRIS FILIVS FILIA III
1 FILIVS FILIA I
2 SORORIS FILIVS FILIA III
3 HORVM FILIVS FILIA V
4 HORVM NEPOS NEPTIS VI
3 FRATRIS NEPOS NEPTIS IV
2 NEPOS NEPTIS II
3 SORORIS NEPOS NEPTIS IV
4 FRATRIS PRONEPOS PRONEPTIS V
3 PRONEPOS PRONEPTIS III
ARBOR CONSANGVINITATIS
4 ABNEPOS ABNEPTIS IV
ANNO M DCXCV.


ISTÆ DVÆ CELLVLÆ DEMONSTRANTES GENERA AFFINIT NON HABENT PROHIBIT
I GENVS AFFINITATIS QVOD HODIE HABET PROHIBIT
I GENVS AFFINIT QVOD HABET PROHIBITIO
RELICTVS RELICTÆ FRATRIS
VXOR FRATRIS OLIM RELICTA
FRATER
PRIMVS GRADVS
SOROR
VIR SORORIS OLIM RELICTVS
RELICTA RELICTI SORORIS
VXOR FILII FRATRIS
FRATRIS FILIVS
SECVNDVS GRADVS
SORORIS FILIA
VIR FILIÆ SORORIS
VXOR NEPOTIS FRATRIS
FRATRIS NEPOS
TERTIVS GRADVS
SORORIS NEPTIS
VIR NEPTIS SORORIS
VXOR PRONEPOTIS FRATRIS
FRATRIS PRONEPOS
QVARTVS GRADVS
SORORIS PRONEPTIS
VIR PRONEPTIS SORORIS
ARBOR AFFINITATIS

IN NOMINE JESU CHRISTI!

DISPUTATIO I.

exhibens

USUM PRACTICUM ARBORIS CONSANGVINITATIS ET AFFINITATIS

in foro Saxonico

circa materiam nuptiarum.

RESPONDENTE

M. AMADEO Eckolt / Welſiô Auſtriaco.

Positio I.

1 DIſceptationem inter JCtos Bononienſes ortam: An Chirurgus in palatio venam incidens, ſupplicium capitale cogatur ſubire, eo, quòd in palatio ſanguinem fundere ſub hac pœna ſit prohibitum, apud Joh. Coraſ. *ad l. quamvis. 4. n. 8. C. de impub. & aliis ſubſt.* mirantur nonnulli; excipiunt eam alii ſolutiore cachinno, ſed nemo vel utilitatem vel ſubtilitatem rimatur, quem vetuſtiorum Legiſtarum ridiculè magis ac ineptè, quam utiliter ſæpius
2 concertantium genius non latet: Cujus † veſtigia exhibet inter alios Udalr. Zaſius, haut abs indignatione referens diſputata Doctorum: an is cui caput gladio abſciſſum eſt, ſi contingeret eum reviviſcere, rurſus eodem
3 ſupplicio mactandus ſit? & † an Lazarus redivivus uxorem ſuam repetere potuiſſet, *ad l. 3. num. 7. & 8. ff. de Legib.* in quibus operam & oleum illos perdidiſſe vere dixe-
4 rimus, ceu diſputantes de iis, † quæ in vita communi vel nullum omninò fructum & uſum habent, vel (ut inquit Petr. Rebuff. *in præf. ad Cardinalem Verallum in praxi beneficiaria*) nunquam in actionem hominum
5 vel forum veniunt: † Cumque iis transeunt ejusdem farinæ quæſita: an reſurgens à mortuis teſtamentum prius rumpat, Seb. Med. *in tract. mors omnia ſolvit. part. 1.*
6 *num. 145.* & † cujus ovum fiat, quod à variis gallinis poſitum eſt, de quo Nic. Boer. *ad conſuet. Bituricenſ. tit. 10. §. 5. gloſſ. 1. in fin.* riſu potius quàm enodatione digna. A quibus nec Philoſophos ſemper abſtinuiſſe, ludicra eorum fidem faciunt diſputata:
Quem † pedem prius in Italiam Æneas po- 7
ſuerit? Quid Syrenes cantare ſint ſolidæ? Quæ nomina illorum, qui equo Trojano abditi fuerint? aut ſociorum Ulyſſis, & quot ex
illis Cyclops devoraverit? † Culices utrum 8
ore ſonum edant, an podice? An Chimæra bombinans in mari poſſit comedere notiones ſecundas? Num quatuor equi Phaetontis poſſint trahere per cacumen montis magnum currum phantaſticum, per campum categoricum ad campum hypotheticum, per infinitum & vacuum, usque ad duodecimum Phyſicorum? Cœlum empyreum quot habeat monopolia? An non in eo ſaltandum ſit? an ſat firmum & luminoſum ad choreas? Balth. Meiſn. *in diſſert. de antiq. vitioſ. Theolog. diſput. rat. pag. 482.* Autor des Bienenkorbs *part. 6. cap. 5. pag. 228.*

II. Qualiacunq; autem hæc ſint, ſive JCtorum ſive Philoſophorum, produnt eorum
ineptias, † advertente Seneca *l. 6. de beneficiis,* 9
c. 5. quas neq; ſcire compendium neque ignorare detrimentum eſt ullum, ſimiles telis ara-
nearum, † quæ plurimum habent artificii, 10
minimum utilitatis, licet iisdem Tiberius Cæſar exercuerit valdè Grammaticos teſte Svetonio *in vita Tiberii, cap. 20.* irrito plane acumine, quo alii in acinis Ceraſorum 150. imagines non ſine jactantia exprimere posſunt, Waremund. ab Ehrenberg. *in meditam.*
pro fœder. part. 3. num. 39. † Nunquam 11
vero ſaniores JCti & Philoſophi prudentiores quicquam operæ vel laboris in hiſce nugis impendunt, oculos & ſenſa animi ad ea convertentes themata, ex quibus commodum & utilitas in Rempublicam Chriſtianam notabiliter redundat.

Inter

12 Inter quæ ſi non primum, † haut quaquam tamen ultimum obtinet locum cognitio & uſus *Arboris juridicæ ſive legalis in Conſanguinitate pariter & affinitate*, de qua noſtrum hac vice eſt inſtitutum, materiâ omnium certè voto longè utiliſſimâ &
13 in praxi neceſſariâ, † non modò JCtis & Philoſophis, iis ſcilicet, qui veram profitentur Philoſophiam, h. e. rerum divinarum atque humanarum Encyclopædiam comprehendentem, quicquid mens humana ſcire aut capere poteſt, Joh. Limn.
14 *lib. 8. de jure publ. cap. 4. num. 39.* † ſed etiam Theologis atque Politicis, qui à latere ſunt Principum & Regum. Nec enim aulam vel judicium ullum, ſive ſit politicum, ſive eccleſiaſticum, reperire licet, quod non arboris hujus fructibus veſcatur, quin nec vix dies aut ſeptimana prætcribit, quâ non modò in ſubſelliis inferioribus, ſed & ſuperioribus dicaſteriis & Principum Curiis judices ac conſiliarii arboris hujus inſpectione & graduum ſup-
15 putatione ſint occupati. † Cauſas ſanè matrimoniales, quarum reſpectu inter Nobiles ac plebejos, Principes & ſubjectos, quoad proximitatem vel nulla prorſus vel modica exiſtit differentia, ut jam taceamus, nemo non inſignem Arboris noſtræ utilitatem animadvertit in Principum genealogiis & familiarum incunabulis, de
16 quibus † magnates & nobiles perſonæ multùm gloriantur. Etſi enim, ut Ferdinandus I. Imperator dicere ſolebat; *Boni viri & boni vini origo altiùs quærenda non ſit*; forſan quod hiſce in ſcrutiniis fax veritatis inquiſitorem facilè deſtituat, Limn. *lib. 5. jur. publ. cap. 1. num. 3.* hoc tamen Viri Principes ac Nobiles ſibi dictum non credunt, quippe quorum honor & dignitas ex illuſtrioribus proſapiis haut parùm ſplendet, ex nobili ſiquidem ſtipite non facilè
17 progenies deſcendit ignobilis, † eſtque inſigne vetuſtæ nobilitatis decus, majores habere atque imitari eos, qui virtute magnisque in Rempublicam collatis beneficiis, ut cæteris excellentiores haberentur, meruêre. Decoctores ergo ne ſint ſui honoris, ab omni hoc decus vindicant oblivione, majoris id æſtimantes pecuniâ. Frener. *de exiſt. acquir. conſervan. & admittend. lib. 2. cap. 8. num. 11.*

18 III. Cumque † de reverentia & obſervantia ratione conſanguinitatis vel affinitatis ſeniori præſtanda ſæpe injiciatur ſcrupulus, nec in ſenioratu alter alteri cedere velit, vel ſola arboris hujus cognitio & graduum ſupputatio deciſum ſuppeditabit. Nam primum eſt Seniorum, h. e. majorum natu & gradu πρεσβείων ut à junioribus, iisque qui inferiore in gradu ſunt conſtituti, colantur non aliter quàm ipſimet naturales parentes omnibus ſtudiis totaque vitæ conſuetudine, Juſt. Lipſ. *lib. 2. Ep. 67.* Eraſm. Roterodam. *in annot. ad libell. Caton. de morib.* Andr. Tiraquell. *de jure primogenit. in præfat. num. 143.* † quod non modò in 19
ipsâ fundatum naturâ, ſed & multorum populorum moribus eſt comprobatum, demonſtrante Goldaſto *in Senior. libr. 1. cap. 6. per tot.* ex quo paternæ hujus pietatis reſpectu non malè forſan quis ſenſerit, cognatos omnes, patruos & uno communi nomine parentes, Vettern appellari, † ac paren- 20
talem pro cognatione ſumi cum Gualthero *in annot. ad Egeſipp. lib. de excid. Hierſolym. c. 42.* Alber. Gentil. *diſp. de nupt. lib. 5. cap. 10. fol 544. in pr.* diverſo planè ſignificatu, † quàm Germani noſtri Eltern ap- 21
pellitant, quos Latini parentes, i. e. patrem & matrem. Quin & majori Agnatorum ætati tantum tribuiſſe legimus Græcos Sapientes, † ut patruos conſtituerint θείους 22
appellandos, patrueles verò natu majores ἠθείους, h. e. divinos, quaſi divino quodam cultu propter ætatem majorem & gradûs ſuperioritatem colendos, Ann. Robert. *lib. 3. rer. judicat. cap. 15. ex Hellad. Beſantino lib. 1. Chreſtomathiæ*, Goldaſt. *alleg. cap. 6. num. 16.* Ex eodemque fonte promanaſſe videtur † ſolennis illa affectionis 23
formula, quâ Viri illuſtres ætate majores ab Imperatoribus & Regibus honorari ſolebant, cujus crebra fit mentio in Novellis Impp. *Have parens chariſſime atque amantiſſime*; † nec non in reſcriptis ac conſti- 24
tutionibus Germanorum Regum & Imperatorum, unſerm lieben Oheim / vel Neven / id eſt *avunculo vel patruo noſtro dilecto*, Accurſ. *in gloſſ. ad l. ex divi Pii. C. de locat.* Calefat. *in tract. de equeſt. dignit. num. 98.* Tiraqu. *in dict. præfat. num. 83.* Chriſt. Lehman. *in Chronic. Spirenſ. lib. 1. cap. 10.* Fridr. Lindenbrogius *in comm. ad tit. C. ſi quis Imper. maled.* † quem in 25
ſenſum etiam tranſit B. Lutheri interpretatio, *Geneſ. 41. verſ. 43.* ubi agitur de Joſepho, quem Rex Pharao juſſit proclamari, der iſt des Landes Vater. Atque hinc jam dudum Romulus Rex, Imperii Romani conditor Curiones ſive Curatores urbi Romæ præfectos, ab honore, auctoritate & reverentiâ, quæ debetur ætati, Parentes ac Patres appellari voluit, Tit. Liv. *libr. 1. hiſtor.* Dion. Helicarnaſſ. *libr. 2. aut Roman.* Onuph. Panvin. *libr. 1. faſtor.* Jac. Cujac. *12. obſerv. 30.* † quem titulum hodiè me- 26

rentur Conſiliarii Regum & Principum, à
quibus tanquam patres coli ac obſervari de-
beant, judice Eberh. à Weyh. *in aulico po-
lit. cap. 43.*
IV. Natu & gradu majorum quoque
27 aliud eſt πρεσβεῖον, † quod in præceden-
tia ac ſeſſionis prærogativâ conſiſtit, de
qua Principes ac Dynaſtæ præſertim in
Comitiis multùm concertant, non ſine
periculo quandoque, quod in mora eſt,
28 prout † luceſcit ex *Receſſ. imper. Aug. de
Anno 1530. §. item* als ſich im Anfang
dieſes Reichs-Tags. *Spirenſ. de Anno
1542.* §. Als ſich auch etliche Fürſten und
Stände im Anfange dieſes Reichs-
Tages der *Seſſion* und Umfrage halber
geirret ꝛc. *& de Anno 1544.* §. und nach-
dem in ſolcher Verſamlung allerley
Diſputation und Zwieſpalt der *Seſſion* hal-
ber vorfallen möchte ꝛc. *idem de Anno
1566.* §. Als ſie ſich ꝛc. §. Zum letzten.
29 Unde ſcomma illud † in ore vulgi cir-
cumfertur: *Germanos in ſuis comitiis fe-
rè nil aliud agere, quàm ut de ſeſſionibus
digladientur*, cujus autor perhibetur Jo-
hannes Zamoſcius, magnus Poloniæ Can-
cellarius, Herman. Kirchn. *lib. 2. de legat.
cap. 5. num. 78.* Sed diſceptationi huic li-
30 mites ponit quandoque † Arbor proximi-
tatis, ex qua, quis ſenior & gradu ſuperior,
dignoſci poteſt, cui haut immeritò præro-
gativa ſeſſionis ac præcedentiæ defertur, *l.
ſemper. 5. in pr. verſ. namq; majores noſtri.
ff. de jur. immunit.* Goldaſt. *paſſim in
Seniore.* Tiber. Decian. *vol. 1. reſp. 21. n. 61.*
Joh. Limn. *lib. 4. jur. publ. cap. 9. num. 70.*
Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & ec-
cleſiaſt. lib. 1. claſſ. 4. cap. 17. num. 36.* Marc.
Anton. Natta *conſil. 506. num. 22. & conſil.
31 678. num. 30. & ſeqq.* † Exempla ne lon-
giùs arceſſamus, conſtat in Sereniſſima Du-
cum Saxoniæ domo, Wenceslaum tertio
genitum Rudolphi I. Electoris filium, ſem-
per fuiſſe nepoti ſuo Alberto ex fratre Ot-
tone ſecundo genito in univerſa honorum
præcellentia antelatum, Anton. Coler. *de
jure Imper. German. ſect. 54 num. 3. &
ſect. 69. num. 8. & ſeqq.* Cujus rei fidem
32 faciunt † *diplomata Caroli IV. Imperato-
ris de anno 1363. & 1370.* apud Melch.
Goldaſt. *collect. Conſtit. Imper. tom. 1. fol.
372.* Parile jus præcedentiæ infert Fride-
ricus III. Imperator in confirmatione pri-
vilegiorum Ducum Saxoniæ factâ Norim-
bergæ *anno 1487.* in pactis hereditariis Du-
cum Saxoniæ & Landgraviorum Haſſiæ, ra-
tificatis Erfordiæ *die Mercurii poſt nativita-
tem Mariæ, eodem anno 1487.* Goldaſt. *in
Senior. lib. 1. cap. 22. num. 8.* ubi autorita-
tibus & exemplis ferè infinitis præcedentiam
hanc probat, inque † germanico Imperio, 33
Principibus juſti & æqui ſemper tenacibus,
tam conſtantem & perpetuam fuiſſe volun-
tatem, ætati & gradui ſuperiori honorem
hunc tribuendi, ut ne controverſia quidem
unquam fuerit mota ſuper hac prærogati-
va, quin juniores ultrò ſponteque ſenioribus
lubentes meritò ceſſerint, ait idem *dict. cap.
22. n. 1.* ex Colero *allegat. ſect. 54. n. 3.* † quan- 34
tumvis alii jus primogenituræ ac repræſen-
tationis excluſum nolint, quo de paſſim Poli-
tici & Goldaſt. *in tract. de majoratu, per tot.*
Quam litem heic reaſſumere non tam inſti-
tuto arcemur, quàm lubentes abſtinemus:
quanto enim ſtudio ac fervore ante aliquot
annos inter lineam Altenburgenſem & Vi-
narienſem Saxonicam quæſtio hæc fuerit
hinc inde diſceptata, vix inter † JCtos quis- 35
quam reperiendus, qui tum temporis vel
ipſemet non tela ſuppeditaverit liti, vel ea ſal-
tem ignoraverit, aut oblivioni tradiderit,
quod litigium à Rudolpho II. Imperatore
pro Altenburgenſibus novimus deciſum
27. Septembr. anno 1607. in quo tandem, ſo-
bole Electorali per Dei gratiam amplificata,
Vinarienſes acquieverunt.
V. † Quantum porrò utilitatis ac com- 36
modi ex cognitione arboris hujus & compu-
tatione graduum cognati ab inteſtato ſucce-
dentes ſibi certò polliceri poſſint, expeditum
reddit regula juris vulgata: Quod proxi-
mior in cognatione propinquior etiam ac
potior ſit in ſucceſſione, & remotiorem ex-
cludat, *§. ſi plures. 5. Inſt. de legit. agnat.
ſucceſſ. l. ult. in pr. ff. de gradib. & affin. l. 1.
§. proximus. 5. & ſeqq. ff. unde cognat.* Va-
lent. Forſter. *de ſucceſſ. libr. 3. cap. 33. n. 1.* ex
qua non ſaltem in cauſis privatorum, † ſed 37
etiam Magnatum de ſucceſſione in principa-
tibus litigantium deciſio petenda, Chriſt.
Beſold. *in diſſert. de ſucceſſ. in Regn. lib. 1. diſ-
ſert. 8.* imprimis ſi formula illa conſueta
(juxta gradus prærogativam, nach rechter
Sipzahl / vel ſalvâ gradus prærogativâ) li-
teris inveſtituræ vel legibus ſucceſſoriis re-
periatur inſerta, quæ procul dubio importat
proximitatem, & remotiores gradu exclu-
dit, Nic. Reuſner. *in notis ad brachylog. jur.
civil. lib. 2. cap. 23. §. 2.* Vigel. *Reſponſ. jur.
cent. 1. reſp. 17.* † usque adeo, ut hinc re- 38
præſentationem penitùs remotam quidam
exiſtiment, Molina Jeſuita *de juſt. & jur.
tom. 3. part. 2. tr. 2 diſp. 629. num. 4.* Jacob.
Menoch. *libr. 4. præſ. 95. num. 10.* Cævallos
*pract. quæſt. comm. contra comm. tom. 3.
quæſt. 762. n. 66. & ſeqq.* Huic innixus re-
gulæ Albertus Krantzius controverſiam † in 39
auditorio Imperatoris ventilatam &
præ-

prætextu denegatæ juſtitiæ ad Conſilium Baſilienſe delatam, an ſcilicet citra injuriam Ducum Saxoniæ Lauenburgenſium & Anhaldinæ familiæ Sigismundus Imperator Ducatum & Electoratum Saxoniæ Friderico I. Bellicoſo dicto, Marchioni Miſniæ concedere potuerit, pro Erico Duce Lauenburgenſi decidere haut dubitavit, *lib. 8. Saxon. & lib. 9. cap. 19.* pro-
40 pterea, † quod Duces Lauenburgenſes à Bernhardo Urſo Duce Saxoniæ oriundi, inque gradu conſanguinitatis proximiore conſtituti eſſent; cui tamen non fruſtra
41 contradicit † Andr. Knichen. *de Saxon. non provocand. jur. verb. Electorum. cap. 2. num. 6. & ſeqq.* jura Marchionum Miſniæ ita propugnans, quod quidem Duces Lauenburgenſes à Bernhardo Urſo oriundos ultrò concedat, aſt ex agnatione non maſculâ, (quæ ſola hic attendenda) ſed fœmineâ demonſtret, ab Helice nempe, filiâ Ottonis magni, ex familiâ Hermanni Billingi Albertum Urſum, & ex eo Bernhardum Ducem Saxoniæ prodiiſſe, unde Albertus I. Elector & Henricus ſtirps Anhaldinorum ex illa linea, Chytr. *in Chronic.*
42 *Saxon. lib. 2. fol. 69.* Addit porrò, † Ericum IV. in inveſtitura haut fuiſſe comprehenſum, ut neque hinc gradus proximitate contra Marchiones Miſniæ tueri ſe potuiſſet, cum jus Saxonicum, quo utimur, Agnatos haut admittat, niſi expreſsè & diſertè in literis inveſtituræ fuerint vocati. Ac licet
43 inveſtitura aliqua prætenderetur, † vitio tamen ſub- & obreptionis, quin & falſitatis eam laboraſſe, quo de fidem facit Imperatoris atteſtatum ex Spalatino adductum à Frid. Hortledero *de cauſis belli german. lib. 4. cap. 23. pag. 615.*

VI. Ita ſcilicet arbor conſanguinita-
44 tis & affinitatis † ramos ſuos dilatat, fructusque in ſingulos ferè articulos juris diſpergit, indigitante hoc ſummatim JCto Paulo hiſce verbis: *Juriſconſultus cognatorum gradus & adfinium noſſe debet: quia legibus hereditates & tutelæ ad proximum quemq; agnatum redire conſueverunt: ſed & edicto Prætor proximo cuiq; cognato dat bonorum poſſeſſionem, in l. ult. in pr. ff. de*
45 *grad. & affin.* † Malè itaque Alexander II. Papa ſolius ſucceſſionis cauſa graduum mentionem in legibus factam, aſſerit *in can. ad fidem. 35. quæſt. 5.* ſed & Paulus JCtus nimis tenax eſt in exhibendo arboris
46 uſu, † reſtringens eum ad hereditatem, tutelam, & bonorum poſſeſſionem, ſi non exempli gratiâ hoc factum dixerimus. Longè enim plura juris capita computationem graduum arbore hac demonſtratam excipiunt, † jus ſcilicet προτιμήσεως, *Conſt.* 47
Frid. I. Imper. de jure προτιμήσεως, matrimonium, *§. 2. & tot. tit. Inſt. de nupt. l. ult. & tot. tit. ff. de grad. & affin.* in jus vocatio, *l. 4. & ſeqq. ff. de in jus vocando.* ſatisdatio, *l. 2. §. 2. ff. qui ſatisdat. cog.* accuſatio, *l. 5. C. ad SCtum Turpill.* † id- 48
que exactiùs jam demonſtraturi, proprium ac principaliorem uſum arboris tam conſanguinitatis quàm affinitatis in foro Saxonico practicum breviter exhibituri, ne ordinis ac methodi neglectùs arguamur, dicemus I. *De ipſa arbore conſanguinitatis, & computatione graduum.* II. *Qualenam jus & ratio arboris in affinitate?* III. *Uſus arboris in matrimonio conſanguineorum quisnam?* IV. *Quæ hujus utilitas in contrahendo ab affinibus conjugio?* V. *Quibus in gradibus prohibitis ex ſpeciali diſpenſatione nuptias contrahere liceat?* VI. *Circa ſucceſſionem ab inteſtato quis arboris effectus?* VII. *Quæ ejus ratio in materia tutelæ?* VIII. *Quodnam commodum in proceſſu judiciario?* IX. *Et tandem quæ arboris conſideratio in delictis & irrogatione pœnarum?* Novem hiſce capitibus auxiliante Jeſu Chriſto tractationem abſolventes.

Cap. I.

De arbore conſangvinitatis & graduum computatione.

VII.

Anxii nimis quin & prolixi ſunt Doctores in determinanda proximitate & † conſanguinitate, definienda ar- 1
bore, ac recenſendis variis conſanguineorum & proximorum nominibus appellativis, *l. 1. l. 3. & l. ult. ff. de grad. & affin.* Ambroſ. Schürer. *de gradibus conſanguin. & affinit. loc. 1.* Johann. Schneidvvin. *in comm. Inſt. de nupt. Rubr. de arbore conjug. §. 239. 245. & multis ſeqq.* † quorum repetitione ſuperſe- 2
demus; ne actum agere ac ſoli facem addere videamur. Cumque intentio noſtra ſolum arboris uſum practicum petat, non eſt, quod rem ab ovo ordiamur, contenti (1.) ſolâ arboris deſcriptione & computationis ratione quoad certas perſonas, de quarum proximitate controvertitur. (2.) Supputatione graduum civili. (3.) Canonicâ. (4.) & Saxonicâ.

VIII. *Primum* ergo quod attinet, † ex- 3
peditum verè eſt, quod cognatio, quæ alio ſaltem nomine conſanguinitatis appel-

appellitatur, quaſi connatio, ſive junctio ſanguinis inter perſonas ex eodem ſanguine eademque ſtirpe provenientes, *l. non facilè. 4. §.1. ff. de grad. & affin. l.1. §.1. ff. unde cogn.* Valent. Förſter. *de ſucceſſ. lib.3. cap.6. num.10.* contingat † vel per
4 lineam fœmininam ſive maternam, in ſpecie dicta cognatio, *§.1. Inſtit. de legit. agnat. tut. dict. l. ult. §.2. ff. de grad.* vel per lineam paternam ſive virilem, agnatio vocata, *dict. §.1. Inſtit. de legit. agnat. tut. §.1. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. §.4. Inſt. de ſucceſſ. cognator. l. pen. in pr. ff. unde legitimi.*
5 *dict. l.4. §.2. & l.10. §.2. ff. de grad.* † Conſanguinei hinc ſunt vel agnati vel cognati, illi jure Saxonico Schwerdmagen / vel à gladio & rebus expeditoriis, quæ ipſis cedunt, Land-Recht / *lib.3. artic.15.* vel à tutela pupillorum agnatorum, quorum legitimi ſunt tutores, Land-Recht / *lib.1. art.22.*
6 † hi vero Nifftel-Geſpinn / Sielmagen / inſigniti à fuſo, nempe Spindel / cui tractando ſexus fœmineus eſt accommodatior, *Proverbior. 31. verſ. 19.* Vocula autem Magen denotat † cognationem generalem ſeu
7 conſanguinitatem, quam Saxones verbo Magſchafft / non à ventriculo, ſed ſanguine & viribus corporis exprimunt, Land-Recht / *libr 1. art.3.* Chriſt. Beſold. *theſaur. pract. verb.* Nifftel. Georg. Rotſchütz / *in*
8 *tractat. de gerada, artic.14. num.4.* † Una verò eademque agnatorum & cognatorum eſt ratio in proximitatis inveſtigatione, cujus initium ac fundamentum deſumendum à ſtipite vel ſtirpe, vom Stamm / communi ſcilicet arborum, de quorum proximitate quæritur, parente. Ut enim ab uno ſtipite vel trunco plures oriuntur rami, ex quibus alii poſtmodum ſubnaſcuntur, qui omnes ejuſdem cum ſtipite ſunt naturæ, & ſuccum ac vitam ab eodem participantes, propinquitate eidem conjunguntur:
9 † Sic ex uno communi patre filii, & ex his nepotes propagantur, qui carnis propinquitate ſive conſanguinitate invicem juncti cenſentur, ex qua metaphora etiam originem
10 ducit † arbor conſanguinitatis, Hoſtienſ. *in ſumm. extr. de conſangu. & affinit.* Johann. Gerhard. *in loco de conjug. §.240. circa fin.* Cumque perſonæ diſtantes haut ſint unigenæ, ſed una atque altera ſtirpi
11 propior vel remotior, † diſtantiam certis limitibus ſive lineis; has vero gradibus diſtinctas jura voluerunt, *l.1. & l. ult ff. de grad. & affin.* Eſtque linea (dicto a filo ex lino confecto, quo fabri materiarii ad ſignandam materiam utuntur, Andr. Tiraquell. *de tract. gentil. tit.1. §.1. ou lignagier. gloſſ. 9. num.1.*) † ſeries perſonarum eo- 12
dem à ſtipite deſcendentium gradus continens, eorumque numeros monſtrans, Joh. Andr. *in expoſit. arbor. conſang.* Johan. Schneidvv. *ad tit. Inſt. de nupt. rubric. de arbor. conſang. & affin. n.4.* Mozz. *de contract. tit. de matrimon.* Poſtquam vero hæc à ſtipite quaſi puncto trahitur, aut rectâ aut transverſim, duplex † hinc exiſtit linea: Recta & 13
obliqua ſeu collateralis: illa aut ſurſum aſcendit & dicitur linea aſcendens, à perſona ſcilicet generata ad generantem, quam occupant parentes, *Luc.3.* aut deorſum deſcendit, unde linea deſcendens, quâ proceditur à perſona generante ad generatam, *Matth. 1. Geneſ. 5. & 11.* † Linea *obliqua transverſa* 14
ſeu collateralis, quæ ad duo latera nunc ſurſum nunc deorſum tendentia ſe diffundit, fratresque & ſorores, nec non reliquos cognatos comprehendit, rurſus diſpeſcitur *in æqualem & inæqualem:* Illa concernit diſtantiam æqualem à ſtipite, † quando nempe 15
utraque perſona collateralium à parente ſeu ſtipite communi pari intervallo diſtat, veluti ſunt fratres, ſorores, patrueles, conſobrini, amitini &c. Hæc verò obtinet locum in diſtantia à ſtipite inæquali, † cum alter collate- 16
ralium a communi ſtipite longiùs, alter propiùs abeſt, quod accidit inter fratrem, fratrisque filium, nepotem, pronepotem, &c. Johann. Schneidvv. *dict. pr. Inſt. 13. de nupt.* Georg. Schultz. *in expoſit. arbor. conſangv. & affin. cap.1.* Gerhard. *dict. loc. theol. de conjug. §.242.* Gradus autem † eſt intervallum 17
mutuum, quo proximus a proximo per generationem diſtat, *l. ult. §.9. & ſeq. ff. de grad. & affin.* ſemper quippe generata perſona gradum adjicit, *§.7. Inſt. de grad. cognat.* Valent. Forſt. *lib.3. de ſucceſſ. cap.26. num.6. & ſeq.* vel quod idem, gradus eſt tranſitus de proximo in proximum cognatum, † unde *quot tranſitus ſunt in remotiorem, tot etiam exiſtunt gradus.* Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de grad. n.3.* translatio ſcil. hujus ducta eſt a ſcalis locisque proclivibus, quia gradus ita ingredimur, ut a proximo in proximum, id eſt, eum, qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus, *dict. l. ult. §. gradus. 10.* Schneidvv. *alleg. loc.* 18

XI. Hiſce conficitur arbor conſanguinitatis, † optimè cum arbore fructifera conveniens, Hoſtienſ. *in ſumma extr. de conſangv. & affin.* Quemadmodum enim in ea truncus, rami, flores; ita in noſtra conſanguinitatis arbore truncus continet lineam aſcendentem & deſcendentem; Rami ſunt lineæ collaterales, flores autem cellulæ, quæ repræſentant perſonas, 19

de

de quarum cognatione quæritur; eæque omnes cellulam vacuam reſpiciunt, quæ quidem diverſo reſpectu nunc pro filio, nunc pro patre, nunc pro fratre ſororeve, aut quo-
20 vis alio collaterali habetur, † ideoque etiam in medio arboris ponitur, & ficto nomine Petrucius, alias Protheus, vel aliter nominari ſolet. Verba ſunt hæc Georg. Schultz. *dict. cap.*
21 *1. pag. 20.* † Absque ejusmodi hypothetico computationem graduum congruè inſtitui non poſſe, vulgò aſſerunt Dd. *ex l. 1. & ſeqq. l. ult. ff. de grad. & affin.* & probat hoc multis argumentis Ambroſ. Schüret. *in tract. de gradibus conſanguin. & affinit. loc. 6.* Quod quidem conceſſerim in comparatione gra-
22 duum † totali ſeu generali, quam vulgò *arbores depictæ* demonſtrant. At in computatione graduum particulari, quando diſtantia inter certas perſonas inquiritur, neceſſe haut
23 eſt hypotheticum adjungi, † ſed ſtatim ab altera earum numerationis fit initium, *dict. l. 10. §. nam quoties. 9.* tranſitus per eas perſonas, ex quibus naſcitur, *dict. l. 10. §. quinto gradu. 16. verſ. ideò autem, &c.* dehinc deveniendum ad perſonam alteram, ad quam in inveſtiganda cognatione fit reſpectus, in eâque ſubſiſtendum, *dict. l. 10. §. quinto gradu. 16.*
24 † Parili modo in linea collaterali aſcendendum eſt ab una perſona ad ſtipitem communem & rurſus ab hoc in latere oppoſito ad alteram perſonam deſcendendum, *dict. l. ult. §. quinto gradu. 16.* Hottom. *de caſt. nupt. p. 1. c. 1. pag. 29. & ſeq.* Schürer. *de grad. l. 7.* ita nimirum in computatione graduum veniunt attendendæ perſonæ, à qua, ad quam, per quam, nec opus eſt ulla fictitia, ſeu Petrucio, quia certa habetur perſona, de cujus quæritur cognatione, & à qua computationis fit
25 initium, † demonſtrante hoc ſchemate:



Etenim ſi in *linea aſcendente* quæratur † de 26
proximitate Petri & Martini, ab horum alterutro tranſeundum per cellulas inter medias Pauli & Caſpari ad alterum uſque. Si verò *in linea collaterali æquali* moveatur dubium de diſtantia inter Caſparum & Claram, ab una harum perſonarum incipiendo ad ſtipitem communem ſcilicet Johannem aſcendendum, & in linea oppoſita rurſus ad Claram deſcendendum eſt, eodemque modo *in linea inæquali* inter Bertam & Henricum procedendum, & ſic in reliquis computatio graduum inſtituenda.

X. Poſito jam fundamento † ac de- 27
monſtrato digresſionis modo de una perſona ad aliam, accedimus jam ipſam graduum cognationis computationem, in qua totius negotii cardo vertitur: Cum verò in ea non conveniant jus Cæſareum & Pontificium, duplex exiſtit computatio, Civilis & Canonica, † in illa, quæ *ſecundo* capitis hu- 28
jus continetur membro, tres vulgò Interpp. proferunt regulas, quibus in gradibus numerandis uti jubent; quarum *prima* lineam rectam: *altera* lineam obliquam æqualem: *tertia* obliquam inæqualem concernit:
† alii duas ponunt, ut videre eſt apud Va- 29
lentin. Forſt. *de ſucceſſ. libr. 3. cap. 28.* Ambroſ. Schürer. *dict. l. 7.* Schneidvvin. *ad tit. Inſtitut. de nupt. rubr. de arbor. civil.* Schult. *in expoſit. arboris conſang. cap. 2. n. 9.* Sed ingeniorum cruces appellitat eas Joh. Borch. *in tractat. de grad. pag. 10.* de quibus fruſtra ſumus ſolliciti, poſtquam † compu- 30
tationem hanc unicâ duntaxat regulâ comprehendere valemus. Eſtque catholica hæc: *Numera generationes, & gradus numeraveris.* Nimirum † quot ſunt gene- 31
rationes inter perſonas, de quarum cognatione quæritur, tot ſunt gradus, ſiquidem quælibet generatio conſtituit gradum. § 7. *Inſtit. de gradib.* Quod JCtus Paulus hiſce expreſſit verbis: † *Quoties quæritur, quan-* 32
to gradu quæq; perſona ſit; ab eo incipiendum eſt, cujus de cognitione quærimus, & ſi ex ſuperioribus aut inferioribus gradibus eſt, rectâ linea ſurſum verſum, vel deorſum tendentium facilè invenimus gradus, ſi per ſingulos gradus proximum quemq; numeramus: nam qui ei, qui mihi proximo gradu eſt, proximus eſt, ſecundo gradu eſt mihi, ſimiliter enim accedentibus ſingulis creſcit numerus. Idem faciendum in transverſis gradibus; ſic frater ſecundo gradu eſt, quoniam patris vel matris perſona, per quos conjungitur, prius numeretur, in dict. l. 10. § 4. In † numero igi- 33
tur generationum computatio graduum ci-

vilis conſiſtit, quam pro faciliori intellectu ita exprimere licet, ut tot ſint gradus, quot ſint perſonæ computatis intermediis, unâ demtâ, Johann. Schneidvvin. *dict. rubr. de arbor. civil. num. 2.3.* Exempli gratiâ:
34 † ſi quæſiveris, quoto gradu in linea recta propoſiti ſchematis diſtet Martinus à Johan. abavo, vel Annâ abaviâ, numerandæ ſunt perſonæ, quarum cum quinque reperiantur, remanent gradus quatuor, una perſonâ demtâ: atque hinc perſonæ hæ *quarto* ab invicem gradu diſtant. † Eademque ra-
35 tione in linea collaterali æquali Caſparus ab Henrico differt *ſexto* gradu, quia ad ſtipitem ab uno horum aſcendendo & rurſus deſcendendo ad alium, reperiuntur ſeptem perſonæ, quæ ſex efficiunt generationes, ideoque una perſona demta ſex remanent gradus. Et rurſus Berta † in linea colla-
36 terali inæquali diſtat a Clara gradu *ſeptimo*, quæ numeratio octo tangit perſonas. Facilima ergo & expedita eſt computatio graduum civilis, ut verè dixerit Juſtinianus Imperator, longè facilius eſſe reſpondere, quoto quisque gradu ſit, quam † propria co-
37 gnationis appellatione quemquam denotare, *in §. hactenus. 7. Inſtitut. de grad. cognat.* Cæterùm quod dicitur, ſemper generatam perſonam gradum adjicere, *dict. §. 7. & l. 10. § 9. ff. de grad. & affin.* hoc neutiquam de pluribus unius parentis gnatis accipi debet, ita ut unusquisque gradum ad-
38 jiciat novum: † ſed omnes ac ſinguli in primo à patre gradu exiſtunt, nec filiorum unus diſtat remotior à patre quam alter, nec nepos unus quam alter ab avo. Georg. Schultz. *dict. cap. 2. num. 11. in fin.*

XI. *Tertiò* † diſpiciendum quoque eſt
39 jus computandi gradus ſecundum canones Pontificios, qui equidem in linea recta aſcendente & deſcendente cum jure civili conveniunt, ſed quoad lineam obliquam non parum differunt, & ſaltem diſtantiam à ſtipite ac quidem in linea inæquali remotioris perſonæ conſiderant, hincque deciſum petunt, † non obſervatâ numeratione in linea al-
40 tera, ex ratione, ut fingunt Pontificii, ſpecioſâ, at multum periculoſâ, nempe quod ſicut nuptiæ (in quibus canonicæ computationis ratio habetur) duas perſonas, quæ una dicuntur caro, requirant; ita quoque duæ perſonæ conjunctim gradum conſtituant, Didac. Covarr. *de matrimon. part. 2 cap. 6. §. 6. num. 7. pag. 171.* dedit hæc differentia † cauſam verſiculis vulgò notiſſimis:
41 *Per rectum filium concordant utraq; jura,*
Per transverſalem ſuperant legalia jura.

Rectè ut ea percipiatur, incluſam dabimus computationem canonicam tribus diſtinctis regulis: † *Prima* ſit aſcendentium 42
& deſcendentium in linea recta; *Tot ſunt gradus, quot ſunt perſonæ, de quibus quæritur, intermediis computatis, unaq; demtâ.* Vel ut alii volunt, *demto ſtipite, à quo ſupputatio incboatur.* † Demenda 43
autem ideo eſt perſona in graduum ſupputatione, quia perſonæ heic non conſiderantur abſolutè, ſed relatè, in mutuo reſpectu, Hoſt. *in ſumm. de conſanguinit.* Didac. Covarr. *dict. cap. 6. num. 7.* Johan. Gerhard. *loco theolog. de conjug. § 251.* Cumque hæc regula antea ſatis fuerit explicata, non eſt quod pro demonſtratione exemplari ulterius quidquam addamus. † *Se-* 44
cunda regula lineam concernit obliquam æqualem, eſtque ea: *Tot gradibus inter ſe diſtant perſonæ, de quarum cognatione quæritur, quot utraq; earum à ſtipite communi diſtat. cap. quod dilectio. 3. & cap. vir. qui extr. de conſangvin. & affinit.* Joh. Schneidvvin. *ad tit. Inſtitut. de nupt. rubr. de arbor. can. num. 5.* Covarr. *dict. cap. 6. §. 6. num. 7.* Bellarmin. *de matrimon. cap. 24. & 26.* Computantur nempe hac in linea ſolummodò, quæ in uno latere reperiuntur, absque duplicatione alterius lineæ. † In 45
ſchemate igitur noſtro Paulus & Fridericus *ſecundò* gradu ab invicem diſtant, quia uterque horum à ſtipite communi Johanne ſecundo gradu abeſt: Caſparus autem & Henricus vel Urſula etiam & Clara in *tertio* reperiuntur gradu, quia unaquæque harum perſonarum ab eodem ſtipite communi in *tertio* exiſtit gradu. Notabilis certè differentia, † ſi computationem civilem reſpi- 46
ciamus, qui enim hoc jure in ſecundo ſunt gradu, ut fratres & ſorores, §. 2. *Inſtit. de gradib. cogn. l. 1. §. 1. & §. 4. ff. eod. tit.* jure canonico unico ſaltem ac primo ab invicem diſtant gradu, *can. ad ſedem. 2. verſ. fratres. cauſ. 35. quæſt. 5.* † Verè ideoque dicit 47
Alexand. II. Pontifex: duos gradus legales unum conſtituere canonicum, in linea ſcilicet æquali, *in dicto canon. ſedem. Tertia* autem & noviſſima Regula, quæ ad lineam collateralem inæqualem ſpectat; hiſce notari poteſt verbis: † *Eo gradu perſonæ, de qua-* 48
rum proximitate controvertitur, inter ſe diſtant, quo remotior à communi ſtipite abeſt. Ergo ſi ſcire cupias, quo in gradu Martinus & Henricus, vel Berta & Clara ſint conſtituti, deciſum ſuppeditabit diſtantia Martini & Bertæ ceu remotiorum à communi ſtipite, qui eſt Johannes: † cumque hi di- 49
ſtent ab eo gradu *quarto*, utique in eodem eos reperiri cum Henrico & Clara dicendum

dum erit. Parili ratione Urſula & Frideri-
cus diſtant ab invicem gradu *tertiò*, quo Ur-
ſula ab invicem à ſtipite communi abeſt.
50 † Conſideranda nempe hic ſemper perſona
remotior, & quoto gradu illa à ſtipite diſtat,
eodem etiam diſtabit gradu ab altera perſo-
na, quæ ſtipiti eſt proprior, *cap. ult. extr. de*
conſanguin. & affinit. Panorm. *ad cap. quod*
dilectio. 3. extr. eod tit. Schneidvvin. *in alleg.*
rubr. de arbor. canon, num. 8. Gerhard. *dict.*
§. 251. pag. 382.
XII. Perſpicua hinc redditur differen-
tia inter computationem graduum civilem
51 & canonicam, † ex qua incudem examinis
ſubit: *Utra alteri præferenda?* de quo ſer-
ram contentionis reciprocant Doctores cir-
ca cauſas matrimoniales, quas inprimis con-
52 troverſia hæc concernit. Et quidem † ca-
nonicam computationem propugnant non
modò Pontificii & Canoniſtæ, quorum ante-
ſignanus eſt Bellarminus *lib. 1. de matri-*
mon. cap. 26. ſed & plerique noſtratium
Theologorum, Martin. Chemnic. *part. 3.*
locor. de conjug. pag. 537. Balthaſ. Mentzer.
de conjug. pag. 32. Johan. Gerhard. *in loco*
de conjug. §. 253. Selnec. *in exam.* Zehner.
de grad. pag. 25. Tarnov. *lib. 1. de conjug.*
53 *cap. 52.* † Computationis verò civilis ju-
ra ac præcedentiam tuentur poſt Bezam *in*
tract. de repud. & divort. pag. 22. & ſeqq.
plerique JCti, Hottom. *de caſt. nupt. p. 1.*
cap. 3. Albertus Gentil. *libr. 5. de nupt.*
cap. 6. Joh. Borch. *de grad. pag. 10.* Helff.
Ulr. Hunn. *reſolut. jur. civil. lib. 1. tractat. 3.*
quæſt. 20. Et neutra pars telis deſtituitur,
54 † quibus fortiter pugnat, ſibique aſſignat
victoriam, ut merito in ſuſpenſo judicium
relinqueretur. Veritati tamen ſi inhæren-
dum, ut omninò decet, non poſſumus
non poſterioribus palmam tribuere, &
civilem computationem canonicæ præfer-
re; non quidem propterea, quod regulæ
juris canonici verbis minus propriis ac per-
ſpicuis à Canoniſtis ſint conceptæ, quin &
55 absque juſta numerandi ratione, † unde
vulgò regula prima in dubium vocatur,
cùm abſurdum ſit, tot numerare gradus,
quot perſonæ numerantur, non aliter ac ſi
perſona & gradus idem eſſet, & non po-
tius perſona in gradu, Hottom. *dict. cap. 3.*
quodque ſtipitem in computatione demi
56 velint, † cum tamen monſtro ſimile ſit, abs-
que ſtipite ponere generationes; Non,
inquam, hæc nobis ſcrupulum faciunt,
poſtquam regula ipſa ab omnibus probe-
tur: nec enim de verborum proprietate
ſolicitos nos eſſe oportet, ſi de veritate rei
57 conſtet. † Sed quia regula ſecunda &
tertia in linea collaterali æquali & inæ-
quali reſpectus ad generationes planè re-
movet, in quibus tamen ipſum jus cano-
nicum gradus fundat, *can. parentelæ. 4.*
cauſ. 35. quæſt. 5. can. quadam. cauſ. 35.
quæſt. 2. & 3. Ac certè abſurdum eſt, per
generationem plures addi gradus, eosque
in ſupputatione graduum negligi: † plu- 58
ribus itidem gradibus in linea utraque exi-
ſtentibus, quis non proximitatem & di-
ſtantiam inde extendi animadvertit: quo
jure igitur una cognatorum ſeries in com-
putatione omittetur? Abſurdum hoc ut
removeatur, anxius eſt † Bellarminus, 59
cujus mentem ac reſponſiones repetit
Dn. Gerhard. *citat. loc. de conjug.* §. *255.*
& 256. ipſemet verò ortum duntaxat ſan-
guinis in ſtipite, ceu fonte cognationis
conſiderandum ait, ex quo propinquitas
& diſtantia perſonarum non aliter ſtatui
poſſit ac debeat, quam reſpectu habito
ad ſtipitem communem, in quo utraque
perſona concurrit, & quodammodo unam
fit, ob unius ſcilicet ſanguinis commu-
nionem. † Idemque videtur ſenſiſſe Chemn. 60
dicto loc. quando ait: *Non quæritur*
propriè aut ſupputatur hac ratione, quot
gradibus inter ſe perſonæ illæ, de quarum
cognatione vel diſtantiâ quæſtio inſtituitur,
diſtent, ſed quot gradibus à communi ſtipite,
propter cujus propinquitatem vel diſtantiam
conjunctiones prohibitæ vel permiſſæ ſunt,
hactenus Chemnicius. Sed ut pace tanto-
rum Virorum dixerim, † fundamento ac 61
ratione aſſertio hæc eſt deſtituta. Quæreret
enim quis meritò, ubinam ac quo in jure
fundatum ſit, ut in conjunctione matrimo-
niali diſtantia potiùs perſonarum conjun-
gendarum à ſtipite communi, quàm inter
ſe ipſas attendi & acquiri debeat? Vereor
utique, ne illud tritum † eis opponatur: 62
erubeſcimus ſine lege loqui, *l. illam. 19.*
C. de collat. Jaſon. *in l. Præſes provinciæ. 17.*
num. 13. verſ. unde erubeſcimus, &c. C. de
tranſact. Aym. Cravett. *conſil. 25. num. 9.*
ipſa certè reclamat experientia, † quâ edo- 63
cemur, in nuptiis contrahendis nihil ma-
gis circa proximitatem cognationis con-
troverti, quàm quoto gradu perſonæ ma-
trimonio jungendæ ab invicem diſtent,
wie nahe ſie einander verwandt; ne-
quaquam verò quoto gradu diſtent à ſtipite.
† Rationem porrò aſſerti ſi ponderaveri- 64
mus, quis quæſo prohibitionem nuptiarum
ex ortu ſanguinis in ſtipite vel reverentia
parenti communi debita, dependere di-
xerit? Proximitas † potiùs ſanguinis & 65
cognationis cauſam dedit prohibitioni,

vel ex ipſius Dei effato: *Nullus homo ad proximam ſanguinis ſui accedat, Levit. 18. verſ. 20.* non dicitur, ad proximam ſanguinis, qui eſt ſtipitis communis, ſed ſui ſanguinis, Ergo ſanguinis ipſorum contra-
66 hentium eſt attendenda, † ex quo utriusque lineæ gradus in conſiderationem meritò veniunt, quia pluralitas graduum proximitatem extendit & deminuit. Atque hinc
67 computationem graduum canonicam † abſurdam & ineptam dicit Hottoman. *part. 1. de caſt. nupt. cap. 3.* ac melioribus ſeculis ignotam Beza *de repud. pag. 44.* Quicquid tamen ſit, computatio hæc canonica in ter-
68 ris Imperii Romani † ex inveteratâ conſuetudine recepta eſt in cauſis matrimonialibus, etiamſi non vigat ubique religio pontificia, Didac. Covarr. *de matrimon. part. 2. cap. 6. §. 6. num. 8. pag. 108.* Nicol. Mozz. *de contr. matrimon. pag. 985.* Gerhard. *dict. §. 253.* Schneidvvin. *ad tit. Inſtitut. de nupt. rubr. de arbor. conſang. num. 11. & rubr. de arbor.*
69 *canon. num. 1.* ac ſecundum eam à † Conſiſtoriis plerisque Germaniæ pronuntiari in controverſiis matrimonialibus, fidem faciunt Joach. à Beuſt. *de matrim. part. 2. c. 51. ſub fin.* Matth. Weſenbec. *in rubr. inſtit. de grad. cogn. num. 5.* Schneidvvin. *dict. loc.* Gerhard. *cit. §. 253.* Cypræus *de jure connub. part. 2. cap. 6. §. 3. num. 2.* Mauſer. *de nupt. pag. 357.*

70 XIII. † *Quartò* reſtat tandem computatio graduum Saxonica, quæ nulla alia eſt, quàm civilis & canonica; de quibus jam dictum. Poſtquam enim jus Saxonicum haut aliam computandi rationem præſcripſerit, in foro utique Saxonico à jure communi non eſt recedendum, ex vulgato interpretum aſ-
71 ſerto, † quo ſub diſpoſitione juris communis remanere debet, quod jure ſtatutario eſt omiſſum, Tiber. Decian. *volum. 2. reſponſ. 31. num. 37.* Natta *lib. 3. conſil. 323. num. 40. & 41.* Johan. Vincent. Hondedi *vol. 2. conſil. 9. num. 26.* Non equidem
72 nos latet † diſpoſitio *artic. 3. libr. 1.* Land-Recht. *verſ.* ungezweyter Brüder Kinder/ ꝛc. quæ filios præmortui fratris unà cum patruo ſuperſtite ad ſucceſſionem admittit; ſed inde non mutatur graduum computatio, quia prædicta ſucceſſio non tam in graduum paritate, quàm jure repræ-
73 ſentationis fundatur; † quin & conſuetudine hodierna & obſervantia (quâ potiſſimum nititur autoritas juris Saxonici, Andr. Rauchb. *libr. 1. quæſt. 37. num. 28.* Petr. Heig. *libr. 2. quæſt. 17. num. 44.* Hartman. Piſtor. *part. 2. quæſt. 13. in fin. & paſſim*) prorſus eſt ſublata, atteſtante gloſſ. lat. *ad text. german.* Land-Recht / *lib. 1. artic. 17. lit. f. in pr. & verſ. ſed ut dictum eſt.* Johan. Schneidvvin. *ad tit. Inſtit. de heredit. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de text. ord. ſucced. num. 4.* Ludov. Fachſ. *part. 1. differ. 25. verſ. de conſuet.* & Zobel. *part 3. differ. 17.* Hartm. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 23. num. 1. & ſeqq.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 48. num. 4. & ſeqq.*
† Remanet ergo in foro Saxonico utraque 74
graduum computatio, civilis & canonica, diverſo tamen reſpectu pro ratione cauſarum, in quibus ſe exerit arboris noſtræ uſus. In matrimonialibus † nimirum ſequimur 75
computationem canonicam, non ſolùm quia cauſæ matrimoniales quoad contrahendas nuptias earumque ſubſiſtentiam habentur pro eccleſiaſticis, in quibus ſanctio juris canonici haut negligenda, *can. multorum. 35. quæſt. 6. cap. veniens ad apoſtolicam. 13. cap. cum in apoſtolica. 18. extr. de ſponſal. Ordin. eccleſiaſt. Elector. Saxon. ſub rubr.* von beyden *Conſiſtoriis. cap. 3.* was Sachen in das *Conſiſtorium* gehörig / *ubi:* Erſtlich alle Ehe-Sachen / Johann. Gerhard. *in loco de conjug. §. 692.* Martin. Chemnic. *in examin. Concil. Trident. part. 2. de matrimon. can. 12.* Beza *de repud. & divort. pag. 245. §. ſed ad quos judices &c.* Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. cap. 10. num. 20.* Paul. Tarnov. *de conjug. lib. 3. cap. 35. & ſeqq.* † Sed etiam quod ratio compu- 76
tandi gradus canonica, quoad cauſas matrimoniales, in toto Imperio fuerit recepta, ut diximus *theſ. præced.* non ergo in terris Saxonicis ab hac recedendum: minimè verò in Electoratu Saxoniæ, verbis haut obſcuris innuente Saxone Sereniſſimo † *in Ordin.* 77
eccleſ. ſub rubr. Von Ehe-Sachen / *tit.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß mit einander einzulaſſen verboten / *ibi:* Die Perſonen/welche ſeithalben einander im dritten Gliede ungleicher Linien verwandt ſeyn. Quæ verba repetuntur *in Ordin. matrimon. de anno 1624. punct. 2. §.* Die Perſonen. † iis addatur §. *ſeq.* 78
ibi: und wo ſie einander ſeitwarts im erſten oder andern Gliede ungleicher Linien verwand / als da ſind Brüder und Schweſter / Brüder- und Schweſter-Kinder/ ꝛc. Accedente obſervantiâ *Conſiſtorii Supremi Eccleſiaſtici, quod 7. Julii an. 1610. in cauſa* Adam S. *contra* Marien B. † *hiſce reſpondit formalibus:* Dieweil 79
ſich in gehaltener Verhör befunden / daß Adam S. der beklagten Marien Großvaters Brudern Sohn / und alſo *juxta canonicam graduum ſupputationem*, dar-

nach man ſich dißfalls zu richten / ihr im dritten Grad ungleicher Linien zugethan und verwand iſt: So hat in dieſem Churfürſtenthum die Verehlichung zwiſchen ihnen nicht statt / V. R. W.

XIV. Cauſis matrimonialibus addi-
80 mus porrò † criminales: quotieſcunque enim in foro Saxonico circa irrogationem pœnarum de proximitate conſanguineorum & affinium controvertitur, canonica graduum ſupputatio obſervanda eſt, quæ & diverſitatem ſupplicii determinat: accidit hoc potiſſimum in crimine inceſtus, qui extra lineam aſcendentium & deſcendentium rectam (ubi quoad mortis ſupplicium infligendum inter computationem civilem & canonicam nulla exiſtit diverſitas, *Conſtitut. Electoral. 22. pag. 4. ubi* Daniel. Moller. *num. 4.* Joach. à Beuſt. *in tractat. connub. part. 2. cap. 63. ſub fin. verſ. hodie verò ex nova conſtitutione.* Matth. Berlich. *part. 4. concluſ. 32. n. 19.*)
81 † in collaterali linea diverſimodè coercetur, quandoque nempe fuſtigatione, quandoque etiam relegatione perpetua vel temporali, *Conſtitut. Electoral. 22. 23. & 24. part. 4. Ordinat. Eccleſiaſt. ſub tit.* von Ehe-Sachen. §. welchen Perſonen ſich in Ehe-Gelöbniß. *Ordinat. matrimonial. punct. 2.* Beuſt. *dict. cap. 63.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 174.* Aut. Conſultat. Conſtit. Saxon. *tom. 1. part. 4. quæſt. 3. num. 10. & tom. 2. part. 4. quæſt. 12. num. 9.* pro ratione proximitatis conſanguineorum atque
82 affinium, in † cujus inveſtigatione rationem computationis canonicæ habendam vel inde perſpicuum eſt, quòd inceſtus committatur per copulam carnalem in gradibus prohibitis, juxta computationem canonicam, *theſ. præced.* quæ propterea circa pœnæ quoque dictamen obſervari debet, quod & luculenter probat *Conſtit. Electoral. 22. part. 4. ubi* Dan. Moller.
83 Nec alia verò eſt ratio † criminis parricidii in collateralibus & affinibus commiſſi, quod in proximioribus graviori pœnæ argumento coercetur, ut ſcilicet reus, antequam gladio feriatur, vel trahæ impoſitus ad locum ſupplicii raptetur, vel ignitis forcipibus diſcerpatur, vel facta executione caput amputatum rotæ imponatur, aut cadaver in quatuor partes ſcindatur, Matth. Weſenbec. *in §. alia deinde lex. 6. Inſtit. de publ. judic. num. 2. poſt med. verſ. quamobrem gloſſa hic &c. & in ſupplement. ad Schneidw. dict. §. 6. num. 3.*
84 † Atque hinc Romæ fratricidam quendam capite obtruncatum, ac poſtea in fruſta ſciſſum, refert Proſp. Farinac. *part. 5. oper. crimin. quæſt. 120. num. 13. verſ. & alia voce.*
† Quod ſi ergo de proximitate graduum 85
hoc caſu dubium incurrat, canonica ſupputatio judicem non parùm informare poteſt, de quo *infr. cap. 9.* pluribus. Sed alia eſt ratio † furti domeſtici à conſanguineis per- 86
petrati, quod pœnam mitiorem meretur, *l. 1. c. 5. & tot. tit. ff. rer. amotar.* ubi Matth. Weſenbec. *in paratit. num. 1. & ſeqq.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 110. n. 41. & ſeq.* Jul. Clar. *libr. 5. ſentent. §. furtum, num. 21. verſ. vel amicus &c.* Jacob. de Belloviſ. *in pract. crim. cap. 10. num. 32.* Angel. Aretin. *in tract. malefic. verb. etiam veſtem cæleſtem. n. 44.* † quod in delicto circa in- 87
veſtigationem proximitatis non canonicam, ſed civilem graduum ſupputationem attendendam fore clarum reddit *Conſtit. Electoral. Saxonica*, inter eas, quæ certis de cauſis publicè non ſunt editæ, *6. Rubr.* vom Diebſtahl der verwandten Perſonen / *in verbis:* Alſo auch wenn nahe Freunde innerhalb des vierdten Grads / als Bruder und Bruder-Kinder / ꝛc. De jure ſiquidem civili † in quarto exiſtunt gradu conſobrini, 88
patrueles, ſeu fratrum & ſororum liberi. *§. quarto gradu. Inſt. de grad. cognat. l. 1. §. quarto gradu. 6. & l. ult. §. quarto gradu. 15. verſ. eodem gradu. ff. de grad. & affin.* qui tamen ſecundo gradu juxta computationem canonicam ab invicem diſtant, *can. 2. ad ſedem. 2. verſ. fratres. cauſ. 35. quæſt. 2. ſupr. theſ. 11.*

XV. † Computatio autem graduum ci- 89
vilis, ſicuti ubique obſervatur in tutelis & ſucceſſionibus, Jacob. Menoch. *conſil. 17. num. 25.* Johan. Vincent. Honded. *vol. 1. conſil. 4. num. 3.* Joh. Schneidvv. *ad tit. Inſt. de nupt. Rubr. de arbor. civil. num. 1.* Matth. Weſenbec. *ad rubr. Inſt. de gradib. num. 5. & in parat. ff. eod. num. 9. junct. n. 12.* non modò in terris Imperii, ſed etiam Eccleſiæ, quippe nec jus canonicum in hereditatibus ab ea recedit, *can. ad ſedem. 2. cauſ. 35. quæſt. 5.* Schneidvvin. *ad rubr. Inſtitut. de heredit. quæ ab inteſt. defer. num. 8.* † Ita 90
quoque normam ac regulam præbet decidendi in foro Saxonico Land-Recht *libr. 1. artic. 3. Conſtitut. Electoral. 18. pag. 3.* Johann. Schneidvvin. *dict. pr. de heredit. quæ ab inteſt. defer. titul. de tertio ordine ſuccedendi. num. 31.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 94. num. 14. & ſeqq.* Hoc tamen ſpecialitatis habet † computatio Saxonica 91
in materia ſucceſſionis, quod fratres ex uno latere vel parente conjunctos,

vulgò

vulgò halb-bürtige Geſchwiſter / in gradu remotiori à Germanis, ſive utroque latere conjunctis ponat, *dict. artic. 3. libr. 1.* Land-Recht. *ibi:* Iſt aber einꝛtige Zweyung unter ihnen / ſo mögen ſie in einem Gliede nicht ſtehen / ſondern ſchreiten fort bis in ein ander ferner
92 Glied. † Ex quo fratres conſanguinei vel uterini ex altero duntaxat latere juncti, qui de jure civili cum Germanis & ex utroque parente conjunctis in ſecundo ſunt gradu, de jure Saxonico in tertio conſtituuntur, Schneidvvin. *dict. tit. de tertio ordine ſuccedendi, num. 9. & 17. Sed num*
93 *diſpoſitio hæc juris Saxonici † in infinitum procedat, ac in omnibus indifferenter collateralibus à fratre ex uno latere juncto progenitis obtineat?* in ſerram diſputationis incidit. Non etenim deſunt, qui in fratribus conſanguineis & uterinis ſubſiſtunt,
94 † deſcendentes eorum ab hac ſpecialitate excludentes, prout videre eſt apud Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 113.* & Nicol. Reuſn. *lib. 2. deciſ. 13. num. 1. 24. & ſeqq.* ubi præjudicia & autoritates aliquot Dicaſteriorum adducit. Ex veriore tamen ſententia
95 & in foro approbata, † diſparitas graduum inter fratres utroque vel altero tantum parente conjunctos, ad quoscunque agnatos etiam remotiores extenditur, ita ſcilicet, quòd ſemper in computatione graduum deſcendentes à fratre ex altero ſaltem latere ſint remotiores deſcendentibus à fratre ex utroque parente conjunctis, Johann. Schneidvvin. *cit. tit. de tertio ordine ſucced. num. 35.* Chriſt. Zobel. *part. 3. differ. 17. num. 14. & 21.* Matth. Weſenbec. *part. 1. conſil. 13. num. 55.* Dan. Moller. *ad Conſtit. Elect. 18. pag. 3. num. 3.*
96 Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 49.* † non modò propter generalitatem ſanctionis Saxonicæ *dict. artic. 3. lib. 1.* Land-R. quæ & generaliter accipi debet, *lib. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtand.* ſed etiam ob iden-
97 titatem rationis, † quæ in conjunctionis imperfectione ſeu diſſolutione conſiſtit, in der Zweyung / ut verba habent *dict. art. 3.* & in reliquis collateralibus æquè locum ha-
98 bet; † imperfecta namque conjunctio procul dubio derivatur in deſcendentes, *argum. l. heredem. 59. ff. de reg. jur.* & infecta radice infectum eſt omne quod ab ea deſcendit, per tradita Hartm. Piſtor. *libr. 2. quæſt. 34. n. 5.*
99 † Accedit porrò *Conſt. Elect. 18. part. 3. verſ.* Des Vaters vollbürtigen Bruder / ꝛc. unde non parum roboris huic aſſerto accedit. Fuſius id propugnat Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 24. num. 92. & 93.*

Ne tamen quemquam fallat diſpoſitio hæc juris Saxonici, † reſtrictam eam volumus ad 100
cauſam ſucceſſionis; in matrimonialibus verò, ubi computatio graduum canonica attenditur, planè exulare debet, quod expeditum reddit in Electoratu Saxon. *Ordinat. provinc. de anno 1580. in fin. pag. 192. in verb.* Sondern auch welche von halber Geburth / als von dieſer einem mit einander verwandt ſeyn / unter welchen Perſonen keine Ehe-Verbindung noch Vermiſchung geſchehen ſol / ꝛc. Joh. Schneidvvin. *ad tit. Inſtit. de nupt. rubr. An inter jus commune & Saxon. quoad computationem graduum ſit differentia*; ibique Matth. Weſenbec. *in not. lit. C.* Quin nec in ſuc- 101
ceſſionis materia ſingularitas illa Saxonica ad cauſas feudales, res expeditorias, & bona utenſilia eſt extendenda, quo de *infra* dicam *cap. 6.* ubi examinabitur uſus arboris circa ſucceſſionem, quò hæc propriè ſpectant.

CAP. II.

Quodnam jus arboris in affinitate?

XVI.

Uplicem vulgò conſtitui arborem, 1
conſanguinitatis & affinitatis, nôrunt omnes, Johann. Schneidvvin. *ad Inſtitut. de nupt. rubr. de arbor. affinit.* Expoſitâ igitur arbore conſanguinitatis *cap. præced.* arborem nunc affinitatis aggredimur, cujus equidem uſus circa materiam ſucceſſionis nullus, † quia inter affines 2
non eſt ſucceſſio, *l. affinitatis. 7. C. comm. de ſucceſſ.* Gloſſ. ordin. Land-R. *lib. 1. art. 2. num. 7. in verb.* Als die Heerſchild / in aliis tamen juris articulis, præſertim in cauſis matrimonialibus, nequaquam exiguus, ut hinc arboris hujus † explanatio- 3
nem ſive delineationem omnino noſſe oporteat; (1.) ſcilicet: *Quidnam propriè affinitas ſit, & à quibus contrahatur?* (2.) *Quot affinitatis genera?* (3.) *Quæ graduum computatio?* (4.) *Ac quomodo affinitas contrahatur?* Quatuor hiſce membris affinitatis jura dabimus expedita. Nolumus autem *Primò* commorari † in recenſendis no- 4
minibus & vocabulis, quibus ſpecialiter inſigniuntur affines, quæ ſi quis ſcire velit, adeat JCtum Modeſtinum *in l. non facilè. 4. §. nomina. ff. de gradib. & affinitat.* Georg. Schulz. *in expoſitione arboris conſangv. & affinit. cap. 7. num. 19. & ſeqq. &*
Johann.

Johan. Gerhard. *in loco de conjug.* §. 249.
5 † Nec multum ſolliciti ſumus de vera ac legitima affinitatis definitione, in qua ſudant Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de grad. & affinit. num. 17.* ibique Jacob. Cujac. Hottom. *in §. affinitatis. 6. & ibi* Petr. Heig. *num. 2. Inſtit. de nupt.* poſtquam in eo conveniunt omnes, quod jus affi-
6 nitatis contrahatur † inter unum conjugem & alterius cognatos. Duæ ſiquidem cognationes, quæ diverſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis fines accedit, ex quo etiam vocula affinitatis originem trahit, quaſi finium unitas, *l. non facilè. 4. §. ſed quoniam. 3. verſ. affines. ff. de grad. & affin.* nec ſine effectu fines exprimuntur in ipſo
7 affinitatis nomine, † ſiquidem jus affinitatis in perſona conjugis unius cum alterius cognatis ſubſiſtit: nec contrahitur inter utriusque conjugis conſanguineos, *c. quod ſuper. extr. de conſangvin. & affin. can. nullum. can. æqualiter. & ſeq. cauſ. 35. quæſt. 2.* haut abs ratione nota-
8 bili, † quia enim mariti & uxoris per copulam una eſt caro, utique hinc reliquæ ſuæ carnis in conjugis erunt cognatis, non verò in eorundem inter ſeſe conſanguineis. Et quemadmodum agri ſe non tangunt omni in parte, ſed in extremitatibus ſaltem & finibus; ita quoque cognationes duntaxat copulantur in copulatis, Jacob. Cujac. *in rubr. & cap. 5. de conſangvin.* Didac. Covarr. *de ſponſal. part. 2. cap. 6. §. 7.* Weſenbec. *ad dict. §. affinitatis. 6. num. 1.* Förſter. *in tract. de nupt. cap. 7. pag. 49. verſ. notandum autem.* Hottom. *in diſput. de caſt. nupt. part. 2. cap. 1. & ad §. affinitatis. 6. Inſtit. de nupt.* Nec offen-
9 dat † nos, quòd vulgò utriusque conjugis conſanguinei ſe invicem Affines ſalutent, taleſque habeantur & dicantur; uſu enim loquendi, vel potius abuſu & impropriè id fieri, nemo forſan inficias ibit, Herm. Vultej. *ad pr. Inſtit. de nupt. num. 50.* Balthaſ. Mentzer. *de conjug. rubr. de affinit.*
10 *pag. 71. in fin.* quo ſenſu etiam † Conſul Romanus Piſonem propter Tulliam, quæ nupta Piſonis propinquo erat, affinem appellitet *in orat. pro Ceſtio.* Gerhard. *dict. loco de conjug. §. 243.* Nec magis inter ipſos conjuges erit affinitas, quippe qui
11 ſunt † principium ſaltem & cauſa affinitatis efficiens, *l. 5. C. de hered. inſtit.* Gloſſ. & Dd. *in l. affinitatis. 7. C. comm. de ſucceſſ.* Didac. Covarr. *dict. cap. 6. §. 7. num. 7.* quantumvis larga hujus voculæ acceptatio-
12 ne comprehendantur, † inque ſtatutis ac diſpoſitionibus teſtamentariis hoc nomine veniant, Dd. *in d. l. 5. C. de hered. inſtit.* nam quod juris eſt de affinibus ipſis, haut immeritò ad cauſam & principium affinitatis extenditur. Mauſer *ad §. affinitatis. Inſt. de nupt.*

XVII. *Secundò*, † genera quoque affini- 13
tatis diverſa exhibent Canoniſtæ, licet de numero haut ſint certi: ajunt enim quidam, *tot eſſe genera, quot matrimonia ſexu mutato contrahunt affines:* nimirum cùm affinitas non propagatione, ſed duorum in unam carnem unione contrahatur, unio verò cum aliis, prioribus perſonis mortuis, in infinitum multiplicari queat, fieri vix poteſt, ut non etiam in infinitum novæ inducantur affinitates. Sed parùm † momenti & effecti mul- 14
tiplicatio hæc habet, de qua verè ſcribit Azo: *hujusmodi affinitatis multa genera conſtituiſſe Decretiſtas, quod nihil aliud fuerit, quam homines illaqueare, in ſummar. C. de nupt.* Subſiſtimus ergo in communi Canoniſtarum aſſerto, quod tria ponit genera affinitatis diſtincta. *Primum*, † quod unica me- 15
diante perſonâ: *Secundum*, mediantibus perſonis duabus: *Tertium*, tribus mediantibus contrahitur. Vulgò hoc ita explicant: Si vir contrahat nuptias, procul dubio conſanguineos conjugis fieri affines ipſi in primo genere affinitatis; defunctâ autem uxore, ſi maritus aliam ducat, hanc affinem conſtitui conſanguineis conjugis prioris in ſecundo genere; poſtea defuncto marito, ſi vidua alteri nubat, hunc tertio in genere eſſe ipſis affinem, Johann. Schneidvvin. *ad tit. Inſtit. de nupt. rubr. de arbor. affinit. num. 7.* † Breviùs, alii vocant genus *pri-* 16
mum, quod per perſonam adjunctam carnis copulâ contrahitur. *Secundum*, quod per perſonam primo generi additam: *Tertium*, quod per perſonam ſecundo generi additam conſtituitur, Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de grad. & affin. num. 7. verſ. numerantur autem tria genera.* Melch. Kling. *ad eund. tit. eademq; rubr. n. 4. & ſeqq.* Vera quidem hæc omnia, † ſed de ſecundo affi- 17
nitatis genere ſufficienter dicta, propter duplicem hujus reſpectum nequaquam ſilentio prætereundum. † Quandoque enim in ſe- 18
cundo genere affinitas contrahitur ex uno ſaltem latere inter conſanguineos viri, ipſoque defuncto ejus relictæ maritum ſecundum, cui vidua poſt obitum primi nupſit. Quandoque verò affinitas ſecundi generis ab utroque latere inducitur, nempe † inter pri- 19
vigni uxorem & novercæ maritum, vel inter virum & conjugis ſuæ conſanguineæ uxorem, Joh. Schneidvv. *dict. loc. n. 13.* Joh. Gerhard.

in

in loco de conjug. §. 243. circa fin. Hocque
ſpeciale eſt in ſecundo genere affinitatis,
de quo primum genus nihil participat, ter-
tium verò per conſequentiam ſecundi u-
trumque intrat latus. Schema † hæc omnia 20
dabit declarata.



21 Nimirum † Berta uxor Pauli eſt omnibus e-
jus conſanguineis Petro, Johanni, Titio, Fri-
derico, nec non Sabinæ, Marthæ, Annæ, Chri-
ſtinæ & Barbaræ in *primo* genere affinis.
Rurſus quoque Paulus eodem jure affinita-
tis cognatis Bertæ eſt junctus, non autem co-
gnati Bertæ Pauli conſanguineis modò no-
22 minatis, *theſ. præced.* † *Secundum* genus
affinitatis conſiſtit ex uno latere inter Sabi-
nam & Caſparum, Mariæ maritum ſecun-
dum, nec non inter Fridericum & Claram vi-
trici viduam. Ex utroque autem latere in-
23 ter Bertam & Henricum. *Tertium* † verò
genus Paulum & Claram ex uno latere, Ber-
tam autem & Caſparum ex utroque facit af-
fines.

XIIX. Declarationi huic finitimum eſt
illud Doctorum dogma ad cognoſcenda af-
finitatis genera ſat conveniens, videlicet,
24 † quod perſona perſonæ addita mutet genus
affinitatis ſeu attinentiæ, *cap. pen. ubi* Gloſſ.
extr. de conſangu. & affin. Johann. Schneid-
vvin. *dict. loco.* Georg. Schultz. *cit. cap. 7.
num. 14.* Gerhard. *dict. loco de conjug. §. 243.
pag. 368.* Cui tamen, quò firmiori ſtet talo,
duplicem adhiberi velim reſtrictionem.
25 † *Primò*, ſi per copulam carnalem addatur
perſona, non per genituram, quæ quidem
gradum, hautquaquam verò genus alterat;
Verbi cauſa: In ſchemate poſito Petrus fra-
tris ſui Titii uxori Mariæ junctus eſt primo
genere affinitatis, filius verò ab eo proge-
nitus Paulus mutat quidem gradum, ſed in
eodem ac primo remanet affinitatis genere,
26 † quin & ſi Paulus gignat filium, nec tum
genus affinitatis mutabitur, aucto quan-
tumvis gradu, quia non accedunt novæ
nuptiæ, nec tam per copulam, quàm ex co-
pula carnali per progeniem nova additur
perſona, Schult. *cit. cap. 7. num. 15. De-*
27 *inde* † ſemper præſupponenda eſt mutatio
ſexûs, citra quam duplicari nequit genus
affinitatis, licet plures intervenerint nu-
ptiæ. Quantumvis enim, *exempli gra-
tia,* Maria poſt obitum Caſpari, qui in
ſecundo genere reputandus erat affinis
Petro, nupſerit tertio, quin & hoc defuncto
ad quarta tranſierit vota, nequaquam ta-
men efficiet, ut tertium addatur affinitatis
genus, ſed quotquot etiam ſunt mariti Ma-
riæ, non niſi ſecundo genere Paulum attin-
gunt, ſcilicet quod per ſexûs mutationem ad-
dita non fuerit perſona perſonæ, † è contra 28
ſi Caſparus affinis Petri in genere ſecundo,
decedente Mariâ ducat Claram, quin propter
ſexûs mutationem & acceſſum Claræ tertium
affinitatis genus contrahatur, dubium eſt
nullum.

XIX. *Tertiò* ſubintrat graduum com-
putatio ratione affinitatis, ubi in ipſo fronti-
ſpicio quæſtio ſe offert non ſatis expedita:
† *An peculiares dentur affinitatis gradus?* 29
Quod ſi quis affirmare cupiat cum Franciſc.
Duar. *ad tit. ff. ſolut. matrim. c. de nupt.
rubr. inter quas perſonas contrahantur.
§. hactenus ſub fin.* non deſtituetur auto-
ritate Pauli JCti, qui neceſſariam dicit Juris-
perito cognatorum gradus & affinium noti-
tiam, *in l. 10. pr. ff. de grad. & affinit.* nec
ſecus viſum eſt † Innocentio III. Pontifici, 30
prohibitionem copulæ conjugalis ad quar-
tum conſanguinitatis & affinitatis gradum
reſtringenti, *in cap. non debet. pen. extr.
de conſanguin. & affin.* Sed verbis claris-
ſimis contradicit JCtus Modeſtinus † *in l.* 31
non facilè. 4. §. gradus autem. ff. eod. tit.
ex quo deciſum formant Legiſtæ firmiſſi-
mum: quod ſicut nullæ affinitatis ſint li-
neæ peculiares, ita nec gradibus ea deſcri-
batur, Matth. Weſenb. *in patat. ff. de grad.
& affin. n. 17. verſ. gradus autem.* Johan.
Schneidvv. *ad tit. Inſt. de nupt. rubr. de
arbor. affin. num. 8.* Georg. Schultz. *dict.
cap. 7. num. 25.* Johan. Borch. *ad §. af-
fin. 6. Inſt. de nupt. & in tract. de gradib.
pag. 9.* Ambroſ. Schür. *de grad. loc. 11.
§. omiſſis autem.* † A quo deciſo in praxi 32
nequaquam eſt recedendum, ceu longiſſi-
ma

mâ obſervantiâ probato, ac rationi fortiſſi-
mæ innixo, non ea, quod jus civile per-
ſonarum neceſſitudinem conſideret potiſ-
ſimùm propter ſucceſſionem, quæ in affi-
nitate nulla, quæ ratio ad guſtum eſt Her-
man. Vulteji *ad pr. Inſt. de nupt. num. 50.*
33 † ſed quia gradus proveniunt ex genera-
tione, §. 7. *Inſt. de grad. & affin.* affines au-
tem ab affinibus non generantur, ſed cau-
ſa & fundamentum affinitatis in novis con-
ſiſtit nuptiis, *dict. l. non facilè. 4. §. 3.*
34 unde illud tritum: † *Mutat nupta genus, ſed generata gradus.* Schultz. *dict. cap. 7. num. 10.* Weſenbec. *ad rubr. Inſt. de grad.*
Cujac. *in not. ad §. pen. Inſtit. eod. tit.* Jo-
han. Gerhard. *dict. loc. de conjug. §. 243.*
Borch. *de grad. pag. 9. verſ. nec enim affi-
nes &c.* Nec impedimento eſt huic deciſo
35 autoritas Pauli JCti *dict. loc. 10. in pr.* † ſi
affinitatis voculam ibidem abuſivè accipia-
mus pro quavis propinquitate matrimo-
nium impediente, veluti latum hunc intel-
lectum probant *can. de affinit. 35. quæſt. 2.
l. 22. C. de pœn. l. 5. C. de hered. inſtit. l. 8.
C. de condict. cauſ. dat. ubi* Dion. Go-
36 thofr. vel etiam gradibus addamus † con-
ſiderationem affinium, eorumque ratio-
nem ceu peculiare tractationis membrum,
quem ſenſum ſuppeditat, *rubr. in pandect.
Florentinis, tit. de grad. & affin.* rejecta
lectione librorum vulgarium de gradibus
conſanguinitatis & affinitatis, autoritate
ipſius Juſtiniani Imperatoris *in l. 2. C. de ve-
teri jur. enucl.* Johan. Harpprecht *ad pr.*
37 *Inſt. de grad. num. 7.* Atque † hinc Pau-
lus voculam affinium non gradibus annectit
ſimpliciter, ſed potiùs gradus cognatorum
cum affinium conſideratione copulat, ut le-
genti obviam. Vel quod melius, conceſ-
ſerit quis gradus affinium ex cognatione,
38 † non ipſius affinitatis; nimirum quod in
affinitatis proximitate cognatorum gradus
obſerventur: de quo paulò poſt. Eodem-
que ſenſu ſi verba Pontificis accipiantur, *dict.
cap. pen. extr. de conſangv. & affinit.* res ex-
pedita erit, licèt non multum nobis ſit labo-
39 randum heic † de jure pontificio, quo et-
iam in affinitate conſtituti cenſentur certi
gradus ad exemplum graduum conſangui-
nitatis, ut dignoſci ex iis poſſit, an matrimo-
nium inter affines conſiſtat, Matth. Weſenb.
*in parat. dict. tit. de grad. & affin. num. 17.
verſ. ſed jure canonico.* Vult. *dict. loc. num. 50.
verſ. ſed jus pontificium.* Schultz. *in alleg.
cap. 7. num. 28.* Kling. *ad tit. Inſtit. de nupt.
rubr. de arbore affin. num. 7.*

XX. Computatio nihilominus gra-
40 duum etiam in affinitate obtinet, † ſed ea
ipſa, quæ eſt cognatorum. Ex quo enim
affinitas eſt ſimulacrum quoddam conſan-
guinitatis, meritò utique & lineæ & gradus
conſanguinitatis ei accommodantur, ita ut
licet nulla exiſtat ſpecialis graduum compu-
tatio in affinitate, juxta † computationem 41
tamen conſanguinitatis affines in certo eo-
demque gradu, quo perſona nuptias con-
trahens, & novam affinitatem inducens re-
peritur, ſint conſtituti. In univerſum hinc
Regula Magiſtralis ſemper deciſum præbet:
Nempe † *quoto gradu cognati conjugum* 42
*uni jure conſanguinitatis junguntur, eodem
gradu alteri jure affinitatis conjungi intelli-
gantur.* Balth. Mentzer. *de conjug. rubr. de
affin. pag. 72.* Cùm ergo in ſchemate *theſ. 17.*
poſito † Paulus a Titio patruo ſuo diſtet 43
gradu tertio conſanguinitatis ſecundùm
computationem civilem, juxta canones au-
tem ſecundo gradu, uxor quoque Pauli Ber-
ta eodem gradu affinitatis Titio juncta e-
rit. Similis quoque eſt numeratio gra-
duum inter Petrum & Barbaræ maritum
Henricum, *can. porrò. 35. quæſt. 13.* Cui
regulæ ac computationi fundamentum po-
ſuit, qui eſt Autor conjugii DEUS: *Con-
juges non duo ſed una caro, Gen. 2. verſ. 24.*
idem planè aſſerere licet de ſecundo & ter-
tio affinitatis genere, ita ſcilicet, ut mutato
licet genere, gradus tamen cognationis
maneat in affinitate idem. † Quare Ma- 44
ria conjunx Titii cum Berta in ſecundo qui-
dem genere, attamen in gradu eodem af-
finitatis, tertio nempe juxta computationem
civilem, ſecundo autem ſecundum cano-
nes eſt conſtituta: ſicut & Fridericus cum
Clara. Rurſus Berta à Caſparo ſecundo
Mariæ marito tertio genere affinitatis, at-
tamen eadem tertio vel ſecundo gradu di-
ſtat: Quod ſi ergo de diſtantia affinium
quæſtio incidat, † ſemper ad regulas con- 45
ſanguinitatis *cap. præced. th. 10. & 11.* adſtru-
ctas confugiendum, & deciſio inde petenda,
hoc tamen adhibito moderamine, † ut in 46
cauſis matrimonialibus & pœnalibus ratione
inceſtûs ac parricidii præſcripta obſerventur
canonica, in reliquis verò juris articulis
diſpoſitio graduum civilis attendatur,
perinde ut in computatione graduum
conſanguinitatis in foro Saxonico, *theſ. 13.
& 14.*

XXI. *Quartum* denique hujus capi-
tis membrum contrahendæ affinitatis mo-
dum exhibet, † eumque *triplicem:* per 47
matrimonium nempe legitimum: forni-
cationem, & ſponſalia publica. De ma-
trimonio legitimo vix quiſquam dubi-
tabit, quin per hoc vera contrahatur

affinitas, modò ſit juſtum & per copulam conſummatum. *l. 4. §. 2. ff. de grad.* De
48 fornicatione † autem & nuptiis vetitis non omni ſcrupulo res caret, propter effatum JCti Modeſtini: *Sciendum eſt, neque cognationem neq; adfinitatem eſſe poſſe, niſi nuptiæ non interdictæ ſint, ex quibus adfinitas conjungitur, in dict. l. non facilè. 4. §. 8. ff. de grad. & affinib.* Hinc
49 Treutl. † Affinitas, *ait*, ſicut omnis neceſſitudo, jus eſt, coitus autem illicitus eo ipſo, quod illicitus, non juris eſt, ſed facti, *vol. 2. diſp. 6. th. 2. lit. d.* Canoniſtæ è contra admittunt, per illicitam etiam carnis
50 conjunctionem † induci affinitatem, *can. nec eam. 35. quæſt. 3. & tot. tit. extr. de eo, qui conſanguin. uxor. ſuæ cognovit.* quin & affinitatem definiunt, quod ſit propinquitas, quâ per concubitum maſculus conſanguineis fœminæ, & viciſſim fœmina conſanguineis maſculi redditur affinis, Bellarm. *de matrim. cap. 30.* Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 378. & 379.* ita
51 ſcilicet diſſentire videntur † hoc in caſu Canoniſtæ cum Legiſtis, ſed nullum in effectu inter eos eſt divortium; bene advertentibus Matth. Weſenb. *in parat. ff. de grad. & affinit. num. ult.* Schneidvvin. *ad pr. Inſt. de nupt. rubr. de arbor. affinit. num. 5.* Johan. Coraſ. *lib. 1. miſcell. 3. n. 1.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 13.* Hillig. *lib. 13. Donell. enucl. 19. lit. m.* Etſi enim
52 † ex coitu illicito natos jus civile titulo affinium honorifico eorumque jure indignos judicet, naturalem tamen propinquitatem ac neceſſitudinem, quæ in matrimonialibus præſertim ſuum producit effectum, iis nuſ-
53 piam denegat; quin potius (1.) † hoc reſpectu naturali eos pro affinibus habet, *l. liberi. 4. C. de nupt.* ſcilicet, quia in nuptiis pudor naturalis & jus ſanguinis inſpicitur, *l. adoptivus. 14. §. 2. ff. de rit. nupt. l. non omne. 144. l. ſemper in conjunctionibus. 197. ff. de reg. jur.* Rauchb. *dict. quæſt. 13. n. 7.*
54 (2). † Et quis non fundamentum affinitatis poſuerit in ſummi Legislatoris pronunciato: erunt duo in carne una, *Gen. 2. v. 24.* jam autem, qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur, unaque ex duobus caro, ni fidem abnegamus Apoſtolo *1. Cor. 6. verſ. 16.* Bellarm. *dict. cap. 30.* Poſito ergo affinitatis fundamento, cur non ſtructura deſuper
55 ſubſiſteret? (3.) Naſcitur † porrò ex conjunctione vetita cognatio, *l. 14. §. 2. & l. 54. ff. de rit. nupt.* ergo etiam affinitas, ex inductione JCti *in dict. l. 14. §. 3.* quia ſcilicet cognatio & affinitas ſunt connexa, ac eadem
56 utriuſque ratio. (4.) † Eoque facit Sanctio Electoralis *in Ordin. provinc. de anno 1580. in fin. pag. 192.* Ja auch welche etwa auſſerhalb der Ehe gezeuget / und des Geblüts halber durch das natürliche Recht mit einander verwandt ſeyn / ꝛc.

XXII. Nec alia eſt ſponſaliorum publicorum ratio. † Etſi enim ante matri- 57
monium per copulam conſummatum naturalis & abſoluta affinitas non exiſtat, *dict. l. 14. §. 4. in fin. ff. de rit. nupt. l. 6. §. 1. l. 8. ff. de grad. l. 5. ff. de teſtib. l. 8. C. de inceſt. nupt.* ut verè hinc ſcriptum reliquerit Auguſtinus: † *Non dubium eſt, illam mulie* 58
rem haut pertinere ad matrimonium, cum qua commixtio ſexûs non docetur fuiſſe; allegatus à Gratiano *in can. non eſt dubium. 27. quæſt. 2.* Balth. Mentzer. *de conjug. pag. 131.* per nuda tamen ſponſalia † effe- 59
ctivè contrahi affinitatem ſi quis dixerit, verè is dixerit cum Mentz. *loc. alleg.* Gerhard. *cit. loc. de conjug. §. 362.* Joh. Harppr. & Dd. communiter *in §. ſi uxor tua. 9. Inſt. de nupt.* ob fidem ſcilicet conjugalem & vim mutui conſenſûs, † qui nuptias facit & indiſ- 60
ſolubilitatem matrimonii inducit, *l. nuptias. ff. de regul. jur.* unde ſponſus judicio DEI maritus cenſetur, ac ſponſa pro uxore eſt, *Deut. 22. v. 24. Matth. 1. v. 19. & 20.* & ſponſa violans fidem datam pro adultera habetur, pœnamque adulteris definitam incurrit, *dict. cap. 22. Deuter. Hoſ. 4. v. 13.* quodque
† diſpoſitum de nuptiis, in ſponſalibus quo- 61
que locum habet, *l. tutor. §. 1. l. oratio. ff. de ſponſal. l. cui fuerit. ff. de condit. & demonſtrat.* Bartol. *in l. cum pater. ad L. Pompej. de parricid.* Albert. Gentil. *in tract. de nupt. l. 2. cap. 23. poſt pr.* Anton. Natta *conſil. 282. num. 1. & ſeqq.* quo de ſummatim ſcripta nobis reliquit verba † Balth. Mentz. hæc: *In oculis Dei* 62
& vigore ordinationis divinæ, & vi mutuæ ſponſionis, & virtute efficacis obligationis ſponſa de jure non minus eſt uxor ſponſi ſui, atq; ſi jam ſolenniter illi tradita, & in domum ejus ducta eſſet. Siquidem inter perſonas deſponſatas verum matrimonium jam inchoatum eſt, de quibus etiam rectè uſurpatur illud: Quos DEus conjunxit, homo ne ſeparet. Hactenus Mentzerus *in diſput. quam habuit Gieſſ. ſuper quæſt. Num ſponſis ante ſolennem in Eccleſia copulationem & benedictionem concumbentibus publica pœnitentia juſtè imponatur? Menſ. Mart. anno 1624. th. 45.* † Nec alia fuit mens Theo- 63
logorum Roſtochienſium, quando conſilium de matrimonio cum defuncti fratris ſponsâ ineundo, petenti in hæc verba reſcribunt: Aus welchen / als des Heiligen Geiſtes Vortheils-Sprüchen / wir es da-

für

für halten / daß vor GOtt kein Unterſcheid ſey / ſo viel die Natur / Weſen und Eigenſchaft des Eheſtandes betrifft/ *inter incboatum ſive ratum, & inter conſummatum matrimonium*, apud Georg. Dedekenn. *vol.3. conſil. Theol. lib.3. ſect.2.*
64 *tit.2. num.4. fol.351.* ex quo † quid de affinitate ſolis ſponſalibus contractâ habendum, cuivis obviam. Nimirum etſi per ſolum congreſſum maritalem perfecta & conſummata dicatur affinitas, per nudam tamen
65 deſponſationem eſt inchoata, † quæ & ipſa in cauſis matrimonialibus eundem ferè ſortitur effectum, Mentz. *de conjug. pag.131.* Gerhard. *dict.* §.*362.* ut hinc ſponſalia à modis contrahendæ affinitatis tutò excludere haut liceat.

Cap. III.

Uſus arboris in matrimonium conſangvineorum quisnam?

XXIII.

HActenus de ipſa arbore tam con-
1 ſanguinitatis quàm affinitatis: † nunc *ad uſum practicum* accedamus, quò noſtra intentio potiſſimùm collimat. Cùm verò circa matrimonialia hujus utilitas omnium ferè præcipua eſt, de illa primo agamus loco, ut obex ponatur nuptiis nefariis ac inceſtis, quæ in gradibus vetitis contrahuntur, *tot. tit. C.*
2 *de inceſt. & inut. nupt.* ac ne † quisquam contra prohibitionem divinam ad carnis ſuæ propinquam accedat ad revelandam ejus nuditatem, *Levit.18. verſ.6.* Poſtquam enim conjuges per matrimonii vinculum fiant una caro, *Geneſ.2. verſ.24. Matth.*
3 *19. verſ.6.* divinæ † hinc ſapientiæ conveniens viſum haut eſt, eos, qui propinquitate carnis jam ante conjuncti erant, per matrimonium in unam carnem copulari, Johan. Gerhard. *dict. loco de conjug. §.238.*
4 *pag.362.* Quin † & pudor naturalis in matrimoniis potiſſimum attendendus, *l. adoptivus. 14. §. ſerviles. in fin. ff. de rit. nupt.* conjugio in gradibus prohibitis adverſatur, ordini ſiquidem naturæ ac ſanguinis reverentiæ non congruens videtur, ſanguine jam unitos fœdere maritali novo jungi, ac reverentiam patriam, filialem & fraternam in maritalem transformari, D. Auguſtin. *de Civitat. DEI, libr.15. cap.16.* Joh. Harppr. *ad §. ergo non omnes. 1. Inſt. de*
5 *nupt. num.7. & 8.* † Ne quidquam adimus de charitate hominum ac neceſſitudine, quæ ſtante lege prohibitiva in gradibus proximioribus multum diſpergitur ac in plures dilatatur familias: nam multos ſibi propinquos reddunt, ultrò citroque filias qui dant & accipiunt, quod Auguſtinus *dict.*
cap.16. elegantiſſimis exprimit verbis: † *Cum* 6
nulli, inquiens, *eſſent homines, niſi qui ex illis duobus, Adamo ſcilicet & Evâ nati fuiſſent, viri ſorores ſuas conjuges acceperunt. Quod profectò quantò eſt antiquius, compellente neceſſitate, tantò poſtea factum eſt damnabilius, religione prohibente. Habita eſt enim ratio rectiſſima charitatis, ut homines, quibus eſſet utilis ac honeſta concordia, diverſarum neceſſitudinum vinculis necterentur; nec unus in unâ multas habeat neceſſitudines, ſed ſingulæ ſpargerentur in ſingulos, ac ſi ad ſocialem vitam diligentius colendam plurimæ plurimos obtinerent; Pater quippe & ſocer duarum ſunt neceſſitudinum nomina, dum ergo habet quis alium patrem, alium ſocerum, numeroſius ſe charitas porrigit &c.* Hucusque Auguſtinus, cujus verba in decretis quoq; Pontificum leguntur, *can. cum igitur.35. quæſt.2.*
† Abſtineant ergo matrimonium contra- 7
hentes à nuptiis illicitis ac inceſtis, iis ſcilicet, quæ proximitati ſanguinis adverſantur, certisque in gradibus prohibentur. Quod ut
majori obſervetur ſtudio, † ſolicitus fuit in 8
provinciis ſui Electoratûs Sereniſſimus Saxo, certis vicibus leges matrimoniales annexâ adhortatione ſeverâ à miniſtris Eccleſiæ è ſuggeſtu publicè recitari jubens, *in Ordinat. Eccleſ. ſub tit.* Von Ehe-Sachen. §. Damit aber / & *Ordin. matrimon. in*
præfat. §. Damit aber ſolches / ꝛc. Quo † 9
& faciunt *verba Reſcripti Electoralis ad Conſiſtorium Supremum Dresdenſe de datô 16. Maji An.1607.* Begehren hierauf gnädigſt / ihr wollet bey den *Conſiſtoriis* Verordnung thun / daß den Superintendenten im Lande befohlen werde / damit vermöge unſerer *Conſiſtorial*-Ordnung und *Conſtitution* der Punct von der Ehe / und wie dieſelbe von wegen der Blut-Freundſchaft / und dann von wegen der Schwägerſchaft verboten / des Jahrs über den Zuhörern in Kirchen auf eine gewiſſe Zeit abgeleſen / erkläret / und was drinnen in acht zu nehmen / angezeiget werde / damit durch dergleichen unordentliche Ehen / und da man keine Erbarkeit in gebührender Acht hat / GOttes Zorn nicht erreget / auch alſo hiedurch zeitliche und ewige Strafen unverſtändige Leute ihnen ſelbſt auf den Hals ziehen / immaſſen wir dann hiermit ernſtlich befehlen / daß obbemeldter un-

ſer *Conſiſtorial*-Ordnung und *Conſtitution præciſè* nachgegangen / und weder der Blut-Freundſchaft noch Schwägerſchaft zu nahe jemandes zu heyrathen verſtattet werde/ꝛc.

10 XXIV. Si jam quæſiveris: † *Quænam ſint nuptiæ vetitæ & inceſtæ, quoque in gradu conjugium prohibitum?* provocamus ante omnia ad nomotheſiam divinam, *Levit. 18. & 20.* ex qua reſponſum tuto petere licet. Etſi enim per hanc ſolos Judæos,
11 non etiam Chriſtianos obligari fervidè † contendant Pontificii, ut legere eſt apud Bellarm. *de matrimon. cap. 27.* Gregor. de Valentia *tom. 4. diſput. 10. quæſt. 5. punct. 3. pag. 2264. & ſeqq.* nequaquam tamen hoc ipſis concedimus, rectiùs edocti à noſtris Theologis, ſanctionem illam ſeu legem
12 prohibitivam eſſe moralem, † eâque omnes in univerſum teneri homines, Martin. Chemnit. *in loc. de conjug. fol. 543. verſ. oſtendendum. & in exam. Concil. Tridentini part. 2. ſeſſ. 8. can 3.* Gerhard. *dict. loc. §. 296. & ſeqq.* Joach. à Beuſt. *de matrimon. part. 2. cap. 51. in pr.* Ex quo enim, teſte veraciſſimo ipſomet DEO, qui homo mendax non eſt, Cananæi nuptiis lege
13 illâ prohibitis ſe contaminaverant, † habiti propterea pœnis digni, *dict. Levit. 18. verſ. 24. & ſeqq.* hoc ipſo in jure naturali prohibitionem fundatam omnesque eâ homines conſtrictos fatebitur quisque, ipſis etiam Pontificibus aſſentienti-
14 bus; cui † non parùm adſtipulatur *Apoſtolus*; Sed quid ille? *Auditur*, inquit, *inter vos ſcortatio, & ejusmodi ſcortatio quæ ne inter gentes quidem nominatur, adeò ut quis uxorem patris habeat, 1. Corinth. 5. verſ. 1.* quod conjugium damnatur *Levit. 18. verſ. 8.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in artic. de con-*
15 *jug. cap. 4. quæſt. 29.* nec † imperfectionis alicujus nomotheſiam *in alleg. cap. 18. & 20. Levit.* jure quisquam arguere valet, ſi juſta & æqualis ad ſimiles gradus adhibeatur reductio, Brochmand. *dict. art. cap. 2. ſect. 7.* niſi verba B. Lutheri nobis
16 objiciantur: † GOTT rechnet nicht nach den Gliedern / wie die Juriſten thun / ſondern zehlet ſtracks die Perſonen / ſonſt/ weil Vaters Schweſter / und Bruders Tochter in gleichem Glied ſeyn/ muß ich ſagen / daß ich entweder meines Brudern Tochter nicht nehmen könte / oder auch meines Vatern Schweſter nehmen möchte. Nun/ hat GOtt Vaters Schweſter verboten / und Bruders Tochter nicht verboten / die doch gleiches Gliedes ſeyn / *tom. 2. germ. Jenenſi fol. 152.* Reductionem hinc prohibitionis ad gradus æquales & reciprocationem perſonarum Luthero diſplicuiſſe manifeſtum eſt. † Sed non ſiniſtrè de ipſo di- 17
xerimus, ſi quod Theologi noſtrates asſeramus, aliquid humani eum fuiſſe paſſum, quod tandem ipſemet agnovit rectiùs informatus, prohibitionem Moſaicam ad gradus æquales reducendo, *hisce formalibus:* † Der Sipſchaft halber 18
und Glieder der Freundſchaft / wäre mein Rath/ man lieſſe es bey weltlichen Rechten verbleiben/ ꝛc. *in libello de cauſ. matrimon. Anno 1530. edito tom. 2. Jenenſ. german. fol. 257.* nimirum ſana pariter ratio atque Religio infert reciprocationem graduum, † ne abſurditatis ar- 19
guamus ſanctiſſimum Nomothetam, quod permiſiſſet patri ducere filiam ac matri filio nubere, vel nepoti ducere aviam, cum mentio horum haut expreſsè fuerit facta. Ac certè non tam ſeriem verborum, quàm
† propinquitatem carnis obſervatam vo- 20
luiſſe ſummum Legislatorem, vel ex regula generali præmiſſa: Non accedas ad propinquam carnis tuæ, *Levit. 18. verſ. 6.* expeditum eſt, Brochman. *dict. ſect. 7.* Johan. Schneidvvin. *ad tit. Inſt. de nupt. rubr. in quib. gradib. jus divin. prohibet matrimon. contrah. n. 16.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. & matrimon. part. 2. cap. 51.* Johan. Gerhard. *de conjug. §. 275.* Brentzius *in dict. cap. 18. Levit. & ibidem* Oſiand. Martin. Chemnic. *part. 3. loc. de conjug. pag. 549.* Bidenbach. *de cauſ. matrimon. pag. 44.*

XXV. An † ergo ſubſiſtendum in no- 21
motheſia divina, *Levit. 18. & 20.* publicatâ, nec in gradibus remotioribus à nuptiis abſtinendum? Sufficere equidem poſſet ſanctio illa ad diſcernendos gradus nuptiarum licitarum; & dijudicationem connubii ratione proximitatis vetiti, † poſtquam in eo 22
prorſus nihil omiſſum, quod in oculis Dei eſt abominoſum. Attamen plerisque in locis pii Magiſtratus prohibitiones Moſaicas ad remotiores quoque gradus aliquantulum extendendo, divinis mandatis ſua quaſi circumduxerunt, † non ut illis vel ſtabili- 23
mentum ceu invalidis, vel limam ceu impolitis, vel faſtigium ceu imperfectis adhiberent, Dn. Joh. Major *in diſput. de nupt. jure divino prohibitis, Anno 1615. Jen. habit. cap. 12. num. 15.* ſed ut vallum ac ſepimentum aliquod † divinæ adderent prohibitio- 24
ni, cùm ſint cuſtodes utriusque Decalogi tabulæ: perinde ut hortulani, licèt areolas in-

interiores exoticis ſeminibus conſitas vacer-
ris aut clathris ligneis incluſerint, tamen
etiam pomariis & oleribus ſepem præten-
dere ſoleant, ut omnis aditus ad vacerras
furibus ac beſtiis tanto firmius præcludatur,
veluti hoc declarat Zehner. *de grad. pag. 56.*
ex D. Auguſtino *lib. 15. de civit. DEI*
cap. 16. Johan. Gerhard. *dict. loc.* §. *345.*
25 Rem ita ſe habere † ex variis variarum
provinciarum ſanctionibus prohibitivis &
legibus matrimonialibus teſtimonium pe-
tere licet, præeunte Gerhard. §. 343. Sed
26 quid foris eſt parùm curamus, † leges ſaltem
patrias in Electoratu & Provinciis Saxonicis
excutere inſtituto jubemur. Demonſtra-
turi ergo uſum arboris practicum circa pro-
hibitionem matrimonii in Supremo Conſi-
ſtorio Electorali probatum, notabimus
(*1.*) *gradus, in quibus id prohibitum?*
(*2.*) *Quibus hoc rurſus permiſſum?* (*3.*) *In*
quanam cognatione locum habeat prohi-
bitio?

XXVI. Nolumus autem *Primò* circa
27 prohibitionem conjugii † lineam rectam
aſcendentem & deſcendentem ſilentio præ-
terire, ne vitium imperfectæ demonſtratio-
nis nobis objiciatur, quantumvis omnibus
Chriſtianis certa ac perpetua lex ſit, inter
aſcendentes & deſcendentes nunquam nu-
ptias contrahi licitas, *Levit. 18. & 20. Deut.*
22. in fin. §. *1. Inſt. de nupt. l. nuptiæ. 53. ff.*
de rit. nupt. Ordin. Electoral. Eccleſ. ſub tit.
Von Ehe-Sachen. *Rubr.* Welchen
Perſonen ſich in Ehegelöbniß mit ein-
ander einzulaſſen verboten / *& Ordin.*
matrimon. punct. 2. verſ. Die Perſonen/
welche den Namen Vaters oder Mut-
28 ters ꝛc. usque adeò, † ut nec Adamo pro-
toplaſto, ſi etiamnum viveret, mortuâ Evâ
facultas aliam ducendi uxorem competere
poſſet, quoniam omnes, quotquot un-
quam ſpiritum hauſerunt vitalem, &
etiamnum vivunt, ex ſanguine ejus ſunt
nati, Gloſſ. *ad* §. *1. verb. infinitum. Inſtit.*
de nupt. & ibidem Herman. Vultej. *num. 49.*
Johan. à Beuſt. *de matrimon. cap. 51.* De
29 † ratione prohibitionis in hac linea mul-
tùm concertatur, nec inelegantem adducit
Paul. Cypræus ex ipſo jure naturali, quod
doceat cognationum gradus & diſcrimina
eſſe oportere, quæ tamen exiſterent nulla,
ſi liberi cum parentibus commiſcerentur.
de jure connub. part. 2. cap. 6. §. *1. num. 2.*
30 † Sed veriſſimam tenemus, quam primum
omnium Connubialiſta Moſes ex ore ſum-
mi Nomothetæ prohibitioni addit: *quia*
turpitudo tua eſt, Levit. 18. verſ. 7. & 10.
nimirum quia parentes cum liberis unam

repræſentant perſonam, *l. ult. de impub.*
& aliis ſubſtit. conjugium verò habetur
inter duas, impoſſibile prorſus eſt hâc in li-
nea contrahi matrimonium, quod & pudor
naturalis abominatur † in tantum, ut & 31
bruta animalia coitum ejusmodi averſen-
tur, teſte Imperat. Juſtiniano *in Novell. 12.*
cap. 1. idque exemplis ex Autoribus pro-
batis declarat Andr. Tiraqv. *in l. ſeptima*
connubialia. num. 47. & Jun. *polit. quæſt.*
part. 2. quæſt. 37. Agnoſcat ergo Greſer.
† quam inconſiderate ſcripſerit, conjugia 32
primi & ſecundi gradûs (etiam in linea
recta) non ita eſſe intrinſecè mala, ut vel
extrema neceſſitate, vel ſingulari DEI di-
ſpenſatione non licita fieri queant, & in
gradibus lineæ rectæ ultra quartum gradum
permiſſa eſſe matrimonia ſine ulla diſpen-
ſatione, ſi quis eo usque viveret, *in diſputat.*
matrimon. 1. th. 11. & ſeq. † quo in luto 33
etiam hæret Gothofred. *in ſumm. tit. extr. de*
conſangv. §. *item quæritur.* eumque ſecu-
tus Angel. *ibid. in verb. matrimonium impe-*
dimento, quorum errorem detexit Didac.
Covarr. *tom. 1. de matrim. part. 2. cap. 6.*
§. *6. n. 12. in fin.*

XXVII. Ex quo ergo graduum propin-
quitas impedimento non eſt nuptiis inter
aſcendentes & deſcendentes, ſed potius † ho- 34
neſtas ac pudor naturalis, neque hinc Tutori
vel Curatori licitum dixeris minorennem,
quæ pupilla fuit, in matrimonium petere,
quippe quæ reverentiam debet ei, qui patris
loco habetur? Ita certè eſt, † & improban- 35
tur hæ nuptiæ Senatusconſulto, *l. libertum.*
64. §. *1. l. tutor. 36. l. Senatusconſulto. 59. l.*
quamquam. 62. ff. de rit. nupt. tot. tit. C. de
interdict. matrim. inter pupill. & tutor. Sed
poſtquam ratio impeditiva fundatur ſaltem
† in periculo reddendarum rationum, ne tu- 36
tor, qui conjugi imperare habet, rationes
ſubterfugiat, *l. ſi tutor. 7. C. eod. tit.* cui pe-
riculo per anticipationem ratiocinii ante
nuptias contractas præveniri poteſt, non
modò prohibitionem hujus conjugii in du-
bium vocavit, † ſed & prorſus abrogavit Ger- 37
maniæ ferè totius conſuetudo, & ſepoſito
pudore fictitio inter tutorem & pupillam
matrimonium permiſit, Felin. *in cap. 1. n. 11.*
extr. de ſponſal. Salycet. *in l. ult. C. de in-*
terdict. matrim. Sichard. *conſil. 1. matr. n. 8.*
Joh. Schneidvv. *ad tit. inſt. de nupt. part. 3.*
n. 14. verſ. 8. Joach. à Beuſt. *de ſponſal. cap. 21.*
in fin. Kitzel. *in ſynopſ. matrimon. cap. 3.*
theor. 16. lit. f. & g. Joh. Harppr. *ad* §. *ſunt*
& aliæ. 11. Inſt. de nupt. num. 3. in qua con-
ſuetudine meritò acquieſcimus, † ne vetu- 38
ſtos ævi mores in melius mutare volentes

annoſam quercum transferre videamur, ut ait in ſimili Ant. Hering. *de fidejuſſ. cap. 30. num. 26.* Nec aliud dicendum
39 remur de matrimonio inter † patrinum ſeu ſuſceptorem ex baptiſmo & baptiſatam contrahendo; quod & ipſum jura improbant eodem ex fundamento, quod baptiſata filiæ loco ſit, & ad reverentiam patrino præſtandam obſtricta, *l. ſi quis alumnam. 26. verſ. ea videlicet. C. de nupt.* quâ
40 ratione haut contenti † Pontifices cognationem inter eos ſpiritualem fingere, atque hinc prohibitionem conjugii ad eorum quoque progenitos & propinquos extendere præſumſerunt, *tot. tit. extra de cognat. ſpirit. & cauſ. 36. quæſt. 3. & 4.* Beſold. *in diſc. de nupt. cap. 10. num. 11. pag. 56.* Harppr. *dict. §. ſunt & aliæ. n. 14.* quo
41 † in puncto non minor religio fuit *Gloſſ. Saxon.* in Land R. *libr. 1. artic. 3. num. 7. ibi:* Nach der Gevatterſchaft nim̃t man kein Erbe / köm̃t auch nicht zur Vormundſchaft / ſondern ſie hindert allein an der Heyrath und dem Ehe-Leben.
42 Aſt talia hæc non ſunt, † ut Domini Conſiſtoriales in aula Electorali Saxonica hinc ſibi prohibitionem perſvaderi paſſi fuerint, contrarium reſpondentes *Bernhardo S. in T. die 7. Septembr. Anno 1612.*
43 † Es wil aber dawider eingewendet werden / daß / weil bemeldter euer Bruder die Braut aus der Tauffe gehoben / dergleichen Verlöbniß nicht beſtehen könne. Wenn nun gleich ſolches geſchehen / und euer Bruder der Braut Pathe iſt / ſo wird doch deſſen ungeacht das Verlöbniß für rechtmäßig gehalten / und durch den öffentlichen Kirchgang und Trauung von ihnen billich vollzogen / ꝛc. Rectè
44 omninò, † quia nullibi in jure divino prohibitum legitur hoc conjugium; qui ergo jus pontificium injiceret frenum contrahentibus, nec filiatio juris civilis, quæ in ſola fictione conſiſtit, id impedire valet:
45 quare jam dudum † in noſtris Eccleſiis ab eo receſſum, Joach. à Beuſt. *de matrimon. part. 2. cap. 51. in fin.* ubi adducit autoritatem Philippi Melanchthonis *in loc. de conjug. de dupl. probibit. & in Ethic. de arbor. conſangv. & affinit.* B. Luther. *in libell.* Vom ehelichen Leben / *part. 1. fol. 165. & part. 2. fol. 176.* Martin. Chemnic. *in exam. Concil. Trident. part. 2. in fin.* Alber. Gentil. *de nupt. lib. 5. cap. ult.* Paul. Tarnov. *de conjug. lib. 1. cap. 64. & ſeqq.* Beza *in tract. de repud. & divort. pag. 134.* Baſil. Monner. *in tract. de matrim. part. 4. cap. 5.*

XXIIX. Succedit jam linea collateralis ſive obliqua, † in qua graduum pro- 46
hibitorum circa matrimonium contrahendum non minima exiſtit diverſitas, poſtquam jus Cæſareum in ſanctione Legis Moſaicæ, *Levit. 18. & 20.* ſubſiſtit, & ſaltem inter fratres ac ſorores, eosque, qui parentum & liberorum loco invicem habentur, nuptias prohibet, *§. 2. 3. & 4. Inſt. de nupt. l. celebrandis. 19. C. de nupt.* Johann. Borch. *in tract. de grad. pag. 112.* Forſter. *in tract. de nupt. cap. 7. pag. 87.* Johann. Harppr. *in dict. §. 4. Inſtit. de nupt.* At jure † canonico olim ad ſeptimum conſan- 47
guinitatis gradum matrimonium fuit interdictum, *can. nullum. 7. can. progeniem 16. can. nulli. 19. can. contradicimus. 21. cauſ. 35. quæſt. 2. & 3.* Gloſſ. *in §. inter eas. 2. Inſt. de nupt.* Hodie verò prohibitio † copulæ con- 48
jugalis quartum conſanguinitatis gradum non excedit, ſed usque ad hunc incluſivè prohibetur, factâ & attentâ computatione graduum canonicâ, *can. non debet, & ibi* Abbas *extr. de conſangv. & affin.* Johann. Schneidvv. *in tit. Inſt. de nupt. Rubr. de arb. can. num. 9.* Joh. Gerhard. *in loc. theol. de conjug. §. 335.* † ex ratione prohibitionis, 49
ſi Diis placet, conveniente, quia ſcilicet quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant è quatuor elementis. Quam quidem Bellarminus ita fulcire conatur, quòd cùm homo conſtet ex quatuor elementis, admodum veriſimiliter inde colligatur, in quarto gradu penitus deficere vim omnem ſanguinis ejus, qui à primo trahatur ſtipite, adeoq; in prima gradatione vim igneam, utpote ſubtiliſſimam, in ſecunda aeream, in tertia aqueam, in quarta terream expirare, *de matrim. cap. 29.* Sed rectiùs † Förſterus eam futilem, elum- 50
bem, ineptam ac riſu potius quàm reſponſione dignam judicat, *in tract. de nupt. c. 7. p. 90.* ſtante ſiquidem eâ ultra quartum gradum nulla ſupereſſet cognatio, vi conſanguinitatis deficiente, contra *can. ad ſedem. 32. quæſt. 5.* ex eodemq; principio † in linea etiam recta 51
inter aſcendentes & deſcendentes, nec non inter transverſales, eos ſcil. qui parentum & liberorum loco ſunt, ultra gradum quartum licitum quis dixerit matrimonium, abſurdè prorſus ac contra jus divinum, *Lev. 20. v. 19.* Et unde didicit Bellarminus, quousque virtus ſanguinis perſeveret? quod ſe ignorare alibi ipſemet fatetur, *lib. 1. de ſacram. matr. c. 24.* Ab utroq; autem jure, Civili & Canonico, divortium faciunt † leges municipales 52
in foro Electorum ac Ducum Saxonicorum Sereniſſimorum, prohibitionem matrimonii inter collaterales ad tertium usque gradum
lineæ

lineæ inæqualis incluſivè extendentes, *Ordinat. eccleſiaſt. tit.* Von Ehe-Sachen/ *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehe-Gelöbniß einzulaſſen verboten/ §. Die Perſonen/ welche ſeithalber einander im dritten Glied ungleicher Linien verwandt ſeyn/ ſollen einander nicht ehelichen/ ꝛc. quæ verba repetuntur *in Ordin. matrim. de anno 1624. punct. 2.* §. Die Perſonen/
53 welche ꝛc. † cui alia accedit prohibitio nuptiarum ultra gradum tertium inter eas perſonas, quæ parentum ac liberorum loco invicem habentur, *dict. Ordin. Eccleſ. & matrimon.* §. Die Perſonen welche ꝛc. *verſ.* Wie dann auch niemand ſich mit des Großvaters Vater oder der Groß-Mutter Mutter Geſchwiſter/ weil dieſelbe der Eltern ſtatt halten/ ehelich verloben ſol.
† Summatim ut menti & oculis gradus pro- 54
hibiti ſint obviam, tale ponimus ſchema:



Primo ſchematis hujus intuitu apparet, quibus perſonis in provinciis Electoratûs interdictum ſit matrimonium ratione conſan-
55 guinitatis: † nullæ ſiquidem generationes in eo expreſſæ, gradusque nominati nuptias admittunt, ac præterea etiam cum proavi, abavi aut atavi, aliorumque aſcendentium fratribus & ſororibus, ſi in vivis eſſent, illicitum contrahitur conjugium. Ut ſic ſchema hoc ſit inſtar regulæ ac cynoſuræ nuptias contrahere volentibus, ne in legibus municipalibus impingant, ad quarum ob-
56 ſervantiam ſunt obſtricti, † quia ſtatuta cujusque loci ſubditos ligant & jus faciunt, *l. 1. §. ult. ff. de ventr. inſpic. l. ſi ſervus. 50. §. ult. ff. de legat. 1. l. quod ſi nolit. 31. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edict. l. 3. §. ult. ff. de teſtib.*

XXIX. Specialiùs id declaraturi, ac ſingulos gradus prohibitivos tranſituri, ne-
57 mo opinamur inficias ibit, † nuptias contrahi inceſtas in primo lineæ æqualis, & ſecundo inæqualis gradu inter fratrem & ſororem, Petrum & Chriſtinam, ut & inter Paulum & Chriſtinam, nepotem ex fratre & amitam, aliisque paribus in gradibus
58 exiſtentes, vel ſaltem † ex prohibitione divina, *Levit. 18. verſ. 12. & ſeqq. cap. 20. verſ. 19.* cui accedit lex prohibitiva civilis, *§. inter eas quoque perſonas. 2. §. fratris verò. 3. & §. item amitam. 5. Inſt. de nupt. l. nemini. 17. C. eod. tit. l. ult. C. de inceſt. & inutil. nupt.* † nec non canonica, 59
cap. non debet. extr. de conſangu. & affin. can. quædam. 30. quæſt. 5. tùm quod frater & ſoror ſint viſcera unius corporis, quorum nuptiæ ab uno quaſi ſubjecto impiè & abſurdè contraherentur, *tùm* quòd in patris fratre atque ſorore reverentia appareat paterna,
† quod tandem repetitum *in Ord. eccleſ. & 60*
matrim. locis allegatis. Non ergò diutiùs hiſce gradibus inhærendum, ſed properamus ad gradum ſecundum lineæ æqualis, qui eſt Pauli & Barbaræ, amitinorum, aliorumque patruelium & conſobrinorum, inter hos equidem † nec jure divino, nec ci- 61
vili nuptiæ ſunt improbatæ. Quin potiùs permiſſionem ſacri Codicis exempla haut obſcurè innuunt, quando Patriarcha Jacob duxit uxores Rachaëlem & Leam, filias avunculi ſui Laban, qui frater erat Rebeccæ, matris ipſius, *Geneſ. 29.* & quando Amram accepit uxorem Jochabed patruelem ſuam, quæ ei peperit Aaron & Moſen, *Exod. 6.* † ut verè ſcripſerit Athanaſius: 62

Hiſce exemplis legem poni, quâ pro legitimis decernuntur cum conſobrinis inita conjugia, in ſynopſ. ſacr. ſcript. Chemnic. *part. 3. locor. commun. de conjug. cap. 3. §. ſecundo loco verſ. fratrum vel ſororum liberos.* Beza *de repud. & divort. pag. 36. & ſeqq.* Beuſt. *de matrimon. dict. cap. 51. verſ. in ſecundo verò gradu.* Jureque civi-
63 li Cæſareo † nuptias haſce prohiberi tantùm abeſt, ut potiùs verbis expreſſis legantur permiſſæ, *in §. duorum autem. 4. Inſtitut. de nupt.* cui vim adhibuerunt manifeſtam Franciſc. Hottom. *ibid. enunc. 1.* & Anton. Fab. *tom. 1. Jurisprud. Papin. tit. 9. pr 6. illat. 6. pag. 465.* textum corrigentes & particulam (*non*) inſerentes, quem errorem patefaciunt text. *in l. 3. l. non ſolùm. 67. § 1. ff. de rit. nupt. l. uter. 23. ff. de condit. inſtitut. l. celebrandis. 19. C. de nupt.* Paul. Cypr. *de ſponſalib. & matrimon part. 2. cap. 6. §. 1. num. 19.*
64 † idque Conſiliarii Electorales Saxonici *in Supremo Conſiſtorio extra Electoratum pronunciando* ſecuti fuerunt *ad conſultationem Adami Idenek Mandoſæ à Solopiſek & Stakotz Bohemi die 8. Aprilis Anno 1609.*
65 † Daß vermöge heiliger Göttlicher Schrifft / auch gemeiner Käyſerlichen Rechte / Geſchwiſter-Kinder ſich mit einander zu verehelichen / und alſo auch euch / euers Vaters Schweſter-Tochter ohne Verletzung euers Gewiſſens zur Ehe zu nehmen unverboten / ꝛc. at-
66 tamen in Saxoniæ Electoratu † leges provinciales in gradu lineæ æqualis ſecundo juxta computationem canonicam inter fratrum & ſororum liberos nuptias diſertè prohibent, *Conſtitut. Electoral. Maurit. de anno 1543. pag. 31. Ordinat. Provinc. de anno 1557. pag. 187. Ordinat. eccleſ. & matrimon. dict. loco Edicto ſpeciali ſub dato Dresdæ 31. Maji Anno 1625.* Atque hinc in ſchemate noſtro Paulus cum Barbara matrimonium inire prohi-
67 betur. † Veluti quoque *à Conſiſtorio Supremo Electorali reſcriptum fuit Superintendenti Chemnicenſi die 14. Januar. Anno 1619.* Wann dann aus angezogenem Bericht zu vernehmen / daß bemeldte Perſonen einander *in ſecundo gradu conſanguinitatis lineæ æqualis* verwandt / und in der Chur-Fürſtlichen Sächſiſchen Kirchen-Ordnung verſehen / daß ſolche Perſonen in dieſen Landen nicht getrauet / noch geduldet werden ſollen: Als werdet ihr die *Supplican*ten darauf beſcheiden / ꝛc. Nec nova eſt hæc lex prohibitiva in Electoratu Saxoniæ, † cùm parilis extet prohibitio 68
in Ducatibus reliquorum Celſiſſimorum Saxoniæ Ducum, teſte Baſilio Monnero *de matrimon. part. 4. cap. 1. numer. 14.* Matth. Colerus *part. 2. deciſ. 2. num. 2.*
† Itemque in Marchia, Scheplitz. *in conſue-* 69
tud. March. part. 1. tit. 2. §. 1. & Ducatu Würtembergico, Bidenbach. *de cauſ. matrimon. tit. de conſangvin. quæſt. 1. pag. 78.* quin & in omnibus ferè reformatis Auguſtanæ Confeſſionis regionibus † eandem 70
obtinere prohibitionem, facit fidem Tilemannus Heshuſius *in libello* von Eheverlöbniſſen und verbotenen *Gradibus, Reg. 4.* Beſold. *in diſcurſ. jurid. polit. de nupt. cap. 10. num. 6. pag. 52.*

XXX. Sequitur in ordine tertius lineæ inæqualis gradus, † quo duplici 71
modo nuptiæ contrahuntur illicitæ in Saxoniæ Electoratu, à Caſparo nimirum in ſchemate noſtro cum Chriſtina avi ſorore, Barbarâ patris amitinâ. Utraque enim juxta computationem canonicam tertio diſtat gradu à Caſparo in linea inæquali. Cum priori vero, nempe Chriſtinâ, prohibitionem matrimonii † tantò faciliùs 72
quis conceſſerit, quantò certiùs eſt, de jure etiam civili & divino propter reſpectum maternum ejusmodi nuptias haut permitti, quo de paulò poſt. Quoad Barbaram verò ſpecialis eſt prohibitio † in 73
Electoratu & Ducatibus Saxoniæ, ne cum parentum conſobrinis nuptiæ contrahantur. *in Ordinat. provincial. de anno 1553. & 1547. Ordinat. eccleſiaſt. ſub tit.* Von Ehe-Sachen / *Rubric.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß. §. Die Perſonen / welche ſeithalber. *& Ordinat. matrimon. de Anno 1624. punct. 2. § eodem in verb.* Und von ihren gemeinen Eltern anzurechnen / die eine Kindes Kindes-Kind / die andere Kindes-Kind iſt. Secundum quam pronunciavit † *Conſiſto-* 74
rium Supremum ad conſultationem H. V. zu *B. die 5. Novembr. Anno 1628. hiſce formalibus:* Ob gleich die Ehe zwiſchen euch und eurer Mutter Bruders Tochter-Tochter den Göttlichen und natürlichen Rechten nicht zuwider iſt: Dieweil aber doch ſolche in der bey dieſen Landen *publicir*ten Ehe- und Kirchen-Ordnung verboten / ſo wird euch ohne der Landes-Fürſtlichen Obrigkeit *diſpenſation* dergleichen Verlöbniß und Trauung nicht verſtattet und nachgelaſſen / ꝛc. Parili reſcri-

75 ſcripſit modo † *Superintendenti Chemnicenſi die 19. Maji Anno 1610.* Wann dann hieraus zu befinden / daß beyde Perſonen einander im dritten Grad der Blut-Freundſchaft ungleicher Linien verwandt / in welchem Grad des Chur-Fürſten zu Sachſen / ꝛc. unſers gnädigſten Herrn Landes- und Kirchen-Ordnung die Ehe verboten / ꝛc. Als werdet ihr die Partheyen hierauf zu beſcheiden / und von ihrem Vornehmen
76 abzuwehren wiſſen / ꝛc. † Easdemque nuptias & alibi Magiſtratus deteſtatur, veluti in Ducatu Würtembergico *ſingulari Conſtitut. matrimon. tit.* Von der Sip- und Magſchaft / *verſ.* Und dieweil. Ducatu Schleſvvicenſi, referente Paulo Cypr. *de ſponſal. & matrimon. part. 2. cap. 6.* §. *1. num. 21.* Comitatu Hennebergico, Zehner. *de gradib. pag. 55.* Revaliæ, atteſtante Ludov. Dunten. *deciſ. caſ. conſc. cap. 19. ſect. 2. quæſt. 15.*

XXXI. Reſtat tandem prohibitio in-
77 ter perſonas, † quæ parentum & liberorum loco invicem habentur, *Ordinat. Eccleſiaſt. Electoral. Saxon. dict. tit.* Von Ehe-Sachen / *Rubric.* Welche Perſonen ſich in Ehegelöbniß. §. Die Perſonen / welche ſeithalber. *verſ.* Wie dann auch niemand. *Ordinat. matrimon. de anno 1624. punct. 2.* §. Die Perſonen / welche ſeithalber / ex qua Caſparus cum Clara, proavi ſorore, in ſchemate *ſuprà theſ. 28.* illicitas dicitur contrahere nuptias, quamvis perſonæ hæ in quarto lineæ inæqualis gradu ab invicem diſtent,
78 prout † hoc caſu reſpondit *Conſiſtorium Supremum ad requiſitionem Eliæ R.* zu *D. die 27. Maji Anno 1613.* Ob nun wol euerem Vorgeben nach mehr erwehnter Matthes C. *in linea recta aſcendente vel deſcendente* nicht zu befinden / in welcher allein zwiſchen Eltern und Kindern die Ehe *in infinitum* verboten / ſonſten aber im vierdten Grad ungleicher Linien zugelaſſen: Dieweil aber gleichwol in dieſem Fall nicht ſo wol der Grad und die *proximit*ät / als der väterliche *reſpect* zu beobachtigen / indeme mehrerwehnter Matthes C. der Jungfrauen Groß-Vatern Vaters Stelle vertritt / nicht anders / als ob er *in linea aſcendente* zu befinden wäre: So mag dißfalls die Ehe nicht verſtattet werden / ꝛc.
79 Nimirum non gradus, † ſed reſpectus paternus hic conſideratur. Siquidem uno qui diſtant gradu à ſtipite communi in linea collaterali inferioribus ex altero latere exiſtentibus, non quidem parentes, eorum tamen loco ſunt habendi, §. *item amitam. 5. Inſt. de nupt. Ordin. Eccleſ. dict. Rubr.* Welchen Perſonen. §. Die Perſonen / welche ſeithalber / *in fin. ibi:* Weil dieſelben der Eltern ſtatt halten. † Ergo non magis cum eis quàm cum 80
parentibus inire licebit matrimonium, Johan. Gerhard. *dict. loco de conjug.* §. *285.* Joh. Harppr. *ad* §. *fratris vero. 3. num. 1. Inſtit. de nupt.* unde nec etiam cum avi ſorore, de quo *præced.* nec cum abavi, atavi, & ſuperiorum fratribus atque ſororibus, ſi viverent, nuptiæ poſſent celebrari propter identitatem rationis, quæ & heic obtinet, reſpectûs nempe paterni, † qui de jure 81
etiam civili nuptias haſce inceſtas facit, *dict.* §. *amitam. 5.* §. *fratris verò. 3. Inſtit. de nupt. l. 17.* §. *ult. l. 39. ff. de rit. nupt. l. 17. C. de nupt.* Harppr. *ad dict.* §. *3. & 5.* Nec abnuit Jus divinum, † 82
quo qui amitæ, materteræ &c. nuditatem detegit carnem patris & matris, *Levit. 18. verſ. 12. & 13.* quin imò carnem ſuam nudat, *Levit. 20. verſ. 19.* Ergo & nudans amitam atque materteram magnas, majores &c. carnem avi aviæque, proavi & proaviæ &c. diſcooperiet, cum fratres ſororesque una ſint caro, *dict. verſ. 12. 13. 14. Levit. 18. Geneſ. 37. verſ. 27.* † ut 83
hinc prohibitio connubii inter aſcendentes & deſcendentes de jure divino etiam caſum præſentem includat, Gerhard. *dicto loco.*

XXXII. Perſpectis gradibus in matrimonio contrahendo legibus Sereniſſimi Electoris Saxoniæ prohibitis proveniendum, *Secundò* † ad gradus permiſſos. Cùm au- 84
tem omnes ac ſingulæ generationes atq; gradus proximitatis matrimonio adverſariæ, ordine hactenus fuerint recenſitæ ac declaratæ, vel ex hoc ipſo ſatis conſtat, quibus econtra in gradibus nuptiæ ſint permiſſæ, quod enim interdictum haut eſt, cur ſtare prohiberetur, *l. 1.* §. *1. ff. de teſt.* Poſtquam ergo † ſanctio Electoralis prohibitiva non niſi 85
ad tertium usque gradum lineæ collateralis inæqualis incluſivè extendatur, *dict. Ordin. eccleſiaſt. ſub tit.* Von Ehe-Sachen. *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß mit einander einzulaſſen verboten. §. Die Perſonen / welche ſeithalben / ꝛc. & *dict. Ordinat. matrimon. punct. 2.* §. *2.* manifeſtè hinc eluceſcit, † licitas contrahi nuptias 86
in gradu tertio lineæ æqualis, item gradu quarto lineæ inæqualis, æqualis, ac remo-

tio-

tioribus omnibus, in quibus non eſt reſpe-
87 ctus paternus, de quo *th. præced.* † quod
oculis hoc ſchemate ſubjicimus:



Henricus nempe haut prohibetur contra-
88 here matrimonium † cum Barbara, à qua diſtat gradu tertio lineæ æqualis, quia ſanctio Electoralis prohibitiva ad gradum hunc non extenditur; prohibitionem namque divinam duplicis tantummodo gradûs, ſecundi æqualis & tertii inæqualis lineæ extenſivè, ceu ſeptimento ſatis firmatam exiſtimavit Sereniſſimus Saxo in remotioribus connubium permittens, *reſpondentibus*
89 † *ita Dnn. Conſiſtorialibus Dicaſterii ſupremi D. Paulo Laurentio Superintendenti Dreſdenſi, die 1. Martii Anno 1568.* Obwol *Nicolaus T.* hiebevor ſeines Groß-vaters Schweſter Tochter-Tochter zur Ehe gehabt / und drey Kinder mit ihr erzeuget / ſo noch alle am Leben / und itzo Dorotheen / derer Groß-Mutter auch ſeines Großvaters Schweſter geweſen / zur Ehe begehret. Dieweil aber doch ſolche Perſonen allerſeits einander im dritten Glied gleicher Linien dem Geblüt nach verwandt / ſo iſt auch gedachter *Nicolaus T.* mit gemeldter Dorotheen vermöge beſchriebener Rechte und Churfürſtl. Sächſiſcher Ordnung ſich zu verehlichen wohl befugt /
90 V. R. W. † *Et Adamo R. ab S.* auf *B. die 5. Auguſti ejusdem anni:* Daß ihr aus Zulaſſung Göttlicher Heiliger Schrifft / Käyſerl. Rechtens / und der Augſpurgiſchen *Confeſſion*-Verwandten Chur- und Fürſten *publicirten Conſtitution*en mit gedachter Jungfrau Eliſabethen eurer Groß-Mutter Bruders Tochter-Tochter / welche euch ſeitwarts im dritten Grad gleicher Linien dem Geblüte nach verwandt iſt / euch in ein verbündlich Ehegelöbniß einzulaſſen wohl befugt / und mit derſelben künftig eine Chriſtliche Ehe wohl beſitzen mögen / V. R. W. Scilicet nec jure divino nec civili hoc in gradu conſanguineis interdictum eſt matrimonium, ut hinc tutiſſimè id ipſis concedatur, licet
† alibi leges ac ſtatuta municipalia fe- 91
cerint divortium, veluti de Ducatu Schleſvicenſi & Comitatu Hennebergico refert Paul. Cypræus *de ſponſal. & matrim. part. 2. cap. 6. §. 1. num. 21. in fin.* Johan. Zehner. *de gradib.*

XXXIII. † Minus vero dubium eſt, 92
quin Caſparus in ſchemate *th. præced.* appoſito Chriſtinam, Barbaram vel Sabinam harum alterutram licitè ducat in uxorem: utraque enim prior juncta ipſi eſt in gradu conſanguinitatis quarto lineæ inæqualis abſque reſpectu paterno; poſterior autem in eodem gradu lineæ æqualis. Nulla
itaque obſtabit prohibitio, † cum & in 93
gradu proximiore, tertio ſcilicet lineæ æqualis licitæ contrahantur nuptiæ, *th. eſ. præced.* & unà cum eo gradus quoque remotiores à prohibitione excludantur, quò & faciunt verba *allegat. ord. matrim. de anno 1624. & Ordin. Eccleſ. dict. loc.* Und was auch unter denen einander näher verwandt ſeyn mag: incluſis ſiquidem gra-
dibus proximioribus † remotiores excluſi 94
cenſentur, *arg. l. cum prætor. 12. ff. de judic. l. maritus. 20. C. de procurat.* Tiber. Decian. *lib. 7. conſil. 64. num. 11.* cui non parum roboris addit, quod nec jure Divino nec Cæſareo in gradu conſanguinitatis quarto nuptiæ ſint prohibitæ, à quo per interpretationem ſtatuti non recedendum, Ludov. Roman. *conſil. 197. num. 2. & conſil. 399. num. 1.*
† accedente porrò autoritate *Conſiſtorii Su-* 95
premi Paſtori in Borak ita reſpondentis, die 11. Febr. Anno 1609. Daß des Brudern Sohnes Tochter Maria an einem / und des Brudern Tochter Tochter-Sohn Urban anders Theils / weil ſie einander im vierdten Grad ungleicher Linien dem Geblüte nach ſeithalben verwandt / einander
zu ehelichen wohl befugt. V. R. W. † Nec 96
non *Rudolpho à Bünaw* zum Wehſenſtein / *die 24. Aug. Anno 1608.* Als ihr uns berichtet / daß Simon Aſmus von R. Annen /

nen / Georg H. von L. nachgelaſſene Tochter / welche ihme der Blut-Freundſchaft wegen alſo zugethan / daß ſie ſeines Groß-Vaters Vaters-Bruder-Tochter iſt / zu Falle bracht und geſchwängert hat / und dahero gefraget / ob dieſe Vermiſchung dem Geblüte zu nahe / und höher als eine gemeine fleiſchliche Unzucht zu ſtrafen? Demnach erkennen und ſprechen wir vor recht / weil dieſe Perſonen einander näher nicht denn im vierdten Grad ungleicher Linien verwandt / und ihnen ſich mit einander zu verehelichen ungewehret / ſo mag dieſes *ſtuprum* höher nicht denn vor eine gemeine Unzucht an ihnen
97 geſtrafet werden / 2c. † *Et M. Nicolao Rhoſtio, Superintendenti Chemnicenſi, die 26. April. Anno 1610.* Daß Stephan N. ſeine Muhme Annen / Wilhelm K. Tochter / wofern ſie eurem Anziehen nach ſeines Groß-Vaters Vaters Bruders Sohnes Enckelin iſt / zu ehlichen wohl befugt / V. R. W. Nec ſoliciti ſumus, quod alibi hiſce de gradibus ſancitum; jure ſiquidem Marchico, Haſſo-Naſſovico & Solmenſi, eos referri inter prohibitos meminit Bechſtad. *de connub. part. 1.*
98 *cap. 14.* † ſufficit enim nobis obſervantia harum provinciarum contraria, niſi quis dubiam hanc reddere auſit ex verbis *Ordin. provinc. D. Auguſti Elector. ſub tit.* Von den Perſonen und Graden / ſo von wegen der Schwägerſchafft zu ehelichen verboten / *de Anno 1557. pag. 186. fac. 2. in fin.* Wann des Bräutigams und der Braut Groß-Vater und Groß-Mutter Schweſter- oder Bruder-Kinder geweſen / ſo iſt die Ehe beyden von wegen der Blut-Freundſchaft und der Schwägerſchaft halben verboten / nach
99 gemeinen und üblichen Rechten. † Quibus in gradu quarto lineæ æqualis, & per conſequens etiam ac multò magis eodem in gradu lineæ inæqualis nuptias prohiberi, ſatis perſpicuum videtur. Sed quis neſcit, Sereniſſimum Legislatorem ab hac ſanctione receſſiſſe, prohibitio-
100 nem † verbis nequaquam obſcuris ad tertium lineæ inæqualis gradum reſtringentem, *dict. Ord. Eccl. & Ord. matrim. ſub tit.* Von Ehe-Sachen. *Rubr.* Welche Perſonen ſich in Ehegelöbniß. §. Die Perſonen welche ſeithalben. Derogant ſiquidem leges poſteriores prioribus, *l. 28. ff. de legib. l. 2. ff. de conſtit. princ.* Licèt
101 nec malè quis dixerit, † verba prædicta *Ordin. provinc. de anno 1557.* non diſpoſitivè, ſed relativè poſita de jure canonicò exaudienda eſſe, quo ad quartum usque gradum incluſivè extenditur prohibitio matrimonii, *can. de propinquis. 35. quæſt. 2. cap. non debet. extr. de conſangv. & affin. cap. 3. extr. de clandeſt. deſponſat.* Quid autem ad nos proviſio juris potificii hoc in paſſu?

XXXIV. Reſtat *tertium* hujus capitis membrum, † quam cognationem gra- 102
duum prohibitio ſtringat, ubi id inprimis controvertitur: *An proximitas ſanguinis ex alterutro ſaltem latere in gradibus prohibitis impedimento ſit nuptiis?* Finge:
† Titium petere in matrimonium Annam 103
gradu ſecundo lineæ æqualis, vel filiam ejus Bertam, gradu tertio lineæ inæqualis, utramque tamen ex alterutro ſaltem parente ſibi junctam, indigante hoc ſchemate:



Poſtquam enim in foro Saxonico † frater 104
ex alterutro ſaltem parente junctus, gradu uno habetur remotior fratre utrinque conjuncto, Land-Recht / *lib. 2. artic. 20. ubi Gloſſ. & lib. 1. artic. 3.* quæ graduum diverſitas ad reliquos etiam extenditur progenitos / ſecundum tradita *ſuprà th. 5.* 11
non poteſt non hinc dubia reddi prohibitio conjugii in caſu propoſito, maximè verò
† in perſona Bertæ, quæ hac ratione quar- 105
to diſtabit gradu à Titio, quo nuptias haut vetitas diximus *theſ. præced.* Num ergo ſecundùm leges municipales Saxonicas permiſſum erit hoc matrimonium? Negativè
† pronunciandum duxit *Conſiſtorium Supremum ad conſultationem* Hanſen V. zu 106
B. *die 5. Novemb. anno 1628. hiſce formalibus:* Ob gleich die Ehe zwiſchen euch / und eurer Mutter halbbürtigen Bruders Tochter-Tochter den Göttlichen und weltlichen Rechten nicht zuwider: Dieweil aber doch ſolche in der bey dieſen Landen *publicir*ten Ehe- und Kirchen-Ordnung verboten: So wird euch ohne

ohne der Landesfürſtlichen Obrigkeit *diſpenſation* dergleichen Verlöbniß und Trauung nicht verſtattet und nachgelaſſen / V. R. W. Rectè omninò,
107 † quia reſtringenda eſt graduum extenſio per proximitatem ab uno duntaxat latere in foro Saxonico ad jus ſucceſſionis, *ſupr. theſ. 15.* nequaquam verò trahenda ad cau-
108 ſas matrimoniales, † in quibus ratio habetur computationis graduum canonicæ, Johan. Schneidvv. *ad tit. Inſtit. de nupt. Rubr. an inter jus commune & Saxon. quoad computationem graduum ſit differentia, ibiq;* Matth. Weſenbec. *in not. lit. C.* Quin & in computandis gradibus quoad nuptias contrahendas non tam ge-
109 nerationis proximitas, † quàm propinquitas ſanguinis attendenda venit, *§. inter eas quoq;. 2. verſ. ſanè Inſtit. de nupt. Conſtitut. Electoral. 22. in verbis:* Einander Blutshalber verwandt / *part. 4.* Eandem verò ſanguinis propinquitatem ſubeſſe in generatione ex latere uno, quæ in progenie ex latere utroque conſideratur, non facilè quis negaverit, convictus effato Sanctiſſimi Legislatoris: *Nuditatem ſororis tuæ filiæ patris tui, vel filiæ matris tuæ, quæ genita eſt domi vel foris, non revelabis, Levit. 18. v. 9.* item: *Nuditatem filiæ uxoris patris tui, quæ genita eſt patri tuo, ſoror tua ipſa eſt, non revelabis nudita-*
110 *tem ejus, verſ. 11.* † quod licet de primo ſaltem loquatur gradu lineæ æqualis, propter rationem tamen identitatis ad reliquas etiam generationes & propinquitates extendi debet, bene monente Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 281.* Ac ne quid dubii hac de re in foro Saxonico relinqueretur, diſparitatem ſanguinis ex uno & utroque latere in nuptiis conſan-
111 guineorum † prorſus abrogatam voluit Sereniſſimus Saxo *in Ordinat. provinc. de anno 1580. in fin. pag. 189. ibi:* Es werden aber nicht allein Bluts-Freunde genannt / welche von gantzer Geburth / als von einem Vater und von einer Mutter / ſondern auch welche von halber Geburth / als von dieſer einem mit einander verwandt ſeyn / unter welchen Perſonen keine Ehe-Verbindung noch Vermiſchung geſchehen ſoll / ꝛc. Idemque exprimitur *in Ordin. eccleſ. ſæpe allegat.* §. Die Perſonen / welche ſeithalber / *in verb.* Als da ſeyn alle die Perſonen / ſo von einerley Eltern Vaters oder Mutters halber gebohren oder herkommen. *& Ordin. matrim. punct. 2.* §. Die Perſonen / welche ſeithalber / ꝛc.

XXXV. Cumque † non omnes co- 112
gnati ſint legitimi, ſed & illegitimi, hoc eſt, ex fornicatione procreati, ſeu vulgò quæſiti, jure ſanguinis inter eos referantur, non abs ratione quæritur: *An & hæc proximitas in gradibus prohibitis nuptias impediat?* Quod affirmare haut dubi-
tamus cum † Alber. Gentil. *l. 5. de nupt.* 113
cap. 9. ſive quid numen divinum ſive ratio juris dictitet, penſitemus. Eſt ſiquidem proximitas ex fornicatione in nuptiis contrahendis notata *Levit. 18. verſ. 9.* ubi ſoror prohibetur jungi matrimonio fratris, ſive ea domi ſive foris ſit genita; h. e. ſive ex legitimo matrimonio ſive ex fornicatione ſit ſuſcepta. Nec quisquam
† inficias ibit, per fornicarium etiam & 114
adulterinum concubitum propinquitatem contrahi, convictus verbis Apoſtoli: *Qui adhæret meretrici, eſt unum corpus cum ea, 1. Corinth. 6. verſ. 16.* non ergo tam generationis qualitas, quam ex copulatione carnali orta propinquitas, ſive ſanguinis communitas in prohibitionibus matrimonialibus eſt attendenda, Joh. Gerhard.
dict. loco de conjug. §. 282. † Si verò ju- 115
ris civilis dogma hoc de caſu quis nôſſe cupiat, conſulat is Paulum JCtum, qui ſanctionem pariter juris, ejusque rationem ſuppeditat hanc: *Nec vulgò quæſitam filiam pater naturalis poteſt uxorem ducere, quoniam in contrahendis matrimoniis naturale jus & pudor inſpiciendus eſt; contra pudorem autem eſt, filiam uxorem ſuam ducere, in l. adoptivus filius 14. §. ſerviles quoq;. 2. ff. de rit. nupt.* idemque repetit *in l. lege Julia. 44. §.*
nec diſtinguitur. 3. ff. eod. tit. † Nec aliter 116
ſentit Scævola JCtus: *Et nihil intereſt,* inquiens, *ex juſtis nuptiis cognatio deſcendat, an verò non, nam & vulgò quæſitam ſororem quis vetatur uxorem ducere, in l. 54. ff. eod. tit.* accedit porrò Alexandri Imperat. autoritas, qui hiſce formalibus perpetuò reſcri-
pſit: † *Liberi concubinas parentum ſuorum* 117
uxores ducere non poſſunt, quia minus religioſam & probabilem rem facere videntur: qui ſi contra hoc fecerint, crimen ſtupri committunt, in l. 4. C. de nupt. ut profectò haut ſine fundamento D. Auguſtus Elect. Saxon.
pientiſſimæ memoriæ, † legibus matrimo- 118
nialibus *Ordin. Provinc. de anno 1557.* annexis *in calce* hoc addiderit monitum: Dieweil Mann und Weib ein Leib und ein Fleiſch durch die Ehe werden / ſol ein jegliches Theil ſich von des andern Blut-Freunden enthalten. Es werden aber nicht allein Bluts-Freunde genannt / welche von gantzer Geburth / als von einem

nem Vater und von einer Mutter / ſondern auch welche von halber Ge- burth / als von dieſer einem / ja auch welche etwan auſſerhalb der Ehe gezeuget / und des Geblůts halben durch das natůrliche Recht mit ein- ander verwandt ſind / unter welchen Perſonen keine Ehe-Verbindung noch Vermiſchung geſchehen ſolle / wie auch im dritten Buch Moſe am 18. Cap. verboten wird / und wer die- ſer Perſonen eine / ſo ihme mit Blute verwandt und verboten / berůhret / der hat eine Blutſchande begangen.

119 Rectè ideoque reſpondit † *Conſiſtorium Su-*
premum Dresdenſe die 7. Febr. An. 1616. Mar-
co L. 31 A. Seyd ihr euch mit Marien S. in ein Ehegelőbniß einzulaſſen ge- meynet. Nachdeme aber ſolche aus unehelichem Beyſchlaf ihrer Mut- ter Sabinen S. welche von eures Vatern Bruder geſchwångert wor- den / zur Welt gebohren / wird von euch gezweiffelt / ob dergleichen E- hegelőbniſſen zulåßlichen. Dieweil dann dergeſtalt bemeldte Maria S mit euch Geſchwiſter Kind iſt / in welchem Fall dieſer Lande *Conſtituti- on* nach / die Verehelichung nicht ſtatt hat: So ſeyd ihr dahero mehr- angeregte Marien S. unangeſehen die Blutfreundſchafft aus unehli- chem Beyſchlaf herrůhret / ohne ſonderbare Landesfůrſtliche *diſpen- ſation* zu heyrathen nicht berechti- get / V. R. W.

CAP. IV.

Quis arboris uſus in contrahendo affi- nium matrimonio?

XXXVI.

1 NOn minus ratione affinitatis, quàm
conſanguinitatis, nuptiæ contrahun-
tur inceſtæ in gradibus prohibitis, ex indu-
bitatâ Doctorum opinione, fundatâ *in* §.
affinitas. Inſt. de nupt. l. nemini. C. eod. tit. l.
adoptivus. §. nunc videamus. l. ult. ff. de rit.
nupt. cap. 1. extr. de conſang. & affin. Hoſt.
in ſummar. extr. de adult. numer. 12. Angel.
Aretin. *in tract. malef. verb. che hai adulte-*
rato la mia donna. numer. 66. Matth. Steph.
ad art. 117. Ordin. crim. Carol. verſ. denique
inter affines. Hartm. Piſt. *obſerv. 192. numer.*
80. & ſeqq. Nec cognitu difficile erit,
2 † quænam hæ ſint, & quibus in gradibus
nuptiæ prohibitæ, ſi quid ratione cogna-
tionis interdictum heic repetamus. Firma
enim ſtat regula catholica: † *Quibus gra-*
dibus nuptiæ prohibitæ ſunt ratione cogna-
tionis, iisdem quoque prohibitæ intelliguntur
ratione affinitatis, cap. 1. cap. pen. extr. de con-
ſang. & affin. can. de propinquis. can. æqua-
liter. 35. quæſt. 2. Ordin. provinc. Saxon. ſub
rubr. Die Ehe wird verboten / *tit.* von
der Schwågerſchafft. *pag.* 189. *Ordin.*
eccleſ. tit. von Eheſachen / *rubr.* wel-
chen Perſonen ſich in Ehegelőbniß
mit einander einzulaſſen verboten.
Ordin. matrim. de anno 1624. punct. 2. §.
Zum dritten. Johann. Schneidw. *ad tit.*
Inſt. de nupt. rubric. de arbor. affin. Matth.
Weſenb. *ad* §. 6. *num. 2. Inſt. eod. tit.* Balth.
Mentzer. *de conjug. rubr. de probibit. grad.*
in affin. pag. 76. & 77. Joh. Gerh. *dict. loco*
§. *336.* † Meritò ſanè, quia affinitas eſt ſi- 4
mulachrum cognationis, & dicuntur Af-
fines quaſi Conſanguinei, propterea
quòd conjuges non ſint duo, ſed una caro,
Gen. 2. verſ. 24. Bechſt. *de matrim. part. 2. c.*
3. pag. 160. Quis non ergò hinc videt, inter
affines † nuptiarum prohibitionem in 5
provinciis Electoratûs Saxonici ad ter-
tium usque gradum lineæ inæqualis inclu-
ſivè extendi, nec in lineâ rectâ unquam
permitti matrimonium affinibus, quin
nec iis, qui in lineâ collaterali parentum
& liberorum reſpectum intrant, cùm pa-
rili ratione † ac gradu vetitæ ſint nuptiæ 6
inter cognatos, *ſupr. th. 24. & 28. dict. eccleſ.*
Rubr. Welchen Perſonen ſich in Ehe-
gelőbniß. *& in Ordin. matrim. punct. 2.*
Poſſent hæc ſufficere informationi de u-
ſu arboris practico in affinitate. Sed ut
metas inſtituti obſervemus, ſpecialiùs
paululum, breviſſimis tamen in ſingulos
gradus & genera affinitatis inquirere lu-
bentia nobis eſt hâc methodo, ut refera-
mus (1.) *gradus in conjugio affinium probi-*
bitos. (2.) *in quibus affinitatis generibus.* (3.)
quâ in affinitate.

XXXVII. Gradus in affinium nuptiis
prohibitos ſi *Primò* perluſtremus, occurrit
ſtatim † linea recta aſcendentium, & de- 7
ſcendentium: quibus non magis quàm pa-
rentibus & liberis nuptias contrahere per-
miſſum eſt *ſupr. th. 20. Ord. eccleſ. alleg. tit.*
von Eheſachen. *Rubr.* welchen Perſo-
nen ſich in Ehegelőbniß mit einan-
der einzulaſſen verboten *in pr. Ord. ma-*
trim. punct 2 pr. verſ. Wann es auch gleich
Stieff-Eltern und Stieff-Kinder
ſeyn / ſollen ſich mit einander in Ehe-
gelőbniß nicht einlaſſen. † Quod ſi ergò 8
quæſiveris; num matrimonium vitrici
cum privignâ, vel privigni cum novercâ:
ſoceri cum nuru: vel generi cum ſo-
cru jure ſubſiſtat, reſponſio negativa
in promtu eſt, *Conſtit. Elect. 24. part. 4.*
non ſolùm propter reſpectum paternum,

qui matrimonialem conjunctionem in hiſ-
ce perſonis deteſtatur. *arg.* §. *ergò non o-*
9 *mnes.1. Inſt. de nupt.* ſed etiam † quod ſum-
mo Nomothetæ nuptiæ hæ ſint abomino-
ſæ, *Levit.18.verſ.8.15.17.& cap.20. verſ.11. 12.*
Deut.27.verſ.20.23.1.Corinth.5.v.1.Ezech.22.
10 *v.11.*†Prohibitæ etiam ſunt canonibus pon-
tificiis, *can.ſi quis.32.quæſt.7.can. & hoc.can.*
ſi vir.35. quæſt.3. cap. transmiſſa. extr. de eo
11 *qui cognovit conſangv. uxor. ſuæ.* † nec non
jure Cæſareo, *in* §.*6.& 7.Inſt.de nupt.l.12.§.*
1.2.&3.l.14.l.15.l.40.l.53.ff.de rit.nupt.l.4.l.17.
C.de nupt. Benè hinc reſcribentibus *Dnn.*
12 *Conſiſtorialibus Johanni Seltenreichen Paſtori*
Lichtenburgico, *die* 4. *Jun. An.* 1613.† **Wir**
haben euern an unſern lieben *Collegam*
Herrn *D.Paulum Laurentium*, **Superin-**
tendenten allhier zu Dreßden getha-
nen Bericht in Sachen *Caſpar G* **zu**
Lichtenbergk / welcher ſeine Stief-
Tochter zu ehlichen begehret / ver-
leſen hören. Wann dann dieſe Ehe
in göttlicher heiliger Schrifft / auch
allgemeinen und Landüblichen
Rechten verboten: Als begehren an
ſtatt höchſt-gedachtes unſers gnä-
digſten Herrn wir hiermit / ihr wol-
let die Partheyen von ihren Vorha-
ben abweiſen / etc. nec in primo lineæ
deſcendentis gradu ſubſiſtendum, ſed in
infinitum usque prohibitio extenditur, ita
13 ut † non audiendus ſit vitricus, ſi cum pro-
privignâ vel filiâ privignæ, defunctæ con-
jugis nepte connubium inire velit, Johan.
Gerh. *allegat.loc.*§.336. Balth. Menzer. *dict.*
rubr. de grad. prohib. in affin.pag.78. Johan.
Schneidwin. *ad pr. Inſt.de nupt. rubr.de ar-*
bor.affin.n.12. Joh. Harppr. *in* §. *affinitatis.*
6.n.4.inſt.eod.tit. ob rationes modò dictas,
14 † quæ reliquis etiam aſcendentibus & de-
ſcendentibus ſunt impedimento, quo mi-
nùs nuptiæ licitè contrahantur: quin &
parentum appellatione avus aviaque nec
non reliqui aſcendentes comprehendun-
tur, *pr.Inſt.de grad. l.appellatione.51.l.juſta.*
201.ff.de V.S. Joh.Harppr. *ad pr.n.19.Inſt.de*
15 *patr.poteſt.*† quemadmodum vice verſâ ne-
potes pariter & neptes cæterique ex filio
deſcendentes veniunt nomine liberorum,
l. liberorum.220.ff.de V. S. accedente *Conſi-*
ſtorii Supremi reſponſo ad petitionem Tobiæ
16 *H.die 11.Auguſt. Anno* 1628.† **Dieweil a-**
ber die Ehe in auff- und abſteigender
Linien gänzlich verboten / und ge-
dachter euer Freund ſelbiger Jung-
frau / die er itzo zur Ehe begehret /
leibliche Großmutter zum Weibe
gehabt? So iſt er als Stief-Groß-
Vater derſelbigen Tochter-Toch-
ter zu ehelichen nicht befugt / D.
R. W.

XXXIIX. Difficilius certè deciſum nō eſt
in lineâ † collaterali ſive obliquâ, ſi Regu- 17
læ ſuprà poſitæ firmiter inhæreamus; gra-
dus nempe vetitos jure ſanguinis prohibi-
tos quoq; eſſe ratione affinitatis, *th.36.* Non
ergò in gradu primo lineæ collateralis æ-
qualis permiſſum erit conjugium, nec cui-
quam licitum uxoris defuncti ſororem vel
fratris viduam ducere in uxorem. † Quod 18
quidem de jure pontificio & civili vix du-
bium, poſtquam Canones ad quartum usq;
gradum nuptias prohibeant etiam in affi-
nitate, *cap. ſuper. cap. fraternitati. extr. de eo*
qui cognovit conſang. uxor. cap. ex literis. cap.
non debet.&ſeq.extr.de conſ.&affin.† Jus au- 19
tem civile expreſsâ ſanctione nuptias cum
fratris viduâ interdicat, *in l.fratris.5.l.8.&l.*
ult.C.de inceſt.nupt. cui accedit ex prohibi-
tiva municipalis in *Ord eccl.allegat.tit.* **von**
Eheſachen. *Rubr.* **welchen Perſonen**
ſich in Ehegelöbniß. §. **wie nun denen**
Perſonen. *Ord matr. punct.2.* §. *eod. dict.*
Conſt. Elect. 24.*part.* 4. At de jure divino 20
ambiguum redditur hoc deciſum ex eo,
quòd Deus prohibeat ducere in matrimo-
nium uxoris ſororem, illâ adhuc vivente,
Lev. 18. *verſ.*8. unde à contrario ſenſu, de-
functâ uxore id permiſſum videtur. Sed
periculoſiſſima † eſt argumentatio à con- 21
trario ſenſu, quin planè invalida contra
prohibitionem expreſſam juris divini, quâ
reperire licet *Lev.18.v.16.Nuditatem fratris*
tui ne retegito, *nam nuditas fratris tui eſt*,
Et *Lev.20.v.21.Vir qui acceperit uxorem fra-*
tris ſui, fœditas eſt, nuditatem fratris ſui reve-
labit, absq; liberis erunt. † Hæc licet Hart. 22
Piſt. de uxore fratris viventis repudiatâ in-
terpretari præſumat, *obſ.*192.*n.*99. genera-
litas tamen prohibitionis non parùm ob-
ſtat: & ſi reſtringere eam liceret ad repudi-
atam, † veremur, ne ex rationis paritate & 23
alia præcepta *Lev.* 18. ita reſtringantur,
quod forſan nemo Theologor. hactenus
ſenſerit. Quæ autem horum ſit mens & o-
pinio, inſtar omnium nobis ſit teſtimoniū
Jo.Gerh. Sed quid ille? *Quotquot* † *Theol. ve-* 24
teres & recentiores(inquit *in loc.de conjug.* §.
347.*p.* 515.*l*)*eges in Levitico latas non forenſes*
nec ceremoniales, ſed morales eſſe agnoſcunt,
quoquot etiam non perſonas, tantùm disertè
nominatas, ſed etiam gradus æquidiſtantes
prohibitos eſſe ſtatuunt, agnoſcunt conjugium
cum defunctæ uxore ſororis eſſe prohibitum
Hactenus Gerh. qui & B. Lutheri † autho- 25
ritatem adducit *ex literis ad Spalatinum*
datis 3.*Mart. Anno* 1530. & contra Bellarm.
hanc

hanc ſententiam pluribus tuetur, in quam etiam colliminant Matth. Hafenreffer. *in loc. theol. libr. 3. loc. 10. de conjug.* Beza *in tract. de repud. & divort. pag. 78.* Nicol. Hemming. *in libello de conjug. pag. 119.* Joach. à Beuſt. *de matrim. part. 2. c. 51. verſ. concludimus igitur.*
26 † Aſſentiente porrò *Conſiſtorii ſupremi pronunciato ad conſultationem Johannis V.* zu *T. die 27. Jul. anno 1613.* **Dieweil denn ſolches Göttl. und weltlichen Rechten zuwider / und niemand zugelaſſen / ſich mit ſeines verſtorbenen Weibes Schweſter zu verehelichen So wird bemeldter euer Schwager von ſeinem Vorhaben billig abgemahnet.** Quid ergò eſt, quod Numen
27 divinum † jubeat fratrem fratris absque filio defuncti ſemen acceptâ ipſius uxore ſuſcitare? *Deut. 15. verſ. 5.* non malè forſan dixerimus, voculam *fratris* ibidem non de fratre germano, ſed aliis cognatis gradibus remotioribus diſtantibus, fratris tamen titulo indigitatis intelligendum eſſe cum
28 Beuſt. *dict. cap. 51.* † vel legem iſtam de ducendâ Fratria planè ceu ſingularem ſoli populo Judaico fuiſſe propoſitam in caſu ſpeciali, ſi frater absque liberis deceſſerit, & ſpectâſſe eam ad conſervandam diſtinctionem tribuum ac familiarum, ut cognoſci poſſet, ex quâ familiâ Salvator foret expectandus; in Novo autem Teſtamento, Chriſto jam nato, & rationem legis & legem ipſam penitùs expirâſſe, cum communi Theologorum ſcholâ, Hemming. *de conjug. pag. 119.* Joh. Thom. Freigius *de arbor. conſang. & affin. fol. 294.* Förſt. *de nupt. c. 7. p. 5. & ſeq.*

XXXIX. Deveniamus ad gradum affini-
29 tatis paululùm remotiorem, † qui eſt ſecundus lineæ inæqualis, in quo cum ratione cognationis nuptiæ ſint vetitæ. *theſ. 29.* nec inter affines hoc gradu licitum contrahi matrimonium, regula noſtra expeditum reddit. Non itaque eſt, quod dubitemus à nuptiis cum conjugis defunctæ ſororis filiâ: patrui viduâ: materteræ defunctæ vi-
30 duo: & filio gloris abſtinendum fore, † ſcilicet quod omnes hæ perſonæ in parili affinitatis gradu, ſecundo nempe lineæ inæqualis, invicem ſint conſtitutæ. Quo de fidem facit pleniſſimam *Reſponſum Conſiſtorii Supremi, Superintendenti Haynenſi da-*
31 *tum die 5. Febr. an. 1620.* † **Dieweil in Eheſachen ſeitwarts der andere Grad ungleicher Linien der Schwägerſchafft / ſo wol als dem Geblüt auch in göttlicher heiliger Schrifft / und gemeinen auch Land-üblichen Rechten verboten; So kan Andreas K. zu Pleſſa ſeines vorigen Weibes Schweſter Urſulen Martin T. Tochter zu ehelichen nicht verſtattet werden / V. R. W.** Nititur hoc reſponſum † non modò jure civili & muni- 32
cipali, de quo forſan minus dubium ex traditis *th. 29.* ſed & jure divino, quod licèt negant Petr. Weſenb. *conſil. 23.* & Fichard. *vol. 2. conſ. 68.* eò quod in ſacro Codice nullibi verbis expreſſis connubium hiſce perſonis fuerit interdictum; fallunt tamen, ſi verba ſummi Nomothetæ penſitemus:
† *Nuditatem patrui tui non revelabis, nec ac-* 33
cedes ad uxorem ejus, uxor patrui tui ipſæ, Levit. 18. verſ. 14. & cap. 20. v. 20. Quibus alios eodem gradu junctos affines incluſos, fatebitur quiſque, qui non modò perſonarum verbis recenſitarum, ſed † etiam pari in gra- 34
du exiſtentium nuptias lege Moſaicâ *Lev. 18. & 20.* prohiberi perſpectum habet *ſupr. th. 24* Caſpar. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. cap. 4. quæſt. 43.* Hafenreffer. *in loc. pag. 634.* Chemnic. *de conjug. cap. 3. reg 10.* Gerh. *de conjug. §. 351. pag. 522.* Bidenbach. *de cauſ. matrim. p. 50.* Alber. Gentil. *lib. 5. de nupt. c. 10. p. 549.* Frid. Pruckman. *part. 2. conſil. 11.* Cypr. *de matrim. pag. 689.*

XL. Progrediamur porrò ad gradum lineæ æqualis ſecundum, & inæqualis tertium, † in quo utroque nuptiæ inter affines 35
haut licitæ habentur, non quidem de jure divino & civili, quo nec cognatis hoc gradu matrimonium interdictum, niſi reſpectus interveniat paternus, *th. 29. & 30.* ſed ex lege municipali, quæ nuptias conſobrinorum prohibet, *dict. th. 29.* ut † ne- 36
que hinc viro patruelis, amitini conſobrinivè ſui viduam in uxorem ducere, neque fœminæ patruelis, amitinæ, conſobrinævè ſuæ viduo nubere liceat, vigore regulæ ſæpiùs allegatæ, quâ † gradus ra- 37
tione ſanguinis prohibiti etiam in affinitate vetiti cenſentur, *Ord. eccleſ. tit.* **Von Eheſachen.** *Rubr.* **welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß. §. wie nun den Perſonen.** Joh. Schneidw. *ad tit. Inſt. de nupt. rubr. de arbor. affin. n. 10.* quo ex fundamento hoc pronunciatum ſuſtinuit
† in *Conſiſtorio ſupremo Gregor. L.* **zu E-** 38
bersbach *die 7. Martii Anno 1611.* **Ob wol in Göttlicher heiliger Schrifft dieſer andere Grad gleicher Linien der Schwägerſchafft nicht verboten: So läſſet doch des Churfürſten zu Sachſen / unſers gnädigſten Herrns Kirchen-Ordnung die Ehe in ſolchem Grad zu**

Erhaltung mehrer Zucht und Erbarkeit nicht zu. Derowegen könnet ihr gemeldte Perſon/ weil ſie euch im andern Grad der Schwägerſchafft gleicher Linien verwand iſt/ nicht zum Weibe nehmen/ V. R. W. Eodemque nititur jure prohibitio nuptiarum
39 † in tertio lineæ inæqualis gradu, quo cognati à patrimonio abſtinere jubentur lege municipali, in *dict. Ordin. eccleſ. & Ordin. matrim. ſupr. theſ. 30.* Quare non audiendus, qui patris vel matris ſuæ conſobrini viduam, aut etiam conjugis ſuæ patrui, amitæ, avunculi & materteræ neptem in matri-
40 monium petit † ſtante *Conſiſtorii Supremi ſententiâ die 10. Martii anno 1609.* Dieweil in dieſem Churfürſtenthum die Ehe im dritten Grad ungleicher Linien ſeitwarts ſo wol der Schwägerſchafft/ als dem Geblüte nach verboten; So wird auch Hanſen L. ſeiner Groß-Mutter Bruders-Sohnes Wittib zu ehelichen nicht verſtattet/ V. R. W. Neutrum verò pronunciatum ultra terras Electoratûs Saxonici
41 ſe extendit, † poſtquam jure pariter divino & civili non modò inter conſobrinos, ſed & cum horum liberis nuptiæ permittuntur, ut modò diximus. Qui non ergò affinibus concederentur? cum affinitas cognationis ſimulachrum habeatur, ac eadem inter utrosq; exiſtat prohibitio ex regulâ noſtrâ *th. 53.* poſitâ.

42 XLI. Cumque in eodem † lineæ inæqualis gradu reperiantur patruus magnus, avunculus magnus, amita & materea magna, nec cum horum viduis licitè nuptias contrahi ex prædictis manifeſtum eſt, prohibitio nimirum lege municipali conjugio in gradu lineæ inæqualis tertio, cujus duplicem reſpectum dedimus demonſtratum
43 *ſupr. th. 30.* † interveniente enim quantumvis novâ generatione in conſobrinis parentum, nequaquam tamen ſecundùm canones gradus inde multiplicantur, ut hinc ex rationis identitate tàm à patrui magni, quàm patris conſobrini viduæ nu-
44 ptiis abſtinendum, † tutò ſic inferente *Conſiſtorio ſupremo ad requiſitionem Superintendentis Coldicenſis die 20. Decembr. an. 1607.* Dieweil die Ehe im dritten Grad ungleicher Linien der Schwägerſchafft verboten; So wird Aſinus L. ſeiner Großmutter Bruders Wittiben/ welche ihm ſeitwarts im dritten Glied ungleicher Linien der Schwägerſchafft nach verwandt iſt/ zu ehelichen nicht verſtattet/ V.
R. W. Longè fortior † autem eſt prohi- 45
bitio matrimonii cum patrui & avunculi magni vidua, quàm cum eâ, quæ conjunx aliquando fuit patris conſobrini, propter reſpectum ſcilicet paternum, poſtquam † 46
uno qui diſtant gradu à ſtipite communi in lineâ collaterali, inferioribus ex altero latere exiſtentibus, non quidem parentes, eorum tamen loco ſunt habendi, §. *item amitam. 5. Inſt. de nupt. Ordin. eccleſ. dict. tit.* von Eheſachen. *Rubr.* welchen Perſonen. §. die Perſonen/ welche ſeithalten / *ibi*: Weil dieſelbe der Eltern ſtatt halten. † Ex quo manifeſtum red- 47
ditur, de jure quoque divino nuptias haſce cenſeri prohibitas, quippe quia reſpectus iſte legibus quoque Moſaicis eſt approbatus, *Levit. 18. verſ. 12. & 13.* nec ulla inter cognationem & affinitatem diverſitas admittenda, *ſuprà th. 36.* Per conſequentiam porrò & hoc notatu dignum, † quod inter- 48
dictio matrimonii hoc caſu ad gradus quoque ulteriores affinitatis ſe extendat, ita ſcilicet, ut nec proavi ſororis nec fratris proneptis viduam in uxorem petere liceat propter reſpectum paternum, qui & heîc impedimento eſt nuptiis, ut maximè quarto affinitatis gradu perſonæ hæ ab invicem diſtent, *ſupr. th. 31.*

XLII. Diximus hucusque, quibus in gradibus affinitatis nuptiæ contrahantur inceſtæ: † ex quo, quæ licitæ ſint, quibusque 49
in gradibus permiſſæ, ultrò perſpicuum, ſi præſertim quod ratione conſanguinitatis hoc de genere dictum *th. 32. & 33.* nuptiis affinium accommodemus, quod jure fieri haut ſemel monuimus. Pergimus ideoque *ad ſecundum* hujus capitis membrum, quo reliqua duo affinitatis genera ſiſtuntur, in quibus num uſus aliquis noſtræ arboris conſiſtat, tribus manifeſtum faciemus regulis. Sit ergò prima: † *Permiſſum haut eſt* 50
matrimonium in lineâ rectâ inter aſcendentes & deſcendentes in genere ſecundo affinitatis; ſchemate hoc declarante:

| Johannes Maria | — | Titius | — | Sabina |

| Vidua | — | Johannes |

De jure quidem Canonico Regula haut 51
ſubſiſtit. Etſi † enim quondam hoc nuptias in primo genere affinitatis ad ſeptimum usque gradum prohibebat, *can. nulli. 35. quæſt. 5.* in ſecundo usque ad quartum, in tertio verò usque ad gradum ſecundum, Hoſtienſ. *in ſummar. extr. de eo, qui cognovit*

vit conſangv. uxoris. num. 5. attamen hodiè
52 ſecundum & tertium genus affinitatis † de Jure Canonico nuptiis impedimento haut eſt, *cap. non debet. cap. quod ſuprà. extr. de conſangv. & affin.* Didac. Covarr. *de matrim. part. 2. cap. 6. §. 7. numer. 6.* Johann. Schneidw. *ad tit. Inſt. de nupt. rubr. de arbor. affin. num. 11. verſ. ſed hodiè &c.* unde di-
53 ſtinctionem illam † diverſorum affinitatis generum tantummodo propter canones antiquos docendi & perſpicuitatis cauſa tolerari, cæteroquin exiguum ejus eſſe uſum, autumat Reinh. Bachov. *in not. ad Treutler. vol. 2. diſput. 6. theſ. 3. lit. b. verb. diſſent. aut. Canoniſt. &c.* Sed quidquid ſit, de
54 jure canonum, † moribus certè noſtris uſu & effectu haut deſtituitur arbor noſtra in ſecundo genere affinitatis, circa prohibitionem matrimonii, in lineâ præſertim rectâ, quâ intuitu affinitatis eas inter perſonas, quæ parentum liberorum-
55 que loco ſibi eſſe cœperunt, † etiam in genere ſecundo nuptiæ habentur nefandæ, Dn. Johan. Major *in diſput. de nupt. cap. 13. quæſt. 2.* Zehner. *de gradib. pag. 110.* Chytr. *in Levit. pag. 412.* Johann. Gerhard. *in loco*
56 *de conjug. §. 353.* Abſtinendum † ideoque ex regulâ noſtrâ, indigitante ſchemate, viduæ Johannis à mariti ſui defuncti vitrico Titio, ut Johanni viduo à vitrici viduâ Sabinâ, nec nuptiæ inter haſce perſonas permittendæ. Quam regulam jamdudum
57 comprobavit † *Conſiſtorium Supremum Electorale Saxonicum pronunciatis ſuis à Vincentio R.* zu *E. requiſitum die 2. Junii, Anno 1610.* **Ob nun wol ihres Theils an Einwilligung und** *Conſens* **nicht zu zweiffeln. Dieweil aber beyde Perſonen** *in ſecundo genere affinitatis* **in auf- und niederſteigender Linien einander verwandt / und niemand ſeines Stief-Sohnes Wittib ehelichen mag: So wird ihm dieſe Heyrath nicht unbillich verweigert / und iſt er von ſolchem Vornehmen abzu-**
58 **ſtehen ſchuldig / V. R. W.** Et † *à Paulo S.* zu *B. die 27. Julii, Anno 1616.* **Wiewol nun ſelbige Perſon itzt erwehnter Maſſen euch nur** *in ſecundo genere affinitatis* **verwandt: Dieweil ſie aber gleichwol euren Stieff-Vater zur Ehe gehabt / dahero zwiſchen euch ſolche Heyrath nicht wohl ohne ſonderbare Aergerniß vollbracht werden mag. So ſeyd ihr euch demnach dieſes Verlöbniß zu enthalten und davon abzuſtehen ſchuldig / V. R. W.** Præjudiciis hiſce ſi quis non contentus, audiat is deciſi fundamenta.

Et (1.) quidem ſanam rationem, † quam 59
ſuggerit reſpectus paternus & filialis; continuatâ ſiquidem à vitrico vel novercâ per ſubſequens matrimonium copulâ, continuata ſimul fuit materna novercæ & paterna vitrici propinquitas; eſtque vitricus viduæ privigni inſtar patris, & privignus viduæ vitrici filii loco, ſiquidem vidua cum privigno ex uxore vitrici nato, & ſic filii loco conſtituta, facta eſt una caro; & rurſus cum vitrico, qui pater habetur privigni, vidua ejus una facta eſt caro, ut hinc vel ſaltem ratione honeſtatis naturalis matrimonium hoc habeatur illicitum. (2.) 60
† Quod etiam lex divina averſatur, dum prohibet conjugium privigni cum novercâ, & privignæ cum vitrico, *Lev. 18. verſ. 8.* quæ prohibitio, propter unitatem carnis ad viduam vitrici & privigni extenditur, Johan. Gerh. *dict. loc.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. cap. 4. quæſt. 45.* (3.) Convenit huic quoque † jus civi- 61
le, matrimonium in ſecundo affinitatis genere inter aſcendentes & deſcendentes prohibens, *l. uxorem. ff. de rit. nupt.* ubi uxor quondam privigni matrimonio vitrici conjungi prohibetur, *l. non facilè 4. §. hoc itaq; 7. ff. eod. tit.* (4.) Accedit tandem in Electoratu Saxoniæ ſanctio prohibitiva ſat manifeſta † *in Ordinat. Provincial. de An-* 62
no 1557. ſub rubr. **Folget nun von Perſonen und Graden / ſo von wegen der Schwägerſchafft zu ehelichen verboten.** *pag. 185. 186. & 187. in verbis:* **Seines Weibes Stieffmutter / welche ihr Vater nach ihme gelaſſen.** *Item:* **ihres Mannes Stieffvater / welchen ſeine Mutter nach ihr gelaſſen.** *Item:* **des Stieff-Sohnes Weib,** *& poſtea:* **der Stieff-Tochter Mann.** Habemus
ergò † in noſtris provinciis, quod expedi- 63
unt *Conſiſtoriales Wittebergenſes* **in Berathſchlagung: Ob die Verlöbniß** *in ſecundo affinitatis genere* **ſollen zugelaſſen werden / und einer ſeines Stieff-Sohnes Wittib zur Ehe nehmen möge:** *hiſce verbis concludentes:* **und weil denn hierinnen die** *Canones à jure civili diſcrepi***ren / ſo wäre dieſer Sachen mit einer** *Conſtitution* **oder gewiſſen Ordnung zu helffen /** apud Georg. Dedeken. *vol. 3. lib. 3. ſect. 6. numer. 3. pag. 396. & 397.*

XLIII. Regulam † ſecundam quoad li- 64
neam obliquam in ſecundo affinitatis genere ponimus hanc: *Haut permittendæ ſunt nuptiæ inter collaterales in ſecundo affinitatis genere,* Cujus hunc typum annectimus:



65 Johannes † ergò viduus Mariæ denatæ,
fratris ejusdem Pauli defuncti viduam
Bertam, quæ ſibi in gradu primo generis
ſecundi affinitatis lineæ æqualis juncta eſt,
in uxorem ducere haut poteſt, reſcribente
ita *Conſiſtorio Supremo Superintendenti Offi-*
66 *tienſi die 10. Auguſti An. 1614.* † Wir ha-
ben euern eingeſchickten Bericht/ be-
treffend Matthes B. welchem ihr
ſeines verſtorbenen Weibes Bru-
dern Wittwe zu ehelichen nachge-
laſſen / verleſen hören. Wann aber
in computatione graduum Mann und
Weib vor eine Perſon / und alſo die-
ſer Fall nicht *ſimpliciter prò ſecundo genere*
affinitatis zu achten / ohne daß auch in
Eheſachen/ ſo viel müglich/ Aerger-
niß zu verhüten / vornemlich auf
Zucht und Erbarkeit zu ſehen: Als
begehren an ſtatt höchſt-gedachten
unſers gnädigſten Herrns wir hier-
mit/ihr wollet euch hinfüro derglei-
chen Nachlaſſung enthalten / ſolche
Fälle anhero berichten / und darauf
unſerer Anordnung gewarten/etc. ex
causâ huic reſcripto inſertâ non conte-
67 mnandâ † quæ in pudore & honeſtate pub-
licâ conſiſtit. Cujus rationem, inquit Balth.
Mentz. *de conjug. 80. pag. 81.* tantam hoc
caſu eſſe debere, ut à tali conjugio homi-
nes abſterreantur; nam ſi ullibi, certè in ta-
libus nuptiis locum habet illud Modeſtini.
In contrahendis nuptiis non ſolùm quid liceat,
ſed etiam quid deceat & honeſtum ſit, *ſpe-*
ctandum eſſe, l. ſemper. ff. de rit. de nupt. Ger-
hard. *dict. loco.* §. *356.* Exactiùs ſi inquirere
lubeat † in cauſas hujus regulæ, adducimus 68
(1.) inſolentiam, ſi perſonæ, quarum liberi
contrahere inter ſe matrimonium non
poſſunt proter conſanguinitatem, nuptias
inter ſe vellent conciliare; nec enim con-
ſobrinis matrimonium invicem hiſce in
provinciis inire licet, *ſuprà th. 29.* quia nem-
pe ſint cognati in ſecundo conſanguinita-
tis gradu. Ergò & parentes horum ab in-
vicem abſtineant, Mentzer, *dict. loco.* (2.)
Quin † & ſi filiam Bertæ Johannes in ma- 69
trimonium petere nequit, obſtante jure pa-
riter divino atque civili, *ſupr. th. 39.* multò
minus cum matre ipsâ Bertâ nuptias con-
trahere valebit, quia ſi perſona remotior
gradu prohibetur, multò magis propin-
quior intelligitur prohibita, Gerh. *in loc.*
citat. pag. 518. (3.) † Ne quidquam adda- 70
mus de confuſione appellationum & tur-
batione conſanguinitatis; ſi nuptiæ hoc
caſu permitterentur; liberi namque ex
primo matrimonio utrinque ſuſcepti, qui
ſunt amitini vel conſobrini, ex ſecundo
novo matrimonio Sortiuntur nomen alie-
num, Stieff-Bruder und Stieff-
Schweſter. Et rurſus pater † per novum 71
id matrimonium fit illis vitricus, quibus
jam ante erat loco parentis, amitæ ſcilicet
maritus: ac viciſſim mater per ſubſequens
matrimonium fit illis noverca, quibus jam
ante erat loco matris, avunculi ſcilicet u-
xor, Mentzer. & Gerhard. *citatis locis*, ubi
hanc ſententiam pluribus tuentur, in quam
† etiam tranſeunt Dn. Major. *in diſput. de* 72
nupt. cap. 13. quæſt. 3. n. 59. & ſeqq. Caſpar.
Eraſm. Brochmand. *dict. cap. 4. quæſt. 47.*
Beza *de divort. p. 60.* Alber. Gentil. *l. 5. de*
nupt. cap. 13. in fin.

XLIV. Tertia tandem † Regula recum- 73
bit in genere affinitatis tertio, quæ talis eſt:
impedimento non eſt nuptiis tertium genus af-
finitatis. Schema tale ſit:



74 Non etenim prohiberi debet † Johannes
matrimonium contrahere cum Bertâ vi-
duâ Pauli (qui primo in matrimonio fuit
maritus Marthæ, ſororis denatæ conju-
gis Mariæ,) in gradu primo lineæ collate-
ralis, in tertio tamen affinitatis genere
ſibi junctâ. Reſpondentibus hunc in mo-
75 dum † *Dominis Conſiſtorialibus Dresden-*
ſibus Chriſtiano M. zu *A. die 24. Februar.*
Anno 1610. Habt ihr euch hiebevor
mit Annen / Joachim K. Tochter
verehlichet gehabt / mit welcher ihr
eine Zeitlang im Eheſtand gele-
bet / auch drey Kinder gezeuget.
Nachdem aber vorm Jahr alle
drey Kinder / und hernach auch euer
Ehe-

Eheweib an der Peſt Todes verfah-
ren/ ſeyd ihr Vorhabens/ mit einer
Wittiben/ Chriſtinen D. euch an-
derweit zu verehlichen/ geſtalt ihr
auch das Jawort bereit weg bekom-
men/ und ſolle öffentliche Verlöbniß
ehiſt gehalten werden. Wann nun
gleich ſelbige Chriſtina zuvor mit
David D. welcher euers vorigen E-
heweibes Schweſter Urſulen auch
zur Ehe gehabt/ verehelichet gewe-
ſen; So möchte euch doch mit mehr-
erwähnter Chriſtinen D. weil ſie euch
nur *in tertio genere affinitatis* zugethan
und verwandt/ Verlöbniß zu hal-
ten/ und nachmals ſolches durch öf-
fentlichen Kirchgang zu vollziehen
76 nicht gewehret werden/ V. R. W. †
Quondam ſanè de jure canonum in tertio
affinitatis genere prohibitio matrimonii
ad ſecundum usque gradum extendebatur,
canon. pro duorum. 35. quæſt. 3. ſed per con-
77 ſtitutionem Innocentii † in Concilio Late-
ranenſi prohibitio hæc penitùs fuit ſubla-
ta, *cap. quod ſuper his. extra de conſangu. & affin.* Didac. Covarr. *de matrimon. part. 2.
cap. 6. §. 7. num. 6.* Johan. Gerhard. *in loco de
conjug. §. 336. in fin.* Johan. Schneidwin.
ad tit. Inſt. de nupt. Rubr. de arbor. affin. n. 11.
78 Verendum † ſiquidem, ne ſi aliud obtine-
ret, ulteriùs etiam, adeoque in infinitum
extendatur nuptiarum prohibitio, plura-
que hinc inducantur genera affinitatis
haut absque nota abſurdi, quod maximè
vitandum, *l. 1. unde quæritur ff. de public. l. ult.
C. per quas perſon. l. unic. §. pro ſecundo. 4. C.
79 de cadnc. tollend.* † Nec lineam rectam aſcen-
dentium & deſcendentium ab hâc regulâ
exceptam velim, licet conatus laudave-
rim eorum, qui ex honeſtatis ſaltem cauſâ
contrahentes à propoſito dehortantur,
quibus tamen, ſi in opinione ſuâ firmiter
perſeverent, frenum injici haut debet, nam
80 † quæ de ſecundo affinitatis genere monita
ſunt *theſ. 42. & 43.* commodè huc tradu-
cuntur, juſtè dicuntur, honeſtè cuſtodiun-
tur; Zehner. *de gradib. p. 120.* iis tamen con-
trahentes non coguntur.

XLV. Supereſt *tertium* hujus capitis
81 membrum, quo edocemur, † quâ in affini-
tate prohibitio matrimonii ad certos ha-
ctenus reſtricta gradus & genera, locum
inveniat; nec enim omnis affinitas habe-
tur perfecta & legitima, de quâ hucusque
82 dictum, † ſed quandoque ita vocatur rati-
one conſanguinitatis naturalis, ſponſalio-
rum, & vulgi opinione, quæ eſt putativa
& impropria affinitas. Demonſtrato igi-
tur veræ ac legitimæ affinitatis jure theſi-
bus præcedentibus, quid de reliquis jam
commemoratis habendum, tribus inclu-
ſum dabimus Regulis. † Quarum pri- 83
ma eſt: *Affinitas ex fornicatione contracta
impedit nuptias in gradibus prohibitis.* Niti-
tur hæcce regula jure ſanguinis naturali,
quo ex fornicatione etiam affinitatem
contrahi demonſtravimus *ſupr. th. 21.* Quid
ergò obſtat, quo minùs prohibitionem
nuptiarum certis in gradus ad hanc exten-
deremus affinitatem, † aſſentiente *Conſi- 84
ſtorio Supremo ad requiſitionem Eliæ R.* zu
G. die 13. Januar. Anno 1633. Ob nun
wol Roſina T. ſich mit euch zu
verehlichen nicht ungeneigt. Die-
weil aber doch euer leiblicher Vater
vor etlichen Jahren ſolche Weibes-
perſon geſchwängert/ daß ſie alſo in
auffſteigender Linien der Schwä-
gerſchafft euch verwandt iſt: So
mag die Ehe zwiſchen euch und ihr
nicht nachgelaſſen noch verſtattet
werden/ ſondern ihr ſeyd davon ab-
zuſtehen ſchuldig/ V. R. W. Non
ergò quisquam † præſumat ducere uxorem 85
quam pater ſuus ſtupraverit, vel conſobri-
nam ejus, cum quâ concubuerit, Johan.
Gerhard. *cit. loc. de conjug. §. 282. in fin.*
Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de gradib.
n. ult.* Johan. Schneidw. *de nupt. Rubr. de
arbor. affin. num. 5.* ex quo enim connubi-
um inter conſanguineos ex ſolâ fornicati-
one junctos in gradibus prohibitis haut
permittitur, *ſuprà th. 35.* † hoc ipſo etiam 86
affinibus ex coitu illicito conjunctis nu-
ptiæ cenſentur interdictæ, utriusque ſiqui-
dem & affinitatis & conſanguinitatis ea-
dem ratio eſt, eademque prohibitio, *ſupr.
theſ. 36.* Quin † & pudor naturalis huic 87
matrimonio adverſatur, qui in contra-
hendis nuptiis maximè eſt attendendus,
*l. adoptivus. 14. §. 2. ff. de rit. nupt. l. non omne
144. l. ſemper in conjunctionibus. 197. ff. de
Reg. jur.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 13.
numer. 7.* † Nimirum jus ſanguinis ſpiri- 88
tus vitalis eſt legum matrimonialium pro-
hibitivarum, & quinta eſſentia, ex quâ
omnis nuptiarum inhibitio cauſam & ori-
ginem trahit. Atque hinc etiam affinitas
ex uno duntaxat latere vel parente con-
tracta impedimento eſt nuptiis: meritò
ſanè, † quia prohibitio matrimonii u- 89
trumq; reſpicit genus propinquitatis, ſive
ex utroque, ſive ex alterutro tantùm pa-
rente originem trahat, Gerhard. *dict. loc.
§. 281.* † nec quemquam fugit nuptiarum 90
prohibitio inter conſanguineos ſeu co-
gnatos ex alterutro ſaltem latere junctos,

ſuprà th. 34. Quidni ergò ea extenderetur ad jus affinitatis, quod iisdem continetur regulis. *Ordin. eccleſ. tit.* von Eheſachen. *Rubr.* welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß. §. Wie nun denen Perſonen/ etc. Matth. Steph. *ad art. 117. Ordin. crimin. Carol. verſ. denique inter affines &c.*
91 Annuente etiam † *Conſiſtorio Supremo ad petitionem Superintendentis Oſſitienſis, die 7. Julii, Anno 1626.* Daß ohne vorgehende unſers gnädigſten Churfürſten und Herrns gnädigſte *diſpenſation* Peter S. von Pröſitz ſeines Vaters halber Schweſter-Tochter-Sohnes Broſii B. Wittib/ welche einander im dritten Gliede ungleicher Linien mit Schwägerſchafft verwandt ſeyn/ in dieſen Landen zu ehelichen nicht verſtattet werden mag/ D. R. W.

XLVI. Regulam ſecundam, quæ affinitatem ex ſponſalibus ſpectat, hiſce proferre
92 jubet verbis: † *abſtinendum eſt à matrimonio cum ſponſâ conſanguinei, gradu prohibito juncti.* Fatemur ſanè, ante matrimonium per copulam ſacerdotalem conſummatum
93 † haut exiſtere abſolutam & perfectam affinitatem, *l. 14. §. in fin. ff. de rit. nupt. l. 6. §. 1. l. 8. ff. de gradib.* inchoata nihilominùs ea eſt per nudam deſponſationem; quæ &
94 propterea hoc nomine inſignitur, † eſtque nuptiis impeditiva, ut hic à conjugio cum ſponſa fratris defuncti, ſponſæve denatæ ſorore meritò ſit abſtinendum, decidentibus Balth. Mentzer. *de conjug. pag. 131.* Gerhard. *de conjug. §. 362.* Paul. Cypr. *de matrim. c. 6. §. 2. n. 3. verſ.* Wann die Ehe durch ein öffentlich. Joh. Harppr. & Dd. commun. *ad §. ſi uxor tua. 9. Inſtit. de nupt.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in art. de conjug. cap. 4. quæſt. 42.* nec non *Facult. Theolog. Roſtoch. in conſil. ſuper quæſt. an quis defuncti fratris ſponſam ducere queat* apud Georg. Dedeken. *vol. 3. conſil. theolog. lib. 3. ſect. 2. tit. 2. n. 4. fol. 351.* Quod deciſum
95 ſuo comprobavit calculo † *Conſiſtorium Electorale Supremum à Superintendente Chemnicenſi imploratum, hocce reſponſo die 27. Mart. Anno 1610.* Hat der verſtorbene Georg. S. zu Erdmansdorff ſich mit Marien/ Valentin S. auch zu Erdmansdorff Tochter in ein verbündliches Ehegelöbniß eingelaſſen: So kan deſſelben Bruder Jacob S. gemeldte Mariam nicht zur Ehe nehmen. † Idque (1.) propter fidem con-
96 jugalem † in deſponſatione datam, quæ non modò reverentiam aliquam nuptiis impeditivam implicat, Gerhard. *dict. §. 362.* Reinh. Bachov. *in not. ad Treutl. vol. 2. diſp. 6. theſ. 3. lit. C. & D.* Menzer. *cit. loc.* ſed & conjugium quoad matrimonii eſſentialia inchoat, effectumque non minimum iis tribuit, *ſupr. th. 12.* † ut huic cœpti & per- 97
fecti matrimonii haut planè diverſa ſit ratio, diverſumque jus, *Facul. Theol. Roſtoch. citat. conſil. in verbis:* und ſchlieſſen demnach/ was in dem einen (*conſummato ſcilicet matrimonio*) verboten/ ſolches ſey in dem andern (*matrimonio per ſponſalia inchoato*) nicht nachgegeben. (2.) Ex
quo etiam † honeſtas publica nuptiis hinc 98
impedimento eſt, deficiente quantumvis expreſsâ prohibitione, Mentz. & Bachov. *citat. locis.* in matrimoniis namque non ſolùm exquiſita juris ratio eſt attendenda, ſed maximè etiam conſiderandum, an deceat, quod agitur, Harmenop. *4. tit. 6.*
(3.) Sed nec deficit prohibitio expreſſa, ſi † 99
conſulamus Imperatorem Juſtinianum, hiſce verbis reſpondentem: *Conſtat, nec ſponſam filii nurum eſſe, nec patris ſponſam novercam eſſe, rectiùs tamen & jure facturos eſſe, qui ab hujuſmodi nuptiis abſtinuerint, in §. ſi uxor. Inſtit. de nupt.* cum quo & convenit Reſcriptum Zenonis: † *Licèt quidam Æ-* 100
gyptiorum idcircò mortuorum fratrum ſibi conjuges matrimonio copulaverint, quod poſt illorum mortem manſiſſe virgines dicebantur arbitrati ſcilicet, quod certis legum conditoribus placuit, cum corpore non convenerint, nuptias non videri re eſſe contractas, & hujuſmodi connubia tunc temporis celebrata, firmata ſunt; tamen præſenti lege ſancimus, ſi quæ hujuſmodi nuptiæ contractæ fuerint, eas earumque contractores, & ex his progenitos, antiquarum legum tenori ſubjacere, nec ad exemplum Ægyptiorum (de quibus ſupra dictum eſt) eas videre fuiſſe firmas vel firmandas, in l. C. de inceſt. & inutil. nupt.

XLVII. Expeditum hinc porrò redditur, nec † filiam ſponſæ defunctæ, nec 101
ejuſdem matrem in uxorem ducere cuiquam fas eſſe; quod ſi enim in lineâ collaterali affinitas per nudam deſponſationem contracta nuptiis in gradibus prohibitis impedimento eſt, multò magis in lineâ rectâ aſcendentium & deſcendentium affinitas hæc eundem operabitur effectum, ex ſententiâ, † quam in *Conſi-* 102
ſtorio Supremo ſuſtinuit Marcus S. zu Ditmannsdorff *die 25. Jul. Anno 1617. cujus tenor hic fuit:* Habt ihr euch unlängſten mit Adam G. hinterlaſſener Tochter/ Jungfr. Marien/ mit Einwilligung und *Conſens* der Mutter Annen

nen in ein Ehegelöbniß eingelaſſen / und öffentliche *Sponſalia* gehalten. Als aber unlängſten die Braut an der gefährlichen Seuche der Peſt noch vor gehaltener Hochzeit verſtorben / ſeyd ihr gemeynet mit derſelben Mutter Annen G. euch zu verehlichen, wie ihr dann bey ihr dieſes Werck durch Mittels-Perſonen allbereit anbringen laſſen. Wenn ſie nun gleich auch ihres Theils zufrieden ſeyn / und ihr Jawort von ſich geben möchte; So wäre doch dieſe Verehlichung nicht zuläßlich / V. R.

103 W. Præterquam enim, † quòd hiſce nuptiis obſtet ſcandalum, quod in contrahendo matrimonio maximè evitandum, *l. un. C. de majumâ l. u.* nemo non animadvertit, ſponſæ matrem patrisque ſponſam loco matris haberi, *l. adoptivus filius. 14. §. ult. in*
104 *fin.* unde reverentia ei debetur, † quæ vel ſola nuptias impedit, *§. ergà non omnes. & §. item amitam. Inſt. de nupt.* Clariſſimis ideoque verbis obicem ponit ejusmodi nuptiis JCtus Paulus: *Item ejus matrem*, (inquiens) *quam ſponſam habui, non poſſe me uxorem ducere, Auguſtus interpretatus eſt, fuiſſe enim eam ſocrum, in dict. l. 14. §. ult.* Et
105 Ulpianus † *Inter me & ſponſam patris mei nuptiæ contrahi non poſſunt, quanquam noverca mea non propriè dicatur; ſed & per contrarium, ſponſa mea patri meo nubere non poterit, quamvis nurus non propriè dicatur, n. l. ſi qua mihi. 12. §. 1. & §. 2. ff. eod. tit.* Eademque extat in provinciis Electoratûs
106 Saxonici † prohibitio, *hiſce conſignata verbis*: Der Sohn ſoll nicht nehmen ſeiner Braut Mutter. Item: Er ſoll nicht nehmen ſeines Vaters Braut oder Vertraute / welche ſeine Stiefmutter ſolte worden ſeyn. Et rurſus: Die Tochter ſoll nicht nehmen ihrer Mutter Bräutigam oder Vertrauten / welcher ihr Stief-Vater ſolte geworden ſeyn. Item: Sie ſoll nicht nehmen ihres Bräutigams Vater / das iſt der / mit welches Sohne ſie ſich zuvor verlobet / und doch mit ihm nicht Hochzeit gehalten; Der Vater ſoll nicht nehmen ſeines Sohnes verlobte Braut / die Mutter ſoll nicht nehmen ihrer Tochter verlobten Bräutigam / *in Ordin. provinc. de An. 1557. p. 188. fac. 2. ſub Rubr.* vom Bräutigam und der Braut / das iſt / die ſich mit einander öffentlich verlobet / un doch das eine ſtirbt / ehe die Hochzeit oder Beylager gehalten. *Et Rubr.* Alſo iſt auch von der Tochter zu ſagen / etc.

XLIIX. Tertia denique † Regula, quæ 107
abuſivam concernit affinitatem, hiſce concepta ſit verbis: *Nulla eſt prohibitio matrimonii inter conſanguineos utriusque conjugis.* Diximus *ſuprà th. 16.* jus affinitatis contrahi in perſonâ conjugis unius cum alterius cognatis, & vice verſâ, nequaquam verò inter conjugis conſanguineos, *cap. quod ſuper. extr. de conſanguin. & affin. can. nullum can. æqualiter. 35. quæſt. 2.* Matth. Weſenb. *ad §. affinitatis. 6 num. 1. Inſt. de nupt.* Forſter. *in tract. de nupt. cap. 7. pag. 49. verſ. notandum autem. &c.* Quod etſi veriſſimum, † affines tamen haut rarò ſalutan- 108
tur cognati conjugis unius ab alterius conjugis conſanguineis, qui nil minùs quàm verè affines habentur, ex vulgari uſu loquendi vel potius abuſu. Mentzer. *de conjug. pag. 71. in fin.* Hermann. Vultej. *ad pr. Inſt. de nupt. numer. 50.* inter quos tamen nulla matrimonii exiſtit prohibitio; † quod declaraturi hoc ponimus 109
ſchema:



110 Anna † ſcilicet ex Paulo & Bertâ in primo horum matrimonio nata, affinitate juncta eſt novercæ ſuæ Claræ, quam Paulus defunctâ Bertâ in uxorem duxit; nequaquam verò novercæ conſanguineis, adeòque nec fratri ejus Titio. Ac viciſſim Titius per nuptias ſororis Claræ fit Pauli affinis: non etiam ipſius cognatis, nec filiæ Annæ, Quid ergò abſtabit, quo minus inter Titium, ejusque ſororis privignam Annam matrimonium jure ſubſiſtat? † non ſemel 111
ita reſpondentibus *Dominis Conſiſtorialibus in Judicio Electorali eccleſiaſtico ſupremo D. Paulo Laurentio Superintendenti Dreſdenſi die 2. Jul. Anno 1614.* in Eheſachen *Marci K.* zu Alten Dreßden an einem /

ſeiner

ſeiner Schweſter Stieff-Tochter Catharinen anders Theils; Derowegen ihr uns ſchrifftlichen Bericht gethan / und unſer Erkäntniß begehret / erkennen und ſprechen wir vor recht : Dieweil itzogedachte Catharina von ihrem Vater Peter H. mit ſeinem erſten Weibe / nicht aber mit *Marci K.* den ſie zur Ehe nehmen wil / Schweſter gezeuget worden / und dahero ihme mit Schwägerſchafft nicht zugethan und verwandt iſt ; So wird ihnen beyden ſich mit einander in den heiligen Eheſtand zu begeben billich verſtattet und nachgelaſſen / V. R. W. *Eidemq; die 4. Januarii Anno 1610.*

112† Daß *Donat M.* ſeiner verſtorbenen Schweſter Gertrauden Mannes Tochter Chriſtinen / welche er mit ſeinem andern Ehe-Weibe Annen gezeuget / zu ehelichen wohl be-
113fugt / V. R. W. † *Et Gregorio* Land-voigten / *Superintendenti Haynenſi die 30. Januar. Anno 1608.* Dieweil die Ehe / wo keine rechte Schwägerſchafft noch Blut-Freundſchafft verhanden / zu Recht verſtattet wird. So iſt auch Dietrich T. zu Glaubitz ſeines verſtorbenen Weibes Schweſter Stieff-Tochter / wofern ſie Wolff von Mergenthal mit einem andern Weibe erzeuget hat / zu ehelichen wohl befugt / V. R. W. Nullâ enim inter haſce perſonas exiſtente affinitate, † quo jure iis interdiceretur nu- 114
ptiis, permiſſum ſiquidem cenſetur, quod prohibitum haut eſt, *argum. l. mutus. 43. §. 1. ff. de procurat. junct. l. quæſitum. 13. ff. de teſtib.* Anton. Faber. *in Codic. l. 4. tit. 14. defin. 24. numer.* 2. niſi forſan reſpectum paternum, qui nuptiis impedimento eſt, §. *1. & §. 5. Inſt. de nupt.* nobis opponere quis præſumat, † ſcilicet quòd Titius patris lo- 115
co ſit Annæ? Sed cùm Clara noverca matris loco habeatur, hoc in reſpectu acquieſcendum erit. Nec ei annuendum, ſi non vinculum aliquod vel cognationis vel veræ affinitatis intercedat : alioquin ſanè reſpectus paternus & filialis in infinitum extenderetur ; ſufficit ideoque ſingularitas reſpectus, † cui aliud ſingulare in 116
uno eodemque ſubjecto addi jura haut permittunt, *l. 1. C. de dotis promiſſ. l. 8. §. 3. ff. de legat. præſt.* Camil. Borel. *conſil. 64. numer. 12.* Frider. Pruckman. *vol. 1. conſ. 10. num. 69.*

XLIX. Facilè hinc judicare licet, quid de nuptiis † privigni cum privignâ haben- 117
dum, quando ſcilicet controvertitur de matrimonio inter mariti filium ex aliâ uxore, & privignam, hoc eſt uxoris filiam ex alio marito, zuſammen gebrachte Kinder / ineundo; demonſtrante hoc typo :



118 Non enim † inter hoſce ulla intercedit affinitas, ex traditis *theſ. præced.* quare nec prohibendi ſunt nuptias contrahere, aſſentiente communi Doctorum ſcholâ, Matth. Weſenb. *ad §. marit. tamen. 8. Inſt. de nupt. & ibidem* Johan. Harppr. *n. 1.* nec non Johann. Schneidw. *Rubr. de arbor. affinit. num. 9.* Johann. Gerhard. *in loco de conjug. §. 357. pag. 530.* Paul. Cypræ. *de matrimon. cap. 6. §. 2. numer. 3. pag. 692.* Accedente imprimis lege permiſſivâ ab Imper. Juſti-
119 niano hiſce verbis proditâ : † *Mariti filius ex aliâ uxore, & uxoris filia ex alio marito, vel contra, matrimonium rectè contrahunt : licèt habeant fratrem ſororemvè ex matrimonio poſtea contracto natos, in §. ma-*
120 *riti tamen. 8. Inſt. de nupt.* † quâ JCtorum reſponſa haut parum confirmantur in *l. generaliter. 34. §. inter privignos. 2. ff. de rit. nupt. l. Titia quæ. 134. in pr. ff. de V. O.* Ex quo deciſum hoc confirmare
121 non dubitârunt pronunciatis ſuis † Conſiſtoria Principum ac magiſtratuum Evangelicorum, quorum ſit inſtar omnium *Conſiſtorii ſupremi Reſponſ. à Victorino Rhoten, Paſtore in Sayda impetratum die 12. Jul. Anno 1608.* † Als ihr uns ſchrifftlichen be- 122
richtet / daß Nicol L. älteſter Sohn / auch Nicol genant / ſeiner Stieffmutter Tochter / welche ſie ſeinem Vater benebenſt andern Kindern zugebracht / zur Ehe nehmẽ wolte / und gebeten / euch Rechtens / ob ſie ohne Verletzung ihres Gewiſſens dieſe Ehe zu wercke ſtellen können / zu berichten. Demnach erkeñen und ſprechen wir vor Recht / dieweil ermeldte beyde Perſonen einander weder dem Geblüte noch der Schwägerſchafft nach zugethan : So wird ihnen durch ausdrückliche Zulaſſung der Rechte die Ehe mit einander zu vollziehen billich verſtattet uñ nachgelaſſen / V. R. W. Non ergò ſcrupulum † ex 123
hiſce nuptiis conſcientiæ ſuæ quisquam injici patiatur ab Anton. Matth. *in diſputat. de fundam.*

de fundam. quibusdam juris aliter jaciendis.
*diſput.*12. *th.* 18. qui eas jure divino impro-
batas contendit, nævumque hinc juris Ju-
ſtinianei ponere autumat, *ex Lev.* 18. *verſ.* 11.
ubi prohibetur revelare nuditatem filiæ u-
xoris patris, idque quia eſt cognita patris
tui, h. e. patri tuo cognata reddita eſt per
124 conjugium matris tuæ. † At parum provi-
dè, haut animadvertens, *dict. verſ.* 11. filiæ
nomine, cujus nuptiæ interdicuntur, intel-
ligi filiam non è priori matrimonio à no-
vercâ natam, ſed quam noverca patri in ſe-
cundo peperit conjugio; quem intelle-
125 ctum † ex Fagio & Paraphraſte Chaldæo
probat Reinh. Bachov. *in not. ad Treutler.*
vol. 2. *diſp.* 6. *th.* 3. *lit. b. verb. Et mariti filius*
ex uxore alia. Eumque probat *verſio B. Lu-*
theri germanica: Du ſolt der Tochter
deines Vaters Weibes / die deinem
Vater gebohren iſt / und deine
Schweſter iſt / etc. Nec hunc ſuſpectum
reddere poterit tavtologia, poſtquam *verſ.*
præced. 9. *ejusd. cap* agitur de ſorore, ſive ex
patre tantummodò, ſive ex matre
126 nata. † Si dicamus, prohibitionem
in dict. verſ. 9. poni generalem; at *verſ.* 11.
ſpecialem, aut ſaltem loqui de alumnâ ſeu
adoptivâ, aut quæ ex matre ſtupratâ, aliavè
illegitima uxore ſit nata, cum Bachov. *dict.*
127 *loc.* vel, quod verius, repeti † *dict. verſ.* 11. e-
andem legem ob pronitatem hominum in
conjugium cum ſororibus uterinis, cum
Cornel. à Lapide *ibid.* & Gerh. *cit. loc.* Nec
nova ac inſolens eſt ejusmodi repetitio,
quin potiùs diſertè perſcripta, *Deuter.* 27.
128 *verſ.* 22. hâc verborum formulâ: † *Maledictus*
qui dormit cum ſorore ſuâ, filiâ patris ſui, vel
matris ſuæ, & dicet omnis populus Amen;
monente Caſpar. Eraſmo Brochmand. *in*
artic. de conjug. c. 4. *quæſt.* 48.

L. Ad gradus remotiores ſi digredi
placeret, † ejusdem farinæ quæſtiones oc-
129 currerent haut paucæ, nempe: *An pater &*
filius duas ducere queant ſorores? & vicis-
ſim duæ ſorores patri & filio nubere? An ma-
ter & filia duobus fratribus nubere, & vicis-
ſim duo fratres matrem & filiam ducere: An
pater & filius matrem & filiam ducere, & vi-
ciſſim mater & filia patri & filio nubere? An
pater & filia ſororem & fratrem, ac viciſſim
ſoror & frater matrem & filiam matrimonio
ſibi jungere? An mater & filius fratrem &
ſororem, ac viciſſim frater & ſoror matrem
& filium ſibi ſociare? An duo fratres duas ſo-
rores ducere, & viciſſim duæ ſorores duobus
fratribus nubere? & quæ ſunt aliæ, affir-
130 mativè † omnes decidendæ, ex funda-
mento jam adducto: quod ſcilicet inter
haſce perſonas neque cognatio neque af-
finitas intercedat, quæ nuptiis ſit impedi-
mento, *cap. quod ſuper his.* 5. *extr. de conſang.*
& affinit. tantùm abeſt, ut juris vel divini
vel humani extet hiſce de nuptiis prohibi-
tio, † ſed plena ac plana ubique eſt conceſ- 131
ſio, Panormitan. *in dict. cap.* 5. *nu-*
mer. 1. Didac. Covarr. *tom.* 1. *de matrim.*
part. 2. *cap* 6. *&* 7. *numer.* 6. Joh. Gerhard.
de conjug. §. 358. Baſil. Monner. *in tract.*
matrimon. part. 4. *cap.* 2 *numer.* 19. Chriſt.
Beſold. *in diſc. de nupt. cap.* 10. *numer.* 9.
pag. 55. Brochmand. *dict cap.* 4 *quæſt.* 49.
Frid. Pruckman, *vol.* 2. *conſil.* 11. *numer.* 14.
Firmo hinc ſtantibus talo *Reſponſis Conſiſto-*
rii ſupremi ad petitionem Chriſtophori W.
zu *A. die* 22. *Julii Anno* 1609. † Hat euer 132
Schwager Hans O. nachdem ſein
Weib mit Tode abgangen / ſich mit
Jungfrau Amalien L. hinwieder-
umb verehlichet / derſelbe aber hat
in der erſten Ehe einen Sohn er-
zeuget / welcher auch zu ſeinen man-
baren Jahren kommen / und vorge-
dachter Jungfrauen Amalien Mut-
ter / Frauen Martin L. zu hey-
rathen Vorhabens. Wann nun
gleich etliche des Orts in denen
Gedancken ſtehen / ob wäre ſol-
che Ehe für unzuläßlich zu hal-
ten. Dieweil aber dieſe Perſo-
nen eine beſtändige *Affection* gegen
einander tragen / und weder in hei-
liger Schrifft / noch weltlichen
Rechten dergleichen Ehe verboten /
So wird erwehnten beyden Per-
ſonen die Ehe zu ſchlieſſen und zu
vollziehen billig verſtattet / V.
R. W. † *It. ad requiſitionem Superinten-* 133
dentis Oſſitienſis die 3. *Martii Anno* 1617.
Wann nun gleich bemeldtes Oſ-
waldes A. Bruder Georgius
vor etlichen Jahren der Anna
Marien L. Schweſter Sabinen
zur Ehe gehabt; So mag
doch daher zwiſchen vorbeniem-
ten Oſwald A. und Anna Ma-
rien L. das Ehegelöbniß nicht
verboten werden / ſondern es
wird ihnen ſolches nicht unbil-
lig nachgelaſſen / und nachmals
die Ehe durch Prieſterliche *Co-*
pulation vollzogen / V. R. W. † 134
Et ad conſultationem Johannis Rutæ,
Archidiaconi Biſchofswerdenſis die 29.
Auguſti Anno 1626. Daß Micha-
el R. und Balthaſar F. Schwä-
her und Eydam nach ihrer vori-
gen beyden Weiber Abſterben
mit

**mit zwo Schweſtern / nemlich
Jacob S. beyden Töchtern in Ehe-
gelöbniß ſich einzulaſſen / wohl be-
fugt/ V. R. W.** Diſſuadent nihilomi-
135 nus quidam ejusmodi nuptias, † ſal-
tem ob vitandam cognationis & nomi-
num confuſionem, ne, qui pater eſt, i-
dem quaſi gener & filius fiat: Et rurſus
qui filius eſt, fiat quaſi pater & ſocer: aut
ex duobus fratribus unus fiat pater, alter
filius, vel ambo affines, & ſic deinceps, ex
quo non poteſt non ſcandalum infirmio-
136 ribus dari; ut † heic merito locum habeat
illud Apoſtoli *1. ad Theſſal. 5. v. 22. Ab o-
mni ſpecie mali abſtinete*, Beza *in tract. de
repud. & divort. pag. 59.* Auguſt. *de Civit.
137 Dei. cap. 16.* Quin † & matrimonia hæc
rarò fuiſſe felicia, ſed eadem conſecuta
eſſe vel ſterilitatem, vel orbitatem, vel præ-
maturum alterutrius conjugum obitum,
vel ſobolem degenerem, vel continuos al-
terutrius morbos, vel rei familiaris angu-
ſtiam, aliavè mala & incommoda, *ait Ger-
hard.* ad experientiam provocans. Sed tan-
138 ti hæc non ſunt, † ut inde prohibitio indu-
catur nullibi fundata. Suaſor equidem eſ-
ſem, ſi promiſſio vel deſponſatio efficax
139 nondum interceſſerit, † nupturientes à
propoſito abduci, vel ſaltem ex aureâ illâ
Modeſtini JCti Regulâ: *Semper in conjun-
ctionibus non ſolùm quid liceat, ſed etiam
quid honeſtum ſit, conſiderari debere, l. ſem-
140 per. ff. de rit. nupt.* † Attamen ſi admonitio-
ne iſtâ poſthabitâ nupturientes in ſenten-
tiâ ſuâ firmiter perſiſtant, vel ſponſalia jam
fuerint contracta, ex publicâ honeſtate,
quæ facti magis habetur quàm juris tur-
bandi ulteriùs non ſunt in propoſito legi-
141 timò, † nec gravanda conſcientia, ubi pec-
catum non eſt, Haſenreffer. *in loc. commun.
lib. 3. loc. 10. de conjug. verſ. ubi tamen &c.*
Joach. à Beuſt. *de matrim. part. 1. cap. 55.
verſ. ne autem per hæc &c.* Joh. Harppr. *in
§. 8. n. 5. Inſt. de nupt.*

Cap. V.

Quibus in gradibus prohibitis ex ſpeciali di-ſpenſatione nuptias contrahere liceat?

LI.

1 Uſum arboris in gradibus compu-
tandis quoad permiſſionem ac
prohibitionem matrimonii, tàm
ratione conſanguinitatis, quàm
affinitatis hucusque expoſuimus: Non mi-
norem circa diſpenſationem matrimonii
in gradibus prohibitis pollicemur. Non
2 enim † arctè nimis conſtringenda eſt po-
teſtas Magiſtratus, quin vel ipſemet à le-
gibus prohibitivis recedere, vel aliis veni-
am contrahendi dare queat: nec rurſus
poteſtas illa nimium extendenda, ne ſum-
mo Principis juri ab unâ parte quicquam
detrahamus, vel ab alterâ parte in erro-
rem pontificiorum incidamus, quibus
† piaculum haut videtur, in gradibus 3
etiam lege divinâ prohibitis diſpenſare,
prout legere eſt apud Bellarm. *de matrim.
cap. 37.* Lorin. *comm. in cap. 18. Levit.* Gre-
gor. de Valent. *tom. 4. diſput. 10. quæſt. 5.
punct. 3.* nec enim iniquum iis viſum fuit
Pontificis indultum, quo Emanuel Rex
Portugalliæ duas ſorores ſucceſſivè duxit
uxores; † vel impia conceſſio Pontifi- 4
cum, Julii II. Leonis XI. Adriani VI.
& Clementis VII. quâ Henricus IIX. Rex
Angliæ cum Arturi fratris defuncti viduâ
nuptias contraxit, nec inhoneſta & dete-
ſtabilis venia Alexandri VI. quâ Rex Si-
ciliæ Ferdinandus in matrimonium du-
xit ſororem patris ſui Johannam; † ex 5
licentiâ ſcilicet nimis licentioſâ, & falsâ
fallacis poteſtatis perſuaſione, Caſpar. E-
raſm. Brochmand. *in art. de conjug. cap. 4.
quæſt. 50.* Joh. Gerhard. *in loco de conjug. §.
346.* † Mediâ itaque ingreſſuri viâ, nec 6
ſemper nec unquam diſpenſandi jus Ma-
giſtratui competere demonſtrabimus:
idque duplici Regulâ, unâ negativâ, alterâ
affirmativâ. Illa eſto: *Diſpenſare* † *non* 7
*valet Magiſtratus in gradibus lege divinâ
prohibitis.* Quam verbis ſat claris com-
probavit *Conſiſtorium Electorale Saxon. Su-
premum. ita reſcribens Superintendenti
Oſſitienſi die 23. Febr. Anno 1627.* † **Weil** 8
**aber in ſolchem Fall vermöge gött-
licher heiliger Schrifft die Ehe
verboten; So kan auch darwider
keine** *diſpenſatio* **ſtatt haben/ etc.** Non
abſque fundamento fatebimur, ſi Dei
mandatum auribus attentis excipiamus:
At quodnam? *Non addetis*, inquit Jehova,
*ad verbum, quod ego loquor vobis, nec aufe-
retis ab eo:* † *Cuſtodite mandata Domini Dei* 9
veſtri, quæ ego præcipio vobis. Deut. 4. verſ. 2.
Quis ergò veniam recedendi cuiquam tri-
bueret? Nulla creatura contra mandatum
Creatoris diſpenſare præſumat: adeo-
que nec Princeps vel Papa contra præ-
ceptum divinum, Oldrad. Laudenſ. *in
conſil. matrim. conſ. 1. n. 5.* ex quo notabi-
liter † ſcriptum reliquit Felin. *Si Imperator
vel Rex Romanus uxorem haberet ſterilem,
haut diſpenſare Papam poſſe, ut aliam duce-
ret, in c. quæ in Eccleſiarum. n. 23. extr. de con-
ſtit.* Semper ſcilicet obſtat maledictio
publica à toto populo adverſus peccan-
tes apud Iſraëlitas pronunciata, quâ legum

quoque matrimonialium transgreſſiones in-
11 cludebantur: † *Maledictus qui dormit cum*
uxore patris ſui: Maledictus qui dormit cum
ſorore ſuâ: Maledictus qui dormit cum ſo-
cru ſuâ, Deut. 27. v. 20. 22. & 23. Et quis-
nam Pontificiorum inficias ibit, haut ad-
mittendam fore diſpenſationem contra le-
ges naturæ? Quod ſi ita eſt, ut veriſſimè
12 eſt, obtinuimus aſſertum noſtrum, † cùm
leges de prohibitis conjugii gradibus, *Lev.*
18. & 20. enumeratæ in ipſo Jure naturali
ſint fundatæ, ipſomet verbis atteſtante:
Ne polluamini in omnibus iis, quibus conta-
minatæ ſunt univerſæ gentes, quas ego ejici-
am ante conſpectum veſtrum & quibus pol-
luta eſt terra, cujus ego ſcelera viſitabo, Le-
13 *vit. 18. v. 24. 26. 27.* † Nec enim gentes pœ-
nas violatorum conjugii graduum dediſ-
ſent, niſi ipſa lex naturæ dictitâſſet, ut benè
inferunt noſtrates Theologi, Caſpar. Eraſm.
Brochm. *in art. de conjug. cap. 4. p. 39.* &
lātiſſimè Joh. Gerh. *in loco de conjug. §. 294.*
& multis ſeqq.

LII. Nullô negotiô hinc perſpicuum
redditur, quando & quibus in gradibus
14 † tàm ratione conſanguinitatis, quam af-
finitatis ceſſet diſpenſatio Principis ac Ma-
giſtratûs circa nuptias contrahendas, ſi ni-
mirum ad prohibitionem divinam recur-
ramus, quam *ſuprà cap. 3. th. 26. 29. 30. &*
31. & cap. 4. th. 38. ſuppeditavimus. Spe-
cialiùs tamen hoc demonſtraturi, non eſt
15 quod diu inhæreamus † lineæ rectæ aſcen-
denti & deſcendenti, poſtquam nemo ferè
ambigit, inter parentes & liberos jure di-
vino matrimonium prohiberi, *Levit. 18. &*
20. Deut. 22. in fin. quod & de affinitate exau-
16 dire volumus, † quia inter vitricum & pri-
vignam: privignum & novercam: ſoce-
rum & nurum: generum & ſocrum: de ju-
re etiam divino nuptiæ ſunt abominoſæ,
Levit. 18. v. 8. 15. 17. & c. 20. v. 11. 12. Deut. 27.
v. 20. 23. 1. Corinth. 5. 1. ut de diſpenſatione
caſibus hiſce prohibitâ dubitandum planè
17 non ſit. Nec alia eſt ratio gradûs primi †
in lineâ collaterali, cùm inter fratres & ſo-
rores omni jure nuptiæ ſint vetitæ, *ſupr.*
cap. 3. th. 29. Levit. 18. & 20. nec ratione af-
finitatis de jure divino cuiquam licitum eſt,
uxoris defunctæ ſororem vel fratris vidu-
am ducere in uxorem, quo de fusè *ſupr.*
cap. 4. th. 38. Lev. 18. verſ. 16. cap. 20. v. 21.
18 At quid juris in † gradu lineæ inæqualis
ſecundo, num diſpenſationem obtinebit
fratris vel ſororis filium filiamvè, aut vice
verſâ patruum, amitam, avunculum vel
materteram in matrimonium petens?
Nequaquam poſtulato deferendum erit,
quin nec facere hoc poteſt Princeps aut
Magiſtratus, ut maximè velit: † quip- 19
pe gradu hoc non modò de Jure civili ac
pontificio interdicitur matrimonio, ſed
& ſummus Nomotheta id prohibitum vo-
luit *Lev. 18. verſ. 12. & 13. & ſupr. th. 29.* firmi-
ter hinc ſtante *Conſiſtorii Supremi decre-*
to de die 20. Febr. Anno. 1616. in cauſa S. K.
contra M. S. † Wiewol nun Kläger auf ſol- 20
chem ſeinen Vorgeben und beſchehener
Zuſage nochmals ſtandhafftig beruhet/
Beklagte auch ſich endlichen hiezu erklä-
ret. Dieweil aber gleichwol aus ein-
genommener Erkundigung ſich ſo viel be-
funden/ daß Beklagte Klägers leiblichen
Schweſter Tochter iſt/ in welchem Fall
weder nach weltlichen noch Göttlichen
Rechten die Ehe zuläßlich/ alſo daß
auch in keinerley Wege hierinnen *diſpen-*
ſiret werden mag; So wird Beklagte
von Klägers Zuſprüchen billich entbun-
den/ und ihnen beyden mit Ernſt unter-
ſaget/ hinfüro von dergleichen unverant-
wortlichen Vornehmen abzuſtehen/ V.
R. W. Ac tanto minùs hoc caſu diſpen-
ſatio erit concedenda, † quantò ſeverior 21
eſt prohibitio propter reſpectum pater-
num, ſiquidem patruus, amita, avunculus
& matertera ſunt loco parentum, *§. item*
amitam. 5. Inſt. de nupt. quem reſpectum
in jure naturali & divino fundatum nemo
neſcit; quomodo ergò Princeps diſpenſa-
bit contra naturam, qui eam haut ſubdi-
tam habet, † nec à dictamine rectæ ra- 22
tionis eſt ſolutus, Enenckel *1. de privil.*
cap. 8. n. 50. & ſeqq. Bald. *in l. 2. C. de ſer-*
vit. & aquâ. Johan. Bodin. *libr. 1. Republ.*
cap. 8.

LIII. Idem planè reportabit deciſum
ratione affinitatis in ſecundo gradu lineæ
inæqualis, † qui cum defunctæ uxoris ſo- 23
roris ſive glori's filià, vel patrui viduâ nu-
ptias contrahendi veniam petere præ-
ſumſerit; ex reſponſo *Conſiſtorii Supremi*
die 20. Junii Anno 1614. dato M. F. in L.
hiſce verbis formalibus: † Iſt die Wei- 24
bes-Perſon / welche ihr zu ehelichen be-
gehret/ eures verſtorbenen Weibes leib-
lichen Bruders nachgelaſſene Tochter/
und euch alſo im andern Grad der
Schwägerſchafft ungleicher Linien ver-
wandt; So wird euch dieſelbe zu heyra-
then weder in Göttlicher Heiliger Schrifft/
noch in beſchriebenen Rechten verſtat-
tet / kan auch hierinnen nicht *diſpenſi-*

ret werden / V. R. W. Et rurſus *die 19.*
25 *Decembr. Anno 1632.* H. W. in P. † Auf
eure an uns gethane Frage / ob ihr euch
aus Zulaſſung Göttlicher Heiliger
Schrifft mit eures verſtorbenen Wei-
bes Schweſter-Tochter Jungfrauen M.
M. P. nachgelaſſener Tochter ehelichen
verloben / und Churfl. Durchl. gnädigſte
diſpenſation erheben möget ; erkennen
und ſprechen wir *Præſident* und Räthe
des Churfl. Sächſ. Obern-*Conſiſtorii* vor
Recht / daß dieſer Fall in Gottes Wort
ausdrücklichen verboten / und ihr dahero
Churfl. Durchl. zu Sachſen *diſpenſation*
euch nicht zu getröſten habt / V. R. W.
Utrumque Reſponſum nervum tangit, ac
26 veram decidendi rationem exprimit, † nempe
quòd hiſce perſonis de Jure divino interdictum
ſit matrimonium, *Levit. 18. verſ. 14. ibi: Nuditatem patrui tui non revelabis, nec accedes ad uxorem ejus, uxor patrui tui ipſa. Et cap. 20. v. 20. ibi: Qui coierit cum uxore patrui ſui, nuditatem patrui ſui revelabit, portabunt peccatum ſuum, absque liberis morientur, ſupr. cap. 4. th. 39.* Mart. Chemn. *de conjug. cap. 3. Reg. 10.* Beza *de repud. pag. 82.* Haſenreffer. *in loc. pag. 634.* Alber. Gentil. *de nupt. cap. 10. pág. 549.* Cui
27 accedit reſpectus paternus, † quovis in gradu
etiam remotiori, tam ratione affinitatis, quàm conſanguinitatis de jure naturali conjugio adverſarius, *l. non facilè. 4. §. hos itaque. 7. ff. de gradib.* quem nulla diſpenſatione Magiſtratus extinguere valet; non magis quàm dictamini juris naturalis obviare, *theſ. praced.* Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. libr. 1. claſſ. 3. cap. 12. n. 7.* Et cur admitteretur hoc caſu diſpen-
28 ſatio in affinitate, † quam in conſanguinitate
improbavimus *theſ. praced.* poſtquam in hiſce eadem eſt graduum computatio, eademque connubii prohibitio, *ſupr. cap. 2. th. 20. & cap. 4. th. 36.* meritò ergò & idem jus, *l. illud quæſitum eſt. 32. ff. ad Leg. Aquil.*

LIV. Succedit Regula affirmativa. Eſt-
29 que ea: † *In gradibus jure poſitivo ſeu provinciali
prohibitis benè valet diſpenſare Magiſtratus,* vel ipſa notante voculâ juris poſitivi inde ſic dicti, quòd in Principis ac Magiſtratûs voluntate ſit poſitum. Quis ergò litem ei movebit, ſi in gradu à ſe prohibito contrahat nuptias; quo de notabiliter
30 hæc poſuit verba Hemmingius: † *Judicio
rectè diſcernendum inter illuſtres perſonas, præſertim eas, penes quas eſt rerum ſumma & poteſtas. Eſt enim planè indignum, communibus legibus Principes conſtringere, ut nullis in rebus eis quicquam, quod tamen fieri poſſit ſine offenſione Dei & injuriâ ſubditorum, concedatur, niſi quod infimis cerdonibus ex lege communi conceditur, cum tamen multis privatis propter ſingularia in Rempublicam & Eccleſiam merita juſtè concedantur privilegia. Inter illuſtres igitur perſonas nuptiæ concedi juſtè poſſunt in omnibus gradibus divinitùs non prohibitis, potiſſimùm cùm inde bonum publicum ſperetur; nam ſi idem finis monſtrari poterit conceſſionis nuptiarum in illuſtribus perſonis, qui eſt prohibitionis in aliis, poterit & conceſſio & prohibitio ſimul ſtare ſine ulla legis communis injuria: nam ut conceſſio non pugnans cum verbo DEI vergit ſæpè in publicum bonum in perſonis illuſtribus, ita prohibitio humana in aliis ad bonum publicum refertur.* Hactenus Hemming. † Ut hinc 31
meritò iniquus rerum cenſor habeatur, qui connubia Regum ac Principum in gradibus jure municipali prohibitis contracta allatrare auſit: cùm ſcire deberet, Principes jure poſitivo eſſe ſuperiores, † nec fa- 32
cilè ob æqualium perſonarum paucitatem poſſe conjugia genere & ſplendore ſuo digna invenire, Johan. Gerhard. *in loc. de conjug. §. 346. pag. 510.* ex quo ſuperioritatis jure in nuptiis quoque hominum ſortis inferioris contra leges provinciales diſpenſare fas ipſi eſt, Joach. a Beuſt. *de ſponſal. & matrim. part. 2. cap. 56. pag. 217.* Gerhard. *dict. loc.* de quo ſic differit Leo Imperator:
† *Atque hoc quidem, quantum ad commu-* 33
nem publicumque Reipublicæ uſum attinet, ita vetitum ſit. Verùm, ſi Imperator (ut ſæpè accidit) novum familiam conficiens & ſponſalia, & conſecratione peragendam conjunctionem intra præſtitutos annos deſponſandis decreto permittat, id nihil legi adverſabitur. Licitum enim eſt, ut quibus DEUS univerſi terrarum orbis tanquam familiæ cujuſpiam adminiſtrationem demandavit, hi ſecus quàm lex, quæ ſubditos divincit, præſcribat, familias cogant, in Novell. 109. quod licèt de Imperatore ſit dictum, juſtâ tamen ratione ad Principes Imperii extenditur, † quippe qui majeſta- 34
tis participes in provinciis & diſtrictibus eandem, quam Imperator in Imperio exercent poteſtatem, Warem. ab Ehrenberg. *de ſubſid. Regn. cap. 15. n. 5.* Fridr. Pruckman. *in §. ſoluta poteſtas. cap. 4. membr. 3. effect. 10. n. 22.* Thom. Michaël. *de juriſd. concl. 45.* Ventur. de Valent. *in parthen. litig. libr. 1. cap. 2. n. 6.* Nec malè hinc † facul- 35
tas diſpenſandi contra leges poſitivas & provinciales refertur inter jura Principis,

Theod.

Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 1. claſſ. 2. cap. 12. numer.* 49. benè pronunciante *Conſiſtorio Supremo ad requiſitionem Adami Idenecks Mandoſæ* von Solo-
36 piſchk/ *die 8. April. Anno 1609.* † Daß vermöge Göttlicher Heiliger Schrifft/ auch gemeiner Käyſerlichen Rechte bemeldte Perſon ohne Verletzung eures Gewiſſens zur Ehe zu nehmen euch nachgelaſſen. Wie auch ingleichen/ da das Päbſtliche Recht/ welches die Ehe bis auf den vierdten Grad *incluſivè* verbeut/ bey euch im üblichen Brauch/ oder ſonſten zu Erhaltung mehrer Zucht und Erbarkeit in dieſem Grad der Blutfreundſchafft die Ehe nicht verſtattet würde/ Ihr bey der Obrigkeit um *diſpenſation* und Nachlaſſung dißfalls füglichen anſuchen könnet/ V. R. W.
37 Quod in provinciis † Electoratûs Saxonici minùs dubium habet propter claram ſanctionem in *Ordin. eccleſiaſt. ſub Rubr.* Von beyden *Conſiſtoriis* zu Leipzig und Wittenberg/ *numer. 8. in fin. verſ.* Wann auch in Eheſachen bey den *Conſiſtorien* um *diſpenſation* angeſuchet
38 würde/ etc. & in † *Edict. ſpeciali ſub dato Dresdæ 31. Maji Anno 1625. in calce* der Ehe-Ordnung. §. Und ob zwar. *verſ.* So ſol derſelbige ſich im wenigſten nichts verbündliches einlaſſen/ ſondern zuvor uns ſein Vorhaben/ und was ihn darzu ſonderlich verurſachet/ unterthänigſt zu erkennen geben und darauf/ ob und wie wir gnädigſt *diſpenſiren* wolten/ unſerer *reſolution* erwarten.

LV. Fundatâ hâc in Regulâ majore propoſitione, ſi aſſumtionem petamus ex legibus provincialibus matrimonii prohibitivis, de quibus *ſuprà cap.* 3. *theſ.* 29. *&* 30.
39 item *cap.* 4. *theſ.* 40. *&* 41. † quibus in gradibus diſpenſatio licita ſit, ſatis perſpicuum eſt. Nimirum quia prohibitio juris divini ultra gradum ſecundum lineæ collateralis inæqualis, & reſpectum paternum aliis in gradibus ſe non extendit; nil
40 obſtat, † quò minus in gradu ſecundo lineæ obliquæ æqualis inter Paulum & Barbaram, & gradu tertio lineæ inæqualis inter Caſparum & Barbaram demonſtrante ſchemate *ſuprà cap.* 3. *theſ.* 28. jure municipali ſeu provinciali veritis locum habeat
41 diſpenſatio. Quantumvis † enim à conſobrinis, hoc eſt, duabus ex ſororibus prognatis; patruelibus, ſive duorum fratrum liberis; & amitinis, hoc eſt, ex fratre & ſorore progenitis, in provinciis Electoratûs Saxonici ex prohibitione ſpeciali licitæ haut contrahantur nuptiæ, *dict. theſ.* 29. ſicuti nec in aliis reformatis Auguſtanæ Confeſſionis regionibus, atteſtante Tilemanno Heshuſio *in libello* von Ehegelöbniſſen und verbotenen *gradibus.* Attamen quia † prohibitio hæc in ſacro 42
Codice fundata non eſt, ex quo contraria potiùs proferuntur exempla, *dict. theſ.* 29. non certè habeamus, unde difficilem hoc caſu reddamus diſpenſationem, quam jamdudum licitam judicavit *Conſiſtorium Supremum* † *die* 24. *Decembr. Anno* 1613. 43
hiſce formalibus: Auf des Churfürſten zu Sachſen und Burggrafens zu Magdeburg gnädigſtes Begehren in *diſpenſation*-Sachen *E. ab E.* und Jungfrauen *A. C. à. B.* bedencken verordnete *Præſident* und Räthe im Obern *Conſiſtorio*: Dieweil bemeldte beyde Perſonen einander im andern Glied gleicher Linien der Blutfreundſchafft verwandt/ und alſo Geſchwiſter-Kinder ſeyn/ in welchem Grad die Ehe in Göttlicher Heiliger Schrifft und Käyſerlichen Rechten nicht verboten/ ſondern vielmehr nachgelaſſen; So mag höchſtgedachter unſer gnädigſter Herr auf beſchehenes unterthänigſtes Anſuchen/ gegen Erlegung 100. floren zu milden Sachen anzuwenden/ dißfalls wol *diſpenſiren*/ ꝛc. Eoque faciliùs impetrari poterit † hoc ca- 44
ſu diſpenſatio, quia per eam redigitur res ad jus commune, quo, ut jam monuit Conſiſtorium, duorum fratrum vel ſororum liberos matrimonio jungi expreſsè permiſſum tantum abeſt, ut vetitum inter eos putetur connubium, §. *duorum autem. Inſtit. de nupt. l. non ſolùm.* 67. §. 1. *ff. de rit. nupt. celebrandis.* 19. *C. de nupt.* Sed quid diutiùs moramur in re tam clarâ, quam lege expreſsâ determinavit Sereniſſimus Saxo † *in Ed.* 45
dicto ſub dato Dreßden/ 31. *Maji. Anno* 1625. *hiſce verbis*: Woferne aber ja jemand vermeynte/ daß ihm ſein Hertz und Gemüthe allerdings zu einer ſolchen Perſon trüge/ die ihm im andern Grade gleicher Linien befreundet; So ſol derſelbige ſich im wenigſten nichts verbündliches einlaſſen/ ſondern zuvor uns ſeyn Vorhaben/ und was ihn dazu ſon-

ſonderlich verurſachet / unterthä-
nigſt zu erkennen geben / und dar-
auf / ob und wie wir gnädigſt *di-
ſpenſiren* wollen / unſerer *Reſolution* er-
warten. Extat hoc *Edictum in calce Or-
dinat. matrimon. de Anno* 1624. §. Und
46 ob zwar. Nec difficilior † eſt diſpenſatio
in gradu ſecundo lineæ æqualis ratione af-
finitatis, deficiente namque lege jure di-
vino prohibitivâ, contrahere volentibus
ſponſalia cum patruelium vel conſobrino-
rum viduo, viduâque, aut cum defuncti
conjugis patruelibus & conſobrinis, an-
nuere nil vetat, pronunciante ita *Conſiſto-
rio Supremo ad petitionem M. W. in Z. die*
47 20. *Aprilis Anno* 1607. † Iſt P. B. Mut-
ter euers Vatern leibliche Schwe-
ſter geweſen; So wird euch deſſel-
ben nachgelaſſene Witwe / weil ſie
euch im andern Glied gleicher Lini-
en der Schwägerſchafft verwandt
iſt / ohne ſonderbare des Chur-Für-
ſten zu Sachſen und Burggrafens
zu Magdeburg / unſers gnädigſten
Herrns vorgehende gnädigſte *Di-
ſpenſation* und Nachlaſſung (darum
euch denn unterthänigſt anzuſuchen
unbenommen) zu ehlichen in Seiner
Churfl. Gnaden Landen nicht ver-
ſtattet / V. R. W. Et qui aliud ſtatu-
48 eretur in gradu hoc affinitatis, † cùm di-
ſpenſationem modò diximus permiſſam in
eodem gradu conſanguinitatis: utraque
verò pari nititur jure prohibitionis, *th.* 20.
& *36.* quare & utramque voluit conjun-
ctam Serenisſimus Elector *in jam alleg. E-
dict. permiſſivo. dict.* §. Und ob zwar. *verb.*
Die ihm im andern Grad gleicher
Linien entweder befreundet oder
verſchwägert / etc.

LVI. Longè autem faciliori operâ im-
49 petrabitur diſpenſatio in † gradu tertio
lineæ inæqualis, jure provinciali in Saxon.
Electoratu prohibito, *ſupr. cap. 3. theſ. 30.*
puta, ſi Caſparus Barbaram in matrimoni-
um petat, demonſtrante ſchemate *theſ.* 28.
Nam quo in remotiore conſanguinitatis
gradu nupturientes ſunt conſtituti, eò fa-
cilior eſt diſpenſatio; quia in gradu remo-
tiore tanta non eſt proximitas ſanguinis,
quæ in gradu propinquiore. Permiſsâ i-
50 deoque † diſpenſatione in gradu ſecundo
lineæ æqualis, *theſ. præc.* quo jure prohibe-
tur in gradu tertio lineæ inqualis? quæ ſo-
la hujus deciſi ſit ratio ſolida, licet quoque
Electorale Reſcriptum, cujus mentionem fe-
cimus *theſ. præced.* id verbis expresſis fir-
51 met; † Die ihme im dritten Grad un-
gleicher Linien befreundet. *junct. verb.
final.* Darauf / ob und wie wir gnä-
digſt *diſpenſiren* wollen / unſerer *Reſo-
lution* erwarten. Idemque jam antea
probavit *Reſponſum Conſiſtorii Supremi da-
tum W. L. die 10. Jan. An.* 1610. † Auf eure 52
an uns gethane Frage / ob einer ſeiner
Mutter Schweſter Tochter-Toch-
ter zur Ehe nehmen und haben kön-
ne / und wie es in dergleichen Fällen
in höchſt-gedachtes unſers gnädig-
ſten Chur-Fürſtens und Herrn Lan-
den gehalten werde / mögen wir euch
zum begehrten Bedencken nicht
verhalten. Ob wol im berührten
Fall in göttlicher heiliger Schrifft
und Käyſerlichen Rechten die Ehe
nicht verboten; So wird doch ohne
ſonderbare unſers gnädigſten Herrn
Diſpenſation ſolche Verehelichung in
dieſen Landen niemand verſtattet:
Es wird aber auf vorgehendes eines
oder beyder Theile unterthänigſtes
ſuppliciren dergleichen *Diſpenſation* ge-
meiniglich bewilliget / und ſeynd
euch zu willfahren erbötig. Parile
hinc † obtinebit deciſum, qui cum patris 53
vel matris ſuæ cónſobrini aut patruelis vi-
duâ: vel cum conjugis defunctæ patrui,
amitæ, avunculi, & materteræ neptibus
nuptias contrahere velit. Quo prætex-
tu enim denegaretur diſpenſatio in gradu
affinitatis tertio lineæ inæqualis, quam
permiſſam diximus in eodem conſangui-
nitatis gradu, niſi fortius vinculum pro-
pinquitatis ex affinitate contractum quis
exiſtimet? Sed falsò: † quia, ut ſæpè mo- 54
nuimus, eadem prorſus eſt ratio conſan-
guinitatis & affinitatis, eademque matri-
monii prohibitio & diſpenſatio, *can. por-
rò. 35. quæſt.* 5. Joh. Schneidw. *ad tit. In-
ſtit. de nupt. Rubr. de arbor. affinit. numer. 9.*
Johan. Gerhard. *in loco de conjug. §. 336.*
quod idem haut parum corroborat *modò
allegatum Electorale Edictum*, † utramque 55
& conſanguinitatis & affinitatis proximi-
tatem etiam hoc in gradu verbis di-
ſertis connectens, oder im dritten
Grad ungleicher Linien entwe-
der befreundet oder verſchwägert.
Nec dubius fuit Serenisſimus Saxo
in diſpenſando *die* 20. *Aprilis Anno*
1611. *Conſiſtorio Supremo hiſce reſcri-
bens verbis*: † Aus angehörter Ver- 56
leſung eures eingeſchickten Be-
denckens haben wir verſtanden /
daß weder in heiliger Schrifft noch
Käyſerlichen Rechten verboten /
die

die Ehe *in tertio gradu affinitatis lineæ inæ-*
qualis zwiſchen Perſonen zu vollzie-
hen/ und dahero C. von S. zu S. mit
Jungfr. M. von S. ſeines verſtorbe-
nen Weibes Vatern halben Bru-
ders Tochter Tochter eine Ehe zu
vollziehen / bey uns einig und allein
zu *diſpenſi*ren und zu bewilligen ſtehe.
Wann wir dann ſolches euer Be-
dencken uns gefallen laſſen ; So be-
gehren wir gnädigſt / ihr wollet
nunmehr ermeldtem von S. jedoch
gegen Erlegung 100. Flor. mit ſei-
ner Vertrauten die Ehe vollziehen
zu laſſen verſtatten / auch was ſich
dißfalls gebühret / anordnen ; Dar-
an vollbringet ihr unſere Meynung/
57 etc. At ne aſſertio hæc generalis † quem-
quam fallat, excluſum hoc in gradu tàm
conſanguinitatis quàm affinitatis volumus
reſpectum paternum, veluti ſi quis pa-
truum, avunculum, amitam & materte-
ram magnos, id eſt, avi, aviæque fratrem
vel ſororem, aut etiam eorundem viduum
58 viduamque connubio ſibi jungi petat. †
Etſi enim hæ omnes perſonæ non minus
ſint conſtitutæ in gradu conſanguinitatis
vel affinitatis tertio lineæ inæqualis: alia
tamen ratio matrimonii impeditiva heîc
concurrit, honor ſcilicet & reſpectus pa-
ternus, qui & in gradu quarto ac remo-
tiori impedimento eſt nuptiis, etiam de
jure divino, *Lev. 18. v. 12. 13. 14. & c. 20. v. 19.*
quo de pluribus *ſuprà th. 31. & 41.* Non
ergò quisquam hoc caſu ſibi polliceatur
diſpenſationem, quam Nemeſis divina
haut admittit, *ſupr. th. 51.*

LVII. Quid juris circa diſpenſationem
connubii in primo genere affinitatis, qui-
busque in gradibus ea permittenda, vel
non, ex jam dictis ſatis perſpicuum eſt:
59 † cùm autem in ſecundo quoque genere
affinitatis lineæ directæ & collateralis ve-
titum ſit matrimonium, prout demon-
ſtratum dedimus *cap. 4. th. 42. & 43.* num
& ibi locum habeat diſpenſatio, in gradi-
bus nimirum jure divino vel poſitivo pro-
6 chibitis, dubium adhuc reſidet? † Et ſi qui-
dem in lineâ rectâ ex ſchemate *th. 42.* vidua
Johannis cum ejusdem vitrico Titio, aut
ipſemet Johannes cum Sabinâ vitrici vi-
duâ nuptias inire velint, ac deſuper diſpen-
ſationem petant ipſos non fore audiendos,
61 † inter Theologos haut minimi docent Jo-
han. Gerhard. *in loco alleg. de conjug.* §. *353.*
Joh. Major *in diſput. de nupt. cap. 13. quæſt. 2.* Zehner. *de gradib. pag. 110.* Caſp. Eraſm.
Brochmand. *in art. de conjug. cap. 4. quæſt.*

45. Nec temerè & absque fundamento, ſi
reſpectum attendamus paternum, qui di-
ſpenſationi non parum obſtare videtur:
cùm enim jus divinum † propter hunc i- 62
pſum reſpectum novercam privigno, &
privignam vitrico jungi matrimonio pro-
hibeat, *Lev. 18. v. 8.* ob carnis unitatem, ad
viduam quoque vitrici & privigni ratio-
nem prohibitionis extendendam autu-
mant. Sed ratio hæc ſufficiens haut viſa
fuit † Conſiſtorio, quominus diſpenſatio- 63
nem perentibus annui poſſe reſponderet *P.*
S. zu *B. die 22. Julii An. 1616* Nachdem
aber bemeldtes euer Ehe-Weib A.
gleichesfalls mit Tode abgangen/
ſeyd ihr euch anderweit mit Sabi-
nen S. einer Wittwen/ derer Mann
euere leibliche Mutter zuvor zur E-
he gehabt / und alſo euers Stieff-
Vaters Wittib iſt / anderweit zu
verehlichen Vorhabens. Wiewol
nun ſelbige Perſon izo erwehnter
maſſen euch nur *in ſecundo genere affinita-*
tis verwandt. Dieweil ſie aber gleich-
wol euern Stieff-Vater zur Ehe ge-
habt / dahero zwiſchen euch und
ihr ſolche Heyrath nicht wohl ohne
ſonderbare Aergerniß vollbracht
werden mag; So ſeyd ihr euch dem-
nach dieſes Verlöbniß zu enthalten/
und davon abzuſtehen ſchuldig: Es
wäre dann / daß der Chur-Fürſt zu
Sachſen und Burggraf zu Magde-
burg ꝛc. unſer gnädigſter Herr auf
euer unterthänigſtes Anſuchen hier-
innen gnädigſt *diſpenſi*ren / und dieſe
Ehe verſtatten wolte/ deſſen hättet
ihr euch dißfalls zu erfreuen / V. R.
W. Veremur enim, † ne reſpectum pater- 64
num & prohibitionem divinam prædicti
Theologi nimis extendant: ex quo ſtante
ſemper rationis identitate, quæ in unione
carnis inter conjuges conſiſtit, & quar-
tum & quintum affinitatis genus fingi, &
neſcio quibus non prohibitio divina in
contrahendo matrimonio objici poſſet,
contra favorem conjugii & nomotheſiam
ſacram, quæ in primo affinitatis genere
ſubſiſtit. Plerisque ideoque † in Eccleſiis 65
Auguſtanæ Confeſſionis Conſiſtoria di-
ſpenſationem hoc caſu admittere meminit
Joachim. à Beuſt *de ſponſal. & matrimon.*
part. 2. quæſtion. 53. & fidem hujus rei
facit *Conſilium Conſiſtorii Wittebergen-*
ſis ſuper hâc quæſtione, in verb: Der
andere Fall aber / ob einer ſeines
Stieff-Sohnes Weib zur Ehe neh-
men möge / iſt noch zweiffelhaffti-
ger. *junct. verſ.* † Das iſt aber gewiß / 66

daß ſolche *Prohibition*, welche *ratione honeſtatis publicæ* geſchehen / *per diſpenſationem* kan erlaſſen werden. Derowegen haben wir *ob publicam honeſtatem* die Ehe-Verlöbniß anderer Geſtalt nicht / denn mit Zulaſſung der hohen Obrigkeit für kräfftig erkannt. apud Georg. Dedeken. *vol.* 3. *conſil. theol. lib.* 3. *ſect.* 6. *numer.* 3. *fol.* 397. Cum
67 quo etiam tranſit † *Facult. Theologica Jenenſ. in Conſilio:* Ob einer ſeiner verſtorbenen Mutter Stieff Vaters hinterlaſſene Witwe freyen möge: *in verb.* Daß demnach einiges Verboth in GOTTES Wort ausgedruckt / uns nicht bewuſt / dadurch dergleichen verſchwägerte Perſonen ſich mit einander zu verehelichen abgeſtricket werde / wir zwar der Meynung ſeyn / wofern das Ehe Gelöbniß und Auffbietung nicht aus ſonderbarer Gefährung und *in præjudicium Magiſtratûs* geſchehen / daß die hohe Obrigkeit hierinnen zu *diſpenſi*ren befugt ſey / Georg. Dedeken. *d.*
68 *alleg. ſect.* 6. *n.* 16 *fol.* 399. Nec abnuit † *Facultas Theologica Roſtochienſis in conſilio:* Ob man ſeines verſtorbenen Stieff-Vaters Weib ehelichen / und wann ſolches geſchehen / behalten möge? *in verb. final.* Doch wäre hiebey unſer Rath / daß gedachter H. N. auch bey unſerm gnädigſten Herrn Landes-Fürſten / oder dero *General-Superintendent*en um *Diſpenſation* dißfalls mehrer Verſicherung halber Anſuchung thäte. Apud eundem *dict. fol.* 399.
69 Tolerabilior autem omnium votis eſt † diſpenſatio in lineâ collaterali ſive obliquâ, puta, ſi monſtrante ſchemate *theſ.* 43. Johannes cum conjugis ſuæ fratris denati viduâ Bertâ nuptias contrahere velit: quod quidem per ſe illicitum, *dict. theſ.* 43. Balth. Mentzer. *in tract. de conjug. pag.* 80. *&* 81. Johann. Gerhard. *in loc. de conjug.* §. 356. Alb. Gentil. *lib.* 5. *de nupt. cap.* 13. attamen diſpenſatio Principis hoc licitum facit.
70 Nulla ſiquidem † in ſacro Codice hiſce de nuptiis reperitur expreſſa prohibitio; quid ergò obſtaret, quò minùs jus diſpenſandi relinqueretur Magiſtratui? *ſupr. th.* 51. *&* 54. Quod & firmat *Reſcriptum Conſiſtorii Supremi ad Superintendent. Pirnenſem,*
71 *die* 1. *Nov. An.* 1620. † Wir haben euern eingeſchickten Bericht / die Verehelichung zwiſchen G. N. und ſeines verſtorbenen Weibes Bruders Witwen betreffende / verleſen hören. Wann wir dann geſtalten Sachen nach *diſpenſi*ret / und ſolche Verehlichung zugelaſſen; Als iſt etc. unſer Begehren / Ihr wollet auff der *Supplicanten* Anſuchen die begehrte *Proclamation* und *Copulation* gebührlich anordnen / etc.

LIIX. Cæterùm cum per ſponſalia etiam contrahatur affinitas, ſecundùm tradita *c.* 2. *th.* 22. † quæ & ipſa impedimento eſt 72
nuptiis, in gradibus nimirum prohibitis, *ſupr. cap.* 4. *th.* 46. prætereunda haut ſicco pede quæſtio: *An hic locus ſit diſpenſationi, in ſpecie autem, ſi quis fratris defuncti ſponſam, vel ſponſæ defunctæ ſororem in uxorem petat?* Diſcrepantes ſunt in deciſo Theologi: † in negativam eunt Balth. Mentz. *in* 73
tract. de conjug. pag. 131. & Caſp. Eraſ. Broch. *in art. de conjug. c.* 4. *quæſt.* 42. & ante hos *Facultas Theol. Roſtoch. in conſultatione:* Ob einer ſeines verſtorbenen Bruders Braut zur Ehe nehmen könne? *ſub dato* 16. *Febr. An.* 1616. in qua hæc leguntur verba: † Solte aber *Magiſtratus politicus* 74
hierüber zu *diſpenſi*ren unterthänigſt erſuchet werden / müſte man zuvorn im Gewiſſen verſichert ſeyn / daß dieſe Meynung von des Brudern Braut nicht zu ehlichen / nur ſchlecht *juris poſitivi* wäre / welches viel anders aus der heiligen Schrifft / wie zuvor erwieſen iſt abzunehmen; Auch mögen endlich keine *Exempla*, wie ſcheinlich auch dieſelben ſeyn könten / *in contrarium* gelten / wie unzweiffelhafftig wäre: *Non exemplis, ſed legibus eſſe judicandum*: ap. Georg. Dedek. *vol.* 3. *conſ. theol. lib.* 3. *ſect.* 2. *n.* 4. *f.* 552. † Affirmativam econtra tuentur 75
Joh. Gerh. *in loc. de conj.* §. 363. *in fin.* Beza *de repud. p.* 88. Hemming. *de conj. p.* 123. Joach. à Beuſt. *de ſponſ. & matr. part.* 2. *cap.* 45. *circa fin.* Neutra fundamentis eſt deſtituta, quorum excuſſione ſuperſedemus, reſervantes eam ipſi diſſertationi. Nervum tamen ut aliquantulum tangamus, deciſum vulgò peti ſolet ex quæſtione æquè ambiguâ: † 76
Num ſponſi pro veris habeantur conjugibus? Quam cùm negantes affirmativè decidant *ex Deut.* 23. *Matth.* 1. *v.* 19. *&* 20. victoriam ſe obtinuiſſe perſuaſû ſibi habent, cùm nulla valeat diſpenſatio, ut fratris denati vidua in uxorem duci queat, *th.* 52. † Veremur au- 77
tem, ne fallax ſit hæc ratio decidendi, nec perſonæ deſponſatæ veri ſint conjuges, ipſomet Mentz. teſt. *ſupr. th.* 22. Dubium hoc Gregor. Pontifex ſic explicat: *Divinæ legis eſt mos, ſponſas appellare conjuges, non quòd jam ſint uxores, ſed quòd à parentibus uxores fieri debeant. in canon. qui deſponſatam* 27. *quæſt.* 2. parili modo, quo Beda *ſuper Levit.* explicat Moſen, *quòd uxorem dixiſſet, non quæ tunc erat, ſed quæ futura erat uxor.*

† Non

78 † Non tuto igitur circa materiam diſpenſationis ab uxore ad ſponſam argumentari licebit. Ulteriùs de hoc ne ſimus ſolliciti, ſublevant nos *literæ* D. Johannis Gerhardi ad virum quendam magni nominis perſcriptæ *ſub dato Calend. Decembr. Anno* 1635. quarum tenorem pro rei hujus elu-
79 cidatione attexere lubet: † *Sponſa*, inquit ille, *in ſcripturis vocatur uxor, ſcilicet promiſſa, ſperata, pacta, ut eruditè explicat Cypræus, cujus ſententiam in tomis locorum ſum ſecutus, & ex Theologicis fundamentis declaravi. Si abſolutè & in omnibus ſponſa eſſet uxor, ſponſus etiam ante nuptias ei cohabitare poſſet, eſſet etiam ſponſæ defunctæ heres, nec propter alias cauſas diſſolutiones ſponſaliorum fieri poſſent, quàm ipſius conjugii. Cum noſtro Ordinario D. Arumeo hac de re ſermones contuli, is præjudicia quædam retulit, quòd Magiſtratui in hoc paſſu permiſſa ſit diſpenſatio; vocatur juſtitia publicæ honeſtatis: Ergo non eſt impedimentum matrimonii contrahendi ſimpliciter neceſſarium, ſed pertinet ad Regulam Modeſtini: in nuptiis non ſolùm quid licitum, ſed etiam quid honeſtum ſit, reſpiciendum; Quâ R. V. M. pollet prudentiâ planè ſingulari, eligat quod videbitur commodius, ne ſcandala oriantur, nec tamen benè concordantia ſponſalia temerè diſſolvan-*
80 *tur.* Hactenus Gerhard. Ex quo † quid ipſemet & cum eo Jenenſes ſenſerint eluceſcit. Nimirum diſpenſationem haut prohibitam voluerunt: nec etiam *Conſiſtorium ita pronuncians P. N. in L die 15. Januar. A.*
81 *1619.* † Dieweil aus eingezogener Erkundigung ſo viel erſcheinet / daß euch von A. G. S. zu S. verſtorbenen Tochter und Eltern eine Zuſagung der Ehe geſchehen; So wird euch zu Erhaltung Zucht und Erbarkeit ohne unſers gnädigſtens Herrns *Diſpenſation* derſelben Schweſter zu ehlichen nicht verſtattet / V. R. W. Non noviter tamen, cùm ante hac idem
82 ſtatuerint † *Conſiſtoria Electoralia Saxonica* in der Berathſchlagung; Ob einer ſeines verſtorbenen Bruders Braut zur Ehe nehmen könne? hiſce verbis: Nachdem aber die *prohibitio* dißfalls allein *juris poſitivi* und nicht *divini* iſt; So hat es keinen Zweiffel / die hohe Obrigkeit (welches die *Canones* dem Kirchen-Regiment zulaſſen) hierinnen zu *diſpenſiren* berechtiget / ap. Georg. Dedek. *alleg. ſect. 2. tit. 2. n. 6. fol. 352. & 353.*

LIX. Nec minor, ſi non major eſt diſceptatio de diſpenſatione circa hanc affinitatem in lineâ rectâ: † *An nimirum* 83
ſponſæ defunctæ matrem vel filiam in uxorem ducere liceat? Non ſolum enim jure poſitivo vetitæ ſunt hæ nuptiæ, *l. ſi qua mihi. 12. §. 1. & 2. l. adoptivus filius. 14. §. ult. ff. de rit. nupt. cap. præced. theſ.* 47. ſed concurrit etiam reſpectus paternus matrimonio multùm adverſarius, *dict. l. adoptivus filius. §. ult.* ut non ſine causâ olim quæſtio hæc in ſupremo Conſiſtorio Dresdenſi graviter fuerit ventilata, cujus rei veſtigia exhibent *literæ D. Matthiæ Hoë ab Hoëneg, D. Johannis Gerhardi, & D. Henrici Hopfneri, Theologorum longè celeberrimorum, & de Eccleſia Chriſti optimè meritorum*, † quas non 84
modò videre, ſed & legere facultas aliquando nobis fuit conceſſa. Sed concluſum tandem; *Fas eſſe Sereniſſimo Electori hoc caſu diſpenſare*: quod fidem facit *Conſiſtorium Supremum hiſce formalibus*: † 85
Ruhet demnach einzig und allein bey Euer Chur-Fürſtl. Durchl. ob dieſelbe in Anſehung deren von *Supplicanten* Euer Chur-Fürſtl. Durchl. geleiſteter langwieriger und unterthänigſter Dienſte vor dißmal aus ſonderbaren hohen Chur-Fürſtl. Gnaden zu *diſpenſiren* gnädigſt gemeynet. Nec hinc reſcribere dubitavit *die 22. Maji Anno* 1634. M. M. zu T. iſt bewilliget worden / daß er ſich mit ſeiner verſtorbenen Braut Mutter verehlichen möge / darnach ſich der *Superintendens* des Orts zu achten / etc. † Nec quicquam impedimenti mo- 86
vet reſpectus paternus, quippe quem non ſola deſponſatio, ſed unio carnis ſive mixtio ſanguinis operatur, ſi propriè loqui velimus. Haut tamen inficiamur, publicam honeſtatem diſpenſationi huic obſtare, ex cujus neglectu ſcandalum oritur ſæpiſſimè magnum, ut profectò ſine causâ urgente eam indifferenter decernere tutum non ſit; † indigitante 87
Conſiſtorio Supremo in Reſcripto quodam de die 9. Octobr. Anno 1635. Daß N. N. Suchen bey ſolcher Beſchaffenheit der Sachen und denen befundenen Umſtänden ohne ſonderbare groſſe Aergerniß nicht könne ſtatt gegeben /: noch ſeiner verſtorbenen Braut leibliche Mutter zu ehelichen *diſpenſiret* werden / etc. † Cumq; 88
perſonæ deſponſatæ haut raró libidini adeò indulgeant, ut commixtio carnalis præveniat copulam ſacerdotalem, non parum periculi ex diſpenſatione hâc metuendum, poſtquam ex coitu etiam illegitimo contrahatur affinitas, *ſupr. c. 2. theſ.* 21.

Quod ut avertatur, viſum quandoque fuit, pro ratione circumſtantiarum & qualitate perſonarum, diſpenſationem petentibus † juramentum imponere, quo ab omni copulæ carnalis ſuſpicione ſe purget, priusquam fiat diſpenſatio, veluti reſpondit *Conſiſtorium Supremum S. N. Paſtori in L. die 4. Aug. A. 1635.* † Wofern nun der Junge-Geſell eydlichen vor euch ausſaget/daß er mit ſeiner vorigen Verlobten ſich fleiſchlichen nicht vermiſchet/dahero der böſen *Converſation* halber kein gegebenes Aergerniß zu beſorgen; So mag ihme mit ihrer Tochter in Ehegelöbniß ſich einzulaſſen wol verſtattet werden/ V. R. W.

89

90

LX. Obviam hinc eſt, quando & quibus caſibus Magiſtratus diſpenſationem petentibus annuere posſit, † ad quam tamen nunquam properet, nec facilis ſit in veniâ nubendi concedendâ, præſertim in gradu, qui divinitùs prohibito gradui eſt proximus, Joachim. à Beuſt. *de ſponſal. & matrimon. part. 2. cap. 56. pag. 217.* Joh. Gerh. *loc. de conjug. §. 346. pag. 510.* Metuendum ſiquidem, † ne ex frequentiori veniâ connubii in caſibus & gradibus prohibitis diſpenſatio fiat diſſipatio boni ordinis ac honeſtarum legum, Aym. Cravett. *conſil. 135. num. 45.* & ſæpiùs, quando diſpenſatur, obſervantia quaſi introducitur, † quæ prohibitionem in deſvetudinem abire facit, cauſamque ſubditis absque diſpenſatione etiam ſponſalia contrahendi præbet. Quàm difficilis hinc ſit Serenisſimus Saxo in diſpenſando, liquet ex ejusmodi verbis, † quæ inſeri fecit *Edicto in calce Ordinat. matrim. appoſito, de dato Dresdæ 31. Maji An. 1625.* Ait namque: Und ob zwar ein jeder wol Gelegenheit haben kan/ da er nur ſelbſt Luſt darzu hat/ ſich alſo zu verehlichen/ daß es der Verwandniß nicht zunahe/ noch unſern Ordnungen zuwider iſt/ dahero es auch keiner *Diſpenſation* bedürffte/ geſtalt wir dann am liebſten ſähen/ daß ſolche gantz verbleiben möchte. Nimirum, † quia hodie genus humanum tam latè propagatum, & in familias innumeras ac infinitas excrevit, ita ut nunquã non nupturientes pro lubitu & ad ſacietatem conjuges ſibi eligere queant, non opus eſt, indifferenter à ſanctione bonarum legum recedere. † Idque ut rariùs fiat, duplicem ponere obicem viſum fuit Serenisſimo Electori. *Primò* namque ſoli Conſiſtorio Supremo poteſtatem diſpenſandi reſervatam voluit, quo de clarisſima eſt ſanctio † *in Ordin. Eccleſ. ſub Rubr.* Von beyden *Conſiſtoriis* zu Leipzig und Wittenberg/ *§. 8. verſ.* Wann auch in Eheſachen bey den *Conſiſtori*en um *Diſpenſation* angeſuchet würde/ ſollen ſich die *Conſiſtorial*en derſelben nicht mächtigen/ſondern ſolches jederzeit an unsgelangẽ laſſen/und unſers fernern Beſcheides darauf erwarten. Quâ principaliter † quidem Serenisſimus Legislator ad Senatum Eccleſiaſticum cum Conſiſtorio Supremo coadunatum, ſuamque Serenitatem repræſentantem reſpexit; attamen ſimul poteſtatem diſpenſandi coarctare adnixus eſt. *Deinde* † rarisſime vel nunquam absque certâ pecuniæ mulctâ obtineri poteſt diſpenſatio; non alium ob finem, quàm ut nupturientes à connubio in gradibus prohibitis deterreantur, nec facilè pro impetrandâ veniâ mulctæ ſe ſubmittant; quam non malè dixerimus † vectigal utilisſimum & ſanctisſimum ex numeris eorum, quæ impetrantur ad conſervandam publicam honeſtatem, de quibus Joh. Bodin. *libr. 6. de Republic. cap. 2. pag. 1034.* Herman. Lather. *de cenſu. lib. 1. cap. 5. num. 25.*

91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

SOLI DEO GLORIA.

IN NOMINE JESU CHRISTI!

DISPUTATIO II.

exhibens

USUM PRACTICUM ARBORIS CONSANGVINITATIS

in foro Saxonico

circa materiam Succeſſionis & Tutelæ.

RESPONDENTE

ALBERTO à Schulenburg / Eqv. Miſn.

Cap. VI.

Circa Succeſſionem ab inteſtato quis Arboris Conſanguinitatis uſus?

Positio I.

1 DE inſigni arboris con-
ſanguinitatis & affinita-
tis uſu in cauſis matri-
monialibus ferè præ-
cipuo ſat dictum *Diſpu-
tatione præcedente*. De-
veniendum nunc ad alias juris materias, in
quas arbor noſtra ramos ſuos dilatat, &
quinam fructus in articulo ſucceſſio-
nis ab inteſtato ex arbore conſanguini-
tatis ſperandi, hoc capite, quos cer-
tè non pauciores, nec minores pollice-
2 mur: † Non abs re arborem indigitamus
conſanguinitatis, quia inter affines nulla
eſt ſucceſſio, *l. vitrico. 3. l. affinitatis. 7. C.
commun. de ſucceſſ.* ideoque nec ullus hu-
jus arboris uſus. Niſi quem dubium red-
3 dat † ſucceſſio conjugum, de quâ jure com-
muni legimus ſancitum, ut matrimoniô
ſine dote contractô ſuperſtes conjunx in-
opiâ laborans cum communibus, alteri-
usvè conjugii liberis prædefunctô diviti
marito in quartam hereditatis partem; ſi
tres vel pauciores ſuperſint liberi; ſi plu-
res, in portionem virilem ſuccedat, *No-
vell. 53. cap. 6. Novell. 117. cap. 5.* Johann.
Schneidw. *ad pr. Inſt. de hered. quæ ab in-
teſt. defer. ſub Rubr. de ſucceſſ. int. vir. & u-
xor. n. 14.* Borch. *in tract. de gradib. tit. de
ſucceſſ. conjug. pag.* 253. *& ſeq.* Valent. För-
ſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 9. cap. 4. num. 1.
& ſeqq.* Domin. Cardin. Tuſch. *tom. 7.
pract. concluſ. lit. S. concluſ. 674. n. 7. & tom. 8.
lit. V. concluſ. 401. numer. 1. & ſeqq.* Matth.
Berlich. *part. 3. concl. 26. n. 14. & ſeqq.* Quæ
4 † ſanctio in foro etiam Saxonico ex parte
viduæ uſu recepta, ſecundum tradita
Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 20. part. 3. n.
61.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. Unde vir
& uxor. n. 3. verſ. ubi verò illa conſuetudo.*
Ludov. Fachſ. *part. 1. differ. 33.* Andreas
Goldbeck. *de geradâ cap. 1. ſub tit. de primo
ordin. ſucced. n. 3.* favorabilior autem eſt
lex municipalis † in provinciis Electora- 5
tûs, quæ viduæ extra caſum pactorum do-
talium & ſtatuti localis, ſi liberi adſint,
quadrantem, iis verò deficientibus tri-
entem omnium bonorum indifferenter,
non habito reſpectu indigentiæ vel opu-
lentiæ ejus, aſſignat, *dict. Conſtit. Elect. 20.
verſ.* **Wo aber dieſe Dinge ungewiß.**
junct. §. ſeq. **Ließ aber der verſtorbene
Mann.** *ubi* Moller. *num. 60.* Modeſt. Piſt.
vol. 2. conſil. 7. quæſt. 2. n. 26. & ſeq. † Ma- 6
rito verò unâ cum dote in pecuniâ nu-
meratâ omnia defunctæ uxoris mobilia
defert ex diſpoſitione juris Saxonici, *lib. 3.*
Landrecht. *art. 76. verſ.* **Stirbt denn
das Weib / Weichbild** *lib. 1. artic. 31. &
art. 45.* Joh. Schneidw. *dict. loco. n. 26. &
ad §. fuerat 29. n. 77. Inſt. de action.* Matth.
Coler. *part. 2. deciſ. 221. n. 2.* cujus † ratio- 7
nem petit Heig. *part. 1. quæſt. 8. num. 66. &
ſeqq.* ex antiquis Saxonum legibus, qui-
bus mulieres relictis parentum immobi-
libus ſaltem in bonis ſucceſſerint mobi-
libus, eaque præcipua habuerint, **Landr.**
lib. 1. artic. 17. & art. 24. † Sed quid ſuc- 8
ceſſio hæc conjugum cum affinibus com-
mune habet? nec enim inter conjuges
ulla contrahitur affinitas, quippe qui
principium & cauſa efficiens ſunt affini-
tatis inter utrumq; eorum & alterius con-
ſanguineos, *ſupr. cap. 2. th. 16. l. 5. C. de hered.
inſt.*

inſt. Gloſſ. & Dd. *in l. affinitatis 7. C. commun. de ſucceſſ.* Weſenb. *ad §. affinitatis 6.*
9 *Inſt. de nupt. n. 1.* † Nec propriè inter conjuges eſt ſucceſſio in portione ſtatutariâ ſeu legali, talis ſcilicet, quæ eſt juris hereditarii inter liberos, parentes & cognatos, licèt maritus dicatur heres denatæ uxoris mobiliaris, acceptione minus pro-
10 opriâ, † & eâ, quæ eſt ſucceſſionis in rebus etiam ſingularibus, ubi nec hereditas nec jus exiſtit hereditarium, Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 29. defin. 4. num. 3.* Pardulph.
11 Pratei. *in Lex. voc. Succeſſ.* † Et ſi omninò concederemus iis ſucceſſionem propriam, quid opus eſſet graduum computatione, quæ duntaxat inter plures inſtituitur? at nunquam præter unum, conjugem nempe ſuperſtitem, ſucceſſio hæc concernere poteſt.

12 II. Sola ideoque arbor † conſanguinitatis in conſiderationem heîc venit, & de proximitate ac jure ſuccedendi heredes certiores reddit, factâ ſcilicet computatione graduum non canonicâ, ſed civili, Joh. Schneidw. *ad tit. Inſtit. de nupt. Rubr. de arbor. civil. n. 1.* Matth. Weſenb. *ad rubr.*
13 *Inſt. de gradib. n. 5.* † etiam in foro Saxonico, **Landr.** *l. 1. art.* 3. *Conſt. Elect. 18. p.* 3. præterquam quòd ex uno latere unoque duntaxat parente juncti in gradu remotiori ponantur, de quo *ſuprà cap. 1. th. 15.* Uſus certè arboris hujus æquè circa ſucceſſionem inſignis, quem ut exactiùs cogno-
14 ſcamus, prærogativam † linearum ſeu triplicem ſuccedentium ordinem, puta *deſcendentium ſive liberorum: aſcendentium ſive parentum: Collateralium ſive agnatorum & cognatorum, Novell. 18. cap. 1. 2. &* 3. ei ſtatim adjungi, ac ratione hujus conjunctim haberi neceſſe eſt, ne vel graduum proximitas jure linearum quicquam præjudicet, vel ex linearum diverſitate jus
15 proximitatis invertatur. † Nimirum ante omnia ordo linearum in ſucceſſione attendi debet, ut primò deſcendentes: iis verò deficientibus aſcendentes: ac tandem nec hiſce exiſtentibus in foro Saxonico collaterales ſuccedant, attamen in ſingulis ac quibuscunque ordinibus factâ graduum computatione proximior admiſſus remo-
16 tiorem excludat. † Quare ne confuſè procedamus, nec equum per caudam frenemus, ut loquitur Lancellot. *in l. nemo. ff. de legat. 1.* uſum arboris in præſenti materiâ regulis duabus diſtinctis, unâ admiſſivâ, alterâ excluſivâ demonſtratum dabimus, unicuique explicationem juxta triplicem modò dictum ſuccedendi ordinem ſubjicientes.

III. Sit ergò Regula prima admiſſiva hæc: † *Quicunque gradu æquali defuncto* 17 *juncti fuerunt, capaces bonorum, omnes ſimul ad ſucceſſionem ſunt admittendi.* Ratio hujus regulæ † obſcura nequaquam 18 eſt; cùm enim ex ſanguinis affectione quilibet poſt obitum ſuis proſpectum voluiſſe cenſeatur, † vel ex tacitâ ſaltem ejus 19 voluntate, à ſucceſſione excludendi haut ſunt gradu cognationis ſive ſanguinis æquales. Quod certè in primo ſuccedendi ordine nemo in dubium vocabit, † quo libe- 20 ri primi gradûs omnibus aſcendentibus & ex latere venientibus excluſis ad parentum hereditatem æqualiter admittuntur, nullo habito reſpectu, † maſculi ſint an fœminæ, 21 ſui juris an patriæ poteſtati ſubjecti, ſublata ſcilicet in materiâ ſucceſſionis ſexûs, patriæ poteſtatis & emancipationis, ut & cognationis atque agnationis differentia, *Novell. 118. cap. 1. & 4. Auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legitim. libr.* Valent. Förſter. *lib. 8. de ſucceſſ. ab inteſt. cap. 9. numer. 9.* quippe † qui vivis etiam parentibus domi- 22 ni quodammodo bonorum paternorum exiſtimantur, & poſt obitum patris hereditatem non percipere, ſed magis liberam bonorum adminiſtrationem conſequi cenſentur, *§. ſui autem. Inſt. de hered. qual. & differ. l. in ſuis 11. ff. de libr. & poſth. l. 1. §. largius. 12. ff. de ſucceſſ. edict. l. 1. §. qui ſunt in poteſtate. 7. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Georg. Acac. Enenckel. *in tract. de privileg. parent. & liber. privileg.* 3. *cap. 1. num. 8. & ſeqq.* † Idemque obtinet in 23 ſecundo gradu, ſcilicet nepotum, tertio pronepotum, quarto abnepotum, & ſic poſtea, qui omnes liberorum appellatione continentur, *l. liberorum. 220. ff. de Verb. ſignific.* & parentibus defunctis æqualiter juncti æquè omnes ſuccedunt, ſed non inæquales portiones, propter jus repræſentationis, † quod efficit, ut filii, nepotes 24 ac reliqui deſcendentes patris gradum fictione juris intrantes eam conſequantur portionem, quam parens, ſi in vivis adhuc eſſet acciperet, *dict. Novell. 118. cap. 1. verſ. ſi tamen.* Förſter. *de ſucceſſ. lib.* 3. *cap.* 34. Joh. Schneidw. *ad §. cum filius 6. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer.* Rittersh. *in expoſit. Novell. Juſtin. part. 7. cap. 1. numer. 8.* † idque legibus XII. tabb. quidem ortum 25 tribuit, *§. pen. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. l. 3. C. de ſuis & legit.* æquitate tamen naturali & juris ratione nititur, *l. 1 §. ſi filius. 4. ff. de ſuis & legit. hered.* æquiſſimum enim videtur, † nepotes, neptesve, item 26 pronepotes, proneptesvè in patris ſui locum ſuccedere, *dict. §. cum filius. 6. Inſt. de hered.*

27 *hered. quæ ab inteſt. defer.* † & juris fictione pater ac filius eadem penè intelliguntur perſona, *l. ult. C. de impub. & aliis ſubſtitut.*
28 eſtquè † filius portio ac caro patris, *can. jam itaque. 8. cauſ. 1. quæſt. 4.* Bald. *in l. ult. C. de ſerv. fugitiv.* Andr. Tiraquell. *de jur. primigen. quæſt. 40. n. 31.* ex quo inventum repræſentationis nequaquam in nepotibus ſubſiſtit, ſed ex juris ac rationis identitate
29 ad † pronepotes & deſcendentes in infinitum extenditur, quod quidem abſonum videtur Bartolo *in dict. l. §. ſed ſi quis. 1. ff. de ſuis & legit.* & Fabr. *in dict. §. cum filius. 6.*
30 veriſſimè tamen dictum eſt ab aliis, † & ex mente ipſius Imperatoris *in §. ult. Inſt. de heredit. quæ ab inteſt. defer. & dict. Novell. 118. cap. 1. verſ. ſi tamen &c.* Valent. Förſter. *de ſucceſſ. lib. 4. cap. 21. n. 2. 6. & ſeqq.* Johan. Borch. *in tract. de gradib. tit. de ſucceſſ. deſcendent. pag. 182. cum ſeq.* Anton. Gometz. *tom. 1. variar. reſolut. cap. 1. num. ult.* Matth. Weſenb. *in dict. §. cum filius. 6. n. 3.*
31 † Non tamen jus repræſentationis Regulæ noſtræ quidquam officit, nec eam infringit,
32 quippe † quæ ſolam probat admiſſionem ad jus ſucceſſionis, neutiquam verò æqualitatem diviſionis urget, quam repræſentationis adinvento relinquimus.

IV. Non ſolùm autem bona allodia-
33 lia, † ſed & feudalia includit hæc Regula, in quibus æquè filii ſimul omnes ſuccedunt, *tit. 1. libr. 1. FF. tit. 8. FF. 1.* Jacob. Cujac. Matth. de Afflict. & Schenck. Baro à Tautenberg. *ad tit. 11. FF. 2.* Joh. Borch. *de feud. cap. 7. tit. de ſucceſſ. num. 10.* Rit-
34 tershuſ. *in part. feud. lib. 1. cap. 2. quæſt. 1.* † beneficio tamen repræſentationis & heic retento, ut nimirum primi gradus filii in capita, ulterioris verò in ſtirpes admittantur, *dict. tit. 8. ibi: Nepotes ex filio loco ſui patris &c. lib. 1. FF. ubi* Alvarott. & Matth. de Afflict. *tit. 11. ff. 2.* Duaren. *de feudal. c. 11. n. 5.* Rittershuſ. *in parat. feudal. lib. 1. c. 15. quæſt. 2.* Borch. *de feud. dict. c. 7. n. 46.* Henning. Göden. *conſil. 21. n. 1.* Dicimus
35 verò, † filios in feudis ſuccedere, non liberos, quorum appellatione etiam filiæ continentur, quas tamen à feudi ſucceſſione regulariter excluſas novimus, *tit. 8. §. filia. FF. 1.* Non ergò regula noſtra fallax erit? Non certè, ſed firmo ſtat talo, nec filias ipſa excludit, niſi incapacitate ſuâ
36 excluderentur: † nimirum filiæ ad ſucceſſionem feudi per ſe habiles non ſunt, ut maximè ratione gradûs inter eas & fratres nulla exiſtat diſparitas; eſtque hoc ipſum, quod regulam ad ſucceſſores bonorum capaces verbis diſertis reſtrictam voluimus; quò fulcrò ſuſtinebitur. † (1.) 37
Etiamſi filiæ cum filiis concurrant, *alleg. tit. 8. §. filia. tit. 1. §. 3. FF. 1. tit. 36. & 50. FF. 2.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 9. n. 26.* Petr. Raven. *ad tit. 1. §. 3. lib. 1. FF. ac ibidem* Alvarott. & Matth. de Afflict. propter incapacitatem ſcilicet in eo conſiſtentem, quod nec ſervitia feudalia præſtare, nec ob judicii fragilitatem conſilium præbere, nec propter lubricitatem linguæ Domini ſecreta occultare nec ſalvo ſexûs fœminei pudore cœtui ac conſortio virorum intereſſe, viroſque comitari queant; † quæ ſingula Vaſallo maximè in- 38
cumbunt, *tit. 6. & 7. FF. 2.* Sonsbec. *de feud. part. 9. n. 120.* Zaſ. *in Epit. feudal. part. 8. n. 36.* Joh. Schneidvv. *in Epit. feudal. part. 6. cap. de ſucceſſ. fœmin. n. 6. & ſeqq.* Quod ipſum tamen duplicem admittit limitationem, † in cauſa nempe expreſſæ conventio- 39
nis, ut fœminæ ad feudi ſucceſſionem admittantur; ſicuti enim alibi paſſim, ita & hic pacta & conventiones negotio, cui apponuntur, ſuam dant formam atque legem, *l. 72. ff. de contr. emt.* Henr. à Roſenthal. *de feudal. cap. 7. concl. 39.* Duar. *de feud. cap. 10. n. 1.* Hieron. Gartzon. *de fœm. ad feud. recip. Reſtrict. 1.* Nec non in feudo † fœmineo, h. e. à fœmina primùm ac- 40
quiſito, ubi nulla Seniori poteſt inferri injuria, quippe qui fœminam ad feudum admittens, omnia, quæ ſexûs hujus pudori ac conditioni repugnant, ipſi pariter ac ſucceſſoribus ejusdem ſexûs remiſiſſe, & ſervitia per ſubſtitutum præſtandi poteſtatem dediſſe cenſetur, *tit. 1. §. 3. FF. 1. ubi* Jacob. Alvarott. *tit. 11. FF. 2.* Borch. *dict. cap. 7. n. 66. & 69.* Zaſ. *in epit. feudal. part. 8. n. 38.* Sonsbec. *dict. part. 9. n. 123.* Utraque autem limitatio † cum grano ſalis & conditionali- 41
ter eſt accipienda, ſi omnes ex primo adquirente deſcendentes maſculi defecerint, ex monito Feudiſtæ *tit. 6. & tit. 8. §. filia. FF. 1. junct. l. 36. §. 2. ff. de legat. 1. l. 8. in pr. ff. de uſufr. arceſc.* Duar. *dict. cap. 10. n. 9.* Förſter. *dict. 3. c. 19. num. 18.* Joh. Schneidvv. *de feud. part. 6. de ſucceſſ. fœmin. n. 39.* usque adeo, † ut filia ac fœmina ſemel excluſa in perpe- 42
tuum maneat excluſa, nec maſculo, qui illam excluſerat, defuncto, in poſterum admittatur, ex veriori Feudiſtarum ſententiâ *in dict. tit. 6. §. quin etiam & §. ult.* fundata Henr. Bocer. *de inveſtit. feud. cap. 5. n. 62. & ſeqq. & de ſucceſſ. feudal. cap. 3. quæſt. 4.* Roſenth. *de feud. c. 7. concl. 44 n. 13.* Borch. *dict. cap. 7. n. 36.* Duar. *citat. cap. 10. n. 12.* † niſi forſan inveſtituræ verba ipſis ſubveniant, puta 43
ſi fœminis via ſucceſſionis ſit præcluſa, donec maſculi ſuperſint, Borch. *dict. loc. n. 39.* aut

ſi vo-

ſi vocatæ fuerint deficientibus maſculis;
quæ verba conditionem inferunt, perinde ac ſi fœminis deferatur jus ſucceſſionis, quando maſculi deceſſerint, *arg. l. à teſtatore. 109. ff. de condit. & demonſtr.* Hartm.
44 Piſt. *part. 2. quæſt. 36. n. 32. & ſeqq.* (2.) †
Neque hinc etiam jacturam patietur regula noſtra ex eo, quòd nepotes ex filia cum nepotibus ex filiis haut admittantur, in eodem quantumvis gradu exiſtentes, *dict. tit. 8. §. filia tit. 1. §. 3. FF. 1.* ſcilicet quia intermedia matris incapacitas ipſis nocet, quantumvis graduum paritas ſuccurrat. Non aliter ac quando (3.) propria ſuccedentium
45 inhabilitas eis impedimento † eſt, qui cauſam magis incapacitatem, quàm graduum qualitatem ac regulæ fallaciam deplorandi habent, veluti ſunt ſurdi, muti & imperfecti, vel alio modo ad ſervitia feudalia inepti, *tit. 21. 30. & 36. FF. 2.* Vult. *libr. 1. de feud. n. 64. & 67.* Hartm. Piſtor. *part. 2. quæſt. 32.*
46 † Quibus & filios naturales accenſemus inæquali gradu cum aliis junctos, licèt poſtea facti fuerint legitimi, *tit. 26. §. naturales. FF. 2.* Vult. *dict. cap. 9. n. 92.* ſive per oblationem Curiæ, ſive per reſcriptum Principis, etiamſi legitimatio verbis diſertis ad ſucceſſionem feudi fuerit porrecta,
47 niſi † Dominus & Agnati eam probaverint, *dict. §. naturales. arg. l. 7. C. de precib. Imper. offer. l. 13. §. 1. ff. comm. prædior.* Vult. *cit. loc. n. 93.* Matth. Weſenb. *de feud. cap. 6. n. 12.* Andr. Fachin. *libr. 7. contr. 49.* Nec
48 quicquam prærogativæ † tribuendum hac in re putamus legitimatis per ſubſequens matrimonium, quos etiam generalitas *dict. §. naturales.* excludit, Vult. *dict. loco. n. 93.* Rittershuſ. *in partit. feudal. libr. 1. cap. 13.*
49 *quæſt.* † quamvis contrario aſſertio inebriati ferè communiter ſint Dd. Borch. *dict. cap. 7. num. 19.* Sonsbec. *de feud. part. 4. num. 22.* Ruding. *libr. 1. var. lection. feudal. cap. 16.* Bocer. *de ſucceſſ. feud. cap. 3. quæſt. 2.* Schenck. Baro *in ſæpè alleg. §. naturales.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 141. n. 2.*

V. Non majus imminet periculum
50 regulæ prædictæ † ex Heergevvettâ, ſive rebus expeditoriis, quæ patre defuncto ſolis cedunt filiis, excluſis filiabus in pari quantumvis gradu exiſtentibus. [Nam & hiſce incapacitas obſtat rerumque expeditoriarum qualitas efficit, ut regula ſuâ
51 deſtituatur operatione. † Dicuntur enim res expeditoriæ, quæ ad armandum militem & ad expeditionem militarem hominis alicujus ſive Vaſalli requiruntur, Gloſſ. Weichbild *art. 25. n. 1. verſ.* und Heergewette iſt / ꝛc. Jacob. Schult. *in addit. ad Modeſt.* Piſtor. *part. 2. quæſt. 54.*
n. 5. † occaſione feudi & ſervitiorum mi- 52
litarium cauſa ab Henrico Aucupe in foro Saxonico introductæ, teſte Petro Heig. *part. 1. quæſt. 8. n. 28.* Quo jure igitur filiæ Heergevvettam ſibi vendicabunt, cùm ſervitia militaria nequeant præſtare, à ſucceſſione feudi ob id excluſæ? *theſ. præced.*
† Meritò hinc obſtante filiarum incapaci- 53
tate ſolii filii in rebus expeditoriis ſuccedunt, usque adeò, ut in horum defectu non exiſtentibus agnatis, Heergevvetta ad Magiſtratum ſpectet, nullâ filiarum habita ratione, *Conſt. Elect. 38. §.* Da aber keine Erben. *verſ.* auf den Fall ſollen ꝛc. idque
juris in rebus expeditoriis plebejorum: † 54
Quando verò miles ſive Vaſallus moritur, filiis & agnatis haut relictis, non loci Magiſtratus, ſed Dominus, ad quem feudum devolvitur, eas lucro habet, Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 72. n. 11.* Jacob. Schult. *in addit. ad Georg. Rotſchitz de dotalit. art. 23. n. 13.* ita nimirum filiæ perinde ut in feudis, *theſ. præced.* ſalvâ regulâ noſtrâ propter incapacitatem à ſucceſſione Heerge-
vvettæ excluduntur, quæ † & deſcendenti- 55
bus ex filiabus nocet, æquali prorſus jure, quo & hi à feudi ſucceſſione arcentur; propter qualitatem ſiquidem rerum expeditoriarum feudalem ſola agnatio heic attenditur, ſoliſque agnatis à patre provenientibus, quos & onus tutelæ ſubire oportet, Heergevvetta defertur, Gloſſ. *in* Landrecht. *lib. 1. art. 23. verb.* Nimmt das Heergewette. Georg. Rotſchitz *de dotalit. dict.*
art. 23. n. 4. † Ex quo nec Clerici pari gra- 56
du cum fratribus juncti de fallaciâ regulæ conqueri habent, ſi via in rebus expeditoriis ſuccedendi per confratres ipſis præcludatur: qualitas ſiquidem Clericatûs regu-
læ effectum remoratur, quia † Clerici 57
rerum expeditoriarum non habentur vulgò capaces, Landr. *libr. 1. art. 27.* Gloſſ. *in art. 5. ſub lit. L. dict. libr. 1.* Andr. Goldbec. *de gerad. cap. 5. tit. de ſpecieb. quas uxor. n. 13.* Quod licèt Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 39. n. 69.* ex eo impugnare conetur, quia *Conſtitutio Electoralis 28. part. 3.* ad feudi ſucceſſionem Clericos admittit, pa-
rum tamen hoc eos juvare poterit, † poſt- 58
quam ſanctio illa ſingularis in Electoratu Saxoniæ ad nullam conſequentiam trahi debet, *arg. l. quod verò. 14. ff. de legib.* ſemper obſtante jure communi pariter & Saxonico, quo incapaces & feudi & rerum expeditoriarum ſunt Clerici, Lehnrecht. *art. 2. in pr.* Landrecht. *lib. 1. artic. 25. ubi* Gloſſ. *n. 3.* Chriſt. Zobel. *part. 3. differ. 2.*
in pr.

inpr.& differ 23.*n.1.& ſeqq.* Hartm. Piſtor. *part.* 2. *quæſt.*73.*n.*12. Dan.Moller. *ad dict. Conſt. Elect.*28.*part.*3.*n.*1.*ſub fin.*

59 VI. Labefactare nihilominùs † videtur Regulam *art.*23. *inpr. libr.*1. **Landr.** in quo hæc leguntur verba: **Wo die Söhne binnen ihren Jahren ſeyn / ihr älteſter ebenbürtiger Schwerdtmagen nimmt das Heergeräthe alles zu ſich etc.** frater ideoque major ſive ſenior ſolus in rebus expeditoriis ſuccedit, reliquis excluſis. Quod ſi ita eſt, quomodo veritas re-
60 gulæ conſtabit? Maximè conſtat, † ſi non quid verbis in jure Saxonico dictum, ſed uſu receptum, conſideraverimus: ex obſervantiâ ſiquidem omnis dependet juris Saxonici autoritas, ut multoties inculcat Hartm. Piſtor. juris Saxonici ſcientiſſimus & obſervantiſimus, *part.2.quæſt.*25.*n.*35. & *quæſt.*26.*n.*18. *ac paſſim.* At quæ hoc in articulo obſervantia? A Scabinis Lipſienſibus,
61 † (quorum ſententiæ olim dignæ fuerunt viſæ, ut juri Saxonico ſcripto pro majori ejus explicatione & vigore annecterentur) ſi eam petere lubeat, in promptu eſt *Reſponſum jam ante quinquaginta annos in cauſa Joh. Wilhelmi, Georgii Erneſti, & Sigismundi fratrum à Linden iv. Menſ. Februar. An.*
62 1595. *prolatum hiſce verbis*: † **Daß euch / Hanſen Wilhelm von Lindenaw / als dem Aeltiſten unter euren Brüdern / euers Vaters ſel. nachgelaſſenes Heergeräthe / auſſerhalb des beſten Schwerdts / allein nicht gebühret / ſondern es werden die zum Hee geräthe gehörige Stücke unter euch drey Brüder zugleich billich ausgetheilet. V. R. W.** Quam obſer-
63 vantiam in pronunciando † etiamnum hodie ſequuntur Scabini, ut & alia harum provinciarum Dicaſteria celeberrima, quibus regula noſtra non parum firmatur,
64 tantum abeſt, ut labefactari queat, † etiamſi verbis *dict.art.*23. præcisè inhæreamus, quæ certè non de ſucceſſionis, ſed detentionis ac cuſtodiæ jure loquuntur, idque fratri majorenni & agnato ſeniori deferunt in caſu exiſtentium confratrum adhuc impuberum, ita ut tanquam tutor & adminiſtrator legitimus accipiat res expeditorias in cuſtodiam ſuam, reſtituturus videlicet eas confratribus vel liberis defuncti, quan-
65 do majorennes facti erunt, † quem intellectum ſuppeditant verba *dict. art.* 23. ſequentia: **Und iſt der Kinder Vormund daran / bis ſie zu ihren Jahren kommen / ſo ſol ers ihnen darnach wieder geben.** *ibiq;* Gloſſ. latin. *in art.*22. *l.*1. **Landr.** *lit.* I. Matt. Col. *part.*2.*dec.*262. *n.*6. Hoc tamen prærogativæ tribuitur fratri & agnato majori, † ut præcipuũ habeat 66
præ aliis gladium, *dict. art.* 22. *in fin. libr.*1. **Landr.** *verb.* **Wo ihrer zween oder drey zu einem Heergewette gebohren ſeyn / der Aelteſte nimmt das Schwerdt zuvor / das andere theilen ſie alle zugleich.** Clariſſima ſanè probatio regulæ, † quæ omnes pari gradu jun- 67
ctos ad ſucceſſionem Heergewettæ admittit, licèt gladius cedat ſeniori, quod diviſionem potiùs & qualitatem portionum, quàm ipſam ſucceſſionem concernit, Georg. Rotſchitz. *de dotalit. art.*22.*n.*8. Coler. *dict. deciſ.*262.*n.*1. Atque hinc regula etiam verificatur in ſucceſione rerum expeditoriarum, ſi † Nepotes ſuccedant, licèt jus re- 68
præſentationis inæqualem conſtituat diviſionem, *ſupr. th.*3. cui & id adſcribendum, quòd hoc caſu nepotes, qui ex fratre majore provenerunt, gladium præ filiis habeant præcipuum, repræſentantes nimirum vices filii natu majoris defuncti, adeoque & lucrum ex ejus perſonâ capientes, §. *cum filius. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer.* Anton. Fab. *in Codic. lib.* 2. *tit.* 3. *defin.* 14. *numer.* 19.

VII. Eandem vugò moveri videmus objectionem † ex naturâ bonorum uten- 69
ſilium, quorum participes non ſunt filii, ſed cùm parilis horum & rerum expeditoriarum ſit ratio, ita ut ab illis ad haſce & vice versâ, benè ac firmiter liceat inferre, Gloſſ. german. *in art.* 24. *verb.* **Nach dem Heergeräthe.** *lib.*1. **Landr.** Andr. Goldbec. *de gerad. cap.*5. *tit. de ſucceſſ. cognat. tranſverſ. n.*49. † parili quoq; modo 70
abſque ulteriori negotio refelli ea poterit. Nimirum mortuâ muliere filiæ ſolæ in bonis utenſilibus ſive geradâ ſuccedunt fratribus in pari quantumvis gradu exiſtentibus prorſus excluſis, **Landr.** *lib.*1. *art.*5. & *art.*27. *in pr. libr.*3. *art.*15. *in fin.* Gloſſ. *in* **Lehnrecht.** *art.* 56. *ſuper verb.* **Läſt aber die Frau.** §. **Auf daß ihr nun.** *junct. addit. marginal. ibid.* & Gloſſ. *in* **Weichbild.** *artic.* 23. *numer.* 2. Matth. Col. *part.*1. *deciſ.* 43. *n.* 2. Weſenb. *in parat. ff. de ſupell. legat.* usque adeò † ut nec defi- 71
cientibus filiabus admittantur filii, ſed vel cognatæ aliæ, aut iis non exiſtentibus Judex, qui merum habet imperium, **Landrecht** *libr.*1. *artic.*28. *junct.* Gloſſ. latin. *ad textum german. l. A. verſ. ſed cùm hic textus, Conſtitut. Electoral.* 38. §. **Da aber keine Erben.** *part.* 3. Gloſſ. *in* **Weichbild.** *art.*23.*n.*28. & *art.*59.

f Joh.

Joh. Schneidw. *ad tit. Inſt. de heredit. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de ſucceſſ. fiſci. num.17.* Hart. Piſtor. *lib.1. quæſt.33. n.20.* Excepto
72 tamen † filio clerico, qui beneficio hujus regulæ gaudet, etiam in bonis utenſilibus unà cum ſororibus ad geradam matris admiſſus, *dict. art. 5. verb.* **Der Pfaff nimmt gleichen Theil mit der Schweſter in der Mutter Gerade.** *libr.1.* **Landr. Weichbild.** *art.57. verſ.* **Wer aber.** junct. Gloſſ. *ibid.n.20.* Hartm. Piſtor. *obſervat.172. n. 2.* Andr. Goldbec. *dict. cap. 5. pag. 114. n.14.* Georg. Rotſchitz. *in tract. de dotalit. art. 14. num. 13. & ſeq.* Sed hæc
73 omnia ex naturâ geradæ, † cujus ſolæ filiæ ac filii clerici ſunt capaces; reliqui ergò fratres incapacitati ſuæ imputent, quòd paritas gradûs ſuo deſtituatur effectu, firmiter nihilominus ſtante in terminis ha-
74 bilibus regulâ, quâ nec ſuccurritur † neptibus ex filio, quantumvis gradu æquali cum neptibus ex filiabus ſint junctæ, eâdem obſtante incapacitate: ut enim ſolæ mulieres, non etiam viri poſt obitum eorum geradam relinquunt, *dict. art.27. lib.1.* **Landr.** Dan. Moll. *lib. 1. ſemeſtr. 6. n.2.*
75 † ita viciſſim ſolæ mulieres, eaque tantùm, quæ per lineam fœmininam deſcendunt, ad geradam admittuntur, *dict. artic. 15. lib. 3.* **Landr.** *& art. 27. libr. 1.* **Landr.** *ibi:* **Ein Weib vererbet die Gerade auf die nächſte Nifftel / ſo ihr von Weibs halber zugehörig iſt.** Coler. *part. 1. deciſ. 43. n. 7.* Goldbec. *dict. cap. 5. n. 5.* Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 33. num. 18.* ſcilicet quia ſola cognata bona utenſilia petere valet. Eſtque hoc ipſum, quod
76 vulgò dicitur, † Agnationem in ſucceſſione geradæ non attendi, Möll. 2. *ſemeſtr. 5.* Manifeſtè hinc apparet ratio excluſionis impeditiva à parte filiorum in ſucceſſione geradæ, ut propterea nullum regulæ defectum adſcribere liceat.

IIX. Hucusq; de deſcendentibus pari gradu defuncto junctis: Non aliter res ſe
77 habet † in lineâ aſcendenti, quæ & ipſa Regulam admittit, ut *quot ſint parentes, ſimul tot liberis ſuccedant*; in gradu nempe primo pater & mater, quæ licèt quondam per patrem excludebatur, *§.3. verſ. pater. verò utriusq;. Inſt. de SCto Tertull. l. ſive ingenua. 2. §. objicitur. 15. ff. eod. tit. l. ſi ad patrem*
78 *10. ff. de ſuis & legit. hered.* † jus tamen noviſſimum ei viam ſuccedendi aperuit, licet pater adhuc ſit in vivis, amboſque conjuges hereditatis filialis ſimul capaces reddit, *l. ſi quis. 7. ſin autem defuncta. 1. poſt pr. C. ad SCtum. Tertull. Aut. defunct. C. eod. tit. Novell. 118. c. ſi igitur defunctus. 2.* At quid de jure Saxonico, † quod hanc nobis exhibet 79
ſanctionem: **Stirbt ein Mann ohne Kinder / ſein Vater nimmt ſein Erbe / hat er des Vaters nicht / ſo nimmt es ſeine Mutter mit mehrerm Recht / denn ſeine Schweſter oder Brüder /** *art. 1.* **Landr.** *lib. 17.* quid hoc aliud, quàm patrem in ſucceſſione matri præferre: num id hoc in paſſu à jure communi receſſiſſe, & patri pinguius proſpexiſſe dicemus? prout † autumat Gloſſ. latin. *ad* 80
text. german. dict. art. 17. lit. a. & poſt eam Ludov. Fachſ. *part. 1. differ. 24. poſt. pr.* Chriſt. Zobel. *part. 3. differ. 6. num.1. & 7.* Ambroſ. Schürer. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. tit. 11. de ſpecial. in aſcend. ſucceſſ. §. jus Saxonicum circa aſcendentes. diff. 3. pag. 201. verſ. pater in ſucceſſ. filii.* Johann. Schneidwin. *ad tit. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de ſecund. ordin. ſucced. ab inteſt. aſcend. numer. 10.* † Vel obſervantiam 81
verbis effectum & autoritatem detraxiſſe aſſeverabimus? quod novum non eſt in foro Saxonico, *theſ. 6. num. 60.* Neutrum placet: Non enim ad obſervantiam confugiendum, ſi verba textûs Saxonici queant ſalvari, † nec tàm clarus eſt *art. 17. dict.* 82
lib. 1. **Landr.** quin admittat intellectum juri communi convenientem, licèt in eo multùm varient Dd. ut faſſus eſt Saxo Sereniſſimus *Conſt. 17. in pr.* **Ob wol der Text des 17. Artickels im erſten Buch der Land-Rechten das Anſehen hat / daß der Vater / wann ein Kind verſtirbet / allein** *ſuccediren* **/ und die Mutter ausſchlieſſen ſol; Dieweil aber ſolcher Text mehr denn auf einen Verſtand gezogen und gedeutet wird / ſo ſind unſere Verordnete hierinn einig / daß nach gemeinen Käyſerlichen Rechten und Gebrauch dieſer Lande / Vater und Mutter zugleich in die Erbſchafft ihrer Kinder zugelaſſen werden ſollen / welches wir uns auch alſo gefallen laſſen.** *part. 3.* Non ergò abnuit † jus Saxonicum, conceſſe- 83
rimus ſiquidem ex prædicto *articul. 17.* in foro Saxonico patrem filii defuncti capere hereditatem, an propterea mater cum patre concurrens excluſa erit? Ne verbulum de hoc habetur: † 84
quod ergò deciſum vel correctum non eſt, ex jure civili decidendum, eiq; ſtandum erit. Nec *verba ſequentia:* **Hat er des Vaters nicht / ſo nimmt es ſeine Mutter /** hunc ſenſum infringunt: ſed alium fingunt caſum, quo ſola exiſtit mater.

Aut

Aut ſi omninò prærogativam pater ſibi vendicare velit ex diſpoſitione juris Saxo-
85 nici, † ſubſiſtendum erit in uſufructu & adminiſtratione, cujus intuitu matri patrem præferri ultrò fatemur, relictâ nihilominus matri parte dimidiâ proprietatis bonorum, ut benè articulum hunc juris Saxonici explanat Aut. *Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 1. part. 2. n. 23. & ſeq.* Si enim tutori
86 † jus civile attribuit adminiſtrationem rerum pupillarium, proprietate quantumvis penes pupillum exiſtente, *l. obligari. 9. §. hereditatem. 3. l. ſi ad pupillum. 11. ff. de autor. tutor.* nec non patri hereditatem filii delatam, propter jus nempe patriæ poteſtatis & uſumfructum, quem in bonis illis habet, *l. cùm non ſolum. 8. §. ſancimus. 1. & §. ſeq. C. de bon. quæ lib. l. infanti. 18. poſt pr. C. de jur. de lib.* Quidni idem jura Saxonica aſſerere
87 poſſent † de hereditate matri delatâ, cùm & hæc in tutelam & poteſtatem mariti tranſeat, ſuorumque bonorum uſumfructum & adminiſtrationem ipſi concedat, **Landr.** *lib. 1. artic. 31. verſ.* **Wann ein Mann** *ubi* Gloſſ. latin. *ad text. german. lit. f. poſt pr.*

88 IX. Patre ac matre deficientibus † ſuccedit avus aviaque, in quibus æque Regula *th. 3.* operatur, officiumque ſuum facit, ita ut non modo hi, ſed & reliqui aſcendentes in gradu pari exiſtentes nepotibus ac deſcendentibus ſuccedant, *dict. Novell. 118. cap. 2. Conſt. Elect. 17. part. 3.* parentum
89 namque voculâ veniunt quoque † avus aviaque, & alii aſcendentes ſuperiores, *l. juſta. 201. ff. de V. S.* Chriſt. Zobel. *in addit. ad Gloſſ. latin. text. latini dict. artic. 17. libr. 1.* **Landr.** *verſ. quamvis textus.* Matth. Berlich. *part. 2. concluſ. 23. numer. 7.* Nec ullam heic admittimus diſtinctionem ac ſeparationem bonorum, ita forſan, ut in bo-
90 nis, quæ † ex paternâ lineâ ad filium defunctum profecta fuere, ſolus pater ſuccedat, matre excluſâ: & econtrário mater ſola excluſo patre in bonis, quæ ex maternâ lineâ ad filium pervenerunt, ex placito Interpp. communi, ſuffulto *l. quod ſcitis. 3. §. ſin autem idem nepos. C. de bon. quæ lib. l. cum aliis. 4. C. de ſecund. nupt. §. 1. verſ. ſancitum etenim à nobis eſt. Inſtit. per quas perſ. cuiq; acquir.* Schneidw. *dict. Rubr. de ſecund. ordin. ſucced. numer. 12.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 31. quæſt. 3. numer. 30.* Virg. Pingitz. *quæſt. 14. numer. 19.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 27.*
91 *numer. 2.* Hartm. Piſtor. *obſervat. 11. num. 2.* † quod tamen ſuſpectum eſt Caſparo Schifordegher. *libr. 1. ad Anton. Fabr. tract. 14. quæſt. 3. & ſeqq.* & Johann. Harppr. aliiſque, quos allegat *in pr. Inſtitut. de heredit. quæ ab inteſt. deſer. numer. 371. & ſeqq.* Sed origine bonorum haut inſpectâ parentes & aſcendentes pari gradu juncti in bonis deſcendentium omnibus ſuccedunt ex † 92
obſervantiâ fori Saxonici, de quâ Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 47. n. 5.* Matth. Weſenbec. *in addit. ad Johan. Schneidwin. dict. Rubr. de ſecund. ordin. ſucced. numer. 12. lit. a.* eamque generalitas *Conſt. Elector. 14. pag. 3.* ſatis probat, quæ & generaliter accipi debet, *l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſt.* Non tamen † inter plures & diverſos aſcenden- 93
tes æqualis fit diviſio hereditatis in capita, ſed juxta leneas vel genera in ſtirpes, puta ſi defunctus relinquat ex lineâ paternâ avum avique ex lineâ verò maternâ ſolû avum, vel vice verſâ; non erit horum portio æqualis, ſed habebunt avus aviaque paterni unam medietatem, avus verò maternus ſolus aliam, & econtra; pronunciantibus ita *Scabinis Lipſienſibus M. R. zu T. Menſ. Novembr. An.* 1634. † **So hat ſie die** 94
helffte ſolcher ihrer Verlaſſenſchafft auf den Groß Vater u. Großmutter von der Mutter zugleich die andere Helffte aber auf euch als den Groß Vater vom Vater allein bracht und verfället / und ihr möget euch mit den andern Groß Eltern und Mit-Erben nach den Häuptern zu vertheilen nicht angehalten werden / V. R. W. † Eſtque ſententia hæc fundata in 95
Novell. Juſtiniani Imp. 118. cap. 2. verſ. ſi autem eundem habeant gradum &c. ibi: *Ut medietatem quidem accipiant omnes à patre aſcendentes, quanticunq; fuerint, medietatem verò reliquam à matre aſcendentes, quantoſcunq; eos inveniri contigerit.* Joh. Schneidw. *ad pr. Inſtit. de heredit. quæ ab inteſt. defer. ſub tit. de ſucceſſ. parent. natur. & legimit. ſimul. numer. 22.* Valent. Förſter. *de ſucceſſ. lib. 7. cap. 4. concluſ. 3. numer. 5.* Johann. Harppr. *dict. loc. numer. 369.* † Sed con- 96
cernit hæc inæqualitas modum diviſionis, nequaquam verò ipſam ſucceſſionem, quæ ex regulâ noſtrâ inter gradu pares eſt æqualis.

X. Deveniamus tandem ad tertiam ordinem ſuccedendi, qui eſt collateralium, iisque gradu pari † defuncto 97
junctis Regula prædicta non minus quàm deſcendentibus & aſcendentibus favet, & jus ſuccedendi conjunctim defert. Ex quo dubium prorſus non eſt, quin fratres & ſorores in gradu æquali ſecundo conſtituti defuncto fratri vel ſorori in capita ſeu

portiones viriles ſuccedant. *Auth. itaque, C. commun. de ſucceſſ. Novell.* 118. *cap. ſi igitur defunctus.* Valent. Förſter. *de ſucceſſ. lib. 8. cap. 1. n. 1. & ſeq.* Joh. Schneidw. *ad pr. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub Rubr. de*
98 *tert. ordin. ſucced. collat. n. 3.* † iisque deficientibus ſequuntur eorum liberi, patruo defuncto in gradu tertio pariter juncti: Nullo igitur excluſo hi omnes ad ſucceſſionem admittuntur, *dict. Novell.* 118. *cap. 3. poſt pr.* Schneidw. *cit. Rubr. n. 29.* Gloſſ. latin. *ad text. german.* **Landr.** *lib. 1. artic. 5. lit. e. verſ. ſed ea hodie* **Urthel** poſt **Weichbild.** *tit.* **Schweſter und Bruder Kinder ſeyn einander gleich nahe.** At num
99 in capita? † Procul dubio de jure Saxonico, quod jus repræſentationis in linea collaterali haut agnoſcit, **Landr.** *libr. 1. art. 17. verſ.* **Wann ſich aber ein Erbe.** *Conſt. Elect. 18. §. ult. part. 3.* Ludov. Fachſ. *part. 1. differ. 38.* Zobel. *part. 3. differ. 17. n. 18.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 51. numer. 2.*
100 Henning. Göden. *conſil. 68. n. ult.* † jure verò civili diviſionem hoc caſu ſecundum ſtirpes formandam, multis contendunt Anton. Fab. *in diſp. forenſ. annexâ tractatui de variis debit. ſolut.* & Reinh. Bachov. *in not. ad Treutler. vol. 2. diſp. 16. th. 5. lit. b. pag.*
101 *1056.* At minus tutò, † ſi, quid vel opinione communi receptum, ipſomet fatente Fabro *in Cod. lib. 6. tit. 31. defin. 1. n. 6.* vel Carol. V. Imp. *Conſtitutione in Comitiis Spiren-*
102 *ſibus Anno 1529.* probatum attendamus. † Nec quod de jure repræſentationis præter regulas juris, Conſtitutione Juſtinianeâ ac ſingulari privilegio in favorem fratris filiorum de patrui defuncti hereditate cum patruo ſuperſtite concertantium induci neceſſe fuit, *dict. Novell. 118. cap. 3.* ad caſum alium, quo filii fratrum ſoli jure proprio ſuccedunt, abſque nullâ neceſſitate
103 extendi debet, ne diſtantes † æquali gradu ad inæquale lucrum vocentur, quod abſurdum eſt Uldarico Zaſio, *1. Reſponſ. 7.* & nobis cum ipſo.

XI. Ad gradus ulteriores ſi progrediamur in lineâ collaterali, nunquam non paritas graduum ex regulâ noſtrâ jus tribuit ſuccedendi: id quod exemplis demon-
104 ſtrare lubet. † Etſi enim de jure civili fratrum filii excludunt à ſucceſſione defuncti patruum, amitam, avunculum ſive materteram cum iis gradu æquali, tertio ſcilicet concurrentes, idque ex ſpeciali repræſentationis jure, quo filii parentis gradum intrant, *Auth. poſt fratres. ubi* Salycet *n. 2. C. de legit. hered. dict. Novell. 118. cap. 3. verſ. quandoquidem &c.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 24. numer. 34.* Schneidw. *ad pr. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub Rubr. de tert. ordin. ſucced. numer. 18.* Attamen † in 105
foro Saxonico, quo linea collateralis repudiat hoc jus repræſentationis, cum filiis fratrum patruus & reliqui pari gradu à defuncto diſtantes ſimul & conjunctim ad ſucceſſionem admittuntur, in capita ſeu portiones viriles, Johann. Schneidw. *cit. loc. numer. 9.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 48. numer. 13. & ſeqq.* Chriſt. Zobel. *part. 3. differ. 17. n. 10.* Berlich. *dict. concluſ. 24. num. 39.* quod *Menſ. Januar. Anno* 1630. Scabini Lipſienſes ſuo firmârunt *Reſponſo in cauſa* S. G. zu Z. † **So hat die Verſtor-** 106
bene ſolche ihre Verlaſſenſchafft auf euch/ ihrer Mutter Schweſter/ und der Brüder Kinder nach gemeinen Sächſiſchen Rechten / weil ihr ſämtlich in gleichem Grad ſeyd / zugleich nach den Häuptern zu vertheilen gebracht und verfället / V. R. W. Parili modo ſi quis deceſſerit relictis nepotibus † ex fratre vel ſorore 107
ab unâ, & patruelibus vel conſobrinis, h. e. patrui, avunculi, amitæ vel materteræ liberis ab alterâ parte procul dubio hi omnes æqualiter ſuccedunt, quia in pari reperiuntur gradu, quarto ſcilicet conſanguinitatis, Coler. *dict. loc.* Joh. Harppr. *ad pr. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. n. 449. & ſeq.* Valent. Förſter. *dict. libr. 8. de ſucceſſ. c. 1. & ſeqq.* idque hiſce comprobavere *formalibus Lipſienſes in cauſa S. & H. I. zu T. Menſ. Jan. Anno* 1619. † **So hat er** 108
ſolche Verlaſſenſchafft auf euch/ ſeiner Mutter Brüder Kinder / und dann auf ſeiner Schweſter Sohnes Kinder zugleich/ weil ihr alleſammt gleich nahe geſippt und verwandt ſeyd / nach den Häuptern zu vertheilen gebracht und verfället / und ihr habt euch ſolche allein anzumaſſen nicht Zug / V. R. W. Non ſecus in collateralibus ab uno duntaxat latere junctis, † obſervatâ nempe lege com- 109
putationis Saxonicæ, quæ hoſce in gradu remotiori ponit, *Diſp. præced. cap. 1. theſ. 15.* Ex quo dubium non eſt, quin fratres ex uno latere juncti cum fratrum utrinque conjunctorum liberis concurrentes nullâ gaudeant in ſucceſſione prærogativâ: at neque ab iis excludantur, † ſed omnes ſi- 110
mul admittantur, pari in gradu, puta tertio conſtituti, **Landr.** *lib. 2. art. 20. ſub fin. verſ.* **Ungezweyter Brüder Kinder.** Joh. Schneidw. *citat. loc. n. 17.* Coler. *part. 1. deciſ. 49. numer. 22.* Virgil. Pingitz. *quæſt. 5. n. 11.* Matth. Weſenb. *vol. 2. conſil. 82. n. 19.*

† Et

111 † Et hoc clarâ roboravit ſanctione Sere-
niſſimus Saxo *in Conſt. Elect. 18. pag. 3. verſ.*
**Wann aber ein halber Bruder und
Schweſter / und voll-bürtiger Ge-
ſchwiſter Kinder verbleiben; So
ſollen dieſelbige zugleich zugelaſſen
werden / und das Erbe nach der Per-
ſonen Anzahl** *in capita* **nehmen und
theilen.** Tantum abeſt, ut in provinciis
Electoratûs ullum hâc de re manſerit du-
112 bium: † quantumvis res aliter ſe habeat de
jure civili, quo fratrum utrinque conjun-
ctorum liberi, propter jus repræſentationis
fratribus uterinis & conſanguineis
viam ſucceſſionis præcludunt, *Auth. ceſ-
ſante. verſ. Et quidem prædicti fratris filius.
Auth. poſt fratres. C. de legit. hered. Novell.
118. cap. ſi igitur defunctus 3. verſ. unde con-
ſequens eſt, &c.* quod tamen ad fratrum
utrinque conjunctorum Nepotes extendi
113 haut debet, † qui cum jure repræſentatio-
nis muniti non ſint, *dict. Novell. 118. cap. ſi
igitur defunctus. verſ. hujusmodi verò privile-
gium.* Schneidw. *allegat. loc. num. 12. & 13.*
per fratres ex uno latere junctos, ceu con-
ſtitutos in gradu proximiori prorſus exclu-
duntur, ut benè ſentit Berlich. *dict. concluſ.*
114 *24. numer. 61.* † cujus ſententiam in pronun-
ciando ſecuti fuêre *Scabini Lipſienſes ad re-
quiſitionem Wenceslai* **Steinnachs.** *Menſ.
Jun. Anno* 1640. **Dieweil man ſich in
gegenwärtigem** *Succeſſion-***Fall der** *Mo-
bilien* **nach Käyſerlichen Rechten / ſo
in der Grafſchafft Hohenlohe übli-
chen / zu achten vermöge welcher die
halb-bürtige Geſchwiſter und de-
ro Kinder der vollbürtigen Geſchwi-
ſter Enckel in ausſchlieſſen; So ver-
bleiben der verſtorbenen Frau Gräfin**
Mobilia **dem Herrn Grafen Neuſtä-
diſcher Linie allein billich / V. R. W.**
115 Porrò in gradu quarto concurrunt † patru-
us vel amita, avunculus vel matertera de-
functo haut utrinque ſed ex uno duntaxat
latere juncti cum fratrũ conſanguineorum
& uterinorum liberis, operatur ideoquè
paritas gradus, ut hi omnes ſimul ſucce-
dant, **Landrecht** *lib. 1. art. 3. ſub fin. verſ.*
**Der ſich aber näher zu dem Sipp zie-
hen mag.** Berlich. *dict. concluſ. 24. nu-*
116 *mer. 83.* idemquè juris eſt † in foro Saxoni-
co, quando fratrum conſanguineorum
vel uterinorum liberi ab unâ, patrueles ve-
rò & conſobrini ab alterâ parte exiſtunt
heredes: neutra ſanè pars alteram exclu-
dere valet, ſed admittuntur junctim omnes
ad ſucceſſionem in capita, propter gradûs
quarti paritatem, Virgil. Pingitz. *quæſt. Sa-
xon. 5. numer. 11.* licèt aliter decidant JCti
117 hunc caſum de jure civili, † nimirum ut fra-
trum conſanguineorum vel uterinorum li-
beri patruelibus & conſobrinis præferan-
tur, & proximitate gradûs tertii, in quo
reperiuntur, *l. JCtus. 10. §. 14. ſub fin. & §.
15. in med. verſ. matertera filii ff. de grad.*
Quin & jus repræſentationis eis ſuccurrit,
efficitq;, ut in gradu ſecundo exiſtimentur
conſtituti; † quo intuitu etiam ipſum pa- 118
truum excludunt, *Auth. poſt fratres. verſ.
hi autem fratrum filii. C. de legit. hered.* mul-
tò magis ergo ejusdem liberos, defuncti
patrueles & conſobrinos, *arg. l. de acceſſione
14. §. item ſi mihi pignori 3. ff. de diverſ. &
temp. præſcript.* Eadem vere exiſtit diverſi-
tas juris civilis & Saxonici † inter patrueles 119
ac conſobrinos ex parentibus utrinque
junctis, cum patruo vel amitâ ex uno la-
tere cuncurrentibus: poſtquam enim de
jure civili patruus & amita ex uno quan-
tumvis latere in gradu propinquiori, ter-
tio nempe habentur, quid obſtat, quo mi-
nus patrueles & conſobrinos, ceu remoti-
ores & in gradu quarto junctos excludant,
dict. l. 10. §. 14. & 15. Nicol. Boër. *deciſ. 302.
numer. 1. & ſeq.* At † jura Saxonica pro- 120
pter vinculi duplicitatem patruum & ami-
tam ex uno latere junctos in gradu remo-
tiore ponunt, & hoc ipſo paritatem gra-
duum inducunt, iisque facultatem exclu-
dendi reliquos adimunt, firmiter hinc
ſtante *Reſponſo Scabinorum Lipſienſium*: † 121
**So hat der Verſtorbene ſeine Ver-
laſſenſchafft / ſo viel daran zu Erbe
und Erbrecht gehörig / auf gedach-
ten ſeines Vaters Brudern Söhne /
und ſeines Vaters halbbürtige
Schweſter zugleich nach Anzahl
der Perſonen vermöge Landübli-
cher Sächſiſcher Rechte gebracht
und verfället / V. R. W.** *in cauſa H.
G. à S. April Menſ. Anno 1596.* Efficitque
hæc vinculi duplicitas in patruo ex uno la-
tere juncto, † ut non præferatur in foro 122
Saxonico patruo magno, qui de jure civi-
li procul dubio in gradu quarto poſitus
eſt, *dict. l. JCtus. 10. §. 15. ff. de grad. & af-
finit.* in quo ipſo etiam reperitur patruus
ex uno latere in foro Saxonico, propter
defectum duplicis vinculi; quid mirum er-
gò, ut hoc jure ceſſet prærogativa, omnesq;
pariter, tanquam in gradu quarto conſti-
tuti æqualiter ſuccedant, † quo de addu- 123
ximus ſententiam Scabinorum Lipſienſi-
um *in Jurispr. forenſi ad Conſt. Elect. 18.
part. 3. defin. 24.*

XII. Nec tamen quemquam offendat
diſpoſitio hæc juris Saxonici de vinculi
duplicitate, gradus conſanguinitatis al-

124 terante, † reſtrictam volumus eam ad
bona hereditaria & allodialia; Non verò
accommodari debet illa ad geradam ſive
bona utenſilia, quorum ea eſt qualitas, ut
fœminis ſolis, iisque quæ per lineam fœ-
mininam non maſculinam ſint conjunctæ,
deferantur, **Landrecht.** *libr. 1. art.* 27.
125 Dan. Möller. *libr. 1. ſemeſtr. 6. num. 2.* † ni-
mirum agnatione ſublatâ quoad geradam
ſola cognatio venit in conſiderationem,
Hart. Piſtor. *part. 1. quæſt. 33. n.* 21. niſi quis
dubium nobis moveat ex *art. 15. l. 3.* **Land-
recht.** ubi hæc leguntur verba: **Wer Ge-
rade fordert / ſol vollkömmlich von
Weibeshalber darzu gebohren ſeyn.**
126 Quod tamen leve eſt;† negamus ſiquidem,
voculâ(**vollkömmlich**)vinculi duplicita-
tem intelligi, ſed eâ potiùs meram co-
gnationem denotari dicimus cum Hartm.
Piſt. ut nempe ex diſpoſitione juris Saxoni-
ci in geradâ ſuccedant tantummodò, quæ
à ſolis fœminis, nullâ habitâ maſculorum
conſideratione, deſcendunt; quem intelle-
127 ctum luculenter† innuit vocula ſubſequens
(**Von Weibes halber**) & convenit ma-
ximè textus latinus, vocabulum (**voll-
kömmlich**) exprimens per dictionem
(*duntaxat*) Hartm. Piſtor. *dict. loc.* Matth.
Coler. *part. 1. deciſ. 49. numer. 18.* Ex quo
ſanè fit, quod cognata agnationis vincu-
lo haut conjuncta nequaquam remotior
ſit, quàm cognata utrinque juncta, adeoq;
in ſucceſſione ſimul admittatur in gradi-
128 bus aliàs paribus: † veluti hinc ſoror ute-
rina & ſoror utrinque conjuncta, in ſoro-
ris defunctæ geradam pariter ſuccedunt,
latè & eleganter demonſtrante Hartman.
Piſtor. *dict. quæſt. 33.* Ex eodemque fun-
129 damento materteram † ex uno cum ma-
terterâ ex utroque latere conjunctâ ad ſuc-
ceſſionem geradæ admitti verè tradit
Goldbec. *de geradâ, cap. 5. pag.* 239. *numer.*
17. Nec aliud obtinet in rebus expeditoriis
130 ratione agnationis, † quarum intuitu
maſculorum eadem eſt qualitas & juris
ratio, quæ bonorum utenſilium quoad
fœminas, Matth. Coler. *part. 2. deciſ.* 262.
num. 4. Dan. Möll. *lib. 2. ſemeſtr. 5. num.* 1. ſi-
quidem Gerada & Heergewetta æquali
jure devinciuntur, Gloſſ. german. *in libr. 1.*
Landrecht / *art.* 24. *verb.* **Nach dem
Heergewette.** Andr. Goldbec. *dict. cap.*
5. *Rubr. de ſucceſſ. cognat. transverſ. n.* 23. &
131 49. Mirum ideoque non eſt,† quòd frater
ex uno latere cum fratre utrinque conjun-
cto ad ſucceſſionem rerum expeditoriarum
admittatur, Berlich. *dict. concl.* 24. *numer.*
57. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1.
cap. 3. n.* 273. & *part. 2. deciſ. 262. n.* 3. Möller.
cit. cap. 5. n. 1. prout reſponderunt *Scabini
Lipſienſes in cauſa C. S.* zu *V. Menſ. Jul.
Anno* 1624. † **So viel aber das Heer-** 132
**gewette anlanget / iſt ſolches auf
euch den vollbürtigen Bruder / und
den halb-bürtigen Bruder vom Va-
ter zugleich gebracht und verfället
worden / und ihr habt euch deſſen al-
lein anzumaſſen nicht Fug / V. R. W.**
Idem planè obtinet deciſum in ſucceſſio-
ne feudali, ubi cognatio exulare debet, at-
tentâ duntaxat agnatione, quæ viam ſucce-
dendi in feudis aperit, † ut nec hinc co- 133
gnatio gradum propinquiorem conſtitue-
re, nec jus prærogativæ attribuere queat,
perinde ut de rebus expeditoriis modò di-
ctum, *c. 1. § his verò de grad. ſucceſſ. in feud.*
Andr. Gail, *libr. 2. obſervat.* 151. Jacob de
S. Georg. *in tract. feud. verb. præſentes &
recipientes. numer.* 11. Quòd tantò minus
dubium in foro Saxonico, quantò certius
† Collaterales non niſi proprio facto & vi 134
ſimultaneæ inveſtituræ ſive conjunctæ
manus in feudis ſuccedere, **Landr.** *cap.* 21.
verſ. **Es ererbet auch niemand kein
Lehen** / & *cap.* 32. *in pr. verſ.* **Wann
ſie ſich aber alſo theilen / etc.** Hartm.
Piſtor. *part.* 3. *quæſt.* 19. Porrò nec ſem-
per pares gradu ſuccedunt † in feudis vel 135
rebus expeditoriis & bonis utenſilibus; ab
iis enim excluduntur fœminæ, ab hiſce au-
tem maſculi, pari quantumvis in gradu
conſtituti. Attamen fallaciæ regulæ haut
adſcribendum id eſt, ſed incapacitati per-
ſonarum, ut diximus de cauſa ſucceſſionis
in lineâ deſcendente *th.* 4. 5. & 7. quæ heîc
repetere ſuperſedemus.

XIII. Cæterùm quæ communis ferè
eſt regularum qualitas, ut nulla ſit tàm
firma, quæ non patiatur exceptionem, † 136
hac noſtram quoq; affectam fateri neceſ-
ſum habemus, idque ex ſpeciali Saxonis
Sereniſſimi lege, qua duplicem in pro-
vinciis ſui Electoratûs ſuppeditat exce-
ptionem. *Prima* eſt inter † fratrum ſo- 137
rorumvè utrinque conjunctorum liberos,
& patruum defuncti; qui certè omnes
in pari & tertio gradu conſanguinitatis re-
periuntur, *l. 10. §. 14. ff. de grad.* ac proinde
in foro Saxonico ex regulæ noſtræ præ-
ſcripto meritò ſimul ad ſucceſſionem ad-
mittuntur, ut demonſtratum dedimus
ſuprà th. 11. num. 105. Attamen Sereniſſimus
Saxoniæ Elector † in provinciis ſuis pa- 138
truum vel amitam excluſos hoc caſu vo-
luit, ſolis fratrum & ſororum liberis jus
ſucceſſionis deferens, *Conſtitut. Elect.* 18. §.
**Stürbe dann ein Mann- oder Wei-
bes-Perſonen / und verlieſſe hinter
ſich**

ſich ſeiner vollbürtigen Geſchwiſter Kinder / und des Vaters und der Mutter vollbürtigen Brüder und Schweſter ; So ſollen Brüder-und Schweſter-Kinder des Vaters Brüder und Schweſter in der *Succeſſion* vorgezogen / und das Erbe auf der Geſchwiſter-Kinder allein verfället werden. *part. 3. ubi* Daniel. Moller. *num.* 3. Virgil. Pingitz. *quæſt. Saxon.* 5. *n.* 11. Johan. Schneidw. *ad pr. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub Rubr. de tertio ordin. ſucced. n.* 19.
139 Matth. Coler. *part. 1. deciſ.* 48. *n.* 16. † Cujus exceptionis rationem ex jure repræſentationis nequaquam deſumere licet, poſtquam hoc Saxonum more inter collaterales prorſus eſt abrogatum, *dict. Conſt. Elect.* 18. *in fin.* ſed acquieſcimus in ſolo Legislatoris Sereniſſimi placito. Aut ſi quis
140 † vehementiùs rationem expetat, probabilem dicimus eam, quam reddit Dan. Möll. *cit. loc.* hereditatem pleniori jure deſcendentibus, quàm aſcendentibus deberi, ſaltem ex mente defuncti præſumtâ *arg. Auth. defuncto. C. ad SCtum Tertull.*

XIV. *Altera* regulæ noſtræ exceptio verificatur in provinciis Electoratûs Saxoni-
141 ci † inter fratres ſororesvè, ex uno latere junctos, & patruum defuncti utrinque conjunctum, qui ſanè omnes juxta computationem juris Saxonici in tertio repeeriuntur gradu, ut hinc ſimul ad ſucceſſionem admittendi eſſent, nemine eorum excluſo, *ſæpè alleg. art. 3. lib. 1.* Landr. Chriſt. Zobel. *part. 3. differ.* 17. *n.* 20. *poſt. pr.* Bened. Reinh. *part. 2. differ.* 32. *verſ. de jur.*
142 *Saxon.* Coler. *part. 1. deciſ.* 49. *n.* 19. † tanto nihilominus favore dignos judicavit Serenisſimus Elect. fratres ſororesvè, conſanguineos vel uterinos; ut iis ſolis, excluſis patruo, avunculo, amitâ vel matertera jus ſuccedendi tribuendum ſanxerit, *Conſt. Elect.* 18. §. Würde ein Mann-oder Weibes-Perſon verſterben / und hinter ſich einen Bruder oder Schweſter von halber Geburth / und des Vaters oder Mutter Geſchwiſter von voller Geburth verlaſſen / ſo ſol das Erbe auf den halben Bruder oder Schweſter allein verfallen / und des Vaters oder der Mutter Geſchwiſter davon ausgeſchloſſen wer-
143 den / *part.* 3. Exorbitans † quidem eſt ſanctio hæc à regulâ & jure communi Saxonico: at neutiquam abſurda, ſed juſtâ
144 ratione fundata, tùm propter jus civile; † quod ita fratribus & ſororibus ex uno etiam latere favet, *Auth. poſt fratres. C. de legib. heredib.* Joh. Schneidw. *ad pr. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. dict. Rubr. de tertio ordin. ſucced. n.* 26. Berlich. *part.* 3. *concluſ.* 24. *n.* 71. tùm ob ſanguinis proximitatem,
† cujus majorem quàm proximitatis gra- 145
duum Sereniſſimus Saxo habuit rationem, Sive enim ex uno corpore matris natus ſit frater uterinus, vel ex ejusdem patris ſanguine procreatus frater conſanguineus, proximior eſt defuncto ratione ſanguinis, quàm patruus. Favor ideoque ſanguinis meritò præfertur rigori Juris Saxonici, usque adeò, ut extra provincias quo-
que † Electoratûs in foro Saxonico ſecun- 146
dùm modò dictam Conſtitutionem Electoralem pronunciare jamdudum exiſtimaverint *Scabini Lipſienſes*, uti apparet ex *Reſponſo* eorundem *in causâ Nobilium quorundam Holſatorum, ad requiſitionem Cancellarii in Gottorff. Menſ. Aug. Anno* 1633 † 147
ex quo paucula hæc apponere lubet verba: *Equidem affirmativam ſententiam ſummâ niti æquitate, fateri neceſſum habemus quum ſorores ex uno latere vel ratione ſanguinis, ex ejusdem nimirum patris ſanguine, procreatæ, ſi conſanguineæ ſint, vel ex uno corpore matris natæ, ſi uterinæ, proximiores videantur avunculis, utrinq; licèt defuncto junctis: quamvis nos haut lateat rigor Juris Saxonici, fratres ſororesvè ex uno latere in tertio, & ſic cum patruis vel avunculis ex utroq; latere in pari gradu conſtituentis, obq; hanc paritatem proximitatis hoſce cum illis ſimul ad ſucceſſio-*
nem admittentis; † *Quo juris rigore ſepoſito* 148
Illuſtrisſimus Elector Saxoniæ ceu juris Saxonici Interpres æquiorem ſententiam in ditionibus ſui Electoratus amplexus, fratres ſororesvè ex uno latere patruis & avunculis defuncti ex utroq; latere in ſuccesſione præferri jusſit in Conſtit. 18. §. Würde ein Mann-oder Weibesperſonen ꝛc. *part.* 3. *Secundùm quam Conſtitutionem Anteceſſores noſtros, procul dubio æquitate ductos, extra provincias quoq; Electoratûs Saxonici hactenus reſpondiſſe compertum habemus, &c.* Hucusque Scabini Lipſienſes. Ut hinc
prædicta exceptio † hodie ſit ferè univer- 149
ſalis in foro Saxonico, niſi forſan contrarium expreſsâ alicujus provinciæ lege vel conſuetudine doceatur introductum, Berlich. *citat. loco* Coler. *dict. deciſ.* 49. *num.* 19. Urthel *poſt* Weichbild / *tit.* Halber Bruder nimmt Erbe vor Vaters Bruder. Urthel *poſt* Landrecht / *tit.* Von *Succesſion* auf Erb-Güter *col. 3. verſ.* Hätte auch ein Mann hinter ihm verlaſſen / *fol.* 337. Gloſſ. latin. *ad text. german.* Landr. *tit. 2. art. 20. lit. D.* Aut. Conſult. *Conſt. Saxon. tom. 1. part. ult. quæſt.* 113. *n.* 1. & *ſeqq.* & *tom. 2. part. 5. quæſt.* 1.

XV. Succedit jam altera Regula eaque
150 excluſiva hæc: † *Proximior in cognatione, „propinquior etiam ac potior eſt in ſucceſſione, „& remotiorem excludit.* Fundamentum hujus Regulæ omnibus obviam & ordine naturali pariter ac jure ſuffultum, ut liqueſcit ex §. *ſi plures. 5. Inſt. de legit. agn. ſucceſſ. l. ult. in pr. ff. de gradib. & affin. Novell.* 11. *cap.* 3. §. *ult.* Valent. Förſt. *de ſucceſſ. lib.* 3. *cap.* 33. *numer.* 1. Georg. Schult. *de arbor. conſang. & affin. cap.* 10. *membr.* 2. *n.* 31. nec abnuit
151 † Jus Saxonicum, **Landr.** *lib.* 1. *art.* 3. *verſ.* **Der ſich näher zu der Sippe ziehen mag / der nimmt das Erbe den andern weitern zuvor.** Quod tamen ſalvo jure linearum vel ordinum prærogativâ intelligi debet: neque enim ex lineâ aſcendente pater, quamvis in primo ſit gradu, neque ex lineâ collaterali frater in ſecundo gradu conſtitutus, nepoti in tertio gradu aliivè ex deſcendentibus remotiori præfer-
152 tur, ſed hi † omnes jure linearum prærogativo à liberis excluduntur, *pr. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer.* Veluti hinc quoquè *pr. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer.* fratres, eorumque liberi cum defuncti parentibus ad ſucceſſionem in capita admittuntur, licèt quandoque in diverſis ac inæqualibus exiſtant gradibus, *Auth. defuncto. C. ad SCtum Tertull. Novell.* 118. *cap.* 1. Johan. Schneidw. *ad pr. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. tit. de ſecundo ord. ſucced. aſcend.*
153 *n.* 33. ſcilicet † ex qualitate linearum diverſarum, non ipsâ gradum proximitate: quod tamen ſecus ſe habet in foro Saxonico, ubi parentes & reliqui aſcendentes indifferen-
154 ter collaterales † excludunt, **Landr.** *lib.* 1. *art.* 17. *poſt pr. verſ.* **Hat es des Vaters nicht / es nimmt es ſeine Mutter mit mehren Rechten / dann ſeine Schweſtern oder Brüder.** *ibiq;* Gloſſ. latin. *ad text. german. lit. h.* Schneidw. *dict. loc. n.* 43. Hier. Schurff. *cent.* 1. *conſil.* 55. *numer.* 3. Matth. Coler. *part.* 1. *deciſ.* 47. *n.* 3. & 4. In ſingulis ergò lineis regula hæc verificatur. At num etiam in lineâ deſcendente? Ne-
155 gant hoc Dd. communiter † propter jus repræſentationis, quo deſcendentes defunctis eorum parentibus in infinitum usque conjunctim ſuccedunt, quantumvis in gradibus reperiantur diverſis ac remotioribus, §. *cum filius.* 6. §. *ult. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. l. nepotes.* 21. *l. fin. C. de ſu-*
156 *is & legit. l. ſi nepotes.* 7. *ff. de collat.* † idque etiam in bonis feudalibus, *cap. un. in pr. de ſucceſſ. feud. c. ſi capitanei. de feud. March.* Valent. Förſter. *de ſucceſſ. lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 13. & de jure Saxonico, **Landr.** *lib.* 1. *art.* 5. *pr. ubi* Gloſſ. latin. & Gloſſ. ordin. *dict. lib.* 1. *art.* 17. *ſuper verb.* **Stirbet ein Mann.** *n.* 2. Gloſſ. **Weichbild.** *art.* 63. *n.* 7. † Sed 157
tantum abeſt, jus repræſentationis regulam prædictam infringere, ut eam potiùs confirmet; ex quo enim nepotes cum filiis propter jus repræſentationis ſimul ſuccedunt, fieri non poteſt, ut non propinquioribus duntaxat locus detur in ſucceſſionibus; quid enim aliàs opus eſſet jure repræſentationis? Efficit nimirum hoc, † 158
ut nepotes cum filiis in pari gradu cenſeantur conſtituti, ipsâ repræſentationis voculâ indigitante: repræſentatur ſiquidem gradus propinquior, Ant. Fab. *in Codic. lib.* 2. *tit.* 3. *def.* 14. † ex quo etiam ſuccedunt 159
in ſtirpes, *dict.* §. *cum filius. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. Novell.* 118. *cap.* 3. qui alioquin ſuccederent in capita, ſi non gradûs repræſentati proximitas attenderetur, *l.* 2. § *hæc hereditas ff. de ſuis & legitimis. l.* 1. §. *ult. ff. ſi pars hered. petat.* † ut hinc non malè 160
duplicem nepotibus gradum aſſignari dixerimus: *natalitium*, qui remotior eſt, eosque à ſucceſſione excludit; *& fictitium ſeu repræſentativum*, qui illos in pari gradu cum filiis defuncti ex juris ſaltem fictione conſtituit, & jus tribuit ſuccedendi.

XVI. Circa ſucceſſionem verò aſcendentium Regula hæc omnium voto ſuum ſortitur effectum. † Nec enim avus aviaq; 161
aut reliqui aſcendentes admittuntur ad nepotum hereditatem, ſi parentes pater vel mater adſint. Finge: defunctum reliquiſſe matrem ſuam ab unâ, avum verò aviamq; paternam ab alterâ parte, excluſis hiſce ſola mater ſuccedit, quia proximior eſt gradu, adeoque ulteriores excludit, † 162
ex *Reſponſo Scabinorum Lipſienſium, in cauſa* **H. G. zu G.** *de Menſ. Nov. Anno* 1633. **Iſt C. G. Sohn abgewichener Zeit Todes verfahren / und hat ſeine leibliche Mutter an einem / und ſeine Groß-Mutter vom Vater am andern Theil zuſammt dem jenigen / was er von ſeinem zuvor verſtorbenen Vater ererbet / nach ſich verlaſſen; So hat er ſolche ſeine gantze Verlaſſenſchafft auf ſeine Mutter allein bracht und verfället / und die Groß-Mutter hat daran keine Foderung / V. R. W.** Eſtq; hoc fundatum in textu expreſſo † *Novell.* 118. *cap.* 2. *verſ.* 163
Si autem plurimi aſcendentium, ibi: *qui primo gradu reperiuntur. Auth. defuncto.* ibi: *Salvâ gradûs ſui prærogativâ. C. ad SCtum Tertull.* Joh. Schneidwin. *ad pr. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub Rubr. de ſecundo ordine ſucced. aſcend. n.* 20. Hugo Donell.

lib.

lib.3.comment. Valent. Förſter. *de ſucceſſ. lib. 7. cap.4. n.23.* Nec enim in lineâ aſcendente jus repræſentationis locum habet, quia contra naturam foret, ut avus repræſentet patrem, filium ſuum, qui tamen ab ipſo genitus eſt, non pater à filio, Matth. Weſenb. *in parat. ff. de grad. & affin. n.* 15. Johann. Harppr. *in pr. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. n.* 368. neque ut liberis he-
164 reditas parentum, † ex ratione ſcilicet naturali & communi parentum voto, *l. cum ratio. 7. ff. de bon. damnat. l. ſcripto. 7. in fin. ff. Unde liberi.* ita & parentibus liberorum hereditas debetur, ſed propter commiſerati-
165 onem duntaxat & ſolatium parentes † ad ſucceſſionem admittuntur, ut ſcilicet liberis amiſſis, ſolatii loco bona liberorum conſequantur. *dict. l. 7. in fin. ff. Unde liberi. l. 6. ff. de jur. dot.* ut hinc nulla fuerit neceſsitas introducendi jus repræſentationis in lineâ aſcendente, Harppr. *dict. loc.*

166 XVII. Minimè autem † de veritate & ſubſiſtentiâ hujus regulæ in lineâ collaterali eſt dubitandum, ſed firmo illa ſtat pede, proximior ſemper remotiorem excludit, *pr. & §. ſi plures. 5. inſtit. de legit. agnator. ſucceſſ. l. poſt conſangvineos. 2. §. 1. & ſeq. ff. de ſuis & legit. l. conſangvinitatis. 3. et*
167 *l. pen. C. de legit. hered.* † niſi quis eam inde ambiguam reddere velit, quòd una cùm fratribus & ſororibus gradu ſecundo junctis, horum etiam liberi in gradu tertio poſiti ad ſucceſsionem patrui admittantur, *Novell.* 118. *cap.3. Auth. ceſſante. C. de legit. hered.* Joh. Schneidw. *ad pr. Inſt. de heredit. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de tert. ordin. ſucced. collat. n.*11. Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit.* 31. *defin.* 1. *n.* 1. Matth. Coler.
168 *part.* 1. *deciſ.* 48. *n.* 1. At efficit † hoc jus repræſentationis, quod regulam noſtram nequaquam deſtruit, ſed potius firmat, & liberos fratrum ſororumvè in gradu proximiore ponit, ac per id reddit idoneos, & fictione ſaltem juris ita qualificatos ratione propinquitatis, ut proximior non ſit, qui eos excludere valeat, prout modò demonſtravimus *th.* 15. *in fin.* Subſiſtit tamen jus hoc repræſentationis in fratrum
169 ſororumvè liberis, † nec ad nepotes vel alios collaterales remotiores extenditur, *dict. Novell.* 118. *cap. ſi igitur defunctus. verſ. hujusmodi verò privilegium.* Schneidwin. *dict. loc. n.* 11. 13. Nihil autem dubii relinquit jus Saxonicum, quod in lineâ collaterali, abrogato repræſentationis jure, fratres & ſorores ſoli, excluſis fratrum ac ſororum liberis, ceu proximiores ſucce-
170 dunt, † quod & à Sereniſsimo Saxone haut obſcurè probatum *Conſt. Elector.* 18. *§. ult. verſ.* **Sondern unſere Meynung und Gemüth iſt / etc.** *part.* 3. Joh. Schneidwin. *citat. loc. numer.* 14. Matth. Coler. *dict. deciſ.* 48. *num.* 4. Dan. Möller. *ad jam allegat. Conſtit. Elect.* 18. *num.* 2. & 3. Matth. Weſenb. *part.* 1. *Conſil.* 13 *n.* 55. Correctum equidem hoc in paſſu jus Saxoni-
cum contendunt aliqui, † per *ſanctionem* 171
Caroli V. Imperat. in Comitiis Wormatienſibus *Anno* 1521. *promulgatam*: **Daß Bruder- und Schweſter-Kinder nun hinfort an mit ihres abgeſtorbenen Vaters oder Mutter Bruder oder Schweſter nach Landbeſchriebenen gemeinen Käyſerlichen Rechten in die Stämme zu Erben zugelaſſen werden ſollen** Idque eò magis,
† quod verbis diſertis *in ſanctione hâc Ca-* 172
rolina conſvetudines contrariæ fuerint abrogatæ: **Gebieten und wollen / daß ihr ſolche Ordnung getreulich haltet und euch einige Gewonheit noch anders / ſo dawider ſeyn möchte / nicht hindern laſſet.** Amiſerunt ideoque vires ſuas mores Saxonici de excluſis fratrum filiis à ſucceſſione, ſi patruo vel amitæ exiſtant heredes propinquiores, ad-
vertente Mynſingero ac metuente, ne † 173
cauſa delata ad Cameram, ſententia contra fratris liberos lata reformetur & annulletur, quoniam contra generales Imperii Conſtitutiones præſertim caſſatorias non poſſunt ſubſiſtere leges aut conſuetudines particulares, *Reſponſ.* 36. *numer.* 6. Sed
nihil periculi ſubeſt, ſi † credamus Johan. 174
Schneidwin. *dict. loc. numer.* 14. Sereniſſimum Electorem & Duces Saxoniæ Illuſtriſſimos contra Legem Carolinam fuiſſe proteſtatos, ceu contrariam juri Saxonico, quo tanquam ſpeciali privilegio provinciæ illæ utantur Gloſſ. latin. *ad text. german.* **Landr.** *lib.* 1. *art.* 3. *lit. M.* tantùm abeſt, ut in Conſtitutionem illam conſenſerint, eamvè receperint. † Ac certè pu- 175
tandum non eſt, Imperatorem juribus Saxonicis hâc in re quidquã derogare, aut in foro Saxonico jus repræſentationis inducere voluiſſe, cui tantummodò mens fuerit, conſuetudines quasdam ſpeciales abrogare, ut inde Status Imperii in Saxonia jure ſuo uti neutiquam prohibeantur, Coler. *alleg. deciſ.* 48. *n.* 9.

XIIX. Nolumus tamen diſpoſitionem Saxonicam de abrogato jure repræſentationis ad bona extendi
feudalia, † in quibus etiam fra- 176
trum ſororumque liberos cum patruis

ad

ad ſucceſſionem admitti, ſeù conſtitutos cum iis pari in gradu ex jure repræſentationis, placuit Sereniſſimo Saxoniæ Electori *Conſt.* 29. §. **So thun wir auch** *verb.* **Daß bemeldtes** *jus repræſentationis* **auff Sächſiſchen Boden unſerer Lande dißfalls in der Lehns-Folge ſtatt haben ſoll.** *part.* 3. *ubi* Dan. Moller. *n.* 2. *& ſeq.* Jacob. Thoming. *deciſ.* 43. *num.* 26-
177 Matth. Weſenbec. *vol.* 1. *conſil.* 82. *n.* 28. † quod idem obtinet extra provincias Electoratûs ex obſervantiâ potiùs fori Saxonici, quàm textu **Lehnrecht.** *cap.* 32. *verſ.* **Und dieweil auch die Brüder.** Qui de jure repræſentationis nequaquam loqui-
178 tur, † ſed ſaltem de caſu retinendæ communionis, demonſtrante Hartm. Piſtor. *part.* 2. *quæſt.* 23 *n.* 4. idque etiam ſi clauſula (**nach rechter Sippzahl**) literis inve-
179 ſtituræ fuerit inſerta, † quæ ordinem ſeu prærogativam graduum haut denotare videtur, ſed potius ipſum jus ac modum ſuccedendi reſpicit, efficitque ut cùm alioqui jure Saxonico in ſucceſsione feudali nulla ducatur ratio agnationis, ſed omnis ſucceſſio ab inveſtiturâ dependat, propter hanc tamen clauſulam inveſtituræ appoſitam maximè agnatio veniat in conſiderationem, atque hinc tota ſuccedendi ratio ad terminos juris civilis reducatur, interprete hujus clauſulæ Hartm. Piſtor. *dict.*
180 *quæſt.* 23. *n.* 10. † quâ ſtante explicatione ab Henr. à Roſenthal. *de feud. cap.* 7. *concluſ.* 56. *lit. t.* pariter probatâ, nil eſt quod impediat jus repræſentationis inter fratres & fratrum liberos in feudi ſucceſſione, etiamſi clauſula prædicta (**Nach rechter Sippzahl**) literis inveſtituræ fuerit anne-
181 xa, † quod & hoc caſu verbis diſertis in uſum reduxit Sereniſſimus Saxon. Elector. *allegat. conſt.* 29. *verſ.* **Ungeachtet/ wenn auch die Clauſul/ nach rechter Sippzahl/ in Lehn-Brieff geſetzt worden.** Hartm. Poſtor. *dict. qu.* 23. *n.* 9. Jacob. Thoming. *dict. deciſ.* 43. *n. ult.* Subſiſtit tamen & heîc jus repræſentationis in fratrum li-
182 beris, † nec ad nepotes extenditur, qui etſi aliàs liberorum appellatione contineantur, *l. liberos* 10. *ff. de ſenator. liber.* 220. *ff. de V. S. l. idem erit.* 3. §. *liberos autem.* 6. *ff. de aſſignat. libertor.* Jac. Menoch. *de præſumt. lib.* 4. *præſumt.* 189. *n.* 14. haut tamen in caſu præſenti, ubi agitur de inducendo jure repræſentationis contra diſpoſitionem Saxonicam, tutò locus dabitur extenſioni per tradita Bartol. *in Auth. poſt fratres. C. de legit. heredib.* & Decii *in l. ſi aviæ,* 2. *n.* 4. *C. de ſucceſſ. edict.* idque eò minus, † quod nec de jure communi inter fra- 183
tres & fratris nepotes jus repræſentationis obtineat, *theſ. præced. numer.* 169. Regulare ſiquidem eſt, ut lex nova diſponens de materiâ juris communis omnes recipiat juris communis declarationes, *cap. ex part. ubi* Dd. *extr. de V. S. l.* 1. §. *lex Falcidia.* 1. *ff. ad l. Falcid.* Bartol. *in l. omnes populi. num.* 60. *ff. de juſt. & jur.* † Comprobàrunt hoc 184
ipſum *Reſponſo ſuo Scabini Lipſienſes in cauſa H. à R. Menſ. Majo Anno* 1631 **So viel aber des verſtorbenen** *H. nepotes*, **ſo durch ſeinen dritten zuvor verſtorbenen Sohn gezeuget worden/ anlanget/ haben ſich dieſelbige einer** *Succeſſion* **zu mehrbemeldten Lehen** *jure repræſentationis* **nicht anzumaſſen / V. R. W.** Et hæc omnia, ſi de mente inveſtientis conſtet, eum ad ſucceſſionem vocâſſe inveſtitos ſecundum graduum prærogativam & ordinem: † cæteroquin ſi non ap- 185
pareat ex verbis inveſtituræ, graduum fuiſſe habitam conſiderationem, ſimultaneè inveſtiti ex moribus Saxonicis pariter ſuccedunt, & regulariter remotiores unà cum proximioribus ad feudum admittuntur, Hartm. Piſtor. *part.* 2. *quæſt.* 21. *numer.* 20. *& ſeqq.* Hemming. Göden. *conſil.* 22. Matth. Weſenbec. *vol.* 1. *conſil.* 41. Matth. Coler. *part.* 1. *deciſ.* 52. *numer.* 8. idque conventione & ſimultaneâ inveſtiturâ, † quæ ſola ju- 186
re agnationis ſublato in foro Saxonico dicitur fons, origo & cauſa obventionis bonorum feudalium in lineâ transverſali, veluti latiſſimè tractat & declarat Hartm. Piſtor. *part.* 2. *quæſt.* 19. Parum ideoque obſtaculi noſtræ hinc imminet Regulæ, quæ ad puram ſucceſſionem reſtringi debet.

XIX. Nihil verò remorabitur regulam in ſucceſſione collateralium, ſi ulteriùs progrediamur. † Etſi in foro Saxonico 187
fratres atque ſorores, defuncti fratris ſororisq; liberos à ſucceſſione excludunt, *th.* 17. *n.* 169. quis tàm ſtupidi erit ingenii, qui de excluſione nepotum per fratres & ſorores defuncti ambigere vellet, niſi forſan ſanctio Electoralis de præferendis fratrum ſororumquè liberis patruo defuncti *ſupr. th.* 13. ſcrupulum moveat, cujus hæc redditur ratio à Dan. Möll. *ad Conſt. Elect.* 18. *numer.* 3. *pag.* 3. † quòd pleniori jure 188
debeatur ſucceſſio deſcendentibus, quàm aſcendentibus, *dict. th.* 17. quæ & ipſa ad fratrum nepotes accommodari poteſt. Sed cùm ratio ſola non faciat jus in exorbitantibus à jure communi, nec † jura ſpe- 189
cialia abſque legis autoritate ad caſus ſimiles extendere liceat, *l. ſancimus.* 27. *C.* *de*

de teſtam. l. quod verò. 14. ff. de legib. ſubſiſtendum utique eſt in verbis *dict. Conſt. 18.* §. **Stürbe dann ein Mann.** Quæ de ſolis fratrum ſororumq; liberis patruo præ-
190 ferendis loquuntur, adeoque † ex mente Sereniſſimi Legiſlatoris ad fratrum ſororumque nepotes in gradu ulteriori quarto junctos haut extendi debet. At quid multis? cùm verbis diſertis hoſce videamus excluſos, **Des Vaters vollbürtiger Bruder und Schweſter ſollen der vollbürtigen Geſchwiſter Kinder Kind ausſchlieſſen / und denſelbigen vorgezogen werden.** *dict. Conſt. Elect. 18.* Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 24. n. 44.*
191 † Porrò ſi defunctus patruum vel amitam, avunculum vel materteram, nec non alterius patrui vel avunculi, amitæ vel materteræ liberos, patrueles nempe & conſobrinos reliquerit, poſteriores hi in gradu quarto conſtituti ſuccedere haut poterunt; ſed à patruo aliisque in gradu tertio junctis vigore regulæ noſtræ excludentur, *l. avunculo. 6. ubi* Bartol. & Salycet. *C. commun. de ſucceſſ.* pronunciantibus ita *Scabi-*
192 *nis Lipſ. in † cauſ. hæredum M. G.* zu *S. Menſ. Jul. An. 1632.* **So hat die Verſtorbene ihre Verlaſſenſchafft auf ihres Vaters vollbürtige Schweſter allein bracht und verfället und ihr als mit der Verſtorbenen Geſchwiſter-Kinder / weil ihr eines Grades weiter ſeyd / habt daran keine Forderung / V. R. W.** ex prædictâ nempe regulâ, quæ & in conſanguineis uno ſaltem latere junctis, & ſic in foro Saxonico remotioribus
193 verificatur. † Mirum ideoque non eſt, quod frater utrinque conjunctus ſive germanus excludat à ſucceſſione fratrem ex uno latere junctum, ſive ſit conſanguineus, ſive uterinus, **Landr.** *libr. 1. art. 20. ibi:* **Bruder und Schweſter nehmen ihrer ungezweyten Brüder u. Schweſtern Erbe vor den Brüdern und Schweſtern / die mit ihnen gezweyet ſeyn /** *ibiq;* Gloſſ. latin. *ad text. german. lit. A. in pr.* idque non ſolùm jure proximi-
194 tatis, † cùm fratres conſanguinei & uterini in remotiore reperiantur gradu, ut ſemel monuimus, ſed etiam propter vinculorum pluralitatem, quia fortius ligant duo vin-
195 cula quàm unum, † quæ ratio poſterior de jure etiam civili eandem operatur diſpoſitionem, *Auth. poſt fratres. C. de legit. hæredib. Auth. itaq; C. commun. de ſucceſſ. Novell. 118. c. 3. verſ. his autem non exiſtentibus.* Joh. Schneidw. *ad pr. Inſt. de hæred. quæ ab in-*
teſt. deſcr. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 49. n. 1.* Valent. Forſter. *de ſucceſſ. lib. 8. c. 4. n. 1. & ſeqq.* Pariter † quoque fratres ex uno dun- 196
taxat latere juncti fratrum ex uno latere liberis viam ſuccedendi præcludent, deficiente ſcilicet jure repræſentationis in foro Saxonico *Conſt. Elect. 18.* §. *ult. p. 3.* ex quo cùm fratres germani excluſis fratrum germanorum liberis ſoli ſuccedant, *th. 17.* cur non idem ex rationis identitate in fratribus ac ſororibus conſanguineis & uterinis, eorumque liberis obſervaretur? Eademque efficit ratio, † ut fratrum conſan- 197
guineorum vel uterinorum liberi cum defuncti patruo utrinque juncto ad ſucceſſionem haut admittantur, ſed per illum excludantur. Militat enim pro patruo gradus tertii proximitas, quæ meritò gradui quarto, in quo fratrum conſanguineorum vel uterinorum liberi ſunt conſtituti, præfertur ex regulâ noſtrâ, quod † & in pro- 198
vinciis Electoratûs Saxonici legi manifeſtâ ſuffultum eſt *in Conſt. elect. 18.* §. **Des Vaters vollbürtige Brüder und Schweſtern ſollen auch hinwieder der halben Brüder Kinder ausſchlieſſen / und denſelbigen vorgezogen werden.** Johann. Schneidwin *dict. Rubr. de tert. ordin. ſuccedend. numer. 28.* Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 24. numer. 28.* Neque aliud ex regula noſtrâ aſſerendum † 199
de patruo vel amitâ utrinque junctis, ſi cum patruo vel amitâ & ſimilibus perſonis ex uno ſaltem latere concurrant, cùm enim illi in gradu tertio ſint conſtituti, quidni excluderent hoſce in gradu quarto remotiori repertos; ita nempe diſparitas unius ac duplicis vinculi Saxonica ad quocunque agnatos & cognatos etiam remotiores in lineâ collaterali extenditur, ſecundum tradita *diſp. 1. cap. 1. theſ. 15.* Joh. Schneidewin. *citat. loc. n. 35.* Chriſtoph. Zobel. *part. 3. differ. 17. num. 14. & 21.* Matth. Weſenbec. *part. 1. conſil. 13. num. 55.* Coler. *dict. deciſ. 49. numer. 17.* † At- 200
que hinc etiam patrueles ac conſobrini ex patre utrinque juncti præferuntur in ſucceſſione patruelibus & conſobrinis ex uno ſaltem latere conjunctis: ne quod in parentibus juris eſt, ut modo diximus, aliter ſervetur in eorundem liberis, qui tamen ab illis jus ſuccedendi fuêre adepti, *arg. Nov. 118. c. 3.* Idé plane in reliquis collateralibus † ex uno duntaxat latere junctis 201
practica fori Saxon. comprobavit licet aliud nos doceant jura Romana, Bart. *in l. poſt conſanguineos. §. 2. legitima. ff. de ſuis & legit.*

Ber-

Berlich. *dict. concl.* 24. *n.* 96. *& paſſim.* Excepta tamen ab hiſce volumus etiam in foro
202 Saxonico † bona feudalia, utenſilia & res expeditorias. Poſtquam enim in feudis & Heergewettâ ſola agnatio, in Geradâ verò ſola cognatio attendatur, quo de fuſiùs *ſuprà th.* 12. nihil efficere poteſt circa materiam ſucceſſionis vinculorum pluralitas ſed parilis eſt conſideratio proximorum quocunque etiam ex latere, ſive alterutro
203 ſive utroque ſint juncti. Fit inde, † ut in bonis utenſilibus ſoror uterina ſororis utrinque conjunctæ filiam excludat, quia ſcilicet proximior eſt ſoror alterius ſororis filiâ. Ceſſante enim jure repræſentationis & pluralitatis vinculorum, nil obſtat ulterius huic deciſo, Hart. Piſtor. *part. 1. quæſt. 33. n.* 21. Dan. Moll. *lib. 2. ſemeſtr. 5.* Col. *dict. deciſ. 49. n.* 28. Eodemq; modo frater con-
204 ſanguineus, fratris utrinque juncti filio † in ſucceſſione feudi & rerum expeditoriarum præfertur, quia ſolius agnationis heîc habenda eſt ratio, *ſupr th.* 12. quod ergò juris in cauſa priori ratione cognationis quoad geradam, id etiam obtinet ratione agnationis in feudis & Heergewettâ & ſemper proximior remotiorem excludit *lib.* 1. Landr. *art* 3. *ſub fin. verſ.* der ſich aber zu dem Sipp ziehen mag/ etc.

XX. Immota ideoque manet utraque
205 noſtra Regula, † quod ſcilicet in pari gradu conſtituti omnes ad ſucceſſionem admittantur: remotiores verò à proximioribus excludantur. Sed quouſque hoc ſe ex-
206 tendit? deſcendentes † ſanè & aſcendentes in infinitum ſuccedere, expeditum eſt, §. *ſui autem.* 2. *Inſt. de her. qualit. & differ.* §. 1. *& ſeq. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. Auth. in ſucceſſ. C. de ſuis & legit. Novell.* 118 *cap. ſi igitur defunctus.* 2. Quoad agnatos verò & cognatos differentia quondam conſti-
207 tuebatur: & illi † quidem in infinitum, §. *cæterum.* 3. *Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* Cognati verò ad ſeptimum duntaxat gradum admittebantur, §. *ult. Inſt. de ſucceſſ. cognat.* Jo. Borch *in tract. de gradib. Rubr. de ſucceſſ. transv. pag* 253. Weſ. *ad* §. *cæter.* 3. *Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* At ſublatâ hodie differentiâ agnationis & cognationis *Novell.* 118.
208 *cap.* 4. † major inter Dd. eſt de hoc diſceptatio; quidam enim ſucceſſionem in infinitum extendunt, per *l.* 2. §. 1. *ff. de ſuis & legit. heredib.* §. 3. *Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* Johan. Harppr. *ad pr. Inſt. de heredit. quæ ab inteſt. defer. numer.* 474. Matth. Weſenb. *in not. ad Johan. Schneidw. citat. Rubr. de tertio*
209 *ordine ſucced. numer.* 39. *lit. a.* Rurſus alii † in decimo ſubſiſtunt gradu, ex §. *ult. Inſtit. de ſucceſſ. cognator.* Goſſ. *in dict. Novell.* 118. §. *ſi verò & in Auth. in ſucceſſione, ibiq;* Bartol. *n.* 3. *C. de ſuis & legit.* Schneidw. *dict. loco.* Cuicunque verò adhæreamus opinioni, † 210
in dubio nos ſemper relinquit jus Saxonicum, quod ita habet: **die Sipp endet ſich in dem ſiebenden Glied Erbe zu nehmen/** Landr. *l.* 1. *art.* 3. *ſub fin.* Valent. Förſter. *dict. lib.* 8. *cap.* 9. *num.* 8. licet
† alii hunc textum de gradu decimo acci- 211
piant, propterea quòd duorum fratrum filii de jure Saxonico dicantur in primo gradu conſtituti, *dict. art.* 3. Georg. Schult. *de arbor. conſang. & affin. cap.* 10. *membr.* 3. *n.* 59. Fatemur rem eſſe obſcuram, ut vix certum peti queat deciſum. Acquieſcimus ergò † in conſuetudine, quæ autoritatem 212
tribuit juri Saxonico, *ſuprà th.* 6. *numer.* 60. Cumque rariſſimè vel nunquam accidat, ut reperiantur cognati ultra decimum gradum certam probare conſuetudinem & obſervantiam difficillimum videtur; ſed nec fructuoſum, cùm caſus ejuſmodi in judiciis haut facilè proponatur. Ex libris
† tamen *Scabinorum Lipſienſium* didici, ul- 213
tra gradum ſeptimum ſucceſſionis jus eos extendere noluiſſe, ita tamen, ut tum conjugi potiùs ſuperſtiti, quàm fiſco defuncti conjugis hereditas deferatur, *in cauſa* A. S. zu T. *Menſ. Jan. A.* 1599. *hiſce formalibus*:
† **Iſt nun ſolcher unächtiger Sohn** 214
ohne Leibes-Erben verſtorben/ und hat keine Blut-Freunde/ ſo ihme von ſeiner Mutter hero innerhalb den zehenden Grad verwandt/ ſondern allein euer Weib als ſeines Vaters Brudern Tochter an einem/ und ſeine Wittib am andern Theil/ zuſamt einer Erbſchafft nach ſich verlaſſen; So hat er dieſelbe auf ſeine Wittwe allein gebracht und verfället/ und es hat weder euer Weib noch der *fiſcus* **daran einige Forderung/ V. R. W.** Excludi-
tur nimirum † fiſcus à ſotiis & conſortibus 215
ſive collegis defuncti, *l.* 1. *l.* 3. *C. de hered. de cur.* Harppr. *dict. loc. num.* 476. Schneidwin. *dict. loc. n.* 19. *& ſeqq.* Cur non ergò à viro etiam & uxore? *l. un. ff. Unde vir & uxor. l. un. C. eod. tit. ubi* Bartol. & Salycet. † nem- 216
pe quia inter conjuges omnis vitæ conſortium eſt, & divini ac humani juris communio, *l.* 1. *ff. de rit. nupt.*

XXI. Diximus hucuſque de utilitate arboris noſtræ circa materiam ſucceſſionis, cui *duplicem* annectimus *uſum*: alium ex priori deſcendentem, nimirum (1) † 217
in cauſâ fideicommiſſi, in quo ipſo etiam

ratio

ratio habetur ſucceſsionis; Relicto ſiquidem cognatis fideicommiſſo in certum conditionis eventum, veluti poſt mortem heredes inſtituti, proximiores vocati cenſentur, ſecundùm gradûs prærogativam, ut ſcilicet ad fideicommiſſi petitionem admittantur duntaxat illi, qui in gradu proximiore conſtituti alioqui ab inteſtato eſſent ſucceſſuri, *l. ſi ita relictum. §. in fideicommiſſo. l. peto 69. §. fratre. 3 ff. de legat. 2.* quia teſtator videtur ſeſe conformare voluiſſe diſpoſitioni juris communis, *l. conficiuntur 8. ff. de jur. codicill.* Quis igitur proximior, ex jam dictis de ſucceſſione, ultrò perſpicuum eſt. Hoc ſaltem
218 reſtare videtur dubium, † quis perferendus, ſi cognatorum aliqui tempore teſtamenti vel mortis teſtatoris, proximi quidem fuerint, alii verò tempore evenientis demum conditionis proximioris eſſe cœperint? Pro poſterioribus ſtat communis
219 † Dd. opinio, quam multis autoritatibus firmat Hart. Piſtor. *obſerv. 163. n. 5.* eamque in pronunciando jam ante annos quinquaginta ſecuti fuerunt *Scabini Lipſienſes in cauſâ H. à S. in F. Menſ. Sept. Anno 1594.* So hat ſeine Erbſchafft *ex jure fideicommiſſi* denen Freunden / ſo zur Zeit ſeines Weibes / als der *inſtituirten* Erbin / Abſterben die näheſten geweſen ſeyn / gebühret / ꝛc. Rectè omninò,
220 † poſtquam illo demum tempore ſucceſſio contingit, ac cum conditione impletâ ſortitur effectum diſpoſitio, *l. neceſſariò. 8. §. quod ſi pendente. ff. de peric. & commun. rei vendit. l. 36. ff. ſi cert. petat* quæ ante conditionis eventum fuerat ſuſpenſa, *l. hæc venditio. 7. ff. de contr. emt. l. cedere diem. ff. de V. S.* (2) In jure quoq;
221 protimiſeos arbor noſtra † eſt fructuoſa ex fundamento ſucceſſionis, ut ſcilicet ad retractum admittatur, qui proximior eſt ad ſucceſſionem. Etſi enim per ſanctionem
222 Imperatoriam † jus protimiſeos ſive retractûs in Imperio regulariter eſt abrogatum, *l. dudum 14. C. de contr. emt.* Joh. Köpp. *dec.* 52. *n.* 10. Andr. Rauchb. *part.* 1. *qv.* 43. *n.* 22. & *part.* 2. *qv.* 22. *n.* 6. Rol. à Valle *part.* 1. *conſil.* 21. *n.* 8. nec ſine ratio-
223 ne, qvum gravis ſit injuria, † ut homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur inviti, *l. falſo. C. de comm. rer. alienat. l.* 1. *C. comm. divid. l. nec emere.* 16. *C. de jur. delib. l. venditor.* 13. *§. ſi conſtat.* 1. *ff. comm. prædior.* Attamen non modò inter conſortes & ſocios,
224 ſed etiam conſanguineos † etiamnum hodie certis in caſib. juri protimiſeos locus datur, & facultas retrahendi bona diſtracta cõpetit, ex ratione æqvè prægnãte, quod nempe triſte ac lugubre ſit, videre paternas & avitas domos, nec non antiqua majorum prædia in extraneas manus tranſire. *arg. l. in fundo 38. ff. de rei vindic. l. ſi in emtionem. 35. ff. de minor. l. 22. §. nec verò demum. C. de adminiſtr. tutor.* † Varii autem quantumvis caſus illi ſint, ut plurimùm tamen ad 225
id reſpici ſolet, quid loci alicujus ſpeciali ſtatuto vel conſvetudine fuerit introductum, *Conſt. Elect. 32. in pr. verb.* Wo aus *ſtatuten* oder verwährter Gewonheit hergebracht. *part.* 2. Ita ſcilicet jus retractus † ex generali quâdam conſuetu- 226
dine plerisq; in locis Germaniæ, nec non in Galliâ, Italiâ & Hiſpaniâ, aliisque in regionibus & provinciis, receptum ac comprobatum eſt, teſte Andr. Gail. *libr. 2. obſervat. 19. in pr.* Joh. Harppr *in §. ult. num. 257. Inſt. de emt. & vendit.* Joh. Köppen. *deciſ. 52. n.* 12. Virgil. Pingitz. *quæſt. 26. in pr.* Andr. Tiraquell. *de retractu, in præfat. n.* 1. & 16. Quo caſu ſemper ad proximiorem hoc ſpectat, remotiore excluſo, perinde ut diximus de ſucceſſione, quod hîc repetere ſuperſedemus. Id tamen nôſſe oportet, † quod ſucceſſorium etiam Edictum 227
in jure protimiſeos ſibi vendicet locum, ut ſi proximior eo uti nolit, ſequens in ordine & gradu admittatur. *Conſt.* Frid. Imper. *apud* Jacob. Cujac. *in fin. lib. 5. jure feudal.* Tiraquell. *de retract.* §. 11. & 14. † quòd & 228
in feudis procedit ex communi Interpp. ſententiâ, à quâ non facilè recedendum, *l. minime 23. ff. de lib.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 8. cap. 7. n.* 54. Ritterſhuſ. *de feud. lib. 1. c. 8. num. 22.* Octav. Cachar. *deciſ. Pedemont. 177. n.* 4. Sonsbec. *de feud. part. 13. n.* 170. licet Hartm. Piſt. contra eam multis inſurgat argumentis. *part. 2. qu. 12. n. 64. & ſeqq.*

XXII. † Eodemq; jure protimiſeos 229
gaudent heredes poſſeſſoris in redemtione ſubſelliorum templi, ex clarâ lege *Ordinationis eccleſiaſticæ* in provinciis Electoratûs Saxonici. *art. gener.* 36. §. Derowegen ſoll in den Kirchen. *verſ.* Sondern da er ſtirbet / ſoll derſelbe / es ſey Mannes- oder Weibes- Stuhl / der Kirchen anheim gefallen ſeyn / die ihn um ein leibliches Geld des verſtorbenen nächſten Erben für andern allen gönnen ſoll. † & *Decreti ſynodal. de anno* 230
1624. Wann ſich auch Kirchen-Stände durch Abſterben oder Abzug derer / ſo ſie betreten und beſeſſen haben / erledigen / ſo ſollen die nächſte Erben ſolche zu löſen ſchuldig und pflichtig ſeyn. Proximiores nempe ratione gradus & lineæ remotioribus

ribus præferuntur, aut ſi opus ſellis non habeant vel eas redimire nolint, alii in ordine ex ſucceſſorio edicto ſunt admitten-
231 di. Nec habenda eſt ratio † agnationis vel cognationis, an nimirum heres proximior ex agnato vel cognato ſuccedat, ſed indifferenter jus redimendi proximio-
232 ribus defertur, propter verba † *Ordinationis eccleſ.* generalia & indefinita (denen rechten Erben) quæ reſtrictionem non admittunt, arg. *l.* 1. *§. cum urbem. ff. de. offic. præfect. urb. l. Julianus. ff. de legat.3.* quam in ſententiam reſcripſit *Conſiſtorium Supremum Superintendenti Leiſnicenſi die 18. Novembr. Anno 1630.*
233 *hiſce formalibus* : † Wir haben euer eingeſchicktes Schreiben und angehengte Frage über den 36 General-Articul von den Stülen in der Kirchen / ob und wie weit das diſcrimen ſexûs daben in acht zu nehmen / verleſen hören. Wann dann bemeldter Articul an ſich ſelbſt unverdunckelt / und dieſes vermag / daß Mannes- oder Weibes-Stühle / wann ſie erlediget / der Kirchen anheim fallen / und um ein leidlich Geld des vorigen Beſitzers nächſten Erben vor allen andern gegönnet werden ſollen; Als werdet ihr euch darnach achten / ꝛc. Nec ulla ratio diſtinctionem agnationis vel cognationis
234 ſvadet † quippe quæ clarâ lege in feudis tantummodò, bonis utenſilibus & rebus expeditoriis probata, ad ſubſellia templi nequaquam extendi debet. Quod ſi verò plures concurrant heredes in gradu æquali, vel arbitrio præfectorum Ec-
235 cleſiæ pro ratione perſonarum † vel etiam ſorti committendum erit, cui prærogativa competat, per text. *in l. ſi duobus 3. C. comm. de legat. l. 2. C. quando & quib. quart. pars lib.* 10. Andr. Rauchb. *part.* 1. *quæſt.* 42. *n.* 2. Nam & aliàs plerumque in caſu dubio res ſorti committitur, *l. cum ambo* 14. *ff. de judic. l. generaliter.* 24. *§. quid ergò* 17. *ff. de fideicom. libert.* Anton. Fab *in codic. libr.* 3. *tit.* 25. *defin.* 2. *n.* 1. Quod ſuo comprobavère reſponſo *Scabini Lipſienſes in cauſa M. S.* zu L. *Menſ. Jan Anno* 1634.
236 † So wird ſolches Bäncklein vermöge der Kirchen-Ordnung unter gedachten beyden Perſonen / als der verſtorbenen Frauen Vaters Schweſter-Tochter / und der Mutter-Schweſter-Tochter / weil ſie in gleichem Grad der Blut-Freundſchafft verwand ſeyn / überlaſſen / und da ſie ſich hierüber nicht vergleichen können / werden ſie durchs Loß billich entſchieden / V. R. W.

CAPUT VII.

Quis arboris Conſangvinitatis uſus in materiâ Tutelæ?

XXIII.

PErſpectâ arboris noſtræ utilitate circa ſucceſſiones, ſuccedit ejusdem uſus in materiâ Tutelæ, juſto connexionis ordine, poſtquam † tutela illis 1
regulariter defertur, quos ordo ſucceſſionis tangit, *l.* 1. *ff de legit. tutor. Auth ſicut hæreditas C. eod. tit.* Et quemadmodum ſucceſſio non admittit affines, ita nec hoſce tutelâ legitimâ gravari videmus, † licèt Georg. Schult. aliud placuerit, cu- 2
jus rei tamen nec textum & autoritatem nec rationem aliquam profert *in tract. de arbor. conſang. & affin. cap.* 11. *n.* 16. atq; hinc perinde ut in materiâ ſucceſſionis, ita quoq; in delatione tutelarum uſum arboris affinitatis exulare volumus, † ſoli con- 3
ſanguinitatis arbori utilitatem attribuentes circa materiam tutelæ, non univerſaliter ac indifferenter, ſed ſaltem quoad tutores legitimos. Triplici namque modo dantur pupillis tutores, † vel à patre in teſta- 4
mento, qui ſunt tutores *teſtamentarii* : vel à lege nempe *legitimi* tutores: vel demum à Magiſtratu, tutores *dativi*, *tot. tit. de teſtam. tutel. tit. de legit. agnator. tutel. & tit. qui teſtam. tutor. dari poſſ.* Borgn. Cavalcan. *de tutel. & curat. in pr. n.* 1. Joh. Gutierretz. *de tutel. & curat. part.* 1. *cap.* 2. *in pr.* † De quorum ordine ac prælatione ſi 5
quis quærat, dubium planè non eſt, quin primus detur locus teſtamentario tutori, ſi extet, qui non modo legitimo, ſed & dativo præfertur, *l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtam. tutel.* Regulatur ſiquidem tutela † ex lege hereditatis, quæ ab inteſtato 6
haut defertur, quamdiu locus eſt juri ſucceſſionis ex teſtamento, *l. quamdiu ff. de acquir. hered. l. antequam. C. commun. de ſucceſſ.* Bald. *in l. precibus n.* 20. *C. de impub. & aliis ſubſtit.* Paul. Mont. *in tract. de jur. tutel. & curat. c.* 13. *n.* 2. & 3. Andr. Tiraqu. *in l. ſi nunquam in pr. n* 9. *C. de revocand. donat.* † Poſt teſtamentarium verò 7
tutorem locus eſt tutelæ legitimæ, quâ & matris aviæqve volumus comprehenſam, *Auth. matri & aviæ C. quando mul. tut off. l.* 1. *in pr. l.* 2. & 3 *§. ſi duo.* 4. *ff. de legit tutor.* Matth. Weſenb. *in parat ff. de tutel. num.* 5.
† Ad demum ſuccedunt tutores dativi, h. e. 8
dati à Magiſtratu. *l. ſorores ubi* Dd. *C. qui dar. tutor. poſſ.* Alexandr. *l.* 1. *conſil.* 161. *n.* 2. Summatim ut hæc proferantur, tutor † 9
dativus cedit legitimo, legitimus teſtamentario, *l. ſi tutor. §.* 1. *ff. de tutel. & ration. diſtr. dict. l. ſi quis ſub conditione ff. de teſtam. tutel.*

*tutel. 3.C.eod.tit.*Borgnin. Cavalcan. *citat. loc.n* 2. Gutierretz.*dict.cap.2.n.24.*

XXIV. In ſolis tamen legitimis tutoribus arboris uſum conſpicere licet; quare miſſis tutoribus teſtamentariis &
10 dativis † hanc unicam de tutelâ legitimâ ponimus Regulam: *Quod proximiori in ſucceſſione hæc ſit deferenda*; Qua ipſâ etiam in foro Saxonico ordinem linearum aſcendentis & deſcendentis cupimus in-
11 cluſum. Nimirum ratio † parentum ante omnia haberi debet, qui collaterales perinde ut in ſucceſſione hereditariâ ex-
12 cludunt. Etſi verò pater † propriè & accuratè loquendo tutor liberorum dici nequeat, quippe qui utitur jure patriæ poteſtatis in educatione liberorum, quibus in poteſtate exiſtentibus haut dari poteſt tutor alius *pr.Inſt. de tutel.l.muto.§.ult.ff. eod.tit.l.cùm filius familias 28.ff.de teſtam. milit.l.ſi putas.6.C.de petit. hered.* niſi forſan propter improbos mores & vitam patris luxurioſam, Herm. Vult. *ad §.1.n.4.*
13 *inſt de tutel.ibiq;* Joh.Harppr.*n.16.*† Vulgari tamen ſermocinandi uſu pater vocatur tutor liberorum naturalis, natürlicher Vormund / quia ratione patriæ poteſtatis, de quâ modò diximus, eſt legitimus bonorum ad liberos ſpectantium adminiſtrator, non ſolummodò eorum,
14 † in quibus patri competit uſusfructus etiam poſt impletam liberorum ætatem, *l. 1.C.de bon.mater.l.cum oportet.§. non autem.l.ult.§. filius autem. & §. ubi autem C. de bon. quæ liber.* Andr. Tiraquell. *l.in l.ſi unquam in præfat.n.29.C. de revoc. donat.* Arius Pinell. *in l.1.part.2.n.22.& ſeqq.C de bon.mater.* ſed etiam bonorum caſtrenſium, filio adhuc minore in judicio experi-
15 ri volente, † quorum uſufructu pater deſtituitur, veluti ex *l.ult.C de curat.furioſ.* probat Harm Piſtor.*part.4.quæſt.11.n.13.* nec non uſufructu in bonis adventitiis patri adempto, ſecundum *Novell.117.cap.1.* Petr.Heig. *part.2.quæſt.12.n.10.* Matth. Coler.*part.2.deciſ.236.n 8.& ſeqq.* Quin & in hujusmodi tutelâ ita privilegiatus
16 eſt pater, † ut nec opus habeat decreto judicis aut Magiſtratûs ad exercitium adminiſtrationis ac rerum gerendarum, ſine quo alii tutores non ſaltem legitimi, ſed etiam teſtamentarii & dativi ad rerum pupillarium gubernationem haut admittuntur, *l.3.§. ſi non erit, cum l. ſeq. ubi* gloſſ. *verb. diviſa ff. de admin. tutor.* Gloſſ. *in l.legitimos 5.verb.fecit tutores.ff. de legit.tutor. Reformat.Polit.facta in Comitiis Auguſtan. Anno 1548. tit.* Von der *pupillen* und minderjährigen Kinder / *tutorn* und Vormünden. §. Daß auch ein jeglicher *&c.* †. Nomine hinc libe- 17
rorum pater agendo vel eos defendendo admittitur in judiciis abſque ullo tutorio ac confirmatione, ex notoriâ Dicaſteriorum obſervantiâ, quæ eos hâc voculâ notat (in natürlicher Vormundſchafft ihrer unmündigen Kinder.) Cauſam hujus ſpecialitatis reddere haut difficile eſt; pater ſiquidem, ut jam monuimus, † propriè tutor non eſt liberorum, nuſpi- 18
am ita in jure vocatus, ſed ſaltem adminiſtrationis nomine voculâ hâc notatus, ad exemplum tutoris, cui adminiſtratio rerum pupillarium fuit commiſſa: ex jure nimirum † patriæ poteſtatis, quæ ſola cu- 19
ram rerum ac bonorum filii parentibus defert, quo intuitu etiam pater & filius pro unâ eâdemq; reputatur perſonâ, *§.4. verſ. ei verò Inſt. de inutil. ſtipul.l.ult.C.de impub. & aliis ſubſtit.* Et hoc ipſum haut obſcurè indigitat Imp. Juſtinianus, patri poteſtatem bona liberorum adventitia gubernandi tribuens pleniſſimam † in 20
dict. l.cum oportet.6.§. non autem. C. de bon.quæ liber. Ex quo porrò fit, ut nec pater † ad cautionis præſtationem ſit ob- 21
ſtrictus, *dict.l.6.§ non autem. l. ult. §. ſin autem.4.C.de bon.quæ liber.* Andr.Rauchb. *part.1 quæſt.30.n.24* Modeſt.Piſtor *part. 1.quæſt.33.*Frid.Penſold.*in addit.ad deciſ. Coler.222 part.2.n.16.*Dan.Moll.*ad Conſt. Elect.25.n 6.part.3.* † nec teneatur ad red- 22
ditionem rationum de bonis adventitiis filiorum *dict.l.6.§.non autem 2.ubi* Bartol *in pr.C.de bon.quæ liber.* Möller.*dict. loco* Jacob. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſt. part 3.quæſt.126.n.127.*

XXV. Patre defuncto Mater in lineâ aſcendenti primùm admittitur † ad tute- 23
lam liberorum, poſtpoſito etiam avo materno, quia gradu proximior; & avum à ſucceſſione excludit, ſecundùm quàm tutelæ jus defertur, *Novell.* 118.*cap.5. ubi* Gloſſ. Mirum quis hoc dixerit, cum ex jure notiſſimo mulieres † tutelam gerere pro- 24
hibeantur, *l.1.C. quando mul. tut. offic. fung poſſ.l.tutela l.ult ff.de tutel.l.jure noſtro.ff.de teſtam.tutel.* non ſolùm quod officium hoc ſit virile, *dict.l.1.* Gozadin. *Conſil 18.n.15.& conſil.68.n.2.* Franc. Caldas Bereira *de in integr.reſtit.part.2.p.*1131. *n.* 106. ſed etiam propter † infirmitatem in- 25
tellectûs & imbecillitatem conſilii, *l.ult. in fin.ff.qui pet.tutor.* Et nonnè in foro Saxonico mulier eget curatore in contrahendis negotiis, *Conſt. Elect.* 15.§. gleicher geſtalt ſoll auch den Weibesperſonen / etc. *part.* 2. quomodo ergò ipſamet tutrix erit? Nec enim

26 enim ei, † qui in tutelâ vel curâ eſt, aliorum tutelam vel curam ſubire jura permittunt, *§. item major* 13. *verſ. cùm ſit incivile. Inſt. de excuſat. tutor. l. ult. C. de legit. tutor.*
27 Firma nihilominus ſtat noſtra aſſertio † fundata *in allegatâ Novell.* 118 *cap.* 5. *Auth. matri & aviæ. C. quando mul. tutel. offic. fung.* Anton. Fab. *in Codic. lib.* 5. *tit.* 21. *defin.* 1. Gutierretz. *de tutel. & curat. part.* 1. *c.* 8. *n.* 7. Landr. *lib.* 1. *art.* 11 *ſub fin. junct. ibi* Gloſſ. ordin. *n.* 4. *verſ.* Es mag ein Weib wohl Vormund ſeyn. Johann. Schneidw. *ad tit. Inſt. de legit. agnat. tutel. n.* 7. *verſ. quæ concluſio &c.* Quid ergò: num in favorem matris à jure communi receſ-
28 ſum aſſeremus? † Ita eſt; & tutela matris habetur anomala, extraordinaria, privilegiata & irregularis, ad quam ex prædictâ prohibitione generali nil inferre licet, Dec. *conſil.* 16. *n.* 2. *& ſeqq.* Marian. *libr.* 2. *conſil.* 16. *num.* 19. Paul. Montan. *in tract. de tutel. c.* 15. *n.* 8. Conſiſtit verò ratio ſpecialitatis præter cauſam ſucceſſionis, quæ le-
29 gitimis tutoribus eſt communis, † in affectione matris, ejusq; in filios & nepotes pietate, Dec. *dict. conſil.* 16. *n.* 1. *&* 3. Corn. *lib.* 3. *conſil.* 110. At reſpuit pietas ſubtilitates juris, ut ſcitè loquitur Anton. Fab. *dict.*
30 *defin.* 1. *num.* 7 Ex quo tutelam hanc † verè dixerimus permisſivam, non imperativam ſeu juſſivam: ſcilicet quia matris favorem reſpicit; quæ non jubetur, ſed permittitur ei, ſi velit eſſe tutrix, cùm nemo favori ſuo renunciare prohibeatur, *Novell.* 118. *cap.* 5. *verſ. his enim ſolis.* Joh. Schneidw. *ad pr. Inſt. qui teſt. tutor. d. ar. poſſ.* Ant. Fab. *dict. defin.* 1. *num.* 4. Chriſt. Zobel. *in addit.* Gloſſ. *art.* 11. *lib.* 1. Landr. *n.* 4.

XXVI. Haut indifferenter tamen acceptum hoc volumus, ſed admittitur
31 demum mater ad tutelam liberorum, † ſi fuerit majorennis, egreſſa annum vigeſimum quintum ætatis de jure civili, vel annum vigeſimum primum foro Saxonico, *l.* 2. *C. quando mul. tutel. offic.* Mont. *de jur. tut. & curat. c.* 15. *n.* 18. usque adeò, ut à jure etiam petendi tutorem filio, matrem minorennem excludendam exiſtimet Ma-
32 rian. *lib.* 1. *conſil.* 8. † ac judicem decernentem eam tutricem ſive expreſſo, ſive tacito errore, nulliter procedere, tradunt Nicol. Boër. *deciſ.* 124. *num.* 7. Caſſan. *in conſvet. tit. d. s enfans des pluſiers lict. §.* 6. *in pr.* Joh. Gutierretz. *de tutel. part.* 1. *c.* 7. *n.* 18. Quin nec viduæ matri ad tutelam liberorum aſpirare licet, priusquam ſecun-
33 dis † nuptiis & SCto Vellejano renunciaverit, Joh. Schneidw. *dict. loc. l.* 10. Petr. Heig. *part.* 2. *quæſt.* 13. *n.* 46. propter ſuſpicionem nempe ſiniſtram, quod mulieres novis maritis non ſolummodò bona, ſed etiam vitam liberorum addicant, *l. lex quæ tutores.* 22. *§. lex enim. C. de adminiſtr. tutor.* † Eaq; renunciatio quondam juramen- 34
tum deſiderabat, *l.* 2. *C. quando mul. tutel. offic. fung.* ſed hodie ſufficit injurata, modò fiat apud acta judicii, *Aut. marit. funct. Aut. ſacramentum. C. quando mul. tutel. offic. fung. poteſt.* quia libera debent eſſe matrimonia, *l. ſi patre cogente.* 22. *ff. de rit. nupt.* quare nec obſtat iis prædicta renunciatio, † 35
ſi nubere rurſus velit mater, quo tamen caſu à tutelâ ſuſceptâ repellitur, licèt agnati cognativè conſenſerint, *dict. Auth. ſacramentum.* Anton. Fab. *in Codic. libr.* 5. *tit.* 1. *defin.* 2 *n.* 1. Porrò nec tùm audienda erit mater tutelam liberorum petens, † ſi lu- 36
xurioſè & prodigaliter vivat: & quidem ob vitium prodigalitatis propterea repellitur, ne bona filiorum dilapidet, quod ſemper metuendum foret, Gutierretz *de tut. part.* 1. *cap.* 7. *n.* 16. pronunciantibus ita *Scabinis Lipſienſibus ad conſultationem H. W. Menſ. Jan. Anno* 1624. † Dafern aber 37
dennoch / euerm Bericht nach / bemeldte Witwe nicht allein ein ärgerliches böſes Leben geführet / ſondern auch bey ihres Mannes Leben übel haußgehalten / und das Ihre liederlichen verſchwendet hätte / alſo daß zu beſorgen / wann ihr der Vormundſchafft Verwaltung überlaſſen würde / die Kinder leichtlichen um das Ihre gebracht werden könten; So möchte ſie auch zu angeregter ihrer Kinder Vormundſchafft nicht zugelaſſen werden / ſondern ſie würde billich davon abgewieſen / *&c.* Quod nec mirum alicui videbitur, poſtquam & tutor † prodigus ſexûs maſculini à tutelâ 38
arcetur: ſiquidem prodigi furioſum habent exitum, eisque dantur curatores, *l. his qui. §. divus. ff. de tutor. & curat. dat ab his.* Ergò aliorum tutores eſſe nequeunt, ne ſub cura agat, qui aliis ut tutor proſpicere valet, *l. fin. verſ. qui enim. C. de legit. tutor.*

XXVII. Eſt ergò mater tutrix liberorum, ſi velit, & ſecundis nuptiis renunciaverit, in bonis allodialibus. At † *num* 39
etiam in feudalibus? Affirmare hoc non dubitat Ludolph. Schrader. *in tract. feud. part.* 10. *ſect.* 19. *num.* 25. *& ſeqq.* propterea quòd deferatur ei tutela, non ob ſpem ſucceſſionis, ſed intuitu affectionis, ut hinc excluſio fœminarum à ſucceſſione feudali, *cap.* 1. *§. hoc autem notandum eſt. tit. de his qui feud. dare poſſunt. c.* 1. *§. filia. tit. de ſucceſſ.*

ſucceſſ. feud. eam à tutelâ in nobis feuda-
libus nequeat repellere. Sed veremur, ne
40 ratio hæc ſit inſufficiens, quin & fallax. Ut-
ut enim largiamur, affectionem & pieta-
tem matris in liberorum tutelâ multùm at-
tendi, ſpes tamen ſucceſſionis propterea
non prorſus excluſa eſt, *dict. Novell. 118.
c.* 5. nec verum Schrader. nervum hujus
41 quæſtionis tangit, † qui præcipuè in jure
Agnatorum & Domini ſive Senioris feudi
conſiſtit, quorum haud parum intereſt, ta-
lem conſtitui Vaſallo impuberi tutorem,
qui ſanis conſiliis, animique dexteritate
oneri tutelæ queat præeſſe, ne ullum feudo
42 accedat damnum. † Hoc autem à fœ-
minâ vix ſperandum, ne quidquam de præ-
ſtandis ſervitiis feudalibus addamus, ad
quæ fœmina planè inidonea habetur. So-
la ideoque affectio & pietas matris, quæ tu-
telam ſuſtinet in bonis allodialibus, ſuffici-
ens non erit in bonis feudalibus. Ex quo
firmiter ſtatuendum, non admittendam fo-
re matrem ad feudi adminiſtrationem jure
43 tutelæ, niſi † Princeps ei veniam dederit,
& functionem hanc proximioribus Agna-
tis ipſique conjunctim detulerit vel ſaltem
ex communi obſervantiâ, de quâ jamdu-
dum atteſtati fuêre Petr. Heig. *part.* 2.
quæſt. 13. *n* 42. Modeſtin. Piſt. *part.* 1.
quæſt. 27. *n.* 7. *ibiq;* Jacob. Schult. *in ad-*
44 *dit. n.* 14 † Cui non parum roboris ad-
dit, quòd Dominus feudi in foro Saxonico
tutores conſtituere ſoleat Vaſallis impube-
ribus, qui ipſemet aliàs in cauſis & negotiis
feudalibus legitimus eſt tutor. Gloſſ. *in*
Landrecht *lib.* 1. *art.* 14. & *art.* 23. Lehn-
recht *art.* 26. facultatem verò hanc Do-
mino adimi, ſi mater indifferenter ad tute-
lam liberorum admitteretur, ecquis non
45 animadvertit? † Utrique ergò ut ſuum
conſervetur, matrem cum aliis ſaltem ad
tutelam in feudis admitti voluit Gloſſ. *dict.
art.* 23. *lit. B. in fin verſ. ſed nihil.* Heig.
dict. loc. Nec conqueri de hoc mater ha-
bet, quippe cui in bonis etiam allodialibus
contutorem adjungi videmus, ſi forſan tu-
tela ſit difficilis adminiſtrationis, Heig *dict.*
46 *loc. n.* 45. †Quo caſu matrem abſque con-
ſenſu & autoritate contutoris bona pupilli
haud adminiſtrare, nec de iis firmiter con-
trahere poſſe, diximus in *Jurisprud. forenſ.
ad Conſtit. Elect.* 11. *part.* 2 *defin.* 12. quia
pluribus datis tutoribꝰ adminiſtratio omni-
bus ſimul incumbit, *l. teſtamento.* 17. §. *ſed
rectè, ubi* Bartol. *ff. de teſtam. tutel.*

XXIIX. Etſi verò tutela hæc matris
habeatur anomala & extraordinaria,
theſ. 25. pietate potiùs quàm juris ratio-
ne ſuffulta, non tamen propterea à regu- 47
lis tutelæ generalibus in perſonâ ejus re-
cedendum erit, præſertim circa admini-
ſtrationem & rationum redditionem, in
quâ potiſſimùm vertitur periculum pupil-
lorum. Non equidem nos latet, matrem
ad inſtar patris, de quo diximus *ſupr.
theſ.* 24. *in fin.* ab onere reddendarum ra-
tionum planè à quibusdam relevari, pro-
pterea quod non minor debeatur ei reve-
rentia, quàm patri, Chriſtoph. Zobel. *in
Gloſſ. latin. ad text. german.* Landr. *libr.
artic.* 23. *lit. N.* Matth. Berlich. *part.* 2.
concluſ. 12. *numer.* 11. † At committi- 48
tur fallacia cauſæ, cùm non reverentia tri-
buat patri liberationem à reddendis ratio-
nibus, ſed jus patriæ poteſtatis, cujus be-
neficio uſumfructum habet in bonis libero-
rum adventitiis, *l. cum oportet 6. in pr.* &
§. *non autem* 2. *ubi* Bartol. *in pr. C. de bon.
quæ liber.* † quid opus ergò ratiocinio 49
perceptorum fructuum ac bonorum ad-
miniſtratorem, ſi pupilli reliqua petere ne-
queant, quo reſpectu etiam pater haut
nomine tutoris, qualis reverâ non eſt,
ſed jure proprio bona liberorum admini-
ſtravit. † Neutrum verò ex hiſce matri 50
ſuccurrere valet, niſi & ipſi uſumfructum
in bonis liberorum attribuere velimus
cum M. tth. Weſenbec. *in parat. ff. de tu-
tel.* quem gregatim Dd. ſeqvuntur, Georg.
Schult. *de arbor. Conſangvin. & Affinitat.
cap.* 11. *num.* 11. Berlich. Foman. Jacob.
Schult. ab ipſo allegati. Sed † quàm 51
periculoſum & fallax ſit hoc aſſertum nul-
libi fundatum, abundanter opinor de-
monſtratum, à me fuit in *Jurisprud. fo-
renſ. ad Conſtitut. Elector.* 10. *definit.* 13.
part. 2. *libr.* 6. *Reſponſ. Elect.* 70. Remotâ
ideoque hâc objectione, gravata omnino
exiſtit mater onere rationum reddenda-
rum, prout jam ante annos octuaginta pro-
nunciarunt *Scabini Lipſienſes in causâ M.
G. H.* zu Leipzig *Menſ. Mart. Anno* 1566.
† Daß die Mutter als geweſene Vor- 52
münderin wegen geführter Vormund-
ſchafft Rechnung zu thun ſchuldig / V. R.
W. ut ipſemet novi poſtea ſæpius. Su-
ſpenſum nihilominus poſſent relinquere
animum verba juris Saxonici † Wo 53
der Vormund Erbe mit iſt / ſo darff er
niemand der Kinder Gut berechnen. *in
art.* 23. *lib.* 1. Landr. At vera ſi eſt hæc
ſanctio & uſu probata, quî fit, quòd tuto-
res legitimi, agnati vel cognati proximio-
res ad ſucceſſionem, à rationum redditione
exempti haut ſint? vel teſte experientiâ,

54 Scilicet, † verba Saxonica, quæ id privilegii
tribuunt tutoribus legitimis, ut pupillo he-
redes exiſtentes non quotannis ad inſtar tu-
torum extraneorum rationes reddere tene-
antur, eos à redditione rationum totali poſt
55 tutelam finitam non eximunt; adeoque †
nec matrem, ſed contenta ſit hæc, quòd non
ſingulis annis hoc onere gravetur; nec du-
bitandum de hoc verborum ſenſu, quem
præcedentia plus ſatis probant, *dict. art.23.*
Soll ſein Vormund von Jahr zu Jahr
des Kindes Gut berechnen. Matth. Weſen-
bec. *in not. margin. ad* Joh. Schneidw. *in pr.*
Inſt. de ſatisdat. tutor. n. 15. lit. b.
56 XXIX. Cumque † legitimum inven-
tarium dicatur caput ac fundamentum ra-
tionum reddendarum, Bartol. *in l. 72. §. 2.*
ff. de condit. & demonſtr. n. 2. verſ. quia in-
ventarium eſt caput rationis &c. Petr Heig.
part. 1. quæſt. 20. n. 8. nec huic ſubducere
ſe poteſt mater tutrix, nullibi excepta à re-
gula juris communis, quo tutor quilibet ſu-
per bonis pupilli inventarium conficere ob-
57 ſtrictus eſt, in tantum, † ut priusquam hoc
fecerit, attingere haud debeat adminiſtrati-
onem tutelæ, *l. tutor. qui repertorium 7. ff.*
de adminiſtr. tutor. Anton. Fab. *in Codic.*
58 *lib. 5. tit. 25. defin. 1. n. 5.* Nec † enim
reverentia, quæ ceſſare facit dolum ac frau-
dem in matre, Gloſſ. *in dict. art. 23. l. 1.*
Landr. *lit. N.* Roſa *ad D. Möll. in Conſt. E-*
lect. 11. part. 2. n. 12. ſat firma eſt ad ex-
ceptionem conſtruendam, cùm ea ipſam
rationum redditionem nequeat impedire,
th. præced. ideoque nec confectionem in-
ventarii, ſine quo ratiocinium planè nul-
lum, Jaſ. *in l. Mercellus n. 61. ff. ad SCtum*
59 *Trebell.* Nicol. Boër. *deciſ. 61. n. 6.* † Quid
autem ſi confectionem inventarii omiſerit?
Audiri eam exiſtimaveris, ſi nudam exhi-
beat conſignationem, cum Reinh. Roſâ *ad*
Dan. Moller. part. 2. Conſt. Elect. 11. n. 12.
propterea quòd hoc juris obtineat in perſo-
nâ patris. Cur non ergò matris quoque,
60 cùm æqualis † debeatur parentibus pietas &
reverentia, *arg. l. 5. junct. l. 7. §. 3. ff. de ob-*
ſeq. par. l. 16. ff. de jurejur. l. 8. §. 5. ff. qui
ſatisdat. cogunt. l. 34. §. 4. ubi Anton. Fab.
in Ration. ff. de jurejur. Jacob. Cujac. *libr.*
61 *9. obſervat. 37.* Sed repetitum volumus, †
quod *theſ. præced.* dictum de patre à red-
dendis rationibus exempto, propter jus pa-
triæ poteſtatis, quod tribuit ei uſum-fru-
ctum in bonis liberorum adventitiis: ſubla-
tâ autem rationum redditione, quid opus
inventario, ut certè mirum haut ſit, nu-
dam ſufficere patris conſignationem: at-
qui mater nec uſumfructum nec immuni-
tatem à ratiocinio prætendere poteſt, *th.*
præced. † quomodo ergò patris exceptio 62
illam juvabit? ratione diverſitatis plus ſa-
tis perſpicuâ, ut maximè intuitu reverentiæ
par utriusque parentis ſit conditio, quæ ta-
men in conſiderationem heîc non venit.
Non aliud ergò remedium † in caſu defi- 63
cientis inventarii ſupereſt, quàm ut mater
juratam exhibeat conſignationem, *arg. l.*
ult. §. licentia danda. C. de jur. delib. Dan.
Möll. *ad Conſt. Elect. 33. n. 6. part. 3. & lib. 2.*
ſemeſt. 14. quod juris etiam eſt aliis in tu-
toribus, à quò mater nullibi legitur excepta.
Benè hinc reſpondit † *Curia Suprema Li-* 64
pſienſis Termin. Crucis An. 1620. Daß Be-
klagte wegen Mangelung eines *inventarii*
die Verlaſſenſchafft nunmehr vermittels
Eydes anzuzeigen ſchuldig / V. R. W.
Nec non *Scabini Lipſienſes in caſu viduæ*
& liberorum D. M. zu *W. Menſ. Decembr.*
Anno 1600. † So iſt die Mutter / als 65
der Kinder geweſene Vormündin / ein rich-
tiges *inventarium*, was in ihres Mannes
Erbſchafft nach ſeinem Abſterben allent-
halben verhanden geweſen / vorzulegen /
oder in Mangelung deſſen ſolches eydlich
anzuzeigen ſchuldig / V. R. W. Et quo
minus de veritate hujus aſſerti quisquam
dubitet, † ſanctionem adducimus Ele- 66
ctoralem, quæ in caſu ſimili exhibitionem
inventarii, vel eo deficiente juramentum
imponit matri, *Conſt. 33. verſ.* So muſte
auf der Erben erfordern / ꝛc. *ubi* Dan. Möll.
n. 4. & 6. part. 13.
XXX. Quod hactenus de matris tu-
telâ diximus, hoc idem ad aviam tàm ma-
ternam quàm paternam extenſum cupi-
mus, usque adeò, † ut ſi concurrant, 67
utraque ſi velit, ad tutelam admittatur:
neutra ſiquidem à liberorum hereditate
arcenda eſt, *ſuprà cap. 6. theſ. 3.* Sed quia
pares ſunt gradu, pariter ſuccedunt, *theſ.*
8. Novell. 118. Auth. matri. C. quando mu-
lier. † ideoque & pares erunt in tutelâ *l. 1.* 68
ff. de legit. tutor. Deficientibus autem &
hiſce, ſuccedit linea collateralis, in quâ ma-
ximoperè proximitas graduum venit at-
tendenda, ita, ut, proximioribus onus
tutelæ deferatur, nullâ agnationis & co-
gnationis habitâ ratione. Quemadmo-
dum enim † unà cum agnatis cognati in 69
bonis allodialibus ſuccedunt, ita quoque
omnes pariter ad tutelam vocantur legiti-
mam, *Novell. 118. cap. 5. Auth. ſicut hered.*
C. de leg. tut. Joh. Harpp. *ad pr. Inſt. de legit.*
agnat. tutel. n. 4. & ibidem. Joh. Schneidw.
ſub. Rubr. quæ dicitur legit. agnat. tut. num.
10. Regulatur † ſcilicet tutela ſecundùm 70
natu-

naturam ſucceſſionis, eique defertur,quos
ordo ſucceſſionis tangit, *dict. l.* 1. *ff. de le-*
git. tut. dict. Auth. ſicut. C. eod. tit. Quo
ex immoto principio duo ſcitu digna ob-
71 ſervare licet. *Primum* eſt, † ut ſi plures
agnati vel cognati concurrant, in eodemq;
exiſtant gradu, omnibus conjunctim impo-
natur tutela,commiſſa tamen magis idoneo
rerum pupillarium adminiſtratione cum
aliorum periculo, *l. ſi plures. ff. de legit.*
tutor. dict. Auth. ſicut Joh.Schneidw.*citat.*
loc. num. 11. ſcilicet quia plures in gradu
æquali exiſtentes conjunctim omnes ſucce-
72 dant. *ſupr. c. 6. th. 11. Deinde* † quando
accidit, ut per ſtatutum cognati à ſucceſſi-
one excludantur, ſolis agnatis ſuccedenti-
bus,onere tutelæ haudquaquam gravari de-
bent Cognati, neque commodi participes
non ſunt, onus ſuſtinere neceſſum habe-
ant. Bald. *in l.* 1. *ff. de legit. tutor.* Salycet.
in dict. Auth. ſicut hereditas. C. eod. tit. Lu-
dolph. Schrader. *de feud. part.* 10. *ſect.* 19
num. 34. Jac. Menoch. *de arbitr. judic.*
quæſt. libr. 2. *centur.* 2. *cauſ.* 150. *num.* 32.
Alexand. *lib.* 3. *conſil.* 109. Cagnol. *in l.*
quo tutela 73. *in pr. ff. de regul. jur.* Nicol.
Boër. *in conſvet. Biturig.* §. 6. *gloſſ.* 2. Borg-
nin. Cavalcan. *in tr. de tutor. quæſt. 9. num.*
73 4. Fit inde, † ut in bonis feudalibus, ex-
cluſis cognatis ſoli admittantur agnati ad
tutelam Vaſalli impuberis, & adminiſtrati-
onem feudi, Schrader. *dict. loc. n.* 31. ni-
mirum quia cognati participes non ſunt
feudi, ſed in eo ſoli ſuccedunt agnati, *c.* 1. *de*
natur. ſucceſſ. feudal. cap. 1. §. *proles. tit. de*
ſucceſſ. fratr. vel gradib. ſucced. in feud.

XXXI. Et hæc de jure communi: in
foro autem Saxonico utrumque aliter ſe
74 habet. † Nec enim *primò* differentia in-
ter agnatos & cognatos circa materiam tu-
telæ hoc jure eſt ſublata: ſed præferuntur
agnati cognatis, nec admittuntur hi ad le-
gitimam tutelam, quamdiu agnati ſuper-
fuerint, Landrecht *libr.* 1. *art.* 49. *ibi*:
Stirbet ein Mann/ der Kinder hat/ die zu
ihren Jahren kommen ſeyn/ ihr nächſter
ebenbürtiger Schwerdmage ſoll ihr Vor-
mund ſeyn/ biß ſie zu ihren Jahren kom-
men/ und iſt er ſelbſt zu ſeinen Jahren
nicht kom̃en/ alſo daß er ihnen nicht vorſte-
hen mag/ ſo ſoll ſein Helffer ſeyn ein ander
ſein ebenbürtiger Schwerdmagen/ *&c.* At
75 † nonnè jure etiam Saxonico cognati æquè
cum agnatis ſuccedunt in bonis allodiali-
bus, quî ergò immunes erunt ab onere
tutelæ? ita ſanè eſt, nec excluduntur ab
hereditate cognati per agnatos, Landr. *lib*
1. *art.* 3. Matth. Coler. *part.* 1. *deciſ.* 41. *n*
14. *& ſeqq.* Joh. Schneidw. *ad pr. Inſtit.*
de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub tit. de
tertio ordin. ſucced. num. 23. Attamen ut
alibi, ita & hîc jura Saxonica † majorem 76
nominis ac familiæ,quam ſanguinis habent
rationem, & agnatos ad familiæ ſuæ con-
ſervationem majorem in tutelâ gerendâ di-
ligentiam præſtituros præſumunt. Non
tamen regula juris civilis de admittendo
tutore, qui proximior eſt gradu & ſucceſ-
ſionis capax omni effectu heîc deſtituitur,
ſed tùm locum ſibi arrogat, quando agnati
non adſunt, vel ſaltem ratione proximita- 77
tis, ut ſcilicet agnatus proximior remotio-
rem à tutela excludat, *dict. art.* 49. *Deinde*
licèt † quoque in foro Saxonico plures 78
agnati gradu æquali concurrentes in capita
æqualiter ſuccedant, *dict. artic.* 3. *lib.* 1.
Landr. Joh. Schneidw. *dict. loco. numer.* 31.
& 34. Attamen inter plures proximio-
res & æquali in gradu conſtitutos onus tu-
telæ non omnibus, ſed agnato ſolummodò
ſeniori defertur, *libr.* 1. Landrecht *art.* 32.
ibi: † Wo die Söhne binnen ihren Jah- 79
ren ſeyn/ ihr ältiſter ebenbürtiger
Schwerdmag nimmt das Heergewette
alles zu ſich/ und iſt der Kinder Vormund
daran/ biß ſie zu ihren Jahren kommen/ etc.
ibiq́; Gloſſ. & Chriſtoph Zobel. *in addit.*
ad lib. 1. *differ.* 15. Joh. Schneidwin. *in*
pr. Inſt. de legit. agnat. tutel. num. 12.
Hancque juris Saxonici ſpecialitatem ſuo
approbaverunt reſponſo † *Scabini Lipſi-* 80
enſes in causâ heredum C. I. zu *W. Menſ.*
Novembr. Anno 1637. So gebühret be-
meldtes Unmündigen Vormundſchafft
des Vaters Bruders älteſten Sohne/ als
nächſtem älteſten Schwerdmagen alleine
billich/ und ſo lange unter demſelben einer
verhanden/ habt ihr als *Cognati* euch ſol-
cher Vormundſchafft nicht anzumaſſen/
V. R. W. Idemque † obtinere in bo- 81
nis feudalibus aſſerit Ludolph. Schrad. *dict.*
ſect. 19. *n.* 39. *verſ. eamq́; deciſionem &c.*

XXXII. Ex eodem porrò juris tutelaris
ac ſucceſſionis fonte alius profluit articu-
lus, in quo non minor Arboris conſangvi-
nitatis conſpicitur uſus, quando nimirum
† abſenti defertur hereditas, cujus admi- 82
niſtratio, cura & cuſtodia bonorum iis tan-
tummodò committenda eſt, qui ſunt here-
des ipſius proximiores, ex generali potiùs
horum aliorumq; locorum conſuetudine,
† quàm jure ſcripto, ut autumat Virg. Ping. 83

quæſt. Saxon. 5. *n.* 15. Anton. Fab. *in Codic. lib.* 5. *tit.* 40. *definit.* 9 juſta tamen ratione fundata; quia nempe publicè in-
84 tereſt, abſentium † bona conſervari, iisque curatorem dari, *l. ſervum.* 33. §. *publicè ff. de procurat. l. idem privilegium* 22. §. 1. *ff. de reb. autor. judic. poſſid. l. ſi diu.* 8. *l. poſſeſſionem* 6. *in fin. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* At nemo alius quàm heres proximior majori ſtudio ac diligentiâ curatelæ ejusmodi præeſſe præſumitur, pro-
85 pter † commodum hereditatis futurum, *l. quo tutela* 37. *ff. de reg. jur.* Anton. Fab. *dict. definit.* 9. *num.* 6. Sola ideoque proximitas attendenda heîc venit, non habita ratione idoneitatis: quare
86 mulieres quoque † & infantes ad hanc curam admitti nihil prohibet, cùm per easdem perſonas gerere illam poſſint, per quas propria ipſorum bona reguntur, Anton. Fab. *dict. tit.* 40. *definit.* 1. *num.* 6. Atque hic ſi plures abſenti exiſtant heredes
87 æquè proximi, cura bonorum † omnibus conjunctim eſt committenda, *argum. l. quo tutela.* 37. *ff. de Reg. jur.* Anton. Fab. *citat. loc. num* 8. Alias ſanè remotiores per proximiores à curâ bonorum
88 abſentis excluduntur: † veluti fratres & ſorores per parentes; Fratres uterini vel conſanguinei, per fratres ac ſorores ex utroque latere conjunctos; Fratrum filii per fratres & ſorores in foro Saxonico, & ſic deinceps, ſecundùm *artic.* 20 *ubi* Gloſſ. Latin. *ad text. German. lit. a. in pr. libr.* 1. Landrecht *Conſtitut. Electorat.* 18. §. *ult. part.* 3. Joh. Schneidw. *ad pr Inſtitut. de hered. quæ inteſt. defur. ſub Rubr. de text. ordin. ſucced. num.* 9. & 14. Matth. Coler. *part.* 1. *deciſ.* 48. *num.* 4. & *deciſ.* 49. *num.* 7. Matth Weſenbec *part. conſil.* 13. *num.* 55. & *part.* 2. *conſil.* 28. *num.* 20. Non tamen ipſo jure fiunt curatores abſentium, qui proximiores ei ex-
89 iſtunt heredes. † ſed Magiſtratûs autoritas & confirmatio accedat, neceſſe eſt: nimirum cognati ab inteſtato venientes regulariter poſtulare tenentur à Magiſtratu, curatorem dari bonis cognati abſentis, per text. gloſſ. & Dd *in l. ab hoſtibus. ff. ex quibus cauſ. major.* Hottom. *conſil.* 74. Et quidem ſi ipſimet maluerint adminiſtrare bona abſentis propinqui, eis potiùs, quàm extraneo cuidam committenda eſt hæc functio, Virgil. Pingitz, *dict.*
90 *quæſtion.* 5. *num.* 13. At quid † ſi extraneus curator à Magiſtratu jam anteà fuerit confirmatus, num cedere hic poſtea debeat heredi abſentis curatelam petenti, etiamſi nulla contra eum vel negligentiæ vel fraudis adſit ſuſpicio? Ita omninò eſt, † quia ſola proximitas ſangui- 91
nis & ſpes ſucceſſionis curatelæ hujus cauſa exiſtit, quidni ergò cederet extraneus heredi vel ſaltem ex tacitâ abſentis mente, qui in cuſtodiâ bonorum ſuorum potiſſimùm rationem habere præſumitur cognatorum proximorum, impulſu naturali nihil magis deſiderare cenſetur, quàm ſuæ familiæ favere, & cognationem propagare, *argum. l. nemo.* 58. §. *qui frater.* 1 *ff. de hered. inſtit.* Pingitz. *dict. loco.* Niſi † quis nobis objiciat, 92
tutorem ac curatorem ſemel approbatum abſque causâ ſufficiente haud reprobari poſſe *argument. l. ut gradatim.* 11. §. *reprobari* 3. *ff. de muner. & honor. l. ſi duas.* 6. §. *& philoſophos.* 5. *ff. de excuſ. tutor.* Sed ab hoc argumentari † non licet ad 93
curatelam bonorum abſentis, quippe quæ non tàm propriè cura eſt quàm cuſtodia & præmatura ſucceſſionis occupatio, quæ ob favorem abſentis, & quia autorem Magiſtratum habet, ſuſtinetur, *l. qui autore.* 137. *ff. de Reg. jur.* † Eaque ipſa 94
cauſa eſt, quod onus tutelæ ac curatelæ aliàs fugientes hanc curam lubenter ſuſpiciant, ac de proximitate ſanguinis & prærogativâ certent, nimirum ut poſſeſſionem bonorum adipiſcantur, iisque fruantur, quamdiu abſens haud revertitur, qui † plerumque jam mortuus eſt, & ta- 95
men vivere adhuc præſumitur, non quidem centum annos, ut communiter ſentiunt Dd. *per l. an uſusfructus.* 56 *ff. de uſufructu. l. ſi uſusfructus.* 8. *ff. de uſufruct. legat. l. ut inter.* 2. *verſ. & à nobis.* & §. 1. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Jaſon. *in dict. l.* 23. *num.* 31. Matth Coler. *ad cap. cum vobis num.* 7. *extr. de præſcript.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol.* 1. *concluſ* 103. *num.* 4. & *ſeqq.* Petr. Weſenbec. *conſil.* 15. *num.* 47. † ſed pro arbitrio judicis & rati- 96
one circumſtantiarum, *l.* 1. *ff. de jur. de lib.*

XXXIII. Quod tamen hac conditione acceptum volumus, ut curator fructus perceptos † abſenti reſtituat, ac 97
rationem adminiſtrationis reddat, Anton. Fab. *in Codic. dict. tit.* 40. *definit.* 6. *num.* 3. nec enim proprietas nec uſusfructus bonorum ipſi datus eſt, ſed cura & adminiſtratio, quæ neceſſitatem rationum reddendarum habet annexam, Jacob. Schult. *an addit. ad Modeſtin. Piſtor. part. quæſtion.* 126. *num.* 32. Natta *libr.* 1. *conſil.*

conſil. 134. *num.* 17. Tiber. Decian. *libr.* 2. *conſil.* 79. *num.* 11. Hieronym. Schurff. *cent.* 1. *conſil.* 65. *num.* 4. Jacob. Menoch *de arbitr. judic. quæſt. libr.* 2. *cent.* 3. *caſ.* 109. *in*
98 *pr.* † Ex quo perſpicuum, curatorem abſentis non admittendum fore, priusquam præſtiterit cautionem ſufficientem, Anton. Fab. *dict. tit.* 40. *definit.* 10. *num.* 4. & quidem eo in loco, ubi bona abſentis ſunt ſita, etiamſi alibi in ejusdem Principis ſu-
99 perioris territorio bona poſſideat: † quam difficilis enim ſit conventio ejus, qui extra provinciam habitat, quisquis & qualiscunque etiam ille ſit, nemo neſcit, *l.* 1. *in fin. l.* 3. *in pr. ff. de alien. judic. mut. cauſ. fact.* Anton. Fab. *in Codic. lib.* 2. *tit.* 36. *defin.* 11. *num.* 3. veluti pronunciârunt *Scabini Lipſienſes in cauſa B. H.* zu K.
100 *Menſ. Octobr. Anno* 1635. † So iſt eure Schwieger-Mutter die *Caution* wegen ihrer ausländiſchen Söhne im Amt Weida / alda ſich der Erbfall zugetragen / zu beſtellen ſchuldig / und es mag ſelbiges Amt auff den zu Plauen ausgewirckten *Conſens* ihr ſolchen der Söhne Anfall abfolgen zu laſſen nicht angehal-
101 ten werden / V. R. W. † Præſtitâ verò ſemel cautione à proximiore cognato, non admittuntur poſtea alii, licèt ex poſtfacto ad æqualem pervenerint proximitatem: ut ſunt conſobrini, quibus excluſis cura patruo ſub cautione ſemel commiſſa defuncto eo, ad ſolos ipſius libe-
102 ros tranſit; nempe † quia præſtitâ ſatisdatione curatori in bonis abſentis jus curatelæ, Magiſtratûs autoritate ſemel fuit acquiſitum, quod ipſi invito ne pro parte quidem auferri poteſt, ſicut nec ejusdem liberis, qui in omnibus jure defuncti utuntur, *Novell.* 48. Anton. Fab. *in Codic. libr.* 7. *tit.* 20. *defin.* 44. *num.* 9.
103 † quod reſponſo ſuo approbavit *Senatus Appellationum Dresdenſis in causâ* der B. Erben *contra* die M. Erben / *Termin. Trinitat. Anno* 1638. Daß die B. Erben das von V. W. empfangene Geld wieder auszuzahlen nicht ſchuldig / ſondern es bleibet bey der dafür beſtellten *Caution*, bis ſo lange des ausländiſchen C. M. Todes-fall gnugſam erwieſen / nochmahls billich / V. R. W. Niſi ſucce-
104 dat † heres extraneus vel ex teſtamento ejus, qui præſtitit cautionem, vel ab inteſtato, id quod fieri poteſt in caſu, quo vitricus vel noverca abſentis fratris ejus conſangvinei vel uterini heres eſt in lineâ aſcendente. Deficit namque in iis noſtrum aſſertum propter cauſam curatelæ hujus deficientem, quæ eſt præmatura ſucceſſionis ab inteſtato occupatio, *argum. l.* 1. *ff. de legit. tutor.* Fab. *dict. tit.* 40. *definit.* 1. *num.* 3. & 8. & *definit.* 9. *n.* 5.

XXXIV. Alius quoque haut diſſimilis eſt juris articulus, in quo uſum & effectum ſortitur Arbor conſanguinitatis, † ſi nempe de præſtandis alimentis inter 105
heredes diſceptetur; perinde enim ut abſentis curatela, debitum alimentorum tàm in ſanguinis, quàm ſucceſſionis jure conſiſtit: nam æquitas & ſanguinis charitas alimentandi onus injungit, *l. ſi quis à liberis.* §. 1. *ff. de lib. agnoſc.* juſtumque eſt, onus illum ſequi, qui eſt habiturus emolumentum, *l. ſecundum naturam. ff. de reg. jur.* † Eodemque 106
igitur jure, quo ſucceſſio, onus alimentandi ſecundùm paritatem & proximitatem graduum defertur, non neglecto linearum ordine. Quin enim † pater an- 107
te omnes alios conſanguineos alere teneatur liberos, expeditum verè eſt, *l. ſi quis à liberis.* §. *ſi quis ex iis. ff. de liber. agnoſc.* etiam de jure naturali, *pr. Inſtitut. de jur. natur. gent. & civil. can. jus naturale. diſt.*
1. unde † necare dicitur liberos, qui de- 108
negat alimenta, *l. necare. ff. de lib. agnoſc.* Quod tamen de vitrico non exaudiendum, qui juxta veriorem Interpp. opinionem alimenta † jam præſtita rurſus exige- 109
re valet, *l. ſi paterno.* 15. *verſ. quod ſi & repetiturus ea. C. de negot. geſt.* Matth. Coler. *de aliment. liber.* 1. *cap.* 12. *num.* 23. tantum abeſt, ut ad præſtationem ſit obſtrictus, benè pronunciante *Facultate Jurid. Lipſienſi Anno* 1614. *ad requiſitionem L. M.* zu *D.* † Dieweil der Stieff- 110
Vater ohne vorgehende ſeine Bewilligung / ſeine Stieff-Kinder zu ernähren nicht verpflichtet / ꝛc. Matrem tamen excluſam nolumus; licet enim hæc regulariter † ad lactationem ſaltem fi- 111
liorum intra triennium ſit obſtricta, *l. pen. C. de patr. poteſt. ubi* Gloſſ. *in verſ. primò* & Gloſſ. *in l. alimenta. verſ. materna. C. de negot. geſtis* Bartol. *in l. ſi quis in à liber.* §. *ſi mater. ff. de liber. agnoſc.* Bald. *in dict. l. alimenta. num.* 2. exacto tamen triennio, † ſi vel pater inops ſit, 112
vel aliunde liberi non habeant ſuſtentationem, mater onus alendi neutiquam detrectare valet; *dict. l. ſi quis à liberis.* §. *utrum. verſ. ergò & mater. ff. de lib. agnoſc. Auth. ſi pater. C. de divort. facto* Coraſ. *in l.*
qui

qui liberos, num. 109. ff. de rit. nupt. An-
113 ton de Padillâ *in Auth. res quæ numer. 60.*
in fin. C. commun. de legat. nec eſt † quòd
nobis objiciatur regula ſuccesſionis, quæ
omnes æqualiter junctos ſimul & conjun-
ctim admittit, ex quo etiam mater unà cum
patre obſtricta eſſet oneri alimentationis:
quia quod ſpeciale heîc occurrit in perſonâ
patris, poteſtati patriæ eſt adſcribendum,
cum enim hæc uſum fructum tribuat patri
in bonis liberorum matre excluſâ, *l. cum o-
portet. 6 C. de bon. quæ lib.* æquum omni-
114 nò eſt, † patrem quoque onere magis gra-
vari, eoque adhuc vivo matri parcendum
eſſe. Nec minus in caſu converſo liberi
parentes ſuſtentare obſtricti ſunt, ex eâ-
dem ſanguinis proximitate & jure ſucces-
115 ſionis, † ſi ſcilicet pauperes ſint, imbecil-
les, ſenio confecti, ita ut tantum acquirere
nequeant, quantum ipſis ſatis eſt ad quoti-
dianum victum & amictum, *l. ult. §. ipſum
autem. C. de bon. quæ liber. l filia. 5. C. de
patr. poteſt. l. 1. & 2. C de alend. liber. l. ſi
quis à liberis 5. in pr. ff. de lib. agnoſ.* Bar-
tol. *in tract. de aliment. num. 8.* Salycet.
in dict. l. 2. C. de alend. liber. Joh. Petr. Surd.
de aliment. tit. 1. quæſt. 17. num. 1.

XXXV. Deficientibus verò parenti-
116 bus & liberis, alendi onus † ad fratres &
ſorores ſpectat, Gloſſ. fin. *in l. qui filium ff.
ubi pupill. educ. debeat. & in l. ſi quis à libe-
ris. §. item reſcripſit verb. juſtè. ff. de liber
agnoſc.* Bartol. *in l. cum unus §. alimentis ff.*
117 *de alim. & cibar. legat.* † proximitas nem-
pe tàm ſanguinis, quàm ſuccesſionis jus
hoc exigit: nulla ſiquidem major neceſſi-
tas ſanguinis exiſtit poſt jura parentum
& liberorum, quam inter fratres & ſo-
rores; qui & reliquis conſanguineis ex-
118 cluſis ſoli † ad ſuccesſionem admittun-
tur, *Auth. itaque. C. Commun. de ſucceſſ.
Novell. 118. cap. ſi igitur defunctus.* Johan.
Schneidw. *ad pr. Inſtitut. de hered. quæ
ab inteſt. defer. ſub tit. de tert. ordin. ſucced.
collateral. num. 3.* Valent. Förſter. *de ſuc-
ceſſ. libr. 8. cap. 1. num. 1. & ſeqq.* Quin
etſi rationis ſuccesſionis planè deficeret,
vel ſolus tamen ſanguinis reſpectus hoc
119 onus fratribus injungeret, † ex quo
etiam fratri juſtè exheredato præſtanda
ſunt alimenta, non quidem jure heredi-
tario, ſed ſanguinis intuitu. *l. cum plu-
res. §. cum tutor. ff. de adminiſtrat. tutor.*
Joh. Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt.
25. numer. 7.* Cumque in agnatis pariter
& cognatis ratio utraque tàm ſanguinis
quàm ſucceſſionis obtineat, † quis in- 120
ficias ire auſit, in caſu non exiſtentium
parentum, fratrumque & ſororum, ali-
mentationis onus iis incumbere, *Auth.
poſt fratres fratrumque filios. C. de legit.
hered.* ita tamen, ut ſemper præ aliis gra-
ventur hoc onere proximores, † ex *Re-* 121
*ſponſo Scabinorum Lipſienſium dat. M. M.
G.* zu *M. Menſ. Mart. Anno 1638.* Son-
dern es wird das Kind / biß ſo lange es
ſich ſelbſten ernehren / und ſein Brodt
verdienen kan / von den nächſten Bluts-
freunden nothdürfftiglichen billich unter-
halten / V. R. W. Ex regula nempe † 122
ſucceſſionis, quæ fit ſecundum graduum
proximitatem, *dict. Novell. 118. cap. ſi
igitur defunctus. 3. dict. Auth. poſt fratres.*
Landr. *libr. 1. artic. 3.* Förſter. *dict. lib.
8. cap. 9. num. 1. & ſeqq.* Johann. Harp-
precht. *ad pr. Inſtitut. de hered. quæ ab
inteſt. defer. num. 449. & ſeqq.* Matth.
Coler. *part. 1. deciſ. 49. num. 14. & ſeqq.*
† Nec ulla inter agnatos & cognatos heîc 123
attendenda eſt differentia, poſtquam o-
mnes ratione proximitatis ad ſucceſſionem
indifferenter admittuntur, *dict. Auth. poſt
fratres in fin. Novell. 118. cap. 3. in fin.*
Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 24. num. 85.*
Quod nec aliter ſe habet in foro Saxonico;
licèt enim jus hoc ponat differentiam in
adminiſtratione tutelæ inter agnatos & co-
gnatos, ita ut parcatur cognatis, quam-
diu exiſtunt agnati, *ſupra th. 31.* ſubſi-
ſtit tamen † in materia tutelari, quare 124
ab illâ ad onus alimentandi minus rectè in-
fertur, quippe quod cum tutelâ nihil
commune habet, ſed ex ſolo ſangvinis &
ſucceſſionis jure regulatur, *l. ſi quis à li-
beris §. 1. ff. de liber. agnoſc. l. mutus. §.
manente. ff. de jure dot.* firmiter hinc
ſtante *Scabinorum Lipſienſium ſententiâ
ad requiſitionem L. S. Menſ. Julio An. 1639.*
† So ſtehet zwar bemeldter Kinder Vor- 125
mundſchafft des Vaters Brudern als
agnato alleine zu / aber aufn Fall
dieſelbe keine alimenta von den Ih-
rigen haben könten / wären ihnen ſol-
che nebenſt dem Bruder / auch der
Mutter Geſchwiſter / weil ſie allers-
ſeits in pari gradu ſuccesſionis ſeyn / noth-
dürfftiglichen zu reichen ſchuldig / V. R.
W.

XXXVI. Ex quo porrò tanquam
ex prono profluit alveo uſus Arboris in
articulo juris huic ſimilimo, † quando 126
nempe furioſus in carcere, vinculis &
com-

compedibus eſt cuſtodiendus, quod fieri non poteſt absque expenſis & moleſtiâ, quam quilibet detrectare ſatagit, nec tamen cuſtodia ejusmodi intermitti debet,
127 † ne forſan furioſus quid pernicioſius in ſeipſum aut in alios moliatur, ex Reſcripto D. Marci & Commodi, *l. 14. verſ. & tamen diligentius cuſtodiendus erit, ac ſi putabis, etiam vinculo coercendus. ff. de offic. præſid. l. pen. §. 2. verſ. final. diligentiusq́; cuſtodiendum eſſe, aut etiam vinculis coër-*
128 *cendum. ff. ad leg. Pompej. de parricid.* usque adeo, ut ſi cuſtodes arguantur negligentiæ, ex quâ furioſus mali quid perpetraverit, pro modo culpæ pœnam incurrant, *dict. l. 14.* Angel. Aretin. *in tract. malefic. verb. ſcienter & doloſe, num. 9. in fin.* Proximioribus ideoque conſangvineis, agnatis pariter & cognatis onus cuſtodiæ in-
129 cumbit, † perinde ut jus alimentandi, quod cum eo concurrit, ſi furioſus ex propriis non habeat, ut ſuſtentari queat. Quod haud obſcurè apparet *ex dict. l. 14. v. Cum autem ex literis tuis cognoverimus tali eum loco atque ordine eſſe, ut à ſuis vel etiam in propriâ villa cuſtodiatur.* Idem-
130 qve † innuere videtur in Electoratu Saxon. *Ordinatio provincialis de Anno 1543. & de Anno 1555. ſub tit.* Was zu Ober- Nieder- und Erb-Gerichten gehöret / *&c. verb.* Unſinnige Leute durch die Freunde verwahren laſſen *&c.* Etſi verò textus hi omnes includant conſanguineos, ra-
131 tionem tamen proximitatis † inter eos habendam eſſe, ipſa conſanguinitatis & ſucceſſionis ratio ſvadet, quia inter conſangvineos tantò major eſt affectio, quantò ſunt propinqviores; ex quo etiam remotioribus excluſis hi ſoli ad ſucceſſionem admittuntur, non immeritò onus cuſtodiæ ac curatelæ furioſi ſuſtinere eos oportet.

Quumqve furioſus æquiparetur infanti, *l. 1. §. furioſus. ff. de obligat. & action. l. Fulcinius 7. §. planè 10. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat.* † vel etiam propterea ratio 132
habenda erit proximiorum, quia hiſce cura & alimentatio infantis egeni incumbit. Alexand. *in l. alimenta. in fin. C. de negot. geſt.* voto *Scabinorum Lipſienſium* accedente *ad petitionem Quæſtoris in K. Menſ. Jul. Anno 1625.* † Er wird aber 133
gleichwohl entweder in ein Bolwerck gethan/oder ſeinen nächſten Freunden anvertrauet und befohlen / daß ſie denſelben im Hauſe mit Ketten und Banden dermaſſen verwahren und verſorgen/ damit er künfftig ihme/oder auch andern keinen Schaden ferner zufügen möge/ V. R. W. Idque adeò verum exiſtimamus, ut nec fas ſit proximioribus agnatis & cognatis onus hoc declinare, † quantumvis juri ſuc- 134
ceſſionis renunciaverint, obſtante nimirum causâ ſanguinis, in quo cuſtodia & curatela furioſi æquè eſt fundata, *argument. l. ſi quis à liberis. §. 1. ff. de liber. agnoſ. l. cum plures. §. cum tutor ff. de adminiſtrat. tutor.* Joh. Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 25, numer. 7.* † Du- 135
plici verò unius rei causâ exiſtente, unâ licet ceſſante, altera tamen rem ſuſtinet *l. ſi ventri. 8. §. in bonis. 2. ff. de privileg. creditor.* Bartol. *in l. liberorum. 11. in pr. num. 1. verſ. ex quo nota. ff. de his qui not. infam.* Seraphin. *de juram. privileg. 100. num. 8.* Andr. Tiraquell. *in reg. ceſſante cauſ. lim. 22. num. 1. & ſeqq.* † Eſtque 136
ſucceſſio non cauſa cuſtodiæ hujus finalis, ſed duntaxat impulſiva, cujus defectus juris diſpoſitionem nequaquam ceſſare facit, *arg. l. cum tale. 72. §. falſam. 6. ff. de condit. & demonſtr.* Joh. Harppr. *ad §. longè magis. 31. Inſt. de legat. num. 2.*

SOLI DEO GLORIA.

(*.*)

IN NOMINE JESU CHRISTI.

DISPUTATIO III.

exhibens

USUM PRACTICUM ARBORIS CONSANGUINITATIS ET AFFINITATIS

in foro Saxonico

circa proceſſum judiciarium & irrogationem pœnarum.

RESPONDENTE

RUDOLPHO Holſt/ Chilonio Holſato.

CAPUT VIII.

Qvis arboris uſus in proceſſu judiciario?

Pôsitio I.

1 DUplicem ferè uſum arboris
conſanguinitatis & affinitatis profert ſummatim
JCtus Paulus in *l.* 10. *in pr.*
ff. de gradib. & affin. judicialem & extrajudicialem:
ſed utrumque nimium reſtringit; propter ſolùm enim jus ſucceſſionis
& tutelæ hunc Juriſperitis commendat:
quoad illum verò in depoſitione teſtimo-
2 nii ſubſiſtit. Parcè nimis, † ſi quid de
uſu arboris circa materiam matrimonii,
juris protimiſeos & alimentorum *diſputationibus duabus præcedentibus* à nobis dictum,
in memoriam heſc revocemus. At
nec terminus uſui judiciali in dictione te-
3 ſtimonii præcisè ponendus † cum & in
alios proceſsûs judiciarii articulos ſe diffundat:
in quo tamen inſtituti finibus adſtricti nolumus cum aliis regredi ad poteſtatem juris dicendi. *l. lex Cornelia* 5. *ff.*
4 *de injur.* † poſtulandi *l.* 1. *l.* 2. *& l.* 3. *ff. de poſtul. cap. cum Sacerdotis ſit officium. extr. eod. tit.* in jus vocandi reum, *l.* 4. *& ſeqq. ff. de in jus vocando.* aliosque, ſi quâ
5 afferantur forſan articuli, † qui vel ſaltem
certas concernunt perſonas, ut *dict. l.* 1. *& ſeqq. ff. de poſtul. cap. ult. extr. eod. tit.* vel
non tàm ullâ graduum proximitate, quàm reverentiâ & ſanguinis affectione certo modo temperantur, ut in *l.* 5. *ff. de injur. l.*
6 4. *ff. de in jus vocand.* † ſed communiores
duntaxat & frequentiores in præſentiarum examinare lubet. Conſiſtunt autem
vel (I.) in jure accuſandi. (II.) Satisdationis: (III.) Teſtimonii: quorum tractatio Arboris uſu carere nequit.

II. Quoad *primum* verò notatas ſo-
lummodò volumus † cauſas criminales, 7
ſi nempe accidat, reum alicujus maleficii in judicium accuſandum fore, à quo fratres in gradu ſecundo, juxta computationem juris civilis hoc in puncto obſervandam, conſtitutos abſtinere jubent Impp. Diocle-
tianus & Maximianus in *l.* 13. ibi: † *Si* 8
magnum & capitale crimen ac non leve frater contra fratrem ſuum inſtituit, non ſolùm audiendus non eſt, ſed etiam exilii pœna plectendus. C. de his qui accuſar. non poſſ. à quâ tamen prohibitione triplicem ex-
cipit caſum Proſp. Farin. levis nimirum † 9
alicujus delicti, prout indigitat *dict. l.* 13. Si quis ſuam vel ſuorum injuriam proſequatur: & criminis læſæ majeſtatis, *in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 53. Gigas *de crim læſ. majeſt. tit. qui accuſare poſſunt. quæſt.* 3. *l.* 2. Eâque prohibitione incluſos etiam cupimus eos, qui ſunt priores & in lineâ aſcenden-
te, † in quibus duplex prohibendi ratio 10
concurrit, ſangvinis proximitas pariter ac debita reverentia. Ex quâ nec filius patrem vel matrem, nec libertus patronum, *l.* 8. *ff. de cauſat.* alumnus educatorem, *l.* 17. *C. qui accuſ. non poſſ.* diſcipulus præceptorem, aut ſervus dominum, *l. pen. C. eod tit.* nec vaſallus ſeniorem accuſare valet, *arg. cap.* 1. *tit. quib. mod. feud. admitt.*
† niſi in caſibus prædictis, ſi ſuam ſuo- 11
rumque injuriam perſequi vellent, *l.* 11. *ff. de accuſat.* vel ſi crimen Majeſtatis eſſet perpetra-

petratum, *l. pen. C. qui accuſ. non poſſ.* Petr. Theodor. *in Colleg. crimin. diſp. 4. th. 4. lit. L.* Nec parum ſpecialitatis heic occurrere
12 quiſquam exiſtimet, † cùm aliàs ſtet Regula generalis: quemlibet ad accuſandum admitti, qui expreſsè prohibitus non reperiatur, *l. qui accuſare. ubi* Bartol *ff. de accuſat. l. qui cœtu. §. ult. ff. ad Leg. Jul. de vi publ. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. & vectigal.* Spec. *in tit. de accuſat. in pr.* Jul. Clar. *in §. ult. quæſt. 14.* Anton. Gomez. *lib. 3. c. 1. de delict. n. 4. & 31.* Nicol. Reuſner. *libr. 3. conſil. 2. n. 47.* Petr. à Placha *in Epit. delict. cap. 45. n. 8.* Hippol. de Marſil. *conſ. 84. col. 1.*
13 Meritò ſanè, quia † non ſolummodò intereſt Reipubl. crimina puniri, *l. ſi longius. §. 1. ff. de judic. l. in delictis. §. cum Dominus. ff. de nox. action. l. Stichum aut Pamphilum. ff. de ſolut.* Vincent. de Franch. *deciſ. Neapolit. 98. n. 2.* Jac. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. quæſt. 127. n. 64. & part. 4. quæſt. 140. n. 51.* Sed & laude judicantur
14 digni, † qui per modum accuſationis publicæ ſalutis cuſtodiam gerere ſtudent, *l. 1. §. ſanè. C. de famos. libell.* veluti ob id præmia ſæpè accuſatoribus & delatoribus criminum à Principibus Romanis legimus conſtituta, ut in *l. quisquis. C. ad leg. Jul. maj. l. 2. ff. de jur. fiſci. l. 1. §. accuſatoribus. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* † quin & ſanctiſſimum ha-
15 betur officium, facinoroſos accuſare atq; de iis ſumere ſupplicium, *l. congruit. 13. ff. de offic. præſid. l. 3. C. de Epiſcop. audient.*

III. Econtra quando plures jus accuſandi ſibi arrogant in vindicandâ nece defuncti, haut rarò de prærogativâ controvertitur, idque vel jure agnationis, & cognationis, vel jure proximitatis. † Non usque-
16 quaque enim expeditum, an conſanguinei in pari gradu cum agnatis concurrentes admittendi ſint ad accuſationem? Ad ſolos namque agnatos jus hoc pertinere, † co-
17 gnatis ab hac vindictâ planè excluſis, haut pauci arbitrantur, Gloſſ. *in* Landrecht *l. 3. art. 45.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 159. n. 6.* Nicol. Reuſn. *l. 1. deciſ. 20. n. 18.* Joh. Köpp. *deciſ. 10.* Anton. Hering. *de fidejuſſ. cap. 10. n. 352.* † Idque ex Longobardorum legi-
18 bus originem ducere autumant, per tradita Gloſſ. *in cap. 1. §. hoc autem notandum. verb. legibus. in fin. tit. de his qui feud. dar. poſſ.* Bald. *in l. 20. §. ult. ff. de acquir. vel admittend. hered.* Moderatiùs tamen hoc alii explicant, ſolam prærogativam agnatis concedentes, † inque defunctum
19 ſaltem eorum fœminas vel cognatos, qui ex lineâ fœmininâ deſcendunt, admittentes, Dan. Moll. *ad Conſt. Elect. 11. n. 5. part. 4.* Petr. Heig. *part 2. quæſt. 34. n. 16.* Paul. Matth. Wehner. *in obſerv. pract. verb.* Manngeld oder Sühngeld. Matth. Berlich. *part. 4. concl. 18. n. 45.* † At neutra o- 20
pinio veritate nititur, ſi vel jus ipſum, vel ſanam rationem intueamur. Vix enim quiſquam eâ inebriatus erit ignorantiâ, ut diffiteatur, de jure civili non tantùm maſculis, † ſed & fœminis heredibus mortem 21
occiſi vindicare fas eſſe, *l. ſororem. C. de his, quib. ut indign. l. propter. §. neptis. ff. ad SCtum Syllan. l. uxor. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Joh. Köpp. *deciſ. 10. n. 3. & ſeqq.* Nicol. Boër. *deciſ. 121. n. 2.* Nicol. Reuſn. *dict. lib. 1. deciſ. 19. n. 11. & ſeqq.* Jul. Clar. *dict. §. ult. quæſt. 58. n. 35.* Coler. *citat. deciſ. 159. part. 1.* idque † ob pa- 22
ritatem graduum & conſanguinitatis æqualitatem, Köpp. *dict. loc.* At ubinam in foro noſtro ab hoc jure receſſum? Nullibi ſane de eo apparet, ſed hoc certo certius, de jure etiam Saxonico vindictam necis occiſi heredibus incumbere. † Clari autem 23
juris eſt, vocula heredis tàm fœminas quàm maſculos comprehendi, *l. ex facto. §. ult. ff. ad SCtum. Trebell. Auth. poſt fratres. C. eod. tit.* Paris. *part. 2. conſil. 88. n. 12. & 14.* Joh. Cephal. *conſil. 11. n. 5.* † & appella- 24
tione heredis omnes indifferenter venire heredes, *l. heredis appellatione. 65. ff. de V. S. l. qui per ſucceſſionem. 194. ff. de Reg. jur.* Hier. Schurff. *cent. 1. conſil. 64. n. 7.* † 25
Cumque filiabus & cognatis æquè ac filiis & agnatis per internecionem patris & cognati damnum atque injuria haut levis infe†ratur: quidni etiam vindicatio necis & injuriæ ipſis eſſet communis? † Non etenim 26
ſanguinis proximitas, quæ inter agnatos & cognatos eſt æqualis, reſpectu injuriæ ullam admittit diſtinctionem vel prærogativam, ipsâ ratione naturali dictante, ut non immeritò reſponderint *Scabini Lipſienſes in cauſa C. à P. Menſ. Octobr. Anno 1629.* † Daß zur *vindication* der an E. von P. 27
begangenen Entleibung/ deſſen Lehens- und Land-Erben/ ſo in gleichem Grad befunden werden/ zugleich billich zuzulaſſen/ und dieſelbe den einmal angefangenen *Proceſſ* alſofort *conjunctim* förderlichſt und ohne Verzug zu verführen ſchuldig. Cujus rei certiſſimum quoque ſuppeditat argumentum † perceptio Werigeldi, quod 28
cognatis pari in gradu concurrentibus æquè cedit; nulla ſiquidem inter hosce factâ diſtinctione, reum ad exſolutionem Werigeldi propinquis interfecti, ſive ex paternâ, ſive maternâ lineâ conjuncti ſint, condemnari jubet *Conſtit. Elect. 11. verb.*

h Daß

Daß alsdann das Wehr-geld auch den Freunden mit zugeſprochen werden möge/
29 *part. 4. ubi* Dan. Möller. *n.* 4. † quod & harum terrarum Dicaſteria in pronunciando quotidie obſervant *hiſce formalibus:* Er iſt aber (*ſcilicet* der Thäter) des Entleibten nächſten Freunden das Wehrgeld zu entrichten ſchuldig/ ꝛc. Ea verò eſt na-
30 tura Werigeldi, † ut debeatur tantummodò heredibus mortem occiſi vindicantibus, in ſolatium quaſi & commodum laboris, Chriſtoph. Zobel. *in addit. ad Gloſſ. ordin.* Landr. *lib.* 3. *art.* 45. *n.* 4. Franciſc. Pfeil *conſil.* 23. *in verb.* Darum daß ſie den Thäter und den Tod ihrem Vatern/ Sohn/ Brüdern/ oder Vettern angeleget/ zu gebührlicher Straffe oder Buſſe mit Recht verfolgen. Virgil. Pingitz. *quaeſt.* 4. *n.* 9.
31 Nimirum † defertur Werigeldum, ut heredes ad vindicandam necem occiſi eò magis excitentur, ac reus pœnam luat, *arg. l. ita vulneratus.* 51. *§. aeſtimatio autem verſ. ſi quis abſurdè, ubi* Gloſſ. *in verb. impunita. ff. ad leg. Aquil.*

VI. Neuter ideoque alterum excludit à nece defuncti vindicandâ, ſive ſit agnatus
32 ſive cognatus, † modò pari exiſtant gradu: nec enim abſonum, plures concurrere accuſatores, quorum pariter intereſt delinquentem puniri, Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de accuſ. n.* 10. *verſ. plures autem.* Petr. Theodor *dict. diſput.* 4. *theſ.* 4. *lit. b.* quanquam ſi delinquens ab uno accuſatus
33 jam ſit, † ab alio de crimine eodem nequeat accuſari, *l. qui crimine. C. de accuſat. l. ſi tamen. §. ult. ff. eod. tit.* ſiquidem de uno delicto plus quàm ſemel quæri haut poteſt, *l. ſi cui* 7. *§.* 1. *ff. eod. tit.* Quod ſi verò inter plures non ſit graduum paritas,
34 † proximiores ſoli admittuntur, remotioribus excluſis, *l. ſi plures. ff. de accuſat. l.* 2. *§. ſimul. ubi* Bartol. & Dd. *ff. ad leg. Jul. de adult.* Salycet. *in l.* 1. *C. Unde vir. & uxor. & in l. ult. C. de teſtam. milit.* Jaſon. *in l. non ſolum. n.* 3. *ff. de oper. novi nunciat.* Prof. Far. *in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 2. *quaeſt.* 13.
35 Facilè hinc dijudicare licet, † cuinam jus vindictæ competat in caſu, quo occiſi mater cum fratribus concurrit? Cùm enim mater in primo reperiatur gradu, adeoque filio occiſo ſit proximior fratribus in gradu ſecundo conſtitutis, prærogativam quis ei invidebit? Certè pro matre *Scabini*
36 *Lipſienſes* reſpondere haut dubitârunt † in *cauſa H. S. & W. F.* der Gebrüdere *à R contra P. & M. B. nec non H. H. Menſ. Dec. Anno* 1616. Würde peinlicher Anwald/ gnugſamen Schein beybringen/ daß ſeiner *Principalen*/ der Gebrüdere von R. in P. Mutter ſich der *vindication* wegen ihres entleibten Sohns R. von R. ſich begeben/ oder doch ihrentwegen ſeine Perſon gebührlichen *legitimiren*/ inmaſſen ihme vor allen Dingen zu thun oblieget; So ſeyn Angeklagte auf erhobene Anklage ſich einzulaſſen/ und zu antworten ſchuldig/ ꝛc. Et meritò aſcendentes in vindicandâ filiorum nece collaterales excludunt. † Quia potior habenda eſt ra- 37
tio lineæ rectæ, quàm obliquæ, Petr. à Plach. *in Epit. delict. lib.* 1. *cap.* 40. *n.* 2. *in fin.* Farin. *dict. quaeſt.* 13. *n.* 3. & 4. non ſolùm propter affectionem ſingularem, ſed etiam intuitu acquirendæ hereditatis, à quà fratres in foro Saxonico per matrem prorſus excluduntur, Landr. *lib.* 1. *art.* 17. *poſt. pr. verſ.* Hat er des Vaters nicht/ es nimmt es ſeine Mutter mit mehrern Rechten denn ſeine Schweſter oder Brüder. *ubi* Gloſſ. lat. *ad text. germ. tit.* 6. Joh. Schneid. *ad pr. Inſt. de hered. quae ab inteſt. defer. tit. de ſecund. ord. ſucced. aſcend. n.* 34. Henn. Göden. *conſil.* 67. *n.* 4. Schurff. *cent.* 1. *conſ.* 55. *n.* 3. † Periculoſum itaque fo- 38
ret matri, vindictam negligere, quia ſucceſſione indigni habentur, necem defuncti haut vindicantes, *l. heredem.* 17. *ff. de his quib. ut indign. l.* 1. *l. minoris.* 6. *cum l. ſeq. l. cum fratrem.* 9. *C. eod. tit. l.* 1. *ubi* Dd. *ff. de jur. fiſci.* † quamvis jure hodierno pri- 39
vatio hereditatis planè in deſvetudinem abierit, Jul. Clar. *lib.* 5. *ſentent. §. ult. quaeſt.* 79. *n.* 8. Paul. Matt. Wehner. *in pract. obſerv. in vocul.* Wehrgeld. Nicol. Reuſner. *lib.* 1. *deciſ.* 20. *num.* 62. Id tamen ſpecialitatis intactum heìc nolumus, † quòd in 40
vindicandâ nece mariti uxor & matri & fratribus ejus præferatur ob conjunctionem pariter & affectionem majorem, Anton. Gomez. *cap.* 1. *delict. tit. de homicid. n.* 32. *& cap.* 3. *n.* 61. *in fin.* Petr. à Plach. *dict. lib.* 1 *cap.* 45. *n.* 1. & 2. Non ſolùm enim uxor dicitur viro conjuncta, *l. ult. §. cum autem in confinio. verb. in perſonam ita ſibi conjunctam. ubi* Bald. & Salycet. *C. de furt.* † ſed etiam una eademque ca- 41
ro cum eodem viro, *cap. gaudemus. §. quia verò. extr. de divort.*

V. Vulgò etiam Arboris uſum extendunt † ad actionem injuriarum à fra- 42
tre, affini, alioque conjuncto propter injurias in fratrem, affinem vel conſanguineum evomitas intentatam, ut ſi plures de vindictâ certent, deciſum à proximitate graduum petatur. Præſupponunt nempe, ſi non civiliter, † at- 43
tamen criminaliter hoc nomine agi poſſe

poſſe injuriarum, Bartol. *in l. ſi ita ſtipulatus.* 126. §. *Coryſoſtomus. ff.* de *V.O.& in l. lex Cornelia.* 5. *in pr. ff.* de *injur.* Felin *in cap. literas. col.* 2. *in fin. verſ. quarto limita. extr* de *præſumt.* Marant. *de ordin. jud. part.* 6. *tit.* de *inquiſit. n.* 60. *& ſeq.* Joh. Schneidw. *in §. patitur autem. n.* 15. *Inſtit.* de *injur.* Marius Giurb. *conſ.* 61. *num.* 13. Grammat. *deciſ.* 23. *n.* 1. *& ſeqq.* Sed nihil
44 utilitatis † ex arbore noſtrâ heîc ſperandum, cùm adhuc dubium ſit, an frater, affinis, aliavè conjuncta perſona in lineâ collaterali ob injuriam fratri, affini vel conſanguineo illatam, injuriarum agere queat? Hoc enim ſi inficias ire quis velit, votum
45 noſtrum præſto erit, innixum autoritati † *Senatus Appellationum Electoralis Sax. ita pronunciantis in cauſa B. D. contra C. D. term. Trinit Anno* 1643. Wegen der mit klagenden P. aber hat die Injurien-Klage nicht ſtatt/ V. R. W. Eodemque in reſponſo perſeverantis *term. Mart. ejusdem anni in Leuterationis inſtantiâ.* Ex quo enim
46 † in perſonâ patris, ſoceri, domini, mariti, ſponſi ſingulariter eſt conſtitutum, ut pro injuriâ factâ liberis, nurui, ſervo, uxori, ſponſæ experiri poſſint, §. *patitur autem.* 2. *Inſt. de injur. l.* 1. §. *item aut per ſemetipſum.* 3. §. *ſeqq. l. item apud.* 15. §. *convitium.* 7. *&* §. *Sponſum quoq;* 24. *ff. eod. tit.* Schneidw. *ad dict.* §. *patitur autem. n.* 1. *& ſeqq.* colligere hinc eſt, in aliis conjun-
47 ctis perſonis diverſum fore ſtatuendum, † ne jus ſingulare ad conſequentias trahamus, *l. quod vero* 14. *& ſeqq. ff.* de *leg.* vel plura ſingularia in uno eodemq; ſubjecto admittamus, à quo jus abhorret, *l.* 1. *C.* de *dote promiſſ. l.* 19 *ff. ex quib. cauſ. major.* Camill. Borell. *conſil.* 64. *n.* 13. Didac Co-
48 varr. *lib.* 3. *variat. reſolut. cap.* 19. *n.* 1. † Cumq; injuriarum cauſa judicii privati contineat querelam, *l. injuriarum* 7. *& l. ult. in pr. C* de *injur.* in terminis judicii hu-
49 jus ſubſiſtendum erit, cujus proprium, † ut is ſaltem, qui offenſus aut læſus eſt, non verò alius pro ipſo ſive civiliter ſive criminaliter experiri poſſit, *arg. l. ult. ubi* Gloſſ. *ſuper verb. pœnam. ff.* de *privat. delict. ibiq;* Gothofr. *in rubr. l. manifeſtiſſimi.* 22. *in pr. C.* de *furt.* Anton. Gomez. *tom.* 3. *reſolut. cap.* 1. *n.* 9.

VI. Deſcendamus *ſecundò* ad uſum
50 arboris noſtræ judicialem † in paſſu ſatisdationis vel cautionis de rato, quâ occurritur defectui legitimationis nomine propinquorum, ne litigantes ſine mandato in judicio repellantur, *l. procuratoris.* 1. *in pr. ff.* de *procurat. l. cautio.* 1. *C. eod. tit. l. excepta.* 1. *& l. ſeq. C. per quas perſonas.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de procurat. n.* 6 Jacob. Schult. *obſerv.* 21. *n.* 1. † vel proceſſus an- 51
nulletur; ſiquidem in mandato judicium ſubſtantiatur, prout loquitur Bald. *in l. exigendi.* 12. *C.* de *procurat. n.* 4. Felin. *in cap. inter monaſterium.* 30. *extr.* de *ſent. & re judic. n.* 4. Joh. Zanger. de *except. part.* 2. *c.* 8. *n.* 2. *& ſeq.* ex quo non factæ legitimationis exceptio in quavis judicii parte opponi ſolet, Bartol. *in l. licet.* 24. *C.* de *procurat. & in l. Pomponius.* 40 §. *rati* 3. *ff. eod. tit.* † Fruſtra autem dixeris, ratio- 52
nem haberi gradûs proximioris circa materiam ſatisdationis, cùm procurator quivis, etiam extraneus audiatur, ſi defectum mandati ſupplere velit per cautionem de rato, Jacob. Schult. *dict. obſervat.* 21. *n.* 5. Felin. *in c. coram delicto* 34. *n.* 7. *extr.* de *offic. delegat.* Joh. Zanger. *dict. c.* 8. *n.* 19. ſed fallitur, † quisquis hoc generaliter in- 53
tellexerit, largimur ſiquidem hoc in caſu, quo mandatum procuratoris mancum, mutilum, vel inſufficiens extiterit, veluti probat ſanctio Electoralis † in *Ordin. proceſſ.* 54
jud. tit. 7. §. So auch etwan ein Mandat mangelhafftig/ und es wolte der Anwalt derowegen de rato caviren/ ſol er damit zugelaſſen werden/ ꝛc. Quod ſi verò omni deſtituatur mandato procurator, † nun- 55
quam cautio rati ab eo acceptabitur, *dict. tit.* 7. *in pr. verb.* Ob er gleich cautionem de rato beſtellen/ und Verſicherung machen wolte/ ꝛc. tantumque abeſt, procuratorem illegitimatum cautione de rato admitti, ut potiùs ea, quæ ab ipſo propoſita fuêre, ab actis planè removeantur, † nec in judican- 56
do attendantur, condemnato etiam principali in expenſas litis, certâque mulctâ procuratori indictâ, *Ordin. proceſſ. judic. dict. tit.* 7. Matth. Berlich. *part.* 1. *concluſ.* 14 *n.* 24. *&* 27. † In conſanguineis igitur & af- 57
finibus ſpeciale hoc eſt, quòd nomine conſanguineorum & affinium judicio litigantes absque ullo etiam mandato admittantur, ſi de rato caveant, Dan. Möll. *libr.* 1. *ſemeſtr. cap.* 18.

VII. Ne autem in infinitum usque id trahatur, & licentia alterius nomine litigandi nimis licentiosè extendatur, † certos poſuerunt jura limites, in quibus cau- 58
tioni de rato ſit locus. Et quidem † in 59
lineâ rectâ pater nomine filii, & vice verſâ jure hoc procul dubio gaudent, *l. exigendi.* 12. *C. de procurat.* quod ipſum quoque de perſonis aliis aſcendentibus & deſcendentibus in infinitum usque accipiendum, *l. non ſolùm.* 39. *& l. ſeq.* §. *ſed & ſi.* 2. *&* §. *ult. ff. de procur. l.*

non ſolùm 3. *cum l. ſeq. ff. ſolut. matrim.* id-
60 que ſatis apertè declaravit † Sereniſsimus
Saxo *in Ordinat. proceſſ. jud. alleg. tit.* 7. §.
Wir laſſen aber *verb.* Daß ein Vater
von ſeines Sohnes/ und der Sohn
von ſeines Vaters wegen/ wie auch
alle andere Perſonen in auf- und
abſteigender Linien. *junct. verb.* Je-
doch daß ſie in allewege noch in
demſelbigen *Termin cautionem rati.*
61 würcklich beſtellen. Ut hinc † quoad
liberos & parentes in puncto cautionis
de rato uſus arboris & graduum compu-
tandorum ſit valdè modicus, vel plane nul-
lus. At in lineâ collaterali proximitatem
62 attendi oportet, poſtquam conſangui-
neos transverſales † ad quartum tan-
tummodò gradum cum cautione rati ad-
mittendos arbitrantur communiter D d.
per *l. petitionem.* 13. *verſ. non etiam C.*
de advocat. div. judiciorum. Joh. Andr.
in addit. ad Specul. tit de conjunct. perſ. in
verb. ſciendum Georg. Schultz. *de arbor.*
conſangu. & affinit. cap. 12. *n.* 6. Quod Saxo
63 † Sereniſsimus de quarto gradu excluſivè
intelligendum judicat, ita ut in gradu ter-
tio conſtituti jure de rato cavendi adhuc
gaudeant, *Ordin. proceſſ. judic. dict. tit.* 7.
§. Wir laſſen aber. *verb.* Deßgleichen
ſeithalben die Bluts-Verwandten
64 bis im dritten Grad *incluſivè* 2c. † idq;
ſine ullâ lineæ æqualis & inæqualis diffe-
rentiâ, propter generalitatem verborum,
quæ & generaliter accipi debent, *l.* 1. §. *ge-*
neraliter ff. de legat. præſt. Nec diverſa af-
65 finium eſt ratio, † quos cum cautione rati
pro affinibus admitti haut mirum cuiquam
videbitur, cùm amicos quoque & ſocios ſi-
ve conſortes litis hoc jure comprehenſos
velint Doctores, Jacob, Schult. *obſerv.* 21.
n. 4. Matth. Weſenb. *in parat. ff. de procur.*
n. 6. Joach. à Beuſt. *in repetit. l.* 1. *n.* 213 *ff. de*
66 *jurejur.* † idemque legitur approbatum in
provinciis Electoratûs Saxonici, *dict. tit.* 7.
Ordin. proceſſ. judiciar. §. Wir laſſen a-
ber/ *in fin. verb.* Welches auch *in con-*
ſortibus ejusdem litis ſtatt haben ſol. Etſi
verò in affinitate etiam jus hoc ad tertium
usque gradum incluſivè extendendum au-
tument Interpretes, Georg. Scultz. *dict.*
67 *cap.* 12. *n.* 6. Attamen † ſubſiſtere videtur
Elector Saxoniæ Sereniſsimus in ſocero ac
genero, *ſæpe allegat. loco in verb.* Der
Schwäher für ſeinen Eydam oder
Tochtermann/ und der Eydam oder
Tochtermann für ſeinen Schwä-
her/ 2c. Addimus hiſce conjuges, inter
68 quos licèt † nulla ſit affinitas, conſtituunt
tamen hi fundamentum affinitatis, Gloſſ.
in l. non facile. ff. de gradib. Bald. *in l. affi-*
nitatis. C. commun. de ſucceſſ. Quidni ergo
maritus uxoris nomine in judicio admitte-
retur, de rato cavere volens? Quod & pla-
cuit D. Electori Saxon. *dict. tit.* 7. *verb.*
Und der Mann wegen ſeines Ehe-
Weibes.

IIX. Qualescunque verò hi ſint, ſive
conſanguinei, ſive affines, qui de rato ca-
vere velint aliter, quod obiter monendum,
non admittentur, † quam ſi pignora vel fi- 69
dejuſſores in parato habeant: nec enim
præcisè fidejuſſores conſtitui neceſſe eſt,
prout deſiderat natura prætoriarum ſtipula-
tionum, l. *prætoria* 7. *ff. de prætor. ſtipu-*
lat. l. 1. *in fin. ff. qui ſatisdar. cog.* ſed ſuf-
ficient quoque pignora, † ita ut de rato ca- 70
veatur ſub obligatione expreſsâ bonorum
immobilium judiciali, conſenſu & authori-
tate Magiſtratûs ejus, cui ſubjecta ſunt,
vel depoſitione pecuniæ, Gloſſ. & Dd. *in*
l. 1. *ff. qui ſatisdar. cog. ibique* Weſenb. *in*
parat. n. 7. *verſ. ſed hodie cum nec fidejuſ-*
ſores Jo. Zang. *dict. cap.* 8. *n.* 39. Schult. *ci-*
tat. obſ. 21. *n.* 14. † licèt hiſce in terris ſatis 71
ſit, cautionem ab eo, qui immobilia poſſi-
det in Electoratu Saxoniæ, promitti, &
per Notarium judicii in actis conſignari,
absque conſensûs exhibitione, *Conſt. Elect.*
5. *verſ.* Und dergleichen ſol auch 2c.
part. 1. Zanger. *cap.* 8. *n.* 43. quod qui-
dem in Senatu Appellationum indubitato
obtinet, † in Curiâ verò ſupremâ Lipſi- 72
enſi aliter quandoque obſervatum memi-
ni. Et ita quidem reis absque manda-
to in foro comparentibus cautio rati ſub-
venit. At num etiam actoribus? Negare
† ſi quis auſit, non absque fundamento id 73
fieri dixerit, quod petere licet ex *Ordin.*
proceſſ. judic. allegat. tit. 7. §. Wir laſſen
aber *verb.* In Rechten ohne Gewalt
erſcheinen/ *defenſorio nomine* im Ge-
richte handeln/ und benannte Per-
ſonen vertreten mögen. Quæ verba
cum de defenſione loquantur, in reis, qui
non tam agunt, quàm defenduntur, ſubſi-
ſtendum videtur. At quis neſcit, † voculam 74
defenſionis tàm generaliter accipi, ut per-
ſonæ etiam actoris apprimè conveniat,
ipſumque non minùs agendo jura ſua tueri
atque defendere? l. *ſervum quoque* 33. §. *ait*
Prætor. 3. *ibi: Cujus nomine quis actionem*
dari ſibi poſtulabit, is eum viri boni arbitra-
tu defendat. ff. de procurat. l. *ſi quis.* 34. *ff.*
eod. tit. Merito igitur ſub modo defenſio-
nis & partes actoris comprehenſas aſſeve-
rabimus, † obſervantiâ Dicaſteriorum Ele- 75
ctoralium edocti, de quâ etiam atteſtatur,
Joh. Zanger. *formulam pronunciandi alle-*
gans

gans vulgatisſimam: Daß Kläger ſeine Perſon durch ein Mandat zu dieſer Rechtfertigung zu *legitimi*ren und geſchickt zu machen/ oder *de rato* zu *cavi*ren ſchuldig/ *dict. cap.* 8. *n.*38. *in fin.*
76 Nec abnuit jus commune, † quod pro actore etiam conjuncta perſona vel litis conſorte cautionem rati admittit, *dict. l.* 35. §. 3. *& l.* 35. *in pr. ff. de procurat.* Bartol. *in l. cautio.* 1. *n.* 5. *C. de procurat.* Felin. *in cap. coram dilecto.* 34. *n.* 3. *extr. de offic. delegat.* Zanger. *alleg. loco.* Jacob. Schult. *dict. obſerv.* 21. *n.* 4.

77 IX. Videbimus *Tertiò*, † quis uſus arboris conſanguinitatis & affinitatis in teſtimonio propinquorum †, quos ratione graduum proximiorum vel remotiorum ad teſtificandum admitti, vel ab eo repelli autumant vulgò Dd. atque inde non minorem hujus fructum circa materiam te-
78 ſtimonii ſpondent. De quorum fide † non abs re quis dubitaverit, ſi, quid de conſanguineorum & affinium teſtificatione confuſè pariter & ambiguè ab Interpretibus traditum, perſpexerit. Paucis hoc demonſtraturi in lineâ rectâ aſcendentium & deſcendentium prohibitionem non tam proximitate ullâ graduum,
79 quàm † cauſis teſtimonii impeditivis aliis, & circa materiam admittendorum vel repellendorum teſtium communibus niti, verè dixerimus. Quamprimùm enim quæſtio de teſte admittendo inter partes litigantes exoritur, deciſum ex hiſce po-
80 tisſimùm peti ſolet capitulis: † an nimirum à lege quis teſtificari expreſsè prohibeatur, l. 1. *in fin. pr. ff. de teſtib. ubi* Salycet. Dd. & Jacob. Menoch. *libr.* 3. *conſil.* 231. *n.* 6. Hect. Æmil. *in tract. de teſt. Rubr. teſtis*
81 *locus generalis. n.* 11. † Et num ulla obſtet affectio aut reverentia teſtimonium impediens, *can. accuſationes vel teſtes ſuſpecti. cauſ.* 3. *qu.* 5. Campeg. *de teſtib. Reg.* 312. Matth. Gribald. *de teſtib. & probat. num.* 10. Proſp. Farin. *de teſtib. quæſt.* 60. *n.* 29. Vel ullum teſtificanti perſonæ accedat ex te-
82 ſtimonio † commodum atque intereſſe: ex vulgato enim Doctorum brocardico, teſtis habens in cauſâ intereſſe, commodum vel incommodum, repellitur à teſtimonio dicendo, non aliter ac ſi cauſa ejus eſſet propria, Bald. *in l. dictantibus, n.* 4. *C. de teſtam.* Nell. *de teſtib. n.* 105. Octav. Cacheran. *deciſ.* 79. *n.* 40. Ægid. Boſſius *in tit. de oppoſit. contr. teſt. n.* 55. Franc. Curt. *de teſtib. concl.* 4. *n.* 14. Aut tandem teſtificans
83 † ſit domeſtica perſona, cujus teſtimonium regulariter haut admittitur, *l. etiam.* 3. *ubi* Dd. *C. de teſtib. l.* 1. §. *ad quæſtionem. ubi* Hippolyt. de Marſil. *ff. de quæſt.* Specul. *in tit. de teſtib. n.* 124. Corrad. *in pract. Rubr. de teſt.* §. *perſonas teſtium aggrediendo verb. domeſtici. n.* 41. *&* 42. Jodoc. Damhoud. *in pract. crim. Rubr. de reprobat. teſt. cap.* 50. *n.*
5. † Omnes ac ſingulæ verò cauſæ hæ ob- 84
ſtant, quò minus parentes pro filiis, & vice verſâ hi pro parentibus admittantur teſtes, Salycet. *in ſumm. C. de teſtib.* Lanfranc. *de teſtib. n.* 59. Rebuff. *in tract. de reprobat. & ſalvat. teſt. verb. parentes.* 376. Crot. *de teſtib. part.* 4. *n.* 110. *&* 116. Grammat. *dec.* 48. *num.* 13. † A lege nimirum expreſsè
prohibentur teſtificari, *l. teſtis idoneus ff. de* 85
teſtib. can. ſi teſtes. verſ. item teſtis idoneus cauſ. 4. *qu.* 2. *&* 3. *l.* 6. *C. de teſt.* Affectionem quoque & reverentiam hîc intervenire, quis
inficias ibit? † Ex quo nec matrem pro li- 86
beris, nec è contra liberos pro matre ad teſtificandum admitti certisſimum eſt, quia eadem affectio, quæ eſt in patre erga filios, militat etiam in matre, ac forſan major, cum mulieris ſint faciliores ad amandum, & etiam ad pejerandum, Crot. *dict. part.* 4. *num.* 210. Joſeph. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1148. Nec fieri fa-
cilè poteſt, † ut ex causâ filii vel patris ad te- 87
ſtes parentes & filios commodum aliquod non redundet, quod certè teſtimonium ſuſpectum atque illicitum reddit, *l. omnibus.* 10. *C. de teſtib.* Anton. Fab. *in Codic. libr.* 4.
tit. 15. *defin.* 30. *n.* 2. † Quis non etiam pa- 88
rentes & liberos inter teſtes retulerit domeſticos? tales ſiquidem dicuntur, qui ſunt de eâdem cognatione, quaſi de eâdem domo, *l.* 1. *ff. de emendat. propinq.* Vel de eâdem familia, & qui ſub familiæ appellatione continentur, *l. pronunciatio.* §. *familiæ. ff. de V. S. l. ædiles.* §. *familia. ff. de ædil. edict.* Plures ergò cauſæ concurrunt
teſtimonii impeditivæ † in linea recta, 89
quibus peculiarem addimus repellentem filium à teſtimonio patris, & vice verſa nimirum, quod hi una eademque cenſeantur perſona, fitque vox unius vox alterius, §. 4. *verſ. ei verò Inſt. de inut. ſtipul.* Proſp. Far. *de teſt. quæſt.* 54. *num.* 145. ex quibus porrò efficitur, ut nec inviti contra parentes vel liberos teſtimonium ferre cogantur, iisdem ſemper obſtantibus prohibitionum
cauſis, veluti † rectè reſponderunt *Sca-* 90
bini Lipſienſes in cauſa D. W. contra die G. zu L. *Menſ. Novembr. Anno* 1635. daß die G. in dieſer Sachen Zeugniß zu geben nicht ſchuldig/ V. R. W. quod Reſponſum poſtea in Appellationis inſtantia à Sereniſſimo Saxoniæ Electore fuit confirmatum *Term. Trinit. Anno* 1638. Quod ſi enim parentes & liberi invicem

adverſus ſe nec volentes ad teſtimonium
ſint admittendi, ex ſanctione Impp. Dio-
clet. & Maxim. in *l. parentes 6. C. de teſtib.*
91 † multò minus utique inviti ad hoc cogi
poterunt, qui aliàs lubentiam ac volunta-
tem ſpontaneam facilè diſſimulare poſ-
ſent, Farin. *in dict. quaeſt. 54. n. 170.* Salycet.
in dict. l. parentes. 6. verſ. nota quod cogi
non debent &c.
92 X. Clareſcit inde, quid cauſæ ſit, † quòd
parentes & liberi in lineâ rectâ à teſtimo-
nio repellantur, ut aliam prohibitionis ra-
tionem ex graduum computatione & pro-
ximitate adducere neceſſum haut ſit, nec
arboris uſus hinc deprædicari queat. Ve-
remur etiam, ne fruſtra laborent Interppr.
93 † in lineâ collaterali de uſu & fructu
arboris circa teſtimonii dictionem æquè
occupati Regulam quaſi generalem con-
ſtituentes, quòd idonei non ſint teſtes
conſanguinei, ex *l. 3. in pr. ibi: Vel amicus ei*
ſit, pro quo teſtimonium dat, ſumto inde ar-
gumento à fortiori. ff. de teſtib. Specul. *in*
tit. de teſte. §. 1. n. 14. junct. n. 10. Nell. *de*
teſt. n. 8. Hect. Æmil. *in tr. de teſtib. in verb.*
teſtis affinis. n. 1. Joſeph. Maſcard. *de probat.*
lib. 1. concl. 68. n. 1. & concluſ. 412. n. 12. An-
94 ton. Gabriel. *tit. de teſtib. concluſ. 13. n. 1.* †
ex quâ fratrem pro fratre haut teſtificari
poſſe, indubitato tenent Gloſſ. *in l. lege Ju-*
lia verſ. ſed an pro eis ff. de teſtib. & allega-
ti à Maſcard. de *prob. concl. 1357. n. 45.* An-
ton. Gabr. *dict. tit. de teſtib. concl. 14. n. 1. in*
95 *pr.* quin & in affinibus † eam obtinere tra-
dunt Æmil. *dict. verb. teſtis affinis. n. 4. & 5.*
Proſp. Farin. *alleg. quaeſt. 54. n. 2.* ubi benè
multas adducit autoritates. De graduum
autem proximitate impeditivâ unanimes
96 haut ſunt; † Vel enim gradum ponunt
decimum, intra quem teſtimonium pro-
pinquis injungi nequeat, Angel. de U-
bald. *in quaeſt. an frater poſſit eſſe teſtis in*
causâ criminali fratris, poſt tract. Jac. Æ-
97 gid. *de teſtib. n. 26.* † Vel ſeptimum, ex o-
pinione, quam originaliter tenuit Gloſſ.
in l. ſi fœmina ff. ad SCtum Turpill. & Dd.
allegati ab Anton. Gomez. *tom. 3. variar.*
reſolut. cap. 1. Rubr. de delicto. n. 34. in pr. Gi-
gas *de crim. laeſ. majeſt. libr. 2. Rubr. quomo-*
do & per quos crim. laeſ. maj. probet. qu. 9. n. 7.
98 † Alii rurſus gradum definiunt ſextum. An-
ton. Gomez. *dict. c. 1. n. 34. ad fin. verſ. ſed*
his omiſſis. Alii verò prohibitionem teſti-
monii terminant in gradu quarto excluſi-
vè, in quo communiter Interppr. ſubſi-
ſtunt, Nell. *in tract. de teſtib. n. 9.* Alber. de
teſtib. cap. 6. n. 10. Crot. *de teſt. part. 5. n. 166.*
verſ. verum eſt. Joſeph. Maſcard. *de probat.*
lib. 3. concl. 74. n. 3. Farin. *dict. quaeſt. 53. n.*
23. † Licèt hoc caſu multas cumulent 99
limitationes, prout videre eſt apud Farin.
jam citat. quaeſt. 53. inter quas frequentiſſi-
ma ferè eſt ea, quâ conſanguinei admit-
tuntur teſtes, ſi veritas aliter haberi neque-
at, Gabr. *dict. tit. de teſtib. concluſ. 13. n. 14.*
junct. n. 27. Hect. Æmil. *dict. verb. teſtes affi-*
nes. n. 47. Crot. *de teſtib. part. 3. n. 88.* † quod 100
vulgò ita explicant: Si alii non adfuerint
teſtes, ſatis tùm producenti proſpectum
exiſtimantes, ne exceptio inidoneitatis op-
poni ulteriùs queat. In quo tamen non
parum errant, ſiquidem veritatis indagan-
dæ difficultas in eo ſolummodò conſiſtit,
† quòd negotium, de cujus probatione 101
agitur, ſit difficilis probationis de ſui na-
turâ, h. e. tale; ut vel ratione loci, vel tem-
poris vel ſimiliter teſtes alii intervenire
haut potuerint, *cap. ult. extr. de teſtib. co-*
gend. cap. tertio loco. extr. de probat. l. cen-
ſenſu. § ſervus C. de repud. † prout eſt in 102
criminalibus, hæreſis, adulterium, fur-
tum, &c. in civilibus verò geſta in Capitu-
lo aut congregatione Canonicorum, An-
ton. Gomez. *tom. 3. variar. reſolut. cap. 12.*
n. 21. verſ. quaero tamen. junct. verſ. ſecus ta-
men. Gabriel. *alleg. tit. concl. 7. num. 5.* Ber-
tazol. *libr. 2. conſil. 291 n. 11.* Burſat. *libr. 3.*
conſil. 277. n. 9 Joſeph. Maſcard. *de probat.*
libr. 3. concluſ. 1359. num. 9. † Sed nodum 103
in ſcirpo quærere, ac fruſtra operam im-
pendere videntur, qui ob ſanguinis propin-
quitatem & proximitatem graduum teſtes
ſimpliciter excluſos autumant, idque fa-
cillimum demonſtrare, ſi hoc aſſertum
ad cauſas teſtimonii prohibitivas modò
relatas revocaverimus; vix † enim una te- 104
ſtificationem poterit impedire: quia nul-
libi prohibitum, ut frater fratri, aut con-
ſanguineus conſanguineo ſit teſtis. Cur
non ergò admitteretur? *arg. l. multus. 43. §.*
1. ff. de procur. junct. l. quaeſitum. 13. ff. de te-
ſtib. accedente *Scabinorum Lipſienſium Re-*
ſponſo in cauſa M. V. contr. G. K. Menſ. Jun.
Anno 1632. daß *S. F.* ſo Klägers Schwe-
ſter iſt/ als eine untüchtige Zeugin
nicht zu verwerffen/ V. R. W. Nec
etiam † lucrum ex causâ fratrum aut 105
conſanguineorum licet ſperare, quippe
qui proximioribus per teſtamentum viam
ſucceſſionis præcludere valent. † Nec do- 106
meſtici invicem habentur, cùm unus ex
alterius domo aut familiâ natus non ſit,
ſed ipſimet ex unâ domo & familiâ pro-
venerint, *l. 1. ff. de emend. propinq.* Lan-
franc. *in cap. quoniam contra. verb. teſtium*
depoſitionis. n. 58. extr. de probat. Corrad.
in pract. tit. de teſtib. in part. perſonas teſt.
aggrediendo. num. 41. Ægid. Boſſ. *in tit. de*
oppo-

107 *oppoſit. contr. teſt. n.* 10. 5. *in pr.* † Quòd ſi objecerit quis affectionem ex proximitate ſanguinis & graduum proximitate præſumendam, facilè refelli ea poterit ex præſtito 108 juramento de veritate dicenda, † cùm nemo præſumatur immemor ſalutis æternæ, quæ præſumtio eò fortior, quando teſtis conſanguineus eſt nobilis, vel probatæ fidei, vitæque honeſtæ, Modeſt. Piſtor. *part. 5. quæſt. 46.* Hippolyt. de Marſil. *ſingul.* 273. *n.* 10. Minus verò dubium eſt, 109 † quin contra fratrem & conſanguineum liceat teſtificari, propter textum ſatis clarum *in l. 4. ff. de teſtib.* quamvis ob hanc ipſam affectionem invitos ad teſtimonium adigi pietas prohibeat, *dict. l. 4. verb. ne alicui invito denuncietur. ff. de teſtib.* Crot. de *teſtib. part.* 5. *n.* 196. *verſ. & hoc non ſolum habet locum.* Jac. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. libr.* 2. *caſ.* 487. *n.* 5. Anton. Gometz. *dict. cap.* 12. *n.* 24. Joſeph. Maſcard. *de prob.* 110 *lib.* 1. *concluſ.* 74. *n.* 1. † Etſi verò de causâ tantummodò criminali loqui videatur allegata *l. 4. in verb. (judiciorum publicorum)* ex ratione tamen identitatis ad cauſas etiam civiles ſanctionem iſtam extendi aſſerunt plerique Interppr. Gloſſ. *ibid.* Gomez. *citat. cap* 12. *n.* 24. Farinac. *dict. quæſt.* 53. *num.* 5. 111 Quod & placuit † *Senatui Appellationum in aulâ Dreſdenſi term. Trinit. Anno* 1639. *in cauſa* **derer von** *P. contra A. à S. & conſortes ita pronuncianti :* **Daß die Frau von** *S.* **wider ihren Willen Zeugniß zu geben nicht ſchuldig/ V. R. W.**

112 XI. At licet † uxor pro marito ad teſtificandum haut admittatur, Hippol. de Marſil. *in l.* 1. §. *ad quæſtionem.* 6. *ff. de qu.* Anton. Gabriel. *Rubr. de teſtib. concl.* 16. *n.* 1. & 4. Farin. *dict. quæſt.* 54. *n.* 214. Crot. de *teſt. part.* 4. *n.* 122. inde tamen uſui arboris in affinitate nihil accedit : præterquam 113 enim † quod inter conjuges nulla ſit affinitas, ſed principium ſaltem affinitatis in iis exiſtat, *l.* 5. *C. de hered. inſtit.* Gloſſ. & Dd. *in l. affinitatis.* 7. *c. commun. de ſucceſſ.* non ſola proximitas teſtimonio huic impedimento eſt, ſed aliæ prohibitionis cauſæ, de quibus antea *theſ.* 9. teſtificationem uxoris reddunt illicitum, ſcil. quia teſti- 114 monium † hoc habetur domeſticum, §. *item is, qui ædium. verſ. & cum uxor. Inſt. de uſu & habit. l. quicunq; C. de re militari. lib.* 12. *l. ædiles.* 25. §. *familiæ.* 1. *ff. de ædil. edict.* Et quis non animadvertit, ex causâ mariti lucrum ac commodum accedere quoque 115 uxori vel ſaltem ratione † portionis ſtatutariæ poſt obitum ipſi debitæ, ut non poſſit non teſtimonium hoc eſſe ſuſpectum, *l. omnibus. C. de teſtib.* Nequidquam dicamꝰ de affectione conjugali, quâ inter conjuges unus alterum proſequitur, Grammat. *deciſ.* 45. *n.* 13. & *deciſ.* 37. *n.* 19. Alber. de Malet. *de teſtib. cap.* 2. *num.* 2. † vel de reve- 116 rentiâ marito ab uxore præſtandâ, quâ ei dicitur ſubjecta, *can. mulierem. & can. fiet imago cauſ.* 32. *quæſt.* 5. teſtes verò admittendi haut ſunt, quibus imperari poteſt, *can. ſi teſtes.* §. *idonei. cauſ.* 4. *quæſt.* 2. & 3. Quæ tamen rationes omnes ac ſingulæ tanti non ſunt, † ut contra maritum teſtificari 117 nequeat uxor, ſi velit : nam cogi ad hoc non poteſt, Alber. de Malet. *dict. cap.* 2. *n.* 3. Farinac. *de teſtib. quæſt.* 54. *n.* 219. propter reverentiam † nimirum, ad quam ob- 118 ſtricta eſt, *l. alia.* 14. *in fin. ff. ſolut. matrim.* & quòd nimis durum foret, invitam uxorem ad teſtimonium ejusmodi compellere, Anton. Fab. *in Codic. libr.* 4. *tit.* 15. *defin.* 1. *num.* 4. quò & facit *Reſponſum* Sereniſſ. Electoris Saxon. *in cauſ. H. R. contra H. A.* **Eheweib** † *per Senatum Appellat. termin.* 119 *Trinit. Anno* 1623. *prolatum :* **Daß A. Eheweib wider ihren Ehemann Zeugniß zu geben wider ihren Willen nicht angehalten werden mag/ V. R. W.**

XII. An ergò nullus arboris vel conſanguinitatis vel affinitatis uſus in materiâ teſtium? † Hoc ſi dixerimus, non pa- 120 rùm offenſa erit tota JCtorum cohors, qui vix unquam de habilitate & idoneitate teſtium vel ſcripſerunt, vel diſputarunt, quin conſanguineorum & affinium depoſitionem impugnaſſent, ambiguamque feciſſent; Ne ergò temerè tot autoritatibus obloquamur, † uſum arboris largimur, 121 non quidem ad repellendos à teſtimonio conſanguineos & affines in gradibus proximioribus conſtitutos, ſed ſaltem ad fidem eorum debilitandam in depoſitione teſtimonii, † ita ut hæc plenisſimam haut 122 faciat probationem, quia teſtes omni exceptione majores non ſunt, nec omni ſuſpicione carent propter ſanguinis propinquitatem & affectionem naturalem, quæ efficit, ut quantò proximior gradu eſt conſanguinitas vel affinitas, † tantò ma- 123 gis ſuſpectum habeatur teſtimonium. Non tamen propterea planè nullum ; ſed licèt dictum affinis & conſanguinei per ſe debile & inane, ſuppleri tamen poteſt vel † ex adminiculis, Joſeph. Maſcard. *de* 124 *probat. libr.* 1. *concl.* 68. *n.* 15 vel ex numero teſtium, Gabriel. *tit. de teſtib. concl.* 13. *n.* 17. vel ex magnâ idoneitate alterius teſtis, Hect. Æmil. *de teſtib. verſ. teſtis affinis. n.* 6. & 7. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 16. *n.* 5. & *concluſ.* 68. *n.* 16. † Quin etſi affines ac 125 con-

conſanguinei pro affine & conſanguineo non faciant plenam probationem, faciunt tamen indicium aliquod ad inſtructionem ſeu informationem, Hect. Æmil. *dict. loc. n.* 11. Maſcard. *dict. libr.* 1. *concl.* 408. *n.* 15. Crot. *de teſtib. part.* 3. *n.* 8. ut vel propterea depoſitio eorum planè rejici non debeat.
126 † Nam & aliàs plerumque evenit, ut minùs idonei teſtis teſtimonium per eum, qui omni exceptione major eſt, repleatur, *l. ſi quis ex argentariis* 6. §. 1. *ff. de edendo.* Bartol. *in l. admonendi.* 31. *ff. de jurejur.* Anton. Fab. *in Codic lib.* 4. *tit.* 14. *defin.* 24. *n.* 5. Ad
127 quem † usque verò gradum conſanguinitatis & affinitatis teſtimonium habeatur ſuſpectum, vix certà definiri poteſt regulâ, poſtquam non omnium conſanguineorum una eademque eſt affectio, quin & mi-
128 nor in gradu paululum remotiori, ut hinc res tota arbitrio † judicis prudentis ſit committenda, qui pro ratione cauſæ propinquitatis aliarumque circumſtantiarum de fide conſanguineorum & affinium judicabit, pro cujus informatione id more vi-
119 detur receptum, † ut interrogatoriis generalibus ſeu præliminaribus inſeratur etiam articulus de proximitate ſanguinis, vel affinitatis inter teſtem & producentem, Wie nahe Zeuge *producenten* mit Bluts-Freundſchafft oder Schwägerſchafft verwandt ſey. Quo ex ar-
130 ticulo non parum † informari judicem ſuper teſtium atteſtatis pronunciantem nôrunt ii, qui in judiciis cauſisque forenſibus ſunt occupati.

CAPUT IX.

Quæ arboris conſideratio in delictis & irrogatione pœnarum?

XIII.

HUcusque de uſu arboris tàm conſanguinitatis, quam affinitatis in reb9 ac nego-
1 tiis civilibus: Videbimus nunc etiam, quæ hujus utilitas in cauſis criminalibus, ubi tantò exactior requiritur conſideratio, quã tò majus verſatur periculum circa cognitionem delictorum & irrogationem pœnarum, quippe in quibus non de glande legendâ, non de calce fodiendâ, non de ſtillicidiis, neque de tribus poſthumi capellis, †
2 ſed de ſanguine agitur humano, qui nec ullam pecuniariam æſtimationem recipit, nec ſemel fuſus reſtitutionem in integrum à Prætore impetrare habet. Quemadmodum enim affectio & amor naturalis ex conjunctione ac proximitate ſanguinis cauſas ci-
3 viles † non parum alterat, & vel ſuſpicionem vel nimiam propenſitatem inducit: ita & multùm delicta aggravat, atque ſupplicium auget, ne vel crimina mitioribus coërceantur pœnis, † quæ tamen ſemper 4
correſpondere debent delictis, *l. ſancimus, de pœn. l. reſpiciendum. ff. eod. tit. l.* 1. *§. ſed & qui. ff. de abigeis. c. ſicut dignum. extr. de homicid. cap. ut clericor. extr. de vit. & honeſt. clericor.* Hippol. de Marſil. *in l.* 1. *n.* 156. *C. de rapt. virgin.* † vel finis vindictæ publi- 5
cæ poſtponatur; qui triplex ferè perhibetur. *Primò* namq; irrogatio pœnarum conſervat dignitatem & autoritatem ejus, in quem fuit peccatum, non abs ingenti Reip. commodo, cujus intereſt, reſpectum haberi Magiſtratûs, *l. obſervandum ff. de offic. præſid. l.* 1. *§. ſi ſervus heres. ff. de ventre inſpiciend.* † *Deinde* corrigit delinquentes, quo 6
cautiùs mercari diſcant, *l. ſi pœnam ff. de pœn. can. proteſt ſeveritas.* 23. *quæſt.* 5. & ut quos majorum exempla à malis non revocant, pœna caſtiget, *l.* 1. *C. de emend. propinq. dict. cap. ut clericorum. extr. de vit. & honeſt. cleric. Tertiò,* ut exemplo ſit aliis, † quod cri- 7
minibus, quæ prohiberi publicitùs intereſt, metu cognitæ pœnæ deterreantur, nec in mores abeant maleficia, Gell. *l.* 6. *Noct. Attic.* Non enim in pœnis dictandis ſola delinquentis perſona attenditur, ſed & aliorum ratio habetur, ut reddantur meliores, Petr Heig. *part.* 2. *quæſt.* 37. *n.* 27 Gilken. *ad tit. C de Summ. Trinit. num.* 116. Hering. *de fidej. cap.* 10. *n.* 344. † adeoq; pœnarum 8
fructus omnium maximus ad exemplum pertinet, ut verè ſcriptum reliquit Gallorum Politicus *lib.* 7. *de Rep. cap.* 4. *n.* 21. Ad quemcunque autem reſpiciamus finem, ob ſanguinis propinquitatem & proximitatem graduum in perſonis facinoroſis, augmentum pœnis ordinariis addendum † ſana ef- 9
flagitat ratio, ut quo majori delicto propter ſanguinis conjunctionem autoritas Magiſtratus fuerit læſa, eò graviori mulctâ rurſus reſtituatur; quoque deteſtabilius crimen, eò ſeveriùs coërceantur facinoroſi; & quò majus tandem ſcandalum fuerit datum, eò duriore ſupplicio purgetur.
† Non minima ergò conſideratio eſt Arbo- 10
ris conſanguinitatis & affinitatis ad indagandum propinquitatem & graduum proximitatem in materia delictorum, non quidem omnium, ſed duntaxat † eorum, 11
quæ ex neglectu ſanguinis ac proximitatis aggravantur, ut & pœnas hinc exaſperari neceſſum ſit. Sunt verò ea crimen I. Parricidii. II. Inceſtus. III. Furti. & IV. Receptionis facinoroſorum, de quibus jam ſpecialiùs.

XIV. Parricidii crimine heîc comprehenſum nolumus quodvis homicidium † ex

12 † ex quorundam derivationem, quaſi paris ſit hominis occiſio, *l.* 2. §. *& quia* 23. *ff. de orig. jur.* Didac Covarr. *in Clement. ſi furioſus part. 2. relect. in pr. n.* 12. *de homicid.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 5. *n.* 1. Petr. à Plach. *in epit. delict. libr.* 1. *cap.* 22.

13 *n.* 2. † ſed cædem duntaxat denotamus nefariam qualitercunque contra pietatem & jus ſanguinis in aſcendentes, deſcendentes, transverſales & affines perpetratam, *l.* 1. *ff. ad leg. Pompej. de parricid.* Decian. *dict. c.* 5. *n.* 2. Joh. Harppr. *ad §. alia deinde lex n.* 2. *Inſt. de publ. judic.* non abſque immani-

14 tate horrenda, † quæ crimen hoc deteſtabilius reddit ſimplici homicidio: quemadmodum enim inter delicta, quæ in hominem committuntur, nullum gravius, quàm homicidium, ita inter homicidia alia nullum reputatur gravius, quam parricidium, Hoſtienſ. *in Summar. de his, qui*

15 *fil. occider. in pr.* † de quo Solon Athenienſium Legislator legem non tulit, quod non ſperaverit, tantæ immanitatis quemquam fore, qui tam fœdum & horrendum facinus perpetraturus eſſet, ut refert Cicero *in orat. pro Roſc. Amerino.* Quid mirum ergò, ut ſupplicium gravius infligatur parricidis, quàm ſimplicis homicidii

16 reis, † non tamen æquale, ſed diverſimodè exaſperandum pro ratione propinquioris conſanguinitatis vel affinitatis, id quod duabus Regulis expeditum dabimus,

17 „Prima ſit: † *Crimen parricidi adverſus aſcendentes & deſcendentes in lineâ recta, nec non in conjuge commiſſum culei vel rota pœna eſt vindicandum.* Culei quænam ſit pæna, ex jure civili notisſimum

18 eſt. † Voluerunt nempe Majores Romanorum & Imperatores, inſui in culeum ſive ſaccum ex corio factum vivos parricidii damnados unà cum cane, viperâ, ſimia & gallo gallinaceo, atque ita in mare vel flumen præcipitari, aut ſi mare vel flumen propinquum haut ſit, adeoque nec pœna hæc commode exerceri queat, beſtiis ſubjici, *l. pen. ff. ad leg. Pompej. de parricid.* l. *un. c. de his, qui pat. vel lib. occider.* §. *alia dein-*

19 *de Inſt. de publ. judic.* † Nec ſine cauſâ tàm rigoroſè, quò nempe omnium elementorum uſu parricida vivus carere incipiat, eique cœlum ſuperſtiti & terra mortuo auferatur, *dict.* l. *un. & dict.* §. *alia deinde,* utque ex conſortio beſtiarum delicti

20 immanitas innoteſcat, † quo de ſpeciatim Gloſſ. Saxon. *in lib.* 2. Landr. *artic.* 14. *verſ.* Nun möchteſt du ſagen ꝛc. Decian. *dict. lib.* 9. *cap.* 16. *num.* 11. *& ſeqq.* Johan. Harppr. *in §.* 6. *num.* 18. *& ſeqq. Inſtit. de*

21 *public. judic.* Etſi vero † ſupplicium id etiamnum frequentetur ex veriori Interpp. aſſerto, ipsâ experientiâ & fori practicâ firmato, Virgil. Pingitz. *quæſt. Saxon.* 44. *n.* 6. *& ſeqq.* Petr. Heig. *part* 2. *quæſt.* 33. *n.* 55. Matth. Coler. *deciſ.* 175. *num.* 1. *part.* 1. Dan. Möller *ad Conſt. Elect.* 3. *part.* 4. *n.* 11

id tamen rigoris hodie remiſſum eſt, † ut 22 parricidæ lineo inſuantur ſacco, quo confeſtim in flumen dejecti ſuffocentur, Dan. Möll. *cit. loc. n.* 12. ac loco viperarum ſerpentes in charta ſeu linteo ſaltem depicti cum parricida ſacco includantur, Berlich. *part.* 4. *concl.* 6. *n.* 15. & ſi fluminis commoditas deficiat, rei non amplius beſtiis devorandi objiciantur, ſed rotâ contundantur, ex *Conſt. Elect.* 3. *part.* 4. de quo fuſius dixi in *Pract. crim. part.* 1. *quæſt.* 8.

XV. Infligendum igitur eſt ſupplicium hoc parricidis † in linea recta, iisque primo, 23 qui parentes necàrunt: quæ cædes omnium crudelisſima atque horribilisſima eſt, vitâ nempe privare eos, à quibus vitam quis habet, ex quo propriisſimè dictum eſt parricidium, † quaſi patricidium, ſeu 24 parentum cædes, Decian. *dict. lib.* 9. *cap.* 9. *num.* 1. Non enim patrem ſolummodo hîc volumus intellectum, ſed omnes indifferenter aſcendentes, avum, proavum, &c. Jul. Clar. *lib.* 5. *ſent.* §. *parricidium n.* 3. Jod. Damh. *in prax. crim. cap.* 87. *n.* 12. † quin & matrem, aviam, reli- 25 quasque aſcendentes ſexus fœminini, quocunque etiam in gradu, proximiore vel remotiore fuerint conſtitutæ, quippe quod omnes veniant nomine parentum, *l.* 1. *ff. ad leg. Pomp. de parric. l. un. C. de his qui par. vel liber occid. Conſt. El.* 3. *part.* 4. Jac. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 356. *n.* 3. *& ſeqq.* Jul. Clar. *dict. loc. n.* 1. nec tueri ſe poſſunt liberi, † quod ſint naturales ſpurii, vel ex 26 coitu inceſtuoſo & adulterino nati, cùm ratione ſanguinis & naturæ ſint æque liberi eandemque parentibus debeant reverentiam, *parentes.* 6. *ff. de in jus vocand.* Jul. Clar. *dict.* §. *parricidium, n.* 2. Menoch. *citat. caſ.* 356. *num.* 15. Joh. Schneidwin. *ad §. pœnales, Inſtitut. de action. num.* 38. idemque ſuſtinent ſupplicium ex Regulâ noſtrâ † parentes, qui liberos necant, *dict.* 27 *l. un. C. de his qui par. vel liber. occid.* §. *alia deinde lex* 6. *Inſt. de publ. jud. Conſt. Elect.* 3. *part.* 4. *verb.* Daß die Eltern ihre Kinder. *ubi* Daniel Möller. Gloſſ. *in* Landrecht *libr.* 2. *artic.* 14. *numer.* 6. *verb.* Oder ihre eigene Kinder tödten. Jul. Clar. *dict. loc. numer.* 1. Anton. Gometz. *de delict. cap.* 3. *num.* 3. Petr. à Plach. *in epit. delict. libr.* 1. *cap.* 22. *num.* 24.

† etiam-

28 † etiam naturales ſive ſpurios, inter quos
ſublato hiſce in terris concubinatu nulla
ferè differentia eſt, Salycet. *in* l. *un. C. qui
par. vel lib. occid.* Angel de *malefic. in verb.
& ex intervallo. n.* 17. Plach. *dict. c.* 22. *n.* 4.
29 & 12. Nec enim natura inter † liberos natu-
rales & legitimos diſtinguit, §. *ſi quis vero
non habens. in Auth. quib. mod. nat. effic.
legit.* l. *adoptivus.* §. *ſerviles. verſ. unde nec
vulgò. ff.* de *rit. nupt.* ut benè dixerit An-
choran. prolem naturalem quoad fœdus
naturale haberi pro legitimâ, *conſ.* 225. *col.
pen.* à quibus nec liberos inceſtuoſos vel ad-
30 ulterinos volumus exceptos, † quippe in-
ter hoſce & parentes æquè extat vinculum
naturale, ſanguinis & cognationis. *Sap. Sa-
lom.* c. 3. *verſ.* 16. c. 4. *v.* 6. *Novell.* 74. c. 1.
Novell. 89. c. 9. Gloſſ. *in* §. *ult. Inſt.* de *le-
git. agnat. tutel.* Dan. Möll. *ad dict. Conſt.
Elect.* 3. *p.* 4. *n.* 20. Alexand. *in* l. *ex facto*
§. *ſi quis rogatus. n.* 43. *ff. ad SCtum Tre-
bell.* Fort. Gartz. *in tr. de ult. fin. jur. civil.
can. n.* 121. † licet multis contra hoc inſur-
31 gat Virgil. Pingitz. *quæſt. Saxon.* 44. *n.* 18. &
ſeqq. ubi pronunciatum refert Jenenſium,
à quo tamen *Scabini Lipſienſes* receſſerunt
ita reſpondentes Quæſtori Torgenſi Menſ.
32 *Majo Anno* 1617. So † möchte er von we-
gen der an ſeinem Kinde / ſo er mit N. N.
im Ehebruch erzeuget / begangenen und be-
kannten Mordthat / zuſamt einem Hunde /
Hahn / Schlangen und Katzen an ſtatt ei-
nes Affen in einen Sack geſteckt / ins Waſ-
ſer geworffen und ertråncket werden / W.
R. W. Etſi quoque nonnulli matrem in-
33 fantulum occidentem † ab hâc pœnâ rigo-
roſâ eximant, decapitationem ei ſubſtituen-
tes, Jul. Clar. *lib.* 5. *ſentent.* §. *parricidium.
n. ult.* Lud. Carrer. *in prax. crimin. & ho-
34 micidium. n.* 134. alii verò † pœnam ex-
aſperent, ac matres infanticidas vivas defo-
di & ſtipite peracuto transfigi velint, ex
conſuetudine ſaltem longævâ in Romano
Imperio introductâ, Weſenb. *in parat. ff.
ad* l. *Pompej.* de *parric. n.* 5. *verſ. hodie ta-
men.* Quò etiam inclinat Imper. Carol. V.
in Conſt. crimin. art. 131. *in pr.* Urthel *poſt*
Weichbild. *tit.* Von *inceſt.* mit dem Ehe-
bruch / col. 3. verſ. Ertråncken oder leben-
dig begraben. Aut *Conſult. Conſt. Sa-
xon. tom.* 1. *part.* 4. *quæſt.* 17. *num.* 3. &
35 *quæſt.* 76. *ſub fin. pr.* Veremur tamen, †
ne fallat hæc exceptio omni fundamen-
to deſtituta, nec conſuetudine proba-
ta, ut meritò generalitati juris ac pœnæ
contra parricidas conſtitutæ in perſonâ
etiam matris innitamur, l. 1. *verſ. ſed
& mater. ff. ad leg. Pompej. de parricid.
dict. l. un. C. de his qui parent. vel liber. oc-
cid.* † expreſsâ ſanctione Electorali *in ſæ-* 36
pe allegatâ Conſtit. 3. *p.* 4. & fori obſer-
vantiâ adjuti, usque adeò, ut reliquis
aſcendentibus graduum remotiorum ma-
ſculini pariter & fœminini ſexûs † nil quid- 37
quam veniæ vel mitigationis tribuendum
exiſtimemus cum communi Interpp. ſcho-
lâ, atteſtante Menoch. *dict. caſ.* 356. *n.* 51.
Tiber. Decian. *in tr. crimin. lib.* 9. *cap.* 8.
num. 3. & 4. Jul. Clar. *in* §. *parric. n.* 2.
verſ. ſcias etiam. Jodoc. Damhoud. *in
prax. crimin. cap.* 87. *n.* 1. Weſenb. *dict.
loc. n.* 6. Nam † cùm eadem, quin & 38
major ſit affectio avorum erga nepotes, re-
liquosque deſcendentes, quæ eſt parentum
erga liberos, quis temerariè pœnam mitio-
rem hoc caſu ſtatuerit? vel ipſo JCti effato
obſtante in *dict. l.* 1. *verb. Et avus qui ne-
potem occiderit, ff.* ad *l. Pompej.* de *parric.*

XVI. Extendit porrò Regula noſtra
ſupplicium hoc culei vel rotæ † ad parri- 39
cidium in conjugibus commiſſum, quod
propriè appellitari ſolet mariticidium &
uxoricidium. Licèt enim in jure civili dè
hoc nulla reperiatur ſanctio expreſſa, † ſi 40
non contraria in *l. pœna parric.* 9. §. 1. *ff.*
ad *leg. Pompej.* de *parric.* ex quâ gladii
pœna parricidium in conjugibus ſatis coër-
ceri exiſtimant magni nominis JCti Nicol.
Boër. *deciſ.* 262. *n.* 2. *verſ. nam verum eſt,
ſi uxor.* Jacob Menoch *lib.* 2. *arbitr. ju-
dic. quæſt. cent.* 4. *caſ.* 356. *num.* 79. & *ſeqq.*
Matth. Weſenbec. *dict. loc numer.* 7. *verſ.
ego tamen malim, &c.* Ratio tamen ju-
ris, quæ eſt anima legis, eamque vivi-
ficat, Regulæ ſuccurrit: † poſtquam 41
enim Imp. parricidii ſupplicio omnes ſub-
jici velit, qui parentis aut filii, aut omni-
nò affectionis ejus, quæ nuncupatione
parricidii continetur, fata properaverit,
in *l. un. C.* de *his qui par. vel lib. occid.* ei-
dem verò nuncupationi adnumeret affe-
ctionem conjugalem JCtus in *dict. l.* 1. *ff.*
ad *leg. Pompej.* de *parric.* † haut ob- 42
ſcurè idem conjugibus ſupplicium vide-
tur definitum, imprimis quia major
eſt affectio conjugalis, quam parentum
erga liberos, & vice verſâ, *canon. ad-
monere.* 33. *quæſt.* 2. Sunt enim conju-
ges tàm arctè conjuncti, ut una dican-
tur caro, *Geneſ.* 2. *Matth.* 19. quin & ſo-
cii humanæ ac divinæ domûs, l. *adverſ.
C.* de *criminal. expil. hered.* Anton. Go-
mez. *tom.* 3. *var. reſolut. cap.* 3. *numer.* 3.
Quo de minus dubium in provinciis
Ele-

43 † Electoratûs Saxonici propter clariſſimam legem in *dict. Conſt.*3. *verb.* Die Eheleute eines das andere. *part.*4. Quæ num etiam
44 † de perſonis deſponſatis ante matrimonium per benedictionem ſacerdotalem ſe necantibus, accipienda ſit? ambiguum videtur deciſum. Affirmativè enim ſi quis re-
45 ſponderit, juvabitur † verbis JCti in *l.* 3. *ibi: Sed & noverca & ſponſa omiſſæ perſonæ ſunt, ſententiâ tamen legis continentur.* & *l.*4. *cùm pater & mater ſponſi, ſponſæ, ſocerorum, ut liberorum ſponſi, generorum appellatione continentur. ff. ad leg. Pomp. de parricid.* Quibus inducti Bartol. *in l. cùm pater.*4. *ff. ad leg. Pomp. de parricid. n.*1. Tiber Dec. *dict. lib.*9. *cap.* 11. *n.* 1. Petr. à Plach. *dict. cap.* 22. *n.* 31. Menoch. *cit. caſ.* 356. *n.*85. Matth. Berl. *part.*4 *concl.*7. *n.*51. Proſp. Far. *part.* 4. *prax. crim. qv.* 120. *n.*132.
46 † nil quidquam ſeveritatis ſponſo ſponſævè hoc caſu remittendum autumant, cùm & aliàs nomine uxoris & mariti perſonæ veniant deſponſatæ, jura quoque unius ad alterum extendantur, *l. ſi ſponſa. ff. de jur dot. l. lex Julia. ff. de fund. dotal. l. item apud §. ſponſum. ff. de inj. l. aſſiduis. §.* 1. *C. qui potior. in pignor.* Ant. Natta *conſ.* 282. *n.*1. *& ſeq.* Alber. Gentil. *in tr. de nupt. l.*2. *c.*23 *poſt. pr.* Nicol. Boër. *deciſ.* 22. *n.* 3. *& ſeqq.*
47 † Nimis tamen rigoroſum videtur hoc deciſum, Matth. Weſ. *in parat. ff. ad leg. Pompej. de parricid. n.* 9. *verſ. ſed. cùm hoc tantum ſit &c.* in legis Corneliæ pœnâ ſubſiſtenti, à quo accedere noluerunt in pro-
48 nunciando † *Scabini Lipſienſes*, ita tamen, ut augmentum aliquod homicidii pœnæ adderent, reumqve facta executione in terrorem aliorum rotæ affigi facerent, *hiſce formalibus reſpondentes Quæſtori Coldicenſi*
49 *Menſ. Aug. A.* 1612. † So möchte ſie wegen ſolcher an ihrem Bräutigam/ mit deme ſie in öffentlicher Kirchen-Verſamlung allbereit zum dritten mal aufgeboten worden/ begangenen und bekannten Mord-That mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtraft/ und nach vollbrachter *Execution*, andern zum Exempel und Abſcheu/ der Cörper auf ein Rad geleget und geflochten
50 werden V. R. W. † Ut maxime enim perſonæ deſponſatæ conjugibus æquiparentur, quin & tales dicantur, ac iisdem quandoqve gaudeant beneficiis ſtatutorum, nequaquam tamen extendere hoc licet ad juris rigorem, ex pœna parricidii crudeliſſimâ &
51 atrociſſimâ relucentem, † quem reſtringere potiùs debemus, quàm amplificare, & ad caſus non expreſſos trahere, *argum. cap. ſtatutum.*22. *extr. de elect. in ſext.* Jacob. Menoch. *libr.* 6. *præſumt.*4. *num.* 33. Jac. Schult. *in addit. ad Modeſtin. Piſtor. part.* 4. *quæſt.* 136. *num.* 17. Et dicant quicquid velint Dd. de identitate & paritate ſponſorum atque conjugum, veritas haut nos derelinquit, † quâ ducti, ſponſalia pro ma- 52
trimonio conſummato nequaquam habemus: ſint enim ſponſalia conjugium futurum, ſint etiam ſponſi conjuges futuri, ante copulam tamen ſacerdotalem nec verum conjugium, nec conjuges verè & de præſenti exiſtunt, nam † quod futurum eſt, 53
nondum eſt, *l. & quæ nondum ff. de pignor.* Bald. *in l.* 1. *ſecunda quæſt. C. unde vir & uxor.* Nicol. de Ubald. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. part.* 4. *n.* 4. Salycet. *in l. cùm in te.* 6. *C. de dotat. ante nupt. num.* 4.

XVII. Cæterùm ne generalitas Regulæ quempiam fallat, reſtrictum volumus eam † ad parricidium ex propoſito animi, & in- 54
tentione occidendi commiſſum, in quo ſupplicium hoc non parùm diſtat à pœnâ homicidii, quâ etiam tenetur, qui necat alium, nequaquam eum occidere volens, ſed hoc tantummodo fine percutiens, ut vulneret & ictum infligat, ex cujus tamen lethalitate contra intentionem percutientis mors contingat, *arg. l. quoniam multa. C. ad Leg. Jul. de vi publ. l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis. ff. de pœn.* Ægid. Boſſ. *in pract. tit. de homicidio n* 74. † At pœ- 55
na parricidii nequit irrogari, ſi animus occidendi defuerit, ex communi Interpp. aſſerto, prout videre eſt apud Tib. Decian. *in tr. crimin. libr.* 9. *cap.* 15. *n.* 1. Salycet. *in l.* 1. *ubi etiam* Hippol. de Marſil. *C. de ſicar.* Proſp. Farinac. *part.* 5. *oper. crim. qu.* 120. *n.* 182. Petr. à Plach. *dict. cap.* 22. *n.* 34. Carrer. *in pr. crim.* §. *homicidii n.* 153. Bonif. de Vital. *in rubr. de parricid. n.*5. *in fin. verſ. item in talibus deſideratur dolus &c.*
† ut hinc non fruſtra harum provinciarum 56
Dicaſteria ſententiis condemnatoriis verba hæc: Wegen ſolcher an ſeinem eigenen Kinde/ Eltern/ ꝛc. begangenen und bekannten vorſetzlichen Mordthat/ ꝛc. inſerere conſveverint. Rationem hujus aſſerti ſi quis petat, vix alia dabitur, † quàm quòd pœnæ 57
imprimis atrociores ſtrictiſſimè ſint interpretandæ, non extendendæ, *dict. cap. ſtatutum.*22 *extr. de elect. in* 6*to.* ſed nec opus eſt ratione exactiore, poſtquam ſanctio juris non deficit; quorſum enim verba hæc: † *cujuvè* 58
*dolo malo id factum erit. in l.*1. *ff. ad l. Pomp. de parr.* it. *nec nō is, cuj9 dolo malo id fact. eſt, in §. al. deinde lex.* 6 *Inſt. de pub. ju.*

Ni-

Nimirùm animum & propoſitum parricidii perpetrandi iis denotari ex toto horum ju-
59 rium contextu apparet, † maximè ſi conjungantur cum *l. un. C. de his, qui par. vel lib. occid.* Et aliàs quoq; dolus in criminalibus ut plurimùm denotat animi deſtinationem & propoſitum ad certum delictum quoq; modo perpetrandum, Decian. *in tract. crim. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 6. *& 9.* Clarior verò eſt ſanctio Electoralis hiſce in ter-
60 ris, *dict. Conſt.* 3. *verb.* † So an ihren Kindern/ Eltern oder andern nächſten Freunden einen freventlichen böſen Mord begangen. *ac rurſus:* oder aber auch die Eheleute eines das andere böſlich thäte ermorden oder umbringen/ *&c.* *&* §. *ult. verb.* Wann ſolcher Mord vorſetzlich
61 geſchehen/ *part.* 4. Quò & facit † *Nemeſis Karulina art.* 131. *in pr.* Welches Weib ihr Kind heimlicher/ boßhafftiger/ williger Weiſe ertödtet. *&* §. 1. *circa medium:* Durch boßhafftigen Vorſatz. non tamen
62 omnem effugiet pœnam, † qui parricidium abſque propoſito occidendi perpetraverit, doloſè tamen vel ex culpâ latâ, ſed vel gladii pœnam, vel fuſtigationem, aut etiam pro ratione circumſtantiarum & culpæ arbitrariam ſuſtinebit mulctam, quo de latiſſimè *in Pract. meâ crim. part.* 1. *qu.* 15.

XIIX. Properamus ad Regulam ſecun-
63 dam, eſtq; ea: † *Qui conſanguineum & „affinem occidit, gladio punitur, ſigno tamen „majoris alicujus reatûs addito, ſi læ„ſa fuerit conſanguinitas vel affinitas in „gradu primo æqualis, & ſecundo inæqua„lis lineæ, juxta computationem canoni-*
64 *„cam.* Conveniunt equidem Dd. in eo, † quòd in conſanguineis & affinibus committatur crimen parricidii *l.* 1. *ff. ad leg. Pompej. de parricid.* ſed in genere ſupplicii mul-
65 tùm variant. Quantumvis enim † quidam pœnam culei rigoroſam ad hoc etiam parricidii genus extendere haut vereantur, Hoſtienſ. *in ſumm. de his, qui fil. occid. n.* 1. *verſ. & in proximioribus ejus.* Joh. Damh. *in prax. crim. c.* 87. *n.* 1. Jul. Clar. *lib.* 5. *ſent.* §. *parricidium. n.* 4. Ant. Gomez. 3. *variar. reſol. c.* 3. *n.* 3. *verſ. item etiam iſtud delictum.* Lud. Gilhauſ. *in arbor. crim. c.* 2. *tit.* 14. *n.* 7.
66 Alii tamen ab hoc rigore abhorrent, † in pœnâ Legis Corneliæ de Sicariis acquieſcentes, Proſp. Farin. *dict. quæſt.* 120. *n.* 11. *verſ. in cæteris verò caſibus.* Petr. Gregor. *lib.* 36. *Syntagm.* 24. *n.* 4. Joh. Harppr. *in §. alia deinde lex.* 6. *n.* 23. *Inſt. de publ. jud.* Tib. Decian. *in tr. crim. lib.* 9. *cap.* 10. *n.* 7. Jac. Menoch. *dict. qv.* 356. *n.* 72. *& ſeqq.* Quibus &
67 noſtrum damus calculum. † Nec etiam uſpiam culei pœnam in conſanguineos & affines legimus conſtitutam: quî ergò ſine juris autoritate ipſis hæc imponenda eſſet, ſi aliàs verum, quod certè veriſſimum eſt, abſq; autoritate legis nil temerè aſſeverandum eſſe? *cap.* 18. *in fin. extr. de ſent. excomm.* Franc. Vivius *deciſ.* 358. *n.* 4. † Et 68
profectò nimis durum foret, eundem juris rigorem exercere in eum, qui patrem, & qui conſanguineum vel affinem necaverit, cùm tamen longè major ſit affectio inter liberos & parentes, quàm inter conſangvineos, adeoque & parricidium in parentibus vel liberis commiſſum longè atrocius ac pœnâ atrociori coërcendum. † Diſparem 69
tamen homicidii rationem dixeris in extraneo & conſanguineo vel affine commiſſi propter ſanguinis affectionem, quæ delictum pariter & ſupplicium aggravat, *l. un. C. de his qui parent. vel lib. occid.* quomodo ergò ſimplicis homicidii pœna huic ſufficiet? † cùm pœna ſemper correſpon- 70
dere debeat delicto, *l.* 8. *C. ad leg. Jul. de vi publ. l.* 3. *C. de epiſc. audient.* Placuit hinc quibusdam, pœnæ legis Corneliæ de ſicariis hoc caſu addere majoris alicujus reatûs ſignum, ut nempe delinquens, † an- 71
tequam gladio feriatur, vel trabæ impoſitus ad locum ſupplicii raptetur, vel caput amputatum rotæ imponatur, vel cadaver factâ executione in quatuor partes ſcindatur, Matth. Weſenb. *in* §. *alia deinde lex.* 6. *Inſt. de publ. jud. n.* 3. *poſt med. verſ quamobrem gloſſa hic &c.* & *in ſupplem. ad Job. Schneidw. dict.* §. 6. *n.* 3. *poſt med.* Farin. *dict. quæſt.* 120. *n.* 13. *verſ. & alia vice.* † 72
Media hæc inter utroſque diſſentientes eſt via, adeoque forſan tutiſſima, tantumque abeſt, augmentum hoc ſupplicii in terris Saxonicis improbari, ut verbis etiam expreſſis conſanguineis & affinibus parricidis id ſimul infligi juſſerit † Sereniſſimus Sa- 73
xo *ſæpè allegata Conſt.* 3. §. *ult. ibi:* So ſoll der Thäter zu der Feimſtatt geſchleifft/ und folgends mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode wegen ſolcher ſeiner Mißhandlung gerichtet werden/ *part.* 4. hâc tamen lege, ne omnes indifferenter conſanguinei & affines in infinitum usque huic rigori ſubjiciantur, ſed ii ſaltem, † qui 74
occiſo adeò propinqui ſunt, ut de jure divino matrimonium inter eos contrahi nequeat: Unter welchen vermöge Göttlicher Schrifft wegen der Bluts-Freundſchafft oder Schwägerſchafft keine ehe kan vollzogen werden. Prout verba Conſtitutionis habent, quibus haut jus Canonicum, ſed divinum atque Moſaicum, quod in ſacro continetur Codice, denotari, ex praxi didicimus, nec quis-

75 quisquam forſan aliud intellexerit. † Cer-
tam verò graduum determinationem ſi
quis expetat, ſuppeditat eam regula noſtra,
in gradu primo æqualis & ſecundo inæqua-
lis lineæ ſubſiſtens, factâ ſcil. computatione
canonicâ, *ſupr. Diſp. 1. th.* 14. quia lex juris
divini prohibitiva ad remotiores gradus ſe
non extendit, nec in illis nuptias verat, *dict.*
Diſp. 1. th. 29. in pr.
76 XIX. Eandemque † tamen ſuſtinebunt
pœnam, qui in gradu remotiori conſangui-
nitatis vel affinitatis necaverint eos, quos
parentum loco reſpicere & venerari de-
berent, pata patruum magnum, vel pro-
vari fratrem aut ſororem, ſcil. quod nec
cum hiſce de jure divino nuptias contra-
here liceat, *Diſp. 1. th. 31. Levit.* 20. *v.* 19 non
77 quidem ob gradûs proximitatem, ſed †
quia ſunt loco patentum, §. *item amitam.*
5. Inſt. de nupt. Joh. Gerh. *in loco* de *conjug.*
§. 285. Joh. Harppr. *ad §. fratris vero 3. n. 1.*
Inſtit. de *nupt.* Ex quo etiam pœna legis
Corneliæ de ſicariis cum augmento aliquo
ceu ſigno reatûs decernenda in occiſo-
rem ſoceri, ſocrûs, vitrici, novercæ, ge-
78 neri, nurûs, privigni & privignæ. † A quo
equidem plerique Dd. diſſentiunt, hujus
criminis reum ſupplicio culei vel rotæ
dignum judicantes Proſp. Far. *dict. quæſt.*
120. *n.* 111. & 117. Anton. Gomez. *tom.* 3.
var. reſolut. c. 3. *n.* 3. Tiber. Decian. *in tract.*
crim. l. 9. *cap.* 8. *n.* 5. Jodoc. Damh. *in pract.*
crim. c. 87. *n.* 1. Matth. Berlich. *part.* 4. *concl.*
6. *n.* 51. Hippol. de Marſil. *ad l.* 1. *n.* 7. *ff. ad*
leg. Pompej. de parricid. Jac. Menoch. *de ar-*
bitr. jud. quæſt. lib. 2. *cent.* 4. *caſ.* 356. *n.* 39. &
79 *ſeqq.* † Ex hoc ipſo nempe fundamento,
quod vitricus, noverca, ſocer & ſocrus, ac
rurſus privignus, privigna, gener & nurus
ſint invicem loco parentum, eodumque ap-
pellatione contineatur, *l. cum pater 4. ff. ad*
leg. Pompej. de parricid. §. *ſocrum* 7. *verb.*
quia matris loco. Inſt. de nupt. §. *affin.* 6. *verſ.*
quia utraq; filii loco. Inſt. eod. tit. quidni
80 ergò eâdem tenerentur pœnâ, quæ parenti-
bus ac liberis patricidis infligitur? Sed viſa
eſt hæc ſententia nimiùm rigoroſa Matth.
Weſenbec. *in parat. ff. ad leg. Pompej. de*
parricid. n. 9. *verſ. ſed cum hoc tantum ſit ex*
interpretatione. & *in §. alia deinde l.* 6. *Inſt.*
de publ. jud. n. 3. *verſ. profecto durum eſt.* &
in ſupplem. ad Schneidw. ibid. n. 3. *poſt. pr.*
81 nec juris ſatis conſentanea, † ſi rationem ri-
goris iſtius, quo in parricidas & occiſores
parentum ac liberorum animadvertitur,
perpendamus, quæ procul dubio in affe-
ctione ſingulari erga liberos & parentes
conſiſtit, *l. un. C. de his qui par. vel lib. occid.*
cujus violatio hunc meretur rigorem: At
quis † tantam prætendere auſit affectionem
inter ſocerum & generum, vitricum &
privignum, quæ eſt inter liberos & paren-
tes? Quare nec *Scabini Lipſienſes* à præ-
dicto Interppr. aſſerto recedere dubita-
runt, ſatiùs exiſtimantes, augmentum ali-
quod pœnæ gladii hoc caſu addi, quàm
nimium rigorem in parricidas decerni,
veluti reſponderunt † *Quæſtori Dreſdenſi* 82
Menſ. Octobr. Anno 1592. So möchte N.
N. wegen ſolcher an obbemeldten
ſeinen Schwäher begangenen und
bekannten Entleibung zur Heimſtät-
te geſchleifft/ und folgends mit dem
Schwerdte vom Leben zum Tode
geſtrafet werden / V. R. W. Etſi
enim vitricus, noverca, ſocer, ſocrus & pri-
vignus, privigna, gener ac nurus invicem
ſint loco parentum & liberorum, eòque no-
mine contineantur, minus † tamen propriè 84
hoc fit, ut in aprico eſt. Atqui extra pro-
prietatem verborum in pœnis attrocisſi-
mis extenſio haut facienda, l. *interpreta-*
tione, 42. ff. de pœn. l. 1. §. 20. verſ. in re igitur
dubiâ. ff. de exercit. act. cap. odia extr. de Reg.
Jur. in 6to. Proprie ſiquidem loquendo
perſonæ hæ omnes ſunt affines ex nuptiis,
non ſanguine juncti, adeoque nec agnati,
nec conſanguinei, §. *affinitatis 6. §. ſocrum.*
7. Inſt. de nupt. l. 4. §. 3. 6. 7. ff. gradib. & af-
fin. l. 10. §. 8. & ſeq. ff. eod. † Quid cauſæ 85
igitur eſſet, quòd non ſufficeret pœna in
parricidas affines conſtituta? ex *dict. Con-*
ſtit. 3. in fin. Oder nahen Verwandten
Schwägern/ 2c. unter welchen kein
Ehe vollzogen werden kan. 2c.
part. 4.

XX. Succedit *Secundò* crimen inceſtûs,
† quod eſt coitus inter conſanguineos 86
& affines, qui ob graduum proximita-
tem nuptias contrahere prohibentur, il-
licitus & nefarius, Bajard *ad Jul. Clar. libr.*
5. *ſent. §. inceſtus. n.* 1. Jod. Damhoud. *in*
prax. rer. crim. cap. 94. *n.* 7. Matth. Steph.
in not. ad art. 117. *Ord. crim. Carol.* † de- 87
lictum ſatis horrendum, & ſi non gravius
adulterio, tamen æqualia, *l. ſi adulterium*
cum inceſtu §. ſtuprum ff. ad leg. Jul. de ad-
ult. can. adulterii. 32. *qu.* 7. Hoſtienſ. *in ſum-*
mar. de *adult. n.* 12. Hartm. Piſt. *obſ.* 192. *n.*
7. quod & bruta animalia averſantur, ſi cre-
damus Ariſt. *lib.* 5. *hiſt. animal.* Plin. *libr.* 8.
natur. hiſt. cap. 42. † De cujus pœnâ mul- 88
tùm ambigui ſunt Interppr. cùm nil certi in
jure civili & Ordinat. crim. Carolinâ de
hâc conſtitutum reperiatur, quin & diffi-
cile foret, uno eodemque ſupplicio anim-
advertere in reos inceſtuoſos, poſtquam
hoc in omnibus æqualiter grave haut eſt

ſed vel atrocius vel levius pro ratione conſanguinitatis & affinitatis propinquioris,
89 graduumque proximiorum vel remotiorum, ut ſi unquam † certe hoc caſu in dictamine pœnarum Arbor conſanguinitatis, & affinitatis ſuum exerat effectum. Ex unico igitur propinquitatis fundamento & graduum proximitate judex pœnam determinabit, quam triplici Regulâ expeditam dabimus, uſum arboris in foro Saxo-
90 nico circa hanc materiam demonſtraturi. „Eſto autem regula prima: † *Inceſtus inter „conſanguineos aſcendentes & deſcendentes „gladii pœnam meretur.* Eaq; conſentientes habet Interpp. pleroſq; usque adeò, ut communem hanc dicat ſententiam Proſp. Far *part.5.oper.crim.qu.* 149.*n.* 14.& 61. Jod Damhoud. *dict.* c.94.*n*.4. Matth. Weſenb. *in parat.ff.ad leg.Jul.de adult.n.*22.*verſ.niſi nefario coitu* Joh. Pajard. *in addit.ad Jul. Clar.cit.loc.n.*3. Jac. Menoch. de *arbitr.jud. quæſt.lib.*2. *cent.*6.*caſ.*502.*n.*1.& *ſeq.* Nicol. Boer. *deciſ.*318.*n.*1.& *ſeqq.* Jac. Thoming. *deciſ.*42.*n.*5. Matth. Berl. *part.*4. *concl.*32.
91 *n.*23. Dubium ſaltem facit † in foro Saxon. Chil. König, qui ex conſuetudine nefarios hoſce & inceſtuoſos igne concremari, adeoque ſeveriori ſupplicio affici meminit *in proceſſ. tit.* Von allerley leiblichen Straffen. *Rubr.* Von der Pön der Blutſchande. *verſ.* Aber in der Ubung. cui etiam aſſentitur Georg. à Rotſchütz. *in proceſſ. part.*2.*art.*6.*n.*1.*verſ.* Aber ſonſten
92 wird in der Ubung. † At cùm omnis conſuetudo probari debeat, *l.* 1. *C. quæ ſit long.temp.conſvet.* Bald. *in præludfeudor.n.* 4. Ant. Fab. *in Codic.lib.* 8.*tit.*33. *defin.*1.*n.* 4 nec Doctori de conſuetudine atteſtanti fides habeatur. Jaſon. *ad l.*32.*n.* 89. Ludolph. Schrad. de *feud. part.*1.*qu.*1.*n.*5. non poteſt non Regulæ aſſertio videri ſuſpecta, ſi præ-
93 ſertim ei opponamus † autoritatem Matth. Coleri, nullum de ejusmodi concrematione exemplum extitiſſe commemorantis *part.*1. *deciſ.* 174.*n.*17. & diſpellit omnem
94 dubitationis nebulam † ſanctio Electoralis expreſſa *in Conſt.*22.*part.*4. quæ inceſtuoſis perſonis in lineâ rectâ aſcendente & deſcendente pœnam gladii indicit, Dan. Möller *ibid.n.*4. Joach. à Beuſt. de *connub. part.* 2. *c.*63.*ſub fin.verſ.bodie verò ex novâ conſtit.*
95 Cumque generalis ea ſit, † quin de utroque ſexu accipi debeat, ambigendum planè non eſt; nec enim in iis, qui naturali vel gentium jure ſunt prohibita, ut eſt inceſtus fœminæ quidquam veniæ vel mitigationis merentur, *l. ſi adulterium.*38.§.2. *ff. ad leg.Jul. de adult.* Paul. Chirland. de *pœn.omn.coitus*
96 *quæſt.*2.*n.*9 *verſ. quod tamen intellige &c.* † accedentibus præſertim verbis expresſis: Daß auf den Fall beyde Perſonen, Mann und auch das Weib am Leben mit dem Schwerdt ſollen geſtrafft werden. *dict. Conſt. Elect.*22. Nec etiam † 97
avus, proavus, & reliqui aſcendentes cum neptibus aliisque deſcendentibus nefario hoc crimine maculati pœnam gladii effugient, ut qui omnes parentum ac liberorum nomine continentur, *l. liberos.*10.*ff.de Senator.l.liberorum.*220.*ff.de V.S.* Udalr. Zaſ. *in tract.ſubſt.cap.*9.*ſub Rubr.conditio ſine liberis,in pr.verſ.& primò non eſt ignotum.*
† quod & verbis generalibus innuere videtur Sereniſsimûs Saxo: Unter denen Perſonen, ſo in auf- und niederſteigender Linien einander Blutshalben verwandt. Usque adeò, ut licèt naturale duntaxat vinculum fornicationis eos conjunxerit, † mortis ſupplicio ſe ſubtrahere nequeant, prout liquêſcit ex jam dictâ voculâ 99
(blutshalben) intuitu namque ſanguinis ſpurii ac naturales verè ſunt liberi, *can. unde cunque; diſtinct.*56. neque natura inter liberos naturales & legitimos differentiam admittit. *Novell.*174.*cap.*1.*Novell.*189.*c.*9. ut rectè hinc pronunciaverint † *Scabini Lipſienſes ad conſultationem I.H. à S. Menſ. Aug. A.*1608. So möchte H.H. von wegen ſolches mit ſeiner natürlichen auſſer der Ehe erzeugten Tochter begangenen *inceſtûs* und Blutſchande, mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden. V.R.W. 100

XXI. Perſpicium inde eſt, inceſtum inter aſcendentes & deſcendentes tàm gravi ſupplicio coërceri, † quô nullum gravius adulteris unquam infligi poteſt, ut non 101
fallat hoc caſu tralatitium illud interpp Eandem eſſe pœnam inceſtûs, quæ adulterii, Bart. *in l. ſi adulterium cum inceſtu.*38. *in pr ff.ad leg. Jul.de adult.* Angel. Aretin. *in tract. maleſic.verb.che hai adulterato la mia ponna.n.*66. Anton. Teſſ. *deciſ.*100.*n.*1 Ægid. Boſſ. *in pract. crim.tit.de coit. damn. & punib. n.*4, Jacob. Thoming. *deciſ.*42.*n.*3. quamvis non usquequaque aſſertum hoc veritate nitatur. † Quin & ſeverius dixerimus ſuplicium inceſtuoſorum, quàm 102
quod adulterii reis indicitur, licèt pro utroque gladii pœna ſit definita; Nec enim remisſio conjugis, ſi cum inceſtu adulterium concurrat, reum juvare poteſt, ut vitam redimat, † quâ tamen ſuccurritur adultero ex *Conſt. Elect.*19.*p*4. Matth. Coler. 103
*part.*1.*deciſ.* 174.*n.*18. quo & facit *pronunciatum Scabin. Lipſienſium ad requiſitionem Quæſtoris VVurcenſ. Menſ. Majo An.*1608. So möchten ſie beyde N. N. u. ſeine

mit-

mitgefangene Tochter *N.N.* wegen ſolches begangenen und bekannten *inceſtûs*, Blutſchande und Ehebruchs mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraft werden / und hat *N.N.* Weibes *interceſſio* dißfalls nicht ſtatt / V.R.W.

105 † Rigorem tamen pœna inceſtûs in eo remittit, ut parcendum ſit vitæ reorum, ſi vel in minorennitate judicii perfectione deſtituti, perſuaſione vel aliâ causâ inducti deliquerint, ſubſtitutâ fuſtigationis & perpetuæ relegationis pœnâ, *dict. Conſtit. Elect. 22. in verb.* So aber wegen der Jugend oder anderer wichtigen Umſtände Linderung ſolcher Strafe fürzunehmen; So ſol dieſelbe Perſon mit Staupenſchlägen unſerer Lande verwieſen wer-
106 den. *part. 4.* † Meritò ſanè, cum in atrociſſimis etiam delictis minoribus parcatur, impoſitâ iis pro ratione circumſtantiarum pœnâ extraordinariâ, *l. auxilium. 37. §. in delictis. 3. ff. de minor. cap. 1. extr. de delict. pueror. cap. ult. extr. de ſent. excommun.* Jul. Clar. *libr. 5. ſent. §. ſacrilegium. num. 3. verſ. ſed quæro, quæ ſit pœna.* Johan. Schneidvvin. *ad pr. Inſt. de autor. tutor. num. 17. & ſeqq.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 4. cauſ. 329. num. 11. & 12.*

XXII. Nec quiſquam rigorem hujus ſupplicii iniquum exiſtimaverit, ſi cauſa ejus accuratiùs perpendatur, eaque duplex:
107 † proximitas nempe ſanguinis & reſpectus ſeu reverentia paterna; quæ enim alia ſuperare hanc poteſt proximitatem ab aſcendentibus in deſcendentes propagatam, ſecus atque in collateralibus, ubi ex uno ſaltem fonte utriusque profluit ſanguis? Quæ etiam major reverentia, quam parentibus
108 debita? † Quod ſi ergò pœnæ debeant commenſurari delictis, *l. reſpiciendum. ff. de pœn. l. 1. §. ſed & qui. ff. de abigeis.* Hippol. de Marſil. *in l. num. 256. C. de rapt. virg.* Nicol. Reuſn. *lib. 2. deciſ. 20. num. 8.* haut mitior ſufficiens viſa fuit propter duplicem illum ſanguinis & reverentiæ reſpectum. Nimirum nec ſola ſanguinis proximitas, nec ſolus reverentiæ reſpectus attenditur,
109 † ſed utriusque in dictamine hujus ſupplicii ratio habenda. Num ergo indicenda erit mortis pœna, ſi quis cum fratris aut ſororis nepte carnaliter ſe commiſcuerit? quod crimen procul dubio atrocius quovis inceſtu alio in linea collaterali commiſſo, tùm propter ſanguinis proximitatem, tùm ob
110 reſpectum paternum, † ſiquidem avi aviæque fratres ac ſorores parentum, fratrum ac ſororum verò nepotes & neptes liberorum loco habentur, *§. item amitam. 5. Inſt. de nupt. l. per adoptionem. 17. §. 2. l. ſororis. 9. ff. de ritu nupt.* ut ſupplicio mortis id coërcendum non falſo forſan quis putaverit, † ſed aliud placuit Sereniſſimo Saxoniæ Electori; non niſi perpetuæ relegationis pœnam reis delicti hujus indicenti, *Ord. eccleſ. tit.* von Ehe-Sachen. *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß miteinander einzulaſſen verboten. *§.* Die Perſonen / welche ſeithalben. *verſ.* Würden ſich aber / *in verb.* Da ſich auch ſolche Perſonen miteinander fleiſchlichen vermiſcheten / ſollen ſie des Landes ewig verwieſen werden. 111
† Ex quo reſponderunt *Scabini Lipſienſes P. ab H. Menſ. Jun. Anno 1623.* Hat *N.N.* mit ſeiner Schweſter Kindes-Kind fleiſchliche Unzucht getrieben / ſo werden beyde Perſonen ſolcher ihrer Verbrechung halber mit ewiger Landes-Verweiſung in Strafe genommen / V.R.W. Nec tamen falsò à nobis dictum, ob concurrentem ſanguinis & reverentiæ reſpectum mortis ſupplicio inceſtum coërceri: † cùm hoc non de omni indifferenter ſanguinis proximitate, ſed ſaltem ab ipſo fonte in deſcendentes propagatâ, non in collaterales diverſos ex uno ſaltem rivulo & utriusque ſtipite communi profluente intellexerimus; quantumvis igitur hoc caſu reſpectus aliquis ſubſit paternus, † proximitas tamen ſanguinis ex linea recta deficit, ut merito à ſupplicio mortis fuerit receſſum. Quod eo minus locum ſibi vendicabit, ſi omnis deficiat proximitas ſanguinis, reſpectu licèt paterno interveniente, † veluti ſi cum vitrico vel novercâ, ſocru vel ſocero crimen inceſtûs fuerit perpetratum, qui omnes parentum loco habentur, *l. non facilè. §. hos itaq. ff. de gradib. affin. l. adoptivus. §. nunc videamus. ff. de rit. nupt.* Hart. Piſt. *obſerv. 192. n. 53.* † etiam de jure divino, prout apparet ex *Lev. 18. v. 18. Nuditatem uxoris patris tui non revelabis, nuditas patris tui ipſa.* Et *Deut. 27. v. 20. Maledictus, qui coierit cum uxore patris ſui, quia diſcooperuit nuditatem patris ſui.* Joh. Gerh. *in loc. theolog. de conjug. §. 267.* Reſpectus ideoque paternus non minima hujus inceſtûs cauſa eſt: † attamen cùm proximitas ſanguinis deficiat, ad mortis ſupplicium deveniri haut poteſt, ſed ſubſiſtendum in pœna fuſtigationis ac perpetuæ relegationis, quam ſanctio expreſſa determinavit hiſce in provinciis *Conſtitut. Elector. Saxon. 24. verb.* † als Stieffvater / Stiefftochter / Stieffmutter und Stieff-Sohn / des Sohns Weib und dergleichen / da die allerſeits ſonſten nicht

Right-margin numbers: 112 (Ex quo reſponderunt), 113 (cùm hoc non de omni), 114 (proximitas tamen), 115 (veluti ſi cum vitrico), 116 (etiam de jure divino), 117 (attamen cùm), 118 (als Stieffvater).

nicht ehelich ſind / und ſich miteinander
vermiſchen / 2c. ſollen mit Staupen-
ſchlägen unſerer Lande ewig verwie-
119 ſen werden/ *part.4.* ſeveriori † aliquan-
tulum coërcitione quàm caſu priori, pro-
pter carnis unitatem in conjugibus, quæ
arctiorem inducit propinquitatem. Ea-
demque ad gradus affinitatis remotiores
120 in linea recta extendi debet,† puta inceſtu
commiſſo inter nepotem neptemve, & avi
aviæq; conjugem, vel inter avum,aviamq;
& conjugem nepotis neptisve, & ſic dein-
ceps,quos omnes in infinitum usque affini-
tate ſibi junctos parili fuſtigationis ac rele-
gationis perpetuæ pœnâ teneri, ambigen-
121 dum non eſt, † tum quod parentum ac li-
berorum appellatione,qua etiam continen-
tur Stief-Eltern / Stief-Kinder / in re-
motiores diffundatur, *l.4.§.parentem. ff.de
in jus vocand. l.2. §. prætor. ff. qui ſatisdar.
cogunt. l. liberos.10. ff. de ſenator. l.10. §. li-
beros.9. ff. de in jus vocand.* Menoch. *l. 4.
122 præſumt.189.n.14.* † tùm propter legem ex-
preſſam in *Ord.Eccleſ. Saxon. dict. tit.* von
Ehe-Sachen. *Rubr.* welchen Perſonen
ſich in Ehegelöbniß/ 2c. *verſ.* die Perſo-
nen / welche den Namen Vaters oder
Mutters 2c. *junct. verſ.fin.* oder da es nur
Stieff-Eltern oder Stieff-Kinder be-
trifft/ 2c. cui etiam accedit *Reſponſum Sca-
binorum Lipſienſium datum H. à Z. Menſ.
123 Mart. An.1630.* † Hat ein Witber mit
ſeines Stief-Sohns Tochter ſich fleiſch-
lichen vermiſcht/welches beyde Perſonen
alſo in guten bekannt und geſtanden;
So werden ſie ſolcher ihrer Verbre-
chung wegen mit Staupenſchlägen des
Landes ewig billich verwieſen/ V.R.W.
124 † Nullo hinc etiam negotio detegi poteſt
error Nicolai Boerii,qui gladii pœnam in-
dicendam autumat reis inceſtûs cum pa-
trinis commiſſi, *deciſ.318. n.3.* quem erro-
rem ambulant etiam Paris de Puteo *in tract.
Syndicat. verb. adulterium. verſ. officialis.
n.8.* & Menoch. *libr.2.arbitr. jud.qv. cent 6.
125 caſ.502. n.27.* † Nec enim ulla hic intercedit
ſanguinis proximitas,nec inceſtus commit-
titur, poſtquam matrimonium cum patri-
nis contrahere vetitum haut eſt,Matth.We-
ſenb. *in paratit. ff.de rit.nupt. n.4. verſ.tamen
moribus noſtris.* Joh.Schneidvv. *in tit.Inſt.
de nupt.Rubr.de illic.nupt.n.4.* Joach. à Beuſt
de connub. part.2, c.51.verſ.ultimo poteſt hîc.
Haut tolerabilior ſanè ejuſdem Boerii er-
126 ror,† quando mortis ſupplicio puniendum
dicit coitum cum nutrice ſuſceptum, *alleg.
deciſ. 318.n.4.* à quo tutò recedit Matth.
Berl. *part.4. concl.32.n.22.* Siquidem nu-
tritores & nutrices propriè parentes non
ſunt, *l.ſi quis alumnam. C.de nupt.* Andr.
Tiraqv. *in l.ſi nunquam. 8. C.de revoc. do-
nat. verb. ſuſceperit liberos. n.54.* nec pro-
pterea pœnam in inceſtuoſos ſtatutam ad
hos extendere licet, *arg. l. interpretatione,
41. ff. de pœn.* Vinc.de Franch. *deciſ Neapol.
378. n.3. part.2.* † ſi tamen utroque caſu 127
Magiſtratus ſeveriorem fornicationis pœ-
nam reis infligendam dictaverit,non mul-
tùm reclamaverimus.

XXIII. Secunda ex ordine ſe offert Re-
gula hæc: † *Collatemles conſanguinei vel af-* 128
*fines in gradu primo æqualis, & ſecundo inæ-
qualis lineæ inceſtũ committentes virgis cæſi
in perpetuum ſunt relegandi.* † In gradibus 129
hiſce non modo de jure civili & pontificio,
*§.inter eas quoq;. 2. & §. fratris.4. §.item.6.
Inſt.de nupt. cap.non debet. extr.de conſang.
& affin. can. nulli.35. quæſt 5.* ſed etiam de
jure divino inceſtum committi, expeditum
verè eſt, *Lev.18. v.12.13. & cap.20. v.17.19.
Deut.27.v.22.* † conſequitur ergò pœna fu- 130
ſtigationis cum perpetua relegatione,quam
ex generali quodam effato ob coitum ince-
ſtuoſum iis vulgò infligendam agunt, qui
jure divino & lege Moſaica nuptias inire
prohibentur. *Autor.Conſult.Conſiſt.Saxon.
tom.1. part.4.quæſt.3. n.10. & tom.2. part.4.
quæſt.12.n.9.* Matth.Col. *part.1.deciſ.174.n.1.*
Joach. à Beuſt. *de jur. connub. part.2. c. 63.*
† quòd ſi non ad gradus remotiores exten- 131
datur,veriſſimè dictum eſt, *ib. præced. n.114.*
in qua etiam ſe fundare videtur Sereniſſ.
Sax. *in Conſt.22.§.ult.* Aber die Perſonen/
ſo einander ſeitwerts im erſten oder an-
dern Glied ungleicher Linien verwandt/
oder die/ ſo in *Moſe Lev.18.* genennet wer-
den / wenn dieſelbe allerſeits nicht in der
Ehe ſeyn/und Blutſchande mit einander
begehen/ſollen beyde mit Staupenſchlä-
gen unſerer Lande ewig verwieſen wer-
den. *part.4.* † Dubium hinc non eſt,quin 132
fratres & ſorores carnaliter ſe commiſcentes
pœnâ fuſtigationis corporali affligantur.
Hartm. Piſtor. *obſerv.192. n.66.* Nec rigo-
roſè nimis, cùm inceſtus inter fratres & ſo-
rores grave reputetur delictum, omni jure
prohibitum, Joh. Schneidvv. *ad tit. Inſt.
de nupt. rubr. de arbor. can. n. 8.* uſque
adeo, † ut quondam in terris Saxonicis 133
pœnâ gladii reis hujus inceſtûs fuerit in-
dicta,referente Matth. Col. *part.2.deciſ 174.
n.4. Aut.Conſult.Conſt.Sax. tom.2. part. 4.
qu.12. n.6.* quæ poſtea in deſuetudinem ab-
iit, Matth. Weſenbec. *in parat. ff. ad leg.
Jul. de adult. num. 2.* † Quam pœnam 134
etiam ſuſtinebunt concumbentes cum ami-
ta & matertera, h.e. patris & matris ſorore,
nec non cum filia fratris vel ſororis; ſic-

uti

uti & caſu utroq; fœminæ ipſæ, amita, matertera, & filia fratris ſororisque, omnes juncti gradu ſecundo lineæ inæqualis,
135 Hartm. Piſt. *dict. obſerv. 192. n. 59.* † quod & verbis expreſſis legitur deciſum *in Ordin. Eccleſ. tit.* von Ehe-Sachen. *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehe-gelöbniß ꝛc. §. Würden ſich aber. *verſ.* Oder da einer ſeines Bruders oder Schweſter Kind ꝛc. ac repetitum *in Ordin. matrim. de anno 1624. punct. 2.* §. Die Perſonen/ welche ſeithal-
136 ben ꝛc. *in fin.* † Firmiter hinc ſtante *Reſponſo Scabinorum Lipſienſium contra A. N. & H. I.* zu *D. Menſ. Decembr. Anno 1603.* Dieweil aus der abgehörten Perſonen gethanen eydlichen Ausſage zu befinden/ daß die gefangene Weibes-Perſon H. J. mit welchem ſie fleiſchliche Unzucht begangen/ im andern Grad ungleicher Linien mit Bluts-Freundſchafft verwandt/ ſintemal ihre Mutter deſſelben Schweſter iſt; So werden ſie von wegen ſolcher begangenen und bekannten Blut-Schande/ weil ſie beyde ledige Perſonen/ mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W.

XXIV. Non ſolùm autem de conſan-
137 guinitate loquitur hæc Regula, † ſed & affinitatem includit, ita ut ab affinibus quoque in primo gradu æqualis & ſecundo inæqualis lineæ crimen inceſtûs perpetratum eâdem fuſtigationis ac relegationis pœnâ coërceatur, non modò propter paritatem gradus & identitatem rationis,
138 † quæ non tam extenſionem vel ampliationem, quàm ipſam juris diſpoſitionem inducit, Bald. *in l. 1. pr. verſ. hæc lex dicit unum &c. C. de interdict.* Andr. Tiraqv. *in reg. ceſſante causâ. n. 142.* Modeſt. Piſt.
139 *libr. 1. conſil. 3. num. 15.* ſed etiam † quòd hiſce in gradibus affinitatis nuptiæ de jure divino ſint prohibitæ, prout apparet ex *Lev. 18. v. 16. & cap. 20. v. 21.* quidni ergo pœna virgarum & exilii perpetui hîc obtineret, quâ regulariter in transgreſſores Legis Moſaicæ de gradibus prohibitivis animadvertitur? *th. præced. num. 130.* Quis hinc ambigeret, eandem pœnam fo-
140 re infligendam † reis inceſtûs cum ſorore uxoris defunctæ commiſſi? clarâ ſanctione Electorali convictus *in Conſt. 24. verb.* Deßgleichen der/ ſo zwo Schweſtern wiſſentlich beſchlafen hat/ ſol mit Staupenſchlägen unſerer Lande ewig-
141 lich verwieſen werden. *p. 4.* † *in Ord. Eccleſ. tit.* von Ehe-Sachen. *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß ꝛc. §. Wie nun denen Perſonen. *verb.* Als da ſich eine Perſon mit zweyen Schweſtern wiſſentlich fleiſchlich eingelaſſen hätte/ zugleich neben der Verweiſung zur Staupen geſchlagen werden. Haut ergo ſubſcribere poſſumus voto Hartm. Piſtor. † qui viduam fratris hujus cri- 142
minis ream caſtigatione virgarum eximit, *obſervat. 192. num. 79. & ſeqq.* tùm quòd jure divino coitus cùm viduâ fratris haut ſit illicitus, *Deut. 25. v. 5.* tùm quòd in viduam fratris nullibi hæc pœna reperiatur conſtituta. Sed ut pace ipſius dixerimus, † utraque ratio fallax eſt. Non enim lar- 143
gimur facultatem cum fratris viduâ nuptias contrahendi, quas de jure etiam divino hodie prohibitas demonſtratum dedimus, & autoritatibus noſtratium Theologorum confirmavimus *Diſput. 1. th. 38.* Etſi expreſſam legem prohibitivam petat Hartm. Piſtor. adducimus † *modò allega-* 144
tam Ordin. Eccleſ. dict. §. Wie nun denen Perſonen ꝛc. *in verb.* Mit zweyen Schweſtern oder zweyen Brüdern wiſſentlich fleiſchlich eingelaſſen. Definitam hinc pœnam fuſtigationis cum perpetua relegatione in fratris viduam, quis inficias ibit? cùm fieri non poſſit, † ut vidua 145
fratris affini copiam ſui faciens non inſimuletur coitûs cum duobus fratribus illiciti. Quod bene animadvertentes Scabini Lipſienſes, non ſemel in hanc ſententiam pronunciavêre, quo de fidem fecimus *in Pr. Crim. part. 2. quæſt. 74. num. 31.* † Pa- 146
rilem pœnam vix effugient, qui cum defuncti conjugis fratris aut ſororis filio filiâque, aut cum patrui, avunculi, amitæ vel materteræ conjuge ſuperſtite, viduo viduâve inceſtum committunt, quippe quos omnes in gradu affinitatis ſecundo lineæ inæqualis junctos, diſcimus ex computatione graduum canonica. Quò etiam inclinant verba † *dict. Conſt. 24.* Die Perſo- 147
nen/ ſo mit naher Schwägerſchafft einander im erſten oder im andern Glied ungleicher Linien verwandt. *junctis verbis fin.* Sollen mit Staupenſchlägen unſerer Lande ewiglich verwieſen werden/ ꝛc. idque veteres Scabini Lipſienſes Reſponſis ſuis ſæpiùs confirmârunt. † Sed tempore ſubſequenti Sereniſſ. Sax. 148
Elect. D. Auguſtus, pientiſſimæ memoriæ, ab hâc lege receſſit, & fuſtigationis pœnâ hoc caſu abrogatâ inceſtum in ſecundo affinitatis gradu lineæ inæqualis commiſſum ſola relegatione perpetua coërceri juſſit, *in Ordin. Eccleſiaſt. ſæpe alleg.* §. Wie nun denen Perſonen. *verb.* Und da ſie ſich hierüber fleiſchlichen vermiſchet/ des Landes ewig verwieſen werden † 149

Mitigationis hujus cauſam vix aliunde, quàm ex benignitate & clementia laudatiſſimi Principis petere licebit, quæ ut aliàs ita & hic gloriam mereretur, quam illuſtriorē nulla perſona illuſtris conſequitur, quàm ex clementia, Antimach. *lib. 3. pag. 600. & 657.*

XXV. Subintrat tandem Regula ter-
150 tia, quam ita formamus: † *Ultra gradum ſecundum lineæ inæqualis, in gradibus remotioribus jure poſitivo prohibitis, collaterales tam conſanguinei, quàm affines inceſtum committentes arbitrariâ relegationis pœnâ plectuntur.* Quantumvis enim jus divinum in gradu ſecundo lineæ inæqualis ſubſiſtat, nuptias remotioribus per-
151 mittens, † jure tamen poſitivo in provinciis Electoratûs Saxonici prohibitio nuptiarum ad tertium usque gradum lineæ inæqualis incluſivè extenditur, *Ordin. Eccleſ. tit.* von Ehe-Sachen. *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß einzulaſſen verboten. § Die Perſonen / welche ſeithalben. *Ordinat. matrimon. de Anno 1624. punct. 2.* §. Die Perſonen / welche ꝛc. *ſupr. Diſp. 1. th. 28. n. 52. & ſeqq.*
152 quin † ergo de jure ſaltem municipali iis in gradibus committatur inceſtus, dubium non eſt, vel ex ipſa criminis hujus definitione, quod eſt coitus inter conſanguineos vel affines, ex prohibitione juris matrimonium contrahere impeditos, Bajard. *ad Jul. Clar. libr. 5. ſentent. §. inceſtus. n. 1.* Matth. Steph. *in not. ad art. 117. Ordin. crim. Caroli.* Non tamen eadem delicti
153 hujus eſt pœna. † Ex quo enim gravius delinquit transgreſſor legis divinæ, hoc ipſo etiam graviorem & atrociorem meretur coercitionem, mulcta mitiori in transgreſſores juris poſitivi conſtitutâ, quò pœnæ juſtâ menſurâ ac pondere correſpondeant delictis, *l. 1. ff. de jur. patronat. l. 3.*
154 *C. de epiſc. audientia.* Nunquam † igitur virgis cædendi, qui coitus inceſtuoſi contra leges poſitivas arguuntur, ſeque permisſione divina tueri queunt: nec tamen malitiæ eorum indulgendum, ne juris poſitivi
155 inducatur contemtus, ſed † mulcta ſaltem arbitraria autoritas Magiſtratûs vindicari debet, quò alii ab uſu ejusmodi temerario abſtineant, idque ex manifeſta lege Electorali, quam exhibet *Ordin. Eccleſ. dict. §.* Die Perſonen / welche ſeithalber. *Ordin. ma-*
156 *trimon. allegat. loco.* † Mulctam verò arbitrariam ſi quis definitam cupiat, reſtringimus eam ad pœnam relegationis perpetuæ, vel temporalis ad certos aliquot annos, pro diverſitate proximitatis & gradûs propinquioris vel remotioris, in quo non minimus Arboris noſtræ conſiſtit
uſus. Exemplis hoc demonſtraturi, † non 157
evitabunt pœnam relegationis perpetuæ conſobrini conſobrinæque, vel fratres & ſorores patrueles, h.e. duorum fratrum ſororumve liberi in gradu ſecundo lineæ æqualis conjuncti, carnaliter ſe commiſcentes: † Eſt enim gradus ille inter prohibitos 158
de jure poſitivo primus, ita ut ſi unquam, certè heic perpetuum indici debeat exilium, quod & clarè deciſum *in allegata Ordinat. Eccleſiaſt. citat. Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß. §. Würden ſie aber. *verſ.* Do ſich auch. & præjudiciis quamplurimis à me confirmatum *in pract. crim. p. 2. quæſt. 73. n. 36.* Idem pariter juris eſt in † affinitate, ſi quis ad conſo- 159
brini patruelisve viduam acceſſerit, neuter ſiquidem horum relegationi perpetuæ ſe valebit ſubtrahere, eòque minus, quò clarioribus verbis pœna hæc eſt definita *Rubr. alleg. Eccleſ.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß. §. Wie nun denen Perſonen. *verſ.* Derowegen do ſich ſolche nahe beſchwägerte Perſonen. *verſ.* Und do ſie ſich hierüber fleiſchlichen vermiſchen / des Landes ewig verwieſen werden / ꝛc. † quibus mulcta hæc omnibus in- 160
differenter affinibus ad gradum usque tertium lineæ inæqualis incluſivè ſe carnaliter commiſcentibus indicta legitur, ut meritò eam ſuſtineant affines inceſtuoſi gradu ſecundo lineæ æqualis juncti, niſi rigoroſam nimis hanc coërcitionem quis judicaverit, propterea quod nec in conſanguineos hoc caſu gravius animadvertatur.
† Sed facit affectio & copula conjugalis 161
unam carnem, ut & eadem meritò hic obtineat mulcta, nec fieri facilè poteſt, ut reus hujus criminis absque ſcandalo revertatur; quare nec *Scabini Lipſienſes* à præſcripto hoc † recedere voluerunt, *ita reſponden-* 162
tes Menſ. Septembr. Anno 1629. Hat N.N. ein lediger Geſelle ſeines Vaters Brudern Sohns Witwe geſchwängert / und es haben beyde Perſonen ſolches bekannt und geſtanden; So werden ſie beyde von wegen ſolcher begangenen und bekannten unordentlichen Vermiſchung des Landes ewig billich verwieſen / V. R. W.

XXVI. Succedit in ordine gradus ultimus jure poſitivo prohibitus, qui eſt tertius lineæ inæqualis, † in quo committitur 163
inceſtus inter patruum aut avunculum magnum, amitam aut materteram magnam, horumque liberos, & viciſſim pronepotes proneptesve ex fratre aut ſorore, conſobrinorumque vel patruelium liberos, qui omnes equidem gradu tertio juncti ſunt,

†alii

164 † alii tamen aliis ſanguine propinquiores, quam diverſitatem computatio graduum canonica in linea æquali non obſervat, circa irrogationem tamen pœnarum haut negligi ea debet, ne crimina diverſa parili coërcitionis legi ſupponantur, *l. ſorores. 8. C. ad leg. Jul. de vi publ.* Reuſn.
165 *lib. 2. deciſ. 20. num. 6.* † Inceſtus igitur ſi proponatur commiſſus cum avi aviæque fratribus aut ſororibus, vel quod idem, cum fratrum aut ſororum nepotibus ac neptibus, eadem, quæ in gradu ſecundo lineæ æqualis, *th. præced.* & heic obtinebit pœna,
166 perpetui nempe exilii, † ex Sereniſſimi Saxonis præſcripto *in Ordin. Eccleſ. dict. Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß. §. Die Perſonen/welche ſeithalben. *verſ.* So ſich auch ſolche Perſonen ꝛc. nequaquam rigorosè nimis in gradu hoc remotiori; etſi enim diſparitas proximita-
167 tis ſcrupulum injicit, † reſpectus tamen paternus in perſona patrui magni eum ſtatim refellit, tantumque rigorem in gradu remotiori expoſcit, de quo *ſupr. th. 22.* Ceſſante autem hoc reſpectu in inceſtu cum avi aviæque fratrum & ſororum liberis ac viciſſim cum fratrum & ſororum patruelium aut conſobrinorum li-
168 beris, † ſana juris ratio mitiorem efflagitat pœnam. Non alia igitur quàm temporali ſaltem relegatione in reos hoc caſu animadvertendum reſponderunt *Scabini Lipſienſes Quæſtori Freiburgenſi Menſ. Aug.*
169 *Anno 1627.* † Hat eine ledige Mannes-Perſon ſeines Vaters Schweſters Sohnes Tochter / eine ledige Dirne / fleiſchlichen erkannt und geſchwängert/ ꝛc. So werden ſie beyde nach Gelegenheit dißfalls / weil ſie einander im dritten Grad ungleicher Linien verwandt / mit zeitlicher Landes-Verweiſung in Strafe genommen / V. R. W. Haut obſtante prædictâ ſanctione generali Ordinationis Eccleſiaſticæ. Etſi enim in-
170 differenter ea † exilium perpetuum in inceſtuoſos in gradu lineæ inæqualis tertio junctos decernat, procul dubio tamen ex mente præſumtâ Sereniſſimi Electoris hoc ita temperandum eſt, ne gravioris delicti reatus ad crimen levius extendatur,
171 † ſed juſta obſervetur proportio, & graduum diſparitas in dictamine mulctarum probè attendatur, *l. reſpiciendum. ff. de pœn. l. 1. §. ſed & qui. ff. de abigeis. l. capitalium. 28. §. ſolent. & §. graſſatores. ff. de pœn.* Hippolyt. de Marſil. *in l. 1. n. 256. C. de rapt. virgin.* Nicol. Reuſn. *lib. 2. de-*
172 *ciſ 20. n. 8.* † Eandemque diſparitatem cùm animadvertere liceat in gradu affinitatis tertio lineæ inæqualis, nec aliud in eo deciſum erit ſperandum ex regula identitatis, quæ idem jus ponit, *l. illud quæſitum eſt. 32. ff. ad leg. Aquil. l. quædam. 9. §. nummularios. 2. ff. de edend.* præſertim † cùm 173
ipſemet SereniſſimusSaxo caſus hoſce conjungat, & quod de gradibus prohibitis ratione conſanguinitatis ſancitum, ad affinitatem extendat *in Ordin. Eccleſ. dict. loc.* §. Wie nun der Perſonen/ ꝛc. Si ergo † 174
committatur inceſtus inter pronepotem proneptemve, & patrui, avunculi magni, amitæ vel materteræ magnæ conjuges ſuperſtites, ac rurſus inter patruum, avunculum magnum, vel amitam, materteram magnam, & ex fratre ſororeque pronepotis proneptisve viduum viduamve: tutò rei in perpetuum mittentur exilium. † Ad 175
quem tamen rigorem haut deveniendum, ſi cum parentum, conſobrinorum aut patruelium viduo viduave, aut cum viduis conſobrinorum vel patruelium liberorum, idem crimen dicatur perpetratum, ſed videtur ſufficiens hoc caſu pœna temporalis relegationis, † quo de fidem facit *Reſponſum Scabinorum Lipſienſium ad conſulta-* 176
tionem S. K. in R. Menſ. Mart. Anno 1630. Hat N. N. ein lediger Geſelle mit ſeines Groß-Vaters Schweſter Sohns Witwe ſich fleiſchlichen vermiſchet / und dieſelbe geſchwängert / welches beyde Perſonen nicht in Abrede ſeyn mögen; So werden ſie wegen ſolcher begangenen und bekannten Unzucht und unordentlichen Vermiſchung auf 3. oder 4. Jahr lang mit Landes-Verweiſung billich in Strafe genommen / V. R. W.

XXVII. Cæterum nil quicquam veniæ impetrabunt rei, propinquitatem † ex uno 177
duntaxat latere vel fornicatione contractam prætendentes. Poſtquam enim duplicitas vinculi non niſi in computatione graduum Saxonicâ diſparitatem proximitatis inducit, quæ tamen in nuptiis contrahendis, adeoque etiam in materie inceſtûs haut attenditur, † ſolâ ratione ſanguinis 178
habitâ, *Conſtitut. Elect. 22. verb.* Einander Bluts halben verwandt / eine Blut-Schande begangen wird. *& Conſtitut. ſeqq. verb.* Die ihr mit verbotenen Grad der Bluts-Freundſchaft verwandt. Non eſt quod de mitigatione pœnarum ſolliciti ſimus, † ſed quæ 179
legibus in reos inceſtuoſos ſunt ſtatuta, ſine ullo unitatis vel duplicitatis vinculi reſpectu iis tutò indicentur: prout luculenter innuunt verba *Ord. Eccleſ. ſæpe allegat.* §. Die Perſonen / welche ſeit-

ſeithalben. *ibi:* Als da ſeyn alle die
Perſonen / ſo von einerley Eltern Va-
ters oder Mutter halben gebohren oder
180 herkommen. ꝛc. † Ac propterea etiam jus
divinum coitus ejuſmodi nefarios maximè
improbat ac deteſtatur, *Lev. 18. v. 9. Nudita-
tem ſororis tuæ, filiæ patris tui, vel filiæ matris
tuæ, quæ genita eſt domi vel foris, non revela-
bis.* & *verſ. 11. Nuditatem filiæ uxoris pa-
tris tui, quæ genita eſt patri tuo, ſoror tua
ipſa eſt, non revelabis nuditatem ejus &c.*
181 † veluti hinc perhibetur inceſtus inter
Ammon & Thamar, quæ erat ſoror ejus
agnata ex eodem patre Davide, ſed non ex
eadem matre nata, *2. Reg. 3.* Gerhard. *in lo-
co de conjug. §. 281.* Eſtque hoc ipſum in
foro Saxonico verbis ſat claris deciſum,
182 † *Ordin. provinc. de An. 1580. pag. 192. verb.*
Sondern auch welche von halber Ge-
burt verwandt ſeyn / unter welchen Per-
ſonen keine Ehe-Verbindung noch Ver-
miſchung geſchehen ſol. Quod ſi ergo
quis ad conſobrinam ſuam ex uno ſaltem
latere in gradu lineæ æqualis ſecundo ac-
ceſſerit, eamque carnaliter cognoverit, am-
bo rei in exilium mittendi ſunt perpetuum
ex regula noſtra tertia, prout reſponderunt
Scabini Lipſienſes Quæſtori in Z. Menſ. Jul.
183 *Anno 1626.* † Und es ſeyn beyder *inquiſiten*
Eltern Geſchwiſter von halber Geburt
geweſen / und ſie alſo *in ſecundo gradu li-
neæ æqualis* einander mit Bluts-Freund-
ſchaft verwandt und zugethan ; So
werden ſie beyde von wegen ſolcher ih-
rer begangenen und bekannten Verbre-
chung mit ewiger Landes-Verweiſung
in Strafe genommen / V. R. W.
Nec eo magis à pœna hac recedendum,
184 † ſi conſobrina ex fornicatione, non ma-
trimonio legitimo fuerit progenita. Cùm
enim proximitas ſanguinis ex fornicatione
etiam nuptias impediat, ut demonſtra-
vimus *Diſp. 1. th 35.* Alb. Gentil *libr. 5.
de nupt. cap. 9.* Joh. Gerhard. *cit. loc §. 282.*
185 fieri non poteſt, ut † concubitus ejuſmodi
in crimen inceſtûs haut incidat, quippe qui
eſt congreſſus ſeu copula carnalis in gradi-
bus jure prohibitis, Jodoc. Damh. *in prax.
rer. crim. cap. 94. n. 2.* Petr. Caball. *in reſol.
crim. caſ 200. n. 2.* quo poſito, non eſt quod
186 exilium perpetuum remorari queat ; † ex
quo fundamento pro inceſtu cum conſo-
brinæ filiâ ex fornicatione procreatâ com-
miſſo temporalem relegationem, ſecun-
dùm tradita *th. præced. n. 169.* indicere haut
dubitârunt prænominati *Scabini ad conſul-
tationem M. K. Menſ Mart. An. 1630.* Hat
N. N. mit ſeiner Mutter leiblichen
Schweſter Tochter-Tochter / ſo auſſer
dem Eheſtande von ihrer Mutter zur
Welt gebohren / ſich fleiſchlichen vermi-
ſchet ; So werden derowegen beyde
Perſonen / weil ſie ſolche Verbrechung
bekannt und geſtanden / auf 4. Jahr
lang des Landes billich verwieſen /
V. R. W. ad guſtum Joach. à Beuſt.
† qui in eandem tranſit ſententiam *de con-* 187
*nub. part. 2. cap. 51. verſ. in collateralibus
autem. p. 204.* Nec abnuit Proſp. Farin.
part. 5. oper. crim. qu. 149. n. 10. ſc. quia pu-
dor naturalis, & † jus ſanguinis hoc in cri- 188
mine potiſſimùm attenditur, *l. adoptivus.
14. §. 2. ff. de rit. nupt.* quod & à coitu co-
gnatæ vulgò quæſitæ abſtinere jubet, *d. l. 14.
§. 2. l. 44. §. 3. l. nihil. 54. ff. de rit. nupt. l.
liberi concubinas. 4. C. de nupt.* Idem pla-
nè judicium eſto † de affinitate, quæ neu- 189
tro in caſu ſufficientem pœnæ mitigandæ
cauſam præbet: Et non facilè quiſquam di-
xerit indulgendum reis affinibus, qui ex al-
terutro ſaltem parente originem traxerint,
poſtquam ſæpiùs demonſtratum, circa ma-
trimonium atque inceſtum jus affinitatis
† iisdem contineri juris regulis, quibus ſuf- 190
fultum eſt jus conſanguinitatis, *l. ult. ff. de
rit. nupt.* Matth. Steph. *ad art. 117. Ord. cr.
Carol. verſ. deniq; inter affines &c.* Quoad
fornicationem vero aſſertio noſtra omni-
um voto probata haut eſt. Finge: † fœmi- 191
nam ſe proſtituiſſe illi, qui antea cum matre,
filiâ, ſorore, aliâve conſanguineâ ejus, for-
nicationis fuerit inculpatus, deq; eâ confeſ-
ſus: ex qua equidem affinitatem contra-
ctam largiuntur, ſed pœnâ inceſtûs ordina-
riâ crimen hoc coërcendum negant, Hart.
Piſt. *obſerv. 192. n 117.* Hippol. de Marſil. *ſin-
gul. 254.* Nicol. Boer. *deciſ. 318. n. 5.* An-
ton. Teſſaur. *deciſ. 100. n. 7.* Ægid. Boſſ. *in
tit. de coit. damnat. & punib. n. 73.* † Peri- 192
culoſum ſanè eſt hoc effatum, ſi pœna de-
licto correſpondere debeat, prout maximè
debet, *l. 3. C. de epiſc. audient. l. ſervos. 8.
C. ad Leg. Jul. de vi publ.* Et contracta af-
finitate ex fornicatione, *ſupr. Diſp. 1. th. 21.*
quid impedimento erit, quò minus pœna
inceſtûs affinibus decernatur, † judice ipſo- 193
met Sereniſſimo Sax Electore *in Ord. Eccleſ.
Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehege-
löbniß. §. Wie nun denen Perſonen
in fin. & Conſt. 24. p. 4. verb. Deßgleichen
der / ſo zwo Schweſtern / oder Mutter
und Tochter wiſſentlichen beſchlafen ꝛc.
† quod & placet Proſp. Farin. *part. 5. oper.* 194
crim. quæſt. 149. num. 100. Andr. Rauchb.
part. 2. quæſt. 13. Matth. Berl. *part. 4. con-
cluſ 35. n 37.* Didac. Covarr. *in epit. ſpon-
ſal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 3.*

XXIIX. Duplicem nihilominus ad-
mit-

mittimus caſum, quò pœna inceſtûs haut
195 obtinet in affinitate. Etſi enim † primò
per ſola etiam ſponſalia contrahatur affinitas, *Diſp. 1. th. 22.* Balth. Mentz. *de conjug. pag. 131.* Joh. Gerhard. *de conjug. §. 362.* Joh. Harppr. & Dd. *commun. in §. ſi uxor*
196 *tua. 9. Inſt. de nupt.* † propter fidem nempe conjugalem & vim mutui conſensûs, qui nuptias facit, *l. nuptias. ff. de reg. jur.* attamen quia affinitas hæc ſaltem eſt inchoata, nondum conſummata, hautquaquam inceſtûs pœnam merebitur ſponſus ſponſave, ſi cum affinibus propinquis ſe carnaliter commiſcuerint. Rectè hinc ſponſo,
197 † qui ante benedictionem ſacerdotalem matrem ſponſæ carnaliter cognoverat, relegationem indixerunt *Jenenſes Menſ. Sept. Anno 1579.* fuſtigationis rigorem, quo animadverti ſolet aliàs in hunc inceſtum, remittentes, teſte Matth. Coler. *deciſ. 234.*
198 *n. 9. pag. 2.* † Quo etiam in caſu rei effugiunt pœnam inceſtûs ordinariam, ſi inter affines ſponſalia in gradibus prohibitis fuerint contracta, copulâ carnali nondum
199 ſubſecutâ, † quantumvis aliàs ſub colore etiam matrimonii inceſtus perpetretur, ac pœnam ordinariam mereatur, *dict. Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbniß. §. wie nun denen. *verſ.* derowegen / da ſich ſolche nahe beſchwägerte Perſo-
200 nen / ꝛc. † Nimirum ut pœna inceſtûs locum habeat, commixtio carnalis accedat neceſſe eſt, quia inceſtus propriè loquendo eſt abuſus eorum, qui ſunt conſanguinei vel affines, Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. inceſtûs. n. 7.* Coler. *dict. deciſ. 234. n. 3.* quod &
201 † verbis expreſſis monendum duxit Sereniſſimus Saxo *in jam allegato §.* Wie nun denen / *ibi:* und da ſie ſich hierüber fleiſchlichen vermiſchet. *Et in Conſtit. 24. pag. 4. ibi:* da die allerſeits ſonſten nicht ehelich ſeyn / und ſich mit einander vermiſchen. Rectè igitur ſubſtituerunt *Scabini*
202 *Lipſienſes* † in pœnâ relegationis, contractis ſponſalibus cum filia ejus, quam antea ſponſus imprægnaverat, *menſe Januar. anno 1629.* Deinde veniam quoque meren-
203 tur affines à pœna inceſtûs ordinariâ in † genere affinitatis ſecundo conſtituti, inter quos equidem conjugium permiſſum haut eſt, in tantum, ut & collaterales absque ſingulari Magiſtratûs diſpenſatione nuptias contrahere prohibeantur. *Diſp. 1. th. 42. 43. & th. 68.* attamen cùm regulâ potius honeſtatis, quam jure expreſſo divino vel naturali prohibitio hæc nitatur,
204 † nimis rigoroſum foret, uno eodemque coërcitionis modo in delinquentes animadverti, ſine diſcrimine primi & ſecundi generis affinitatis, quia, ut ſæpius monitum, nunquam non coercitio commenſuranda eſt delicto. † Noluerunt ergo *Scabini* 205
Lipſienſes fuſtigationis pœnam in affines aſcendentes inceſtuoſos conſtitutam ad genus ſecundum affinitatis extendi, relegationem ſolummodò ad triennium dictantes in caſu, quo cum vitrici vidua perpetratus fuerat inceſtus, † *ad requiſitionem* 206
Præfecti in R. Menſ. Novembr. Anno 1624. Hat *N. N.* mit ſeines Stieff-Vaters Wittben / ſo ihm *in ſecundo genere affinitatis* verwandt / zugehalten / und ſich fleiſchlichen mit ihr vermiſchet; So werden beyde Perſonen / wofern ſie deſſen geſtändig / auf drey Jahr lang des Landes billich verwieſen / V. R. W. Nulla ſiquidem hiſce certa ullibi definita eſt pœna: † ſuccedit ergo arbitraria anim- 207
adverſio, Andr. Tiraqv. *de pœnis Ll. temper. cauſ. 31. n. 34.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 1. quæſt. 86. n. 8.* Nullum verò in tertio affinitatis genere relictum nobis heic eſt negotium, † poſtquam in u- 208
traque linea, recta & collaterali genus hoc nuptiis impedimento haut eſt, *ſupr. Diſp. 1. th. 44.* ex quo nec crimen inceſtûs hanc affinitatem ingreditur, fornicationis nihilominus pœnâ reis extra conjugium ſe carnaliter commiſcentibus imminente.

XXIX. *Tertium* ſubintrat *crimen*, in quo uſus arboris noſtræ perſpiciendus. † 209
Furtum nempe domeſticum, quod veniam ita meretur, ut nec ad mortis ſupplicium, nec etiam quandoque ad pœnam corporis afflictivam deveniri queat, ob ſanguinis affectionem & proximitatem; notiſſima ſiquidem omnibus eſt † pœna ſuſpendii in 210
fures ſtatuta, *Ordin. crimin. Carolin. art. 162. Conſt. Elect. 32. part. 4. libr. 2.* Landr. *art. 13. in pr.* de cujus rigore multi conqueruntur, imprimis verò Calviniani, quos intempeſtiva ducit miſericordia, haut parum contra prædictas ſanctiones garrientes, ut videre eſt apud Joh. Piſcat. *in præfat. præmiſſ. analyſi in Exodum.* & Zepper. *in tr. de legib. Moſaic. cap. 10. pag. 79. & 80.* † quorum 211
partes etiam tuetur Keckerman. *diſp. 32. curſ. philoſoph. quæſt. 2.* & quidam ex JCtis, Nevizan. *in ſylv. nupt. lib. 1. num. 69.* Paris de Puteo *ſup. Conſt. Frider. de pace tenend.* Elias Röber. *diſp. 19. th. 5.* Ant. Matth. *in diſput. de pœna furti.* † Sed fruſtra, ſi 212
ſanas hujus ſupplicii rationes probè examinaverimus, quas cùm alii copioſâ eloquentiâ jamdudum expoſuerint, & nos ipſimet eas ſummatim retulerimus *in Pract. crim. part. 2. quæſt. 77.* ulteriori confirmatione heic ſuperſedemus, quin & inſtituto ar-

cemur,

213 cemur, dilemma duntaxat † Balthaſaris
Meiſneri multùm ponderoſum attexere lu-
bet; quod hiſce proponit verbis: *Aut neceſ-
ſaria fuit lex de furibus occidendis, aut non
neceſſaria. Si illud, quod volui, obtinui; ſi hoc,
injuſtitiæ & imprudentiæ accuſandum erit
ſummum Caput, omnesq; Imperii Status o-
mnes Theologi, omnesq; JCti, qui fures capi-
tali pœnâ coërcere voluerunt, cùm aliud mi-
tius medium ſupereſſet. Hoc autem cogitare
cùm ſit ſceleſtum, inhoneſtum, iniquum & ſi-
gnum hominis arrogantiſſimi, qui nimium ſi-
bi plus ſapere videtur, quàm omnes olim ju-
dices & viri ſapientisſimi, manebit prius di-
lemmatis membrum ſemper verisſimũ, nem-
pe legem de furibus interficiendis fuiſſe ne-
ceſſariam.* Hucusq; Meiſner. *in Philoſoph. ſo-*
214 *briâ ſect. 2. quæſt. 3. pag. 622.* Plura † qui ve-
lit, adeat Martin. Chemnit. *in 2. part. locor.
theologic. in 7. præcept. circa fin.* Phil. Me-
lanchth. *in loc. commun. theolog. cap. de ma-
giſtr. civili. pag. 632.* Joh. Gerh. *diſput. theo-
log. tom. 2. fol. 260.* Joh. Harppr. *ad §. pœna.
ſ. n. 7. & ſeqq. Inſt. de oblig. quæ ex delict.
naſc.* Georg. Rem. *in Nemeſi Karulinâ, cap.
157.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de furt.*
Matth. Steph. *in expoſit. art. 157. & ſeqq. Or-*
215 *din. crimin. Carol.* † Quum verò genus hoc
ſupplicii videatur informe & abominan-
dum, ſi credendum Leoni Pontifici *in can.
ſceleratior. 33. quæſt. 3. de pœnit. diſtinct. 3.*
veluti quoque Plinius ſuſpendium nuncu-
pat pœnam præpoſteram, propterea quòd
includatur ſpiritus, cui deberet quæri exi-
tus, *lib. 2. c. 25.* Legislatores id aliquo mo-
216 do † temperatum voluerunt, multum arbi-
trii judicibus ac Magiſtratibus attribuentes,
ſi pro varietate circumſtantiarum & quali-
tate delicti ac perſonarum à rigore iſto re-
217 cedendum exiſtimaverint, † vel fuſtigatio-
nis, vel aliâ pœnâ arbitrariâ ſubſtitutâ, pro-
ut patet ex *Ordin. crim. Carol. art. 159. & 160.*
Dan. Möller. *ad Conſtit. Elect. 32. n. 1. & 11.
part. 4.* Joh. Baptiſt. Caccialup. *inter. conſ.
crim. Ziletti conſ. 92. n. 1. & ſeqq. lib. 2.*
Didac. Covarr. *libr. 1. reſolut. cap. 2. n. 15.
verſ. quarto eodem &c.* Accidit hoc etiam
218 in † furto domeſtico, ſi liberi, parentes
conjuges, aliive conſanguinei ſibi invicem
quid ſurripuiſſe perhibeantur: etſi enim
ab iis quoque furtum committatur, non
tamen propterea mortis ſupplicium, vel
pœna ſuſpendii ordinaria locum habebit,
219 † furti judicio in actionem rerum amota-
rum converſo, *l. 1. l. 5. & ſeqq. ac tot. tit. ff.
rerum amotar. ubi* Matth. Weſenbec. *in pa-
rat. num. & ſeqq.* Jodoc. Damh. *in praxi
rerum crimin. cap. 110. n. 41. & ſeqq.* Jacob
de Belloviſo *in pract. crimin. cap. 10, num 32.*
Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. furtum. n. 21. verſ.
vel amicus &c.* Matth. Berlich. *part. 5. con-
cluſ. 44. n. 56. 61. & 62.* Joh. Harppr. *in §. 1.
& §. ſi quis in parentum. 12. Inſtit. de oblig.
quæ ex delict. naſc.* Angel. Aretin. *in tract.
maleſic. verb. etiam veſtem cœleſtem.
num. 44.*

XXX. Cauſam hujus mitigationis † 220
in affectione & propinquitate ſanguinis
conſiſtere expeditum eſt, nunquam non e-
nim conſanguinei injuriam ac damnum
furto ſibi illatum remiſiſſe cenſentur, ne ex
ſeveriori hujus delicti ſupplicio familiæ ſuæ
infamia irrogetur, vel nimiæ tenacitatis
ipſimet arguantur, ſi conſanguineorum
gratiâ pauxillum damni in facultatibus ſuis
ferre noluerint, quæ præſumtio tanti habe-
tur, † ut in dictamine pœnæ illam probè 221
attendi juſſerit Carolus V. Imper. *in Ordin.
crim. art. 160.* Cùm verò fortior ea ſit in-
ter liberos & parentes vel conjuges & ſan-
guineos propinquiores, quàm inter eos, qui
remotiori ab invicem diſtant gradu, † res 222
ita videtur temperanda, ut major ſanguinis
affectio laxiorem ſemper inducat ſupplicii
remiſſionem, nec rurſus ea in infinitum ex-
tendatur. Quod licèt arbitrio ferè judicis
cenſeatur relictum, ex præſcripto tamen Se-
reniſſimi Electoris Saxoniæ † *in Conſtitut. 6.* 223
Rubr. von dem Diebſtal der verwand-
ten Perſonen. Inter eas, quæ certis de cau-
ſis typis impreſſæ haut ſunt, ad duplicem id
revocare licet Regulam. Eſtque prima:
† *Quod furto à parentibus, liberis ac* „ 224
conjugibus commiſſo, remiſsâ pœnâ mortis „
& corporis afflictivâ, reis mulcta ſaltem „
arbitraria relegationis vel carceris ſit infli- „
genda; quo de ita habet *Sanctio Electo-* „
ralis. † Wenn Mann / Weib oder 225
Kinder einander beſtehlen / und der
Diebſtal groß iſt / ſo ſollen dieſelben mit
willkührlicher Strafe / jedoch nicht am
Leben oder Leibe / ſondern mit Verwei-
ſung / Gefängniß und dergleichen belegt
werden. Nec enim major affectio quàm
conjugum, nec major neceſſitudo, quam
inter liberos ac parentes, † ut licèt nun- 226
quam præſumatur donatio, nec unquam
tamen non videatur repetitioni rei ablatæ
furtique actioni hoc caſu renunciatum,
quo ipſo etiam pœna corporis afflictiva,
nedum mortis ſupplicium jure cenſetur re-
miſſum, Joh. Schneidvvin. *in §. hi qui in
parentum. 12. n. 2. Inſt. de obligat. quæ ex de-
lict. naſc. Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. tom.
2. part. 4. quæſt. 32. num. 4.* Dan. Moller. *ad
Conſt. Elect. 38. n. 5. part. 4.* † Et cùm pa- 227
ter atque filius una eademque reputentur
perſona, *l. ult. C. de impub. & aliis ſubſtit.*
fieri

fieri vix poteſt, ut furti actio inter ipſos ſubſiſtat, cùm nemo ſecum agere valeat, *l.*
228 *ne cum filiofamilias* 16. *ff. de furt.* ut taceamus effatum Valer. & Gallien. Impp. † congruentius eſſe, controverſias inter parentes & liberos exortas domi terminari, *l. congruentius.* 4. *C. de patr poteſt.* poſtquam enim fas eſt parentibus, diſciplinam in liberos ſtatuere domeſticam, cum ipſis litigare neceſſum haut erit, *l. ſervi.* 17. *ff. de furt.* multò minus à Prætore ſeverius ſupplicium in eos decerni.

XXXI. Altera Regula collaterales con-
229 cernens in eo conſiſtit: † *ut reis intra gradum conſanguinitatis quartum incluſivè, ob furtum commiſſum mortis ſupplicium remittatur*, ex *practicâ Conſtit. Elector. verſ.* **Alſo auch / wenn nahe Freunde innerhalb des vierdten Grads / als Bruder und Bruders Kinder / einander beſtehlen / und der Diebſtahl groß iſt / ſo werden ſie mit ordentlicher Strafe des Stranges auch billich verſchonet / und ſonſten will-**
230 **kührlich / als mit Staupenſchlägen geſtraft.** † Etſi enim non tàm magna ſit horum affectio, ut parentum, liberorum atque conjugum, ex quo etiam fuſtigationi ſubtrahere ſe nequeunt, ſubeſt tamen ho-
231 nor ſanguinis, ob quem † turpem & atrocem furti actionem dare in perſonas in cognatione ac ſanguine ſibi junctas, lex erubuit, *l. 2. ff. de act. rer. amotar. l. ult. §. fin. C. de furt.* Bonifac. *in tract. de furt.* §. 10. *n.* 179. *& ſeqq.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in ſyntagm. jur. lib.* 37. *cap.* 11. *n.* 1. at non in infinitum,
232 ſed † ad quartum duntaxat gradum incluſivè, ex mente Sereniſſimi Electoris juxta computationem civilem, ut colligere eſt *ex verbis hiſce:* **Innerhalb des vierdten Grads als Bruder und Bruders Kinder** hoc eſt, conſobrini, qui ex computatione civili quarto invicem gradu ſunt juncti *ſuprà Diſp.* 1. *theſ.* 14. Exactam hujus in dictamine ſupplicii rationem habere,
233 diſcere licet *ex* † *Reſponſo Scabinorum Lipſienſium, hiſce formalibus dato Quæſtori in Z. Menſ. Mart. Anno* 1587. **Dieweil nicht zu befinden / wie nahe** *inquiſiten N.N.* **denen ſolches geſtohlen worden / verwandt; So wil euch gebühren / daſſelbe vor der** *Execution* **zu erkundigen und do ſichs befinden würde / daß er ihme innerhalb des vierdten Grads verwandt wäre / ſo möchten die 10. A. Schock ſo er ihme entwendet / in die 5. Soliden nicht mit gerechnet werden / V. R. W.**

XXXII. Hocque juris in conſangui-
neis: At † quid de affinibus habendum? 234
num & hi prædicto favore gaudebunt? Puta ſi à genero, ſocero, vitrico aut ſororis marito furtum, valorem quinque ducatorum Ungaricorum excedens fuerit commiſſum. Non caret certè quæſtio hæc ratione dubi-
tandi, † poſtquam *Conſtitutio Electoralis* 235
allegata conſanguineorum tantummodò facit mentionem, *in verb.* **Bruder und Bruders Kinder.** Subſiſtendum ergo in iis exiſtimaverit quis, ne extendendo eam ad affines, ſine lege loqui erubeſcamus, *l. illam.* 19. *C. de collat.* Sed licèt extenſionem
improbemus, † ipſâ tamen ſanctione affi- 236
nes quoque comprehenſos inficias ire haud poſſumus, non quidem verbis, ſed ratione legis, quæ verbis prævalet, ipſamque vivificat, Aymon Cravetta *conſil.* 460. *n.* 7. *verſ.*
ideo venit lex in ſpiritu rationis &c. † Nam 237
honor proximitatis & jus neceſſitudinis exemtioni à pœnâ ordinariâ cauſam potiſſi-
mùm dedêre: † quis verò in affinibus etiam 238
hanc obtinere dubitaverit? Nimirum ea-
dem ferè eſt affectio & cognatio inter † 239
maritum & conſanguineos uxoris, nec non inter uxorem & conſanguineos mariti, qualis eſt inter ipſos conſanguineos, cùm maritus & uxor ſint una caro, *canon. porrò.* 35. *quæſt.* 5. nec ineptè hinc vitricus, noverca, ſocer & ſocrus habentur loco parentum, *l. cum pater.* 4. *ff. ad Pompej. de parricid.* §. *ſocrum.* 7. *verb. quia matris loco. Inſt. de nupt.* §. *affinitatis.* 6. *verſ. quia utraq; filii loco &c. Inſt. eod. tit.* Quam in ſententiam
nobiſcum tranſeunt † *Scabini Lipſienſes*, ut 240
fidem facit ipſorum pronunciatum *ad requiſitionem Quæſtoris G. Menſ. Auguſt. Anno* 1682. **So mag die Gefangene ſolcher ihrer Verbrechung wegen nach Gelegenheit dißfalls / weil ſie N. N. deme die Sachen d'ehlichen entwendet worden / Bruder zur ehe gehabt und alſo demſelben mit naher Schwägerſchafft verwandt / am Leben nicht geſtraft werden; ſie wird aber gleichwol mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich verwieſen / V. R. W.**

XXXIII. Diximus, furta domeſtica veniam mereri, quominus ſupplicium
mortis infligi queat reis. † An ergò in- 241
quilini, ſervi, famuli, ancillæ, pediſſequæ, & qui pro mercede diurna operas ſuas locant, de hoc laxamento gloriabuntur?
† Domeſticum hoc furtum eſſe, & merce- 242
narios domeſticorum appellatione comprehendi, nemo forſan ambigit, *l. perſpiciendum* 11. §. *furta.* 1. *ff. de pœn.* Jodoc. Dam-

houd.

houd. *in prax. rer. crimin. cap.* 110. *numer.*
41. Joh. Bajard. *ad Jul. Clar. lib. 5. ſent.* §.
furtum. num. 84. Conſequitur ergò, quòd
nec furtum ab iis perpetratum ad pænam
ordinariam reos obliget, *dict. l. perſpicien-
dum.* §. 1. *ff. de pœn. l. ſervi.* 17. *ſi libertus* 89 *ff.
de furt* Didac. Covarr. *lib.* 1. *variar reſol.*
242 3. *n.* 12. *in pr.* † Quod quidem de jure civi-
li expeditum, quo inter dominum & ſer-
vum nullum conſtare poteſt judicium *l. ult.
C. an. ſerv. pro ſuo fact. poſt manum.* §. 6.
Inſt. de inutil. ſtipulat. l. lis nulla 4. *ff. de jud.
l. interpoſitas* 13. *in fin. C. de transact.* At
243 praxis quotidiana † contrarium docet: vi-
demus enim & hiſce perſonis ſupendii ſup-
plicium hodiè dictari, ſi quidquam ultra va-
lorem quinque ducatorum Ungaricorum
244 ſurriperunt, ut † conſvetudine juri deroga-
tum tutò aſſeramus cum Jul Clar. *lib. 5. ſent.*
§. *furtum. n.* 22. *ubi* Joh. Bajard. *in addit. n.*
85. *& ſeqq* Jodoc. Damhoud. *dict. cap.* 110.
n. 41. Virgil. Pingitz. *quæſt.* 47. *num* 12.
Anton. Fab. *in Codic lib. 9 tit* 47. *defin.* 2. *n.*
1. Johan. Harpp. *in* §. *hi qui in parentum.*
12. *n.* 10. *Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc.*
Quam conſuetudinem in provinciis ſui E-
245 lectoratûs † expreſſâ ſanctione confirma-
vit Sereniſſimus Saxo *in Conſtit* 38. *part.* 4.
Nec ſanâ deſtituitur ea ratione, ſiquidem
miniſtri & domeſtici propter fidem debitam
atque promiſſam longê gravius delinquunt,
246 † ut non immeritò dicatur, eò ſeveriorem
mereri ipſos pœnam, quò majorem debeant
bonam fidem, minusque caveri illorum
fraus queat, prout de tutore pecuniam pu-
pillarum intervertente aſſerit Matth. We-
ſenbec. *ad* §. 9. *n.* 5. *Inſt. de publ. judic.*

XXXIV. Pauciſſimis tandem de cri-
247 mine *quarto*, † quod eſt Receptio facino-
roſorum, quando quis delinquentibus in
ſuo vel alieno abſcondendi cauſâ refugi-
um præſtat, *l.* 1. §. 2. *ff. de ſerv. corrupt.* Her-
man. Vult. 1. *Jurisp. Roman.* 47. quem eâ-
dem teneri pœna, quam facinoroſi ſuſti-
248 nere debuiſſent, † Vulgò autumant, *per l.* 1.
*in pr. C. de his qui latr. vel al. criminal. reos
occultaverint. & l.* 1. *ff. de receptat* Foller.
in pract. crim. verb. banniantur n. 10. Joh.
Damhoud. *in prax. crim. cap.* 134. *n.* 2. Petr.
Gregor. *lib.* 37. *Syntag. jur. cap.* 15. *n.* 1. Lu-
do v. Peguer. *deciſ. crimin.* 25. *n.* 1. Quod ſi
de iis receptatoribus quis intellexerit, † 249
qui opem ſimul præſtant, & criminum rei
perhibentur, cauſa nobis non eſt, ut oblo-
quamur. Cæteroquin ſi de nudis recepta-
toribus moveatur quæſtio, pœnâ ſaltem ar-
bitrariâ in eos animadvertendum, ſtatuet, † 250
quisquis tutò ire cupit, *per l.* 2. *C. de his qui
latr. vel al. crimin.* Matth. Weſenb. *in pa-
rat. ff. de receptat. n.* 1. Jacob. Menoch. *de
arbitr. judic. quæſt. libr.* 2. *caſ.* 348. *num.* 2. *&
ſeqq.* Petr. à Plach. *in epitom. delict. cap.* 16.
n. 5. Nec enim pœnâ coërcendi ſunt ordi-
nariâ, qui poſt delictum † jam perpetratum 251
malefactoribus ſuppetias ferunt, ut in ſpecie
de auxiliatore furis poſt crimen perpetra-
tum, tradunt Bartol. *in l. furti.* § *ope. n.* 4. *ff.
de furto. n.* 4. Jul. Clar. *libr* 5. *ſent.* § *ult. quæſt.*
90. *n.* 2. Hippol. de Marſil. *in pract. crim.* §.
conſtante. n. 54. Henr. Bocer. *in tr. de furt.
cap.* 3. *n.* 11. Matth. Stephan. *in not. ad ar-
tic.* 177. *Ordin. crim.* † quâ ratione ergo 252
ſupplicio tenerentur ordinario, qui opem
tantummodò præbent reis ad evadendum
& fugam arripiendam, Bartol. *dict. loc num.*
4. Proſp. Farinac. *in pract. crim. part.* 3. *tit.*
15. *quæſt.* 132. *n.* 4. Subſiſtimus ergò in
mulctâ arbitrariâ, † quæ tamen & ipſa con- 253
ſanguineis & affinibus eſt mitiganda absque
ullâ graduum determinatione, prout judici
æquum fuerit viſum, *l.* 2. *ff. de recept.* cùm
non modò ſuum ſed † & ſuorum ſangui- 254
nem unicuique redimere liceat, Jaſon. *in l.*
3. *ff. de juſt. & jur.* Weſenb. *in parat. ff. de
recept. n.* 2. Ex quo porrò fit, ut conſangui-
nei & affines reum latitantem † jurato in- 255
dicare haut obſtringantur, accedente impri-
mis perjurii metu, propter quem nec teſti-
monium admittitur contra liberos & con-
ſanguineos, *l. parentes. ubi* Salycet. *in pr.
verſ. nota quod cogi non debeat &c. C. de
teſtib.* Anton. Gomez. *tom.* 3. *var. reſolut.
cap.* 12. *num.* 12. Proſp. Far. *de teſtib.* 54. *num.*
170. † Quantumvis ergo hoc caſu com- 256
putatio graduum haut certum ponat deci-
ſum, efficit tamen, ut judex de ſanguine re-
motiori vel propinquiori informatus arbi-
trium ſuum moderari, mulctamque certam
tutiùs indicere queat.

FINIS

USUS PRACTICI ARBORIS CONSANGUINITATIS
ET AFFINITATIS.

INDEX COPIOSISSIMUS OMNIUM RERUM, VERBORUM AC NOTABILIUM, QUÆ HACCE IN JURISPRUDENTIA CONSISTORIALI CONTINENTUR, ITA COMPOSITUS, UT NUMERUS PRIOR LIBRUM, ALTER TITULUM, TERTIUS DEFINITIONEM, QUARTUS PARAGRAPHUM MARGINALI NUMERO DISTINCTUM DENOTET.

A.

AARON.

Aronis baculus & gladius Nimrodi unâ regitur manu, l. 1. t. 5. d. 63. num. 2.

ABESSE.

Abeſt ſæpè conjunx juſta ex cauſa, l. 3. t. 5. d. 58. n. 5. it. d. 59. n. 4.

Conjunx quando à marito diu abeſt, res ſuſpectiſſima habetur, l. 2. t. 12. d. 209. n. 1.

ABSENS.

Abſens propter ſenium quandoq; à Conſiſtorio confirmatur, l. 1. t. 6. d. 84. C. S. R. n. 10.

Abſens juſtâ ex causâ an præſentatus Paſtor confirmari queat? l. 1. t. 4. d. 49. n. 1. Supremo Conſiſtorio facultas diſpenſandi permiſſa eſt, n. 8. R. C. S. n. 12, 13.

Abſenti beneficium conferri poteſt, ib. n. 10.

ABSENTIA.

Abſentia neceſſaria & probabilis non cauſatur divortium, l. 3. t. 5. d. 58. num. 89. cum abſentia diutina uxoris plerumque conſpirat tacitum adulterium, l. 2. t. 12. d. 209. n. 5.

Ob neceſſariam conjugis abſentiam novum non licet inire conjugium, l. 2. t. 11. d. 192. n. 1. priusquam de abſentis morte uxor fuerit certiorata, n. 2. ratio, n. 3.

ABSOLVERE.

Abſolvere à peccato nemo ſe ipſum poteſt, l. 2. t. 18. d. 293. n. 16.

Abſolvit quandoque Sacerdos moriturum, loqui non valentem, l. 2. t. 18. d. 278. n. 12. 13. 14.

Abſolvere ab inſtantia aliud eſt, & aliud abſolvere ab actione, l. 3. t. 3. d. 36. n. 8. in quonam differentia hæc conſiſtat? n. 10. 11.

ABSTINERE.

Abſtinere ad tempus conjuges ab invicem poſſunt. l. 3. t. 5. d. 58. n. 10.

ABSTINENTIA.

Abſtinentia non operatur quicquam in iis, quæ non deferuntur jure hereditario, l. 1. t. 12. d. 225. n. 4.

ABSURDUM.

Abſurda non ſunt afferenda, l. 2. t. 3. d. 58. n. 15.

ABUSUS.

Propter abuſum everti haut debet fundamentum, l. 2. t. 25. d. 396. n. 16.

ACADEMIA.

Academiæ pro Schrifftſaſſiis habentur, l. 3. t. 1. d. 12. num. 1.

Academiæ accenſentur Prælaturis, l. 3. t. 1. d. 12. n. 9.

Academiæ in Conſiſtorio ſupremo vel Senatu Eccleſiaſtico convenienda, l. 3. t. 1. d. 12. num. 5.

Academiæ Electorales Saxonicæ num forum ſortiantur in Curiis Provincialibus? l. 3. t. 1. d. 12. num. 2. negatur, num. 4. 5. quibus ex cauſis? n. 6. 10. limitanda eſt prædicta aſſertio, ſi aliud conſvetudine receptum, n. 12. Literæ Conſiliariorum Electoralium, n. 14.

Academiæ num ſint Collegia profana vel Eccleſiaſtica? l. 1. t. 1. d. 8. num. 1. diverſæ de hoc ſunt opiniones, n. 2. 3.

Academiarum adminiſtratio & cura refertur inter jura Epiſcopalia, l. 1. t. 1. d. 8. n. 5. quibus ex fundamentis? n. 6. in Electoratu Sax. hac de re minus dubium, n. 7. R. E. n. 11. C. C. S. n. 12.

Academiæ vocula generaliter quandoque accipitur, l. 2. t. 25. d. 397. n. 1. ſpecialiter accepta, quid denotet? n. 2. vocatur quandoque univerſitas, n. 3. ratio hujus nominis quænam vera? n. 5.

Academias erigendi jus ad majora pertinet Regalia, l. 1. t. 1. d. 8. n. 4.

Academias privilegiandi jus refertur inter Regalia, l. 2. t. 25. d. 396. n. 1. competit ergo Imperatori n. 2. hoc Jus Imperatoribus jamdudum competiit, n. 4.

In Academiis ab Imperatore ſolo approbatis Promoti in Camera etiam admittuntur, l. 2. t. 25. d. 396. n. 3.

Academia Bononienſis ab Imperatore privilegiata, l. 2. t. 25. d. 396. n. 5. nec non Patavina, Pariſienſis & Pragenſis, n. 6.

Academiæ à ſolo Pontifice confirmatæ plena gaudent

dent autoritate, l. 2. t. 25. d. 396. num. 7.

Academiæ eriguntur commodè in Emporiis, l. 2. t. 25. d. 396. n. 10. hujus rei incommoda quænam? n. 11. majora verò indè proveniunt commoda, n. 12. movetur objectio, quæ etiam rurſus refellitur, n. 15. R. E. n. 17. Literæ C. S. n. 18.

Academia Lipſienſis à Pontifice privilegiata, l. 2. t. 25. d. 396. n. 8. primum tenet locum inter Academias Statuum Evangelicorum, n. 9.

In Academia Lipſienſi jus denominandi novum Profeſſorem ſtat penes unamquamq; Facultatem, l. 2. t. 25. d. 400. n. 9. à quo more non recedendum, n. 10. denominatio tamen reliquarum Facultatum Profeſſoribus ſignificari ſolet, n. 11. R. E. n. 13.

ACADEMICUS.

Academicorum hominum forum privilegiatum, l. 3. t. 1. d. 12. n. 11.

ACCESSORIUM.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui Principalis, l. 2. t. 3. d. 59. n. 7.

ACCIDENTALIA.

Accidentalia unicuique parti ſibi oblata debentur, l. 1. t. 12. d. 191. n. 5.

Accidentalia ſingulis quandoque diebus præſtantur, l. 1. t. 12. d. 191. n. 7.

Accidentalia Paſtoribus non ſunt invidenda, l. 1. t. 7. d. 110. n. 2. D. C. S. n. 7.

Accidentalia Eccleſiæ Miniſtrorum quænam? l. 1. t. 7. d. 111. n. 1.

Inter Accidentalia refertur honorarium proclamationis, qualenam hoc & quantum? n. 4. cur tam modicum hoc? n. 5. D. C. S. n. 9.

Inter Accidentalia & fructus quæ ratio diverſitatis? l. 1. d. 12. d. 191. n. 6.

Accidentalia & donaria omnibus Eccleſiæ Miniſtris ſunt communia, l. 1. t. 7. d. 122. n. 1. num etiam iis, qui aliunde habent, unde vivant? n. 2. non omnes hoc concedunt, n. 3. vera tamen eſt deciſio affirmativa, num. 4. quibus ex cauſis? n. 5. 7. 11. exempla adducuntur ex ſacris, n. 6. & clara eſt hac de re ordinatio Eccleſ. El. Sax. n. 6. pietas liberalitatem hanc erga Miniſterium requirit, n. 9. præceptum accedit divinum, n. 10. R. C. S. num. 12. 13.

Accidentalium diviſio inter defuncti Paſtoris viduam liberosve & novum Parochum quomodo facienda? l. 1. t. 12. d. 191. n. 1. 2. 3. deciſio, n. 4. 9. R. C. S. n. 10. 11. 12.

ACTA.

Coram Actis præſumitur multitudo hominum adeſſe, l. 2. t. 3. d. 35. n. 15.

ACTIO.

Ab actione inſtitutâ poteſt actor diſcedere, l. 3. t. 3. d. 35. n. 1. etiam poſt ſententiam latam ante publicationem, n. 2. vel priusquam tranſierit in rem judicatam, num. 3.

ACTOR.

Actor ſi ab actione deſiſtit, reus damnum ſentit, l. 3. t. 3. d. 37. n. 1.

Actores conſtituendi ſunt, ſi ipſimet tutores vel curatores in judicio adeſſe nequeant, l. 3. t. 2. d. 18. n. 3.

ACTUARIUS.

Actuarii munus miniſtratorium ſaltem eſt in judicio, l. 1. t. 6. d. 88. n. 10.

Actuarii vices unà gerere poteſt Ædituus in judicio pagano, l. 1. t. 6. d. 88. n. 6. movetur contra hoc aſſertum objectio, n. 7. rurſus ea refellitur, n. 8. D. C. S. n. 11.

ACTUS.

Actus ſubſtantiam omnis diſpoſitio præſupponit, l. 3. t. 3. d. 40. n. 5.

Actus fruſtranei ſunt evitandi, l. 3. t. 3. d. 92. n. 6.

Actus fruſtratorios jura deteſtantur, l. 3. t. 5. d. 69. num. 5.

Actum fruſtratorium expedire nemo velle præſumitur, l. 3. t. 5. d. 69. n. 6.

Actus ita eſt explicandus, ne ex eo reſultet delictum, l. 3. t. 4. d. 47. n. 9.

Actus hominum non ex eventu, ſed conſilio metiendi, l. 3. t. 10. d. 123. n. 8.

Actum qui non poteſt de novo ſolus facere, nec illum revocare valet, l. 2. t. 3. d. 59. n. 13.

Actum nullum facit, qui facit contra legem prohibentem, l. 2. t. 3. d. 60. n. 5.

In actibus omnibus ſpectatur voluntas, non exitus, l. 2. t. 24. d. 377. n. 8.

In actibus correſpectivis uno corruente alter ſubſiſtere poteſt, l. 2. t. 2. d. 24. n. 7. veluti accidit in teſtamento conjugum reciproco, n. 8.

ADIAPHORA.

Adiaphora quænam vulgo dicantur? l. 2. t. 15. d. 245. num. 4.

Adiaphororum qualitates plerique parochiani non intelligunt, l. 2. t. 15. d. 245. n. 12.

In adiaphororum exercitio canon eſt caritas, l. 2. t. 15. d. 246. n. 3.

ADMONITIO.

Admonitio publica eſt inſtar deprecationis Eccleſiaſticæ, l. 3. t. 9. d. 104. n. 12.

Admonitionum gradus quinam dicantur? l. 3. t. 10. d. 121. n. 1. ratio & cauſa admonitionis præmittendæ, n. 2. quæ adducitur in ordinatione Eccleſ. El. n. 3.

Admonitionum gradus remotionem præcedere debent, l. 3. t. 10. d. 121. n. 4.

ADVEHERE.

Advehendus eſt Parochus cum familia & ſupellectile, l. 1. t. 4. d. 58. n. 1. idq; ſumtibus parochianorum, n. 2. probatur hoc ex Ord. Eccl. El. Sax. n. 3. R. E. n. 9. C. S. R. n. 10. 11. 12. 13.

Advehendi ſumtibus parochianorum Cuſtodes, Organici & Ludimoderatores cum familia ſua, l. 1. t. 6. d. 86. n. 1. probatur hoc ipſum ex Ord. Eccl. El. Sax. n. 2. ſumtus ex fiſco deſumendi vel à parochianis contribuendi, n. 3. ratio hujus deciſ. n. 5. C. S. R. n. 8. 9.

ADVOCARE.

Advocando Cuſtos ſcandalum præbet, l. 1. t. 6. d. 89. n. 6.

ab

ab advocando in foro abſtinere debent Ludimoderatores, Cuſtodes, ibid. n. 1. probatur hoc ex Ord. Eccl. El. Sax. n. 2. R. C. S. n. 10. 11.

ADVOCATIO.

Advocationis munere abutuntur, qui jura non didicerunt, l. 1. t. 6. d. 89. n. 8.

ADVOCATUS.

Advocati & Procuratores in Conſiſtoriis quales eſſe debeant? l. 3. t. 2. d. 17. n. 2. vitia horum deteſtanda, ibid. n. 3.

Advocati boni intentio & propoſitum quodnam? l. 2. t. 17. d. 265. n. 4.

Advocati mali ad infernum relegandi, ibid. num. 5. verba Prætorio Mediolanenſi inſcripta referuntur, ibid. num. 6.

Advocati meliorem ducunt vitam quàm religioſi, l. 1. t. 6. d. 89. n. 5.

Advocatorum officium eſt nobile & honeſtum, l. 1. t. 6. d. 89. n. 4. it. l. 2. t. 17. d. 265. n. 1. ſed plerique eo abutuntur, n. 2. quo ſua farciant marſupia, & litigaturientes denudent, ibid. n. 3.

Advocatorum turba ubi ſtrepit, ibi nulla domus à litigio vacabit, l. 1. t. 6. d. 89. n. 9.

Advocatorum & Procuratorum vitiis totus JCtorum ordo commaculatur, l. 3. t. 2. d. 17. n. 4.

ADULTER.

Adulter num in uxorem ducere poſſit eam, quam conſtante matrimonio per adulterium polluit, l. 2. t. 1. d. 14. fruſtra non movetur hæc quæſtio, n. 1. ſed quandoque locum invenit, n. 2. 3. decidenda eſt affirmativè, n. 4. in quam ſententiam reſponderunt Scabini Lipſienſes, n. 5. ut & Facultas Juridica in Academia Giſſena, n. 6. nec non in Academia Tubingenſi, n. 7. pariter reſpondit Conſiſtorium Miſnenſe & Wittebergenſe, n. 8. ut & Conſiſtorium Lipſienſe, n. 9 rationes decidendi, n. 10. 18. LL. Civiles licet hoc matrimonium damnant, permittit tamen id Jus Canonicum, n. 11. Theologis quoque hæc opinio arridet, n. 13. à qua etiam B. Lutherus non eſt alienus, n. 14. 15. nec adverſatur juri divino, n. 16. examinatur factum Davidis ducentis Bathſeba, viduam Uriæ, n. 17. S. C. D. n. 19. movetur objectio contra matrimonium adulteri cum adultera contrahendum, l. 2. t. 1. d. 15. n. 1. refellitur rurſus ea, n. 2. non indifferenter ſed certis conditionibus matrimonium hoc permittendum, n. 3. ſi nempe non præceſſerunt inſidiæ contra vitam prioris conjugis, n. 4. nec conjuge vivente fides de matrimonio ſit data, n. 5. abſque ſolennibus nuptiæ hæ peragendæ, n. 6. S. C. Miſnenſis, n. 7. S. C. Lipſienſis, n. 8. 9. S. C. S. n. 10. R. C. S. n. 11.

ADULTERA.

Adultera uxor dotem perdit, l. 2. t. 11. d. 199. n. 1. etiam de jure Sax. n. 2. quin & bona reliqua paraphernalia marito illata, n. 3.

Adulteræ ſeu parti nocenti etiam certis conditionibus novæ concedi poſſunt nuptiæ, l. 2. t. 11. d. 191. quibus ex rationibus? n. 4. & ſeqq. R E. n. 12.

ADULTERIUM.

Adulterium conjugii fundamentum tollit, l. 3. t. 5. d. 69. n. 11.

Adulterium eſt cauſa repudii, l. 2. t. 10. d. 186. n. 6. 7.

Adulterium & fornicatio ſunt de genere delictorum occultorum, l. 2. t. 12 d. 209. n. 7.

Adulterium fortiorem dat cauſam divortio, quàm deſertio, l. 3. t. 5. d. 69. n. 10.

Adulterium committit ſponſa, alteri copiam ſui faciens, l. 2. t. 10. d. 184. n. 4. 5.

Adulterium conjugis, cui media ad extinguendam libidinem ſunt ademta, mitius puniendum, l. 2 t. 11. d. 200. n. 11. 12.

propter adulterium uxoris rumpitur matrimonium, l. 2. t. 10 d. 184. n. 2.

ob adulterium ſponſæ ſponſalia rumpuntur, ibid. n. 3.

in adulterii cauſa divortio facto novas nuptias inire non valet adulter, l. 3. t. 5. d. 71. n. 9. 10.

in puncto adulterii reconciliatio & interceſſio conjugis operatur remiſſionem pœnæ ordinariæ, l. 2. t. 12. d. 211. n. 7. D. C. S. n. 10.

ex adulterii cauſa per ſententiam demum diſſolvitur conjugium, l. 3. t. 5. d. 69. n. 8.

de adulterii crimine dupliciter agere licet, criminaliter & civiliter, l. 2. t. 11. d. 189. n. 14.

ex adulterii cauſa conjugio diſſoluto innocenti nuptias cum alia perſona contrahere licet, l. 2 t. 11. d. 190. fruſtra annon diſputetur de hac quæſtione? n. 1. 2. 3. nequaquam effectu deſtituitur quæſtio hæc, n. 4. quando ſcilicet negligens eſt Magiſtratus in puniendo adulterio, n. 5. aut ſi juſta ex cauſa mortis pœna adultero remittatur, n. 6. num ergo innocenti liceat ad aliud convolare matrimonium? n. 7. deciſio affirmativa, n. 8. quæ & placuit B. Luthero, n. 9. non modo ea eſt fundata in jure civili, n. 10. ſed etiam in ſacris, n 11. fundamenta ex jure divino quænam? n. 12. 13. 14. præmittenda eſt reconciliatio, priusquam detur facultas cum alia perſona inire matrimonium, n. 15. 16. etiam ex mente B. Lutheri, n. 17. D. C. S. n. 18. 19. 20. 21.

ex adulterii cauſa diſſoluto matrimonio nocenti non permittendum ad novum convolare conjugium, l. 2. t. 11. d. 194. n. 1. quâ ex ratione? n 2. Idem habendum de muliere ante nuptias ſtuprata, n. 3. ex ſingulari tamen permiſſu adultera novum inire poteſt conjugium, n. 5. quod & in caſu præſenti obtinet, n. 6. 7. ne anſa detur vagis libidinibus, n. 8.

ÆDES PAROCHIALES.

Cura Ædium Parochialium Epiſcopo & Conſiſtoriis incumbit, l. 2. t. 22. d. 335. n. 1. ſine quorum conſenſu & autoritate nequeunt ædificari, n. 2. Fundamenta hujus aſſertionis, num. 3. Ædium Parochialium & Eccleſiæ eadem fere ratio, n. 4. adducuntur verba Decreti Synodalis, n. 5. domus Parochialis acceſſoriè venit ad ipſam Eccleſiam, n. 7. quia neceſſitatibus Eccleſiæ deſervit, n. 8. eodem jure gaudent ædes Parochiales cum Eccleſia, n. 9. R. C. n. 10. C. S. R. n. 11.

Super Ædium Parochialium ædificatione cognitio

mixti eſt fori, l. 2. t. 22. d. 336. n. 71. nec parochiani ab hac cognitione ſunt excludendi, n. 8. 14. quorum intereſſe maximopere attendendum? n. 9.

Ædes parochiales propriis ſumtibus Miniſtri Eccleſiæ conſervant in bono ſtatu, l. 2. t. 22. d. 352. n. 2. rationes hujus aſſertionis, n. 3. adducitur Decretum Synodale ad hanc rem, n. 4. & textus juris Pontificii, n. 13. R. C. S. n. 14. 15.

Ædium parochialium uſum duntaxat habent Miniſtri Eccleſiæ, l. 2. t. 22. d. 352. n. 11. non uſumfructum, ibid. d. 354. n. 7.

Ædes parochiales locare aliis haut fas eſt Miniſtris Eccleſiæ, l. 2. t. 22. d. 353. n. 4. & qua ex cauſa? n. 5. uſus fructus ædium parochialium non competit Miniſtris Eccleſiæ, n. 6. ſed ſolummodo harum uſus, n. 7. limitatur prædicta aſſertio in ædibus parochialibus Eccleſiæ Filialis, n. 11. & quæ hujus limitationis ratio? n. 12. conſenſu Conſiſtorii ædes parochiales aliis poſſunt locari, n. 13. 14. ex poteſtate Epiſcopali ab ordinatione Eccleſiaſtica recedi poteſt, n. 15. S. C. S. n. 16.

In ædibus parochialibus num proprio auſu Miniſtri Eccleſiæ nuptias celebrare poſſint? l. 2. t. 22. d. 354. n. 1. deciſio negativa, n. 5. fundamenta & rationes decidendi, n. 6. ſeqq. conſenſu Conſiſtorii tutò celebrantur nuptiæ in ædibus parochialibus, n. 12. R. C. S. n. 13 14.

in ædes parochiales inquilinos recipere Miniſtris Eccleſiæ haut fas eſt, n. 8.

ad ædium parochialium ædificationem Patronus ſuppeditat in ſubſidium expenſas, l. 2. t. 22. d. 336 n. 10. nec non parochiani hoc onere gravantur, n. 11. probatur hoc ex Ord. Eccl. El. Sax. & Decreto Synodali, n. 12. 13. R. E. n. 15.

Merentur Paſtores, ut iis proſpiciatur de idonea habitatione, l. 2. t. 22. d. 337. n. 1. quia bona adminiſtrant ſpiritualia, n. 2.

de ædibus quoque æditui proſpiciendum, l. 2. t. 22. d. 337. n. 3. quibus ex rationibus? n. 4. domus Cuſtodis venit acceſſoriè ad ipſam Eccleſiam, n. 5. adducitur Ord. Eccl. n. 6. 7. R. C. S. n. 13.

ad ædium parochialium refectionem quiſnam ſumtus ſuppeditet? l. 2. t. 22. d. 338. n. 1. conſvetudo hac in re primò attendi debet, n. 2. allegatur ad hoc Decretum Synodale, de Anno 1624. n. 3. & ſeqq.

Contribuendum etiam à Filialiſtis ad reparationem domuum parochialium, l. 2. t. 22. d. 345. n. 11. niſi peculiares habeant domus parochiales, n. 12. Literæ Electorales, n. 13. R. C. S. n. 14.

ÆDITUUS.

Æditui voculâ Miniſtrorum Eccleſiæ quatenus comprehendantur? l. 1. t. 12. d. 226. n. 3.

Æditui inter Miniſtros Eccleſiæ referuntur, l. 1. t. 7. d. 116. n. 7. 8.

ÆGYPTII.

Ægyptii Sacerdotibus ſuis reditus conſtituerunt, l. 1. t. 7. d. 97. n. 6.

ÆQUALITAS.

Æqualitas ſemper præpollet, l. 1. t. 12. d. 196. num. 9.

ÆRARIUM.

Ærarii publici ratio habenda, l. 1. t. 9. d. 149. n. 9.

Ærarii jactura præcavenda, l. 1. t. 9. d. 148. n. 5.

in ærarii præjudicium privilegii extenſio haut admittenda, l. 1. t. 9. d. 148. n. 8.

ÆS.

Æs alienum num de reſiduo ſalarii defuncti Paſtoris exſolvendum? l. 1. t. 11. d. 181. n. 4. it. l. 1. t. 11. d. 179. n. 2. affirmativè deciditur, n. 4. rationes decidendi, n. 5. & 11. S. C. S. n. 12. 13.

Æs alienum ab herede ſolvendum, l. 1. t. 11. d. 179. num. 6.

Æri alieno reditus ex dimidio gratiæ anno haut ſubjecti, l. 1. t. 11. d. 179. n 3.

Ære alieno obruti Miniſtri Eccleſiæ ſæpè decedunt, l. 1. t. 11. d. 179. n. 1.

In ære qui non habet, luat in corpore, l. 2. t. 7. d. 129. n. 4. & 9. limitatio & exceptio hujus Regulæ, n 5.

AFFINIS.

Affines dicuntur quaſi conſangvinei, l. 2. t. 6. d. 88. num. 14.

Affines utriusq; conjugis conſangvinei invicem haut ſunt, l. 2. t. 6. d. 104. n. 4.

Affines quinam propriè dicantur? l. 2. t. 6. d. 105. n. 3. it. d. 106. n. 4.

AFFINITAS.

Affinitatis vocula quandoque late & impropriè accipitur, l. 2. t. 6. d. 104. n. 1.

Affinitas perfecta non oritur ex nuda deſponſatione, l. 2. t. 6. d. 107. n. 1. ſed tantummodo ex congreſſu maritali, n. 2.

Affinitas inchoata ex ſponſalibus oritur, l. 2. t. 6. d. 107. n. 7.

Affinitas non propagatione contrahitur, l. 2. t. 6. d. 101. n. 1.

Affinitas non mutat gradum, l. 2. t. 6. d. 101. n. 8. licet plures intervenerint nuptiæ, n. 9.

Affinitas ex fornicatione num impedimento ſit nuptiis? l. 2. t. 6. d. 97. n. 1. deciſio affirmativa, num. 5. 7. fundamentum hujus deciſionis, n. 6. hac in affinitate inceſtus committi poteſt punibilis, l. 2. t. 6. d. 97. n. 10. licet alii aliter ſentiant, n. 11. quorum ſententia rejicitur, n. 12. S. C. S. n. 12. 13. 14. quid ſi affinitas ex uno ſaltem latere contracta? l. 2. t. 6. d. 98. n. 1. quod ſchemate demonſtratur, n. 2. & tum nuptiæ prohibitæ ſunt, n. 3. ratio & fundamentum hujus aſſertionis, n. 4. 5. S. C. S. n. 7. 8.

Affinitas oritur ex coitu illicito, l. 2. t. 6. d. 97. n. 9.

Affinitas & conſangvinitas continentur iisdem regulis, l. 2. t. 6. d. 98. n. 6.

Affinitatis triplex genus, l. 2. t. 6. d. 101. n. 2. quodnam illud? n. 3. 4. 5. 6. gradus iidem in triplici affinitatis genere, n. 7.

In omni affinitatis genere olim Jus Canonicum nuptias prohibebat, l. 2. t. 6. d. 101. num. 10. hodie ſecun-

ſecundum & tertium genus ſublatum, n. 11. 12.

moribus noſtris in ſecundo etiam affinitatis genere in lineâ rectâ nuptiæ ſunt prohibitæ, l. 2. t. 6. d. 101. n. 13. quænam Cypræi ſententia hâc de re? n. 14.

quale diſcrimen faciat affinitas ſecundi generis in hiſce perſonis, l. 2. t. 6. d. 102. n. 8. 9.

in tertio genere affinitatis nulla hodie prohibitio eſt impedimento nuptiis, l. 2. t. 6. d. 103.

in affinitate non reperiuntur gradus peculiares, l. 2. t. 6. d. 88. n. 8.

in affinitate & conſangvinitate eadem computatio graduum, l. 2. t. 6. d. 88. n. 10. quod exemplis demonſtratur, n. 11.

in affinitate pariter & conſangvinitate eadem eſt prohibitio graduum, l. 2. t. 6. d. 94. n. 5. & d. 95. n. 4. it. l. 2. t. 6. d. 88. n. 13. 15. Sanctio Electoralis de gradibus prohibitis in affinitate, n. 16. 17. S. C. S. n. 18.

qui gradus in conſangvinitate, illi etiam in affinitate ſunt prohibiti, l. 2. t. 6. d. 89. n. 1. quâ ex Regula ſingulæ quæque controverſiæ de affinium matrimonio ſunt decidendæ, n. 2. prohibitio hæc ad omnes gradus lineæ rectæ extendi debet, l. 2. t. 6. d. 90. n. 1. ut nullum inter affines aſcendentes & deſcendentes ſubſiſtat connubium, n. 2. eadem ratio aſcendentium & deſcendentium in conſangvinitate & affinitate, n. 4. 6. Regula ponitur generalis hâc de re, n. 5. S. C. S. n. 9.

Regula prohibitiva graduum conſangvinitatis & affinitatis locum etiam habet in linea collaterali, l. 2. t. 6. d. 91. n. 1. in ſecundo gradu lineæ æqualis in affinitate vidua viduusve conſobrinorum ſunt conſtituti, l. 2. t. 6. d. 93. n. 2.

in primo gradu affinitatis lineæ æqualis prohibitæ ſunt nuptiæ, l. 2. t. 6. d. 91.

in gradu ſecundo affinitatis lineæ inæqualis nuptiæ haut contrahi poſſunt, l. 2. t. 6. d. 92.

in ſecundo gradu affinitatis lineæ æqualis non licitæ contrahuntur nuptiæ in provinciis Electoratus Sax. l. 2. t. 6. d. 93. ſubſiſtunt tamen nuptiæ in ſecundo affinitatis gradu lineæ æqualis extra Sax. Electoratum, l. 2. t. 6. d. 94.

Prohibitum porrò eſt in Electoratu Sax. connubium in gradu affinitatis tertio lineæ inæqualis, l. 2. t. 6. d. 95. & d. 96. n. 1.

in tertio affinitatis gradu lineæ inæqualis quænam perſonæ ſint conſtitutæ, l. 2. t. 6. d. 96. n. 2.

quibus in gradibus affinitatis licitè contrahuntur nuptiæ, l. 2. t. 6. d. 97. n. 1.

in affinitate & conſangvinitate eadem eſt ratio prohibitionis, l. 2. t. 6. d. 97. n. 3.

AFFLICTUS.

Afflicto non eſt addenda ulterior afflictio, l. 2. t. 4. d. 63. n. 8. l. 1. t. 12. d. 193. n. 11. l. 2. t. 9. d. 164. n. 10. l. 3. t. 7. d. 99. n. 7. it. l. 3. t. 10. d. 123. n. 12.

AGNUS.

Ab Agni Paſchalis eſu immundi arcebantur, l. 2. t. 18. d. 280. n. 8.

AGRI PAROCHIALES.

ad agrorum parochialium culturam à parochianis licitè exiguntur operæ, l. 2. t. 22. d. 355. n. 6. quibus ex fundamentis? n. 7. clarâ ſanctione id proviſum in provinciis Electoratus Sax. n. 9. adducitur hac de re Ordinatio Eccleſiaſtica, n. 10. 11. & Decretum Synodale, n. 12. R. C. S. n. 14. 15. 16. 17.

ad agrorum parochialium culturam omnes indifferenter operæ ſunt præſtandæ, l. 2. t. 22. d. 356. n. 5. à quibus non excluduntur vecturæ fimi & frumenti, num. 6. fundamenta & rationes hujus deciſi, num. 7. adducitur hanc ad rem Ordinatio Eccleſiaſtica. n. 9. 13. nec non Decretum Synodale, n. 10. identitas rationis in omnibus obtinet operis ac ſervitiis, n. 12. 15. R. C. S. n. 16. 17. 18.

ad agrorum parochialium culturam indeterminatæ præſtantur operæ, l. 2. t. 22. d. 357. n. 1. reducendæ tamen ſunt ad arbitrium boni viri, n. 2. operæ iſtæ gratis præſtantur abſque recompenſatione, n. 5. præterquam quod panis & caſeus quandoque operariis præbeatur, n. 6. Dotales Eccleſiæ gratis inſerviunt agriculturæ, n. 7. 11. Quænam dicantur dotales? n. 8. adducitur ad hanc rem Sanctio Electoralis, n. 9. 10. à reliquis parœcianis haut dotalibus non tam ſervitia, quàm operæ præſtantur, n. 12. in quarum recompenſationem ſolvenda ipſis certa merces, n. 13. qualis merces hæc eſſe debeat? n. 16. juſta & æqua ſit neceſſe eſt, n. 17. deciſio quanti arbitrio Superintendentis & Collatoris, vel etiam ipſius Conſiſtorii committitur, num. 18. qualis virtus precariò ſervientibus præberi debeat, n. 19. 20. R. El. n. 21. C. S. R. n. 22. 23. 24. & 25.

ad agrorum parochialium culturam operæ parochianorum primùm locandæ, l. 2. t. 22. d. 358. n. 6. fundamenta hujus aſſertionis, n. 7. 8. 14. 15. lege expreſsâ hoc ita ſancitum, n. 9. reverentia erga miniſterium efflagitat hanc prærogativam, n. 10. nec non dignitas miniſterii, n. 11. R. C. S. n. 16. 17.

AGRICULTURA.

Agricultura varias requirit operas, l. 2. t. 22. d. 356. num. 8.

in agriculturâ magna ſalarii pars miniſtrorum Eccleſiæ conſiſtit, l. 2. t. 22. d. 355. n. 13.

ALERE.

Alere libros incumbit parentibus, l. 2. t. 25. d. 409. n. 2.

Alere infantem haut denetur maritus, ſtupratam in matrimonio retinens, l. 2. t. 11. d. 196. n. 1.

Alendi ſunt etiam liberi à patre ex damnato coitu nati, l. 2. t. 14. d. 242. n. 5.

ALIMENTA.

Alimenta non poſſunt ſequeſtrari, l. 1. t. 12. d. 224. n. 6.

Alimenta futura ad heredes non transmittuntur, l. 1. t. 12. d. 216. n. 19.

Alimenta quâ ex cauſâ ſtuprator det infanti? l. 3. t. 6. d. 81. n. 5. quamdiu hoc facere obſtrictus, n. 6. à quo tempore hoc onus incipiat? n. 7. 9.

Alimenta jure non petit pro infante mater, quæ cum pluribus concubuit, l. 3. t. 6. d. 81. n. 10. allegatur Sententia Scabinorum Lipſienſium, n. 11. ipſamet ſtuprata tunc infantem alere tenetur, n. 12. D. C. S. n. 13. ejusd. Sententia, n. 14.

Alimenta præſtare uxori tenetur maritus ſeparatione quoad thorum & menſam facta, l. 2. t. 12. d. 213. n. 3. reſtringitur, n. 7. & ſeqq.

à præſtatione alimentorum liberatur maritus poſt ſeparationem, quando bona illata reſtituit uxori, l. 2. t. 12. d. 214. n. 7. quibus ex cauſis & rationibus? n. 8. D. C. S. n. 14. 15. 16.

Alimenta ſuccedunt in locum dotis uxoris, l. 2. t. 12. d. 214. n. 11.

Alimenta quæ Parochis emeritis ſunt præſtanda, unde deſumenda? l. 1. t. 10. d. 153. n. 6. & ſeqq.

de alimenta Parocho & Subſtituto pariter proſpiciendum, l. 1. t. 10. d. 153. n. 8.

ALIMENTARE.

Alimentare uxorem etiam indotatam maritus tenetur, l. 2. t. 12. d. 214. n. 13.

ut pater liberos alimentare tenetur, ita etiam avus, licet ſit naturalis, l. 2. t. 14. d. 243. n. 10.

Alimentandi onus duplici nititur jure: ſanguinis & ſucceſſionis. l. 2. t. 14. d. 243. n. 3.

Alimentandi Eccleſiæ miniſtros cura Magiſtratui incumbit, l. 1. t. 10. d. 154. n. 8.

à quo alimentandus infans expoſitus, de cujus patre & matre non conſtat? l. 2. t. 14. d. 244. n. 4. & ſeqq.

ALIMENTATIO.

Alimentationis onus ſtupratori incumbit, l. 2. t. 11. d. 196. n. 3. 5. quia id pœna ſtupri ſecum trahit, n. 4. quid ſi ſtuprator ſit defunctus, vel in fuga? n. 6. alimentandus tum eſt infans à matre vel avia, n. 7. & in ſubſidium à Magiſtratu, qui merum habet imperium. n. 8. D. C. S. n. 9. 10. 12. ejuſd. R. n. 11.

Alimentationi infantis non prejudicat tranſactio ſtupratoris ſuper defloratione, l. 2. t. 14. d. 204. n. 6. & ſeqq.

Vide plura infr. in vocabulo Stuprator: & Spurius.

ad alimentationem infantis mater regulariter intra triennium eſt obſtricta, l. 2. t. 14 d. 243. n. 1. ſed etiam triennio exacto, n. 2.

de alimentatione Paſtoribus & Diaconis emeritis proſpiciendum, l. 1. t. 10. d. 154. n. 1. nec non Ædituis & Cuſtodibus emeritis. n. 2. quibus ex rationibus & fundamentis? n. 3. 5. 7. R. C. S. n. 9. 11.

ALIENATIO.

Alienatio libera cuiq; debet relinqui rerum ſuarum, l. 2. t. 23. d. 365. n. 1.

Alienatio rerum Eccleſiæ quando permittenda? l. 2. t. 21. d. 331. n. 6. 7.

Alienationis voculâ quisnam veniat actus? l. 2. t. 19. d. 304. n. 2.

Alienationis vocula omnes alienandi modos comprehendit, l. 2. t. 23. d. 363. n. 2. etiam illam, quæ fit per teſtamentariam diſpoſitionem, n. 3.

Alienationis latâ acceptione comprehenditur etiam locatio, l. 2. t. 19. d. 304. n. 7.

ALIUS.

An quis ipſemet vel per alium quid faciat, parum refert, l. 3. t. 3. d. 31. n. 3.

ALTERNATIVUS.

in alternativis electio eſt debitoris, l. 1. t. 7. d. 121. n. 6.

AMTSASSIUS.

Amtſasſius in oppido Senatus vix propriè dicitur Magiſtratus, l. 1. t. 3. d. 29. n. 11.

Amtſasſii forum ſortiuntur in Præfecturis Electoralibus, l. 2. t. 25. d. 402. n. 8.

ANATOMIA.

Anatomia in corporibus animalium commodè poteſt exerceri, l. 2. t. 25. d. 411. n. 3.

Anatomiæ ſeu diſſectionis licentia à Principe impetranda, l. 2. t. 25. d. 411. n. 12.

Anatomiæ ſive diſſectionis utilitas, l. 2. t. 25. d. 411. n. 6. nulla inde defunctis attrahitur contumelia, n. 7.

ad anatomiam num cadavera punitorum Medicis concedenda? l. 2. t. 25. d. 411. n. 1. movetur ratio dubitandi, n. 2. deciſio affirmativa cum fundamento, n. 4. refellitur ratio dubitandi, n. 5. adducitur reſponſum Scabinorum Lipſienſium, num. 8. judicis arbitrio relinquendum, quæ cadavera ad anatomiam concedi debeant, n. 9. R. E. n. 13.

ANATOMICUS.

Anatomicum exercitium nemini extra Academiam permittendum, l. 2. t. 25. d. 411. n. 10. quia reſtrictum eſt ad Facultatem Medicam privilegiatam. n. 11.

ANIMADVERSIO.

Animadverſionum cauſa maxima eſt exemplum & memoria, l. 2. t. 18. d. 297. n. 18.

ANIMA.

Animarum cura non negligenda, l. 3. t. 10. d. 116. n. 1.

Animarum cura, vacante in locis peſte infectis miniſterio, Subſtituto committenda, l. 1. t. 10 d. 167. n. 2.

Animarum ſalute ne parochiani periclitentur providendum, l. 1. t. 10. d. 167. n. 5.

Animarum curam in loco peſte infecto ut ſuſcipiant vicini Paſtores non adigendi, l. 1. t. 10. d. 165. n. 4.

pro animarum ſalute hominibus magna ſolicitudinis providentia erit adhibenda, l. 1. t. 4. d. 57. n. 8. l. 2. t. 22. d. 339. n. 11.

ANIMUS.

Animus & intentio in omnibus conſideranda, l. 3. t. 5. d. 58. n. 6.

in animo quæ conſiſtunt juramento probantur, l. 3. t. 5. d. 59. n. 9.

ANNONA.

Annona non ſemper eadem eſt, l. 1. t. 7. d. 104. n. 3.

ANNUS.

Annus cœptus quandoque pro completo habetur, l. 2. t. 1. d. 12. n. 12. quoad culturam agri in termino Michaelis novus inchoatur annus, l. 1. t. 12. d. 198. n. 2.

ANTECESSOR.

Anteceſſores appellitantur docentes jura in Academiis, l. 2. t. 25. d. 399. n. 2.

ANTIQUITAS.

Antiquitas temporis probationem ſæpè excludit, l. 1. t. 2. d. 21. n. 2.

APERIRE.

Aperire num ſacerdos in confeſſione ſibi concredita debeat? l.3. t.2 d. 25. n. 1. deciſio negativa, n. 4. rationes decidendi, n. 6. Sententia B. Lutheri hac de re, n. 9. 10. R. C. S. n. 15. ejusd. S. n. 16.

APPELLARE.

Appellare non poteſt, qui gravatus haut eſt, l. 2. t. 24. d. 395. n. 8.

Appellare non licet in caſu ſepulturæ, quando periculum in mora, l. 2. t. 24 d 395. n 10. 14.

APPELLATIO.

Appellatio eſt ſpecies quædam defenſionis, l. 2. t. 24. d. 395. n. 13.

Appellatio multis in caſibus rejicitur, l. 2. t. 24. d. 395. num 13.

Appellatio ab executione non admittitur, l. 2. t. 24. d. 395. n 12.

Appellatio de jure Civili à ſententia duntaxat definitiva rejicitur, l. 2. t 24. d. 395. n. 3. à quovis autem gravamine de jure Canonico appellare licet, n. 4. quod & in foro Sax. obtinet, n. 5.

Appellatio ſuſpendit præſumtionem, l. 3. t. 3. d. 35. n 14.

Appellationis cauſa eſt gravamen, l. 2. t. 24. d. 395. num. 9.

Appellationi non datur locus in cauſis requirentibus celeritatem, l. 2. t. 24. d. 395. n. 11.

ARBITRIUM.

Arbitrium ſuum quomodo judex gubernare debeat? l. 3. t. 8. d. 96. n. 10. præſertim in decernendis pœnis arbitrariis. n. 11

Arbitrio judicis non certa præſcribitur regula, l. 2. t. 10. d. 176. n. 4.

ARESTUM.

Areſtum eſt ſpecies executionis, l. 1. t. 12. d. 224. n. 7.

Areſtum propter debitum illiquidum & incertum decerni nequit, l. 1. t. 12 d. 224 n. 4.

ARGUMENTARI.

Argumentari licet à fideicommiſſo ad legatum pauperibus relictum, l. 2. t. 21. d. 331. n. 10.

Argumentari à Actionis concurrentia ad competentiam fori non licet, l. 3 t. 1. d. 12 n. 3. 4.

Argumentari à præſentatione miniſtrorum Eccleſiæ ad præſentationem miniſtrorum ſcholæ licet, l. 1. t. 2. d. 14. n. 4.

Argumentari à prædiis publ. ad prædia Eccleſiaſtica non tutò licet, l. 2. t. 19. d. 306. n. 2.

Argumentari ad reconciliationem conjugum in caſu ſævitiæ licet, l. 2. t. 12. d. 221. n. 8. 9.

Argumentari licet à tortura ad juramentum purgationis, l 3. t. 4. d. 48. n. 7.

Argumentari à tractatibus ad contractum firmiter non licet, l. 2. t. 3. d. 40. n. 10.

Argumentari ab uſufructuario ad conductorem haut licet, l. 2. t. 19. d. 310. n. 11.

ARGUMENTATIO.

Argumentatio à ſequeſtro ad areſtum valet, l. 1. t. 12. d. 224. n. 10.

ARGUMENTUM.

Argumentum à contrario ſenſu in jure eſt fortiſſimum, l. 3. t. 3. d. 30. n. 7. l. 3. t. 6. d. 75. n. 15.

Argumentum à rebus Eccleſiæ ad Hoſpitalia valet, l. 1. t. 6. d. 92. n. 2.

Argumentum à jure ſucceſſionis ad præſtationem alimentorum valet, l. 2. t. 14. d. 244. n. 3. it. l. 2. t. 17. d. 271. n. 8. multò magis ad curam animæ, n. 9.

ARRHA.

Arrha eſt ſymbolum & teſſera matrimonii promiſſi & complendi, l. 2. t 3. d. 51. n. 9.

Arrharum ſponſalitiarum origo, l. 2. t. 3. d. 51. n. 4.

Arrharum dationis ratio quænam? l. 2. t. 3. d. 51. n. 5.

Arrharum datione contrahentes obligantur, l. 2. t. 3. d. 51. n. 10. & firmiora redduntur ſponſalia, n. 11.

Arrhæ diſſolutis ſponſalibus clandeſtinis reſtituuntur, l. 2. t. 3. d. 51. n. 6.

AVARITIA.

Avaritia Clericos quandoq; invadit, l. 1. t. 9. d. 149. n. 4.

AVOCARE

Avocare ſuperior judex cauſas ab inferiore poteſt, l. 3. t. 1. d. 14. n. 4. 5. in eo tamen ſtatu, in quo eſt apud inferiorem, n 6.

Avocare cauſas Imperator non poteſt à Camera, l. 3. t. 1. d. 14. n. 8. & quare? n. 9.

AVOCATIO.

Avocationes hodie non frequentantur, l. 3. t. 1. d. 14. num. 7.

Avocationi cauſarum Conſiſtorialium non facilè datur locus, l. 3. t. 1. d. 14. n. 2.

AUGMENTUM.

Augmentum qui lucratur, decrementum patiatur, l. 1. t. 12. d. 205. n. 6.

ΑΥΤΟΧΕΙΡΙΑ.

Αὐτοχειρία de jure Civili licita haut eſt, l. 2. t. 24. d. 376. n. 4. obſtat jus divinum necioni ſui ipſius, n. 6. ſententia D. Auguſtini de hac, num. 7. magis peccat ſeipſum, quàm alium interficiens, n. 8. interficientes ſe ipſos haut digni ſunt honeſtâ ſepulturâ, n. 9. quo alii à facinore ejusmodi deterreantur, n. 10. ſepultura hæc ſatis pœna eſt ſeipſos necantibus, n. 12.

Αὐτοχειρίαν quidam probant ex jure Civili, l. 2. t. 24. d. 376. n. 1.

B.

BACCHANALIA.

Bacchanalia plures majori celebrant voto quàm Feſta Chriſtianorum, l. 2. t. 17. d. 264. n. 1. origo & autor hujus Feſti, n. 3. celebrantes illud ſimiles ſunt Lupercis ſacerdotibus, n. 4 5. tolerabilis conſvetudo placentarum apponendarum menſis, n. 6 prima etiam principia Bacchanaliorum à quibusdam damnantur, n. 7. proferuntur verba Herrnſchmids. n. 8. 9. deteſtanda malitia Larvatorum & Mummeriorum, n. 10. horum mores & facta quænam? n. 11 12. inſaniam hanc quidam defendere annituntur, n. 13. 14. quos refellit Herrenſchmidius n. 15. in Anglia capitale habetur delictum, ſi quis perſonatus incedat, n. 16.

Bacchanalia pii Magiſtratus prohibent & damnant, l. 2. t. 17. d. 264. n. 18. quibus ex cauſis & fundamentis? n. 19 21. vitia concomitantur Bacchanalia, n. 24. tempus Bacchanaliorum planè incongruum, n. 25. R. E. num. 26.

BAPTISMUS.

Baptiſmus in privatis ædibus ab Apoſtolis adminiſtratus, l. 2. t. 18. d. 292. n. 7.

in Baptiſmi adminiſtratione teſtes ſunt adhibendi, l. 2. t. 17. d. 268. n. 1. quem ritum ex jure divino vulgo derivant. n. 2. alii originem ejus Higino Epiſcopo adſcribunt, n. 3. de numero patrinorum ſolliciti ſunt ſæpè Parentes, n. 4. quondam unus ſaltem adhibebatur, n. 5. poſteà ex obſervantiâ plures, n. 6. rurſus tantummodo unus ex Concilio Tridentino, n. 7. Conſvetudo Eccleſiæ hoc jure attendenda, n. 8. tres hodie admittuntur patrini, n. 9. conſvetudo in omnibus attendi debet, n. 10. non audiendus, ſi quis plures adhibere velit patrinos, n. 11. 12. C. S. D. n. 13. ejusd. S. n. 14.

ad convivia poſt Baptiſmum parata miniſtri Eccleſiæ ſunt invitandi, l. 1. t. 7. d. 120. n. 2. idque conſvetudine ſic receptum, n. 3. quibus ex rationibus & fundamentis? n. 4. probatur deciſum ex jure divino, n. 6. 9. Cuſtodes quoque ad hæc convivia invitandi, num. 8. R. C. S. num. 10.

ad convivia, poſt Baptiſmum parata, haut invitati æditui quandoque de injuria ſibi illata conqueruntur, l. 1. t. 7. d. 121. n. 2. quibus ſuccurrendum, & quomodo? n. 3. pro conviviis ſolvitur quandoque ædituis honorarium nummarium, n. 4. hujus electio eſt penes hoſpitem, non penes cuſtodem, n. 5. intermiſſo convivio exigi haut poteſt honorarium, n. 8. R. C. S. n. 10.

ad ſubſtantialia Baptiſmi munerum oblatio haut pertinet, l. 2. t. 17. d. 272. num. 1. & ſeqq. ſed ad ſolennia, num. 7.

munera in Baptiſmo oblata non parentibus, ſed liberis baptizatis offeruntur, l. 2. t. 17. d. 272. n. 3. quorum nomine liberis competit jus tacitæ hypothecæ, in bonis paternis, n. 4. ſeqq.

Beicht-Pfennig.

der Beichtpfennig/ *nummus Confeſſionarius non eſt pretium emtionis, ſed ſignum gratitudinis, l. 1. t. 7. d. 119. n. 2.*

Die Beichtpfennige/ *nummi Confeſſionarii durante dimidio gratiæ anno heredibus cedunt, l. 1. t. 12. d. 189. n. 3. fundamenta hujus deciſi, n. 4. C. S. R. n. 9.*

Die Beichtpfennige/ *nummos Confeſſionarios ſponte oblatos accipere licet miniſtris Eccleſiæ, l. 1. t. 12. d. 189. n. 2.*

Dem Beichtpfennige/ *opponunt Calviniani exemplum Gehaſi, & Simonis Magi, l. 1. t. 7. d. 119. n. 1. Reſponſio ad hoc, n. 2. 3. 4.*

Den Beichtpfennig/ *nummum Confeſſionarium Calviniani invident miniſtris Eccleſiæ, l. 1. t. 7. d. 118. n. 1. inprimis David Paræus, & quo ex fundamento? n. 2.*

Den Beichtpfennig/ *nummum Confeſſionarium accipere Eccleſiæ miniſtris permiſſum, l. 1. t. 7. d. 118. n. 3. additur autoritas Facultatis Theologicæ Lipſienſis, n. 4. & Facultatis Theologicæ Wittebergenſis, num. 5. fundamenta & rationes hujus deciſi, n. 6. deciſum hoc in Ordinatione Eccleſiaſtica fundatur, n. 11. R. C. S. num. 12.*

Den Beichtpfennig/ *nummum Confeſſionarium à Confitente exigere non licet, l. 1. t. 7. d. 119. n. 4. 6. probatur deciſum ex Ordinatione Eccleſiaſtica Elect. Sax. n. 7. monitum ad Paſtores, quomodo ſe gerere debeant, n. 8. res hæc declarata à Facultate Theologica Lipſienſi, n. 10. quænam ratio & cauſa accipiendi nummum Confeſſionarium? n. 11. 12. 13. quo tempore offerendus, n. 14. R. C. S. n. 15.*

BELLIGERARE.

Belligerare Chriſtiani bona conſcientiâ poſſunt, l. 2. t. 17. d. 265. n. 15.

BENE.

Benè de quovis indubio ſentiendum, l. 2. t. 24. d. 384. num. 10.

BENEDICTIO.

Benedictio in templo finito puerperio multis in locis infanti datur, l. 2. t. 17. d. 273. n. 1. quæ conſvetudo pia & honeſta habitur, n. 2. mater tamen, ut infantem ſiſtat in templo, cogi haut debet, n. 3. rationes & fundamenta hujus aſſertionis, n. 4. infantes in adminiſtratione baptiſmi benedictionem conſequuntur, l. 2. t. 17. d. 263. n. 6. ritus iſte refertur inter adiaphora, n. 7. quæ ſalvo cultu divino omittuntur, n. 7. R. C. S. num. 17.

BENEDICTIO SACERDOTALIS.

per benedictionem ſacerdotalem quatenus matrimonium perfici dicatur, l. 3. t. 5. d. 68. n. 8.

Benedictione ſacerdotali perficitur demum matrimonium, l. 3. t. 6. d. 76. n. 15.

à benedictione Ethnici fecerunt nuptiarum auſpicium, l. 2. t. 8. d. 131. n. 9.

Vide plura infr. in vocab. Copulatio & Benedictio ſacerdotalis.

BENEFACERE.

Benefacienti honor exhibendus, l. 1. t. 4. d. 55. n. 9.

BENEFICIUM.

Beneficium pecuniâ non emitur, l. 2. t. 19. d. 312. n. 11.

Beneficii nondum vacantis aſſignatio bonis moribus eſt contraria, l. 1. t. 2. d. 16. n. 3. & à Pontifice jamdudum prohibita, n. 4.

ad beneficia Eccleſiaſtica legitima vocatio quænam? l. 2. t. 19. d. 312. n. 12. 13.

BIBLIA.

Bibliorum lectio aſſidua requiritur ab Eccleſia miniſtris, l. 1. t. 5. d. 60. n. 5.

BIBLIOPOLA.

Bibliopolæ magnis ſumtibus libros imprimere curant, l. 2. t. 25. d. 414. n. 1. meritò ergo ſibi de privilegiis deſuper proſpiciunt, n. 2. quæ privilegia ab Imp. & Statibus Imperii in provinciis eorum important, n. 3. Privilegia hæc tamen ſapiant monopolium, n. 4. ſubſiſtunt privilegia Bibliopolis data, n. 9. quibus ex rationibus & fundamentis? n. 10. 11. 14. R. El. n. 19. 20. 21.

Bibliopolis privilegium datum quando revocari poſſit?

poſſit? l. 2. t. 25. d. 415. n. 9. omnium maximè ſi poteſtas revocandi expreſsè fuerit Principi reſervata, n. 10. quo caſu privilegium morte concedentis extinguitur, n. 11. R. El. n. 16.

BIGAMIA.

Bigamia eſt ſpecies adulterii, l. 3. t. 5. d. 68. n. 10.

Bigamiæ crimen non leve ſed atrox eſt, l. 2. t. 4. d. 63. n. 1. omni jure prohibitum, n. 2.

BONA.

Bona ſtatutis cujusque loci ſunt ſubjecta, l. 3. t. 1. d. 7. num. 9.

BONA CLERICORUM.

Bona Clericorum privata ſubjacent præſcriptioni vulgatæ, l. 2. t. 19. d. 311. n. 14.

In bonis Clericorum patrimonialibus obtinet etiam jus retractus, l. 2. t. 19. d. 311. n. 15. in iisque Clerici non reſtituuntur in integrum, n. 16.

BONA ECCLESIASTICA.

An bona Eccleſiæ liceat poſſidere dubitari poteſt, l. 2. t. 19. d. 298. n. 1. & quænam ratio dubitandi? num. 2. Pontificii in corradendis bonis nec modum nec finem norunt, n. 3. multum accedit ærario pontificio ex annatis, n. 4. nec non ex indulgentiis, n. 5. & ex redemtione pallii, n. 6. de quo conqueſtus eſt quondam Epiſcopus Magdeburgicus, n. 7. & extant de hoc gravamina nationis Germanicæ, num. 8. mille fuerunt modi Pontificiis pecuniam corradendi, n. 9. 10. hinc quondam in Gallia ſancitum, ut bona Eccleſiaſtica vendantur, n. 11. Et in Anglia, ne quisquam prædia ſua det collegiis Monachorum, n. 12. Refellitur dubium ex Lege Moſaica, n. 13. 15. Eccleſia jure poſſidet bona, n. 14. quæ augenda ſunt, non diminuenda, n. 16. rationes hujus aſſertionis, n. 17. 19. 24. Bona Eccleſiaſtica ad conſervationem cultus divini deſtinata, n. 18. dignitas miniſterii non admittit diminutionem bonorum Eccleſiaſticorum, n. 20. dignitas Eccleſiaſtica ob paupertatem vileſcit, n. 21. Bona Eccleſiaſtica ſunt patrimonium Chriſti, n. 22. & bona pauperum, n. 23. R. E. n. 25. C. S. R. n. 26. 27. 28.

Bona Eccleſiaſtica juris cenſentur divini, l. 2. t. 19. d. 299. n. 1. & nullius in bonis habentur, n. 2.

Cura bonorum Eccleſiaſticorum ſoli Magiſtratui ſuperiori incumbit, l. 2. t. 19. d. 299. n. 3. rationes & fundamenta hujus aſſertionis, n. 4. Pii Principes & Magiſtratus curam ſibi arrogarunt bonorum Eccleſiaſticorum, n. 5. 6. 7. quod & fecit Sereniſſimus Sax. Elector. n. 8. cura hæc ipſis competit tanquam Epiſcopis, n. 9. Ex transactione Paſſavienſi & Pacificatione Religionis, n. 10. 11. uſus bonorum Eccleſiaſticorum haut minimus reſpicit ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ, n. 12. R. C. S. n. 13. 14.

Bona Eccleſiaſtica nequeunt alienari, l. 2. t. 19. d. 300. num. 1. 2. quod tamen generaliter & indifferenter accipi non debet, num. 3. multa alienationum veſtigia in jure reperiuntur, num. 4. quænam alienatio bonorum Eccleſiaſticorum prohibita? num. 5. ſubſiſtit alienatio ſolenniter & juſtâ ex causâ facta, n. 6. ſolennitas alienationis in decreto & autoritate Magiſtratus Eccleſiaſtici conſiſtit, n. 7. requiritur ergò decretum & conſenſus Magiſtratus Eccleſiaſtici ad diſtractionem bonorum Eccleſiaſticorum, n. 8. 9. adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Electoralis Sax. n. 10. nec non Decretum Synodale hac de re, n. 11. R. C. S. n. 16. 17. 18. 19.

Bona Eccleſiæ absque juſtâ & ſufficiente causâ diſtrahi non debent, l. 2. t. 19. d. 301. n. 1. quibus ex rationibus & fundamentis? num. 2 jure Canonico prohibetur alienatio bonorum Eccleſiæ ſine causâ, n. 4. adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica & Decretum Synodale, n. 5. quænam cauſa ad diſtrahendum ſit juſta & ſufficiens? n. 6. utilis eſt cauſa Eccleſiæ, per quam tollitur damnum ejus & incommoditas, n. 7. cauſa pietatis habetur ſufficiens ad alienandum, n. 8. ad repellendum hoſtem theſauri Eccleſiæ tutò diſtrahuntur, n. 10. ſubjecta ſunt alienationi bona Eccleſiæ in caſu neceſſitatis & pietatis, n. 11. adeoque pro ſepultura fidelium, alimentatione pauperum, & redemtione captivorum, n. 12. 13. R. C. S. n. 14. 15.

Bona Eccleſiæ validè non diſtrahuntur abſque ſolennitate Canonicâ & juſtâ causâ, l. 2. t. 19. d. 302. n. 1. Solennitas Canonicæ exigit Decretum & conſenſum Superioris, n. 2. cauſæ cognitio hiſce incluſa cenſetur, n. 3. quibus ex rationibus & fundamentis? n. 4. 10. 11. R. C. S. n. 14.

In bonorum Eccleſiaſticorum diſtractione tria requiſita obſervanda ſunt, l. 2. t. 19. d. 303. n. 1. quorum alterutro neglecto alienatio ipſo jure nulla eſt, num. 2. fundamenta & rationes hujus aſſertionis, n. 3. 12. requiſita ſolennia ſunt de forma ſubſtantiali alienationis, n. 9. nulla exiſtente alienatione fructus quoque ſunt reſtituendi, n. 13. R. C. S. n. 16. Ejusd. S. n. 17.

Omnis bonorum Eccleſiaſticorum alienatio certas requirit ſolennitates, l. 2. t. 19. d. 304. n. 1. num & locatio bonorum Eccleſiæ ſolennitatibus adſtricta? n. 3. deciſio affirmativa, n. 4. fundamenta & rationes decidendi, n. 6. 10. 16. adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica El. Sax. n. 13. 14. cura & adminiſtratio bonorum Eccleſiæ quorſum dirigi debeat? n. 15. R. E. n. 17. C. S. R. n. 18. 19.

Ut bona eccleſiæ conſenſu Superioris elocentur prudenter conſtitutum eſt, l. 2. t. 19. d. 305. locanda ſunt bona Eccleſiæ ei, qui majorem offert penſionem, n. 2. ex majori penſione majus lucrum Eccleſiæ accedit, n. 3. liberum eſt Eccleſiæ, cui velit bona ſua locare, n. 6. R. C. S. n. 10.

In conductione bonorum Eccleſiaſticorum antiquus poſſeſſor prærogativa non gaudet, l. 2. t. 19. d. 306. n. 1. qualisnam penſio ab antiquo conductóre præſtanda? n. 3. bona & reditus Eccleſiæ augeri debent, n. 4. non extendenda locatio bonorum Eccleſiæ ultra vitam Parochi, n. 5. merces & penſio nonnunquam augenda, n. 6. & 7. quem in finem? n. 8. mutatione penſionis liberatur Eccleſia à probatione malæ fidei, n. 13. 14. R. C. S. n. 18. 19. 20.

Bona & reditus Eccleſiæ dotis loco aſſignantur, l. 2. t. 19. d. 307. n. 2. reditus hi in jure Canonico dicuntur dotes Eccleſiarum, n. 3. ut dotes prædiorum in jure Civili, n. 4. poſſeſſores bonorum Eccleſiaſticorum dotales dicuntur Eccleſiæ, n. 5. patrocinio Conſiſtorii & exemptione à ſervitiis alienis gaudent dotales Eccleſiæ, n. 6. quod probatur ex Ordinatione Eccleſiaſtica & Decreto Synodali, n. 7. 8. novi poſſeſſores ac emptores beneficio hoc fruuntur, n. 9. R. C. S. n. 14.

An de bonis Eccleſiaſticis tributa exigenda? l. 2. t. 19. d. 308. n. 5. deciſio negativa, n. 6. fundamenta & rationes decidendi, n. 7. & 12. adducuntur textus ex jure Canonico, n. 8. & exempla juris Divini, n. 9. Bona Eccleſiæ nullius perſonæ propria habentur, n. 10. nec ſubjecta ſunt juriſdictioni Magiſtratus Politici, n. 11. nec onera alia & ſervitutes bonis Eccleſiæ imponi debent, n. 13. Decretum Concilii Lateranenſis, n. 14. R. El. n. 15. C. S. R. n. 16. Ejusdem Sententia, n. 17.

Ab extraordinariis etiam collectis eximuntur Clerici & bona Eccleſiæ, l. 2. t. 19. d. 309. n. 1. 2. quod tamen limitandum in caſu neceſſitatis, n. 3. modò ſuperfluum habeant Clerici & Eccleſia, n. 4. fundamenta & rationes limitationis, n. 5. & 16. adducuntur textus ex jure Civili, n. 10. Concilii Lateranenſis Decretum hac de re, n. 11. probatio adducitur ex Receſſibus Imperii, n. 12. 13. adducitur etiam exemplum Ezechiæ Regis, num. 14. Quid Maximilianus I. de hoc ſenſerit? num. 15. aliter res ſe habet in caſu non veræ, nec urgentis neceſſitatis, n. 17. quandoque etiam in caſu hoſtilis incurſionis Clerus & Eccleſia à contributionibus eximuntur, n. 18. R. El. n. 19. Literæ Conſiſtorii Supremi, n. 20.

In ſimplici locatione conductor bonorum Eccleſiaſticorum tributa haut ſolvit, l. 2. t. 19. d. 310. n. 3. rationes & fundamenta hujus deciſ. n. 4. 6. 8. 14. R. C. S. n. 15.

Bona Clericorum ſunt duplicia, publica & patrimonialia, l. 2. t. 19. d. 311. n. 1. num de patrimonialibus tributa & collectæ ſolvendæ? n. 2. negant hoc Dd. quam plurimi, n. 3. quâ ex cauſa & fundamento? n. 4. Alii ad collectas extraordinarias aſſertionem ſuam reſtringunt, n. 5. refellitur fundamentum hujus aſſertionis, n. 6. deciſio affirmativa verior, n. 7. fundamenta & rationes decidendi, n. 8. Adducitur exemplum Edvardi I. Anglorum Regis, n. 10. adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Electoralis Sax. n. 17. 18. R. El. n. 20.

BONA MINORUM.

Bona minorum immobilia certis ſolennitatibus diſtrahuntur, l. 2. t. 17. d. 300. n. 14. imprimis verò Decreto & autoritate Magiſtratus, n. 15. ex cauſâ demum juſta bona pupillorum & minorum alienari poſſunt, d. 301. n. 3.

Bonorum minoris alienatio abſque debitis ſolennitatibus facta ipſo jure nulla eſt, l. 2. t. 19. d. 303. n. 4.

Bona minoris abſque decreto alienata in ejus remanent dominio, ibid. n. 6. adducitur probatio ex jure Canonico, n. 7. 8.

In alienatione bonorum minoris injuſtè factâ fructus quoque ſunt reſtituendi, l. 2. t. 19. d. 303. n. 13.

ad bonorum pupilli vel minoris immobilium alienationem requiritur cauſæ cognitio, l. 2. t. 19. d. 302. num. 12.

BONUS.

Bonus quilibet præſumitur, l. 2. t. 14. d. 234. n. 9.

BOS.

Bovi trituranti os non eſt obturandum, l. 1. t. 7. d. 120. num. 7.

BRACHIUM SECULARE.

Res ſuſpectisſima habetur, quando uxor à marito diu abeſt, l. 2. t. 12. d. 209. n. 1. quam maritus non ſimpliciter in thorum recipere & ei cohabitare tenetur, n. 2. ſed injungenda prius demonſtratio innocentiæ, n. 3. ſufficit tamen hoc caſu innocentiæ qualis qualis demonſtratio. n. 11. C. S. D. n. 16.

Factâ reconciliatione conjugum rurſus ad cohabitandum compelluntur, l. 2. t. 12. d. 216. n. 5. quibus ex cauſis? n. 6. prior ſævitia per reconciliationem remiſſa. n. 7. D. C. S. n. 10. 11. 12.

Cautione à marito præſtitâ conjuges ad cohabitandum adiguntur, l. 2. t. 12. d. 220. n. 4.

Separatione abolita, conjuges rurſus obſtringuntur præcepto divino de cohabitando invicem, l. 2. d. 12. d. 220. n. 8.

Ad cohabitandum conjuges ſunt vinculati, l. 2. t. 12. d. 222. n. 3.

CONSANGVINITAS.

Conſangvinitatis turbatio vitanda, l. 2. t. 6. d. 102. num. 10.

CONSCIENTIA.

Conſcientia & fides nequeunt cogi, l. 2. t. 15. d. 247. num. 8.

Conſcientia non niſi per juramentum purgari poteſt, l. 3. t. 4. d. 52. n. 6.

CONSCIUS.

Rei benè ſibi haut conſcii ex contumaciâ malunt condemnari, quàm ex propriâ confesſione, l. 3. t. 4. d. 52. num. 5.

CONSENSUS.

Conſenſus eſt duplex: expreſſus & tacitus, l. 2. t. 2. d. 26. n. 1.

Conſenſus ambiguus non ſufficit, l. 2. t. 3. d. 42. n. 8.

Conſenſus eſt ſtricti juris, nec extendendus, l. 2. t. 3. d. 49. n. 15.

Conſenſus, quia facti, probari debet, l. 2. t. 3. d. 42. num. 7.

Conſenſus ſpontaneus in omnibus contractibus requiritur, l. 2. t. 2. d. 27. n. 11.

CONSISTORIUM.

Con-

Conſiſtorium eſt locus judicii Eccleſiaſtici, l. 2. t. 8. d. 147. num. 1. in quo tractantur cauſæ matrimoniales, num. 2. 3.

Conſiſtorium in Angliâ vocatur Curia Chriſtianitatis, l. 1. t. 1. d. 11. n. 13.

Conſiſtorium Supremum eſt Dresdenſe, l. 1. t. 1. d. 12. d. 6. cur ita dictum? n. 7.

Conſiſtorium Miſnenſe quondam in locum Conſiſtorii Dresdenſis ſurrogatum, l. 1. t. 1. d. 12. num. 8. ſed abrogatum poſtea à Domino Electore Chriſtiano II. num. 9.

Conſiſtorium de hominum vitâ & parochianorum conſenſu eſt certiorandum, l. 1. t. 6. d. 82. n. 6. certioratio hæc Superintendenti incumbit, ib. n. 7.

Inter Conſiſtorium Supremum & Senatum Eccleſiaſticum quænam differentia? l. 1. t. 1. d. 12. n. 12. & 13. diverſi utriusque Collegii ſunt actuarii, num. 14. cauſæ utriusque Collegii diverſæ, n. 17. Ab inferioribus Conſiſtoriis Senatus Eccleſiaſticus avocat cauſas, l. 1. t. 1. d. 12. n. 18.

à Decretis Conſiſtorii poteſt appellari ad Sereniſſimum Electorem, l. 1. t. 1. d. 12. n 15. non etiam à Reſcriptis Senatus Eccleſiaſtici, n. 16.

Num à Conſiſtoriis inferioribus appelletur ad Supremum Conſiſtorium? l. 1. t. 1. d. 12. n. 19. negativè reſpondetur ex obſervantiâ & Ordinatione Eccleſiaſtica, n. 20. R. E. n. 21.

Quodvis judicium vocari poteſt Conſiſtorium, l. 3. t. 1. d. 1. n. 12. in ſpecie autem hoc eſt judicium Eccleſiaſticum, ib. n. 13.

Conſiſtoria Eccleſiaſtica quâ occaſione ſint conſtituta? l. 3. t. 1. d. 1. n. 7. non abs re & fundamento, n. 8. quæ & à plerisque Statibus Imperii Evangelicis recepta, n. 9. nec non alibi in Anglia & Helvetia, n. 10. ut & in Provinciis Electoratus Sax. n. 11.

Conſiſtoria quotnam in Electoratu Saxonico? l. 1. t. 1. d. 12. n. 5.

Conſiſtoria hodie ſunt tria: & quibus in locis eorum Jurisdictio? l. 1. t. 1. d. 12. n. 10.

Conſiſtoria ad Regulas proceſſus Ordinarii non ſunt adſtricta, l. 3. t. 2. d. 20. n. 4.

Conſiſtoria pœnam ſtupri mitigare & remittere poſſunt, ſi cauſa adſit probabilis, l. 3. t. 6. d. 80. n. 6. veluti ſi in caſu dubio ſtuprator hac conditione matrimonium acceptet, n. 7. D. C. S. n. 15.

Conſiſtoria indicunt pœnas arbitrarias, & quasnam? l. 3. t. 1. d. 5. n. 4. adducitur hanc in rem Ordinatio Eccleſiaſtica, n. 5. 6.

Conſiſtoria non valent decernere inhibitiones contra mandata Electoralia, l. 3. t. 1. d. 14. num. 11. quibus ex cauſis? n. 12. 14. 15.

Per Conſiſtoria Principes Evangelici exercent Jurisdictionem Eccleſiaſticam, l. 3. t. 1. d. 14. n. 13.

Conſiſtoria non altam ſed baſſam habent Jurisdictionem, l. 3. t. 6. d. 72. n. 18. l. 3. t. 1. d. 5. n. 7. & 20. ideoque non decernunt pœnas capitales, n. 8. 9. 10. ratio hujus rei quænam? n. 11. 16. R. C. S. n. 23. 24. 25.

Conſiſtoriorum Jurisdictio ordinaria eſt, l. 3. t. 1. d. 13. n. 1. it. d. 14. n. 1.

Conſiſtoriorum Jurisdictio in perſonalibus eſt fundata, l. 3. t. 1. d. 5. n. 2. non tamen in cauſis criminalibus, n. 3.

Conſiſtorio Supremo coadunatus eſt Senatus Eccleſiaſticus, l. 1 t. 1. d. 12. n. 11.

In Conſiſtorio Principis Supremo non ſemper ſolennia ſtrictè obſervantur, l. 2. t. 12. d. 222. n. 10. l. 1. t. 3. d. 36. num. 8.

In Conſiſtoriis Paſtores forum ſortiuntur, l. 3. t. 1. d. 9. n. 1.

In Conſiſtoriis cuſtodes quoque & miniſtri Scholarum conveniendi in perſonalibus, l. 3. t. 1. d. 6. n. 9. R. C. S. n. 16. 17. 18. ſed non in actionibus realibus, l. 3. t. 1. d. 7. n. 4. R. E. n. 13. C. S. R. a. 14. Ejusdem S. n. 15.

In Conſiſtoriis Eccleſiæ miniſtri ratione bonorum mobilium conveniuntur, l. 3. t. 1. d. 7. n. 3. ratione immobilium verò in foro ſeculari, ubi ſunt ſita, n 4. fundamenta hujus aſſertionis, n. 5. 6. R. E. n. 13. C. S. R. n. 14. Ejusdem S. n. 15.

In Conſiſtoriis cauſæ tantummodò Eccleſiaſticæ ſunt tractandæ, l. 3. t. 1. d. 11. n. 1. non etiam ſeculares cauſæ, n. 2. ſed remittendæ hæ ad forum ſeculare, n. 3. rationes hujus aſſertionis, n. 4. 5. 6. R. C. S. n. 11. it. l. 3. t. 6. d. 77. n. 7.

In Conſiſtoriis Clerici ex ſpeciali privilegio conveniuntur, l. 3. t. 1. d. 11. n. 9.

Conſiſtoriis Jurisdictio in Clericos eſt conceſſa, l. 3. t. 1. d. 3. n. 22.

In Conſiſtoriis tractandæ ſaltem cauſæ Conſiſtoriales propriè ſic dictæ; & quænam illæ? l. 3. t. 1. d. 2. n. 10. R. E. n. 24.

Conſiſtoriis præfecti ſunt tàm Politici, quàm Eccleſiaſtici, l. 1. t. 1. d. 11. n. 10. Et cur hoc? n. 11. 12.

In Conſiſtoriis Epiſcopalia jura exercentur. l. 1. t. 10. d. 155. n. 9.

In Conſiſtoriis tractatur cauſa deflorationis & alimentationis, l. 3. t. 6. d. 72. num. 8. quâ ex ratione? num. 3.

In Conſiſtoriis relegatio non decernenda, l. 3. t. 1. d. 5. n. 17. 19. l. 3. t. 9. d. 72. n. 17.

In Conſiſtoriis non ſunt tractandæ cauſæ ſeculares, l. 3. t. 6. d. 72. n. 11.

à Conſiſtoriis pœna corporalis indici nequit, l. 3. t. 6. d. 72. n. 16.

CONSISTORIALIS.

Conſiſtorialis fori privilegium non eſt univerſale, l. 3. t. 1. d. 7. n. 1.

Conſiſtorialium cauſarum avocationi non facilè datur locus, l. 3. t. 1. d. 14. n. 2.

CONSOBRINI.

Conſobrinorum nuptiæ de jure divino improbantur, l. 2. t. 5. d. 86. n. 5. quinpotius expreſſè permittuntur, n. 6. & ſeqq.

Cum Conſobrinorum viduâ viduôve prohibitum eſt nuptias contrahere, l. 2. t. 6. d. 93. n. 1.

CON-

CONSTITUTIO.

Conſtitutio Electoralis cedit Statuto locali, l. 1. t. 12. d. 213. n. 7.

CONSVETUDO.

Conſvetudo practicæ magiſtra, l. 1. t. 7. d. 105. n. 8.

Conſvetudo tantum valet, quantum lex ſcripta, l. 1. t. 8. d. 134. n. 19.

Conſvetudo & conventio jus facit, l. 1. t. 3. d. 25. num. 2.

Conſvetudo legis vim habet, l. 1. t. 7. d. 114. n. 5. l. 1. t. 12. d. 229. n. 3.

Conſvetudo eſt valentior lege, l. 1. t. 7. d. 114. n. 6.

Conſvetudo jus facit, l. 2. t. 24. d. 392. n. 11. l. 1. t. 7. d. 104. n. 5.

Conſvetudo vim habet privilegii, l. 2. t. 22. d. 338. num. 4.

Conſvetudo Privilegio eſt validior, l. 1. t. 9. d. 145. n. 2. l. 1. t. 1. d. 7. n. 17 & dirigit omnes mundi actus; n. 3 it. l. 1. t. 3. d. 38. n. 5.

Conſvetudo inveterata vim veritatis obtinet, l. 1. t. 1. d. 7. n. 16.

Conſvetudo æquiparatur Regiæ autoritati, l. 1. t. 9. d. 145. n. 1.

Conſvetudo etiam in Eccleſiaſticis eſt obſervanda, l. 1. t. 3. d. 38. n. 7.

Conſvetudo in omnibus potiſſimum eſt attendenda, l. 1. t. 3. d. 38. n. 5. l. 1. t. 9. d. 144. n. 8.

Conſvetudo cujusque loci potiſſimum attendenda, l. 1. t. 7. d. 114. n. 4. l. 2. t. 22. d. 349. n. 17. l. 3. t. 1. d. 12. num. 13.

Conſvetudo cujusque regionis ubique attendi debet, l. 1. t. 12. d. 229. n. 4.

Conſvetudo tantum valet, quantum lex ſcripta, l. 2. t. 1. d. 8. n. 4. 6.

Conſvetudo ea poteſt, quæ Princeps poteſt, l. 2. t. 1. d. 8. n. 5.

Conſvetudo irrationabilis non valet, l. 2. t. 1. d. 8. n. 10. l. 1. t. 7. d. 116. n. 10.

Conſvetudo quænam eſt de jure canonico? l. 2. t. 1. d. 8. n. 11. quænam de jure civili? n. 12.

Conſvetudo vetus quæ comprobat, tolerabilia ſunt, l. 1. t. 7. d. 111. n. 2. l. 1. t. 7. d. 127. n. 5.

Conſvetudo vetus quæ comprobavit, in dubium vocanda non ſunt, l. 2. t. 22. d. 344. n. 6.

Conſvetudo de caſu uno ad alium extendi haut debet, l. 1. t. 6. d. 81. n. 7.

Conſvetudo eſt ſtricti juris, nec extendenda, l. 2. t. 22. d. 344. n. 13.

Conſvetudo, quia facti eſt, probanda, l. 1. t. 12. d. 229. n. 5. it. l. 1. t. 7. d. 115. n. 1. & quidem in ſpecie ſpecialiſſimâ, & in individuo, ib. n. 2.

Conſvetudo probari debet ab allegante eam, l. 2. t. 22. d. 338.

Conſvetudo tantum habet de potentia, quantum probatur de uſu, l. 2. t. 22. d. 344. n. 14. it. l. 1. t. 7. d. 115. n. 3.

Conſvetudo ſecundum frequentiam actuum eſt probanda, l. 1. t. 7. d. 115. num. 4. absque ulla interruptione, n. 5. nec non ſecundum pluralitatem annorum, num. 6.

Conſvetudine quod obtinuit, obſervari debet, l. 1. t. 11. d. 182. n. 7.

à conſvetudine non recedendum, l. 2. t. 22. d. 349. num. 16.

Non minus ſecundum conſvetudinem, quàm legem ſcriptam eſt judicandum, l. 1. t. 7. d. 114. n. 7.

Conſvetudini ceu matri exhibenda eſt reverentia, l. 2. t. 17. d. 252. n. 6. it. l. 2. t. 25. d. 417. n. 11.

Conſvetudini præciſè eſt inhærendum, l. 2. t. 22. d. 355 n. 8. it. l. 1. t. 8. d. 134. n. 9.

Conſvetudini Princeps juſtâ ex causâ derogare valet, l. 1. t. 9. d. 145. n. 6.

CONSULTATIO.

Conſultationibus citra votum quis intereſſe poteſt? l. 1. t. 3. d. 38. n. 3.

CONTAGIUM.

Contagium nullum metuendum ex mutilatione membri & vitio corporis, l. 2. t. 10. d. 181. n. 2. 3.

CONTEMTUS.

Contemtus Principis peculiari mulctâ vindicari debet, l. 2. t. 7. d. 126. n. 8.

CONTINENTIA.

Continentiæ perpetuæ votum juri divino adverſatur, l. 2. t. 9. d. 172. n. 13. 14.

CONTRACTUS.

Contractus omnes ab initio ſunt liberæ voluntatis, l. 2. t. 22. d. 358. n. 4.

Contractus ſui naturâ ſunt irrevocabiles, l. 2. t. 3. d. 59. num. 3.

Contractus non ſemper mutuo diſſenſu reſcinduntur, l. 2. t. 10. d. 173. n. 12.

Contractus habent præſtationis neceſſitatem, l. 2. t. 25. d. 415. n. 4.

Contractus ne quidem ex plenitudine poteſtatis reſcindi debet, l. 2. t. 25. d. 415. n. 6.

Contractus uno perficiuntur conſenſu, l. 2. t. 8. d. 132.

Contractus dolo initi nullius ſunt momenti, l. 2. t. 11. d. 193. n. 13.

Contractus diverſimodè dolus annihilat, l. 2. t. 11. d. 193. n. 14. 15.

Contra contractum clàm initum militat præſumtio fraudis & doli, l. 2. t. 4. d. 67. n. 6.

CONTRAVENIRE.

Contravenire proprio facto nemo valet, l. 2. t. 11. d. 197. n. 5.

CONTUMACIA.

Contumacia variis modis punitur de jure communi, l. 3. t. 2. d. 20. n. 9. 10. 11.

Contumacia in genere punitur expenſis vel mulctâ arbitrariâ, l. 3. t. 2. d. 20. n. 12.

Contumacia pœnis arbitrariis coërcetur, l. 2. t. 12. d. 208. n. 11.

Contumaciæ pœna in foro Sax. quænam? l. 3. t. 4. d. 25. n. 9.

Contumaciæ pœna in foro Sax. ſeveriſſima, l. 3. t. 5. d. 64. n. 10. 12. quænam de jure civili? n. 11.

CONTUMAX.

Contumax non eſt, haut legitimè citatus, l.3.t.5.d.64.n.13.

Contumax in foro Sax. punitur amiſſione cauſæ, l.3.t.2.d.20.n.6. modo prius ad legitima impedimenta fuerit condemnatus, n.7. à qua contumaciæ pœnâ in cauſis ſummariis quandoq; receditur, n.8.

in contumacem non aliæ ſunt judicis partes, quàm ut pro convicto habeatur, l.3.t.5.d.66.n.8.

pro contumace non habendus reus, ſi unica dies in citatione deficiat, l.3.t.5.d.64.n.9.

CONVENTIO.

Conventiones ligant homines, l.2.t.9.d.172.n.7.

CONVERSIO.

Converſionis cauſa eſt Deus & Spiritus ejus, l.2 t.17.d.261.n.2. operatur tamen eam per Legem & Evangelium, n.3.4. non ergo medium id negligendum eſt, num.5.

COPULA ET BENEDICTIO SACERDOTALIS.

Copula & benedictio ſacerdotalis ſucceſſit in locum deductionis ſponſæ in domum, l.2.t.8.d.142.n.6. ejus ritus, n.7.

num copula ſacerdotalis ſit de ſubſtantiâ matrimonii? l.2.t.8.d.142.n.8. maximè requiritur ad conjugii conſummationem, nec omitti debet, n.9.12. ritus hic antiquiſſimus & à Deo inſtitutus, n.10. à Chriſto in Teſtamento Novo comprobatus, num.11. nititur etiam jure naturali, n.13. & eſt apud gentiles receptus, n.14.

Copula ſacerdotalis eſt medium diſtingvendi legitimum conjugium à vagis libidinibus, l.2.t.8.d.142.num.15.

Copula & benedictio ſacerdotalis teſtimonium præbet conjugii conſummati. l.2.t.8.d.142.n.17.

Copulationes à Parocho conſignari debent, l.2.t.8.d.142.n.18.

Copulæ ſacerdotalis commoda quænam? l.2.t.8.d.142.n.16.

Copula ſacerdotalis eſt ritus Eccleſiaſticus, l.2.t.8.d.142.n.4. quare in templo peragendus? n.5.

Copulatio clandeſtina præſumtionem fraudis habet annexam, l.2.t.8.d.143.n.6.

Copulationis ſacerdotalis ritus nititur jure poſitivo, l.2.t.8.d.144.n.4.

Copulationis privatæ jus Nobiles ſibi proprium faciunt, l.2.t.8.d.144.n.11.

Copulatio ſacerdotalis regulariter in templo peragenda, l.2.t.8.d.144.n.1. niſi diſpenſationem novi ſponſi impetrent, n.2. ex cauſâ juſta diſpenſatur ſuper copulatione in ædibus privatis faciendâ, n.3. non absque causâ hic diſpenſandum, n.9. nec ſine certâ mulctâ. n.10. R. Electoralia, n.12.13. C.S.R.n.14.

Copulatio ſacerdotalis in ædibus privatis non niſi ex ſpeciali diſpenſatione peragenda, l.2.t.8.d.145.n.1. Conſiſtoria inferiora facultatem diſpenſandi non habent, n.2. quid verò in caſu extremæ neceſſitatis? n.4.5. Superintendens tum poteſt permittere copulationem in ædibus privatis, n.6. Sanctio Electoralis hac de re, n.10.R.C.S.n.11.

Copulatio ſacerdotalis regulariter fit in templo, ex diſpenſatione verò in ædibus, l.2.t.8.d.146.n.1.2. quin & quandoque in Conſiſtorio, n.3.7.8. ſi nempe periculum eſt in mora, n.4.D.C.S.n.10.11.12.13.

ad copulationem novorum conjugum Parochus alterius diœceſeos non eſt admittendus, l.1.t.8.d.148.n.1. caſus tamen neceſſitatis hic eſt exceptus, n.5. ut & caſus diſpenſationis ſpecialis, n.6. Parocho tamen loci ſemper ſolvendum eſt debitum honorarium, n.7.R.C.S.num.10.

Copulatio ſacerdotalis, quæ ſolennis eſt, omitti non poteſt, l.2.t.8.d.150.n.2.3.

COPULA CARNALIS.

Copula carnalis omnem clandeſtinitatem purgat, l.2.t.4.d.69.n.5. adeo ut contrahentes conſummare teneantur matrimonium, n.6.

Copula carnalis ratum facit matrimonium, quod per ſe eſt illegitimum, l.2.t.3.d.60.n.10.

Copula carnalis in ſponſalibus idem operatur, quod conſenſus de præſenti, l.2.t.2.d.25.n.4.

Copulâ carnali clandeſtina ſponſalia corroborantes liberi quomodo puniendi ſunt? l.2.t.3.d 61.n.1.

ex copulâ carnali poſt ſponſalia præſumitur matrimonium, l.2.t.2.d.25.n.6. quæ præſumtio eſt juris & de jure, noc probationem in contrarium admittit, num.7.

per copulam carnalem ſponſalia conditionata purificantur, l.2.t.2.d.25.n.1.2.

in copulam carnalem conſentiens videtur à conditione ſponſalibus adjectâ receſſiſſe, l.2.t.2.d.25.n.5.

per copulam carnalem contrahentes fiunt una caro, l.2.t.3.d.36.n.10.

per copulam carnalem ſubſecutam contractum cenſetur matrimonium, l.2.t.4.d.69.n.7.

COPULARI.

Copulari num etiam queant novi conjuges in Prætoriis? l.2.t.8.d.147.n.4. deciſio affirmativa, n.5. rationes & fundamenta decidendi, n.6.8.11.R.E.num.14.

Copulari per benedictionem ſacerdotalem novi conjuges debent, l.2.t.8.d.143.n.1.2. non ſub dio, vel in ædibus privatis, ſed in templo, n.3.10.12. Sanctio Electoralis de copulatione ſacerdotali in templo peragendâ, n.11.R.E.n.14.

Copulantur rarius inviti per benedictionem ſacerdotalem, l.2.t.8.d.136.n.1. prævalet ſemper monitio exacta coactione, n.2.

CORONA.

Coro-

Corona eſt ſignum virginitatis, l. 2. t. 14. d. 237. n. 10.

Corona eſt ſignum virginitatis corporis, l. 2 t. 14. d. 237. n. 13.

Coronam in capite geſtare num virgini, vi compreſſæ, permiſſum ſit? l. 2. t. 14. d. 237. n. 3.

Coronam geſtandi in capite non datur facultas ſtupratæ, l 3 t. 6. d. 81. n 3. adducitur Reſponſum Scabinorum Lipſienſium, n. 4.

CORPORALIS.

De corporalibus homines ſunt ſoliciti, l. 1. t. 4. d 57. num. 8.

CORPUS.

Corpora defunctorum non induta haut tumulo condenda, l. 2. t. 24. d. 392. n. 1. ſed homines defunctos faſciis ſaltem lineis cooperiri ſufficit, ib. n. 2.

CORRELATA.

Correlatorum eadem eſt natura & diſciplina, l. 2. t. 10. d. 186. n. 4.

ex correlatis diſpoſitio de uno, locum habet quoq; in altero, l. 2. t. 10 d. 186. n. 5.

CORRECTIO.

Correctionis ſeveritatem temperet manſvetudo lenitatis, l. 1. t. 5. d. 66. n. 9.

CORREPTIO.

Correptio amica plus proficit, quàm turbulenta accuſatio, l. 1. t 5. d. 66. n 6.

CORRIGERE.

Corrigere publ. peccatores publicè licet, l. 1 t. 5. d. 66. n. 7. admixta tamen ſemper pia moteſtia, n. 8.

Corrigere miniſtri verbi publicè Magiſtratum peccantem poſſunt, l. 1. t 5 d. 67. n. 2. probatur hoc, n. 3. 4. 5. 6. limitatur, n. 7. 8. 9. R C. S. n. 10. 11.

CREDITOR.

Creditor fructus perceptos vel reſtituere, vel in ſortem imputare tenetur, l. 1. t. 4 d. 44. n. 6.

Creditores Patroni in bona ejus immiſſi conſentiunt quandoque in præſentationem, l. 1. t. 4. d. 44. n. 3. excludere tamen non poſſunt Patronum à præſentatione, num. 4.

Creditores quilibet mutuò dantes pecuniam, ſibi proſpiciunt de aſſecuratione, l. 2. t. 20. d. 321. n. 5.

CRIMINALIS.

Criminalis cauſa ab unico JCto non decidenda, l 3. t. 6. d 75. n. 8. multo minus à judice & Magiſtratu, n. 9.

Criminales cauſæ inter actiones perſonales referuntur, l. 3. t. 1. d. 5. n. 1.

Criminalia in Conſiſtoriis non tractantur, l. 2. t. 14. d. 231. n. 16.

Criminalibus judiciis perſonæ Eccleſiaſticæ non debent intereſſe, l. 2 t. 14. d. 231. n. 17. 18.

in criminalibus cauſis mulieres in propriâ perſonâ comparere debent, l. 3 t. 5 d. 65 n 8.

in criminalibus cauſis Reſponſa JCtorum & Dicaſteriorum expetenda, l 3. t. 6. d. 75. n. 3. quod minus dubium habet in provinciis Electoratus, n. 4. 5. 6.

in criminalibus circumſtantiæ quæq; ſunt probè ponderandæ, l. 3. t. 6. d. 75. n 7.

CULPA.

Culpa in delictis extraordinariè coercetur, l 2. t. 24. d. 377. n. 14.

Culpa nocet ſuo autori, l. 1. t. 10. d. 158. n. 7.

CULTUS.

Cultus divinus nequaquam ſuſpendi debet, l. 2. t. 22. d. 351. n. 6.

Cultus Dei externus in quo conſiſtat? l. 3. t. 9. d. 105. num. 1.

Cultus divini exercitium num propter diſcordiam cum Paſtore in alieno cœtu ſit permittendum? l. 3. t. 9. d. 105. n. 2. deciſio negativa, & quæ rationes decidendi? n. 3. adducitur hanc ad rem Ordinatio Eccleſiaſtica Elect. Sax. n. 6. idem concluſum in Concilio Carthaginenſi, n 8. quid hac de re jus Canonicum diſpoſuerit? n. 12. juſtâ ex cauſâ permittitur Cultus divinus in alieno cœtu, n. 13. diſcordia inter Paſtorem & auditores inter juſtas cauſas non referenda, n. 14. R. C. S. n. 16. ejusd. Decretum, n. 17.

Cultum divinum num Magiſtratus alieno in cœtu exercere poſſit? l. 3. t. 9. d. 106. n. 5. deciſio negativa, n. 6. 10. ratio ac fundamentum deciſionis, n. 8. 13. C. S. D. n. 14. Ejusdem S. n. 15.

in cultu divino nullus eſt perſonarum reſpectus, l. 2 t. 22. d. 346. n. 4.

CURATOR.

Curator generalis datur in foro domicilii, l. 3. t. 2. d. 18. n. 10.

Curator ad certam cauſam à judice eo, ſub quo litigatur, ib. n. 11.

Curator ad certam litem principaliter cauſæ datus cenſetur, l. 3. t. 2. d. 18 n. 12.

Curator datur in judicio mulieribus litigantibus, l. 3. t. 2. d 18 n. 4. 5. ſive ſint actrices ſive reæ in judicio, n 6. quod & in Conſiſtoriis ita obſervatur, n. 7.

Curatores fœminarum loco in judicio admittendi, l. 3. t. 3. d. 31. n. 5.

CURATORIUM.

Curatoria in judiciis exhibenda, l. 3. t. 2. d. 18. n. 1. cæteroquin ſententia lata eſt ipſo jure nulla, n. 2.

CUSTOS.

Cuſtos unde ſic dictus? l. 1. t. 6. d. 91. n. 1.

Cuſtos ſine conſenſu Superintendentis vel Paſtoris vocandus non eſt, l. 1. t. 6. d. 77. n. 1. probatur hoc rationibus & fundamentis, n 2. 8. cauſa hujus aſſerti quænam? n. 3. R. C. S. n. 9. & 10.

Coſtos Paſtori invito non obtrudendus, l. 1. t. 6. d. 77. num. 4.

Cuſtos Paſtori præſtare tenetur obſequium & reverentiam, l. 1. t. 6. d. 77. n. 5.

Cuſtos ſenio confectus abſens præſentari poteſt, l. 1. t. 6. d. 84. n. 2. ſi ita placeat Conſiſtorio, n. 3. C. S. R. n. 10. 11.

Cuſtos non ſemper nec propter omne delictum ab officio eſt removendus, l. 3. t. 10. d. 123. n. 1. nec propter homicidium caſuale, n. 2. 5. 11.

Cuſtos, ſi à ſe ſtupratam duxerit in uxorem, an removendus ab officio? l. 3. t. 10. d. 122. n. 6.

Cuſtos plus lucri ex funere capit, quam Paſtor, l. 1. t. 7. d. 112. n. 7.

pro Cuſtodis confirmatione in Conſiſtorio obtinendâ ſumtus de reditibus Eccleſiæ vel à parochianis ſunt ſolvendi, l. 1. t. 6. d. 85. n. 4. deciſum in Ordinatione Eccleſiaſtica, n. 3. R. C. S. n. 11. 12.

Cuſtodis functio probo ac bono viro demandanda, vel cautio ab eo exigenda, l. 1. t. 6. d. 91. n. 2. ex Sanctione Electorali in Ordinatione Eccleſiaſtica, n. 3. ratio bujus Sanctionis quænam? n. 4. C. S. R. n. 9.

Cuſtodis functio circa Eccleſiæ cultum quænam? l. 1. t. 6. d. 88. n. 9.

Cuſtodis præſentatio à Superintendente fieri debet, l. 1. t. 6. d. 82. n. 4. quibus ex rationibus? n. 5. R. C. S. num. 9. 10.

ex Cuſtodis opificio jactura Eccleſiæ non metuenda, l. 1. t. 6. d. 87. n. 9.

Cuſtodes Clericorum nomine comprehenduntur, l. 1. t. 6. d. 75. n. 10. it. l. 3. t. 1. d. 6. n. 12.

Cuſtodes miniſtrorum Eccleſiæ nomine comprehenduntur, l. 1. t. 10. d. 154. n. 6. l. 1. t. 6. 75. n. 6. R. C. S. n. 11. l. 3. t. 10. d. 121. n. 6. it. d. 124. n. 11. l. 2. t. 22. d. 337. n. 12. l. 1. t. 9. d. 142. n. 5.

Cuſtodes ſunt miniſtri Eccleſiæ, l. 1. t. 6. d. 87. n. 4.

Cuſtodes Eccleſiæ inſerviunt, l. 2. t. 22. d. 337. n. 11. it. l. 3. t. 1. d. 6. n. 13. l. 1. t. 9. d. 142. n. 3. l. 1. t. 6. d. 86. num. 7.

Cuſtodes non niſi prævio examine ad functionem ſuam admittendi, l. 1. t. 6. d. 82. n. 1.

Cuſtodes Conſiſtoriis præſentandi, l. 1. t. 6. d. 83. n. 1. l. 3. t. 10. d. 119. n. 9. l. 1. t. 6. d. 79. n. 1. probatur hoc ex Ordinatione Eccleſiaſtica Sax. n. 2. 3. ratio & cauſa hujus rei, n. 4. R. E. n. 10. D. C. S. n. 11. Ejusdem R. n. 12. 13. 14. 15. 16.

Cuſtodes in Conſiſtorio ſunt examinandi, l. 1. t. 6. d. 79. n. 7. & ſubſcribere debent Libro Concordiæ, n. 8.

Cuſtodes pagani abſque præſtatione juramenti Religionis & ſubſcriptione Formulæ Concordiæ ad functionem admittuntur, l. 1. t. 6. d. 84. n. 8.

Cuſtodes ſacra tractant, l. 1. t. 6. d. 75. n. 7. operas quoque præſtant miniſteriales, n. 8. 9.

Cuſtodes in pagis pueros informant, l. 1. t. 6. d. 77. n. 6. 7. it. l. 1. t. 9. d. 142. n. 7. & l. 1. t. 6. d. 75. n. 7.

Cuſtodes Eccleſiæ & parochianis operas præſtant, l. 1. t. 6. d. 85. n. 7.

Cuſtodes ſumtibus parochianorum cum familia ſua & ſupellectile advehendi, l. 1. t. 6. d. 86. n. 1. ſumtus ex fiſco deſumendi vel à parochianis contribuendi, n. 3. C. S. R. n. 8. 9.

Cuſtodes, opificium ſi didicerint, unde id exercere poſſunt, l. 1. t. 6. d. 87. n. 5. rationes & fundamenta hujus deciſi, n. 6. 8. R. E. n. 10. C. S. R. n. 11.

Cuſtodes opificium ſuum exercere haut prohibentur, modò id fiat in ædibus privatis, l. 1. t. 6. d. 88. n. 1. & 2. abſque præjudicio eorum, qui in locis vicinis eadem exercent opificia, n. 3. nec per hoc ab operis Eccleſiaſticis avocentur, n. 4.

Cuſtodes ab advocando in foro abſtinere debent, l. 1. t. 6. d. 89. n. 1. probatur hoc ex Ordinatione Eccleſiaſtica El. Sax. n. 2. R. C. S. n. 10. 11.

Cuſtodes advocando ſcandalum præbent, l. 1. t. 6. d. 89. n. 6.

Cuſtodes literas ſupplices ſcribere prohibentur, l. 1. t. 6. d. 89. n. 1.

Cuſtodes in pagis modica habent ſalaria, l. 1. t. 6. d. 87. n. 7. it. d. 88. n. 5.

Cuſtodes in Conſiſtoriis conveniendi in perſonalibus, l. 3. t. 1. d. 6. n. 9. rationes hujus ampliationis, n. 10. 11. 14. R. C. S. n. 16. 17. 18.

Cuſtodes variis coercentur pœnis, l. 3. t. 10. d. 124. n. 1. & quænam hæ ſint? n. 2. translocatio pœna haut minima, n. 3.

Cuſtodes translocatione jure puniuntur, l. 3. t. 16. d. 124. n. 7.

Cuſtodes num ab officio removeri poſſunt? l. 3. t. 10. d. 119. n. 2.

inter Cuſtodes permutatio officiorum approbatione Conſiſtorii facta ſubſiſtit, l. 1. t. 6. d. 93. n. 1. modo fiat cum aliis officiis Eccleſiaſticis, n. 2. R. C. S. n. 9.

de Cuſtode vocando ſi Paſtor & Magiſtratus non conveniant? l. 1. t. 6. d. 78. n. 1. res hæc in Conſiſtorio decidenda, n. 2. R. C. S. n. 8.

Cuſtodum functio in quibus conſiſtat? l. 1. t. 6. d. 87. num. 9.

Cuſtodibus proſpiciendum de idonea habitatione, l. 2. t. 22. d. 337. n. 3. R. C. S. n. 13.

D.

Dach.

Quid importent vocalæ (in Dach und Fach erhalten) *l. 2. t. 22. d. 352. n. 5. 6.*

DAMNUM.

Damnum ſine culpa datum non præſtatur, l. 1. t. 10. d. 160. n. 1.

DAVID.

Davidis ducentis Bathſeba viduam Uriæ factum examinatur, l. 1. D. 1. d. 14. n. 17.

DEBITOR.

Debitor poſt immiſſionem creditoris manet rei oppignoratæ Dominus, l. 1. t. 4. d. 44. n. 10.

Debitoris partes favorabiliores ſunt, quàm creditoris, l. 1. t. 7. d. 21. n. 7.

DECANUS.

Decanus convocat Collegas, l. 2. t. 25. d. 401. n. 14. auditis aliorum ſuffragiis concipit ſententiam, n. 15. in Collegiis Academicis primus & honorabilior, n. 17.

Decani officium quodnam? l. 2. t. 25. d. 401. n. 13.

Decano Candidati ſua dant nomina, l. 2. t. 25. d. 401. num. 16.

DECIMÆ.

Decima dicitur, quæ eſt octava, trigeſima, aut quadrageſima pars, l. 1. t. 8. d. 125. n. 15.

Decimæ ſunt alimenta egentium animarum, l. 1. t. 5. d. 136. n. 5. it. l. 1. t. 8. d. 132. n. 4.

Decimæ dicuntur cibus Dei, & alimenta ſcripturæ ſanctæ, l. 1. t. 8. d. 132. n. 5.

Decimæ ſunt Patrimonium Chriſti, l. 1. t. 8. d. 138. num. 9.

Decimæ ſunt pars ſtipendii miniſtrorum Eccleſiæ, l. 1. t. 8. d. 131. n. 9.

Decimæ ad victum & alimentationem miniſtrorum Eccleſiæ ſolvuntur, l. 1. t. 8. d. 132. n. 3.

Decimæ Eccleſiæ miniſtris ſolvendæ ſunt pars ſalarii, l. 1. t. 8. d. 126. n. 8.

Decimæ Eccleſiæ miniſtris ratione pietatis dantur, l. 1. t. 8. d. 126. n. 8.

Decimæ cenſentur fructus Regalium & Jurisdictionis, l. 1. t. 8. d. 138. n. 1. *quod probatur ex jure divino*, num. 2.

Decimæ, quâ occaſione pervenerint ad Principes ſeculares? l. 1. t. 8. d. 138. n. 3.

Decimæ quædam ſunt ſpirituales, quædam verò temporales, l. 1. t. 8. d. 183. n. 4.

Decimæ ſtatim fructibus collectis ſolvi debent, l. 1. t. 8. d. 135. n. 1.

Decimæ Eccleſiæ miniſtris ſolvendæ ſunt ante exactionem tributorum, l. 1. t. 8. d. 136. n. 1. *& absque deductione expenſarum*, n. 2. *non ad electionem ſolventis*, n. 3. it. l. 1. t. 8. d. 130. n. 6.

Decimæ à parochianis non ſunt commutandæ, l. 1. t. 8. d. 136. n. 4.

Decimæ num citra interpellationem ſolvendæ? l. 1. t. 8. d. 135. n. 1. *admonitio præcedat exactionem decimarum*, n. 2. *quomodo hoc accipiendum?* n. 3. *deciſio negativa verior*, n. 4. *ad ædes miniſtrorum Eccleſiæ decimæ portari debent*, num. 5. *fundamenta hujus aſſerti quænam?* n. 6. *Decima eſt quædam oblatio ſponte danda*, n. 7. *adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Electoralis Saxonica*, n. 8. *nec non Decretum Synodale*, n. 9. R. C. S. n. 10.

Decima in præſentia Sculteti & ſcabinorum miniſtris Eccleſiæ ſunt præſtandæ, l. 1. t. 8. d. 136. n. 7. *adducitur Decretum Synodale Electorale Sax.* n. 8. R. C. S. num. 10.

Decimæ præſente Procuratore Collectoris ſunt ſolvendæ, l. 1. t. 8. d. 130. n. 7.

Decimæ ſolvendæ quoque ſunt de rapis, braſſicis & oleribus, ervis ſylveſtribus, piſis, fagopyro, milio, aliisq; ejusmodi fructibus agrariis, l. 1. t. 8. d. 133. n. 1. *adducitur ad hanc rem Decretum Synodale*, num. 4. R. C. S. num. 6. 7. 8.

Decimæ de fructibus in agro natis præſtantur, l. 1. t. 8. d. 133. n. 3.

Decimæ num de fructibus arborum ſolvendæ? l. 1. t. 8. d. 134. n. 1. *de jure Pontificio hoc affirmandum*, n. 2. 3. 4. *Deciſio negativa ex uſu & obſervantia harum terrarum*, n. 6. *adducitur ordinatio Eccleſiaſtica & Decretum Synodale*, n. 7. R. C. S. n. 11. 12.

Decimæ, num de cannabe & lino Eccleſiæ miniſtris præſtandæ? l. 1. t. 8. d. 132. n. 1. *Deciſio affirmativa, & quæ rationes deciſi?* n. 2. *Cannabis & linum pro fructibus agrariis habentur*, n. 6. *adducitur Decretum Synodale Elect. Sax.* n. 7. R. C. S. n. 8.

Decimæ ex terris Evangelicorum debentur quandoque Catholicis, l. 1. t. 8. d. 137. n. 1. *& rurſus ex territoriis Catholicorum Evangelicis*, n. 2. 4. *adducitur Pacificatio Religioſa*, n. 3.

Decimæ de omni indifferenter frumento debentur, l. 1. t. 8. d. 1?? n. 5. *rationes ac fundamenta hujus aſſerti*, n. 6. *adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Elect. Sax.* n. 8. R. C. S. n. 10.

Decimæ toties ſunt ſolvendæ, quoties ager fert fructus, l. 1. t. 8. d. 131. n. 7.

Decimæ Eccleſiæ miniſtris num hodiè ſunt ſolvendæ? l. 1. t. 8. d. 125. n. 6. *affirmant hoc ſimpliciter Pontificii*, n. 7. *adducentes textus juris divini*, n. 8. *negant vero hoc Anabaptiſtæ & Anti-Trinitarii*, n. 9. *quæ ſententia noſtrorum Theologorum hâc de quæſtione?* num. 10. *ſolvi omninò debent Decimæ miniſtris Eccleſiæ*, num. 11. *Non tamen præciſè pars decima*, n. 12. *quâ in portione ſolvendæ ſint decimæ?* n. 14. R. C. S. n. 16.

Decimæ frumenti num modio cumulato vel hoſtorio æquato, mit gehäufftem oder abgeſtrichenem Scheffel/ *ſint ſolvendæ?* l. 1. t. 8. d. 127. n. 3. *deciſio ex loci cujusque conſvetudine petenda*, n. 4. *deficiente conſvetudine in modo æquato ſolvendæ ſunt decimæ*, n. 6. *& quare hoc?* n. 7. R. C. S. n. 9. 10.

Decimarum diviſio in ſalario ſemeſtri quomodo facienda? l. 1. t. 12. d. 196. R. E. n. 10. S. C. S. n. 11. *ejusdem Decretum*, n. 12.

Decimarum, cenſuum ac redituum computatio ac diviſio quomodo in caſu defuncti Paſtoris facienda? l. 1. t. 11. d. 172.

Decimarum ſpecies multifariæ ſunt, l. 1. t. 8. d. 131. num. 1.

Decimæ perſonales quænam dicantur? l. 1. t. 8. d. 131. n. 2. *eorum uſus hodiè non eſt*, n. 3.

Decimæ prædiales quænam ſint? l. 1. t. 8. d. 131. n. 4.

Decimarum ſpiritualium cauſæ coram judice laica non ſunt tractandæ, l. 1. t. 8. d. 138. n. 5. *niſi agatur in judicio poſſeſſorio*, n. 6.

Decimarum cauſæ in Conſiſtorio Eccleſiaſtico ſunt tractandæ, l. 1. t. 8. d. 138. n. 10. R. C. S. n. 11.

Decimarum prædialium uſus hodiè eſt frequentior, l. 1. t. 8. d. 128. n. 4.

Decimarum cauſa pro Eccleſiaſtica habetur, l. 3. t. 1. d. 2. n. 19.

Decimarum præſtatio eſt onus reale, quod rem ſequitur, l. 1. t. 8. d. 128. n. 8.

Decimarum inſtitutio quatenus eſt juris divini, l. 1. t. 8. d. 125. n. 13.

Decimarum uſus in jure divino fundatus, l. 1. t. 8. d. 15. n. 1. *nec non jure Canonico probatus*, n. 2. *& ratione naturali inductus*, n. 3. *paſſim apud gentes frequentatus*, n. 4. *apud Romanos quoque receptus*, n. 5.

in decimarum præſtatione, num jure retorſionis uti liceat? l. 1. t. 8. d. 137. num. 7. *deciſio quæſtionis cum*

cum rationibus & fundamentis decidendi, n. 6. 9. adducitur Conſtitutio Elect. Sax. n. 8. R. C. S. n. 11.

ad decimarum præſtationem num prædio diſtracto novus poſſeſſor ſit obſtrictus? l. 1. t. 8. d. 128. n. 5. refellitur ratio dubitandi, n. 7. deciſio qvæſtionis, n. 9. R. C. S. n. 11.

Decimas emtor ſolvens à ſuo autore eas recuperare valet, l. 1. t. 8. d. 128. n. 10.

Decimas non modò plebeji ſolvere tenentur, l. 1. t. 8. d. 128. n. 1. ſed & Nobiles perſonæ, n. 2. qvin & Clerici de prædiis ſuis patrimonialibus, n. 3.

Decimas parochiani in puro frumento ſolvant, l. 1. t. 8. d. 126. n. 3. qvale ſcilicet in agris ipſorum procreatum, n. 4. rationes & fundamenta hujus aſſerti, n. 5. 9. ex ipsâ ratione decimarum deciſum probatur, num. 6. adducitur votum Jacobi Patriarchæ, n. 7. R. E. n. 10. R. C. S. n. 11. 12.

Decimis in modio qvandoq; Paſtores defraudantur, l. 1. t. 8. d. 127. n. 1. cui malitiæ occurrit Elector Sax. in Ordinatione Eccleſiaſtica, n. 2.

de decimis præſtandis Elector Saxoniæ curioſus fuit, l. 1. t. 8. d. 130. n. 1.

ex decimis Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt alimentandæ, l. 1. t. 8. d. 138. n. 8.

in decimis præſtandis conſvetudo potiſſimum attendi debet, l. 1. t. 8. d. 134. n. 5.

DECIMATIO.

Decimationi, ſi mergites vel manipuli Garben in agris offerantur, ipſimet Eccleſiæ miniſtri interſint, l. 1. t. 8. d. 130. n. 3. qvibus ex cauſis? n. 4. 5. idq; juri etiam convenit communi, n. 6. R. C. S. n. 8. 9.

DECIMANDUS.

Ne in decimandis mergitibus inæqvalem faciant diſtributionem, caveant parochiani, l. 1. t. 8. d. 130. n. 2.

DECIMARI.

Decimatus ſemel ulterius decimari haut debet, l. 2. t. 22. d. 347. n. 9.

DECRETUM.

Decreta nil qvicqvam juvant ſine executione, l. 3. t. 1. d. 15. n. 10.

DEFENSIO.

Defenſio nemini deneganda, l. 2. t. 24. d. 395. n. 7.

DEFINIRI.

Definiendi methodus Modeſtino JurisConſulto conſveta, l. 2. t. 3. d. 38. n. 13.

DEFUNCTUS.

Defunctis ita proſpiciendum, ne viventibus damnum inferatur, l. 2. t. 24. d. 391. n. 18.

DEGRADARI.

Degradari juſta ex cauſa poſſunt etiam miniſtri Eccleſiæ, l. 3. t. 10. d. 109. n. 12.

DEGRADATIO.

Degradatio dicitur depoſitio actualis, l. 3. t. 10. d. 109. n. 13.

Degradatio ſpecies ſuprema inter pœnas Canonicas, l. 3. t. 10. d. 117. n. 5.

Degradatio qvibus ſolennibus peragatur? l. 3. t. 10. d. 117. n. 6. 7.

Degradatio remotionem perpetuam & privationem omnium jurium operatur, l. 3. t. 10. d. 117. n. 4.

Degradationis ſolennia apud Evangelicos Principes non ſunt in uſu, l. 3. t. 10. d. 127. n. 9.

Degradationi locus qvandoq; in laicis, l. 3. t. 10. d. 117. num. 8.

inter degradationem & depoſitionem qvænam diverſitas? l. 3. t. 10. d. 109. n. 15.

DELICTUM.

Delictum ex voluntate & animo æſtimandum, l. 3. t. 10. d. 123. n. 7. & 10. l. 2. t. 18. d. 284. n. 16. item l. 2. t. 14. d. 237. n. 2. l. 3. t. 7. d. 90. n. 5.

Delictum abſq; voluntate non committitur, l. 3. t. 10. d. 123. n. 9.

Delictum ex caſu improviſo pœnam meretur, l. 3. t. 10. d. 123. n. 18.

Delicta puniri intereſt Reipublicæ, l. 3. t. 9. d. 98. n. 13. item l. 3. t. 7. d. 86. n. 13. item d. 88. n. 3.

Delicta haut debent eſſe impunita, l. 3. t. 9. d. 107. num. 9.

Delicta cum ſeveritate ſunt caſtiganda, l. 3. t. 6. d. 79. n. 4. & d. 80. n. 2. item l. 3. t. 10. d. 122. n. 14. fallit hoc, ſi juſta mitigationis cauſa exiſtat, n. 15.

Delictorum variæ occurrunt qvalitates & circumſtantiæ, l. 3. t. 7. d. 86. n. 9.

in delictis alterius conſilio nemini ſubvenitur, l. 3. t. 5. d. 65. n. 13.

in delictis enormibus & notoriis qvomodo procedendum? l. 3. t. 10. d. 113. n. 6.

DELINQVERE.

Delinqventibus non indulgendum, niſi juſta ex cauſa, l. 3. t. 7. d. 87. n. 13. item l. 3. t. 5. d. 67. n. 15.

DEMENS.

Dementes ex culpa obſtringuntur, l. 2. t. 24. d. 377. num. 13.

in dementes dolus ac culpa cadere poteſt, l. 2. t. 24. d. 378. n. 13.

DEPONENDI JUS.

Jus deponendi miniſtros Eccleſiæ pertinet ad ſolum DEUM, l. 3. t. 10. d. 109. n. 1.

Jus deponendi Paſtores ad Eccleſiam ſpectat, l. 3. t. 10. d. 109. n. 6.

Jus deponendi miniſtros Eccleſiæ, num Magiſtratui competat, l. 3. t. 10. d. 109. n. 2. qvid Pontifices hâc de re ſenſerint? n. 3 4. 5. remotio miniſtrorum ſimpliciter prohibita non eſt, n. 7. qvod probatur ex jure Canonico, n. 8. abſq; cauſa juſta removendi haut ſunt miniſtri Eccleſiæ, n. 9. probatur hoc ex Reſcripto Papæ Evariſti, n. 10. communis ea eſt opinio Theologorum Lutheranorum, n. 11. R. E. n. 17. C. S. R. n. 18. Ejuſdem Sententiæ, n. 19. 20.

Vide plura infra in vocabulo Remotio.

DEPOSITIO.

Depoſitio verbalis fit per ſententiam Epiſcopi, l. 3. t. 10. d. 109. n. 14.

Depoſitio non aufert Privilegia Clericorum, l. 3. t. 10. d. 109. n. 16.

Depoſitio miniſtros Eccleſiæ perpetuo removet, l. 3. t. 10. d. 117. n. 3.

Depoſitionis finis ad removendum beaniſmum, l. 1. t. 6. d. 95. n. 12.

inter depoſitionem & degradationem qvænam diverſitas? l. 3. t. 10. d. 109. n. 15.

DEPRECATIO PUBLICA.

Deprecatio publica qvænam ſit? l. 3. t. 7. d. 82. n. 8. approbatur à noſtris Theologis, n. 6. allegatur ſcriptum Gravellani, n. 10. & conſilium Facultatis Theologicæ Roſtochienſis, n. 11. rationes & fundamenta publicæ deprecationis, n. 12. adducitur ad hanc rem Apologia Auguſtanæ Confeſſionis, n. 15. & Decretum Synodale in terris Electoratus Sax. n. 16. R. E. n. 20. C. S. R. n. 21. 22. 23. 24. 25.

Deprecatio publica utilis eſt pœnitenti, l. 3. t. 7. d. 81. n. 17. qvod probatur teſtimonio B. Lutheri, n. 18. qvid de hac ſenſerit Joh. Gerhard? n. 19.

Deprecatio publica non negligenda, l. 3. t. 7. d. 93. n. 1. cui omnes ſubjecti delinqventes absq; reſpectu perſonarum, n. 2.

Deprecatio publica propriè ritus Eccleſiæ dici neqvit, l. 3. t. 7. d. 84. n. 8.

Deprecatio publica pro pœna habetur, l. 3 t. 7. d. 85. n. 8. & d. 92. n. 8. qvatenus hoc accipiendum? l. 3. t. 7. d. 85. n. 9. it. d. 86. n. 4. & d. 91. n. 3. 12. it. d. 94. n. 8.

Deprecatio publica non eſt de ſubſtantia pœnitentiæ, l. 3. t. 8. d. 84. n. 2. nec injungenda reis ſine Conſiſtorii Supremi conſenſu, qvo uſu introducta haut eſt, n. 3. & 5. fundamenta & rationes hujus aſſertionis, n. 4. R. C. S. n. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Deprecatio publica in loco aliqvo conſveta num ſine præſcitu Conſiſtoriorum imponi poſſit? l. 3. t. 7. d. 85. n. 1. deciſio qvæſtionis negativa, n. 4. fundamenta & rationes decidendi, n. 5. & 12. cauſa hujus deciſionis urgentiſſima, n. 6. R. S. C. n. 13. & 14.

Deprecatio publica num pœnam politicam abſorbeat, & vice verſa, l. 3. t. 7. d. 94. n. 2. deciſio qvæſtionis negativa, & qvæ fundamenta deciſionis? n. 5. 12. & 13. adducuntur verba Nicolai Rebhans hâc de re, n. 9. 10. 11. R. S. C. n. 18. 19. 20. 21. & 22.

Deprecatio ſemel facta num alio in loco repeti debeat? l. 3. t. 7. d. 92. n. 1. deciſio ponitur negativa, n. 2. adducitur ſententia Nicolai Rebhans hâc de re, n. 3. 4. rationes & fundamenta decidendi, n. 5. R. C. S. n. 10. ejusdem Sententia, n. 11.

Deprecatio publica in favorem matrimonii ſæpè remittitur, l. 3. t. 7. d. 88 n. 5. fundamenta hujus aſſerti, n 6. 10. & 15. R. C. S. n. 16. 17. 18. 19. 20. 21.

Deprecatio publica remitti qvandoqve poteſt mulctâ pecuniariâ ſubſtitutâ, lib. 3. t. 7. d. 86. num. 2. rationes & fundamenta hujus aſſerti, n. 3. movetur objectio ex ſcandalo publico, n. 12. reſpondetur ad objectionem, n. 14. R. C. S. n. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. & 24.

Deprecatio publica num etiam à Superintendentibus & Miniſtris Eccleſiæ remitti poſſit? l. 3. t. 7. d. 87. n. 2. ratio dubitandi, n. 3. refellitur ratio dubitandi, n. 5. deciſio negativa, n. 6 fundamenta & rationes decidendi, n. 7. 10. 11. R. C. S. n. 18. 19.

Deprecatio publica nullibi expreſſè ordinata eſt, l. 3. t. 7. d. 88. n. 2.

Deprecatio publica non facilè intermittenda, l. 3. t. 7. d. 89. n. 1 hodie non ſine jactura ferè eſt collapſa, num. 2.

Deprecatio publica delinqventibus planè remitti poteſt, l. 3. t. 7. d. 88. n. 1.

Deprecatio publica in omnibus delictis locum non habet, l. 3. t. 7. d. 89. n. 3. ſaltem in publicis, non privatis & occultis, n. 4. 5. qvando & in qvibus delictis deprecatio publica obtineat? n. 6 adducuntur verba Nicolai Rebhans, n. 7. 8. 9. nec propter ſcelera atrociora ignota deprecatio publica eſt imponenda, n. 10. judicium D. Auguſtini hac de re, n. 11. qvid ſenſerit Chryſoſtomus? n 12. qvibus ex cauſis intermittenda deprecatio publica, in delictis privatis & occultis? n. 13. 14. 15. R. C. S. n. 16.

in deprecationis publicæ impoſitione nunqvam non judex dubius eſt, l. 3 t. 7. d. 85. n. 7.

ex deprecationis publicæ exercitio indifferente multum incommodi & periculi metuendum, l. 3. t. 7. d. 84. n. 9.

Deprecationi publicæ qvibus in delictis locus ſit? l. 3 t. 7. d. 90. n. 1. in concubitu ante copulam ſacerdotalem, n. 2. non etiam in ſtupro violento qvoad ſtupratam, n. 3. fundamenta hujus aſſertionis, n. 4. 6. 9. R. C. S. n. 10. ejusdem ſententia, n. 11.

Deprecationi publicæ in delictis tantummodo ſcandaloſis locus eſt, l. 3. t. 7. d. 90. n. 8. & publicis, d. 91. n. 13. 14.

Deprecatione publicâ ob crimen alibi commiſſum num rei delinqventes gravandi? l. 3. t. 7. d. 91. n. 1. deciſio qvæſtionis negativa, n. 9. 10. fundamenta & rationes deciſi, n. 11. 15. qvomodo procedendum, ſi delictum alibi commiſſum innotuerit? n. 16. R. C. S. n. 17. 18.

in deprecatione publicâ variant ritus ac ceremoniæ, l. 3. t. 7. d. 84. n. 1.

ad deprecationem publicam turbatores ſacrorum ſunt obligati, l. 3. t. 8. d. 95. n. 2.

ad diſpenſandum ſuper deprecationem publicam nunqvam properandum, l. 3. t. 7. d. 87. n. 15.

Deprecationi publicæ etiam Nobiles ſunt ſubjecti: & qvibus ex fundamentis? l. 3. t. 7. d. 93. n. 3. & 6. in pœnis arbitrariis habetur ratio Dignitatis & Nobilitatis, n. 13. R. C. S. n. 14.

Per

Per deprecationem publ. reus cum Eccleſia reconciliatur, l. 3. *t.* 10. *d.* 122. *n.* 17.

*Deprecatio publ. pertinet ad miniſterium verbi, l.*2. *t.* 18. *d.* 282. *n.* 11.

Deprecatio publ. quomodo facienda? l. 2. *t.* 18. *d.* 281. *n.* 6.

Deprecatio publica qvibus fundamentis nititur? ib. n. 8. 10.

Deprecatio publ. factâ licet remiſſione pœnæ, adhuc tamen obtinet, l. 2. *t.* 18. *d.* 282. *n.* 4.

Deprecationem publ. ipſemet facinoroſus pœnitentiam agens non detrectabit l. 2. *t.* 18. *d.* 281. *n.* 7.

De deprecatione publ. facinoroſi movetur objectio, l. 2. *t.* 18. *d.* 282. *n.* 1. *qvæ rurſus diluitur, n.* 2.

Cavendum, ne per deprecationem publ. alicui inferatur injuria, l. 2. *t.* 18. *d.* 284. *n.* 14. *id qvod exemplis demonſtratur, n.* 15. 17.

DESERTIO.

Deſertio malitioſa eſt juſta ac ſufficiens cauſa divortii, l. 2. *t.* 10. *d.* 177. *n.* 14. *l.* 2. *t.* 11. *d.* 206. *num.* 22. *item l.* 3. *t.* 5. *d.* 56. *n.* 4. *qvod de jure Civili dubium non habet, n.* 5. *num etiam de jure divino? n.* 6. *deciſio ponitur affirmativa, n.* 7. *rejicitur diſtinctio Bellarmini inter conjugium fidelium & infidelium, n.* 10. *ratio hujus divortii qvænam? n.* 13 *deciſio hæc in Eccleſiis Reformatorum approbata, n.* 15. *S. C. S. n.* 17. *Ejusdem Decretum, n.* 18.

Deſertio qvænam divortium operetur? l. 3. *t.* 5. *d.* 58. *n.* 7. *ſola malitioſa deſertio cauſatur divortium, n.* 10. *R. C. S. n.* 14.

Deſertio adverſatur conjugio, l. 3. *t.* 5. *d.* 56. *n.* 2.

Deſertio & ignorantia allegata qvandoq; probari debet, l. 3. *t.* 5. *d.* 59. *n.* 6. *probatio per conjecturas & præſumtiones plena non eſt, n.* 7. *credendum ergò juramento ignorantiam allegantis, n.* 8. *D. C. S. n.* 10. 11.

Deſertio non qvævis operatur divortium, l. 3. *t.* 5. *d.* 66. *n.* 3. *qvod exemplis declaratur, n.* 4. *ſed duntaxat deſertio malitioſa, n.* 5.

Deſertio ſola ante finitum proceſſum non diſſolvit matrimonium, l. 3. *t.* 53. *d.* 68. *n.* 1.

Deſertio malitioſa æqviparatur adulterio, l. 3. *t.* 5. *d.* 71. *n.* 11.

Ex cauſa deſertionis num etiam ſponſalia dirimenda? l. 3. *t.* 5. *d.* 57. *n.* 1. *ratio dubitandi, n.* 2. *deciſio qvæſtionis affirmativa, n.* 7. *idemq; probatur ex jure divino, n.* 10. *S. C. S. n.* 18. *Ejusdem Decreta, n.* 19. 20. 21.

In deſertionis proceſſu qvid obſervandum? l. 3. *t.* 5. *d.* 60. *n.* 1. *tria potiſſimum hoc in proceſſu attendi debent, n.* 2. *inqviſitio de deſertore vel deſertrice, n.* 3. *ut doceatur abſentia malitioſa, n.* 4. *malitioſa abſentia ex qvot annis præſumenda? num.* 5. *biennium qvandoq; ſufficere videtur, num.* 6. *allegatur Reſcriptum C. S. num.* 7. *qvandoq; reqviritur triennium, n.* 8. *vel etiam qvadriennum, num.* 9. *qvin & ſeptennium vel decennium, num.* 10. *tempus hoc arbitrio judicis permittendum, num.* 11. *qvod & placuit B. Luthero, num.* 12. *eſtq; id receptum in Conſiſtorio Supremo, num.* 13. *qvibus ex rationibus? n.* 14. 17. *multas ob cauſas tempus qvandoq; coarctandum, n.* 15. 16. *R. E. n.* 18.

Deſertionis proceſſus, qvando locum habet? l. 3. *t.* 5. *d.* 61. *n.* 1. *deſertoris vel deſertricis jura etiam attendi oportet, n.* 2. *in deſertionis proceſſu triplex reqviritur citatio, & qvæ prima? n.* 8. *qvæ ſecunda? n.* 12. *qvæ tertia? n.* 14. *S. C. S. n.* 15. 16.

in deſertionis proceſſu reus edictaliter citari debet, l. 3. *t.* 5. *d.* 62. *n.* 9. *perinde ut in cauſa criminali reus fugitivus, n.* 10. *D. C. S. n.* 15. *Ejusdem S. n.* 16. 17.

in deſertionis proceſſu edictalis citatio vel ex ſuggeſtu notificanda, vel publico in loco eſt affigenda, l. 3. *t.* 5. *d.* 63. *R. C. S. n.* 16. 17. 18. 19.

in deſertionis proceſſu citatio ſit edictalis publica: in trium diverſorum Dominorum territoriis, in dreyer unterſchiedenen Herren Landen/ *intimata, l.* 3. *t.* 5. *d.* 62. *D. C. S. n.* 15. *ejusdem Sent. n.* 16. 17.

in deſertionis proceſſu citatio reqviritur legitima, l. 3. *t.* 5. *d.* 64. *n.* 1. *ſitq; peremtoria neceſſe eſt, n.* 2. *citatio trina non reqviritur, n.* 4. *qvæ qvondam obtinebat, & qvalis hæc erat? n.* 5. *hodiè trina illa citatio ab uſu receſſit, n.* 6. 7. *de legitima citatione judici conſtare debet, n.* 14. *R. C. S. n.* 15.

in deſertionis cauſa qvomodo procedendum? l. 3. *t.* 5. *d.* 66. *n.* 1. *Sententia definitiva in proceſſu deſertionis qvænam? n.* 2. *contumax in cauſa deſertionis pro confeſſo & convicto habetur, n.* 6. *Formula pronunciandi in Conſiſtoriis qvænam? n.* 7. *deſertionem malitioſam ſeqvitur ipſum divortium, n.* 9. 10. *deſertionis pœna reſervatur Magiſtratui, n.* 11. 13. *qvænam ſit pœna deſertionis? n.* 12. *innocenti datur facultas aliud contrahendi matrimonium, n.* 14. *D. C. S. n.* 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

ad deſertionis proceſſum non eſt properandum, l. 3. *t.* 5. *d.* 58. *n.* 1. *ſed caute & providè agendum, n.* 2.

Deſertionis qvalitates & circumſtantiæ exploranda, l. 3. *t.* 5. *d.* 53. *n.* 3.

in deſertionis qvalitatem judex meritò inqvirit, l. 3. *t.* 5. *d* 58. *n.* 12. 13.

in deſertionis actione cautè procedendum, l. 3. *t.* 5. *d.* 59. *n.* 1. *præſertim ſi de levitate partis deſertæ conſtat, n.* 2. *qvo caſu teſtimonium innocentiæ judici eſt offerendum, n.* 3.

Deſertionis cauſa eſt criminalis cauſa, l. 3. *t.* 5. *d.* 65. *n.* 6. 7.

Deſertionis malitioſæ qvæ ſit pœna? l. 3. *t.* 5. *d.* 70. *n.* 1. *certa hoc caſu pœna eſt definita à Sereniſſ. Sax. Electore, n.* 2. *qvid ſi pars deſerta conjugi condonet? n.* 3. *non puniendus eſt conjux, probabiles abſentiæ cauſas demonſtrans, n.* 4. *uxor, ſi alii interim nupſerit, ad priorem redire debet, n.* 5.

Deſertioni æqviparatur ſævitia, l. 2. *t.* 12. *d.* 212. *n.* 9.

pro deſertione abſentia conjugis non ſemper habenda, l. 3. *t.* 5. *d.* 58. *n.* 4.

In deſertionem neceſſaria abſentia degenerare poteſt, l.3. t.5. d.59. n.5.

ob deſertionem malitioſam permittitur divortium, l.2. t.11. d.192. n.4.5.

ex deſertione & abſentia malitioſa proceſſus deſertionis inſtituendus, l.2. t.9. d.170. n.7.10. ex malitioſa deſertione diſſolvitur matrimonium, n.8. & qvæ ex cauſa? n.9. qvodnam tempus abſens expectari debeat? n.11. judicis arbitrio id hodiè committitur, n.12. ex ſpeciali Reſcripto El. n.13. qvod & jam dudum placuit B. Luthero, n.14. R. C. S. n.15.16. Ejusdem Sententia, n.17.

DESERTOR.

Deſertor de adulterio ſæpiſſimè eſt ſuſpectus, l.3. t.5. d.70. n.7. cum deſertione plerumq; adulterium concurrit, n.8. qvo caſu conjunx non cogendus, ut adulterum recipiat, n.9. prius tamen de adulterio conſtare debet, n.10. qvâ de cauſâ ſuſpectus juramento gravari poteſt, n.11. modò veriſimilia procedant indicia, n.12.13. D. C. S. n.14.15.

Deſertori ac deſertrici absq; ſpeciali diſpenſatione ex cauſa rationabili factâ haut novum inire licet matrimonium, l.3. t.5. d.71. num locus eſſe poſſit huic qvæſtioni? n.1. qvando hæc qvæſtio ſortiatur effectum? n.3. deciſio qvæſtionis propoſitæ negativa cum fundamentis, n.6.7. ex ſpeciali diſpenſatione pars nocens novum inire poteſt conjugium, n.12. qvænam cauſæ diſpenſationis? n.13. S. C. S. n.14.

Deſertor vel Deſertrix criminis adulterii ac bigamiæ ſæpiſſimè inculpatur, l.3. t.5. d.69. n.1. qvo caſu ceſſat proceſſus deſertionis, n.12. qvibus ex cauſis? n.3. 4.7.9. S. C. S. n.12.

Deſertor ſponſæ defloratæ fuſtigatione punitur, l.2. t.8. d.13. n.14.

Deſertoris ac deſertricis pœna qvænam? l.3. t.5. d.71. n.2.

Deſertrix mulier in propria perſona admittenda, ſi comparere velit, l.3. t.5. d.65. n.5.14. deciſio hæc dubio non caret, n.1. qvibus ex cauſis & fundamentis? n.9. D. C. S. n.15.

DESERTUS.

Deſertus conjunx poſt diſſolutum matrimonium aliud inire valet matrimonium, l.3. t.5. d.67. n.1. non tamen ante latam ſententiam definitivam, n.2. qvæ hujus aſſertionis fundamenta? n.3. movetur objectio ex cauſa malitioſæ deſertionis, n.4. refellitur rurſus objectio, n.5. ante cognitionem cauſæ & latam ſententiam non exiſtit divortium, n.6.7.8. ſed committitur tunc à conjuge deſerto crimen adulterii & bigamiæ, n.9. licet pœnæ ordinariæ non ſit locus, & qvare? n.10.11. ſed ſuccedit in ejus locum pœna relegationis perpetuæ, n.12. adducitur reſponſum Scabinorum Lipſienſium, n.12. cauſa & ratio pœnæ mulieris qvænam? n.14.16. R. C. S. n.18.19.20.

Immunitas à quibus collectis concedi poteſt? l. 1. t. 9. d. 139. n. 8. modo indultu hoc alii non graventur, n. 9.

IMPEDIRI.

Impe-

Impediuntur multa faciliùs quàm facta reſcinduntur, l. 2. t. 6. d. 99. n. 11.

IMPENSÆ.

Impenſæ in culturam agrorum factæ de reditibus ſalarii ſemeſtris pro ratâ detrahuntur, l. 1. t. 12. d. 205.

Impenſæ ipſo jure deminuunt fructus, l. 1. t. 11. d. 176. n. 7.

Impenſarum deductionem nullus impedire poteſt caſus, l. 1. t. 11. d. 176. n. 8.

Ante impenſarum deductionem fructus non debentur, l. 1. t. 11. d. 176. n. 6.

Impenſarum reſtitutio factâ diviſione utrique incumbit parti, l. 1. t. 11. d. 176. n. 1. quibus ex rationibus? n. 2. C. S. D. n. 9. & 10.

IMPERATOR.

Imperator eſt fons omnium dignitatum, l. 2. t. 25. d. 408. n. 14. in quo omnes dignitatum theſauri ſunt reconditi, n. 15.

Imperatores Romani Pontificis titulo quondam honorati, l. 1. t. 1. d. 1. n. 4.

IMPERIUM.

Negotia Statuum Imperii transacta in Academiis haut diſputando reſuſcitanda, l. 2. t. 25. d. 407. n. 8.

IMPOENITENS.

Impœnitentes non admittendi ad ſacram cœnam, l. 3. t. 9. d. 107. n. 10. 11.

Impœnitentes ad communionem non admittendi, l. 2. t. 18. d. 208. n. 1. quia ſeipſos non dijudicant, n. 4.

IMPOTENTIA.

Impotentia variis modis accidere poteſt, l. 2. t. 11. d. 202. n. 6.

Impotentia mariti juſtam præbet divortio cauſam, l. 2. t. 11. d. 200. n. 7. & d. 201. n. 1. modo non contrahentibus nuptias fuerit notum, d. 202. n. 2. ſupervenientia quoque impotentiæ vel inhabilitatis poſt nuptias cauſam non præbet divortio, n. 5. 9. 10.

IMPUBES.

Impuberes liberos procreârunt, l. 2. t. 1. d. 12. n. 14.

IMPUNITUS.

Impunita crimina haut relinquit vindicta pub. l. 2. t. 14. d. 231. n. 4. l. 3. t. 10. d. 113. n. 13.

INAUDITUS.

Contra inauditum ferenda non eſt ſententia, l. 3. t. 5. d. 61. n. 9.

INCARCERATUS.

Incarceratus quandoque in Conſiſtorio convenitur, l. 3. t. 2. d. 21. n. 1. quomodo tum procedendum? n. 2.

Incarceratus ob crimen pub. non facilè relaxari debet, l. 3. t. 2. d. 21. n. 4. & quare hoc? n. 5.

Incarceratus ſiſtendus in Conſiſtorio per lictores, l. 3. t. 2. d. 21. n. 6. 8. R. C. S. n. 11. 12.

INCERTITUDO.

Incertitudo omnem perimit probationem, l. 2. t. 3. d. 42. n. 11.

INCESTUS.

Inceſtus vocula generaliter ſumta omnem denotat coitum in gradibus prohibitis, l. 2. t. 5. d. 87. n. 1. propriè verò culpam carnalem in gradibus jure duntaxat divino vetitis, n. 2. unde hæ commixtiones diverſâ etiam voculâ Germanicâ notantur, n. 3. rationes & fundamenta hujus diverſitatis, n. 4. 8. Sanctio Electoralis hâc de re, n. 11. 12. 13. S. C. S. n. 14.

inceſtus peculiarem meretur pœnam, l. 2. t. 7. d. 126. n. 7.

INCLUSIO.

Incluſio unius eſt alterius excluſio, l. 1. t. 8. d. 134. n. 8. l. 2. t. 4. d. 67. n. 12. l. 3. t. 3. d. 30. n. 8. l. 3. t. 7. d. 87. n. 12.

INCOMMODUM.

Incommodum pertinet ad eum, qui ſentit commodum, l. 1. t. 10. d. 160. n. 8.

INCULPATIO.

Inculpatio ſola neminem convincit, l. 2. t. 24. d. 380. n. 8.

Inculpatio nuda non ſufficit ad inquirendum vel procedendum, l. 2. t. 24. d. 380. n. 9.

INDEFINITUS.

Indefinita locutio univerſali æquipollet, l. 1. t. 12. d. 185. n. 6.

INDICIUM.

Indicium quale faciat vita ante acta & fama? l. 3. t. 4. d. 48. n. 10.

Indicium unicum veriſimile non eſt ſufficiens ad torturam, l. 3. t. 4. d. 47. n. 21. at bene indicium certum, n. 22.

Indicia veriſimilia quænam dicantur? l. 3. t. 4. d. 48. n. 4.

Indicia certa & veriſimilia ab invicem differunt, ac quomodo? l. 3. t. 4. d. 47. n. 18. 19. 20.

Indicia veriſimilia quotnam requirantur ad dictamen torturæ? l. 3. t. 4. d. 48. n. 5. 6.

Indicia veriſimilia quænam ſint ſufficientia? l. 3. t. 4. d. 48. n. 8.

Indiciorum materia eſt arbitraria, l. 3. t. 4. d. 48. n. 16. l. 2. t. 18. d. 286. n. 13.

Indicia quædam ſunt certa & indubitata, l. 2. t. 18. d. 286. n. 2.

Indicium urgens fuga ex metu carceris non facit, l. 2. t. 8. d. 286. n. 9. 14.

Ex indiciis urgentibus deveniri poteſt ad pœnam extraordinariam, l. 2. t. 18. d. 286. n. 7. modo indicia ſint urgentia & ſufficientia, n. 8.

INDIFFERENTER.

Verba indifferenter poſita, indifferenter quoque accipi debent, l. 2. t. 23. d. 367. n. 8.

INDIGENA.

Indigena oriundus ex diœceſi, in qua beneficium vacat, ſi idoneus eſt, aliis præfertur extraneis, l. 1. t. 3. d. 25. n. 4.

INFANS.

Infans vigeſimâ ſeptimanâ natus pro legitimo habitus fuit, l. 2. t. 13. d. 227. n. 6. quid de hac re ſenſerint Scabini Lipſienſes? n. 7.

INFORMATIO.

Informatio pub. privatæ præferenda, l. 1. t. 6. d. 73. n. 3.

INHIBITIO.

Inhibitiones decernere non valent Conſiſtoria contra mandata Electoralia, l.3. t.1. d.14. n.11. quibus ex cauſis? n.12. 14. 15.

INIMICITIA.

Num inimicitiæ inter ſponſos exortæ præbeant cauſam repudio? l.2. t.10. d.176. n.5. & ſeqq.

INJURIA.

Injuria abſque propoſito & dolo non committitur, l.2. t.25. d.412. n.12. qui non præſumitur in Profeſſoribus Academicis, n.13.

Injuria omnis Magiſtratui facta atrox eſt, l.3. t.9. d.103. n.10.

Injuria extinguitur remiſſione tacitâ, l.2. t.11. d.197. n.12.

Injuriandi animus in Miniſtris Eccleſiæ non præſumitur, l.3. t.9. d.99. n.5. 9. 11. it. d.100. n.5. 8. ſicuti nec in marito, præceptore & patre, it. d.99. n.6. it. d.100. n.7.

INJURIARUM ACTIO.

Injuriarum actio num adverſus quosvis indifferenter competat? l.2. t.25. d.412. n.1. deciſio ponitur affirmativa, n.2. quæ probatur ex generalitate Sanctionis Electoralis, n.3. ut perſonæ honoratiores, Collegia & totæ Univerſitates, Profeſſores ac Clerici, ad proceſſum injuriarum deveniant, non facile concedendum, n.7. & quibus ex fundamentis ac cauſis? n.8. 10. adducitur Sanctio Electoralis de tendandâ amicabili compoſitione inter litigantes, n.11. R. E. n.14. 15.

Injuriarum actio adverſus omnes competit injuriantes, l.3. t.9. d.98. n.18. qua Clerici exemti haut ſunt, n.19.

Injuriarum actione num miniſtri Eccleſiæ conveniri queant ob exceſſum & injurias evomitas? l.3. t.9. d.98. n.10. deciſio affirmativa, n.11. fundamenta & rationes decidendi, n.12. R.E. n.20. S.C. S. n.21.

Injuriarum quando adverſus miniſtros Eccleſiæ experiri liceat? l.3. t.9. d.100. n.1. non ſine periculo actio injuriarum intentatur, n.2. 9. actor malitioſus coërcitione hoc caſu dignus, n.3. quibus ex cauſis & fundamentis? n.4. 13. R. E. n.15.

In injuriarum actione contra miniſtros Eccleſiæ intentatâ per declarationem declinari valet palinodia, l.3. t.9. d.101. n.13.

INNOCENS.

Innocens abſque culpâ jure ſuo privari haut debet, l.3. t.5. d.56. n.16.

INNOCENTIA.

Innocentiæ ob favorem receditur ſæpe à Regulis juris, l.3. t.4. d.54. n.13.

INNOVARE.

Innovandum eſt nihil proceſſu pendente, l.2. t.18. d.287. n.12.

INOBEDIENS.

Inobedientes cautiùs mercari diſcant, l.2. t.12. d.208. n.5. 6.

INQUISITIO.

Inquiſitio ex ſola inculpatione abſque aliis indiciis ſuſcipi non debet, l.2. t.18. d.285. n.6. quæ alioquin nulla eſſet, n.10.

INSTITUERE.

Inſtituendi ac deſtituendi præſentatum Paſtorem jus ad Patronum non ſpectat, l.1. t.4. d.55. n.1.

INTELLECTUS.

Intellectus omnis eſt extraneus, qui non conſonat auribus vulgi, l.1. t.7. d.127. n.8. l.1. t.12. d.226. n.8.

INTERESSE.

Intereſſe debetur ultra alterum tantum, l.2. t.20. d.319. n.17.

INTERPRETATIO.

Interpretatio eſt ejus, qui diſpoſuit, l.1. t.12. d.216. n.6.

Interpretatio ſecundum uſum loquendi vulgatum facienda, l.1. t.12. d.226. n.6.

Interpretatio repugnans uſui loquendi vulgato eſt abſurda & extranea, l.1. t.12. d.226. n.7.

De interpretatione ulteriori haut laborandum, qvando de mente legislatoris conſtat, l.1. t.12. d.226. n.10.

INVENTARIUM.

Inventarium conficitur ſuper hereditate, l.1. t.10. d.157. n.1. nec non in aliis caſibus, qui inventarium requirunt, n.2. ut in venditione prædii, ubi mobilia conſignantur, n.3. quod & accidit in prædiis parochianis, n.4.

Inventarium uſufructuarius conficere eſt obſtrictus, l.1. t.10. d.158. n.5.

INVENTARIUM ECCLESIASTICUM.

Inventarium Eccleſiaſticum quodnam vulgò vocetur? l.1. t.10. d.157. n.5.

Inventarium Eccleſiaſticum in Parochiis conſervari debet, & quænam hoc nomine comprehendantur? l.1. t.10. d.157. n.4. clara de hoc extat Sanctio Electoralis, n.6. R.E. n.10. C.S.R. n.11.

Inventarium Eccleſiaſticum de reſiduo ſalarii ab heredibus Paſtoris defuncti ſupplendum eſt, & quare? l.1. t.11. d.181. n.3. S. C. S. n.8. Ejusdem R. n.9.

Inventarii Eccleſiaſtici finis, l.1. t.10. d.157. n.7.

Inventarii Eccleſiaſtici finis & effectus in quo conſiſtat? l.1. t.10. d.158. n.1.

Inventarii Eccleſiaſtici ad reſtitutionem heredes defuncto Paſtore ſunt obſtricti, l.1. t.10. d.158. n.2. quibus ex rationibus & fundamentis? n.3. R.C. S. n.8.

Inventarii Eccleſiaſtici uſusfructus Paſtori ſaltem competit, l.1. t.10. d.158. n.4.

Inventarii caſu fortuito ablati ad reſtitutionem Paſtor non tenetur, l.1. t.10. d.159. n.1. rationes & fundamenta hujus aſſerti, n.2. adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Electoralis Sax. n.5. S.C. S. n.7.

Inventarii Eccleſiaſtici reſtitutio non niſi ob cul-

ob culpam heredibus Paſtoris injungenda, l.1.t.10. d.159.n.6.
Ad inventarium Eccleſiaſticum pertinentibus rebus fortuitò caſu ablatis & deperditis reſtituitur inventarium ex ærario Eccleſiæ, l.1.t.10.d.160.n.3. quâ ex causâ & fundamento? n.4. quandoque à parochianis inventarium eſt reſtituendum, num. 6. quorum intereſſe in eo non parum conſiſtit, n.7. non rarò per transactionem hæc controverſia componitur, n.9. deficiente certo deciſo arbitrio judicis res committenda, n.10. S.C.S. n.11. Ejusdem R. n.12.13.

Inventarium Eccleſiaſticum tradendum novo Paſtori, l.1.t.10. d.161. n.1. reliquæ res, in inventario Eccleſiaſtico non conſignatæ heredibus defuncti Paſtoris relinquendæ, n.2.

INVESTITURA.
Inveſtitura eſt actus juris Epiſcopalis, l.1. t.4. d.55. n.2.
Inveſtitura novi Paſtoris præſcitu Patroni eoque & parochianis præſentibus peragi debet, l.1.t.4. d.55. R.E. n.11. C.S.R. n.12.13.
Inveſtitura à Patrono impediri non debet, l.1.t.4. d.55. n.3.
Inveſtitura in præſentia totius Eccleſiæ fieri debet, ib. n.7.
Inveſtitura novi Paſtoris Eccleſiægratiâ peragitur, l.1. t.4. d.56. n.6.
Inveſtitura novi Paſtoris in quonam conſiſtat? l.1. t.4. d.54. n.1. ejus finis & utilitas. n.2.
Inveſtitura de ſubſtantia miniſterii non eſt, l.1. t.4. d.54. n.5. haut tamen omitti debet, n.6. cur neceſſaria novi Paſtoris inveſtitura? n.7. adducitur Ordinatio Eccleſiaſtica Electoralis Sax. n.8.9. C.S.R. n.12.13.
Inveſtitura quibus ſolennibus peragenda? l.1.t.4. d.54. n.10.
Inveſtitura n[illegible] [illegible]ſtoris ſumtus requirit, l.1.t.4. d.56. n.1. unde [illegible]mendi? n.2. ærarium Eccleſiaſticum eos ſuppeditare debet? n 3. quibus ex cauſis & rationibus? n.4. R. E. n.10.
Quid ſi ærarium Eccleſiaſticum ob inopiam nequeat inveſtituræ ſumtus ſuppeditare? l.1.t.4. d.57.n.1. Parochiani tum eos præſtare tenentur, n.2. proportionabiliter & pro rata ſuarum facultatum, num.3. R. E. n.9.
Inveſtituræ novi Paſtoris Patronus adeſſe debet, l.1.t.4. d.55. n.5. quibus ex cauſis & rationibus? num.6.
In inveſtitura novi Paſtoris utilitas parochianorum vertitur, l.1. t.4. d.57.n.6.
Per inveſtituram contrahitur vinculum inter Eccleſiam & Paſtorem, l.1. t.5. d.54. n.3.

JOCOSUS.
Jocoſa locutio eſt obſcura & ambigua, l.2. t.2. d.19.n.7.
Ex jocoſis verbis non colligendus conſenſus, l.2. t.2. d.19.n.5.

JOCUS
Jocus conſenſui adverſatur, l.2.t.2.d.19.n.6.

JUDEX.
Judex nemo poteſt eſſe in propria cauſa, l.3.t.9. d.167.n.12.
Judex quando debet eſſe clementior lege ſcripta? l.3.t.6.d.80. n.5.
Judicis teſtimonium ſufficit absque juramento depoſitum, l.2.t.9.d.168. n.8.
Judici creditur in iis, de quibus ut judex deponit, ib. n.7.
Judici & Scabinis absque juramento in foro Sax. creditur, l.2.t.9. d.168.n.12.
Judice coram incompetente nihil validè agitur, l.3.t.3. d.29.n.2.
De judice competente in omni proceſſu conſtare debet, ib. n.1.

JUDICARI.
Judicandum quando ſecundum clementiam & benignitatem? l.3.t.6.d.80.n.3.

JUDICIALIS.
Judicialis atteſtatio depoſitioni teſtium æquiparatur, l.2.t.9.d.168.n.5.6.
Judicialis autoritas æquipollet teſtibus juratis, l.2.t.3.d.35.n.11.
Judicialis autoritas omnem fraudis præſumtionem excludit, l.1.t.8.d.136.n.9.

JUDICIUM.
Judicium eſt Dei ordinatio, l.2.t.18. d.288.n.6.
In Judiciis quaſi contrahitur, l.3.t.5. d.65.n.3.
In Judiciis non eſt habenda acceptio perſonarum, l.3.t.7.d.93.n.9.

JURAMENTUM.
Juramentum an ſemper in propria perſona præſtandum? l.3.t.4.d.53.n.1. de jure communi per Procuratorem jurare licet, n.2. idemque obtinet in juramento purgatorio. n.3.
Jusjurandum eſt quid perſonaliſſimum, l.3.t.4. d.53.n.12.
Juramenta fidelitatis per Procuratores in aulis Sax. præſtantur. l.3.t.4.d.53.n.4. Quod alienum prorſus non eſt à jure Sax. n.5.
Juramenta hodiè in foro Saxonico præſtari debent in propria perſona, l.3. d.4. d.53.n.6. qualiacunque etiam ſint juramenta, n.7.

Jurare in cauſis matrimonialibus per Procuratorem non licet, lib.3.t.4. d.53.n.8. quibus ex rationibus? n.9.11.14. D.C.S. n.16.17.
Qui ipſimet jurant, magis ſolliciti ſunt de ſalute animæ, l.3.t.4. d.53.n.15.
Juramentum ſequitur naturam actus, cui accedit, l.2.t.3.d.58.n.9. neque auget, neque extendit obligationem, n.10.
Juramentum contra leges & bonos mores præ-

præſtitum ipſo jure eſt nullum, l. 2. t. 3. d. 58. n. 11.

Juramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, l. 2. t. 3. d. 58. n. 13.

Juramentum non firmat ſponſalia liberorum clandeſtina, quo minus ea ex ſolo parentum diſſenſu ſint nulla & invalida, l. 2. t. 3. d. 58. n. 3.

Juramentum vi extortum num ſervari debeat? l. 3. t. 4. d. 55. n. 1. Deciſio negativa Conſiſtorii Supremi, n. 2. admonendus tamen promiſſor, quo juramentum vi præſtitum ſervet, l. 3. t. 4. d. 55. n. 18.

Juramentum remitti poteſt ab eo, cui juratum eſt, l. 3. t. 4. d. 55. n. 19. 20.

Juramentum ſuper promiſſione matrimonii vi extortum ſervari non debet, l. 3. t. 4. d. 55. n. 6. an tale juramentum ſit ipſo jure nullum? n. 7. Deciſio affirmativa, n. 8. 17. rationes decidendi, n. 9. 13. S.C.S. n. 21.

Juramentum non imponendum ei, de cujus levitate conſtat, l. 3. t. 4. d. 50. n. 6.

Juramentum ſpecies eſt legitimæ probationis, l. 3. t. 4. d. 51. n. 4. item, d. 44. n. 1.

Juramentum æquiparatur judicato, l. 3. t. 4. d. 51. n. 13. & habet paratam executionem, n. 14. quin & major juramenti autoritas, quam rei judicatæ, n. 15.

Juramentum judiciale in cauſa injuriarum criminali deferri nequit, l. 3. t. 4. d. 45. n. 14. obtinet tamen locum juramentum purgationis, n. 15.

Juramentum eſt tortura ſpiritualis, l. 3. t. 4. d. 47. n. 24. item l. 3. t. 1. d. 16. n. 3.

Juramenti delatio, num locum habeat in cauſis matrimonialibus? l. 3. t. 4. d. 44. n. 2. Deciſio affirmativa, ſi deferatur juramentum pro matrimonio n. 6. ſed non licet deferre hoc negativè ad diſſolvendum matrimonium, n. 7. rationes hujus aſſertionis, n. 9. 13. D. C. S. n. 14. 15. 16. 17.

Quid ſi Actor probationibus non ſit inſtructus in cauſis matrimonialibus? l. 3. t. 4. d. 45. n. 1. Reus tamen indiciis de promiſſo matrimonio gravatus? n. 2. locum tunc habet juramentum purgationis, n. 3. quibus ex rationibus? n. 4. 5. D. C. S. n. 16. 17. 18. 19.

Juramentum actui appoſitum nil addit, l. 3. t. 4. d. 55. num. 15. ſed ſequitur naturam ejus, cui accedit, n. 16.

Per juramentum conſcientia purgatur, l. 3. t. 4. d. 52. n. 6.

Juramentum non præſtitum pro deſerto habetur, l. 3. t. 4. d. 52. n. 7.

Juramentum & transactio æquiparantur, l. 3. t. 3. d. 39. n. 8. item d. 40. n. 16.

Juramentum per ſe malum non eſt, ſed confirmatio veritatis, l. 3. t. 2. d. 22. n. 14.

Juramenti præſtatio per nuncium expediri nequit, l. 1. t. 4. d. 50. n. 4.

Juramenti per delationem adverſarius conſtituitur judex, l. 3. t. 4. d. 51. n. 11.

Juramenti non minor eſt vis, quàm probationis, l. 3. t. 4. d. 51. n. 4.

Juramenti relaxatio in foro Politico tractatur, l. 3. t. 1. d. 2. n. 21. & 23. & ab Aſſeſſoribus Cameræ expediri ſolet, n. 22.

A juramenti præſtatione regulariter Clerici teſtes immunes haut ſunt, l. 3. t. 2. d. 23. n. 1. niſi adſint circumſtantiæ, quibus juvari queant, n. 2.

Juramentis adhibiti ritus inter adiaphora referuntur, l. 3. t. 2. d. 23. n. 6.

Juramento præſtito cauſa habetur pro deciſâ, l. 3. t. 4. d. 51. n. 10.

Juramento probantur, quæ in animo conſiſtunt, l. 3. t. 5. d. 59. n. 9.

Juramento præſtito non aliud quæritur, quam an juratum ſit? l. 3. t. 4. d. 51. n. 1.

Juramento æquiparatur promiſſio Clerici religioſa, l. 3. t. 2. d. 23. n. 4.

Absque juramento fides habenda Clericis, & quare? l. 3. t. 2. d. 23. n. 5.

An juramento Clerici & miniſtri Eccleſiæ perinde ac laici ad teſtificandum compellantur? l. 3. t. 2. d. 22. Quæſtio hæc nova non eſt, ſed jamdudum ventilata. n. 1. à Facultate Theologica Jenenſi negativè deciſa, n. 2. quam etiam tuetur Balduinus, & quibus ex cauſis? n. 3. 4. 5. alii ponunt deciſionem affirmativam, n. 6. quam & Wittebergenſes ſequuntur, n. 7. eaque communis & veriſſima eſt, n. 8. fundamenta ac rationes deciſionis, n. 9. 12. Sententia hæc jure divino eſt probata, n. 13. R.E. n. 16. 17. R.C.S. n. 18. 19. 20.

Absque juramento in foro Saxonico creditur judici & Scabinis, l. 2. t. 9. d. 168. n. 12. & 13.

Absque juramento Magiſtratus teſtimonium depoſitum ſufficit, l. 2. t. 9. d. 168. n. 8. objicitur Nov. 117. n. 11. quod juramentum requirit, n. 10. deluitur objectio & explicatio, d. Nov. n. 11.

Juramentorum cauſa eſt Eccleſiaſtica, l. 3. t. 1. d. 16. num. 1.

Juramenti religionis vinculo num aliquem obſtringere liceat? l. 3. t. 1. d. 16. n. 2. deciſio quæſtionis affirmativa, n. 12. fundamenta & rationes decidendi, n. 13. 15. 18. 20. adducitur textus duplex ex jure divino, n. 16. 17. R.E. n. 21. Literæ C. S. n. 22.

Juramentum frenum animæ injicit, l. 2. t. 2. d. 28. num. 2.

Juramentum conſenſum ſpecialem & expreſſum demonſtrat, ib. n. 3.

Juramentum vim habet clauſulæ (omni meliori modo) ib. n. 4.

Juramentum nihil addit actui, ſuper quo interponitur, ib. n. 8.

Juramentum vi metuvè extortum non ſupplet conſenſum. l. 2. t. 2. d. 28. n. 9.

Ju-

Juramentum vi metuvè extortum non obligat, ib. n. 11.

Per Juramentum non purgatur metus, ibid. n. 12.

Juramentum vi metuve extortum non annullatur ipſo jure, ſed relaxatio ejus petenda, l. 2. t. 2. d. 29. n. 5.

Juramentum contra bonos mores non eſt obligatorium, l. 2. t. 9. d. 172. n. 10. item, l. 2. t. 18. d. 290. n. 13.

Juramentum eſt ſpecies religionis, l. 2. t. 2. d. 29. n. 9. unde & dicitur Sacramentum, n. 4.

Juramentum non licet deferre neganti matrimonium, l. 2. t. 14. d. 233. n. 6.

Jurare de jure communi per Procuratorem licet, l. 1. t. 4. d. 50. n. 5. non etiam in foro Sax. n. 6. licet Procurator ſpeciale ad hoc habeat mandatum, n. 7.

Diſpoſitio generalis non comprehendit factum jurejurando confirmatum, l. 2. t. 3. d. 58. n. 4.

Ad jurandum timidi ſunt Clerici ac religioſi, l. 3. t. 2. d. 23. n. 3.

Non jurant Clerici teſtes, quando juramentum ipſis remittitur, l. 3. t. 2. d. 23. n. 7. quod fieri poteſt etiam in foro Sax. n. 8. ſubſiſtit depoſitio Clericorum injurata, præſentibus litigantibus facta, n. 9. R. C. S. n. 11. 12. 13.

Juratò deponunt teſtimonium Clerici & laici, l. 3. t. 2. d. 24. n. 1. ſed Clerici coram ſolo judice Eccleſiaſtico, n. 2. quibus ex fundamentis & textibus? n. 3.

Ad jurandum terminus quinam in foro Sax? l. 3. t. 4 d. 54. n. 1. quinam terminus ad ſe offerendum juramento? n. 2. terminus hic præcisè eſt obſervandus, n. 5. neglecto termino omne juramentum pro deſerto habetur, n. 7. res tamen aliter ſe habet in cauſis matrimonialibus, n. 8. quibus ex rationibus? num. 9. Cauſa exceptionis in quonam conſiſtat? n. 10. D. C. S. num. 14. 15.

JURAMENTUM PURGATIONIS.

Juramentum purgationis quatenus actori injungatur, l. 3. t. 4. d. 46. n. 14.

Juramentum purgationis deferre reo non eſt conſultum, l. 3. t. 4. d. 46. n. 1. 2.

Juramentum purgationis, quando à judice deferatur? l. 3. t. 4. d. 45. n. 6.

Juramentum purgationis ſuccedit, quando locum non habet juramenti delatio, l. 3. t. 4. d. 45. n. 13.

Juramento purgationis absque indiciis & præſumtionibus nemo gravandus, ib. n. 7. 8.

Juramentum purgationis in cauſa matrimoniali quando locum habeat? l. 3. t. 4. d. 50. n. 1. non properandum ad impoſitionem juramenti, n. 2. quandoque tutius remiſſo juramento injungitur reo conſummatio matrimonii, n. 3. 4. quibus ex cauſis? n. 5. D. C. S. num. 12.

Juramentum purgationis ſæpius defertur in cauſis matrimonialibus, l. 3. t. 4. d. 47. num. 1. nunquam tamen absque indiciis & præſumtionibus ſufficientibus, n. 2. quænam præſumtiones dicantur ſufficientes? n. 3. num etiam ſola confeſſio ſtupri? num. 4. fingitur caſus, n. 5. 6. quidam affirmativè reſpondent, & quibus ex cauſis? n. 7. 8. 10. quam in ſententiam pronunciarunt Scabini Lipſienſes, n. 11. 12. Alii rurſus negativam amplectuntur opinionem, num. 13. indiget hæc quæſtio publica deciſione, num. 14. Conſiſtorium Supremum approbat opinionem negativam, n. 15. quibus ex cauſis & fundamentis? n. 16. 17. 23. adducitur Sanctio Electoralis, n. 25. 26. Literæ Conſiſtorii Supremi ad Sereniſſimum Electorem Saxoniæ, n. 27. D. C. S. n. 28. 29. 30. 31. 32. 33.

Juramentum purgationis num liceat deferre conjunctim ſuper ſtupro & promiſſo matrimonio? l. 3. t. 4. d. 49. n. 1. poſito nempè caſu quod utriusque actus ſubſint indicia, n. 2. ex indiciis ſtupri non jurandum ſuper promiſſione matrimonii, n. 3. licet aliter pronunciarint Scabini Lipſienſes, n. 4. & cur ita? n. 5. deciſio quæſtionis affirmativa, n. 6. rationes decidendi, n. 7. quis effectus juramenti purgationis ſuper actu utroque delati? n. 8. D. C. S. n. 14. 15. 16.

Juramento purgationis præſtito reus abſolvitur, l. 3. t. 4. d. 51. n. 7. & datur ei facultas cum alia perſona nuptias contrahendi, n. 8. quibus ex fundamentis? n. 9. 12. D. C. S. n. 16. 17. 18. Quid ſi reus jurare nolit? l. 3. t. 4. d. 52. n. 1. conſummatio matrimonii tum ei eſt injungenda, n. 2. rationes hujus deciſi, n. 3. 8. 10. D. C. S. n. 14. 15. 16.

JURAMENTUM SUPPLETORIUM.

Juramentum ſuppletorium quandoque defertur reo, l. 3. t. 4. d. 46. n. 15.

Juramentum ſuppletorium absque indiciis non defertur, ibid. n. 9.

Juramentum ſuppletorium judex pro ratione ſemiplenæ probationis imponere poteſt, l. 2. t. 9. d. 169. n. 5. vel juramentum purgationis, n. 6.

Juramentum in ſupplementum an in matrimoniali cauſa etiam deferri poſſit? l. 3. t. 4. d. 46. n. 3. rationes pro negativa quænam? n. 4. 5. opinio Scabinorum Lipſienſium hac de re, n. 6. 7. refelluntur rationes pro negativa adductæ, n. 8. 10. deciſio affirmativa verior, & quæ rationes decidendi? n. 11. 13. R. C. S. n. 16. formula juramenti ſuppletorii, n. 17. D. C. S. num. 18. Sententia Senatus Appellationum, n. 19.

Juramentum ſuppletorium in cauſa matrimoniali quandoque actrici defertur, l. 3. t. 4. d. 51. n. 2. quo præſtito pro conſummatione matrimonii eſt pronunciandum, n. 3. D. C. S. n. 6.

Juramento ſuppletorio in cauſis criminalibus quando ſit locus? lib. 3. t. 4. d. 46. n. 12.

JURISCONSULTUS.

Jurisconſultorum dignitas & tituli eminentes, l.2.t.25. d.397. n.9.

Jurisconſultorum totus ordo advocatorum & procuratorum vitiis commaculatur, l.3.t.2. d.17.n.4. hinc Jurisconſultorum ſugillatio iniquè exorta, n.5.6. à veris JCtis differunt rabulæ. n.7.8.

JURISDICTIO.

Jurisdictio eſt duplex: Politica & Eccleſiaſtica, l.3.t.1. d.1.n.1. quæ diſtinctio in jure divino fundata, n.2. eamque agnovit Gelaſius Papa, n.3. Species hæ jurisdictioni ab invicem diverſæ & diſtinctæ, n.4.5. maximè ratione proceſſus judiciarii, n.6.

Jurisdictiones diverſæ haut confundendæ, l.1.t.1. d.11.n.16. it. l.3.t.1.d.1.n.15.16.19.

Jurisdictionum diverſarum confuſione nihil eſt inordinatius, ibidem n.18.

Ex Jurisdictionis duplicis concurrentia movetur objectio, l.3.t.1.d.1.n.20. refellitur hæc, n.21.22.

Jurisdictionis Curiarum Provincialium cum Senatu Aulico Electorali concurrentia, l.3.t.1.d.12.n.3. non inferendum hinc ad competentiam fori, n.4.

Jurisdictio in Clericos Conſiſtoriis eſt conceſſa, l.3. t.1.d.3.n.12.

JUS.

Jus privato acquiſitum ob publicam utilitatem tolli poteſt, l.2.t.25.d.415. n.13.

Jus publicum in Academiis ex multorum opinione haut eſt tractandum, l.2.t.25.d.407.n.1.2.

Jus publicum in Academiis tractare omninò permittendum, l.2.t.25.d.407.n.5.9.11.14. certo tamen modo & adhibita limitatione, n.6.7. adducitur ſententia Beſoldi, n.15. & quid Limnæus hac de re ſenſerit ac ſcripſerit, n.16. Literæ C.S.n.17.

Jus aliud eſt publicum, aliud privatum, l.2.t.25. d.407.n.10.

Jus publicum in quibus materiis non minimâ ex parte conſiſtat? l.2.t.25.d.407.n.12.

Caveant Studioſi, ne ſerò nimis Jus publicum diſcant, l.2.t.25.d.407.n.13.

Jus locale derogat juri communi, l.1.t.11.d.180. num.9.

Abſque juris authoritate nihil temere aſſeverandum, l.1.t.12.d.215.n.9.

Quod quisque juris in alium ſtatuerit, ipſe eodem jure utatur, l.1.t.8.d.137.n.6.

Juris Communis diſpoſitione etiam in foro Sax. quandoque eſt inhærendum. l.3.t.5.d.65.n.10.

Juris correctio non præſumenda, l.2.t.21.d.326. num.4.

A Juris naturalis dictamine Magiſtratus haut eſt ſolutus, l.2.t.7.d.11.n.5.

Juri poſitivo Magiſtratus poteſt derogare, l.3.t.8. d.139.n.7.

JUSTITIA.

Juſtitia apud Pontificios eſt venalis, l.1 t.2.d.16. n.2. de juſtitia quando quæritur, non ſunt curanda merita perſonarum, l.3.t.7.d.93.n.11.

JUVENTUS.

Juventus incitanda eſt ad capeſſendam conditionem honeſtam, l.1.t.6.d.95. n.10.

Juventutem in ſincera fide informari Eccleſiæ & Reip. intereſt, l.3.t.10.d.119.n.10.

K.

Kirchenbuß.

Kirchenbuß/ *pœnitentia Eccleſiaſtica, l.3.t.7.d.82. num.7.*

Ad pœnitentiæ Eccleſiaſticæ exercitium publicus requiritur actus, l.3.t.7.d.83.n.1. & qua ex cauſa & ratione? n.2. Quid de hoc ſenſerit B. Lutherus, n.3. ritus ac ſolennia hujus actus quinam? n.4. triplex refertur modus deprecationis publicæ, n.5. fit enim quibusdam in locis ſaltem in Conſiſtorio, n.6. qui actus etiam habetur publicus, n.7. aliis in locis in templo. n.8. variis tamen ac diverſis ritibus. n.9.10.11. tertius refertur modus deprecationis publicæ, n.12. quid circa ritus deprecationis publicæ obſervandum, n.13. R.C.S.n.14.15.16.

Pœnitentia non admittit reſpectum perſonarum, l.3.t.7.d.93.n.2.

Vide plura in vocabulo Deprecatio publica & Pœnitentia Eccleſiaſtica.

Kirch=Väter.

Die Kirch=Väter/ *Curatores Eccleſiæ, quam ob cauſam conſtituantur? l.2.t.20.d.313.n.5.*

Den Kirch=Vätern/ *Præfectis & Curatoribus Eccleſiæ adminiſtratio redituum Eccleſiæ demandatur, l.2.t.20.d.313.n.6. Magiſtratus fraudibus Adminiſtratorum occurrere debet, n.7. juramento conſtringuntur Curatores Eccleſiæ ad fidelem adminiſtrationem, n.8. quâ in re providus fuit Sereniſſimus Sax. Elector. n.9. Paſtori competit inſpectio ſuper Curatores Eccleſiæ, n.10.11. cura Eccleſiæ Magiſtratui incumbit, n.12. R.E.n.13. C.S.R. n.14.15.*

A Curatoribus Eccleſiæ quem in finem liber rationum conficiendus? l.2.t.20.d.314.n.3.

Curatores Eccleſiæ pro tutoribus habentur, l.2. t.20.d.314. n.4.

Curatores Eccleſiæ ad rationem redditionum ſunt obſtricti, l.2.t.20.d.314.n.7. in rationum redditione præcipuum eſt exhibere librum rationum, S.C.S.n.13. Ejusdem R.n.14.

Libri rationum der Kirch=Väter *& libri, in quibus conſignantur baptizati & novi conjuges, apud Eccleſiam cuſtodiri debent, l.2.t.20.d.315.n.6. quibus ex cauſis? n.7.8. copia tamen Magiſtratui Politico exhibenda, n.9. niſi aliud conſuetudine ſit receptum, n.10. S.C.S.n.13.14.*

Periculum haut leve verſatur den Kirch=Vätern/ *in exigendis Eccleſiæ nominibus, l.2.t.20.d.318. num.3.*

Cura-

Curatores ærarii Eccleſiaſtici tenentur de latâ & levi culpâ, l. 2. t. 20. d. 318. n. 4. non ergo differant exactionem nominum Eccleſiaſticorum, n. 5. ad quam ex Sanctione Electorali ſunt obſtricti, n. 6. 7.

Non minus periclitantur Curatores ærarii in elocanda Eccleſiæ pecunia, l. 2. t. 20. d. 318. n. 8.

Quænam requiratur diligentia à Præfectis ærarii in elocanda Eccleſiæ pecunia? l. 2. t. 20. d. 318. n. 9. 11. adducitur Sanctio Electoralis hâc de re, n. 12. 13. S. C. S. n. 15. Ejusdem R. n. 16.

Præfecti ærarii Eccleſiaſtici pecuniam Eccleſiæ ſub uſuris elocare debent, l. 2. t. 20. d. 319. n. 2. & ſeqq.

Curator Eccleſiæ qualem debeat præſtare diligentiam in adminiſtratione facultatum Eccleſiaſticarum? l. 2. t. 20. d. 321. n. 4.

Num legatum relictum den Altarsleuten *pertineat ad Curatores ærarii Eccleſiaſtici? l. 2. t. 20. d. 323. n. 5. Deciſio quæſtionis negativa, n. 10. ratio deciſionis, n. 11. R. C. S. n. 13.*

Curatores ærarii Eccleſiaſtici num inſerviant altari? l. 2. t. 20. d. 323. n. 6. 8.

De rationibus Curatorum Eccleſiæ vide plura infra in vocabulo, Rationes.

L.

LABOR.

Labor ſuus ſingulis ut ſit dimenſus, in Rep. curandum, l. 2. t. 21. d. 324. n. 1.

LARVATUS.

Si quis larvatus incedat, in Gallia capitale habetur delictum, l. 2. t. 17. d. 264. n. 16.

Larvatus incedit diabolus, mille artifex, ibid. num. 20.

Larvatis quæ pericula imminent? ibid. n. 22. 23.

Larvatorum deteſtanda malitia, ibid. n. 10.

Larvarum uſus in Gallia publico edicto prohibitus, l. 2. t. 17. d. 264. n. 17.

LAUDEMIUM.

Laudemium ſeu laudativum quodnam ſit? lib. 1. t. 12. d. 192. n. 1.

Laudemium præſtatur Domino pro novâ inveſtiturâ, l. 1. t. 12. d. 192. n. 2. vel potius in recompenſam laboris. n. 3.

Laudemium ſemper eſt incertum, l. 1. t. 12. d. 192. num. 11.

Laudemium cuinam cedat durante ſalario ſemeſtri? l. 1. t. 12. d. 192. n. 4. heredibus Paſtoris, ſi ab ipſo fuerit facta inveſtitura, n. 5.

Laudemium refertur inter reditus ſalarii ſemeſtris factâ inveſtiturâ poſt obitum Paſtoris, l. 1. t. 12. d. 192. n. 6. num heredibus tum cedat integrum? n. 7. affirmat hoc Finckelthuſius, n. 8. in quam ſententiam reſpondit Conſiſtorium Lipſienſe, n. 9. refellitur hæc ſententia, n. 10. adeoque dividendum inter heredes & novum Parochum, num. 12. R. E. n. 13. S. C. S. num. 14.

LAUS.

Laude unius alii ad virtutes incitantur, l. 1. t. 7. d. 113. n. 3.

LEGARE.

Qui nil legâſſet Eccleſiæ in Gallia quondam carebat ſepultura, l. 1. t. 7. d. 99. n. 3.

LEGATUM.

Legatum falſo extortum non valet, lib. 2. t. 20. d. 322. n. 9.

Legatum hoſpitali ſive pauperibus prædium diſtrahi haut debet, l. 2. t. 21. d. 330. n. 12.

Legatum pauperibus prædium juſtâ ex causâ diſtrahi poteſt, l. 2. t. 21. d. 331. n. 1. 2. rationes hujus aſſertionis, n. 3. modò conſtet de juſta cauſa iis, quorum intereſt, n. 5. non cenſetur prohibita alienatio, quando utilis ei, in cujus favorem facta eſt prohibitio, n. 6. R. C. S. n. 13.

Num legatum relictum den Altarsleuten *pertineat ad Curatores ærarii Eccleſiaſtici? l. 2. t. 20. d. 323. n. 5. deciſio quæſtionis negativa, n. 10. ratio deciſionis, n. 11. R. C. S. n. 13.*

Legatum ad pias cauſas in uſus prophanos converti non debet, l. 2. t. 21. d. 332. n. 1.

Num legatum ad certam piam cauſam in aliam æque piam erogari poſſit? l. 2. t. 21. d. 332. n. 2. nequaquam: ſed ſtrictè voluntati teſtatoris inhærendum, n. 3. quam ſancti patres ſanctè ſervandum cenſuerunt, n. 4. Quid verò ſi cauſa illa deficiat? n. 5. tunc ad ſimilem cauſam piam legatum transferri debet, n. 6. quibus ex cauſis? n. 7. 8. 15. adducuntur textus juris pro confirmatione hujus deciſ. n. 10. 11. abrogatâ causâ piâ illicitâ in licitos uſus pios legatum convertitur, n. 12. 13.

Ad legatum familiæ relictum non admittuntur cognanti, lib. 2. t. 21. d. 333. n. 4.

Legatum conſanguineis relictum pertinet etiam ad fœminas. l. 2. t. 21. d. 333. n. 6. quibus ex cauſis? n. 7. mens teſtatoris ex ſanguinis neceſſitudine interpretanda, n. 9. legatum conſanguineis relictum latiſſimè eſt accipiendum, n. 10. R. E. n. 12.

Ad legandum quandoque quid Eccleſiæ moribundi doloſis perſuaſionibus inducuntur, l. 2. t. 20. d. 322. n. 4. quæ perſuaſiones prohibitæ, n. 5.

LEGITIMATUS.

Legitimati per ſubſequens matrimonium pro legitimis habentur, l. 3. t. 10. d. 122. n. 9. & antiquæ ingenuitati reſtituuntur, n. 10.

Legitimatos per ſubſequens matrimonium comprehendunt etiam ſtatuta diſponentia de legitimis, l. 3. t. 10. d. 122. n. 11.

Legitimati per ſubſequens matrimonium in Collegia Opificum ſunt recipiendi, l. 2. t. 14. d. 236. n. 7. fundamenta hujus aſſertionis, n. 8. 11. habentur pro legitimè natis, n. 9. matrimonium retrò trahitur ad tempus nativitatis, n. 11. 13.

Statuta de filiis legitimis comprehendunt legitimatos per ſubſequens matrimonium, ibid. n. 12. adducitur Reſponſum Scabinorum Lipſienſium, num. 14. quid

14. quid ſi ſtatutum legitimatos expreſſis verbis excludat? n. 15. non valet ejusmodi ſtatutum, n. 16. R. C. S. n. 18. Ejusdem S. n. 19.

LEO IMP.

LEONIS *Imp. Sanctiones non ſunt authenticæ, l. 2. t. 24. d. 389. n. 2. 3.*

LEPRA.

Ob lepram ſupervenientem ſponſalia diſſolvi poſſunt, l. 2. t. 10. d. 180. n. 4. 5.

Propter lepram & paralyſin conjugium per nuptias conſummatum haut diſſolvi debet, l. 2. t. 10. d. 180. n. 1. quæ cauſa prohibitionis? n. 2.

LEX.

Quod legis naturæ eſt, omnes obligat Chriſtianos, l. 2. t. 5. d. 72. n. 4.

Absque legis autoritate nihil temere eſt aſſeverandum, l. 2. t. 3. d. 46. n. 11. t. 2. d. 20. n. 12.

Legem nemo ſibi ipſi imponere valet, l. 2. t. 25. d. 403. n. 5.

Quod legem non cavetur, in practica non habetur, l. 2. t. 19. d. 305. n. 8. l. 1. t. 12. d. 219. n. 6.

Sine lege loqui erubeſcimus, l. 2. t. 3. d. 43. n. 6. it. l. 3. t. 9. d. 101. n. 4. it. d. 118. n. 12.

Leges fronte æquali omnes aſpiciunt, l. 2. t. 15. d. 249. n. 12.

Leges non ferendæ absque conſilio prudentum, l. 3. t. 1. d. 15. n. 6. adducitur exemplum Caroli V. Imperatoris, n. 7.

Leges & decreta ſine obſervantia nihil proficiunt, l. 3. t. 1. d. 15. n. 9.

Leges ſine moribus vanæ parum proficiunt, l. 2. t. 21. d. 324. n. 14.

Contra leges & præcepta Dei, quæ fiunt, cenſentur nulla, l. 2. t. 3. d. 40. n. 7.

Leges & ſtatuta juris vim obtinent, l. 2. t. 2. d. 25. num. 3.

LIBELLUS.

Libellus quando poſt litis conteſtationem poſſit mutari? l. 3. t. 3. d. 37. n. 10. Sententia Scabinorum Lipſienſium, n. 11. quid juris communis hâc in re? n. 12.

LIBERI.

Liberorum appellatione nepotes ac reliqui deſcendentes veniunt, l. 2. t. 6. d. 90. n. 8. l. 1. t. 12. d. 210. num. 4.

Liberorum appellatione utriusque matrimonii ſoboles continentur, l. 1. t. 12. d. 209. n. 6.

Liberorum verbo nec aſcendentes nec collaterales comprehenduntur, l. 1. t. 12. d. 217. n. 3.

Liberi etiam dicuntur, qui ſunt ſui juris. l. 1. t. 12. d. 211. n. 20.

Liberi Repub. naſcuntur, l. 1. t. 6. d. 73. n. 4.

Liberi jure repræſentationis patris ſuſtinent perſonam, l. 1. t. 12. d. 210. n. 6.

Liberi à familia patris ſeparati pro emancipatis habentur, ib. d. 211. n. 3.

Liberis privilegium conceſſum in diverſi conjugii liberis locum habet, l. 1. t. 12. d. 209. n. 7.

Liberi ſequuntur conditionem patris, l. 2. t. 1. d. 11. num. 8.

Liberi naturales matri ſuccedunt, l. 2. t. 14. d. 243. num. 5.

Liberi inobedientes de jure Civili quoque puniuntur, l. 2. t. 3. d. 50. n. 4. arbitrariè mulctandi, n. 12.

Liberi innoxii haut puniendi, l. 2. t. 14. d. 236. n. 17.

Liberi ex nobili patre & matre plebejâ nati in Feudis ſuccedunt, l. 2. t. 1. d. 11. n. 11.

Liberi Nobilis ex concubina plebeja progeniti, & per ſubſequens matrimonium legitimati, efficiuntur Nobiles, l. 2. t. 1. d. 11. n. 13. ſecundum quam ſententiam quotidiè pronunciatur, n. 14.

LIBERTAS.

Libertas prohibitionem juris includit, l. 2. t. 3. d. 40. n. 4.

Libertas Chriſtiana includit bonum ordinem in Eccleſia, l. 2. t. 8. d. 151. n. 1.

Contra libertatem quando liceat tranſigere? l. 3. t. 3. d. 40. n. 12.

LIBRI.

Libris, in quibus conſignantur baptizati & novi conjuges, plena tribuitur fides in probando, l. 2. t. 20. d. 315. n. 2. 3.

Libri, in quibus conſignantur baptizati & novi conjuges & libri rationum redituum Eccleſiæ, apud Eccleſiam cuſtodiri debent, l. 2. t. 20. d. 315. n. 6. S. C. S. n. 13. 14.

LIGATURA.

Ligatura Magica frequens eſt in Gallia, ut & in Germania, l. 2. t. 11. d. 202. n. 7. 8.

LIGNUM.

Ligna ſi ex ſylva cædua ſuperſint, num à Paſtore vendi queant? l. 1. t. 7. d. 101. n. 5. deciditur negative, & quomodo pecunia ex lignis collecta ſit elocanda? n. 6. ratio hujus deciſi, n. 7. R. E. n. 9. C. S. R. n. 10.

LIPSIENSIS.

Lipſienſis Academia à Pontifice privilegiata, l. 2. t. 25. d. 396. n. 8. primum tenet locum inter Academias Statuum Evangelicorum, n. 9.

Lipſienſis Academia ſpeciali gaudet prærogativa, l. 2. t. 25. d. 402. n. 1. ratione ſcilicet nominationis Profeſſorum & Decanatûs, n. 2.

In Lipſienſi Academia ſingulæ Facultates pro Schrifftſaſſiis habentur, ibid. n. 4.

In Lipſienſi Academia Facultates ſingulæ conveniuntur coram Supremo Conſiſtorio Dresdenſi, ibid. n. 6. Literæ C. S. n. 10.

LIS.

Lis, quomodo propriè conſtituatur? l. 3. t. 3. d. 36. n. 13.

Litis incommoda infinita, l. 3. t. 3. d. 34. n. 1. qui ſæpè credunt obtinere in lite, frequenter ſuccumbunt, num. 2.

Liti actor indifferenter renunciare valet, l. 3. t. 3. d. 34. n. 8.

Litem derelinquens actor mulctâ coercetur, l. 3. t. 3. d. 37. n. 8.

Ali-

A Lite potius diſcedendum, qvam ad eam accedendum, l.3. t.3. d. 33. n.6.

A Lite qvi diſcedit ſatis lucratur, l.3. t.3. d.33. n.7. item, l.2. t.17. d.265. n. 10.

A Lite diſcedere & pœnitere actor etiam in ordinario proceſſu poteſt, l. 3. t. 33. d. 3. n.14. 15.

A Lite nunqvam invito reo actor diſcedit, ib. n. 17.

A Lite actor in cauſis matrimonialibus diſcedere valet, l.3. t. 3. d. 34. n.3. num etiam poſt ſuſceptam probationem? n. 4. deciſio affirmativa, n. 5. rationes decidendi, n. 6 9. D.C.S. n. 11. 12. 13. 14.

Lites qvi deteſtantur, prudenter faciunt, l. 3. t.3. d. 33. n. 1.

Lites in cauſis præſertim ſummariis non protelandæ, l.3. t.2. d. 21. n.3.

Litium incommoda, l.2. t. 17. d.265. n.7. 8.

LITIS CONTESTATIO.

Litis conteſtationis omiſſio vitiat proceſſum, l. 3. t. 5. d.61. n. 10. licet partes ei renunciarint, n. 11.

Per Litis Conteſtationem in judicio qvaſi contrahitur, l.3. t.3. d.33. n. 15.

Obligationis ex Litis conteſtatione effectus qvisnam? l.2. t. 3. d 33. n. 18.

Poſt Litem etiam conteſtatam actioni de promiſſo matrimonio renunciari poteſt, ib. n.9. 13.

LITIGARE.

Litigare in Novo Teſtamento non eſt probibitum, l.2. t.13. d 288. n. 7.

Qvidam Jus ſuum indiſcuſſum relinqvere malunt, qvam in judicio litigare, l.3. t.3. d.33. n. 4.

Litigare in judicio Chriſtiani bona conſcientia poſſunt. l. 2. t. 17. d. 265. n.13. 14. notatur & refutatur Anabaptiſtarum & Photinianorum error, n.17. 19. 20. abſit vindicta à litigio, n. 18. 25. qvomodo litigandum in judicio, ne conſcientia lædatur? n.21. 26 non propter lucrum captandum, ſed damnum evitandum, n.22. animo deliberato, & cauſa litigii prius diſcuſſa, n.23. 24. præcedat litigium compoſitio amicabilis, n. 27. D. C. S. n. 28.

Litigari absq; pecunia haut poteſt, l.2. t 17. d.295. n.6. it. l 3. t.3. d.33. n. 2.

Litigantes qvando & qvomodo peccent? l. 2. t. 18. d. 288. n. 14. 15.

Litigantes ſimiles ſunt Chymiſtis, & qvare? l. 3. t. 3. d. 33. n. 5.

Litigantis temere malitia, l.3. t.3. d.37. n.5. reſtitutione expenſarum coërcenda n.8.

a Litigantibus ſæpe ſumptus fruſtra expenduntur, l.3. t.3. d. 33. n.3.

LITIGIUM.

Litigium judiciarium juris pub. tutela, l. 2. t.17. d. 265. n.16.

Litigium forenſe per ſe impium & inboneſtum non eſt, l.2. t. 18. d.288. n. 12. ex accidente tamen tale fieri poteſt, n. 13.

a Litigio forenſi vindicta privata abeſſe debet, l.2. t. 8. d.228. n.16.

In Litigiis caute procedendum, l.3. t. 1. d. 4. n. 1. nec Lis judicialis ſuſcipienda absq; cauſa urgente, n.2. num Litem ingredi liceat, prius penſitandum? n. 3. Litigio communiter præmitti ſolet tentamen concordiæ, num. 6. qvod in Gallia, Italia & Germania freqventisſimum eſt, n. 7.

Litigia ne ſint inter Corinthios, adducitur monitum D. Apoſtoli, l. 2. t. 18. d. 288. n. 1.

LITERATUS.

Literatorum ſcientia totus illuminatur mundus, l.2. t. 21. d.328. n. 1.

LOCATIO.

Locatio iisdem continetur Regulis juris, quibus emtio venditio, l.2. t. 19. d.304. n. 11.

Locatio ad longum tempus habetur pro venditione magis, qvam locatione, ib. n. 12.

Locationis titulo probato ceſſat præſcriptio, l. 2. t.19. d.306. n. 15.

Locationis conductionis in perpetuum quæ natura? l.2. t.19. d.310. n. 1. mutatum per hanc qvalitas & natura rei locatæ n. 2.

Per Locationem non transfertur dominium, nec poſſeſſio, l.2. t. 19 d.310. n.7. it. d. 304 n. 4.

Per Locationem ad longum tempus transfertur poſſeſſio & utile dominium, ib. n. 9.

Pro Locatione ſingulis decem annis penſio augeri conſvevit, l.2. t. 19. d.306. n. 17.

In Locatione prædiorum pub. antiqvi poſſeſſores extraneis præferuntur, l.2. t.19. d. 305. n 9.

LOCATOR.

Locator non conductor ad præſtationem tributorum eſt obſtrictus, l.2. t.22. d.349. n.6.

LOQVI.

Loqvendi uſus communis omni verborum ſignificationi derogat, l.1. t.12. d.227. n.7.

LUCRUM.

Lucrum non debetur ei, qvi onus ſubire recuſat, l.1. t. 11. d.179. n 8.

Lucrum cum alterius jactura doloſe quæritur, l.1. t. 11 d. 176. n. 3.

Ferendus non eſt, qvi lucrum amplectitur, onus autem ſubire recuſat, l.2. t.22. d.349. n.6.

Lucri & incommodi æqvalitas in Ordinatione Eccleſiaſtica fundata, l.1. t. 11. d.176. n.4.

LUDIMODERATOR.

Ludimoderatores Conſiſtoriis præſentandi & examinandi, l.3. t. 10. d.119. n. 9. l.1 t.6. d 79. n.7.

Ludimoderatores libro Concordiæ ſubſcribere tenentur. l.3. t. 10. d. 119. n. 11. l. 1. t.6. d.79. n.8.

Ludimagiſtri pagani absqve præſtatione juramenti religionis & ſubſcriptione formulæ Con-

cordiæ ad functionem admittuntur, lib. 1.t.6.d.84. num. 8.ſecus in Ludimoderatoribus ſcholæ oppidanæ, num.9.

Ludimagiſter ſenio confectus abſens præſentari poteſt, l.1.t.6.d.84.n.2. ſi ita placet Conſiſtorio, n.3. C.S. R.n.10.11.

Ludimagiſter vel cuſtos non à Paſtore ſed Superintendente Conſiſtorio præſentari debet, l.1. t.6.d.82.n.4. qvibus ex rationibus? n. 5.R.C.S.n.9.10.

Ludimoderatores Conſiſtorio ſunt præſentandi, l. 1. t. 6.d. 79.n.1. probatur hoc ex Ordinatione Electorali Sax. n.2.3. ratio & cauſa hujus rei, n.10. D.C.S.n.11. ejusd. R.n.12.13.14.15.16.

Ludimoderatores ſub nomine Clericorum comprehenduntur, l.3.t.1. d.6.n. 12.

Ludimoderator ſumtibus Parochianorum cum familia ſua advehendus, l.1.t.6.d.86.n.1.vel ex fiſco hi deſumendi, n.3. C.S.R.n. 8.9.

Ludimagiſtri Eccleſiæ & Parochianis operas præſtant, l.1. t. 6.d.85.n.7.

Ludimoderatores à patrocinio forenſi abſtinere debent, l.1.t.6.d.89.n.1 R.C.S.n.10.11.it.d.90.n. 1. qva ex cauſa & ratione? n.2. Exercitium tamen Notariatus iis eſt permittendum, it. d. 90. n. 3. rationes hujus deciſi n 4. 10. C.S. R.n. 11.

Ludimoderatores in Conſiſtoriis conveniendi in perſonalibus, l.3.t.1.d.6.n.9. fundamenta hujus ampliationis, n. 10.11.14.R.C.S.n.16.17.18.

Ludimoderatores num ab officio removeri poſſint? l.3.t.10.d. 119.n.2.

LUGERE.

Lugendi priores maritos tempus viduis præfinitum per diſpenſationem mutari poteſt, l.2.t.9.d.164.n.4. rationes & fundamenta hujus aſſertionis, n.7.9.11.12. R.E.n.13.C.S.R.n 14.

LUCTUS.

Luctus tempus, diſſoluto per divortium matrimonio, obſervari haut debet, l.2.t.9.d. 165.

Luctus pub. reqvirit abſtinentiam ab omnibus voluptatibus, l. 2.t. 17.d. 263.n.12.13.

Luctus pub. tempore reſipiſcendum ac jejunandum, l.2.t.17.d. 262.n.8.& ſuſtinenda afflictio, n.9. nec non uſus Muſices recte prohibetur, n.10.

LUTHERUS.

B.Lutheri vocatio qvalis fuerit? l.1.t. 3.d.39.n.12.

Lutheri vocatio qvoad reformationem Eccleſiæ fuit extraordinaria, ibid.n.13. argumenta hujus vocationis qvænam? n.14.

M.

MAGISTERIUM.

Magiſteria inter dignitates referuntur, l.2.t.25.d. 397.n.17.

MAGISTRATUS.

Magiſtratus Politicus eſt præcipuum Eccleſiæ membrum, l.1.t.3.d.29.n.4.

Magiſtratus Politicus ab internâ Eccleſiaſticâ poteſtate abſtinere debet, l. 1.t.1.d.11.n.5.

Magiſtratus eſt membrum Eccleſiæ, non ipſa Eccleſia, l. 2.t.15.d. 247. n.12.

Magiſtratus pub. utriusq; tabulæ cuſtos, l.1.t.9.d.141. n. 7.

Magiſtratus tituli honorifici, l.1.t.1.d.1.n.9.& 10.

Magiſtratus tabulæ utriusq; cuſtos, ib.n.12.l.2.t.17. d.261.n.7.

Magiſtratus Politicus ſuſtinet etiam perſonam Pontificis, l.1.t.1.d.11.n.15.

Magiſtratus ſuſtinet curam religionis, l.2.t.17.d. 261. n. 8.

Magiſtratus num cultum divinum alieno in cœtu exercere poſſit? l.3. t.9.d.106.n.5.

Magiſtratus Politicus in vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ reliqvos Status excludere haut debet, l.1.t.3.d.30. n. 8.

Magiſtratus negligens jus ſuum ad Epiſcopum devolvit, l. 1.t. 6. d.73.n.9.

Magiſtratus etiam ſunt Parochiani, l.3.t.9.d.106. n.11. it. nutricii ſimul & oves Eccleſiæ, n.7.

Magiſtratus omnia dirigere debet ad ſubditorum utilitatem, l.2.t.25.d.414.n.12.

Magiſtratus ad faciendam juſtitiam eſt conſtitutus, l.2.t.24. d.388.n. 5.

Magiſtratus Magiſtratui manum ſuppeditare debet, l. 3.t.1.d.13.n. 9.

Magiſtratui etiam iniqvo reverentia eſt præſtanda, l. 3.t.9.d.103.n. 6.8.

Magiſtratum peccantem Miniſtri Eccleſiæ modeſte arguant, ne ſubditi ad ſeditionem excitentur, vel reverentia & obſeqvium deminuatur, l.1.t.5.d.67. R.C. S. n. 10. 11.

Ad Magiſtratum politicum ſpectat religionis cura, l.1.t.1.d.1.n.1.8.& d.2.n.1. idq; jure poteſtatis à DEO ſibi conceſſæ, ib. n.2. probatur hoc certo argumento, n.3. & propriâ Imperatoris confeſſione, n. 4.

Ad Magiſtratus inferiores etiam ſpectat cura vocationis Paſtorum, l.1.t.3.d.29.n.10. non tamen ad Amtſaſſium, n.11. R.E.n. 13.

MAJESTAS.

Majeſtatis divinæ rei ſunt, qvi nihil durius in Magiſtratum ſed mere placentia à Miniſtris Eccleſiæ audire volunt, l.3.t.9.d. 102.n.8.

MAJOR.

À Majori parte Capituli, qvod eſt conſtitutum, prævalet in Eccleſiis, l.1.t.4.d.45.n.6.

MALEDICERE.

Maledicentes per ſacramenta Nobiles qvomodo puniantur? l.3.t.7.d.93.n.10.

MA-

MALUM.

Ex malis duobus minus eſt eligendum, lib. 2. t. 3. d. 36. n. 12.

Mali ſpecies etiam debet vitari, l. 2. t. 6. d. 106. n. 9.

MANDATARIUS.

à Mandatario qvod peragitur, ab ipſo Domino geſtum videtur, l. 3. t. 3. d. 31. n. 4.

cum Mandatariis compoſitio amicabilis redditur difficilis, l. 3. t. 3. d. 31. n. 9.

MANSARIUS.

Manſarius qvilibet, Hüfner / *annuatim pro ſingulo manſo unum groſſum Paſtori ſolvere tenetur, ſi non præſtet decimas, l. 1. t. 7. d. 108. Probatur ex Ordin. Eccl. n. 2. R. C. S. n. 8.*

MANUS.

Manum alienam pingens falſum committit, l. 1. t. 9. d. 150. n. 2.

MARITUS.

Maritus duplici onere gravari haut debet, l. 2. t. 12. d. 214. n. 9.

Mariti ſævitia pœna coërcetur, l. 2. t. 12. d. 221. n. 4.

Marito ſoli conſtante matrimonio acqviſita cedunt, l. 1. t. 11. d. 178. n. 5.

Marito onera matrimonii incumbunt, l. 1. t. 11. d. 178. n. 6.

MASCULUS.

Inter maſculum & fœmellam quoad ætatem, ad matrimonium aptam ratio differentiæ, l. 2. t. 1. d. 12. n. 21.

MATER.

Mater tutrix liberorum ſecundas poteſt contrahere nuptias, l. 2. t. 9. d. 171. n. 13. ſed ſtatim à tutela repellitur, n. 14.

Matri non competit educatio liberorum, qvæ vitricum ſuperinduxit, l. 2. t. 9. d. 171. n. 7.

MATRICULA.

Matricula ſola fidem facit Conſiſtorio de confirmatione Paſtoris, l. 1. t. 4. d. 52. n. 7.

MATRIMONIUM.

Matrimonium eſt unius viri ac unius mulieris conjunctio, l. 2. t. 1. d. 3. n. 2. nec inter plures conſiſtit perſonas, n. 3.

Matrimonium dicitur conſortium omnis vitæ, l. 3. t. 5. d. 56. n. 1.

Matrimonium geminis conventionibus conſtat, l. 2. t. 8. d. 131. n. 3.

Matrimonium non ſit coactum, l. 1. t. 3. d. 42. n. 7. 9.

Matrimonia libera eſſe debent, l. 3. t. 4. d. 55. n. 10.

Matrimonium unde dictum? l. 2. t. 1. d. 2. n. 3.

Matrimonium magis qvam Sponſalia contractum præſumitur, l. 2. t. 2. d. 17. n. 10.

Matrimonium qvoddam impedit pub. honeſt. l. 2. t. 6. d. 107. n. 10. 11.

Matrimonium per actum ultimum conſummari debet, l. 2. t. 8. d. 142. n. 1, qvi in copula ſacerdotali conſiſtit, n. 2.

Matrimonium ſine copula ſacerdotali nullum habetur legitimum, l. 2. t. 1. d. 1. n. 15.

Matrimonium eſt juris privati, l. 2. t. 1. d. 1. n. 7.

Matrimonium eſt contractus, ibid. n. 9. & qvalis contractus? n. 10. 11. eſt etiam actus legitimus, n. 12.

Matrimonium ſua habet ſolennia, l. 2. t. 8. d. 142. n. 3. & ſeqq.

Matrimonium contrahentium liberrimus debet eſſe conſenſus, l. 2. t. 3. d. 52. n. 8.

Matrimonium per ſe nullum juramento non roboratur, l. 3. t. 4. d. 55. n. 14.

Matrimonium qvatenus per benedictionem Sacerdotalem perfici dicatur, l. 3. t. 5. d. 68. n. 8.

Matrimonium ut conſummetur curandum eſt, l. 2. t. 8. d. 146. n. 5.

Matrimonium, qvod per ſe eſt illegitimum, copula carnalis ratum facit, l. 2. t. 3. d. 60. n. 10.

Matrimonium conſenſu parentum contractum eſt liberrimum, l. 2. t. 3. d. 40. n. 3.

